Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Diodori Siculi Bibliothecae historicae libri XV : hoc est, quotquot Graece? extant de quadraginta, quorum quinque nunc iterum Latine? diligenter recogniti, & chronologia illustrati eduntur. Interiecta uero est, Dictys Cretensis & Daretis Phrygii De bello Troiano historia, & Tryphiodori Aegyptij, Ilij excidium, Gulielmo Xylandro interprete, ad supplendam lacunam quinq[ue] librorum, qui inter quintum & undecimum desiderantur. In calce operis accessere fragmenta historica eivsdem Diodori Latine? uersa.

https://hdl.handle.net/1874/425357

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ LIBRI XV. HOC EST, quotquot Græcè extant de quadraginta, quorum quinque nunc iterum Latinè diligenter recogniti, & chronologia illustrati eduntur.

INTERIECTA VERO EST,

DICTYS CRETENSIS & Daretis Phrygii de bello Troiano historia, & Tryphiodori Aegyptij, Ilij excidium, Guilielmo Xylandro interprete, ad supplendam lacunam quinq; librorum, qui inter quintum & undecimum desiderantur.

IN CALCE OPERIS ACCESSERE FRAGMENTA HISTORICA EIVSDEM DIODORI Latinè uersa.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest. 1578

BASILEÆ.

DIODORI VITA,
ex Suida

Diodorus Siculus historicus uolumen composuit, quod inscripsit Bibliothecam. Est autem historia, Romanas res, pariterq; externas, quadraginta libris cõplectens. Floruit autem Augusti Cæsaris tẽporibus, & ultra.

DE EODEM, EX VOLATERRANO.

Diodorus Siculus scripsit historiam, quam Bibliothecam inscripsit. Continet autem res & Romanas, & varias, in libris XL, ut Suidas testatur: qui dicit eũ floruisse sub Augusto, & suprà: quod & ipse quoque libro sexto testatur. Iulius Cæsar, inquit, diebus nostris Rhenum pontibus miro modo iunxit. Primi sex libri Antiquorum gesta, quæ Fabulosa appellant, ante bellum Troianum continent. In horum primis tribus Barbarorum, in reliquis antiquæ res Græcorum narrantur. In undecim deinde, conferuntur quæ de bello Troiano usque ad Alexandri Macedonis mortem gesta sunt. In reliquis XXIII. continentur, quæ deinceps usque ad bellum Gallicum, quod Romani duce Iulio Cæsare gesserunt, qui annos in summa complectuntur M. CXXXVIII. Huius historiæ tantum sex libri ad nostram ætatem peruenêre. Hæc Volaterranus.

VITA DICTYS CRETENSIS,
per Septimium Romanum,

Dictys, Cretensis genere, Gnoso ciuitate, iisdem temporibus quibus & Atrides fuit, peritus uocis ac Phœnicum literarum, quæ à Cadmo in Achaiam fuerant delatæ. Hic fuit socius Idomenei, Deucalionis filij, & Meronis, ex Molo, quid duces cum exercitu contra Ilium uenerant. A' quibus ordinatus est, ut annales belli Troiani conscriberet. Igitur de Troiano bello, in quo & ipse militauit, sex uolumina in tilias digessit Phœniceis literis. Quæ iam reuersus senior in Cretam, præcepit moriens ut secum sepelirentur. Itaque ut ille iusserat, memoratas tilias in plumbea arcula repositas eius tumulo condiderunt. Verùm secutis temporibus, uidelicet tertiodecimo anno Neronis imperij, in Gnoso ciuitate terræmotus facti, cum multis, tum etiam sepulchrum Dictys ita patefecerunt, ut à transeuntibus arcula uiseretur. Pastores itaque prætereuntes quum eam uidissent, thesaurum rati, sepulchro abstulerunt. Et aperta ea, inuenerunt tilias incognitis sibi literis conscriptas. Continuoq; ad eius loci dominum, Eupraxidem quendam nomine, pertulerunt. Qui agnitas quæ nam essent, literas, Rutilio Rufo illius insulæ tunc præfidi obtulit. Ille cum Eupraxide ad Neronem obtas transmisit, existimans quædam in his secretiora contineri. Has autem quum Nero accepisset, aduertissetq; Phœniceas esse literas, interpretes ad se uocauit. Qui quum uenissent, interpretati sunt omnia. Quumq; uerò cognouisset, antiqui uiri qui prælio apud Ilium interfuerat, hæc esse monumenta, iussit in Græcum sermonem transferri. E' quibus Troiani belli uerior textus innotuit. Tunc Eupraxidem muneribus donatum, ex Romana ciuitate ad propria remisit. Annales uerò nomine Dictys inscriptos, in Græcam bibliothecam recepit. Quorum seriem, qui sequitur textus, ostendit.

DE EODEM, Q. SEPTIMII ROMANI epistola, ad Q. Aradium.

Ephemeridem belli Troiani Dictys, Cretensis (qui in ea militia cum Idomeneo meruit) conscripsit literis Punicis, quæ tum Cadmo & Agenore autoribus per Græciam frequentabantur. Dein post multa secula collapso per uetustatem apud Gnoson (olim Cretensis regis sedem) sepulchro eius, pastores quũ eò deuenissent, fortè inter cæteram ruinam loculum stanno à fabro clausum, offendêre: ac thesaurum rati, mox dissoluunt, non aurum, nec aliud quicquam prędę, sex libros ex philyra in lucem producturi. At ubi spes frustrata est. ad Praxim dominum loci, eos deferunt. Qui commutatos literis Atticis (nam oratio Græca fuerat) Neroni Romano Cæsari obtulit, pro quo plurimis ab eo donatus est. Nobis quum in manus fortè libelli uenissent auidis ueræ historiæ cupido incessit, ea uti erant latinè differere: non magis confisi ingenio, quàm ut ocioſi animi desidiam discuteremus. Itaq; priorum quinq; uoluminum, quæ bello contracta, gestaq; sunt, eundem numerum seruauimus. Reſidua quidem de reditu Græcorum in unum redegimus, atq; ad te misimus. Tu Ruffine mi, ut par est, faue cœptis.

DARETIS PHRYGII HISTORICI ex Volaterrano uita.

Dares Phrygius historicus, scripsit bellum Troianum Græcè, in quo & ipse militauit, ut ait Ilias, primus ferè historicorum. Qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remansit, ut scribit Cornelius Nepos: qui opus eius è Græco sermone conuertit, dicauitq; Crispo Sallustio.

De Diodoro & eius scriptis breuis tractatus Henrici Stephani.

DIODORVS ex Agyrio urbe Siciliæ ortus, non ab ea (utpote quæ ignobilior esset fortasse) sed ab ipsa regione Sicilia cognomen accepit. nec enim ἀγύριος, sed σικελιώτης cognominatus fuit. Vulgò Diodorus Siculus à Latinè scribentibus appellatur: quòd Siculum Latini indifferenter tam σικελιώτην quàm σικελὸν, ut Italum tam ἰταλιώτην quàm ἰταλὸν, uocasse existimentur. Plinius Diodorum simpliciter nuncupat, non addito à natione cognomento. Sic & Iustinus Martyr, item Aristophanis scholiastes. At Eusebius alicubi addit, alicubi omittit. Argyrium autem nomine illam ciuitatem Siciliæ, patriam Diodori, potius quàm Argyrium, aut Angyrium: (quæ duę lectiones in nostris habentur exemplaribus: cum alios, tum eundem Plinium ac Stephanum sequēs. Porrò se inde ortum testatur ipse in proœmio totius operis pag. 3. huius uoluminis, non procul à fine, ἡμεῖς γὰρ ἐξ ἀργυρίου. &c.

Vixit Diodorus (ut uarijs in locis ipse docet) Iulij Cæsaris temporibus. At Suidas illum sub Augusto uixisse scribit: à ueritate tamen minimè discedens, nam Iulio Cæsari illum superstitem fuisse, & Augustum eius successorem uidisse, uel ex ijs liquet quæ supersunt ex postremo eius opere fragmentis. Et Suidas ita dicit sub Augusto eum uixisse, ut ante illum etiam extitisse non neget. Veruntamen uiderit Suidas cur non potius dixerit eum sub Iulio Cæsare & post eum uixisse: uel, sub Iulio Cæsare & sub Augusto. Equidem in tempora Iulij Cæsaris se incidisse ipsemet cùm alibi testatur, tum uerò in his quos subiungam locis: in quibus omnibus illum Dei ornare cognomento, obiter animaduertendum est. Nam libri quarti pagina 158. de Alesia urbe loquens, hæc scribit, (si modò uerba eius rectè interpretor) Celtæ autem nostra etiam ætate ciuitatē hanc in honore & pretio habebant: tanquam uniuersæ Celticæ asylum & metropolim. Quæ quum libera & à nullo expugnata ab Herculis ætate ad nostram usque permansisset, tandem à Caio Cæsare (qui ob fortia facta Deus uocatus est) ui capta, Romanorum imperium accipere unà cū alijs Celtis coacta fuit. Rursum lib. 5. pag. 208. de Britannia loquens, Huic priscis quidē seculis nihil rei cum peregrino ullo exercitu fuit: (siquidem nec Bacchum, nec Herculem, nec aliorum heroum quenquam aduersus eam exercitum duxisse accepimus) uerùm nostri ætate C. Cæsar (ob res à se gestas Deus cognominatus) primus post hominum memoriam insulam subiugauit. Britannosq; debellatos Romanis tributarios reddidit. In alio eiusdem libri loco: qui est pagina 211. scribit. Ex fluuijs autem qui in mare influunt, maximi uidentur esse Danubius & Rhenus, quem nostra ætate Cæsar (qui Deus nuncupatus fuit) miro quodam & incredibili artificio ponte iunxit: quumq; suum exercitum eò transportasset, transrhenanos Gallos subegit. Meminit uerò Iulij Cæsaris & libri 1. pagina 4. sed eius se ætate uixisse non addens, scribit enim: In sequentibus autem uigintitribus libris reliquas res omnes gestas ordine collocauimus, usq; ad principium excitati Romanis aduersus Celtas belli. Cuius dux C. Iulius Cæsar (qui ob res gestas Deus uocitatus fuit) maximam Celticarum gentium partem, & quidem quæ inter eas maximè bellicosæ erant, subiugauit, Romanumq; imperium ad Britannicas usq; insulas promouit. Huius gesta initium habuerunt à primo Olympiadis centesimæ & nonagesimæ anno, archonte Athenis Herode. Eadem autem Olympiade se Aegyptum uenisse scribit, pagina 29. In Aegyptū (inquit) centesima & nonagesima Olympiade peruenimus, regnante Ptolemæo, qui nouus Bachus appellabatur. Rursum pagina 53. Quo tempore rex Ptolemæus à Romanis nondum amicus uocabatur, & populus aduenas Italos omni studio ac fauore prosequebatur, ac sedulò dabat operam ne &c.

Titulus operis Diodori est βιβλιοθήκη ἱστορικὴ in nostris quidem certè exemplaribus. Eusebius quoq; Euang. Præp. lib. 1 (pag. 13. editionis patris mei) dicit eum in unū opus collegisse uniuersam ἱστορικὴν βιβλιοθήκην. Verùm idem lib. 2. pag. 33. βιβλιοθήκας numero plurali uocat, nec addit ἱστορικὰς, scribit enim, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταυτὸν ὁμοῦ συναγαγὼν. Itidem Iustinus Martyr de eo dicit, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμών. Rursum Eusebius pagina 36. citat librū quartum βιβλιοθηκῶν Diodori. Iam uerò & Plinius (nisi hic quoq; mendosa sunt exemplaria) βιβλιοθήκας numero plurali appellat. Cuius locum repetam paulo altius, ut intelligi possit quod de hoc titulo scribit, hæc igitur eius sunt uerba in præfatione totius operis. Iam Musæ: Pandectæ ἡ χαριδίου, λειμῶν, πινακιδίων, inscriptiones propter quas uadimo-

uadimonium deseri possit. At quum intraueris, dij deæq; quàm nihil in medio inuenies. Nostri crassiores Antiquitatum, Exemplorum, Artium quę quam facetissimi, Lucubrationem puto, qui Antias ciuis erat & uocabatur, Valerius primus asserit Varro in Satyris suis Sesculyxem & Flexibulas. Apud Græcos desijt nugari Diodorus, & βιβλιοθήκας historiam suam inscripsit, Appion quidem grammaticus &c. Hactenus Plinius. At enarrator Aristophanis citat locum quendam de tripode ex Diodori libro decimosexto τῶν ἱστορικῶν βιβλιοθήκης. Vbi fortasse scripserat τῆς τῶν ἱστορικῶν βιβλιοθήκης. Nec sunt ualdè absimiles hi tituli, ἱστορικὴ βιβλιοθήκη, & ἡ τῶν ἱστορικῶν βιβλιοθήκη. Iam uerò de titulo qui est apud Athenæum quid nam dicemus? citat enim ille Diodorum ἐν τοῖς περὶ βιβλιοθήκης. Quo tamẽ sensu opus Diodori appellari possit τὰ περὶ βιβλιοθήκης non intelligo: ac mendũ subesse uerbis illis ἐν τοῖς περὶ existimo. Est autem locus quem citat, libro decimosexto, pag. 523. huius nostræ editionis. Porrò quod ad præcedentes attinet inscriptiones, uidetur omnium simplicissima esse hæc (quæ & in nostris exemplaribus habetur) ἱστορικὴ βιβλιοθήκη, à qua non abludit ista (uti modo dixi) ἡ τῶν ἱστορικῶν βιβλιοθήκη. Nec enim aliud hisce inscriptionibus significari arbitror, quàm opus historicum ex uariorũ historicorum scriptis ita cõflatum, ut unum aliorum multorum instar esse, &, tanquam bibliotheca historicis uarijs instructissima, cognitionem historiarum omne genus subministrare possit. Quum autem uocatur βιβλιοθήκαι, primùm quidem subaudiendum relinqui puto adiectiuum ἱστορικαὶ: deinde pluralem numerum aliquid amplius significare quàm singularem: quasi non unius bibliothecæ, sed multarum bibliothecarum instar esse possit hoc opus. Quod uerò dicit Eusebius, Diodorum in unum opus collegisse bibliothecas historicas, eodem redire crediderim, intelligit enim, ut opinor, eum diuersorũ authorum scripta (tam multa ut bibliothecas implere possent) in unum opus congessisse. Idem Eusebius in procœmio libri secundi, simplicius loquens de eo. Qui (inquit) ex pluribus historias collegit: πολλῶν τὰς ἱστορίας ἀναλεξάμενος. At Iustinus Martyr (cuius modò protuli uerba) non dicit ut Eusebius. Qui bibliothecas collegit: sed, Qui contraxit, & in compendium redegit. Quod tamen dicens, nullo modo ab Eusebio dissenrit, nam is alicuius opus in compendium redigit, qui nõ omnia quæ in eo sunt colligit, sed ex multis interdũ pauca, & quidem ea quæ illi uidentur esse præcipua. Nec Eusebius collectionem talem intelligit quæ totos cæterorum historicorum libros coaceruarit, sed in qua delectus, quali opus est his in rebus, adhibitus fuerit.

Hoc autem opus quod historicam bibliothecam appellari diximus, in quadraginta libros à se distributũ fuisse ipsemet in procœmio testatur, pag. 4. scribens, Adeò ut uniuersum opus nostrum, quod quadraginta libros habet, annos mille centum triginta octo cõplectatur, ultra tempus rerum ante bellum Troianum gestarum. Sed animaduertendum est quosdam ex his libris esse duplices, id est, in duas partes diuisos: ut est liber primus, item decimusseptimus. Quanquam ipse author diuisionis libri decimiseptimi non meminit sed tantùm diuisionis libri primi, posteriorem enim eius inchoans partem, ita præfatur. Quum primus Diodori liber ob prolixitatem in duos libros diuisus sit, prior quidem &c. Vbi quòd scriptum sit, primus Diodori liber, non Primus meus liber, nõ debet cui quam suspectam reddere possit: am hic præfatiunculam, quasi supposititiã. nam quę in calce eius habentur esse Diodori conuincunt, quum ibi de se non iam in tertia sed prima persona loquatur. Vt autem hic positus fuit iste titulus τῶν μετὰ Λιόδωρον, ita & suprà, pag. 4. illis uerbis, περὶ μὲν &c. quæ habentur continuò post procœmium: uidetur debuisse præfigi hæc inscriptio, τῶν μετὰ πρώτου, sed nostris exemplaribus nihil ausi fuimus affingere. Cæterum hinc apparet quid Volaterranũ & alios in errorẽ impulerit citantes ex libro sexto Diodori quæ in quinto habentur. Nimirùm is cuius edita fuit pridẽ Latina horũ quinq; priorum librorũ uersio (uel potius peruersio) primus opinor, cæteris ansam errandi præbuit: qui, ubi Diodorus posteriorem libri primi partem inchoat, libri secundi principium cõstituit: ac deinceps ubi ille initiũ libri secundi facit, ipse tertiũ inde incipere credit, & ita in librorum sequentium enumeratione pergens, ut pro quinq; sex habeamus facit. Quòd si in eius manus integrum uolumen ueniisset, ex quadraginta libris fortasse quinquaginta hoc modo fecisset, nec enim dubito quin ex libris qui desiderantur aliquos hic author duplicauerit. Verùm eos quibus non ipsos Diodori libros, sed eorũ tantùm interpretationem uidere contigerat, excusatione dignos meritò iudicemus: at qui Græca uersauerant exemplaria, minus uenia digni uidentur. Imò uerò nec eos quidem qui Latinam duntaxat interpretationem uiderant (ac multo minus eius authorẽ) ueniam mereri dicere possumus: quũ in ea ipsa liber primus in duos libros diuisus esse scribatur. Vo-

lui

De Diodoro & eius scriptis.

lui autem hunc errorem patefacere, propter eos etiam qui clamitant bellum hunc interpretem librum sextum habuisse, qui tamen in ijs quæ notæ sunt bibliothecis desideretur. Quòd si quis aliqua ex uere sexto libro legere cupit, habet apud Eusebium locum inde depromptum, Euang. Præp. liber secundus, pagina 38. editionis patris mei, quem in calce huius operis inueniet.

Librorum Diodori omnium quidem simul titulus est is de quo paulo antè dictum est, Historica Bibliotheca: sed quosdam ex ijs peculiares inscriptiones habuisse, ex eo conijcere possumus quòd ipsemet librum quintum νησιωτικὴν βίβλον inscribat, id est, ad uerbum, Insularem librum, quod uidelicet in eo de insulis agat. Atque hoc diligenter notandum est, ne si incidamus in aliquem authorem qui νησιωτικὴν βίβλον eius citet, eum esse de numero librorum Historicæ bibliothecæ inficiemur.

Argumentum huius operis in genere quidem ipse titulus declarat: sed particulatim ab ipso authore exponitur, in fine paginæ 3. ubi scribit. Ex libris nostris primi quidem sex complectuntur res ante Troiani belli tempora gestas, & ea quæ fabulis tradita de eo seculo fuerunt, atque horum tres priores antiquitates barbaricas, tres posteriores Græcas fere complectuntur. Vndecim autem sequentibus à Troiano bello uniuersitatem rerum gestarum, usque ad Alexandri mortem, memoriæ prodidimus. In ijs supersunt uigintitribus reliqua omnia gesta collocauimus, usque ad initium belli Romanis aduersus Celtas exorti. Hæc ille. Qui autem magis particulatim singulorum librorum argumentum nosse uolet, præfixa legat unicuique eorum κεφάλαια.

De temporis autem longitudine quod toto suo complectitur opere, paulò pòst ipse scribens, ait se id quidem tempus quod bellum Troianum antecessit, certo spatio non definire: sed à Troiano bello (Apollodorum Athenienſem sequendo) nonaginta annos usque ad Heraclidarum reditum statuere: ab hoc autem usque ad primam Olympiadem trecentos uiginti octo, à Lacedemoniorum regibus tempora computando. Postremò à prima Olympiade usque ad Celtici belli initium (quo suam historiam clausit) septingentos triginta annos. Adeò ut uniuersum opus, quod quadraginta libros habet, spatium annorum mille centum triginta octo complectatur, etiam tempore rerũ ante Troianum bellum gestarum excepto.

Cæterùm ad uniuersalem historiam in unum opus includendam se desiderio iuuandorum lectorum impulsum, & nec laboris ad id necessarij magnitudine, nec temporis longitudine deterritum fuisse, in proœmio suo testatur, ubi etiam ait facile & promptum omnibus fore ex eiusmodi opere, tanquam ex uberrimo fonte, quæ ad usum instituturum pertinent haurire, contra uerò euoluere sparsas per uarios libros historias (eorum uidelicet qui propria gentis aut ciuitatis unius gesta seorsum tractauerint) præterquam quod laboriosum sit, & ad perspicuam rerum intelligentiam perincommodum, non cuiusuis esse, quòd nimirum non omnibus tot datum sit uolumina nancisci. Se ergo toros triginta annos in hoc opus insumpsisse, & bonam Europæ atque Asiæ partem magnis cum ærumnis periculisque peragrasse scribit, quòd locorum ignorationem ferret nonnullos ex celeberrimis etiam historicis in errores uarios impulisse. Quibus hæc subiungit, Adminiculum autem nobis ad hoc incœptum fuit, ante omnia quidem huius argumenti pertractandi cupiditas (per quam omnibus mortalibus etiam quod alioqui nulla ratione effici posse uidetur, effectum redditur) deindè uerò suppeditata Romæ omnium rerum quæ ad huius argumenti tractationem faciebant abundantia & copia. Quum enim urbs hæc adeò supra omnes alias emineat, ut eius potentia usque ad extremos orbis terminos pertingat, expeditissima & plurima nobis adminicula subministrauit, utpote qui eius incolæ longo tempore fuerimus. Nos enim ex Argyrio urbe Siciliæ orti, & propter commercium quod nobis cum Romanis in insula uersantibus erat, magnam linguæ Romanæ cognitionem adepti, omnia huius imperij gesta ex uetustis quæ apud illos asseruantur monumentis desumpsimus. Et hæc quidem hoc loco Diodorus. alibi autem Ephori exemplo se κοινὰς πράξεις memoriæ mãdasse scribit.

Apud Diodorum concisiones crebræ aut longæ, sicut apud alios multos historicos quærenda non sunt: utpote quas ipse in illis reprehendant. Ait enim eas narrationis cursum interrumpere, & lectorem auidè in cognitione historiæ ulterius progredientem remorari. Inuehiturq; in eos intempestiuè suam eloquentiam in historia scribenda ostentant, atque ubi tot conciones orationesq; rhetoricis pigmentis aspersæ insarciuntur hi-

tur historiæ, totam historiam esse concionem accessionum scribit. Perinde est autem ac si diceret, ipsam historiam, quæ est τὸ ἔργον fieri τὸ παρεργον: contra uerò conciones, quæ esse debent uelut τὸ παρεργον, tractari tanquam ipsum ἔργον. Vbi autem locum habeant conciones, & quis earum debeat esse modus, declarat. An uerò & in Thucydidem cadat hæc reprehensio, uiderint alij.

Res gestas tam diligenter & accuratè atque adeo exactè temporibus distinguit, ut hac in re palmam inter historicos obtinuisse credatur. Porrò quod modò ἀρχόντων, modò consulum, interdum utrorumque simul nomina secus apud eum quàm apud alios scripta reperiuntur, ea uerò scripturæ diuersitas debeat ne ipsis authoribus imputari, an ijs qui libros eorum descripserunt librarijs, sæpe dubium relinquitur. Sunt quidem certè loci nonnulli in quibus tanta est diuersitas, ut eam ipsis authoribus liqueat esse imputandam. Verùm quod ad temporum nationem attinet, peculiare est hoc Diodoro, non solùm ἀρχόντων & consultum, sed & uirorum doctrina illustrium nominibus ea signare. Interdum etiam tempus quod describit, esse id ait à quo hic uel ille suam sit orsus historiam, simul & tempus in quod ea desinat significans. Exempla sunt pag 258. & 306 & 387. præterea pag. 390. & 420 item 421. item 442. Multos uerò simul enumerat pag. 497. Alios omnes longum foret adnotare locos.

Hoc insuper Diodoro usitatum est, suis narrationibus clausulam, quæ aut laudem aut uituperium contineat, imponere, nam ut, siquid insigni eum prudentia aut fortitudine gestum est, summis laudibus authorem huius rei prosequitur, ita si quo in facto insignis temeritas, uel ignauia, uel improbitas se prodit, malè accipere uerbis authorem eius solitus est, Cuius suæ consuetudinis cum alibi, tum in libri decimiquinti proœmio meminit. Præterea lib 15 pagina 503. morem institutum'q; suum esse dicit, fortis alicuius uiri morte commemorata, laudes eius subiungere. Et quidem ut ibi in Epaminonda hoc facit, ita & paulò antè fecerat in Pelopida, pagina 499. Modum interim tam in laudationibus quàm uituperationibus tenet, & ne in eandem in quam Timæus reprehensionem incurrat sedulò cauet, nam propter crebras ac longas ἐπιτιμήσεις Timæum fuisse uocitatum Epitimæum ipse quodam loco scribit.

Est etiam mos hic Diodori (qui præcipuè commendare scripta eius pijs omnibus debet) ut rerum multarum euentus, quos alij historici fortunæ imputarent, diuinæ prouidentiæ adscribat, ut pagina 240. Et Tennem præter spem omnium, Dei alicuius prouidentia seruatum, regno insulæ potitum fuisse. Sic pagina 541. Nam qui in templum confugerant, quum se deorum ope seruatum iri sperassent, contra diuina prouidentia factum est ut supplicio sacrilegis digno afficerentur. Huc autem pertinent & hi loci, qui item pietatem eius (qualis in ethnicum hominem cadere potuit) testantur, ut pagina 488. Hi ergo, tanquam aliquo Deo ipsis offenso, iustas & debitas pœnas luerunt. Item 526. Quum autem exire inde non posset, cruciatúsque se captum manentes formidaret, seipsum præcipitauit: atque hoc modo dans numini pœnas, uitam finiuit. Et 544. Qui ergo numen contemnere ausi erant, eo quo diximus modo puniti à dijs fuerunt. Quodam etiam loco, infortunia quæ narrat, physicos quidem inter naturales & coactos rerum euentus annumerare ait: at eos qui pij sint erga deos, interpretari à dijs inuectas esse calamitates illas aduersus eos qui numen ipsorum uiolassent. Iam uerò & principibus nonnullis suam erga Deum pietatem promori eorum imperij causam fuisse perhibet. Pudeat pudeat ergo Christianos quosdam, in suis historicis scriptis omnia fortunæ tribuentes, ethnicos uerbis (utinam non etiam mente) comperiri.

Diodori autem idioma unusquisque assidua eius scriptorum lectione cognoscere poterit, quod cognitum ad multos in ijs emendandos locos, multos item alioqui perobscuros intelligendos, item'q; ad amouendam falsam suspicionem de librariorum quibusdam in locis fide, plurimum adiumenti attulerit. Quicunque enim nouus scriptoris huius lector erit (etiamsi alioqui in lectione aliorum omnium exercitatissimus sit) futurum ut ei noua multa occurrant, præmonitum uolo.

Hoc addam, elogia de Diodoro uel potius Diodori scriptis extare apud Iustinum Martyrem & Eusebium Pamphili pulcherrima. Nam ille celeberrimum Græcorum historicorum eum appellat: hic autem illustrem uirum eum esse dicit, & de cuius doctrina omnium philosophiæ studiosorum magna sit opinio. Subiungitque paulò post notiora Græcis esse Diodori quàm aliorum scripta. Quæ quidem ego afferens ad ornandum

De Diodoro & eius scriptis.

nandum Diodorum elogia, idem propemodum facere mihi uideor ac si faces soli ad eum illustrandum admouerem. Quantum enim solis lumen inter stellas, tantum inter omnes quotquot ad nostra tempora peruenerunt historicos (si utilitatis potius quam uoluptatis aurium habenda sit ratio) noster hic Diodorus eminere dici potest. Ac quantò uniuersus orbis ciuitate aut gente una est capacior atque amplior, tantò maior est scriptorum Diodori (si eorum argumentum spectemus) quàm ullius eorum qui extant historicorum amplitudo. Nam quum ex aliorum uno quoque, tanquam ex riuulo gentis unius aut ciuitatis aut principis gesta hauriamus: ex hoc, tanquam uberrimo fonte, uel potius patentissimo flumine, omnium ferè totius habitabilis orbis gentium, & particulatim quarundam etiam illustrium ciuitatum res gestas haurire possumus. Etenim mihi laudare aggresso Diodorum id obijciendum quispiam existimaret, quod olim ei qui laudare Herculem parabat obiectum fuit. Ecquis eum accusat? Sed aliter profectò se res habet. Extat enim eius licet tribus tantùm constans uerbis, grauissima tamen accusatio, quæ temporis quidem uetustate non nititur, nec eius se authoritate tuetur: sed accusatoris authoritate fortasse niti posse uidebitur. Is enim fuit Lodoicus Viues, qui nostro seculo natus, Hispaniæ suæ maximum decus & lumen ob doctrinam extitit. Eius hæc leguntur (& quidem cum applausu à quibusdam leguntur) uerba. Diodorus Siculus ab inundatione quæ sub Ogyge fuit rege Bœotiæ, ad sua tempora, id est, ad C. Cæsarem dictatorem, historiam deducit, quem Plinius nescio qua de causa dicat primum apud Græcos desijsse nugari: quum nihil sit eo nugacius. Nisi forsan quòd nullum operi suo illecebrosum aut magnificum titulum indiderit, sed inscripserit tantũ Bibliothecam. Hæc Viues: nimirum nugari dicens Diodorum propter fabulosas quas prioribus libris tractat antiquitates. Quasi uerò hic dum παλαιὰν μυθολογίαν appellat, legitimam excusationem apud lectores æquos non haberet. Equidem si quicunque fabulosas antiquitates literis mandauerunt, talem criminationem à posteris formidassent, quali Viues onerat Diodorum, quid nam ad intelligendas saltem poetarum fabulas relictum nobis adiumenti fuisset? Adde quod huiusmodi ἀρχαιολογίαι, licet fabulosæ uocentur, non usquequaque tamen fabulosæ sunt (earum autem bonam partem quæ à poetis manarunt excipio) sed penitus in eas introspiciendo, quandam ueritatis uelut scintillam sæpenumero inter densas mendaciorum tenebras inuenire possumus. Exempla sunt in promptu. Etenim quàm fabulosa & futilia putamus ethnicis uisa fuisse quæ de Mose cũ alij tum Hecatæus & Alexander Polyhistor memoriæ prodiderunt? Atqui bonam eorum partem quæ de seipso Moses scripsit, in illis habemus: adeò ut non historiam illam finxisse, sed tantummodo historiæ illi affinxisse multa dici possint. Quid aliud quàm delirantium somnia esse existimarunt ethnici ferè omnes quæ Berossus, quæ Hieronymus Aegyptius, quæ Mnaseas, quæ Abydenus de diluuio scripta reliquerunt? Quotusquisque historicæ Abydeni narrationi de turri ea quam uulgus turrim Babel à loci nomine appellat, plus fidei quàm anilibus fabulis tribuendum putauit? Atqui ex sacris literis apertè cognoscimus ita fabulosa esse illa, ut ueritatis lumen, inter densas mendaciorum uelut nubes, quosdam tenues radios adhuc micantes habeat. Etenim si quis scripta eorum de diluuio & de illa turri cum scriptis Mosis conferat, falsa quidem in illorum scriptis esse quamplurima, si particulatim examinentur, sed in summis (ut ita loquar) historiæ capitibus conuenire illis cum Mose comperiet. Iam uerò quod in his accidit prisci seculi historijs, cur non & in alijs accidere potuisse suspicabimur? Tantum abest igitur ut eos qui nobis ἀρχαιολογίας tradunt, mendacij protinus habere suspectos debeamus, ut ne poetarum quidem fabulas (de multis, non de omnibus loquor) in totum fabulas esse dicere satis pudenter possimus. Cuius etiam rei testimonium in modò dictis historijs locupletissimum certissimúmque habemus. Nam quid de diluuio, quid de turri illa Moses scriptum reliquerit, omnes ad unum scimus: certè, si non uano Christianorum titulo gloriamur, scire debemus. Superest igitur, quid ethnici antiquitatum scriptores, quid poetæ ijsdem de rebus tradiderint posteris intelligere. Primum quod attinet ad diluuium, seruatum quidem fuisse uirum quendam, uno consensu omnes tradunt, sed nomen eius apud unum tantùm (eorum quos legerim) inuenitur, rerum Assyriacarum scriptorem Abydenum. Qui tamen pro Noe Sisithrum nescio quẽ, pro Iehoua Saturnum nobis memorat. Quid poetæ? nonne & ipsi diluuij meminerunt, & Deucalionẽ ac Pyrrha lapidum in orbẽ iactatione, ceu inuolucris, maximè memorabi-

memorabilem hiſtoriam nobis texerunt? Hactenus de diluuio. Ad illam turrim οὐρανομήκη ueniamus, & quid de illa idem Abydenus ſcripſerit audiamus. Illi (inquit) quos primos terra edidit homines, ob robuſta uaſtaque corpora elati, quum dies ſuperiores euadere in animo haberent, immenſæ altitudinis turrim ædificare cœperunt. Quumque iam parum abeſſet quin ad cœlum uſque pertingeret, uenti dijs opitulantes machinam illam diſturbarunt. atque huius ruinę reliquias Babylona eſſe quidam crediderunt. Cæterum quum ad eum uſque diem uno eodémque ſermone uſi omnes fuiſſent: deorum numine factum eſt ut alij aliam linguam haberent. Poſtea autem Saturno cum Titanibus ortum eſt bellum. Hæc illæ. Alius autem gigantes qui ex diluuio euaſerant Babylonem condidiſſe ſcribit. Vbi quum illam hiſtorijs celebratam turrim extruxiſſent, eámque diuina potentia ſubruiſſet, per uniuerſam terram eos diſpergi cœpiſſe. Quo ſiquis ea retulerit quæ de gigantibus poetæ cecinerunt (quis autem eo referenda non uidet?) poſtquam legerit, gigantes regnum cœleſte affectaſſe, montéſque montibus ſuperpoſuiſſe, ſcalam qua conſcendi cœlum poſſet molientes, an à ueriſsima hiſtoria fabulam hanc manaſſe, uel potius, fabulam hanc ueritatis ueluti fundamento ſuperſtructam eſſe inficiari audebit? At ſi per ſe hanc ſpectaris, quid mendacius, quid uanius, quid nugacius fingi aut cogitari poteſt? Hæc (& alia quorum conſideratio uirum iudicio prædítum decebat) ſi conſideraſſet Viues, non tam aperte, dum Diodorum nugacem appellat, nugatus ipſemet fuiſſet.

SPLENDORE STEMMATVM, VIRTVTE ET ERVDITIONE NOBILIBVS VIRIS, D. D. IOANNI BRANDIS I. V. D. ET EIVS GERMANO FRATRI D. IOACHIMO, MAGNIFICI, GRAVISSIMIQVE VIRI D. IOACHIMI BRANDIS CONS. HILDESIANAE REIPVB. OPTIME MERITI, FILIIS, S. D. P.

TSI me nõ fugit, Viri Clariſsimi, quæ ſint Ariſtarchorum & Criticorum quorundam, de Hiſtorica Diodori Siculi Bibliotheca, à limine tãtùm, ut apparet, ab ipſis ſalutata, præiudicia & cenſuræ: quibus arbitror τὰ ἀρχαιολογούμενα illius occaſionem præbuiſſe, ut poſteriorem hiſtoriæ illius partem, priori, quę fabulis & Mythologijs ſcatet, ſimilẽ eſſe putarent: Tamen grauiſsimis de cauſsis, non modo ab ijs qui in Repub. Literaria & Ciuili, publico humani generis bono ſeruiunt, ſed etiam à cæteris omnibus, quib. in hiſtoriæ Theatro humani generis fata aſpicere libet, cum maximo fructu legi poſſe exiſtimo.

Proderit haud dubiè THEOLOGO, primę partis Bibliothecę huius, in qua de Idolis Gentiũ, de Ethnicorũ ſuperſtitione, de turpitudine ac ſceleribus Idololatrarum, deq; hominum à uero Deo eiusq; cultu ἀγνοίας, (quam ignorantiæ tempora ſecuta ſunt) agitur, inſpectio. Continet enim illa luculentum teſtimonium, dicti Paulini de Ethnicorum Sophis, Sacerdotibus & Myſtagogis, ac eorum ματαιολογίας: Cùm ſe crederent eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: mutaueruntq; gloriam immortalis Dei, per imaginem, non ſolùm ad mortalis hominis ſimilitudinem effictam, uerumetiam uolatilium, & quadrupedum & reptilium. Quapropter tradidit illos Deus per cupiditates cordium ſuorum in immunditiam, ut ignominia afficiant corpora ſua inter ſe mutuò. Rom. 1. Quanta ſit beneficiorum Chriſti in nos collatorum magnitudo, ἀνάθεσις Ethniciſmi & Chriſtianiſmi, uelut pictura quadam graphica & expreſſa imagine, idem Apoſtolus, cùm alibi, tum etiam Eph. 2. his uerbis docet. Quapropter memento quòd uos quondam Gentes in carne, uocabamini Præputium, ab ea quæ uocatur Circumciſio in carne, quæ manibus fit: quòd, inquam, eratis in tempore illo ſine Chriſto, abalienati à Repub Iſraëlis, extranei à teſtamentis promiſsionis, ſpem non habentes, ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Nunc autem per Chriſtum Ieſum, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti eſtis per ſanguinẽ Chriſti. Eph. 2. Etſi uerò

Apostolo, ex instinctu spiritus sancti loquenti, Ethnici Historiographi (Hiberas nęnias & Aegyptiorum portenta recitantis in operis sui uestibulo) suffragatione opus non est: utile tamen est, ea quæ de Pagana Idolomania, totoq; Ethnicismo ac huius ματαιολογία paucis Apostolus tradidit, prolixè à Diodoro descripta cognoscere, & pro reuelata nobis Euangelicæ doctrinæ luce & ueritate, Deo immortales agere gratias. Et cũ Diodorus alicubi adfirmet, Ethnicos quosdam circumcisionem literæ, ritus sacrificiorum & alia quædam ieiuna mundi Elementa, (neglecta pietate & fide quæ in agnitione Mediatoris Christi posita est) retinuisse: meminerimus, nobis Christianismum in Spiritu, cuius laus apud Deum est, sectandum, & pietatem, ac rationalem Dei cultum, τῇ σωματικῇ γυμνασίᾳ præferendum.

IVRISCONSVLTIS, magno usui erunt, quæ de Legum auctoribus & interpretibus Zaleuco, Charonda & alijs: de sanctionũ ciuilium religiosa obseruatione (de hac scitum est Heracliti Ephesij Apophtegma, Ciues non minùs pugnare oportet pro legibus, quã pro mœnibus. His enim carere urbs potest, illis aũt non item) de legum multitudine & mutatione: de πολιτειῶν formis, pręsidijs, mutationibus, memoriæ prodidit Diodorus. Cùm enim, ut grauissimè monet Thucydides, sæpius eadem eueniant, circumstantijs tantum quibusdam mutatis, & uitam hanc bona ex parte regant Exempla: maximo usui est Historia, Iuris, quod scientiã æqui & boni esse aiũt, interpretibus, cùm res à bonis & malis gubernatoribus domi, militiaq;, seu benè, seu malè gestas, uelut ob oculos proponat aspiciẽdas, & magnam copiam paradigmatum summi iuris, ἐπεικείας, iniusticiæ, ὕβρεως & aliarum rerum subministret.

MEDICIS, nõ iniucundæ erũt, narrationes Diodori, de Medicorum apud Aegyptios auctoritate, officijs, deq; remuneratione industriæ & beneficiorum quibus Medici periti humanum genus afficere solent.

Omnibus autẽ in uniuersum hominibus, inter alia multa de quibus historiæ agunt, proderit consideratio exemplorum imbecillitatis hominum, & uanitatis ac inconstantiæ rerum humanarũ, de qua cũ aliàs sæpè, cum uerò in historia Eumenis sapienter in hunc modum pronunciat Diodorus: τὴς γὰρ ὅπ ἂν λαβὼν γνῶσιαν τῆς κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀνωμαλίας, κατα πλαγείη τῶν ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς τύχης παλίῤῥοίας; ἢ τὴς ἂν ταὶς ἡγεμονίαις ἐξεσίαις πεσόντας, ἀναλάβοι φρόνημα μεῖζον τῆς ἀνθρωπίνης ἀδενείας; ὁ γὰρ κοινὸς βίος, ὥσπερ ὑπὸ θεῶν τινος οἰακιζόμενος, φαλλαξ ἀγαθοῖς τε καὶ κακοῖς κυλεῖται πάντα τὸν αἰῶνα, διόπερ παράδοξον δεῖν ὀνομάζειν τι τῆς ἀλογου, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν δεῖ τὸ γινόμενον ἀνέλπιστον. διὸ καὶ τῶν ἰσοριᾶν προσηκόντως αὐτῆς ἀκροᾶται. τῇ γὰρ τῶν πράξεων ἀνωμαλίᾳ καὶ μεταβολῇ διορθοῦται τῶν μὲν δυτυχούντων τὴν ὑπερηφανίαν, τῶν δ' ἀκληρούντων τὴν ἀτυχίαν. Non grauabor hoc loco adscribere, Diodori uerborum conuersionem ἔμμετρον, quam meo ro-

gatu

gatu eruditiſsimus uir, D. Petrus Monauius Vratislauienſis, ὁμοβώμ περὶ (cũ hæc ſcriberẽ) ob eximiã uirtutem, gratiſsimus, conſcripſit.

Quiſquis es humanæ qui tecum tempora uitæ,
Et curſum reputas mente ſagace breuem.
Nónne uides, quantis agitentur cuncta ruínis,
Atq; habeat præſens uix ſatis hora fidem?
Sic ſuprema imis miſcentur, & ima ſupremis,
Fortuna ambíguas fertq; refertq; uíceis.
Qui modò præluſtri Rex effulgebat honore,
Nunc miſer è ſolio præcipitatus humi eſt.
Nec minus è uulgi fuerat qui fecibus ortus
Mox ſublimẽ tulit ſidera ad ipſa caput.
Euripi haud totíes huc illhuc refluit unda,
Sedíbus eſt quoties ſors uariata ſuis.
Ecquis, erit tandem, quem non ſtupor occupet íngens,
Dum tot inæquales cernit ubíq; uíces?
Et quis adhuc blandæ fortunæ robore fiſus,
Altius humanis uíribus auſit opus?
Vita equidem cunctis quæ uíuitur, orbis ad inſtar
Voluitur, & nullo eſt certa tenaxq; loco.
Hanc aliquis diuûm ẽ numero, ratione gubernans
Alternis tribuit nunc bona nunc q; mala.
Vnde adeô mirum fuerit, non ſi quid eorum
Eueniat, de quo ſpes bona nulla fuit:
Sed potius (exempla docent ceu plurima:) Si non
Hoc inſperatum eſt omne quod acciderit.
Hiſtoriam dignis igitur quis laudibus ornet:
Hæc uitæ cunctis eſſe magiſtra poteſt.
Caſibus incertis dum corrigit illa ſuperbos,
Et ſperare humileis optima quæq; iubet.

Digniſsimum uerò eſt memoria Diodori dictum quod extat in principio libri 12. in quo temperamentum rerum bonarum & malarũ ſic deſcribit, δικαίως ἄν τις ἀποφήσειεν ἐπισκῆψαι τὸν νοῦν τῇ κτῇ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀνωμαλίᾳ. ὅτε γὰρ τῶν νομιζομένων ἀγαθῶν ἐν ὁλόκληρον εὑρίσκεται δεδομένων τοῖς ἀνθρώποις, ὅτε τῶν κακῶν αὐτελὲς οὐδὲ πνὸς δύχρησίας

Plus aloes quàm mellis habet uita humana: fit autem admirabili Dei prouidentia & ut mala δύχρησίαν quandam admiſtam habeant, dũ cautiores, modeſtos, humanæ ſortis & rerum præteritarum, ac bonorum quibus adhuc fruímur, memores reddũt: & ut bona nõ ſint ab omni parte abſoluta, ne eorum κτῆσις καὶ χρῆσις hominem ſui immemorem reddant.

Et cum uiris optimis non ſemper fortuna (hoc eſt, ignorantiæ humanæ πρόχυμα) & ſucceſſus reſpondeant, proderit exemplum hiſtoricum de Spartiatis (qui duce Leonida, ad Thermopylas contra ingentes Perſarum copias fortiter pro aris & focis patriæ ſuæ pugnan

tes, occubuerunt:) intueri: & memoriæ mandare aureum illud Diodori epiphonema: χρὴ γὰρ ἀπ' ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων κρίνειν τὰς ἀγαθὰς αἱρέσεις, ἀλλὰ ἐκ τῆς προαιρέσεως· τὸ μὲν γὰρ ἡ τύχη κυρία, τὴν δ' ἡ προαίρεσις δοκιμάζεται. Malim sanè secūdùm Christianam pietatē dicere, τὴν μὲν γὰρ ὁ θεὸς κύριος. Hic enim perennis fons est omnis boni, hic solus largitur & moderatur τὰ κατορθώματα καὶ ἀποτελέσματα, hic denique solus rerum minimarū, mediocrium & maximarum momenta, gubernat & dirigit ad gloriam suam (cui omnia seruire uel eam ob causſam æquum est, quia ipse sua solius causſa omnia cōdidit, & à se cōdita sustentat & gubernat.) & ad humani generis utilitatem.

Equidem nō ignoro hęc & alia multa felicius è Sacra Historia peti & cognosci posse: ut tamē Israelitis Ægyptiorū uasa aurea & argētea, Deo præcipiente, mutuo accipere, & eis tāquam suis uti olim licuit: ita eodem Domino etiam Ethnicorum & exotericorum Historiographorum uolumina nobis subministrante, ijs tanquam secundæ mensæ bellarijs utilicet. Vtinam uerò Ethnicorum quorūdam uirtutes intuentib. non fit cur ipsi erubescamus. Scio omne id quod non est ex fide, peccatum esse: scio Aristidis, Palamedis, Phocionis, Socratis uirtutes non caruisse næuis. Verùm hoc dolendum iudico, quòd uel umbræ uirtutum maius in Ethnicis quibusdam studium fuit, quàm nunc sit in multis Zelotis, qui se omnium Christianorum πρωτοστάτας haberi uolunt. Mirificè delector historia de Aristippo & Æschine, inter quos cū ita ut sæpenumero fit, simultas καὶ θυμομαχία exorta esset, ac quidā illi dixisset, ubi nunc est illa uestra amicitia? Respōdit uir cordatissimus, eā dormire, paulò pòst aūt à se excitandā. Ne uerò cuiquā de Philosophis malè tum sentiēdi, tum loquendi ansam pręberet: néue filētio malū, ut solet, increscesceret, Aeschinē ultrò cōuenit. Non inquit, quamprimū redibimus in gratiā, & desinemus nugari? An potius (utor iam Erasmianis uerbis) exspectabimus, ut scurris inter pocula de nobis loquendi materiam præbeamus? Cui cum Aeschines respondisset se lubenti animo redditurum in gratiam. Memento igitur, inquit Aristippus, quòd cum essem natu maior, prior ad te uenerim. Tum Aeschines, Nę tu profectò uir me longè melior es. Siquidem à me simultatis, abs te sarcendæ gratiæ, fuit initium. Hoc pacto redintegrata est inter illos amicitia. Quàm benè consultū esset Ecclesiæ Christianæ, si nulli in eius cœtu uisibili ἀνήμεροι, ἄσωνδοι, ἀπελεήμονες essent?

Verùm enimuero istis omissis, ad uos me conuertam, uiri clarissimi, & cur celeberrimo uestro nomini Diodori Bibliothecæ, historicæ nouam editionem, succisiuis horis à me recognitam, inscribere καὶ προσφωνεῖν mihi uisum sit, paucis indicabo.

Σύρτι

Σύμτε δὺ ἐρχομένω, ait Ethnicus ille uates. Itaq; cum de tuâ, Clariſsime Iuris utriuſq; Doctor, Ioãnes Brandis, erga germanum fratrem tuum D. Ioachimum, φιλοσοργίας καὶ φιλαδελφίας me nuper certiorem feciſſes, utq; eum ἐν τῇ πρωσφωνήσει ξυμπαρακάτλω tibi iũgerem auctor mihi fuiſſes, iudicio tuo mirificè delectatus, uobis duobus Diodori & eorum, quos ei ὑπ' σωθήκλω adiunxi, Hiſtoricos libros nuncupandos duxi. Vt enim uos duo, non tantum ſtemmatis, patriæ laudatiſsimæ, familię & propinquorũ cauſſa: ſed etiã uirtutũ & doctrinę ergò, digniſsimi eſtis, quib. illuſtris hic Hiſtoriographus nominatim offeratur & dedicetur: ſic ipſe ueſtro fauore & patrocinio digniſsimus eſt. ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. ut habet uetus prouerbium,

Eſt etiam alia, & ea quidẽ publica grauiſsimaq; noſtrę huius dedicationis ratio. Digni ſunt perpetua bonorum & eruditorum uirorum tum beneuolentia, tum commendatione & encomio, qui non ipſi tantum eruditæ doctrinæ ἀπόδασαὶ ſunt, & ingenijs, optimarum rerum cognitione, & uſu, alijsq; tum animi, tũ corporis dotibus excellunt: ſed etiam opum facultatibus, tanquam uirtutum inſtrumentis diuinitùs ipſis datis, aliorum ſtudia liberaliter fouent, nec ſuæ tãtum ætatis hominibus, ſed pro ſua uirili poſteritati conſulũt & proſpiciũt. In eorum numero, cũ familiæ ueſtræ lumina, maiores inquã, ueſtri, excelluerint, & uos eorũ ueſtigijs inſiſtatis, prælucente uobis parente ueſtro, ampliſsimo, laudatiſsimoq; uiro, D. Ioachimo Brãdis, Conſule inclytę Reipub. Hildeſianæ, æquũ eſt nominis & honoris ueſtri, in publicis Philologiæ & Hiſtoriç monumẽtis, rationẽ haberi. Enimuero ſi magnus ille ueſter Patruus, D. Tilemannus Brandis, quum ſumma olim dignitate apud uos perfungeretur, in familię ſuæ gratiam uſumq; Arcem magnificentiſsimè à ſe ædificatam, uillis, latifundijs, pagis, ac horum prouentibus locupletatam, cognatis ſuis reliquiſſet, de familia ſua (Dei optimi maximi beneficentia alioquin opulenta) benè meritus dici potuiſſet. At cùm in celeberrima Erphordienſi Academia, Saxonicũ Collegium, in gratiam piorũ & eruditorũ uirorũ, inſtitueret: & à ſe inſtitutũ prouentibus annuis inſtrueret, patronum è familia ueſtra, uelut Ephoron & Mecœnatem præficeret: præclarè meritus eſt, non tantum de eius ætatis, qua ipſe floruit, uiris eruditis & pijs, in eo uirtutum & doctrinarum Gymnaſio uerſantibus, ſed etiam de Republica literaria & poſteritate tota. Prodierunt enim è ſacris illis Muſarum ædibus, uiri ingenio, facundia, & doctrina præſtantiſsimi, quorum opera & fides in ea urbe, & alibi diſcentium ſtudijs profuit, & in poſterum quoq; proderit. Audio hoc tempore eiuſdem Collegij ἄρμοσὴν καὶ σωφρονισὴν munificẽtiſsimum eſſe, Parentem ueſtrum, cuius, ita, ut eius ſumma tum uir-

tus, tum sapientia & auctoritas merentur, mentionem mihi faciendã duco. Celebratur in fragmentis Diodori nostri, Cappadocum Regis eruditio, & erga doctos hospitalitas & magnificentia, elegantissimis hisce uerbis: ὅτος, τὸν πατέρα τ' ἐπιφερόμενος καταλαβόντ', διεδέξατο τὴν βασιλείαν τὴν τε ἄλλην ἀγωγὴν τοῦ βίου ἀξιολογωτάτην φιλοσοφίᾳ πεφανέχων. ἧς ὁ Θ' ἅπτεται τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοσμένην πάλαι καὶ παραδοκία, τότε τοῖς ἐπαιδευμένοις ἐμβιωτήριον ὑπῆρχεν. Commemoranda est & uestra tum φιλομαθεία, tum humanitas & beneficentia erga eruditos uiros, & studiosos luuenes: & optandum ut Erphordiana Respub. eam erga optimarum disciplinarum & artium promos & condos, ac horum auditores, φιλοξενίαν καὶ φιλοφροσύνην declarare pergat, quam olim urbs Attica hospitibus suis exhibuit, & cuius caussa grauissimo testimonio ornata est, quod, in Oratione Nicolai Syracusani pro captiuis Athenienssium, his uerbis ei perhibitum est: ὅσοι μὲν γὰρ λόγου καὶ παιδείας ἐν τῇ πόλει μετέχουσι, δότε τὸν ἔλεον τοῖς τῶν πατρίδα κοινὸν ἐπαιδευτήριον ἅπασιν ἀνθρώποις. Et paulò pòst idem ait: ποῖος γὰρ τόπος τοῖς ξένοις βάσιμος εἰς παιδείαν ἐλεύθερον τῆς Ἀθηναίων πόλεως ἀνῳκημένης; Cùm in hac tristi confusione rerum humanarum, Cyclopum μισομόσων barbaries & inhumanitas crescat, assiduis precibus Deus interpellandus est, ut alicubi saltem doctrinæ sanctæ & salutaris sedes constituat & conseruet, nec dissipari patiatur Scholastica μυρμήκια, nec sinãt exstingui lucem doctrinæ, quæ diuinitùs reuelata est: flectat etiam animos Gubernatorum ad amorem & admirationem necessariæ doctrinæ, & ut benedicat ijs Rebuspub. quæ uera, sancta, utilia docentibus hospicia & halcyonia præbent.

Postremò, cùm nos deceat ὅσια πράττειν καὶ σύφημα λέγειν, uisum est, cõsultissime D. D. Ioannes Brandis, hac nuncupatione, non modò amicitiæ nostræ, cui hospicij quidem iura ἀφορμὴν, uirtutes uerò & doctrina tua & morum suauitas, caussam præbuere: sed etiam honori dignitatiq; Doctorali, qua nuper ab Ampissimo Iuris consultorum Academiæ Basilienssis Collegio, tuo merito ornatus es, ex animo gratulari. Sentio me singulari quadam lætitia affici, si quando in publicis Academiæ Basilienssis Professorum congressibus, uideo propitia Dei prouidẽtia, uelut in proscenium Reipub. Ciuilis & Literariæ produci Iurisconsultos, Medicos & alios pios & doctos uiros, quorum opera, consilio, fide, Respub. cum fructu uti potest. Sic enim mecum ipse reputo, quemadmodum Deus operarios extrudit in Messem suam copiosam, si quando fideles uerbi Dei dispensatores oraculorum sacrosanctorum promos & condos, egregijs Spiritus sancti donis à se instructos, nobis præficit, ut sint testes misericordiæ diuinæ & dulcissimæ τῆς ἐπιεικείας quam annunciat Euangelium

uangelium: ita idem politicæ uitæ & tranquillitatis conſeruandæ cauſſa, luriſconſultos, æqui boniq; ut peritiſsimos, ſic etiam amantiſsimos, excitat, ut ſunt diuinæ iuſticiæ præcones & teſtes. Medicos bonos & experientes ab Altiſsimo dari, cum ſapiente illo, mihi perſuadeo.

De te ſanè, Vir clariſsime D. Doctor Brandiſi, præclara omnia & patriæ tuæ ſalutaria mihi polliceor: ac Deum æternũ precor, ut tuos, & fratris tui optatiſsimi D. Ioachimi, conatus, conſilia, totiusq; uitæ periodum benedictione ſua proſperare dignetur, ad ſanctiſsimi nominis ſui gloriam, Reipub. Hildeſianæ bonum publicum, & ueſtræ familiæ decus & utilitatem. Amen. Baſileæ Calendis Aprilis, 1578.

Nominis & honoris ueſtri amantiſsimus,

Iohannes Iacobus Grynæus.

Typographus pio Lectori S.

IODORVS SICVLVS libros ſcripſit Bibliothecæ hiſtoricæ quadraginta. Horum extant hodie Græcè quindecim, uidelicet à primo ad uigeſimum ordine omnes, exceptis quinq; qui inter quintum & undecimum eſſe debebant. Horum omnium quinam, & quales ſint interpretes, & quid in toto opere præſtitum ſit, ordine iam explicabo. Quinq; priorum interpres eſt Pogius Florentinus, qui ex quinq; ſex fecit. Is Pogius uertendo authorem, magna eſt uſus breuitate, quod tamen ſtudio quodã fecit, quemadmodum ex præfatione eius liquet. Sequutus eſt interpres incertus librorum quatuor, uidelicet undecimi, duodecimi, decimitertij & decimi quarti. Is contra quàm Pogius liberius & maiori uerborum & ſententiarum copia uertendo oblectatus fuit. Librum decimumquintum tranſtulit Marcus Hopperus, duos ſequentes Angelus Coſpus. Hos omnes quos commemoraui duodecim libros ad Græcum exemplar emendari ac reſtitui curauimus, eaq; omnia præſtitiſſe nos puto, quæ æqui lectores boni conſulturi ſint. Quod ad tres ultimos libros attinet, duodeuigeſimum ſcilicet, undeuigeſimum, & uigeſimum, à Sebaſtiano Caſtalione ij conuerſi & ut reliqui caſtigati ſunt, qui & fragmenta quædam Diodori, quæ reperit, partim tranſtulit, atq; huc adiecit. Nunc poſtremo totum opus reuiſum & emendatum à Iohanne Iacobo Grynæo & Chronologia ad marginem illuſtratum. Cæterùm quod ad Diodorum & eius ſcripta in uniuerſum attinet, refero me ad uitam eius, quam hîc adiectam cernis. Vale candide lector, & fruere.

ARTICVLI PACIFICATIONIS BELGICAE PER REVERENDISSIMOS, ILLVSTRISSIMOS, ILLVSTRES ET GENEROSOS DOMINOS COMMISSARIOS CAESAREOS, COloniæ concepti, & vtrique parti xviij. Iulij communicati.

I.

PRimò Pacificatio, Anno, &c. 76. die octaua Nouembris Gandaui inita & instituta, vnio quoq; Bruxellis 9. Ianuarij, Anno, &c. 77. subsecuta, edictum insuper perpetuum Bruxellis 17. Februarij, Anno eodem publicatum, vna cum approbatione Regia, in omnibus suis punctis & Articulis seruabuntur, & executioni mandabuntur.

II.

Et quia præter ea, quæ à tempore primorum motuum acciderunt, postiam dictos tractatus Pacificationis Gandauensis, vnionis & edicti perpetui, vltrò citroque varia facta, dicta, & admissa fuêre, tam in generali quàm in particulari hac præsenti quoq; pacificatione non minus posteriorum istorum factorum, & dictorum, quàm eorum, quæ antea contigerunt, perpetua obliuio constituatur, ita vt eorum nulla amplius fiat mẽtio, exprobratio aut inquisitio, quasi ea nunquam accidissent, idque sub pœna exemplaris correctionis subditis contrauenientibus tanquam perturbatoribus tranquillitatis publicæ infligenda.

III.

Rex Catholicus, Vasallis, Subditisque suis seruabit, manutenebit, & si opus videbitur, etiam de nouo confirmabit omnia & singula iura, vsus, consuetudines, immunitates, exemptiones & priuilegia quarumlibet prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, communitatum, aliorumque priuatorum omnium, cum in genere, tum in specie, quemadmodùm in edicto perpetuo Articulo 10. & cùm Prouincijs Belgicis inauguratus extitit, promisit, & iurauit.

IIII.

Omnes milites extranei, vtpotè Hispani, Itali, Germani, Galli, Burgundi, Angli, Scoti, ac cæteri omnes peregrini, qui propter hosce motus vtrinque accersiti sunt, Prouincijs Belgicis ab hac pace promulgata intra terminum, communi consensu constituendum, simul excedent, & eodem tempore.

V.

Quod verò attinet ad alios milites non extraneos, etiam ad pleniorem exonerationem afflictorũ subditorũ, mandabit Rex vniuersum militem, tam terra, quàm mari, eodem quoque tempore exauctorari & dimitti. Vt nimirum deinceps sibi priuatim viuant in tranquillitate, ordinarijs tantum præsidijs retentis ac suffecturis, vt subditi quoque ciues & incolæ omnes citra cunctationem redeant ad mercaturas, opificia & negotia pacis, quibus se, vxores, liberosque citra iniuriam proximi honestè sustentare valeant, & à publico armorum vsu antea non consueto & pacis tempori non conuenienti, desistant, & abstineant.

VI.

Vniuersæ exactiones, impositiones, cæteraque inusitata vectigalia, & onera præsentium turbarum occasione quomodolibet indicta, penitus cessabunt, & tollentur: ita tamen, quòd si quæ certorum onerum cõtinuatio adhuc fore ex vsu publico iudicabitur, simul atq; per Ordines statuũ eiuscemodi quid demõstratum fuerit, Rex haud grauatim se Ordinum consilijs iuxta ac desiderio accommodabit.

VII.

Præterea restaurabitur libertas commerciorũ, & transitus vbiuis locorum, per vrbes, pagos, pontes, portus earundem prouinciarum, non minus terra, quàm mari, perque fluuios & flumina, prout factitatum fuit ante præsentes hosce tumultus, nouis autem vectigalibus, atque impositionibus absque Regis auctoritate eatenus per hos motus de facto institutis, in continenti cessaturis.

VIII.

Et ne qua semina altercationum aut querelarum relinquãtur, omnes Ecclesiastici, necnon omnes Seculares tam intranei quàm extranei, recuperabunt pacifice bona sua secularia & Ecclesiastica respectiuè mobilia, extantia, & omnia immobilia, titulos, debita, & actiones, ijsque statim vti ac frui poterunt, in eo nimirum statu ac qualitate, quibus in præsentiarum illa ipsa reperientur. Idque omni dolo ac fraude semotis, nõ obstante vlla hypothecatione aut quauis alienatione à tempore Pacificationis Gandauensis facta in contrarium, quæ verò ante pacificationem Gandauensem acciderunt, eiusdem dispositioni relinquuntur.

IX.

Similiter quoque Subditorum quilibet hincinde etiam redintegrabitur in suis honoribus, dignitatibus, beneficijs, gubernaculis, muneribus, functionibus, & officijs, planè ad instar prout tempore edicti perpetui (illis quæ ante edictum cõtigêre, eiusdem dispositioni relictis) extiterit. Exceptis tantum ijs, quibus contra libertatem, iuraque ac Priuilegia Patriæ de vlla functione prospectum fuisse demonstrabitur. Prouiso tamen quòd eiuscemodi spoliati denuò redintegrãdi tenebuntur præstare iusiurandum, cuius in proximo sequenti articulo fit mentio, prout facturi quoque sunt cæteri ad nouas functiones & officia in posterum cooptandi, reuocando, cassando, & annullando quicquid hincindè factum, decretum, pronunciatúmue fuerit in contrarium.

X.

Nulli admittentur ad vlla gubernacula prouinciarum, ciuitatum, castrorum & fortalitiorum, capitaneatus aut præfecturas militum. Nec ad cõcilia rerum status priuatum financiarum aliaque officia maioris momenti præter naturales harum prouinciarum sub gubernaculis generalibus compræhensarum. Qui etiam ante receptionem vltra antiqua & consueta iuramenta, Regi tanquã eorum Principi naturali præstari solita, in hos articulos Regi & Ordinibus solẽniter iurabũt, eosque promittent fideliter, sincereque seruare, sub pœna periurij, & tanquam tales puniendi.

XI.

Captiui vtriusq; partis omnes, qui ob dictos tumultus adhuc dum detinentur, statim & absque vllo pretio relaxabuntur, nisi iam antea de eo aliud inter eos fuerit conuentum & concordatum.

XII. Comes

XII.

Comes Buranus ſuæ libertati & Patriæ intra tres menſes, poſtquàm Princeps Auraicus, ea, quæ cum ipſo tractabuntur impleuerit, reſtituetur.

XIII.

Decreta, diſpoſitiones, ordinationes, per D. Archiducem Matthiam, ſuosque collaterales & Ordines ſtatuum à tempore vltimarum turbarum nomine Regis emanatæ, pro legitimis & validis habebuntur, ſuosque debitos ſortientur effectus quoad beneficia, dignitates, officia, aut alias quaſpiam res, quæ ſolent eſſe poteſtatis ac diſpoſitionis ordinariæ illorum, qui tenent locum Gubernatoris dictarum Prouinciarum, nõ autem in ijs, quæ propriæ perſonæ Regis reſeruantur, aut ſi quæ factæ ſint contra iura, priuilegia, & immunitates patrias, tam in generali quàm in particulari, vel alioqui in vllius iniuriam ſeu detrimentum redundarint.

XIIII.

Pariter etiam quarumlibet vrbium & aliorum locorum magiſtratus ſeu officiati ſuis functionibus deſtituti, alia via ac ratione, quàm iuris ordine legitimè ſeruato, aut aliàs contra priuilegia dictarum vrbium aut præter ordinarios conſuetosque modos, comprimis reſtituentur & redintegrabuntur, in dignitates, officiaque ſua, necnon ad eorum creationẽ futuris temporibus procedetur, prout olim & ſicut ex iuribus, moribus, & priuilegijs cuiusque patriæ, vrbis & loci decet, ne cui facta toleretur iniuria.

XV.

Quæ concernunt religionem, quæ omnibus Principibus verè Chriſtianis iure debet eſſe cõmendatiſſima, haud poteſt Rex vllatenus præterire, quin veſtigijs Regum Catholicorũ ſuorum maiorum inhærendo percupiat ac mãdet in Prouincijs ſuis patrimonialibus retineri, ſeruariq; religionem Catholicam Apoſtolicam Romanam, ab omni æuo non ſolum ibidem receptam, verùm etiam ſub qua earundem prouinciarum ſubditi olim tãtoperè floruêre, & in qua tam dictum Regem, quàm cæteros ſuos prædeceſſores, olim prouincijs inauguratos mediante ſolenni iureiurando in Principes ſuos naturales receptos fuiſſe, notoriè conſtat. Quæ quidem ſupradicta religio, excluſa quauis alia, liberè, pacificè & abſque vllo impedimento, per Prouincias Belgicas, poſthac tractetur & exercebitur, prout ordines etiam iamantea in vnione generali ſeipſos mutuò ac ſolenniter obligarũt, & in edicto quoque perpetuo, ac literis frequentibus Regi non minus poſt, quàm ante turbas præſentes ſe paſſuros & procuraturos, addixerunt, & ſicut etiam iam pridem ſcripſere ad S. Maieſt. Imperialem, vſqueadeò, quòd abſq; graui nota, vt non dicatur confuſione vniuerſi ſtatus Politici, haud poſſint in re tanti momenti proprijs ſcriptis vlla ex parte contrauenire.

Quod verò ad Hollandiam, Zelandiam, & oppidum Bommel attinet, diſpoſitioni pacificationis Gandauẽſis relinquitur. Ita tamẽ, quòd interea tẽporis in ijs ciuitatib⁹ ac locis dictarum Prouinciarum Religio Catholica Romana reſtituetur, in quibus tempore dicti tractatus ibidem exercebatur.

XVI.

Subditis qui in reliquis Prouincijs Belgicis in hac tractatione comprehenſis, à Catholica Romana religione receſſerũt, Rex Catholicus ad præſentem Belgij ſtatum reſpiciens per Regium ſuum Commiſſarium concedit, vt ijs liceat in prouin-

cijs iſtis, ſine ali qua coercitione aut moleſtia occaſione placitorum Religionis, eo, uſque ſuſpendendorum, degere & manere, donec cum conſilio Ordinum, legitimè ac debitè, in loco tuto, vbi ſuffragia libera eſſe queant, per Regem ſeu eius Gubernatorem generalem, congregandorum, aliter diſpoſitum fuerit, ſuper placitorum moderatione. Prouiſo tamen, quòd interea temporis eiuſmodi Subditi à ſcãdalis ac rerum perturbatione ac omni vſu & exercitio alterius, quàm Catholicæ Romanæ religionis, prorſus abſtineant: & interim etiam liberrimè fruentur omnibus ſuis bonis tam mobilibus quàm immobilibus, iuribus, actionibuſque, & poterunt ea ipſa, qualiacunque fuerint, etiam aliò transferre ſeu vendere aut alienare, prout eis videbitur; & quatenus bona ſua retinere malint, poterũt etiã abſentes ad eorundem bonorũ regimen, adminiſtrationem & receptionẽ in Prouincijs ſibi eligere quæſtores Catholicos quoſcunque volent: prætereà toties, quoties voluerint, ad Prouincias iteratò redire, victuri tamẽ Catholicè, ijſq; ritibus ac moribus quos perſonas Catholicas decet: Eritq; huiuſmodi reditus ac facultas, bona adminiſtrandi per ſe cuilibet bona fide permiſſus, ſtatim atque Paſtoribus, officiatis & Magiſtratibus locorum, ad quæ redire cupiãt, talis intentio ac voluntas inſinuata fuerit. Ex qua quidem regali indulgentia, nulli non per quàm manifeſtũ redditur, quòd Rex nihil minus quàm bonorum confiſcationes, ruinam ac perniciem ſuorum ſubditorum appetat, nec etiam quòd rigore ſuperiorum placitorum ipſos perſtringere conſtituerit. Cùm paratiſſimus quoque ſit, ea ipſa placita cum conſilio Ordinum Statuum competenter temperare, ac moderari, omniaque facere quæ ad Dei Opt. Max. cultum Prouinciarumque quietem & tranquillitatem pertinent, ac benignum, amantiſſimum, Chriſtianumque Principem decent.

XVII.

Autoritas & obedientia Regi à ſubditis cõprimis reſtituetur & ſeruabitur, qualis meritò iuxta præſcriptum diuini & humani iuris, necnõ priuilegia, vſus & conſuetudines patrias, necnon pacificationem Gandenſem, vnionemq; ſubſecutam edictum perpetuum & præſentem tractatum, eſſe debet, qualisq; olim ſeruata eſt, vt rectè nimirum adminiſtretur iuſtitia, ſubditi regantur in omni ratione, æquitate, quiete, & obedientia, idque ad eam formam modumque, quo factum eſt abomni memoria tam defuncti Imperatoris Caroli Quinti, eiusque prædeceſſorum, quàm etiam Regis tempore, vſque ad harum turbarum initia; ſine cuius autoritatis inſtauratione, ac ſubditorum obedientia nequaquam poſſibile eſt, populum in vnione, concordia, rectaque iuſtitia, quiete, & tranquillitate manuteneri.

XVIII.

Supereſt de gubernaculis generalibus dictarum Prouinciarum, quarum occaſione Rex eliget Principem de ſanguine, qui quæue rerum experientia pollens habeat dotes & qualitates ad eius generis arduum munus comprimis neceſſarias, & de quo ſeu qua ſubditi iuſtam cauſam ſatisfactionis ſint habituri: gubernabit autem cum omni iuſtitia & æquitate, præſertim verò ſecundum vſus, iura, conſuetudines & priuilegia dictarum prouinciarum, etiam comprehenſis pacificationibus ſupra dictis & hoc præſentis reconciliationis edicto, quod tenebitur promittere ac iurare.

XIX.

Ad cuius quidẽ Gubernatoris generalis manus citra vlteriorẽ hæſitationẽ planè ac integrè tradentur omnes & ſingulæ ciuitates, vrbes, fortalitia, & alia loca quę ab vna

ab vna alteráue parte, quocunq; titulo aut prætextu modò tenentur, vnà cum Patrimonio ad Regem pertinente, tormentisq; bellicis, munitionibus, commeatibus, armis ac nauibus, vt nimirùm ea loca, quæ ab omni memoria præsidium habuerunt, consilio concilij status naturalibus Belgicis astringendis, iureiurādo, quo vltra antiqua & consueta iuramenta Regi tanquam eorum principi naturali præstari solita, de his articulis seruandis, Regi & Ordinibus sese obligabūt, custodienda committat, aliasque de illis disponat, sicuti seruitio Regis simul & commodis ac securitati prouinciarum magis expedire arbitrabitur, & aliàs, prout fieri decet, factumq; fuit ante motus præsentes.

XX.

Permittente nihilominùs Rege (& quidē merè in huius reconciliationis gratiā) vt quod hactenùs ex eius patrimonio seu populi subsidijs desumptum & collectū fuit, id ita collectum, receptumque maneat, absque vlteriore persecutione seu vexatione cuipiam mortalium eatenùs inferēda. Ita tamē, vt in posterū ab eiusmodi detentionibus, occupationibus & collectis desistatur.

XXI.

Pacificatione Gandauensi, vnione generali Statuum secuta, & edicto perpetuo Bruxellensi, supra ab initio positis, saluis, Ordines Statuum renuntiabūt alijs omnibus fœderibus, pactis, mutuisq; sponsionibus contractis, occasione dictorum tumultuum, tam intra, quàm extra prouincias.

XXII.

Comprehendentur hoc tractatu Regina Angliæ, & Dux Andegauensis.

De cæteris concernentibus expeditionem, confirmationem, publicationē, perpetuamque & firmam obseruationem huius pacificationis, posteà agendum erit, cùm omnia fuerint concordata & concluſa.

FINIS.

Coloniæ Agrippinæ ex officina Theodori Baum.
ANNO M. D. LXXIX.

RERVM ET VERBORVM IN XV. DIODORI SICVLI LIBROS PRAECIpuè memorabilium Index.

Abilei & Gasandli Arabes 85
Acathartus sinus 82
Achaia 162
achæus consilio pstans 707
achelous fluuius 113
acherusia quid 44
achilles Delphos it. 214
achilles 167
achilles depopulatur 174
achilles Polyxenamadamat fol. 218
achilles Græcis infensus folio 180
achilles iratus non pugnat fol. 219
achilles placatus 184
achilles Polyxenę amore captus ibid.
achilles uulneratus 186
achillis funus 195
achilli patentat Neoptolemus 197
achillis & Aiacis uires 173
achillis ira 179
achillis oratio 183
achillis uerba ad Priamum fol. 190
achillis mors 194
aconiti inunctio 117
acoris Aegypti Rex aduersus Persas se instruit 457
actæon 133
actisanes Aegypti rex 28
acragantini Siculas ciuitates uindicare in libertatem nituntur 670
acragantini 252
acragantinorum opes direptæ 370
acragantem oppugnãt Carthaginenses 367
acridophagi 78
acragãtini in plio uicti 683
acragantinorum belli susceptio aduersus Agatoclem fol. 642
acragantinorum fuga ex urbe ob famem 369
acragantinorũ numerus & opes 366
acragantinæ opes 364
acrotati in Siciliam ad auxiliandum Acragantinis nauigatio 642
acrotatus uoluptatibus intemperanter indulsit 642
acrotatus Persa nõ Spartiata uisus 642
acrotatus crudelis & mollis ibid.
admetus Macedo 547
admetus Molossorum rex fol. 254
adoptio filiorum 115
aduenas sacrificandi ritus ubi 117
æolides insulæ 137
ædificia insignia in Sicilia fol. 522
ægas belua 96
ægestanis auxilium decernunt Carthaginenses 341
ægestani Selinuntios fundunt 342
ægestani obsidẽtium castra incendunt 417
ægestani & Selinuntij belligerant 312
ægestanorum miseria ab Agathocle illata 686
ægestæ uno die ab Agathocle uexata interitus & ruina ibid.
ægidis regis mors 555
ægis Athenas adoritur 358
æginetæ aliis prælati 239
ægij expugnatio 699
ægei mors 124
ægistus adulter 205
æginæ euersio 261
æneas 131
æneæ execratio 196
æneę uerba ad Menelaũ 177
ægypti aditus qualis 463
ægypti urbes & populus 15
ægypti à Persis deficiũt 261
ægypti situs 15
ægypti reges uarij 22
ægypti fabula 17
ægyptus aditu difficilis 15
ægyptiorum Astrologia 37
ægyptiorum pignus 42
ægyptiorũ leges antiquę 15
ægyptiorum priscorum uictus 21
ægyptiorum ad Aethiopes collatio 70
ægyptiorum ordines 34
ægyptiorum mos in coma nutrienda 10
ægyptiorum lex noua 13
ægyptiorum legum latores fol. 42
ægyptiorum leges, amores, iudicia, & inuenta 32
ægyptiorum aurifodinæ 73
ægyptiorum iudicia 35
ægyptiorum fabulosa 44
ægyptiorum regum mos folio 29
ægyptiorum sacerdotum sacrificia 11
ægyptiorum sententia de uita futura 25
ægyptiorum nobilitas 42
ægyptiorum regũ sepultura 33
ægyptiorum inuenta 7
ælij strenui militis mors 643
ælij pudor gratia fugæ ibid.
æsculapius 160
æsculanis bellum illatum à Romanis 246
æsculapij posteritas cur fulmine cæsa 129
æthalia insula 139
æthiopes liberi semper 70
æthiopum fuga 193
æthiopes Lybij 69
æthiopiæ miranda 51
æthiopum cum Elephantibus certamina 77
æthiopum expiatio uetus fol. 67
æthiopum funera 72

æthiopum supplicia 71
æthiopum genera & mores fol. ibid.
æthiopum literæ 70
æthiopum leges 71
ætolorum in Thessaliam expeditio 596
ætoli Agrinienſibus fidem frangunt 641
ætolorum à Philippo profligatio 644
aër Pallas dicitur 8
aer ubi semper purus 68
afflictio Philippi & Euridices 617
affirmandi aliquid ratio 20
africæ diuisio 680
agamemnon 169
agamemnonis pertinatia folio 178
agamemnonis magnificencia 183
agamemnon cõtumelijs lacessitus 204
agamemnonis mors 205
agathocles Acestoridis insidias callidè euasit 614
agathocles Africa excedere statuit 645
agathocles quo pacto opes quæsiuerit 686
agathocles bellum in Africam traijcit 659
agathocles Messanenses fefellit 640
agathocles in Aphrica victor 671
agathocles cum alijs regnare non uult 616
agathocles seditionem aduersus se sedat 671
agathocles in Africam profiscitur 660
agathocles nunciũ Syracusas de victoria mittit 664
agathocles classem suam incendit 660
agathocles perfidè exules occidit 693
agathocles solus regnat folio 616
agathocles cædibus grassat fol. 612
agathocles priuatur prẽmio fortitudinis 613
agathocles Ophellam perfidè interficit 675
agathocles strenuus & industrius creditus 613
agathocles conatus urbem Crotoniatarum capere spe sua excidit ibid.
agathocles conatu frustratus 640
agathocles tyrannus 612
agathocles Siculas urbes subigit 681
agathoclis parens Carthaginensib. spectatoribus Delphos nauigantibus mãdata dedit interrogandi Dei de partu futuro 612
agathoclis naualis victoria fol. 683
agathoclis natiuitas 612
agathoclis q̃dam gesta 640
agathoclis castrorum noctu tumultuatio 684
agathoclis ad Dimocratem propter pacẽ legatos mittit 688
agathoclis ex Africa fuga fol. 685
agathoclis in Geloos sæuitia 656
agathoclis incrementa 613
agathoclis ad Milas nauigatio 640
agathoclis sacrilegium diuinitus punitum 698
agathoclis facetia 683
agathoclis ualidum imperium 643
agathoclis industria in liberandis socijs noctu urbem hostium irruentibus 613
agathoclis cum Carthaginensibus pax 689
agathoclis cum Carthaginẽsibus prælium 673
agathoclis in Aegestanos sæuitia 686
agathoclis à suis comprehensio 685
agesilaus Boëtios iniquo loco aggredi non uult, prudentia, non metu 459
agesilaus Tissaphernen prælio uincit 429
agesilaus Nectanebos copias proflígat 485
agesilaus Lacedem. Persarũ agros uastat 428
agesilaus ex Asia in Europam reuocatur, eiusq; itinere gesta 430
agesilaus Spartanorũ dux in Persas 458
agesilai mors 485
agricultura Aegyptiorũ 18
agricolæ boni, Aegyptij 34
agricolæ Indorum 62
agyris Siciliæ Tyrãnus 435
aiax Telamonius 167
aiax laudatus 182
aiax Telamonius 216
aiax Telamonius quas regiones infestet 174
aiacis funus 204
aiacis incursio 177
aiacis mors 203
alcæus Hercules quis 12
alceta ab Epirotis interfectus 649
alcetas victus 599
alcetæ mors 600
alcetas Pisidarũ beneuolentiam sibi conciliauit 599
alcibiades Cumeorum agrũ depopulat, potestate abdicat, & decem uiri Athenis creantur 359
alcibiades sibi recõciliat Athenienses 338
alcibiadis calliditas 355
athenas reuocatur & magnificè excipitur à culpa absoluitur. Andrum aggreditur 356.357
alcibiades in exilium fugit fol. 360
alcibiades reuocatus Athenas, fugit 316
alcibiades Argos nauigat fol. 312
alcibiadis consilium 290

alexan-

alexandria Aegypti 25
alexander Alexandriam in Aegypto constructuit 550
alexander ab Athen. postulat oratores sibi oratione infensos 534
alexãder ad Caucasum proficiscitur 564
alexander Babylonem uenit 555
alexander Asiaticis delicijs corrumpitur 561
alexander aulæ suæ res componit 576
alexander ad Hammonis tẽplum it 549
alexander ducit uxorem folio 575
alexander Miletum expugnat 537
alexander Polysperchontis filius occisus 641
alexander urbe potitur fol. ibid.
alexander pacem cum Dario repudiat 551
alexander copias suas Tigrim traducit 552
alexander Pheræus in Scotussanos sæuit 476
alexander Indicas gentes aliquot subigit 572
alexander in Arimaspos proficiscitur 563
alexander per fluuium Acesinem uersos oceanum nauigat 569
alexander Alexandriam urbem secundam constituit fol. 574
alexander in fluminum confluente periclitatur 570
alexander Indum traicit 565
alexand. Hephæstiani sumptuosissimè parentat 579
alexãder Halicarnassum oppugnat diruit 538.
alexander an ueneno sublatus 539
alexander Polisperchontis filius cum Antigono contrahit amicitiam 638
alexander Satibarzanen rebellantem subigit 562
alexander Priami. eiusq; facinus 164
alexander fugit 180
alexander Attalum occidere statuit 528
alexander Persepolim militum direptioni exponit folio 558
alexander Spithrobatẽ Persam occidit 536
alexandro Susa deduntur folio 556
alexander Troadem uenit fol. 535
alexander Tyri regem creat fol. 548
alexãder Tyrum oppugnat fol. 545
alexander Thebas oppugnat 533
alexander urbes duas construit 567
alexander Vxiorum angustias superat 557
alexander uulneratus in oppugnatione 571
alexandro Chaldæi mortis periculum nunciant si Babylonem uenerit 578
alexandro in somno monstrata herba 573
alex. adeunt legati multi folio 578
alexandrum Cassander sibi conciliat 639
alexandri concubinæ 562
alexandri quatuor successorum 655
alexandri homines quæ in oceano uiderint 575
alexandri milites 531
alexandri ex Helena filij ruina oppressi 199
alexandri & Menelai coactum duellum 180
alexandri in Paromamisadas expeditio 563
alexandri in Ida monte somnium 211
alexandri cũ Poro rege certamen 566
alexandri prælium cum Dario 541
alexandri Magni metus 61
alexandri ad Græcos epistola de captiuis reuocandis fol. 585
alexandri cum Dario secunda pugna 553
alexandri insidiæ 194
alexandri æquus à Barbaris raptus 561
alexandri Phęrei mors 492
alexandri commentaria in quibus præscribebat quid fieri uellet 583
alexandri in matrem & uxorem & filias Darij humanitas 543
alexander Græciæ dux eligitur 529
alexandri duces Arios subigunt 564
alexandri mors 196
alexandri copiæ 535
alexãdri cum Persis pugna ad Granicum 536
alexandri & Aiacis mors fol. 221
alexandri in Gręciam nauigatio 212
alexandri morbus 540
alexandri mors 580
alienses populi 265
alienis instruit, tutum 329
alpes Italiæ liberatæ 107
althemenes Cretensis 155
alumen Liparense 138
amasis rex 32
amasis rex sapiens 43
amasis Aegyptiorum Rex fol. 28
amalthiæ cornu 96
amalthiæ cornu 113
amazonum lex nomen unde 63
amazonum in Atticam expeditio 110
amazonum regina Alexandrum conuenit 561
amazones deuictæ 64

amazones Lybicæ 88
amazones fœminæ 63
ambitio præceps 86
ambraciotæ necantur 301
ambrosia ubi 86
antipatri interitus 606
amilcar Carthaginẽsis, eius mors 236
amilcar occiditur 69
amilcaris aduersus Agathoclem missio in Siciliam folio 656
amnias ciuis Atheniẽsis uir fortis 239
amphiaraus 126
amphictionum decretum fol. 512
amphipolis 280
amphipolis urbs 305
amyntas Macedonum Rex regnum amittit 455
amyntas Philippi Macedonis pater 433
amyntæ mors 548
anaxagoras hæreseos accusatus 290
andromachæ somnium de morte Hectoris 217
andromacha 189
animalia apud Aegyptios sacra 38
animalia quæ Aegyptij colant 2
animantium formæ in cœlo cur uideantur 88
anima quando futura prænoscat 581
animas esse immortales unde probetur 581
annus Lunaris 13
annus magnus Græcorum fol. 64
anseres Iunonis 444
antenor in Græciam à patre legatus 211
antenor regnat 204
antæus deuictus 110
antæus superatus 106
antenoris ad Troianos oratio 198
antenor Græcos adit pro Troia danda 197
antenor pacem suadet Priamo 221
antenor & Aeneas ad Græcos redeunt, urbem proditurí 199
antenor Troianus 165
antenoris hortatio 212
antenoris fides 167
antigonus Pithonem adne candum decipit 632
antigonus ab Eumene procul castra mouet 626
antigonus Tyro potitur folio 638
antigonus Ephesum capit fol. 502
antigonus facti pœnitentia ductus 636
antigonus Alcetam debellat 599
antigonus grandi pecunia potitur 598
antigonus uincit Apollonidem ibid.
antigoni cum Eumene prælium 630
antigoni milites miserè pereunt in fluuio Tigre fol. 620
antigoni consilium 688
antigoni promissio 623
antigoni quædã gesta 645
antigoni aciei instructio folio 624
antigenis mors 631
antiochus Athen. pugnat contra Lacedæm. 258
antiochidis Antiochi filiæ uersutio 704
antiochi cædes 193
antimachus 176
antimachi filij necãtur 197
antipater Athenis potitus quid agat 589
antipatri & Crateri expeditio in Aetolos 591
antipater auxilia corrogat fol. 286
antisthenis Acragãtini opes & nuptiæ 366
antrum sudorificum 132
aper Erymanthius 104
aphrodites stagnum 81
apis, id est Taurus in Aegypto 39
appius Claudius 672
apollo Gelous 382
apollo iratus in Græcos folio 178
apollinis tripos 497
apollinis & Marsyę contentio 91
apollinis inuenta 160
apollinis responsum 277
apries rex 32
aqua mirabilis 51
aqua quæ generet 20
arabia fœlix 65
arabiæ situs & diuisio 65
araculum Pythij 173
aratus de deabus 132
arbaces Medus 55
arcades à Lacedæm. uicti folio 476
archagatus Lyciscum interficit 671
archelaus Macedo Pydnæis bellum infert 345
ascandrus 206
asiatici Thesauri 601
asopi filiæ 129
asphalti copia ubi 50
astapon Nilus 19
astidamia uirgo 114
assyriorum res gestæ fol. 45
archelaus Macedoniæ Rex moritur 408
archidamus Rex 257
archidami mors 513
archimedis machina 17
argiuorum agros uastat Agesilaus 435
arethusa fons 136
argiui Lacedæmonijs bellũ indicunt 310
arctos ubi inconspicuus folio 86
argyra Ciciliæ ciuitas 4
argonautarum iter 116
arginusæ insulæ 375
argonautarum nauigatio folio 209
aristæus 133

aristi-

aristidis prudentia 248
aristoteles expulsus ex insula 641
aristodemi q̃dam gesta 640
aristonous dux creatur 627
aristus à Lacedęmonijs missus Dionysij tyrannidem confirmat 392
aromatum copia in Arabia fol. 65
aromatum Arabum uis 85
artabazus Persa 241
artaxerxes Aegyptum bello adoritur 506
artaxerxes tota potitur Aegypto 508
artaxerxes Gręcos persecutus, cum eis cõponit 402
artaxerxes Phœnicibus bellum infert 504
artaxerxis apparatus bellicus in Cyprum 446
artaxerxis expeditio in Aegyptum 462
artaxerxis apparatus 399
arundines ubi maximæ 52
arx Persarũ mira & eius incendium 559
atalanta 113
atalanta soror perdiccæ occisa 596
athenæus Nabatęos opprimit 672
athenarum disciplinę quando floruerint 273
athenarum laus 331
atheniẽses ciuitatũ beneuolentiam sibi conciliãt 457
athenienses Thebanis auxilium mittunt aduersus Lacedæmonios 456
athenienses aduersus Lacedæmonios malè pugnant fol. 337
athenienses se dedunt Syracusanis 325
athenienses classem in Siciliam mittunt 3
athenienses in Lacedæmonios 266
athenienses Laconicam uastant 293
athenienſis populi imperiũ & fortitudo 330
athenienſium & Lacedęmoniorũ inuicẽ ęmulatio 239
athenienſium captiuorũ finis Syracuſij 235
athenienſium aduerſus Lacedęm. pugna naualis & uictoria 345
athenienſium duces 14
athenienſiũ cum Lacedęm. prælium nauale 376
athenienſium pugna cum Bœotijs 306
athenienſium clades 324
atheniẽſium legatio furtim ad Antigonum miſſa fol. 646
athenienſium reſpub. reſtituitur, decem uiri creantur fol. 406
athenienſium uictoria 377
atheniẽſium crudelitas 334
athenienſium clades 321
athenienſium expeditio in Lacedæm. 457
athenienſium expeditio in Siciliam 298
athenienſium audacia & periculum 264
athenagoras ſimulata prodi tione Demetrium decipit fol. 695
atlas mons 88
atlas uir 92
atlantides ſorores ibid.
atrei opes 164
auaritiæ ſordes 381
aues ceruinæ 78
aues magnæ ubi nutriantur & cur 69
auium color unde ſit 66
auiditas humana ubi exaturata 365
aurum apud Aegyptios ut extrahitur 73
aurum Arabicum 65
aurum Apyron 85
aurum Galliæ 143
aureæ arenę fluuius 85
auri copia ubi ibid.
auri elogium 73
auro & argento qui careant fol. 140
authoris inſtitutum 249
autor in patriam redit 205

B

Babylonia urbs 48
Babylonis obſeſsio 56
Babylonem Demetrius inuadit 654
Bacchus quis & unde 93
Bacchus ubi ortus 95
bacchus cur lenæus 95
bacchus dux 61
bacchi tres 98
bacchi inuenta 97
bacchi uaria cognomina & cauſæ 100
bacchi formæ 101
bactrianum bellum 47
bactrianorum defectio 56
bagiſtanus mons 50
bagiſtana regio 577
baleares inſulæ 140
baleares funditores 656
balſamum in Arabia 65
banizomenæ gentes 84
barbari an Græcis antiquiores 7
barbari incompoſiti bello fol. 180
baſilia inſula 142
beleſes Aſtrologus 55
belus Babylonis 49
beluæ fortiſsimæ atq; terribiliſsimæ caſus 610
bellicus apparatus Lacedæmon. 458
belluæ marinæ quãdo appareant 620
bellum gerunt Theſſali. cum Alexandro Phæreo fol. 479
bellum Boſphori regis filiorum 686
bellum Perdiccas decernit in Ptolemæum 592
bellum inter Romanos & Gallos in Italia 343
bellum Corinthiacum 432
bellum Syracuſanorum & Acragantinorum 276
bellum ſacrum inſtaurat Onomarchus 500
bellum inter Aegeſtanos & Selinuntios 312

bellum Troglodytarum 79
bellum Romanorum aduersus æquos ibid.
bellum Rhinocerotis cum elephante 80
bellum Samiorum cum Milisijs 285
bellũ Crotoniatarum cum Sybarienſibus 277
bellum Perſarum cum Aegyptijs 463
bellũ inter Argiuos & Mycenæos 285
bellum cum leonibus 76
bellum Italorum cõtra Dionyſium 438
bellum Phocenſium 499
bellum Lacedæmoniorum aduerſus Spartanos 467
bellum Volſcorum contra Romanos afflictos 444
bellum Rheginorum cum Dionyſio tyranno 437
belli Lamiaci origo 577
belli Corinthiaci origo 287
belli ſacri origo 496
belli Peloponeſiaci finis, & duratio 381
belli origo Lacedæmoniorum aduerſus Bœotios folio 455
beneuolentiæ & odij ratio fol. 328
belli Troiani ſumma 223
beſsi ſupplicium 564
beſſus Darij interfector rex fit 559
bibulanus Romæ Conſul fol. 263
bigæ equis albis multæ ubi ſimul 365
bitumen 653
bocchorus rex Aegyptiorũ fol. 30
bolconis Syracuſij mors folio 271
bomilcar ſuos prodit 663
bomilcar tyrannus 675
boni publici corruptio fol. 166
boreas optimus 87
braſidæ uirtus 293
braſidæ alia expeditio in Athenienſes 305
braſidę & Cleonis interitus bellando 308
briſes rex 174
briſeis qualis 214
britannia inſula 141
britomartis uel Dictynna fol. 160
brutiorum origo 493
butes Lycurgi frater 152
bythiniæ bellum 312
byzantus 118
byzantium oppugnatur ab Athenienſibus, per proditionem capiunt 359

C

CAdmea Thebanis deditur 456
cadmus 95.99
cadmus in Rhodum 154
caietæ origo 122
calani Indi philoſophi mors mira 575
calchas 214
caliſthenes hiſtoricus 445
caloris uis 80
callantiani ubi habitent 643
callicratidis ſinceritas Delphino oppido potitur 361
callicratidæ bellaturi oratio ad milites 376
callixenus calumniator & Pſeudorhetor 379
calumniatorum pœna 278
camarinenſium fuga 384
camelopardus 66
campani Entellanos perfidè opprimunt 391
campani Cumas expugnãt fol. 310
campi ſanguine redundant fol. 193
canes inſignes Alexandro donati 568
cappadocum gens 287
cappadociæ reges 703
capite damnatorum pœna fol. 30
carbi Arabes 85
carduchorum gens 403
charidemus à rege Perſarũ ob loquẽdi libertatem necatur 548
cari, pagi 577
cariarum urbium oppugnatio 641
carion promontorium fol. 142
carthaginenſes auxilia ex Sicilia petunt 664
carthaginenſes à Timoleonte pacem impetrant folio 522
carthaginenſes expeditionem in Siciliam parant folio 363
carthaginenſes peſte & turbis uexantur 455
carthaginenſes per ſpeciem inducíarum Dionyſiũ circumueniunt 452
carthaginenſes Geloam diripiunt 384
carthaginenſes in Græcos bellum mouent 224
carthaginenſes ad Acragantem caſtra ponunt eorumque legatio 366
carthaginenſes pacare deos conantur 428
carthaginenſiũ claſsis in Siciliam proficiſcitur 417
carthaginenſium clades fol. 663
carthaginenſium naufragium 237
carthaginẽſium auaritia & uires 147
carthaginẽſium caſtra Dionyſius inuadit 426
carthaginenſium fuga fol. 352
carthaginenſium exercitus fame laborat 368
carthaginenſium immanitas 384
caſſandra Græcis infauſta prædicit 203
caſſander cũ exercitu in Macedoniam cõtendit 627
caſſandri & Antigoni geſta quædam 665
caſſander accuſatore Antigono hoſtis Macedonum pronunciatur 638

caſſander Acarnanes ſibi cõciliat 641
caſſandri cum Antigono cõſpiratio 603
caſſandra uates 212
caſſander Ariſtonoum interficit 634
caſſandriam urbem condit Caſſander ibid.
caſsiterides inſulæ 147
caſtor & Pollux 116
caſtor & Pollux qui & quales 213
catana urbs Siculæ 259
cataputorum inuentio 410
catharorum gens 568
cauſæ peſtis Athenienſium fol. 300
cecropæ prædones 111
cella uinaria mira 365
celonæ regio 577
celtiberia 142
centaurorum origo 129
cenotropæ mulieres 170
cepus 80
ceraſtæ ſerpentes 87
cercinna inſula 139
ceremoniæ deorum 161
ceres quæ 93
cereri geſta & ſacra 136
certamen Piſatarum & Arcadum cum Eleis 478
ceruia infantem alit 112
ceruam capit Hercules 104
chalabriæ ars militaris 459
chaldæorum Aſtrologia 58
chaldęi quales 57. eorum doctrinæ, philoſophia folio 58
charmuta portus 85
charondas legislator 278
charondæ mors 282
chelonophagi 76
cherroneſus inſula 155
chio ſeditione infeſtatur 354
chryſes ſacerdos 174
chryſes filiam Agamemnoni reddit 182
chryſopolim cõdunt Athenienſes 353
chryſes filiã repoſcit à Græcis 177
cibi calore ſolis cocti 80
cilla incautus à Demetrio opprimitur 651
cilla captus ibid.
cilices cur liberi 89
cimbri. Cimmerij 145
cimonis in Cyprum expeditio 274
cimonis Athenienſis geſta fol. 256
circæum promontorium folio 117
circes ars uenefica ibid.
circulus aureus mirus Aſtrologicus 24
citherea inſula 212
ciuitatis ſtatum componendi ratio Athen. 387
claſsis Athen. diſcedentis ceremoniæ 315
clazemeniorum & Cumęorum diſsidium 453
clearchus Tyrannus 480
clearchus Spartanus in Byzantinos ſæuit. tum à Lacedæm. profligatur 393
clearchum ſibi Cyrus Perſa conciliat ibid.
cleopompus Atheniẽſium dux 293
cleopatræ proci 673
cleombrotus occumbit 469
cleopatræ mors 673
clitus ab Antigonianis nauali prælio uictus interit fol. 610
clitus Macedo Athen. prælio uincit 588
clytemneſtra 169
clytemneſtræ & Aegiſti mors 205
columba ubi adoretur 53
colchorum gentis origo 26
columnæ Herculis 106
concio Dionyſij ad Syracuſanos de bello Carthag. inferendo 412
coniugalis lex 282
conon Athenienſium mœnia refi. it 431
conflictus magnus 53
coos inſula 162
conſiliarij quatuor Demetrij 642
conſuetudinis prauæ actio fol. 279
contentio de pace 200
conuiuium Heroicum 622
corcyra 129
corcyrenſis ſeditio 344
corcyręorum de Corinthijs uictoria 287
corinthi ſeditio 432
corinthum oppugnãt Bœotij 474
corinthiorum ager depopulatur Caſſander 639
coron ciuitas 173
corſica inſula eius urbes mores 159
crateres in Palicis Sicilię qd fol. 270
craterus & Antipater cum Aetolis componunt 592
crœſus rex 327
creta à feris liberata 106
cretæ ciuitates 161
cretæ deſcriptio 156
cretenſibus immixtæ nationes 162
crocodili conſideratio 17
crotoniatæ Elorim Syracuſanum ducem eligũt 438
crocuta animal 81
cryſtallus lapis qui 66
cteſias Cnidius medicus & hiſtoricus 59
cteſicles Corcyreis ſubuenit fol. 465
culices in ortu canis 77
curetes Iouis filij 93
currus apparatus qualis 593
cyaxares rex Medorum 59
cyane fons 136
cybeles 91
cyca planta Oleaginea 17
cyclades inſulæ 163
cygni prælium & mors fol. 173
cylla ciuitas ibid.
cynamolgi homines 79
cynocephali 80
cynomeſſa quid 203
cyprium bellum 504

cyrene regio 87
cyrenæos Thimbro ſubigit fol. 589
cyrenæi à Ptolemæo deficiunt 646
cyrus cruci affixus 63
cyrus fratrem uulnerat 400
cyrus quomodo imperator factus ex priuato 327
cyrus Darij filius contra Athenienſes 357
cyri apparatus aduerſus fratrem ſuum Artaxerxem fol. 397
cyri mors 401

D

DAmnati ad fodinas fol. 73
damaratę corona auri à Carthagin. donati 238
Damophilus miſerè truncatur 706
damidis induſtria aduerſus Elephantes 609
daphnis 133
daphne Sibylla 127
dardanus & ſui 130
dardanus 150
dares Phrygius 223
darius ad prælium aduerſus Alex. ſe iterum parat 551
darius pace non obtenta uires reparat 544
darius Perſarum rex 530
darius Aegypti rex 43
darij regis obitus 381
darij fuga 543
darij mors 559
deabus attributa 159
debæ Arabes 85
deditis parcendum 329
defectio ſeruorum in Sicilia fol. 709
defectores ſternuntur ibid.
deianiræ mors 114
deiphobi mors 202
dei uindicta in quos parata ſtet 326
delitiæ deorum gentilium fol. 115
delta inſula Nili 17
delphici ſacrilegi puniti 231
delphica pecunia 511
demetrius Nabatæos inuadit 652
demetrius Rhodium obſidet 691
demetrius Poliorcetes appellatus 694
demetrij aciei inſtructio folio 647
demetrij fuga 648
demoſthenes Pylum adoritur 301
demoſthenes Lacedæmoniorum agros uaſtat ibid.
demoſthenis timor 529
democriti Philoſophi mors fol. 392
dinocrates & Philonides à Paſiphilo opprimũtur folio 655
deos in primis colẽdos probitate 283
deorum Aethnicorũ fauor fol. 151
deorum genus unde 90
deus uiuens qui dictus ab Aegyptijs 43
derceta Dea 46
dexippus Laced. ſuppetias uenit Acragant. 367
diagoras Atheus Athenis profugit 317
diana Græcis infeſta cũ peſte 169
dij Aegyptijs quales 72
dij hominibus utiliores 148
dij ex dijs geniti 8
dijs ſupplicia Carthag. 367
dictys Cretenſis 164
diluuij damna 162
dioclis legislatoris laus & mors 336
diocles à Syracuſijs fugatur fol. 360
dioclis oratio contra Athenienſes captiuos 325
diodori inſtitutum in ſua hiſtoria 99
diodori operis laus 2
diodorus quos in hiſtoria Cretenſium ſecutus fuerit fol. 162
diomedæa uirgo 174
diomedis Thracis equi 105
dion Syracuſanus 489
dion Syracuſas liberat à Tyranide 490
dionyſius 94
dionyſius aduerſus Carthaginenſes querit occaſionẽ belli 451
dionyſius arma Syracuſijs adimit. ſe munit 392
dionyſius Gelois fert auxilium 382
dionyſius Syracuſanus tyrannidem affectat 371
dionyſius arma fabricat ad bellum Carthaginenſibus inferendum 410
dionyſius urbes Carthag. infeſtat 414
dionyſius Limneſtrum Tyrannum opprimit. ciuitates ſibi ſubijcit 452
dionyſius Pœnos ad Cabala fundit ibid.
dionyſius cum Illyrijs ſocietatem init 451
dionyſius Magonẽ uincit. Rheginos aggreditur 439
dionyſius portas urbis Syracuſij comburit 385
dionyſius clam talenta trecenta à Carthag. accipit folio 427
dionyſius Carthaginenſib. bellum infert 476
dionyſius ob deſpectata ſua carmina ſæuit in amicos fol. 448
dionyſius in Phytonẽ Rheginorum ducẽ ſæuit 443
dionyſius quadrigas & cantores mittit ad Græcos ludos 440
dionyſius ex Locris uxorẽ ducit 412
dionyſius uires ſuas reparat fol. 421
dionyſius cum Carthaginẽſibus pacem facit 453
dionyſius bellum Carthag. indicit. copias educit 413

diony-

dionysius finitimos sibi sub jicere tentat 394
dionysius Rheginis bellum infert 437
dionysius captos Italos liberaliter dimittit 439
dionysius cum Magone pacem facit 435
dionysius poëticæ dat operam 448
dionysius Syracusas & tyrannidem suam firmat 389
dionysius Agyllēse tēplum depeculatur 451
dionysij expeditio in Italiā, fol. 438
dionysij deliberatio in sedítione 309
dionysij animus in melius mutatus 412
dionysij oratio ficta ad populum 373. imperator creatus tyrannus fit fol. ibid.
dionysij Syracusani astutiæ fol. 374
dionysij copia cōtra Carthaginenses 419
dionysij Syracusani miseria fol. 886
dionysij assentatores 441
dionysij tyranni mors 476
dioscorides cōstitutus classis præfectus 641
dissidium inter Attilum & Docimum 619
dioxippi mors ab inuidia fol. 572
doctrinæ quando excolantur 273
dolus in Athenienses 325
dolonis exploratoris mors fol. 180
domitius Siculorum imperator 263
dona Herculis à dijs data fol. 105
dromada quot stadia emeti tur in die 629
ducetius in Siciliam redit fol. 276
ducetius Siculorum dux fol. 279
ducetius Siculorum Rex fol. 265
ducetij casus 272
ducis militum officiū 267
ducum discordia Persarum fol. 463
ducum Athenienſium in bello sententiæ contrariæ fol. 320
duces ab Antigono missi quid egerint 638
ducis Eumenianorum casus 630
duellum Coragi & Dioxippi 571
duodecim duces Aegypti fol. 31
dux argento Clypeatorum missus ad agmen hostium fol. 630
dux classis Persicæ in pugnando perit 234
dux Menætius 679

E

EBrietatis effectus 101
Elanites sinus 84
Electrum ubi 142
elephantes ficti 52
elephantes Indici 60
elephantorum captura 78
elephantorum inconsueta esca 633
elephantorum coitus, nutritio, ætas 62
elij cum Lacedæmonijs cōponunt 407
elijs bellum inferunt Lacedæmonij 396
elogium Palladis 232
eloquentiæ laus 4
eloris imprudens occiditur fol. 439
epaminundæ mors & laudes 483
apaminundas dux electus Boëtios liberat 475
epaminundas Mantineam opprimere conatur 481
epaminundæ Thebani laus fol. 461
epaminundas Spartam oppugnat 473
epaminundas in Peloponnesum irrumpit 474
epaminūdas Thebanis persuadet maris imperiū 478
epidamnij tumultuantur folio 287
ephialtes seditiosus Athen. dux 265
ephorus Cumanus & Dyllus Athen. historici 519
ephorus Cymæus historicus 99
epilogus partis primæ libri primi 21
epitaphia bellica 242
epitimæus 135
equus Troianus 201
equites hastati 647
ergamenes Aethiopum rex sapiens 71
erginus Myniarum rex 103
erij montes Ciciliæ 134
eruditi uiri 477
euagoras Salaminus 436
euagoras cum Persa pacem facit 449
euagoras uir & fortitudine & mirandus 632
eudami interitus 631
euphrates fluuius 50
euphron Sicyonius Tyrannidem occupat 475
eumenes 593
eumenis copiæ 630
eumenes victoria potitus fol. 594
eumenes Asię imperator cōstituitur 604
eumelus imperio potitur folio 667
eumenis fortuna 602
eumenis modestia 605
eumenis proditores pœnas dant 633
eumenis adhortatio 629
eumenis aciei instructio folio 624
eumeni mors inopinata fol. 668
eunus rex creatur 706
euripidis opinio 6
euristei iniquitas in filios Herculis 122
euristei mors 125

eurybiades Spartanus 230
eurypilus ad Troianos uenit 195
eurypili mors 196
exercitus Dionysij 411
exercitus magni 47
expugnationum instrumẽta 286
exilium pro morte ubi non liceat 71

F

FAbiorum trecentorum mors 252
Fabula de amore uirginis & leonis 523
facis cœlestis portentũ Spartanis 467
facinora quæ immortalia 3
facta uerbis præferẽda 335
factum audacissimum 229
fallacia Themistoclis in Persas 234
fames in Persarum exercitu in Cypro 446
fames Rheginorum 441
fata accusat Priamus 191
fatale donum Troianis 201
fati lex ineuitabilis 155
fatorũ uis insuperabilis 195
ferente urbis Apuliæ à Romanis expugnatio 640
feretri Alexandri descriptio fol. 592
ferri præparatio 145
fertilitas mira ubi 560
fertilitas agri urbis magnæ fol. 661
fertilitatis causa 60
filia Antiochi admodũ uersuta 704
fluiorum exploratio 69
flumina exhausta ab exercitu Xerxis 226
fluminum congelatio 80
fluuij Galliæ 143
fluuius Stibætes 560
forgarita rex 174
fortuna in rebus desperatis quid possit 687
fortunæ uis 327
fortunæ insolentia 331
fortunæ mutabilitas 605
fortunæ uicissitudo 427
fortunæ uel tempori quæ attributa 328
fortunæ insulæ 162
frigoris uis 80
frumentum ubi primo ortũ fol. 135
frumenti inuentio 158
fundarum usus ubi 140
funeralis lex Syracusana folio 245
furius Gallos profligat fol. 444
futura ubi dignoscantur folio 206

G

GAdria urbs 141
Gallia, Galatia 143
galli & Hispani missi Lacedæm. auxilio 475
galli in Capitolium ascendentes deterrebant 444
galli Tyrrhenorum sedes occupant 443
gallorum sacrificium 145
gallorum forma & mores fol. 143
gallorum pugna 144
gallorum crudelis mos 443
gallogræci 145
gamarga Mediæ 626
gandari populi 61
ganges fluuius ibid.
ganymedes 131
garindei populi 84
gaulus insula 139
gela ciuitas recipit Acragantinos 369
gelo à Carthaginẽsibus obsessa 382
gelo 259
gelo Carthaginẽses fundit fol. 255
gelonis de Carthaginensib. uictoria, laus & 236
gelonis modestia 238
gelonis comitia 239
gelonis liberalitas 237
gelonis testamentũ & mors locus 245
gelliæ Siculi mors 370
gemmarum copia ubi 89
genitalia honore immortali celebrata 101
gigantes Cumæi uicti ab Hercule 107
gigantes sublati 158
gigantes qui 13
glauci prædictiones 118
glaucopis pallas cur 8
glebæ fusiles ut metalla 65
gloriæ nomen 237
gorgias orator 297
gorgium 693
gorgonidæ gentes 89
gorgonum gens 88
gramen hominib. cibus 21
gratiæ retributio apud Aegyptios 41
græcia tumultuatur 465
græcia unde diues 271
græciæ aliquot ciuitates aduersus Lacedæm. 430
græciæ diluuium 154
græci aduersum Macedon. qui 586
græcos rebelles Pitho subigit 584
græci Italiæ aduersus Dionysium conspirant 435
græci pacem faciunt 483
græci quidã deficiunt à Macedonibus 584
græciæ ciuitates cum Macedonibus pacem faciunt folio 588
græci authore Artaxerxe pacem inter se faciunt 461
græci sæuiunt in inquilinos Pœnos 413
græci Artaxerxi dedere se recusant 401
græci mutato Rerum statu, seditionib. laborant 462
græci à Persis inuitati ad eorum fœdus 240
græcorum cupiditas 58
græcorũ de resistẽdo Persis cõsultatio & iuramẽtũ 240
græcorum cum Mysis prælium in portu 170
græcorum altera ad Troianos legatio 175
græcorum à Troia discessio fol. 204
græcorũ uaga & incerta doctrina 58

græcorum inuicem inuidia fol. 174
græcorum militum solertia fol. 228
græcorũ in Troianos finitimos incursatio 173
græcorum contra Xerxem defensionis apparatus folio 225
græcorum reditus 204
græcorum ad Achillem legatio 182
græcorum ducum numerus fol. 214
græcorum Xerxi qui adhæserint 225
græcorum belli causa 79
græcorum in Asia defectio à Persis 244
græcorum classis 128
græcorum rapinæ 177
græcorũ cum Troianis pugna 173
græcorum militũ cõcilium in summo periculo 228
græcorum mores 249
græcorum reditus 403.
niue & gelu infestantur fol. ibid.
græcorum ad Troiam appulsio 216
græcorum cum Xerxianis pugnæ nauales 231
græcorum ducum descriptio personarum 213
græcorum mos 227
grynæum 127
gylippus ob furtum aufugit 381
gymnetę Aethiopes 77

H

Halicarnassũ urbs 537
Hammonis urbes 549
templum 550
hannibal peste moritur 367
hannibal Carthaginensium dux 341
hannibal Himeram oppugnat 351
hannibal Selinuntios obsidet 348
hannibal à Sicilia cum prędа recedit 353
harmata urbs 573
harmostæ quid Gręcis 391
harpalus delicijs indulget fol. 576
harpali mors ibid.
hecates immanitas 117
hecatæus historicus 23
hector Achillem fugit 185
hecatompylon ciuitas 560
hectoris uires, uulnus 216
hector Priami 211
hectoris filij 204
hectoris mors 188
hecuba lapidatur 203
hecuba insidiatur Achilli folio 220
hecuba qualis 213
hederæ herbæ inuentor 10
heleni uaticinium 211
hellesponti nomen 117
helenæ delineatio 213
helenæ raptus 125
helenam Deiphobus in matrimonium ducit 197
helenæ ululatus 221
helenæ origo & sermo 166
helenus 185
heliadum peritia 154
heliopolis deus 28
helicæ simulachra 466
heraclea urbs 108
heraclienſis seditio 403
herbæ soporiferæ 68
herculis facta 89
herculis labores unde 3
herculis uera historia 121
herculis cũ Eryce certamen fol. 108
herculis ad inferos descensus 109
hercules qualis 9
herculis prudentia 105
herodoti historia 244
hermaphroditus 101
hermias historicus 461
hermocrates occiditur 320
hermocrates occisorum ossa Syracusas mittit 360
hermocrates instaurata Selinunte, Carthaginenses in Sicilia infestat 353
heroica sacrificia 593
heroica fortitudo 707
heroum qui sapientissimus fol. 3
hesione regis filia 116
hesione uirgo 210
hierapolis ciuitas 174
hiero Cumanis fert auxiliũ fol. 251
hiero Syracusanus 245
hiero rex moritur 259
hieronymus Cardianus historiographus 631
himilco Syracusanorum cõmeatum intercipit 369
himeram expugnat Hannibal & omnes necat 352
himerenses iugulati 250
himilco Syracusanorum naues corrumpit 414
hyppolitus 125
hippocentauri unde 129
hippocratis ducis mors 355
hippopotamus 17
hispaniæ metalla 147
historici officium 486
historiorum Græcorum expensio 340
historicorum uarij scopi 4
historici taxati 18
historico loca noscenda 4
historicis cur aliquãdo non credatur 102
historicum quid deceat fol. 135
historia omnibus prælata 4
historiæ dissensio 116
historiæ prima solertia 300
historiæ credendum 79. & 80
historiæ reginæ Lamię 674
historiæ Diodori diuisio & principium 5
historiæ natura 658
historiæ utilitas & uera cõmendatio 3
homerus insanus 209
homeri magister 96
homines sine potu 75
homines primi qui 69
homines rufi sacrificati folio 40
homines astorgi 75
homeri ad Aegyptios profectio 8

homines

homines ubi progeniti 7
homines in abundantia sobrij 69
hominum cœptus primi 6
hominum gradus 14
hominum genus nouũ 68
hominum uoces quãdo discretæ 6
hominum origo, & prima uictus ratio ibid.
humanum ingenium 174
hylophagi 77
hyperion 157
hyperborei populi 64
hyphasis fluuius 568

I

IAmboli peregrinatio 69
Iapiges belli uictores 252
Iason Tyrannus 470
iasonis historia 115
iasonis mors 121
iberiæ metalla 146
ibos recipit Alex. 569
icari obitus 131
iceta Syracusij dominus 515
ichneumon animal Aegypti 40
ichneumon animal 17
ichthiophagorum habitatio 75
ichthiophagi 74
idea insula 93
idæus ad Achillem à Priamo legatus 194
idei dactili 156
idomenei mors 206
ignis cœli sacer 91
ilij portæ 211
inachus Argiuorũ rex 155
ingaro rex Aegypti 261
incantatores ubi 153
indiæ fertilitas 60
indomitus & ferus quis habendus 283
Indorũ uetus lex qualis 626
indorum gentes, mores 61
indorum mos 94
imitandos mites 328
imperatores duo Græci relegati & occisi 237
imperatoria ars 610
imperator ignauia taxatur fol. 710
imperij securitas ut paretur fol. 54
insidiæ fratris in fratrem Aegypti regem 27
inducíæ belli 194
inducíæ Thebanorum cum Lacedæmonijs 469
inducíæ Troianorũ & Grecorum 182
insimulare absentes 165
insularum optima 135
insulæ fœlices 86
insulæ mirabilis descriptio fol. 69
iolai sacra 109
iouis ceremoniæ 150
iouis Triphylij templũ 149
iouis studium 93
iouis filiæ 159
iphicratis laus 465
iphicli mors 111
iphigenia uirgo immolari prohibita 169
isaurorum urbs á Perdicca obsidetur 591
isaurenses seipsos concremant 591
ischolæ Spartani facinus heroicum 472
isidis gesta 2
isidis columna 14
isis quid designet 7
legifera 9
isis medica dea 13
isthmos muro clauditur 233
iter ex Syria in Græciam descriptum 404
indorum circumcisio 14
iudicia quæ peruertant 35
iudicium uerorum imago fol. 24
iudicium de Teribazo 450
iudicum malorum pœna folio 450
Iulius Cæsar 5
iupiter 58
iupiter spiritus 8
iupiter binus 93
iupiter cur zena & pater dictus 159
ius per uim extorquere quãdo liceat 175
ius gentium 330
iusiurandum Græcorum in Troianos 168
ixionis crudelitas 128.
mors 129

L

LAbyrinthi duo 29
Labyrinthus 131
Lacedæmonij statum paucorum per urbes constituunt 391
Lacedęmonij Cadmiam inuadunt. Thebas sibi subdunt 454
Lacedæmonij Atheniensibus infesti 245
lacedæmonij Tissapherni bellum inferunt 407
lacedęmonij Ilotas dolo necant 305
lacedæmonij bellum in Athenienses parant 292
lacedæmoniorũ Atheniensiumq; socij ibid.
lacedęmonij Olynthios sibi subijciunt 454
lacedęmonij fœdifragi 453
lacedæmonij Gylippum auxilio Syracusijs mittunt fol. 317
lacedæmonij cum Persis pacem componunt 441
lacedæmonij aduersus Persas se instruunt 458
lacedęmonij bellum inferre Athenienſibus tentãt 251
lacedęmonij Pylum opp. capere nituntur 302
lacedæmoniorum uituperatio ob amissum regnum fol. 445
lacedæmoniorum uis bellica 246
lacedæmonios prælio uincunt Olynthij 454
lacedęmoniorũ ſeuitia 389
lacedęm. destruunt urbes aliquot 456
lacedęmoniorum & Atheniensium tractatio de pace 307
lacedęmoniorum inuidia in Athenas 252
lacedæmoniorũ clades 469

lacedæmoniorum reges inter se dissident 453
laconicam quadripartito inuadunt hostes 472
lacrinus fur 109
lacus auernus 108
laius Thebarum rex 125
laomedon rex 210
laomedontis mors ibid.
lapidum Arabicorũ laus 66
lapithæ 128
lapitæ cæsi 114
latitudo Tigris fluuij quanta 620
legatorum Agathoclis mission 688
legati ad Priamum 215
legati à Græcis Troiam missi ob Helenam 165
legum moderatio 281
leges quæ optimæ 42
leges Charondæ 278
leges Zaleuci 283
leges Dioclis quales 337
leges de commerciis 38
lemnos insula 176
leonidæ animus 228
leo cum rege pugnans 24
leonidas castra Xerxis cum paucis inuadit 229
leontini ab Athenienſib. auxilium petunt 297
leosthenes Lamiam obsidet fol. 586
leosthenes occumbit 587
leonnatus à Græcis prælio occisus 587
leontini Syracusas commigrant 395
leptinis fuga 421
leptineis factum pium 438
lernea hydra 103
lesbus insula 162
lesbij ab Athenienſibus deficiunt 298
letanum urbs conditur 289
liberos publico ære instituendos tradi 279
libertatis ꝓditores qui Græci 225
libri strib. primis quid comprehensum sit 99
libri ex Philyra 164
libya à feris beluis purgatur fol. 106
libyorum genera uita, mores 87
ligures laboriosissimi 107
lipara insula 137.
urbs 138
liparæ dux probus 434
lissa ciuitas in Adria 451
literarum laudes 279
literarum inuentor] 154
locrenses prælio uincit Philomelus 498
locrorum naufragium folio 204
locorum intercapedo 80
locus de Dijs 715
locus sceleratus unde appellatus 656
locustarum captura 78
lotos arbor 17
lunę nimia obseruatio Athenienſibus nocuit 321
luna in hyperboreis 64
lunæ cur cornua dentur fol. 71
lusitanorum mores 146
lycophron Tyrannus 501
lycopolis urbs 40
lygustica regio 107
lysander regnum affectat folio 393
lysander dux Lacedæmon. contra Athen. 357
lysandri de Athenienſibus uictoria naualis 381
lysius Rhetor 441
lyrnesus captus 174.

M

MAchaon qualis 214
Macarius quis 162
macedonum rex Perdiccas contra Athenienses 288
macedones fame laborant fol. 474
macedoniæ status 601
macedones Olympiadē capitis damnant 634
macedones uirtute excellētes 594
macedones uirtute admirabiles 598
macedonicum agmen 594
macæ populi 87
magonis in Siciliam expedi tio 434
mæandrini 173
mantineenses Lacedęmonibus se dedunt 450
maranæi populi 84
mardos subigit Alexander fol. 561
mare album 86
maris aqua dulcis 69
marij mors 714
marmares populi ab Alexãdro oppugnati. 539
maronea ciuitas 2
marsicum bellum 713
martis inuenta 160
martis filia 63
massinisse durities 704
mansuetudinis laus 327
massinissa Africæ rex 704
medęę crudelitas multiplex 121
medeæ dolus in Peliam & uenena 119
medeæ historia 117
medicamentum Nessi 113
medicinæ tutores & inuentores 129
medicinæ inuentrix 13
medicinæ antiquitas ibid.
medicos esse necessarios folio 280
medi in Græcos 227
medorum imperium cur deletum 327
mediterranea regio 83
medorum Reges 59
megarenses ab Athenienſibus deficiunt 275
melita insula 139
melampus diuinator 188
meleager 113
mel agreste 651
memphis urbs 24
memnon ad Troiam 54
memnonis mors 540
mena inde Luna 91
menetius sacra Herculi instituit 114
mentor Persa Aegypti urbibus potitur 508

menda urbs capitur 307
menides rex Aegypti 29
mercenarij 624
mercurius eiusq; inuẽta cur Hermes 9
merdeus imperator 152
meridionales cur primi 69
merion qualis 214
meroẽs ciuitas 16
meroẽ insulæ mores 71
messana potiuntur cito Carthaginenses & prorsus diruunt eam 419
messana urs Ciliciæ 134
messenij migrant 407
metallorum secturæ 147
metallorum loca feracia fol. 73
metorensis ciuitas 173
micythus Rhegius 259
mileti optimates occidunt fol. 379
militaris astutia 234
militaris lex 281
milites à rege desciscentes fol. 31
militum Græcorum desperatio 233
milo Crotoniata 277
mindarus Cyzicum capit fol. 345
mindarus interficitur 346
minerua Dea 96
minotaurus 131
minotaurus 124
mirabilia ex animalibus folio 79
miraculum Dianæ 108
miserabilia carmina Dionysij 448
mitriphoros Bacchus 100
mytilenei malè ab Atheniẽsibus tractati 334
mnasippus Lacedæmoniorum dux 465
mnemosyne 157
modus exercitationis equorum Eumenis 598
monumentum mirum 23
mons ida 530
mophis Sogdianorum rex Alexandro se dedit 566
mopsus Thrax 90
morborũ curatio apud Aegyptios 37
mores Nabatæorum 651
mores in luctu Carthaginẽsium 656
mortalitatis pronitas 279
mortalibus rebus non fidendum 459
mortalium societas 331
mortalium uita breuis 3
mors Regum Aethiopum fol. 71
mosyneorum gens 405
motyã urbem obsidet Dionysius 414
motyæam oppugnat Dionysius 415
eam expugnat 416
motyensium diuitiæ 417
muliebre ingenium 204
muliebres ubi cõmunes 68. fol. 74
mulieres robustæ 59
mulierum labijs circulus æneus positus 71
mundi origo 5
mundi corporis partes 8
mundi bona nõ pura, & mala non inutilia 273
muri Athenis reficiuntur fol. 245
murium siluestrium ubi copia 79
mures ex Nilo geniti 6
murus Dionysij minus 397
musarum origo, nomina & numerus 101
musæ nouem 10
musica explosa 37
mycænarum euersio 258
mycerinus Aegypti rex 30
myrina regina 89
myronidis victoria de Bœotijs 267
myrrhæ arbor 149
myris Aegypti rex 25
myxaria mala 17

N

Nabatæi populi 651
Nabatæorum mores fol. ibid.
Nabatæi amantes libertatis fol. 651
narratio rerum gestarum in Europa 639
nasamones Libij 87
nationum leges quomodo datæ 42
natiuitas Agathoclis 618
naturam cõtraria ferre quorum ne citur causa 20
naturę uniuersitatis corpus quo alatur 7
natura propriũ habet quoddã amatorium circa benemeritas 600
naufragium Persarum 270
naualis pugna Græcorum in Ionia 642
nauale prælium 250
naualis belli ratio
naualis victoria Cimonis de Persis 256 280
nauigare bis quid 53
nauigatio periculosa 115
nauis Argo 639
naues quadriremes
nauium Græcorum numerus 214
nauigia ex arundinibus 58 44
nauis Charontis 27
nauis ex Cedro mira 153
naxus insula
nectanebos patrem Regem Aegypti obsidet 435
necessitas rerum magistra
neogenes tyrãnus à Theripide Lacedæmonio expugnatur 458
neoptolemi inuidia erga Eumenem 595 202
neoptolemi reditus 208
neoptolemi mors 83
neptunium 158
neptunus 128
nestoris genitores 169
nestoris eloquentia 115
nessus centaurus
niciæ oratio contra belli inconsulti studium 515
niciæ gesta aduersus Lacedæmonios 304
nicias milites cohortatur 22
nicia

nicias ab Athenienſibus ſubſidia petit
niciæ captiui laus 318
nileus rex 331
nili beſtiæ 29
nili fœcunditas magna 17
nili origo 7
nili oſtia ſeptem 18
nili nomina 16
nili deſcriptio 10
fertilitas 16.
nili aquæ dulcedo 18
nili inundationis cauſa 18. & 19
nini ſepulchrum 48
nini exercitus incredibilis fol.
ninum urbs 47
ninus Aſſyriorum rex 46
ninyas Babyloniæ rex, eius uita, artes 45
niobs 45
niuis nocumenta 130
noctis profugium 403
nominum ſimilitudinem erores parere 193
nora caſtellum 122
nouercã liberis ſuperinducere malum 598
nuptiæ inhoneſtæ 280
nuncius Amilcaris intercepti 140
nyſæus Bacchus 236

O

OBſidionis pericula folio 13
Oceani inſulæ 176
oceani humiditas 141
oceani ac Thetidis filij 8
oceani inſulæ meridionales fol. 129
œnidrus rex
œnomaus 148
ænone mors 204
odeſſum ubi ſita 130
odij incommoda 197
odorum copia ubi 702
odorum uoluptas ubi 329
olympias ſæuit in Euridicẽ & Philippum 85
olympiades mater Alexandri ibid.
olympiadis mors 616
olympicorum ludorum ordo 601
olympium templum Siciliæ fol. 634
olympus Triphylij 120
omphalæ ſeruus Hercules fol. 364
omphalus ora 149
onomarchi mors 111
operum ſtructura mirabilis Syracuſij 158
ophellæ exercitus à Serpentibus læſus 501
ophellæ ad Agathoclem expeditio 675
ophellæ mors 674
ophiades inſula 675
opus audientibus utile 82
oracula Cumeli & Satyri mortem præſignificatia fol. 4
oraculi crudele reſponſum fol. 668
oraculi fabulæ 116
oratio Vlyſsis 498
oratio Gylippi Laconis pro necandis captiuis Atheniẽſibus 176
oratio Lampi 332
orationes in hiſtoria q̃ laudanda 260
oratio Endij Laconis ad Athen. pro pace 658
oratorum nequitia & pœna 347
orbes quatuor celebrantiũ feſtum repleti 378. 379
orbis ſiccitas 622
oreſtes Athenas nauigat folio 14
oreſtes de nece matris cauſam dicit 205
oritarum funera mira folio ibid.
orontes Artaxerxi pdit defectores 574
oropi ſeditio 484
oropios Thebani ſubigunt fol. 395
orontes mons 396
orphei origo & geſta 51
orphei uota in mari 109
& 118 116.
orphanorum lex 280
orpheus & eius acta 12
orus rex Aegypti 89
orus Apollo quis 13
oryon 134
oſſa piſcium ueſca 74
oſiridis nomina 13
oſiridis columna 14
oſiridis declaratio 7
oſiridis mors 2
oſtenta Tyri cladem ante greſſa 545
oſtendes inſula 138
oſymandias Aegypti rex ſolio 23
oues ſine lana 71

P

PAcem mali cauſa eſſe fol. 290
pacis conditiones ab Athenienſibus acceptæ 381
pacis conditio cum Caſſandro 611
pagi fortunati in Hyrcania fol. 560
palamedes imperium affectat 218
palamedis ad Priamum legatio 165
palamedis ſeditio & induſtria belli 216
palamedis mors 219
palinuri feminis uſus 149
palus attrahens 50
pallas quæ & unde 8
palladis ſepulchrum 290
palladium ex Troia exportatur 201
palladis prauidæ templum fol. 232
pallenam Arcades expugnant 474
pſammiticus Aegypti Rex Tamum ſupplicem necat fol. 407
pan & eius ciuitas 10
panara urbs 149
panchæi populi ibid.
panchaię urbes & mores folio 150
pandora 91

pandari mors 184
panormitani oppugnati folio 353
panis ex piscibus 74
panthasilea à Græcis prælio occisa 192
panthasilea regina 64
panthasilea 188
panthasileæ prælium & mors fol. 221
panthi prædictio 212
paridis iudicium 211
parij Pharum incolētes 451
parsodes Persa dux 59
partus qui monstra 101
patriæ amor 80
patrocli & Sarpedonis duellum 186
pausanias regi Persarum occultè fauet 248
pausanias contra Thebas castra mouet 242
pausanias cum classe à Lacedæmonijs emittitur liberatum Græcos 247
pausaniæ mors 248
pax à Græcis cum Telepho inita 171
pax cum Carthaginen. à Gelone 238
pecunia Aegypti 23
pecunia curiæ 698
periculi alati 78
pedasus urbs 174
peliæ regis mors 120
pelopidæ mors & laudes folio 479
peloponnesiaci belli causa fol. 290
peltarum usus 465
pelusio potiuntur Persæ 50
periarchus Lacedæm. occūbit prælio 431
perdiccas crudelis 595
perdiccas totum imperium affectat 591
perdiccas à suis militibus occisus 590
perdiccas Cappadociæ moderatorem profligat fol. 588
perdiccas uiuus captus fol. 597
periclis in Peloponnesum expeditio 268.270
pericles Athenienſibus bellum suadet aduersus Lacedæmonios 291
pericles abdicatus & restitutus 294
periculum ex cætis 83
perinthus ciuitas 519
periclus captus 640
persarum mulierum mors & clades 543
perseæ arbores 17
persarum ruina 543
persarum mos 254
perses in carcerem cōiectus fol. 703
persæ Aegyptum inuadunt fol. 264
persę ab Aegypto re infecta discedunt 463
persepolis ciuitas & in ea Thesauri 558
persæ milites 227
persei fabula 13
persis Macedonum regis mors 703
persia interrupta uallibus folio 620
persicæ notæ 593
petis rex 14
peryſtilum stupendum 24
peste infestat exercitus Carthaginensis 425
peste Athenienses infestantur & causa 294
pestis apud Syracusas Symptomata 426
pestis Carthaginenses absumit 385
petalismus quid 269
peucestis metus 629
peucestæ alacritas 621
phaëtontis fabula 142
phalanges 624
phalaridis taurus 686
phalangis Macedonicæ author Philippus 487
phayllus Phocensis bellum renouat, & eius mors 505
pharnabazi responsum 462
phœnicū in re nautica laus fol. 233
phegæus rex Alexandro se dedit 568
phila prudentia excellēs folio 637
phidias sculptor 273
philippus cum suo comitatu captus 616
philippus Byzantium obsidet 519
philippus Perinthum oppugnat 518
philippus à Græcis dux eligitur aduersus Persas 525
philippus auro pugnat & blanditijs 510
philippus Athenienses prælio superat 524
philippus Amphipolim subigit 490
philippus quo pacto Macedoniæ regnum occupārit fol. 487
philippus Olynthios subigit 509
philippus Illyrios prælio uincit 488
philippi mors 526
philistus historicus Syracusanus 371
philoctetes sagittarius 184
philomeli gesta 497
philonis Athen. mors 510
philomeli mors 500
philosophi Alexandro persuadent ut Babylonem intret 578
philosophi Indorum 62
philoxeni de Dionysij poëmatis liberū iudiciū 448
phinei filij liberati 116
phryges expugnati 174
phylecteta à serpente morsus 174
phocarum insula 84
phocenses uincunt prælio 311
Locrenses 512
phocensium clades ibid.
phocensis belli finis 147
phœnices quæstuosi 104
pholus centaurus 174

phorbas

phorbantis uirtus 154
phormio Lacedæmonios uincit
pindarus poëta 295
piræum à Themistocle extruitur 239
piræum Cnemus occupare conatur 246
pisa urbs Peloponnesi 296
pisces sacri ubi 130
piscium uenatio 136
pitho turbulentus 76
pitho illustrissimus 618
pithyusa insula 596
planetæ quales iuxta Chaldæos 140
plato in Dionysio accersitus & uenditus 448
plateas occupare conantur Lacedæmonij 292
plateænses obsessi 295
plateænses à Lacedęmonijs necantur 299
platæas euertũt Lacedæmonij 465
plebs inimica diuitibus fol. 372
plebs Athen. misera 388
pleiades 92
plutonem habere, qd 160
podalirius & Machaon Medici 167
podalirius qualis 214
poësis parua utilitas 4
poëtæ quãti fiant apud Gallos 145
poëtæ fabulosi 121
poëtæ Dithyramborũ 413
polisperchõtis fuga in Aetoliam 635
polisperchon regum tutor constituitur 600
polysperchon pigrè præfectum regno tum socijs 611
polybidas dux Laced. 454
polycliti in Pamphiliam nauigatio 640
polycletus Historicus 365
polydorus lapidatur 177
polysperchon Herculem interficit 669
ponti gesta qualia 645
populi bilingues 305
portentum Apollinis 498
portenta Thebanum antegressa 532
portæ fatales Syriæ 399
posthumius dictator triumphat 303
potus ex hordeo quando & ubi cœperit 2
potus Sylueſtris 79
potio ad luctum abolendũ fol. 44
prata Siciliæ odoratissima fol. 136
praxibulus Rector Athenis fol. 626
præconis Græci uox cũ stratagemate 243
præda Troiana diuiditur fol. 202
prædicenti falsa quæ pœna apud Indos 62
prælium nauale Dionysij cũ Carthaginensibus 420
prælium ad Issum Cilicię cũ Dario 543
prelium tertium Troianum fol. 185
prælio nauali Lysander Athenienses fundit 380
prælium nauale 323
prælia frequentia inter Tro. & Græc. 216
prælium ad Thermopylas fol. 227
prælium nauale inter Lacedæm. cum Thebanis ad Mantineam 481
prælia duo magna 452
prelių Grecorũ & Troi. 180
prælium Sextum 196
prælių nauale & clades Euagoræ cum Persis 447
prelių quartum Troi. 187
prælium Gylippi cũ Athenienſibus 317
prælium Cyri & Artaxerxis fratrum 400
prelij naualis instructio 678
præstigiatores 683
præterita omittenda 183
priamus suos conuocat ut Græcos puniat 213
priami filij 210.
ædificia 211
priami uitia 197
priamus Achilli ob Hectorem supplex 189
priami oratio Pathetica fol. ibid.
priami probitas 118
priapus Græcis Deificatus fol. 40
priapi origo 101
principum munus 283
principum officium 327
principum status quomodo coalescant & stent 386
proborum lubrica 279
proci Penelopes 206
procrustæ immanitas 123
prodigia Athenienſium & Lacedæm. bellum nauale antegressa 375
prodigia Thebanis in prælio 468
proditio in Cappadocia 484
proditio Antenoris 198
profugi Syracusas authore Dionysio reuocati 372
promethcus desperatus 10
proserpina 135
eius raptus 136
protesilai mors 173
proteus Rex Aegypti 29
prytanis mors 667
ptolemæus Philadelphus fol. 18
ptolemæus Aegyptum obtinet 587
ptolemæi gesta 668. 672
ptolemæus amicos ad uirtutem exercendam cohortatur 595
ptolemæi in Aegyptum expeditio 702
ptolemæus Rhodijs frumẽtum mittit 696
ptolemæus deprahẽsos sub corona uendidit 646
ptolemæus Alexandrũ honorat 593
ptolemæus Tyro potitus fol. 648

ptolemæus Græcos ambit fol. 638
ptolemæus Syriam sibi subigit 598
ptolemæi cũ Demetrio prelium 648
ptolemæi gratus magnusq; animus acceptus populo fol. 593
ptolemæi in Aegytum reditus 651
pudendorum sacra cur 40
puellarum nubilium lex fol. 282.
pugna naualis 52
pugna Gelonis cũ Carthaginen. 236
pugna ob rapinam 165
pugna intestina Græcorum fol. 265
pugna ad Chalcedonẽ 355
pugna cum Græcis Antipatri 588
pugna naualis inter Syrac. & Athen. 318
pugna continua 217
pugna naualis omnium maxima inter Græcos 476
pugna in Leuctris Lacedæmon. cum Theb. 469
pulchrius quid sit 212
pugna Aegesteorum & Lilybeorum 269
puppis septiremis 679
pylum obsident Lacedæmonij capiuntq; 354
pyramis maxima 29
pyramis pro sepulchro 59
pyrænæi montes 146
pyrrha ciuitas 174
pyrrhus in Græcorum castra uenit 195
pysistrati Athenienſis exemplum 374
pythagoræ sententia de animabus 144
pythagoras Philosophus folio 277
pythiæ oraculum de morte Philippi 525

Q

Quinqueremes quando primũ inuẽtæ 42
quot annis opus hoc confectum sit 4

R

Radij deaurati 593
Ragę prefectura ab infortunijs sic dicta 630
Reges primi in orbe qui 6
reges Cappadociæ 705
regia spes 656
regiorum & locorum quorundam propria 20
regis amici in Aethiopia fol. 71
regum Aegyptiorum mores 32
regna antiquitꝰ ad quos deferentur 22
regni diuisio post Alexãdri mortem 582
regni conseruandi ratio fol. 445
regnum quinq; dierum fol. 53
remigandi peritiæ utilitas fol. 339
retia ex calamis 28
rhadamãthus eiusq; filij folio 161
rhegini in obsidione fame uicti Dionysio se dedunt fol. 441
rhegium urbs Siciliæ 134
rhegini Dionysio bellum inferunt 409
rheæ partus 155
rhegini Dionysio se dedunt fol. 439
rhesi mors 182
rhizophagi 76
rhinocera urbs 28
rhinoceros 80
rhodiæ terræ fatum 154
rhodus insula 153
rhodiorum coloniæ 160
rhodi obsessio 691
rhodi tertium diluuium existit 631
rhodiorum cum Demetrio pax 697
rhodij, Demetrij quãuis hostis honores tuentur 695
rhodij apud Romanos purgare se conantur 703
rhodij murum alterum ædificant 694
rhodij seditione laborant folio 435
rhodij à Lacedęm. deficiunt fol. 429
roma reædificatur 444
romani memores 434
romani à Veis fusi 411
romani Tyrrhenos bello uincunt 672
romani Samnites uincunt fol. 668
romani in Volscos 244
romani Boios diripiunt fol. 434
romani Fidenates ulciscuntur 312
romanorum bellum in Aequos 305
romanorum in Samnites uictoria 654
romanorũ expeditio ad Polilitium 656
romanorum uictoria in Sãnites 695
romanorum bellum cum Samnitibus 640
roxanæ & eius filij mors 655

S

Saba urbs, eiꝰ diuitię 86
Sabaccus rex 30
Sabæi Arabes 85
sardanapalus obsessus, eius mors 56
sacerdotes Aethyopum & Aegyptiorũ & quis eorũ ordo 70
sacerdotes Bacchi 152
sacra gleba Aegypti 28
sacerdotum initiatio 40
sacrilegio castigati Carthaginenses 422
sadon ciuitas deleta 506
sagittarij Græcorum 184
salmidessus Thraciæ 408
samothracibus uota 116
samothracia insula 90
samothraciæ descriptio 150
sardanapali uita, Epithaphium, pugna 55
sardinia insula 139
sarpedon 161

ſarpedonis mors 186
ſarpedon Lycius 173
ſaturnus 93
ſaturnia loca quæ ibid.
ſatyrus occiditur 667
ſatyras Boſphori rex 434
ſatyri longicomi 10
ſæbaſis Bacchus 100
ſcala caua & æſtuoſa 622
ſceleratorum familiaritas fo lio 280
ſcirites cohors 458
ſcithæ uicti 643
ſcribendi nouus modus fo- lio 68
ſcribẽdi ordo laudatus 135
ſcribẽdi modus qui præſtan tior 4
ſcriptorum antiquorum u- ſus ibid.
ſcriptorum aliquot cribra- tio 135
ſcriptoribus uenia quę dan- da 370
ſcriptores priſci fabuloſi 18
ſculptores antiqui 45
ſcytharum rex 174
ſcyron homicida 123
ſcythartũ origo & ſucceſſus fabula 63
ſecundæ res ut ferendæ 328
ſeditio militũ aduerſus Dio nyſium tyrannum 390
ſeditio in caſtris Timoleon- tis 520
ſeditio & clades Argiua 470
ſegetis inuentio 8
ſeleucus Babyloniam recu- perat 650
ſeleuci ex Aegypto cũ cen- tum nauibus aduentus fo lio 637
ſeleuci in Babyloniam pro- fectio 649
ſeleuci & Antigoni belli pri mordia 636
ſeleuci metu Antigoni in Aegyptum fuga ibid.
ſemidæ templum 155
ſemiramis uulneratur 53
ſemiramidis dictum 52
ſemiramidis oraculum Am monis petit 51
ſemiramis 46.47
ſemiramidis laſciuia 51.
ædificia ibid.
ſemiramidis in Indiam ex- peditio & copiæ 52
ſemiramidis finis 53
ſenectæ conditio 195
ſeniorum conſilia cur lauda ta 3
ſepulchra Aegypti 29
ſepultura in littore maris 69
ſepulturę Aethiopum 51
ſepulturæ ritus apud Aegy- ptios 41
ſeptimius Romanus 164
ſerapis quis 13
ſerpentes rubicundi 86
ſerpentes miri 567
ſerpentes terræ colorem re- ferentes 675
ſerpentes cũ elephantis pu- gnantes ubi 72
ſerpentes miri 81
ſerui ex bello captiui 238
ſerui Græci populi 258
ſerui rebelles 708
ſeruonia palus 15
ſeruorũ mira defectio 710
ſeſoſtris Aegypti rex 25
ſibylla quid 127
ſicania 135
ſicani occaſi 108
ſicanorus ortus 137
ſicilia quomodo inſula fa- cta 134
ſiciliæ ampla deſcriptio 135
ſiciliæ quando pax magna fol. 244
ſiculi unde 137
ſiculi à Dionyſio deficiunt fol. 419
ſiculi cum Carthaginenſib. pacem faciunt 385
ſiculorum conſpiratio 315
ſilenus rex 97
ſilenus pædagogus 100
ſillæ fluuij mirum 61
ſimias capiendi ars 567
ſimonides poëta 230
ſimulachrum Apollinis 45
ſinis crudelitas 123
ſinope urbs 405
ſinon proditor 202
ſinus Arabicus 82
ſitalces Macedonibus bellũ infert 297
ſmaragdi ortus 66
ſocrates audet pro amico fol. 388
ſocratis rex 408
ſol ubi miræ formæ 86
ſolis aqua ſalubris 149
ſolis defectio 660
ſolis filij duo crudeles 117
ſomniorum uis & ueritas fol. 208
ſophocles & Euripides poëtæ 379
ſophita Alexandro ſe dedit fol. 568
ſpartiatarum exitus & lau- datio 229
ſpeculatorum deluſio 417
ſpelunca Siciliæ 136
ſpes Eumenis 630
ſphingis ænigma 125
ſphodriades Lacedæm. Pir- ceum occupare fruſtra ni- titur 457
ſpurius Caſſius ut ſeditioſus perit 244
ſpurius Nemo in Aegypto fol. 24
ſtagnum in Aegypto mirũ fol. 25
ſtagnum Aſphaltites 65
ſtatuta miræ magnitudinis fol. 23
ſtatuis Athenis capita ob- truncata 314
ſtannum Britanniæ 142
ſtaurobates rex Indorũ 51
ſtipendiarij 647
ſtola Semiramidis 47
ſtola Perſica 618
ſtupra Virginibus illata 615
ſtratagema in Syracuſios fo lio 316
ſtratagema Cimonis in Per ſas 256
ſtratagema Athen. 355
ſtratagema Gelonis 236
ſtratagema Leotychidę 243
ſtratagema Themiſtoclis fo lio 233
ſtrongyle inſula 152

ſtrophus in Aegiſtum 205
ſtruthiocamelus 66
ſtrutiophagi 78
ſtyli ratio diuerſa pro ſubiecto ſit 658
ſtymphalides aues 104
ſubterraneus ignis 271
ſuperſtitio mira apud Aegyptios 38
ſuperbiæ incommoda 327
ſupplices & calamitoſi qui habendi 333
ſupplices eſſe protegendos fol. 277
ſybaris urbs 271
ſycomori duplices 17
ſyllæ & marij ſeditio 714
ſyracuſanus populus 237
ſyracuſana ſeditio 262
ſyracuſæ conuentus 371
ſyracuſani claſſem Carthaginenſium incendunt 426
ſyracuſani Lacedæmonios remunerantur 336
ſyracuſanii libertatem uendicant 260
ſyracuſani à Carthaginenſibus pacem non impetrant fol. 363
ſyracuſani Athenienſes fundunt 317
ſyracuſani Carthaginenſium naues aliquot capiunt fol. 422
ſyracuſani Dionem reuocāt fol. 495
ſyracuſanæ triremes Carthaginenſes fundunt 364
ſyracuſani Carthaginēſium naues aliquot capiunt 423
ſyracuſani diſſidijs laborant fol. 494
ſyracuſani Athenienſiū claſſem obſident 322
ſyracuſij contra Athenienſes fol. 315
ſyracuſij peregrinos ſuos acie uincunt 263
ſyri unde dicti 129
ſyriæ ultimæ aues 67

T

TAchos ab Artaxerxe uenia impetrat 485
tachus Aegypti regis apparatus bellicus 484
tantalus 130
tarentynorum & Iapygum bellum 251
taracina urbs 395
taurícæ regionis mos 117
tauropolium quid 64
tauros mons 642
taurus Cretenſis 105
taurinus ſanguis 255
tauromenium ciuitas 420
taurus Carniuorus 80
teij Græci quid iactent fol. 92
telamon portus 122
telamon Ilium capit 210
telegonus Vlyſſis filius 209
telephus 215
telephi natiuitas 112
telephi uulnus ſanatur 172
telephi regis prælium 170
telæ lineæ ubi optimæ 139
teleutias Spartanus 454
telys populi dux Sybaris fol. 276
temenos 595
templum Thebarum 23
templa tria ignotis dijs ſacra 85
templum religione tutum fol. 156
tenebius Aſiæ locus 398
tenedos inſula 163
tenedíorum ſtatuta ibid.
terra mater 8
terræ hiatus mirus 56
terræmotus Græciæ 301
terræmotus Spartę 257
terræmotus & inundationes Pelopõneſi eiuſq; cauſa 465
teribatus in iudicio abſoluitur 450
teribazi in regem beneficia fol. 450
teſtudinum captura, uſus fol. 76
teuthras rex 215
thaleſtris fœmina 561
thamudæi Arabes 85
thaſios opprimit Thraciæ fol. 358
thebas euertit Alexan. 534
thebaidis agri mures 7
thebæ ab Alexādro capiuntur 533
thebanorum extrema & maxima clades 534
thebani Græcorũ duces 446
thebani pauci Lacedæmones multos uincunt 461
thebani cõtra Græcos 241
thebani cum Lacedęmonijs fœdus ineunt 266
thebani in Lacedæmonios bellantur 458
thebani duces 7. 125
thebanorum antiquitas & mira 24
thebanorum urbs ampla 22
themis 157
themiſtocles apud Perſas accuſatus 255
themiſtocles falſò accuſatus fol. 253
themiſtocles ad Xerxẽ peruenit profugus 254
themiſtocles relegatus in vj. annos 358
themiſtoclis laus 246
themiſtoclis conſilium pro Athenienſibus 245
themiſtoclis fuga 254
themiſtoclis mors & laudes fol. 255
theodoti & Perilai oppreſſio 639
theodoti ſaucij interitus 240
theonis Emporium 10
theopompus ſcriptor 431
theopõpus Chius ſcriptor fol. 517
theramenes iuſtus à 30. Tyrannis occiditur 388
theribazus Cononem comprehendit 431
theros Himeræ præfectus fol. 235
theronis mors & laus 252
theandrus cæſus 270
theſſali Athenienſibus copias ſuas iungunt 586
theſei uita & geſta 123
thimbro Lacedæm. in Aſiã profectus occiditur 436
thim-

thimbronis aduersa fortuna fol.
thiona id est terra 598
thraces Abderitas inuadūt 93
thracum Diex Sitalces fol. 640
thracum cædes propè Troiam 296
thramenes Athen. 182
thrasibulus occiditur 338
thrasidæi cum Hierone bellum 436
thrasybulus Phylam locum occupat 252
thrasybulus imperiū ob iniustitiam amittit 405
thucydidis historia 259
thuriorum contentio 289
thuris arbor 289
thuriæ urbis conditio 149
thuriorum bellum 277
tigris fluuius 437
tigris fluuius quātum à Suſis distet 50
timæus historicus redargutus 619
timocles Piratarū magister fol. 370
timoleontis Corinthij imperium 696
timoleon Syracusarum res componit 642
timoleontis Corinthij in Siciliam expeditio 517
timoleon frattē occidit ob tyrannidem 515
timoleon Icetæ tyranni castra opprimit 514
timoleon in Carthaginēses exercitum ducit 516
timoleon Siculis urbibus libertatem restituit 520
timoleō Carthaginēses fundit 518
timoleontis obitus 520
timotheus occilo Chabria succedit 525
tintinnabulum aureum 461
tissaphernes Persa Grecorū duces perfidè occidit 593
titani 402
ea urani filia 90.
titus minutius alinæ famulæ amore captus ibid. 708
tlepolemus rex 155
tlepolemi mors 218
tolmides à Bœotijs occisus fol. 275
tolmidæ Athenienſis expeditio in Laconicam 268
topazius lapis 82
torona urbs Græciæ 305
tormenti genus ab Agathocle excogitatum 686
troianorum desperatio 194
trachinus Xerxi uiam monstrat contra Græcos 228
traiectus qua ex causa altior factus 596
transferendi lex 2
trapezon urbs 404
trasibuli Ath. expeditio 434
troglodytæ quales 79
troglodytæ 19
troia euertitur 202
troiani duces 215
troiæ euersio 223
troianorum ad bellum apparatus 172
troiani Græcos inuadūt 178
troili fortitudo 212
troili acris pugna 219
mors 220
troianorum copiarum duces 179
troiani belli personæ 213
troia ab Hercule capta 119
trophæa Græcorum qualia fol. 330
tribuni plebis Romę decem creantur 284
trieterica sacra 100
triginta Athenienſium Tyrannorum 386
trinacria 135
triopas 155
tripes Aeneus 122
tritonia cur dicta 96
tumultus Peloponneſi 503
tunetum à Carthagine deficit cum alijt 428
turbæ in Peloponneſo 485
tutos concordia reddit 183
tydæus 126
tymbræus Apollo 184
tyndarides Syracuſis seditiosus 269
tyndaris urbs 428
tyrus ab Alexandro capitur fol. 548
tyriorum acris urbis defensio 547
tyrtiades Cumanus Græcis amicus 228
tyrrheni laudati 148

V

VAcceorum natio 146
Vchoreus rex Aegypti 24
Venus Erycina 154
Veneris uindicta 153
uentorum uis in Gallijs 143
uenatio Aethiopum 77
uellum aureum 117
uelerium promōtorium folio 142
ueritatem erumpere 386
ueſtes ex lanugine 69
uetuſtarum rerū ſcriptores in multis labi 99
uictoria Lacedæmoniorum de Argiuis 311
uino qui abutantur 143
uini inuentio cur grata diluti & meri uſus 100
uini congelatio 80
uinum diluí quando cœpit fol. 100
uirgo innocens Romę à patre necata 284
uiri nauales 637
uiri Athenis clari 273
uiriattus Vitellium Romanorum ducem profligauit fol. 705
uiriatti robur ibid.
uirtutem perpēdendi ratio fol. 229
uirtutem pecunia pluris faciendam 1
uirtutis documentum 328
uita quibus obnoxia 329
uitæ institutio pulchra 3
uitæ finis miſer 78
uitis an ſponte nata 93
uitia dominātibus quam cauenda ſint 32

uitrum Aethiopiæ 51
uiuendi finis quid 326
uiuẽdi terminus coactus 69
ulyſsis aſtutia 169
ulyſsis & Aiacis lis 203
ulyſsis oberrationes 206
ulyſsis ad Troianos oratio fol. 175
ulyſsis conteſtatio 166
ulyſsis fuga 203
ulyſsis mors 208
uranus 90
urbs Siciliæ munitiſsima fol. 172
urbs centum portarum 9
utilitas hiſtorica in quo 4
uticæ expugnatio ab Agathocle 680
uulcani inuenta 159
uulcani antiſtites 174
uulcanus ignis 8
uxor Crateſipolis triginta ex captiuis crucifixit 641
uxorum in uiros iuſtum imperium unde 13
uxorem bis ducere 280

X

Xenopithes põſidij præfectus de ſaxo ſtadij altitudinem habente præcipitatur 619
Xenodochus ab Agathocleanis uictus 681
Xenophon Athenienſis cõtra Perſas 408
Xenophilus Theſaurorum cuſtos 620
Xerxem Artabanus occidit fol. 260
Xerxes claſſe pugnat 230
Xerxes incendit Græciam & omnia diruit 232
Xerxis adiuratio 227
xerxes ad Thermopylas nũcios mittit 226
xerxes in Græcos á Mardonio incitatur 224
xerxis apparatus præcepta prima. ibid.
xerxis copiæ 225.226
xerxis expeditionis in Græciam utilitas 273
xerxis quæſitum 227
xerxis iuſiurandum 255
xerxis fuga 244

Z

Zaleucus legislator fol. 283
Zarina Sacarum regina fol. 59
Zenon ſcriptor 154
Zuphones 673
Zythi inuentor 100
Zythum pothus 17

FINIS.

POGIVS FLORENTINVS AD NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM.

NVLLVS antea quantumuis præclarus rerum scriptor fuit Sanctissime pater, qui suum opus æquè meritò, atque egò tibi has meas uigilias, alicui principi dicaret. Quid est enim æquius quàm ingenij monumenta ad eum destinare, qui omnibus ingenio præstet & doctrina? Aut quod magis debeam, quàm meos riuulos ad eum fontem referre, à quo cursus præsentis operis emanauit? Nam licet antea quicquid ocij supererat adscribendi curam (ne per secordiam effluereret) mea sponte conferrem, erat tamen paulò remissior animus ob temporum, ne dicam superiorum pontificum culpam cum omne fermè tempus non in literarum prout optabam studijs, sed in quæstu ad uitæ sustentaculum consumi rerum inopia urgeret. Et certè quanquam uitæ meæ institutio ea semper fuerit, ut pluris uirtutem quàm pecuniam fecerim: tamen nimium aliquando (si uerum loqui licet) nostri pontifices in erigendis ornandisq; doctorum uirorum ingenijs dormitarunt. Quidam bonarum artium insciti a, quidam ita pecuniæ addicti, ut plus apud eos ambitionis & quæstus, quàm uirtutis aut literarum ratio ualeret. Quæ res bonis uiris admodum grauis, multorum mentem à scribendi cogitatione alienauit. Indignum quippe est, nec sapientibus uiris æquo animo ferendum, eos sæpissime reiectis melioribus præ cæteris extolli, quos (ut leuiter dicam) nihil præter pontificum uoluntariam indulgentiam commendet. Te solum hæc nostra conspexit ætas, qui cum probe noris uirtutem uitæ mortalium ducem esse, præstantis doctrina uiros subleuares, & ab inerti ocio ad scribendi negocium traduceres, ut uerè hanc nostram Christianam Rempublicam ab eo nunc regi gloriari possimus, qui & sapientissimus existat, & diligat sapientiæ studiosos. Quod unum sanè cœlestis Dei donum tanti faciendum censeo, quanti est uirtus uitijs præferenda. Nam ubi doctrinarum cessant exercitia, ubi nullum inter doctos atque ignauos discrimen uiget, ubi nullus uirtuti locus, nulla studiorum ratio habetur, uitia ibi regnent, torpescant ingenia, principatus & regna decidant, rerumq; omnium dominetur confusio, necesse est. Itaque nunquam satis pro meritis tua probitas ac uirtus laudari potest, quæ quum omnem ante actam uitam uarijs disciplinis impenderit, nunc & doctis fauet uiris, & sua munificentia reliquos ad eandem inuitat uirtutis æmulationem. Ego sanè cuius inter omneis tenuis est & doctrina & dicendi facultas, profiteor me tuis exhorationibus liberalitateq; cõpulsum operosius quàm antè scribendi studio incubuisse. Nam quum prius hortatu tuo Xenophontem de Cyri uita Latinis legendum tradidissem, & hos quoque sex Diodori Siculi libros, quos fabulosos ob antiquitatem temporum (nam ante bellum Troianum acta continent) appellauit, traducendi munus te instante suscepti, haud ignarus rem satis difficilem me subire, & multorum expositam obtrectationi, quæ licet sit parui bonis pendenda, tamen quum priscos illos summa authoritate uiros aliquando lacessiuerit, quid de nobis existimandum est, quos non authoritas, non dignitas tuetur? Sed tuo, quod est exquisitissimum, doctorumq; iudicio fretus, hoc opus absolui, eam mihi transferendi legem instituens,

tuens, quæ à me in Xenophontis procœmio præscripta est, ut omissa uerborum, qua multi Græcorum utuntur ambage, sententijs hærens nostrum dicendi morem fuerim salua rerum fide secutus. A lectoribus uerò, ut nostris acquiescant copijs, postulo: neq; ultra quàm uireis ferant, exigere à nobis uelint. Si quis ampliora petat, ingrati hominis munere fungetur, non contentus his, quæ nulla cum impensa ultro liberali manu porriguntur. Ne quis uerò id inscitia factum putet, sciat consultò me breuitati consulentem, aliqua omisisse, quę facietatem orationi peperissent potius, quàm uenustatem. Licet autem in libri primordio satis ab authore de historiæ utilitate sit explicatum, hùc tamen antiquitatis indagatio, in qua omnis priscarum rerum à primorum hominum usque ad bellum Troianum cognitio uersatur, præcipuis est laudibus efferenda. Ab hoc enim ueluti historiarum fonte, qui postmodum secuti sunt in priscis historijs fabulisq; recensendis hausere, unde ad cæteros transfundere ualerent. Opus hoc certè uarium est egregium, luculentum, nostris uerò adeò utile cognitu, ut existimem legentes ex tot rerum excellentium notitia labori nostro gratiam habituros. Sed iam ipse Diodorus loquatur.

FINIS PRAEFATIONIS.

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ, SIVE RERVM ANTIQVARVM HISTORIAE, POGIO FLORENTINO INTERPRETE, PRÒOEMIVM.

MAGNÁS meritò gratias rerum ſcriptoribus homines omnes debẽt, qui ſuo labore plurimum uitæ mortalium profuêre. Oſtendũt enim citra periculũ legentibus, præteritorũ exemplis, quid nobis appetendũ ſit quídue fugiendũ. Nã qui multarum experimenta rerũ uarijs cum laboribus, periculisq́, procul ipſi ab omni diſcrimine, geſta legimus, nos admonent maximè quid cõferat ad degendã uitam. Ideoq́ Heroum ſapiẽtiſſimus eſt habitus is, qui ſæpius aduerſam fortunã expertus, multorum urbes ac mores conſpexit. Cognitio uerò ex aliorũ tum ſecundis, tum aduerſis rebus percepta, doctrinã habet omniũ periculorũ expertẽ. Omnes præterea mortales mutua quadã cognatione uinctos, licet locis ac tempore diſtãtes, ſub unum ueluti conſpectum redigunt: diuinam ſanè prouidentiã imitati, quæ tum cœli ornatum, tũ naturas hominũ uarias communi ordine quodam per omne ætuum complexa, quid quenq́ deceat, diuino munere impertit. Eodem pacto qui totius orbis uelut unius ciuitatis acta ſuis operibus inſtruxerunt, in cõmunem ea utilitatem conſcripſere. Pulchrũ eſt enim, ex aliorũ erratis in melius inſtituere uitã noſtram: & non quid alij egerint quærere, ſed quid optimè actum ſit, nobis proponere ad imitandum. Etenim ſeniorum conſilia, quos longa ætas prudentiores effecit, magis laudant à cunctis iunioribus. At hos tanto antecellit hiſtoria, quãtò plura exempla rerum cõplectitur diuturni tas tẽporis, quàm hominis ætas. Itaq́ ad uitæ inſtitutionem utiliſſima hiſtoria cenſenda eſt, tum iunioribus, quos lectio diuerſarũ rerũ antiquioribus æquat prudẽtia: tum uerò ætate maturis, quibus diuturna uita rerũ experimẽta ſubminiſtrauit. Adde quod priuatos uiros imperio dignos efficit, imperatores ob immortalem gloriã ad præclara facinora impellit: milites propter laudẽ quæ mortuos ſequitur, promptiores efficit ad pericula pro patria ſubeunda: impro bos timore infamiæ à malis facinoribus deterret. Deniq́ literarũ monumentis, quæ teſtimoniũ uirtuti præbent, moti quidã, condidere ciuitates, alij leges utiles uitæ mortaliũ ediderunt: multi nouarũ artiũ doctrinarumq́ inuentores ad uſum gentium extitere. Sed omnium rerũ quibus felicitas hominis paratur, laudem præcipuam cauſamq́ hiſtoriæ tribui decet. Eſt enim cuſtos eorũ quæ cum uirtute acta ſunt, teſtem ſe malefactis, beneficamq́ erga omne genus hominum præbens. Etenim ſi ea quæ de inferis, & quidem fabuloſe, ferunt, multum conferunt hominibus ad pietatem ac iuſtitiam ſeruandam: quãtò magis putandum eſt hiſtoriã ueritatis aſſertionem, tanquã totius philoſophiæ parentem, mores noſtros effingere poſſe ad uirtutem? Omnes enim mortales naturæ infirmitate quaſi punctum temporis uiuunt, ſi eorum uitam cum æternitate conferas, & in poſterum omnino interemit. Atq́ eorum quidem qui nihil memoria dignum geſſere, moriuntur unà cum corpore cætera omnia. Virtutis uerò facinora immortalia ſunt: cum hiſtoriæ beneficiũ acceſſit. Et quidem decorũ eſt, mortales labores perpeti pro gloria immortali. Hercules quidem magnos multosq́, dum uixit, labores ac pericula ſponte adijt, ut pro ſuis erga omnes gentes beneficijs immortalitate donaret. Cæteros egregios uirtute uiros, hos Heroũ, illos deorũ honores aſſecutos uidemus: omnes certè magna

Hiſtoriographis cur grati as debeamus.

Omnibus prõ deſſe hiſtoriæ cognitimeor.

Hiſtoriæ immortales facit uirtute præcellentes.

laude dignos: eorum omnium gesta ac uirtutes historia ab interitu uindicante. Etenim cætera monumenta ad paruũ tempus perdurant, uarijs casibus disturbata: historiæ uirtus per uniuersum orbẽ diffusa, ipsum quod cætera cõsumit, tẽpus, custodem sui habet. Affert præterea multũ opis eloquentię: qua nil ferè præclarius reperitur. Hac Græci Barbaris, docti indoctis præferũtur: cùm hæc una sit qua homines inter se cæteris antecellant. Videtur quoque res esse tanti, quanti fuerit dicentis uirtus & eloquentia. Et quidem uiros bonos laude dignos arbitramur: ut qui uirtutis iter nobis ostenderunt. Verùm cum alij aliud iter sibi delegerint, Poëtis quidem magis oblectare animos, quàm prodesse uidetur: & gentium leges ac instituta magis punire, quàm docere. Ita & artium reliquarum hæ nil ad felicitatem conferũt, illarum utilitas damno permixta est. Quædam pro uero docent mẽtiri: Sola historia uerbis res gestas repręsentantibus omnem cõplectitur utilitatem. Nam consentientes ad honestum impellit, detestatur uitia, probos extollit, deprimit improbos. Deniq; rerum quas describit experimento plurimum proficit ad rectam uitam. Aduertentes igitur, quanta laus scriptores maneat: exemplo eorum moti qui scribendo operam præbuerunt, hanc historiam aggressi sumus. Verùm cum superiores memoria scriptores repetimus, equidem eorum institutũ maximè approbamus: sed minorem eos ex suis operibus utilitatẽ attulisse quàm potuissent, arbitramur. Cùm enim lectoribus in multarum diuersarumq; rerum notitia posita sit utilitas, eorum tamen quidam aut gentis aut urbis unius historiam absoluere: pauci à uetustis historijs initium sumentes, usq; ad sua tempora gestas res, & in communi positas complexi sunt. Et hi quidem sua tempora tantum tradidere, haud continuata superioribus rerum serie, illi Barbarorũ gesta transgressi sunt. Alij antiquas historias ueluti fabulosas, propter earũ difficultatem contempserunt. Nonnullorum, cùm cœpissent, mors præueniens historias interrupit. Nulli uerò transcendêre scribendo Macedonum tẽpora, in Philippi, aut Alexandri, aut successorum gestis tantũmodo uersati. Multis autem memoratu dignis rebus deinceps usq; ad nostram ætatem actis, nullus historicus eas scribere unica historia conatus est, rei magnitudine forsan diffisus. Hinc fit ut cum tempora gestaq; in multis diuersisq; scriptoribus dispersa habeãtur, ardua sit & recordatu difficilis eorum descriptio. Itaq; eorum cuiusq; conditione perpensa decreuimus eam historiam quæ multis prodesset, obesset nemini, legẽtibus tradere. Nam si quis memoratu dignas, & totius orbis tãquam unius ciuitatis, priscorum temporum ad suam usq; ætatem gestas res scripserit, laboriosum quidem subibit opus: uerùm satis audientibus utile. Licebit enim tanquam ex fonte uberrimo quid cuiq; usui existat, haurire. Nam si quis percurrere omnes scriptores cupiat, opprimetur tum librorũ multitudine, tum diuersa scribentium uarietate, ut haud facilè uerum possit elicere. At ea quæ sub unicam historiam digerũtur, in promptu sunt lectoribus, facilisq; eorum notitia est. Deniq; eò scribendi modus hic est præstantior cæteris, quo utilius parte aliqua totum habetur, & continuum rei præstat diuisæ. Id quoq; quod temporibus dispertitur, notius est eo quod est tempore cõfusum. Igitur pensitantes hunc scribendi modum esse utilissimum, uerùm plurimo labore & tempore longo egentem, triginta annos in hoc opus absumpsimus. Multis enim difficultatibus ac periculis maiorem Asiæ peragrauimus, Europæq; partem: quò maiori quæ à nobis descripta sunt, ex parte locis conspectis, certa literis mandaremus. In multis enim locorum ignorantia errarunt non solũ quidam rudes scriptores, sed etiam docti. Vrbs præterea Roma, in qua plurimo tempore uersati sumus, ob imperij magnitudinem per uniuersum orbem diffusi, plurimum nobis ad scribendũ opitulata est. Orti enim ex Argyra Siciliæ ciuitate, percepta à Romanis qui ad eam confluebant, latina lingua, ex ueteribus annalibus & duces eorum & gesta nouimus. Initium uerò scribendi sumpsimus

Historia ad eloquentiã parandam facit.

Diodorus cur historiam scripserit.

Quid in alijs historiographis desiderauerit.

Scopus Diodori σωματοφύλακος Historiæ mundi.

Diodorus 30. an. Bibliothecam suam conscripsit.

Patria.

pſimus ab ijs quæ tum Græci tum Barbari priſci ſcriptores, tanquam fabulis ſimilia literarum monumentis explicuerunt. Et quoniã priſca illa ad noſtram uſq; ætatem tẽpora complectimur, in hunc modum paucis hiſtoriã noſtram diuiſimus. Primi ſex libri antiquorum geſta, quæ illi fabuloſa appellant, ante bellum Troianum, cõtinent. In horum primis tribus Barbarorum: in reliquis antiquæ Græcorũ res narrantur. In undecim deinde conferuntur, quæ à Troiano bello uſq; ad Macedonis Alexandri mortem geſta ſunt: In reliquis tribus & uiginti conijcimus, quæ deinceps uſq; ad bellum Gallicũ continẽt, quod Romani duce Iulio Cæſare (is ob geſta egregia inter deos eſt relatus, uirtute cuius Gallia omnis ſubacta eſt) geſſere. Protenditur uerò Romanum imperium uſq; ad Britanniæ inſulas. Huius res priores geſtæ primo centeſimę octogeſimæ olympiadis anno actæ ſunt, magiſtratum gerente Athenis Herode. Temporum, quę noſtra hiſtoria ante bellum Troianum cõprehendit, ſcriptorum inopia haud ſatis certa nobis ratio cõperta eſt. Ab eo Apollodorus Atheniẽſis octoginta annorum hiſtoriam contexuit, uſq; ad reditum Heraclidarum: à quibus uſq; ad primam olympiadem anni cõputantur trecẽti & uiginti octo, numerato tempore quo reges Lacedæmoniæ imperarunt. A prima uerò olympiade, uſq; ad initium belli Gallici, quod nobis ſtatuimus ſcribendi finem, ſeptingenti ſunt & triginta anni. Omnis hæc ergo hiſtoria quadraginta explicata libris, annos complectitur 1138. his exceptis quos uſq; ad bellum deſcripſimus Troianum. Hæc diligenter partiti ſumus: quò & legẽtibus perſpicuum fiat totum inſtitutum, & librarij minus corrumpent aliena opera: & quæ à nobis in tota hiſtoria rectè ſcripta erunt, careãt inuidia: quæ uerò imperitè, corrigantur à peritioribus. Nunc principium ſcribendę hiſtoriæ ſumetur. Igitur quid de dijs, qui primi eos colere docuerunt, & quid de illorum immortalitate ſenſerint, haud paucis propter rei difficultatẽ exprimi poteſt. Sed quæ ad præſentem hiſtoriam pertinere uidebuntur, quò ſint notiora legentibus, in certa diſtribuemus capita: ut nihil dignum memoria omittatur. De genere autem hominum, deq; ijs quæ in orbe terrarum antiquitùs dicuntur geſta, diligenter, quantum in tam remotis propter antiquitatem rebus licebit, à priſcis illis temporibus ſumpto initio ſcribemus.

Initium unde duxerit: & quæ ſit Operis Oeconomia.

Quot annorũ hiſtoriam deſcripſerit libris XL.

DIODORI SICVLI LIBER PRIMVS.

QVAE DE MVNDI CREATIONE, DEQVE OMNIVM prima origine ab Aegyptijs tradantur, & de primo hominum ortu, & eorum priori uita, Cap. I.

De Mundi & hominum origine, pugnantes opiniones.

PRIMA hominum generatio apud doctiſſimos ac præſtantiſſimos uiros, qui rerũ naturam & hiſtoriã tradiderunt, duplex fertur. Quidam mundum ingenitum & incorruptibilẽ, & genus hominum ab æterno extitiſſe, neq; habuiſſe ortus principium ſenſere. Quidam genitũ corruptibilemq; arbitrati, & homines dixerunt generationis initiũ tempore eſſe ſortitos. Nam à rerum primordio & cœlum & terram unicam habuiſſe ideam, immixta eorum natura. Exinde diſtinctis inuicem corporibus cepiſſe mundũ hunc ordinem, quem uidemus. Aẽrem quidem motum hunc continuum ſortitum, & igneam partem eius ſuperiora loca propter leuitatem aiunt appetiſſe. Eadem cauſa ſolem & aſtra curſus ſuos ſortita. Quòd uerò humori mixtum, eodem ſtetiſſe in loco propter grauitatem. Quæ commixta eſſent, ex humidis

quidem mare effectum: ex durioribus uerò terram lutosam euasisse, & omnino mollem. Hæc primum cum solis ardore densior euasisset, eius postmodum superficie ui caloris tumefacta, multis in locis humores quosdam esse concretos: in quibus putredines tenui contectæ pellicula sint excitatæ, quemadmodum paludibus & stagnis adhuc uidemus accidere, cũ frigidam terram subitò æstus aëris calefacit. Cùm uerò in humidis calore adhibito generatio fiat, & noctu quidem circumfusus aër humorem præstet, qui die solis uirtute consoli detur, tandem putredines illæ ad summum perductæ, aduenientè ueluti partus tempore, exutis confractisq; pelliculis omnis generis educunt animantium formas. quorum ea quæ maiorem calorem sortita sunt, in superiorem regionem uolatilia effecta abierunt: quæ uerò plus terræ continebant, serpentia, aliaq; terrestria euaserunt animantia. Naturam aquosam nacta, in sui generis elementum delata sunt, & appellati pisces. Terra deinceps tum solis ardore, tũ uentis indies magis arefacta, à gignendis maioribus animalibus desijt. Sed quæ generata erant, mutua commixtione alios animantes procrearunt. Hoc & Euripides Anaxagoræ physici discipulus sentire uidetur, cum in Menalippo cœlum & terram mixta olim fuisse tradat, separata postmodum generasse singula, arbores, uolatilia, feras, aquatilia & mortaliũ genus. Ac de prima quidem uniuersi generatione hæc accepimus. De terræ uerò fœtificatione quamuis præter opinionem nonnullis esse uideatur, tamen ea quæ nunc quoque fiunt, his testimonium uidentur afferre. Nam iuxta Thebaiden Aegypti, cũ Nili cessauit inundatio, calefaciẽte repente sole limum ab aqua relictum, multis in locis ex terra multitudo murium gignitur. Quod argumentum est, ab ipso orbis primordio animantia similiter omnia generata esse. Iam uerò homines à principio genitos, dicunt in agris pastum quærentes, syluestri & incondita uita uixisse, quibus herbæ & arborũ fructus ultrò uictum præberent. Beluas autem his fuisse infensas: quibus ut obsisterent, cœtus hominum ob timorem factos aiunt, communis utilitatis gratia: auxiliaq; inuicem præbita, & loca habitaculis quæsita. Sonus oris cum confusus esset, paulatim discreuisse uocem aiunt, & res omnes suo nomine appellasse. Verum cum diuersis siti essent in orbis locis, non eisdem usos uerbis ferũt: propterea & diuersos literarum characteres extitisse: primosq; hominum cœtus suæ quemq; gẽtis initium fuisse. Verùm primi homines nullo subsidio fulti, duram agebant uitam. Erant enim nudi, nullo neq; æditum neq; ignis adinuento usu: cibo in diem quæsito, cum ignorarent agrestes fructus in usum futurum condere, & seruare egestatem. quo fiebat ut hyeme multi aut fame aut frigore interirent. Experimento deinde edoctos, & speluncas aiunt quæsisse ad euitandam frigoris uim, & fructus seruare cœpisse. Ignis autem notitia, cæterarumq; utilium rerum, percepta, & cæteras quoq; uitæ hominum commoditates breui tempore esse adinuentas: deniq; necessitatem ipsam rerum magistram factam, singulorum peritiam ingenijs mortalium subministrasse: quibus adiutrices datæ sunt manus, sermo, animiq; solertia. Sed hactenus quæ ad primum hominum ortum, & uictum uetustũ spectarent: nunc ea quæ diuersis orbis locis gesta, literarum monumenta tradiderunt, recensearnus. Igitur qui primi fuerint in orbe reges, nequaquam compertum habemus, cum nulli historici eos tradant. Impossibile quippe est, literas æquè ac primos reges, uetustas extitisse. Si uerò quis literas etiam tum fuisse contendat, certè rerum scriptores multò pòst tempore fuêre. Sed de uitæ generisue primordio contendunt non solum Græci, sed etiã Barbarorum multi, qui se indigenas primosq; rerum ad uitam utilium scriptores appellant, atq; ab se multorum temporum gesta memoriæ prodita affirmant. Nos uerò de singulorum antiquitate & quæ genteis cæteris tempore priores, & quot annis priores extiterint, certè non trademus. Sed quę apud quosq; de antiquitate ueteribusue gestis sint tradita, quæ similia uideantur uerò secuti,

De animantiũ formatione prima.

Procreatio animantium.

Terra quomodo dicatur ζωογονεῖν.

Primorum hominum ἀβίωτος βίος.

Sermo.

Hactenus de origine: nunc de gestis hominum.

initium

initium sumemus à Barbaris: non quòd eos Græcis antiquiores putem, quem admodum Ephorus dixit: sed ut cum Barbara absoluerimus, Græca narrantes, nihil externum eorum rebus inseramus. Ac quoniã apud Aegyptios deorum genus primum fuisse fabulantur, astrorumq; ab his uetustissimas obseruationes repertas, plurima quoq; a præclara excellentium uirorum gesta ferantur digna memoratu, ab rebus eorum historia ordietur.

QVAE DE DIIS FABVLOSE AEGYPTII ferant, & quæ in Aegypto ab eis urbes fuerint conditæ. Cap. II.

TRadunt Aegyptij, ab orbis initio primos homines apud se creatos, cùm bonitate felicitateque soli, tum propter Nilum, qui & multa generat, & suapte natura quæ genuit, facillimè nutrit. Nam & arundinum radices præbet, & loton, & Aegyptiam fabam, & quem dicunt corseum, multaq; præterea ad uictum hominum exposita. Prima animantia apud se esse orta, ea utuntur coniectura, quòd nunc etiam in Thebaidis agro certis temporibus multi ac magni generentur mures, qua ex re plurimum stupent homines, cum uideant quorundam anteriorem usq; ad pectus & priores pedes muritim partem animatam moueri, posteriori nõdum inchoata, sed informi. Ex hoc perspicuum fieri aiunt, ab ipso orbis ortu primos homines Aegyptum protulisse. in nulla enim orbis parte accidit, eo modo animalia creari. Atq; in uniuersum siue diluuium, Deucalionis tempore plurima animantium absumpsit, Aegyptum aiunt, utpote ad meridiem positam, cùm in ea pluuiæ rarissimæ sint, expertem eius calamitatis fuisse: siue (ut quidã sentiunt) uniuersa interierũt, æquum est, si terra rursus animalia genuit, apud Aegyptum principium generis omnium animantium extitisse. Temperiem quippe aëris æquum est præbuisse generationi principium, & causam generandi. Etenim & nunc quoq; post Nili undationem conspicitur diuersorum animantium fœtus. Abscedente enim aqua, limoq; terræ à sole arefacto, ferunt quodam animalia perfecta, semiperfecta alia uideri in terræ gleba. Igitur primi illi homines olim in Aegypto geniti, hunc mundi ornatum conspicientes, admirantesq; uniuersorum naturam, duos esse deos, & eos æternos, arbitrati sunt, Solem uidelicet, & Lunam: & hunc quidem Osiridem, hanc Isidem certa nominis ratione appellarunt. Et Osiridem quidem Græca interpretatione, ut qui suis radijs ueluti pluribus oculis terram ac mare lustraret, multos oculos habentem dixêre. Cui rei poëtæ quoque uerba congruunt, Solem omnia conspicientem dicentis, atq; audientem. Græcorum uerò quidam, qui antiquiores scripserunt fabulas, Bacchum Sirium cognomine appellant: quorum Eumolpus in carminibus Bacchicis inquit, Bacchum astrum insigne incensum radijs. Orpheus uerò eum splendentem, ac Bacchum uocat. Aiunt etiam quidam, cognomen illi à pelle, propter astrorum uarietatem inditum. Isidem uerò interpretatam esse antiquam, sumpto nomine ab æterno & ueteri eius ortu. Addũt ei cornua, tum propter aspectum (ita enim uidetur quo tempore primis diebus apparet) tum quia bos ei ab Aegyptijs sacrificatur. Hos deos arbitrati, asserũt illos uniuersum circumire orbem, ac nutrire augereq; omnia, tribus anni temporibus motu continuo perficientes orbem, uere, æstate, ac hyeme. Hæc inuicem contraria annũ conficiunt firma concordia. Quorum deorum natura plurimum conferat ad omnium animantium generationem: cum alter igneus ac spiritalis existat, altera humida atq; frigida. aër utriq; communis. Ab eis itaq; generari atque nutriri corpora omnia, ideoq; totum corpus naturæ uniuersitatis à sole & luna perfici. Partes quas commemorauimus, quinq; esse: spiritum uidelicet, ignem, fi-

θυμητικὰ χωρας.

Aegyptiorum gentis uetustitas.

Aegyptiorum fabulæ, de dijs cœlestibus.

Osiris.

sis.

Bacchus.

Sol & Luna ad generationem primũ ſpiritum.

Deorũ Ethnicorũ Physica declaratio.

cum,humidum,aéra.Sicuti uerò in homine caput, manus pedes,aliq; partes numerantur, eodem modo & mundi corpus ex partibus his perficitur: quarum quæquæ existimetur Deus,proprio nomine ab Aegyptijs à principio secundum cuiusq; naturam uocatus. Nam spiritum, Iouem uerbi interpretatione,appellarunt,quòd causa uitæ mortalibus existat, tanquam communem omnium patrem.Idem & Græcum insignem poëtam de hoc Deo sentire uolunt,eum deorum hominumq; patrem uocantem. Ignem Vulcanũ interpretantur,magnum illum Deum existimantes,& multum ad generationem perfectionemq; rerum conferre. Terram tanquam uas aliquod eorum quæ fierẽt putantes,matrem appellarunt.A Græcis similiter terra mater, mutato deinde paulùm uerbo Δημήτηρ est dicta:sicut & Orpheus est testis, qui terrã omnium matrem dixit,diuitias largientem.Humiditatem Oceanum prisci uocitarunt, ueluti nutrientem,nominis interpretatione,matrem.Græcorum nonnulli Oceanum patrem dicunt, de quo poëta inquit: Oceanum generationem deorum,& matrem Thetim.Aegyptij putant Oceanum esse Nilum, à quo & deorum genus ducunt. Nam apud se tantum multas esse urbes asserunt à prisc̃is dijs cõditas,ueluti Iouis,Solis,Mercurij,Apollinis,Panis,Lucinæ, & aliorum plurium deorum.Aërem uerò nominatim Palladem,ac Iouis filiã dici, & uirginem fuisse:quoniam & non corrumpatur, & sublimiorem locũ teneat.quapropter ex uertice Iouis dicitur nata.Eandem dictam esse ter geminã, propter tria anni tempora,uer,æstatem,hyemem. Dicitur etiam Glaucopis, non ea causa qua Græci quidem arbitrantur, quòd oculos habeat albos, quod stultum uidetur:sed quia aër glauci sic aspectus. Ferunt autem hos quinq; deos omnem peragrare terram,apparentes hominibus in sacrorum animalium formis,quandoque autem in hominum,aut aliorum specie, quod minimè fabulosum uidetur.Siquidem isti sunt qui omnia generant & producunt. Et Homerus qui ad Aegyptios profectus est,multaq; ab eorum sacerdotibus percepit,hæc tanquam uerè in opere suo fuisse describit, deos sæpius in alienis formis circumire urbes,uitia & uirtutes hominum inspicientes. Hæc de cœlestibus dijs,deq; eorum genere æterno Aegyptij tradunt.Ferunt insuper alios ex his genitos,qui fuerint mortales,sapientia uerò, & in humanum genus beneficijs immortalitate potitos. Horum quosdam in Aegypto regnasse,partimq́ue eo fuisse nomine, quo & dij cœlestes:partim proprio uocitatos, Solem, Saturnum,Rheam,Iouem quoque, à nonnullis Ammona appellatum,Iunonem præterea, Vulcanum, Vestam, ultimò Mercurium. Primùm, quidem regem fuisse apud Aegyptios Solem,eo nomine,quo & cœleste astrum.Quidam sacerdotes affirmant primum regnasse Vulcanum,inuentorem ignis,eoq́ue beneficio ducem ab Aegyptijs constitutum.Cùm enim arbor ictu fulminis in montibus conflagrasset, ligna propinqua hyberno tempore flamma sunt comprehensa,qua ex re Vulcanum calore lætatum, deficiente igne addidisse illi nouam materiam: & eo modo continuato igne, alios homines conuocasse ad eius aspectum,tanquam à se reperti. Deinceps Saturnum, qui sororem Rheam ceperit uxorem,aiunt extitisse,genuisseq; secundum quosdam Osiridem & Isidem:plures genuisse Iouem ac Iunonem tradunt, qui propter uirtutem uniuerso orbi imperârint. Hos quinque genuisse deos,prout apud Aegyptios dies habentur quinq; intercalares:Osiridem,Isidem, Typhona,Apollinem,& Venerem:& Osiridem interpretari Bacchum. Isidem uerò Cererem.Hac Osiris in uxorem sumpta,regnoq; suscepto, multa contulit ad usum uitæ communis. Eius enim uirtute mutuæ cibi gratia cædes hominum cessarunt.Inuento enim ab Iside primùm tritico & hordeo, quę prius incognita hominibus,casu inter cæteras herbas oriebantur, ab Osiride uerò eorum fructuum cibi utilitate animaduersa,omnes eo nutrimenti genere esse usos, tum propter cibi reperti suauitatem, tum quia utile uidebatur sæuitiæ, crudelitatisq́ue promiscuæ

Mundum constituentium.

Iupiter.

Vulcanus.

Ceres.

Oceanus.

Vrbes Aegypti à Dijs conditæ.

Minerua.

Dij terrã peragrantes.

De minorum gentium dijs, fabellæ Aegyptiacæ.

Vulcanus inuentor ignis.

Osiris.

Isis.

Segetis inuentio.

promiscuæ causam abesse. Signa huius inuentæ segetis ferunt, quòd ab eis ueteri lege & nunc quoq; obseruatur, ut messores ætate spicas maturas propè manipulum excerpant in deæ oblationem, atq; Isidem inuocent, honorem ei deæ inuentæ frugis reddentes. Apud quasdam uerò urbes in Isidis pompa inter reliqua triticum & hordeum ferri in memoriam repertorum. Leges quoq; Isidem statuisse ferunt, quibus iustitia æquè omnibus seruaretur, ui atq; iniuria timore pœnæ sublatis. Hac de causa prisci Græci Isidem legiferam appellarunt, tanquam primam legum inuentricem. Fertur etiam ab Osiri condita esse urbs in Thebaide Aegypti, centum portarum, à matre denominata. Posteri uerò partim Iouis urbem, nonnulli Thebas dixêre. Eius autem de conditore non solum reliqui scriptores, sed etiam Aegyptij sacerdotes contendunt multi enim tradunt, non ab Osiride, sed multos post annos à rege quodam Thebas fuisse conditas. Verùm de hoc posterius suo loco dicetur. Erexisse quoq; templum Iouis & Iunonis insigne tùm magnitudine, tùm ornatu. Duo insuper templa aurea, unum maius Ioui cœlesti, alterum minus Ioui regi eorum patri, quem quidam Ammonem uocant. Fecit etiam alijs dijs quos retulimus, aurea templa, honoribus cuique & sacerdotibus institutis. Artium quoque, aut rerum ad utilitatem uitæ spectantium repertores ab Osiride & Isidè in honore habiti fuêre. Inuenti insuper æris auriq; in Thebaide fabri, armaq; facta, quibus & feras occiderent, & excolerentur terræ. Statuæ præterea, & deûm templa aurea ab his cũ omni ornatu fabricata sunt. Fuisse & Osiridem studiosum agriculturæ tradunt. Nutritum autem in Nysa felicis Arabiæ propinqua Aegypto, cùm esset Iouis filius, unde & Græci à patre loco Dionysium appellant. Huius uerbis, poëta, qui in Aegypto fuit, in suis hymnis meminit, dicens esse Nysam urbem supra montem excelsum, ac florentem, longe à Phœnicia, fermè Aegypto conterminum. Vineæ quoque fuisse eum inuentorem in Nysa tradunt: quam plantandi, ac uini conficiendi, seruandiq;, & ex alio transferendi usum edocuerit. Mercurium quoque maximè omnium ab eo honoribus affectum, ut repertorem rerum plurimarum, quibus uitæ hominum consuleretur, uolunt. Hunc enim primum & uerba in ordinem redegisse, & multis indidisse rebus nomina, fuisse quoque literarum inuentorem aiunt, instituisseq; quo honore, quibusue sacris colerentur dij.

Thebæ Aegyptiæ.

Mercurius.

In primis obseruator astrorum cursus fuit, & uocum harmonias adinuenit. Palæstræ, numerorumque, & ad corpora curanda medicinæ artis, lyræ insuper ex neruis trium chordarum, instar trium anni temporum, repertorem tradunt. Tres enim instituit uoces, acutam, grauem, & mediam: acutam ab æstate, grauem ab hyeme, mediam à uere sumens. Hic & Græcos docuit uerborum interpretationem: unde & ipsum Hermen, hoc est, interpretem appellarunt. Denique Osiridem hoc utentem sacro scriptore, omnia cum eo communicare, eiusque consilio maximè uti solitum fuisse. Oleæ quoque plantam ab eo, non à Minerua, quemadmodum Græci dicunt, repertam. Osiridem uerò tanquam beneficum, gloriæque cupidum, ferunt ingentem exercitum coëgisse, ut peragraret orbem, doceretque mortales plantare uites, ac tritici & hordei segetem pecorumque fructum: existimans, si homines ab agresti uita ad cultiorem mitioremq; traduceret, honoribus se (quod & consequutus est) potiturum immortalibus. Non enim prisci illi tantum, sed posteri etiam propter inuentas ab eo segetes, beneficij memores, pro uno ex maximis dijs eum habuere. Tradunt autem Osiridem Aegypti regno constituto, rerumq; omnium cura Isidi uxori permissa, tradidisse ei Mercurium, cuius consilio, quoniã prudentia uideretur excellere inter amicos, uteretur. Ducem uerò exercitus, omniumq; quæ suæ ditionis erant, reliquisse Herculem, tum quia genere proximus, tum quia fortitudine roboreq; corporis erat admirabili: regniq; gubernationem

Hercules.

nationem ita partitus est. Phœniciæ & maritimæ oræ Busiridem, Aethiopiæ. Libyæq; proximis regionibus Antæum præfecit. Ipse cum omnibus copijs ex Aegypto in expeditionem profectus est, secum fratrem ducens, quem Græci Apollinem dicunt, & laurí repertorem: ob idq; laurum ei dicatam esse. hederam uerò ab Osiride repertam, quam ei consecrarunt, quemadmodum & Bacchо Græci. lingua uero Aegyptia hederam Osiridis plantam uocant. In sacris autem hedera uitibus præfertur: quoniam hæ folia amittant, illa uerò seruet continuam uiriditatem. quod & apud antiquiores in cæteris arboribus quæ semper uirent, accidit. Nam & Veneri myrtum, & Apollini laurum dedicarũt. Osiridẽ uerò duo filij uirtute dispares Anubis & Macedô comitati sunt. Vterque armis usus est insignibus, aliquo animali haud ab eorum naturâ dissimili. Nã Anubis canem, Macedo lupũ insigne armorũ tulit. Qua ex re hæc animalia Aegyptij summo in honore habent, & horum animantium formis apud Aegyptios colũtur. Duxit insuper secum Pana, cui ab Aegyptijs diuersis modis præcipuus honor habitus est. Nam eius regionis accolæ, non solùm statuas illi in templis omnibus posuêre, sed & apud Thebaidẽ urbẽ eius nominis ædificarunt, Chemnim, id est, Panis urbem uocitatam. Secuti quoq; sunt eum agris colendis experti: qui uineas plantare nosset, Maro: qui triticũ serere, Triptolemus. Omnibus deinde compositis, oratis dijs, Osiridem comam quoad in Aegyptum rediret, nutrisse aiunt, ac uersus Aethiopiam profectum: Quæ consuetudo usque ad hæc tempora inoleuit apud Aegyptios, ut peregrinantes, quoad domum reuertantur, nutriant comas. Cùm esset in Aethiopia, ferunt oblatos ei Satyros comas umbilico tenùs habentes. Dicitur Osiris fuisse cupidior risus delectariq; solitus musicis & choreis. Quapropter illum musicorum multitudo sequebatur. Inter eos nouem fuisse uirgines adolescẽtulas, tum canere solitas, tum in alijs eruditas: quas deinceps Græci appellarũt Musas. Has Apollinem docuisse dicunt: quia ex re musicus est nominatus. Satyros uerò ad psallendum, cantandum, ac animi remissionem aptos, secum in castris habebat. Non enim bellicosus, aut prælijs periculisq; deditus fuit, sed otio & hominum saluti. Quo beneficio pro Deo omnes eum gentes habebãt. Aethiopibus agriculturam ostendens, insignibus in ea urbibus à se ædificatis & præfectos dedit, & tributa instituit præstari. Hoc tẽpore Nilum ferũt circa Sirij canis exortum (tunc enim maximè crescere consueuit) maiorem Aegypti partem, & eam maximè cui Prometheus imperabat, inundasse. Absumptis enim fermè omnibus eius regionis incolis, Prometheum dolore motum se interficere uoluisse. Fluuiũ uerò propter cursus uelocitatem, profunditatemq; aquarum, Aquilam tunc appellatũ. Herculem tum consilij magnitudine, tum uirtute uolunt uestigio compressisse aquarum impetum, & ad priorem cursum conuertisse. Vnde & Græci quidam poëtæ rem gestam in fabulam uertentes, Herculem tradunt aquilam Promethei iecur depascentem occidisse. Fluuij nomen uetus, Oceanus fuit: postquàm eius cõpressus decursus, Aquila: deinde à rege quodam Aegyptus est appellatus, quod & poëta testatur, dicẽs fuisse in Aegypto flumine naues triremes. Locũ ubi Nilus in mare defluit, Theonim uocatũ ferunt, antiquum Aegypti emporiũ. Postmodũ à Nileo rege, Nili, quo nunc utunt, nomen sortitũ. At uerò Osiris cum esset in mõtibus Aethiopiæ, utrasq; ripas Nili aggere cinxit, ne modũ excederet inundatio, sed ueluti per portas quasdã exiens leniter flueret, quãtũ usus postularet. Deinde per Arabiã iuxta rubrũ mare iter faciẽs, ad extremos Indos pucnit, ubi & plures cõstituit urbes: ex quib. unã Nysam nominauit, in eius memoriã in qua erat nutritus: ubi hederã plãtauit, quæ in eo tantũ loco Indiæ tũ finitimæ regionis manet. Multa quoq; alia reliquit sui apud Indos monumẽta, ex quibus posteri Indorũ de Deo illo cõtenderunt asserentes eũ genere Indũ esse. Exercuit quoq; elephantorũ uenationes. Colũnas insup multis in locis statuit suę expe-

ditionis

Osiridis expeditio.

Anubis.

Macedo.

Pan.

Maro.

Triptolemus.

Musæ.

Prometheus.

Nili nomina.

ditiones testes. Peragrauit aũt & cęteras Asię nationes. Per Hellespontum in Europā cũ transijsset, Lycurgũ in Thracia Barbarorũ regẽ sibi obsistente peremit. Illi prouinciæ Maronem iam senem præfecit: qui ædificauit urbem, quam à se Maroneam nominauit. Macedonem filium regem statuit eius prouinciæ, quæ ab eo Macedonia dicta est. Triptolemum colendis Atticis agris præfecit. Deniqꝫ cũ orbem totum peragrasset, mitissimis fructibus excoluit hominum uitam. Si qua regio uitibus inepta esset, docuit ex hordeo potum fieri, haud multum uirtute gustuꝫ uino inferiorem. Cùm in Aegyptum rediisset, tulit dona secum à diuersis gentibus data. Quapropter pro magnitudine beneficiorum, & donatus immortalitate, & honores cœlestium est assecutus. Deinde cum ad deos ex hominibus esset translatus, & honores illi & sacra ut maximo deorum ab Iside & Mercurio instituta sunt, multaꝫ mystica ad cultum addita, quibus eius Dei potentiam ampliorem redderent. Verùm ex uetustis sacerdotum arcanis qui Osiridis tempore fuerant, postea compertum est, Osiridem Aegypto iustè regnantem, à Typhone fratre impio atqꝫ nefario interemptum: quem ille in sex ac uiginti partes dissectum, cuique eorum qui secum tanti sceleris participes fuerant, partem dedit, ueluti eius facinoris consciis, & simul ut ipsos defensores custodesqꝫ haberet regni fidos. Isis, fratris, eiusdemqúe uiri mortem auxilio filij (Orus ei nomen erat) ulta, Typhone, & qui cædis conscij fuerant, interemptis, Aegypti regnum cepit. Commissa est pugna iuxta fluuium in parte Arabiæ, quam Antæi appellant uicum. Quod nomen ex Antæi morte ab Hercule occisi Osiridis tempore sortitus est locus. Osiridis partes omneis dispersas, præter pudenda, cùm inuenisset, cupiens incertum esse uiri sepulchrum, ab Aegyptijs autem ac singulis hominibus honori haberi, ex aromatibus ac cera singulas eas partes in formam hominis uiro similem composuit. Conuocatis deinceps Aegypti sacerdotibus, singulis dedit Osiridis imaginem, asserens eis solis corpus illius creditum, atque adiurans ut nunquam apud se esse sepulturam Osiridis ulli panderent: utqúe illum in abditis seruatum, ut Deum colerent: eiqúe animal ex suis, quod mallent, dicarent: quod & colerent ueluti Osiridem, dum uiueret, & post obitum simili ceremonia obseruarent. Vt autem maiori beneficio sacerdotes ad hæc sibi promptiores faceret, tertiam eis agrorum partem ad deorum cultum & sacra concessit. Hi tum meritorum Osiridis memores, tum beneficio Isidis allecti, eius mandata perfecere: qua ex re etiam nunc sacerdos quisque testatur, penes se Osiridem sepultum esse. Animantia quoque à principio ei dicata in honore habent: & cum moriuntur, in eorum funere renouant Osiridis luctum. Tauros autem sacros, hunc quidem Apim, alterum Memphim nominatos sacrificant Osiridi: quos etiam ueluti deos Aegyptij omnes colunt. Hoc enim animali tritici inuentores multum adiutos se asserunt, & ad serendum, & ad communem agrorum culturam. Iurasse autem Isis dicitur, uiro mortuo nulli se amplius nupturam. Iusto deinceps regnauit imperio, beneficijs in subditos reliquos omneis excedens. Post obitum uerò immortalium honores consecuta est, sepultaqꝫ apud Memphim in Vulcani luco: ubi usqꝫ ad hoc tempus sepulchrum eius monstratur. Nonnulli horum deorum corpora non illic sita arbitrantur, sed in Aethiopiæ Aegyptiqúe montibus, in insula Nili, sita ad locum qui Philæ appellatur, & ab euentu sacer campus appellata. Vestigia huius ostendunt, tum sepulchrum Osiridi constructum, atque à sacerdotibus Aegyptijs in honore habitum: tum urnas trecentas sexaginta, quas quotidie lacte replent sacerdotes ad id instituti, luctumqúe renouant, Deos nomine uocantes. Hac de causa à transeuntibus aditu prohibetur. Apud Thebaidis uerò (quæ urbs antiquissima est omnium) incolas, maximum habetur iusiurandum per Osiridem in Philis situm omnibus Osiridis partibus, ut retuli, præter pudenda, ibi sepultis. Ea quippe in fluuium à Typhone, cum

Osiridis in Aegyptum reditus: Ἐπάνοδος.

Isidis gesta.

Apis. Memphis.

cum nullus ex cædis conscijs illa penes se esse uellet, erant proiecta. Ab Iside postea non minori honore, quàm reliquæ partes, fuerunt sepulchro condita. Eius imaginem coli, sacraq; ei ac ceremonias piè ut Deo fieri docuit, nomen eius Dei præcipuum reddns atq; insigne. Quapropter Græci cum Orgia sacraq; Bacchi ex Aegypto transtulissent, huic quoq; portioni honores impenderunt, eam in sacris ac ceremonijs Phallon appellantes. Ab Osiride uerò atq; Iside, usque ad Alexandrum Macedonem, qui in Aegypto sui nominis urbem condidit, annorum dicunt amplius decem millia: ut uerò quidam asserunt, paulò minus tria ac uiginti millia extitisse. Qui Deum hunc tradũt Thebis Bœotiæ & Semele & Ioue fuisse genitum, aberrare uidentur. Orpheum enim, cùm ad Aegyptios transisset, percepisseteque apud eos sacra & mysteria Bacchi, esset autem amicus Thebanis, à quibus plurimo in honore habebatur, retulisse ad eos tradunt in ipsorum gratiam huius Dei originem. Pleoem postea, tum ignorantia, tum ut Deum in Græcia ortus uideretur, libenter ea sacra ac mysteria suscepisse. Orpheum uerò hanc generis & sacrorum originem ea coniectura uolunt ad Græciam transtulisse, quòd Cadmus ex Thebis Aegypti ortus, præter cæteros filios & Semelen suscepit, eam à quopiam corruptam, post septimum mensem peperisse infantem ferunt Osiridi similem: neque illum uixisse diutius, siue dijs improbantibus, siue repugnante natura. Quod ægrè ferens Cadmus, responso accepto, ut parentum iussa seruaret, infantem deaurauit, illiq; sacra instituit, ut esset argumentum illum ab Osiride natum. Ad Iouem insuper genus retulit: ut & Osiridis factum cohonestaret, & corruptionis infamiam demeret. Id causam præbuit Græcis, ut crederent Cadmi Semelen ex Ioue Osiridem peperisse. Orpheũ postea, cui magna erat apud Græcos gloria, tum propter cantus suauitatem, tum propter sacra, hospitio acceptum à Thebanis ferunt, magnoq; in honore apud eos habitum. Hic cùm ab Aegyptijs theologiam percepisset, antiquum Osiridis genus ad posteriores transtulit, inq; Thebanorum gratiam nouum constituit sacrificiorum ritum. Quod fabulis causam præbuit, ut Iouis ac Semeles filius Bacchus putaretur: homines uerò partim insciti a, partim Orphei fama & opinione moti, eum ut Græcum libenter susceperunt Deum. Postea adhibitis poëtarum quas theatra comprobabant fabulis, certa est præbita huic generi fides. Dicũt autem in uniuersum Græcos, ut suos ac domesticos sibi uindicare insignio-
res Heroas, ac deos, Deorum insuper colonias asserere ab se missas. Nam Her-
culem, qui genere Aegyptius fuit, cum sua uirtute perambulasset magnam or-
bis partem, in Lybia columnam posuisse. cuius rei testimonium à Græcis ca-
pere nituntur. Cùm enim constet omnibus, Herculem adfuisse dijs in bello,
quod aduersus Gigantes gessere, ferunt nequaquam Gigantes ex terra gigni
ea potuisse ætate, qua Græci asserunt Herculem paulò ante bellum Troianum
extitisse: sed potius, ut ipsi dicunt, in primo humani generis ortu. Ab hoc e-
nim plus quàm decem millia ab Aegyptijs numerantur: anni à Troiæ uerò
tempore minus quàm mille ducenti. Eodem modo claua, & leonis pellis, an-
tiquo Herculi conueniunt: quo tempore nondum erant arma adinuenta, sed
fustibus homines iniurias propulsabant, ac ferarum pellibus tegebant pro ar-
mis corpora. Et hunc quidem Iouis filium, matrem incertam ferunt. Qui au-
tem ex Alcumena genitus est, plus annis mille post extitit, ipse Alcæus ab or-
tu uocatus, cui post Herculis cognomen est inditum: non quòd propter hu-
nonem sit gloria adeptus, sicut matris ait, sed quia prisci Herculis institutum
imitatus, illius gloriam simul & appellationem obtinuerit. Atq; illorum dictis
conuenit antiqua apud Græcos fama, uidelicet Herculem orbis monstra per
domuisse: quid illi Herculi tribui nequit, qui fermè coæuus temporibus Tro-
ianis fuit, iam maiori ex parte, tum cultura agrorũ, tum urbibus plurimis, tum
uerò hominũ ubiq; inhabitantiũ multitudine domitis. Magis igit ea decent

illum

Orpheus.

Cadmus.

Hercules.

illum Herculem qui priſca ætate fuit cùm homines infeſtarent̃ à beluarũ multitudine, in Aegypto præſertim, cuius nunc quoq; regiones deſertæ ſunt, & feris immanibus plenæ. Huius uerisimile eſt, ueluti patriæ miſertum Herculem, eiuſmodi feris occiſis eam reddidiſſe hominibus colendam: eoq́ue beneficio cœleſtium honore donatum. Ferunt inſuper Perſeum in Aegypto natum, atque Iſidis genus à Græcis ad Argos referri, fabulantes lo in bouem fuiſſe mutatam. Sed uana eſt de his diſs opinio. Nam quidam Iſidem, alij Cererem, quidam Theſmophoram, alij Lunam, nonnulli Iunonem, alij alio nomine appellant. Oſiris uerò tum Serapis dicitur, tum Bacchus, tum Pluto, tum Ammon, tum Iupiter. Alij Pana eundem uocant. Multi exiſtimant Serapim eſſe, quem Græci Plutonem putant. Aſſerunt autem Aegyptij, Iſidem plurium inuentricem ad morbos medicamentorum, & medicinæ arti admodum contuliſſe, eamq́; immortalitate quoque potitam gaudere hominum cultu, inq́; eorum ualetudine præcipuè uerſari. Quin etiam in ſomnis opitulatur palàm eis quos cenſuerit dignos, tum oſtendens ſuum numen, tum erga gentes curandas beneficentiam. Signa horum eſſe dicunt non Græcas fabellas, ſed opera certa. Omnis enim fermè orbis hanc deam colit propter manifeſtas eius morborum curas. Etenim in ſomnis illam dicunt non rectè ualentium morbis auxilia præbere. Et qui eius monitis obtemperent, præter opinionem curari, etiam quorum medici ſalutem deſperarint. Viſu quoque aut alia quapiam corporis parte debiles, eius deæ numen implorantes, in priſtinam ualetudinem reſtituuntur. Ab ea quoque medelam ad aſſequendam immortalitatem aiunt eſſe inuentam. Itaque Orum filium à Titanis inſidijs interfectum, ac per aquam repertum, nõ ſolùm in lucem reſtituit, ſed & fecit immortalem. Videtur autem ultimus iſte deorum regnaſſe, poſtquam pater Oſiris fuit ad deos translatus. Orum dicunt Apollinem interpretari, ac medendi diuinandiq́; artem à matre Iſide edoctum, multum hominibus tum oraculis tum medelis attuliſſe utilitatis. Aegypti ſacerdotes à Solis regno uſq; ad Alexãdri tẽpus, quo in Aſiam tranſcendit, annos computant ferè mille & uiginti. Fabulantur quoq;, priſcos illos deos regnaſſe annis amplius mille & ducẽtis, poſteriores uerò non minus trecẽtis. Et cum annorum numerus fide carere uideatur, conatur quidam, cum apud antiquiores nondum Solis motus notus eſſet, ad lunæ curſum annum metiri. Ita cùm annus triginta diebus conficeretur, haud impoſſibile eſſe, quoſdam annos mille ducentos uixiſſe. Siquidem nũc, cum duodecim conficiatur menſibus, plures centeſimum excedunt annum. Similiter & de his accidit, quos aiunt trecentos regnaſſe annos. Illi enim tunc quatuor menſibus annum conficiebant ſecundum tria tempora, æſtatẽ uideli cet, uer, ac hyemem: quæ cauſa fuit ut quidã Græci annos uocant Horos, quaſi tu dicas, anni tempora, & annales Horographias. Scribunt inſuper Aegyptij, Iſidis ætate multicorpores fuiſſe quoſdam, quos Gigantes Græci dixère, ipſi uerò eos monſtrificè in ſacris ornant, faciuntq́; ab Oſiride uerberari. Sunt qui hos exiſtiment è terra genitos, recenti adhuc prima animantium generatione. Alij robore corporis cæteris ualidiores, cùm multa præclara ediſſent opera, multi corporum nomen à facto ſortitos affirmant. Multi exiſtimant, cum Ioui, Oſiridiq́; diſs bellũ intuliſſent, omnes peremptos fuiſſe. Lege quoque Aegyptij, præter communem cæterorum hominum morem ſanxère, fas eſſe ſororem à fratre uxorem capi: exemplo Iſidis moti, quæ fratri Oſiridi nupſiſſet: eoq́; mortuo & iuraſſet illa amplius non nubere, & uiri mortem ulta, iuſto imperio regnaſſet, plurimum etiam de genere hominũ ſuis in eos beneficijs merita. His de cauſis plus honoris ac dignitatis reginæ q̃ regi impẽditur. In priuatis quoq; mulier uiro dominari dicit, profitentibus in dotis confectione uiros omnib. eſſe uxoris arbitrio parendũ. Haud uerò inſcius ſum, à nõnullis ſcriptorib. tradi horũ deorũ ſepulchra in Nyſa Arabiæ ſita: à qua Nyſæum

Perſeus.

Orus ſiue Apollo.

Annus lunaris & quadrimeſtris.

Gigantes multicorpores.

Vxorũ in uiros imperium.

Bacchum

Bacchum appellent, esse autem utrique dicatam columnam sacris sculptam literis tradunt: inq; columna Isidis hæc scripta esse:

Epitaphia Isidis & Osiridis.

Ego Isis sum Aegypti regina, à Mercurio erudita. Quæ ego legibus statui, nullus soluere poterit. Egũ sum uxor Osiridis. Ego sum prima frugum inuentrix. Ego sum Ori regis mater. Ego sum in astro Canis refulgens. Mihi Bubastia urbs condita. Gaude gaude Aegypte, quæ me nutristi.

In columna Osiridis hæc scripta dicuntur:

Mihi pater Saturnus deorum omnium ultimus. Sum uerò Osiris rex, qui uniuersum peragraui orbem usq; ad desertos Indorũ fines. Ad eos quoq; profectus sum, qui Arcto subiacẽt, usq; ad Histri fontes. Et iterũ alias quoq; orbis

† *aliàs, antiquior.*

adij usq; ad mare Oceanum partes. Sum aũt Saturni filius † grãdissimus, germen ex pulchro & generoso ortum: cui nõ semen genus fuit. Neq; ullus est in orbe ad quem non accesserim locus: docens omnes ea quorum inuentor fui.

Hæc tantum in columnis legi posse affirmant: alia (quæ plurima sunt) tempore esse corrupta. Et de his sanè quæ in sepulchris extant, consentiunt ferè omnes. Nã quæ sacerdotes condita in arcanis habent, nolunt, ut ueritas ignota sit, ad multos manare: pœna ijs adiecta, qui ea in uulgus proderent. Tradũt insuper plures Aegyptij, ab eis colonias per uniuersum orbem deductas. nam in Babyloniã colonos traduxisse Belum Neptuni uolunt, Libyęq; filium: qui sedem apud Euphratem cum elegisset, sacerdotes (hos Chaldæos Babylonij uocant, qui more Aegyptiorum astra obseruarent) physicos etiam, astrologię qui

Danaus.

dediti essent, instituit. Ferũt etiam Danaum ex Aegypto profectum, antiquissimam ferè urbium Græciæ Argos cõdidisse: Colchorum quoq; gentem, qui

Iudæi.

in Ponto sunt: Iudæos insuper, qui Arabiam inter Syriamq; cõsedere, ab ipsis

Circumcisio.

testantur transmigrasse. Quapropter & apud has nationes antiquo more circumcidi pueros, ab Aegypto ea consuetudine traducta. Quin etiam Atheniensis colonos Saitarum Aegyptiæ gentis esse eo asserere nituntur, quòd soli Græcorum urbem appellent ἄστυ, translata appellatione ab Aegyptiæ urbis

Atticæ urbis ciuium tres classes.

uocabulo. Præterea ciuitatem Athenienſem eandem ordinationem ac partitionem habuisse cum Aegyptia in partes tres distributa. Et primum quidem gradum fuisse nobilitũ: qui præ cæteris doctrinæ dediti, maiore honore digni habebantur, in ea re sacerdotibus Aegyptijs persimiles. Secundũ, eorum quibus agri erant assignati, ut armis intenti essent pro patriæ defensione: illis simiſes, qui in Aegypto agros tenentes, milites ad bellum subministrant. Tertius, plebis erat, atq; opificum, qui artibus mercenarijs intenti, necessarias operas præberent. ordo ab Aegyptijs sumptus. Fuisse & Aegyptios quosdam Athe-

Petes.

nienſium duces. Petem enim Mnesthei, qui ad Troiam militauit, patrem, cum esset Aegyptius, postmodum Athenienſium ciuem & regem factum fuisse. Eum duplicis naturæ extitisse aiunt: quoniam duplicis politiæ, Græcæ scilicet & Barbaræ, quarum alteram partem feræ habet, hominis altera, particeps

Erechtheus.

fuerit. Similiter & Erechtheum tradunt Aegyptũ genere, Athenienſibus imperasse: cuius rei hæc afferunt argumenta. Cùm maxima siccitas omnes ferè orbem præter Aegyptum peruasisset, ex qua ingẽs frugum, hominumq; pernicies secuta est, attulisse ex Aegypto dicunt Erechtheum, propter cognationem, Athenienſibus frumentum: obq; id beneficium eis regem constitutum, qui sumpto regno, docuerit eos ceremonias ac mysteria Cereris Eleusinæ ab Aegyptijs translata. Eam quoq; deam his temporibus coæuam, Athenas frumenta comportasse dicunt, & serere denuò triticum docuisse. Athenienſes regnante Erechtheo, cum omnes terræ fructus siccitas absumpsisset, Cererem præsentem frumento eos iuuisse: sacra insuper & mysteria eius deæ tunc in Eleusina suscepta, quæ eadem & penes Aegyptios celebrãtur. Nam & Eumolpides ab Aegyptijs sacerdotibus traducti sunt, & à pastophoris præcones. Solos ex Græcis Athenienſes per Isidem iurare, forma, moribus † Aegyptijs simiſes,

† *aliàs, similes.*

miles, pluraq; alia his similia magis ambitiosè (ut mihi quidem uidetur) quàm uerè asserentes, de hac colonia contendunt propter gloriam ciuitatis. In uniuersum autem plurimas colonias affirmant Aegyptij à suis maioribus ad uaria orbis loca, tum propter amplitudinem regum, tum propter hominum multitudinem traductas: de quibus cum neq; certis uestigijs, neq; scriptorum testimonio constet, indignas existimauimus quæ literis mandarentur. Sed hactenus de his quæ theologi Aegyptij tradunt. Nunc de situ eius, deq; Nilo, ac cæteris memoratu dignis dicendum.

DE SITV AEGYPTI, ET QVAE DE NILO MIRA DICANTVR. Cap. III.

AEgyptus fermè ad meridiem sita, tum quia ipsa natura munita est, tum regionis amœnitate cæteris uidetur regnis excellere. Ab occidente defertum tutatur: & sylueſtris Libyæ pars in longum protensa, non solùm aquarum inopia, sterilitateq; rerum, difficili aditu, sed & admodum periculoso. A meridie tum Nili cataractis cingitur, tum montibus ei contiguis. A Troglodytis enim, extremisq; Aethiopiæ finibus, stadijs quinque millibus & quinquaginta, neq; facilè nauibus fluuius est peruius, neque adiri itinere terrestri potest, nisi aut à regibus, aut magno quodam præparato ad uictum commeatu. Ab oriente uero tum fluuio munita est, tum deserto latissimi campi Barathra appellati. Est enim Syriam inter Aegyptumq; palus admodum profunda, quam Seruoniam dicunt, latitudine omnino angusta: longitudo supra ducenta stadia protenditur. Loci insciis pericula insperata afferūtur. in arctum enim cōtractam, arenæ cumuli circumstant, qui Notis uentis agitati, in aquam deferuntur, adeò arena densa, ut immixta aquæ continens uideatur, neq; facilè, terra sit, an aqua, discerni queat. Quo fit, ut multi ignotā loci natura, neq; uiam edocti, à uia aberrantes cum omni exercitu absorpti sint. Nam arenā, quæ eminus stare ut continens uidetur, ingressi, labuntur longius: neq; deinde raptis gurgite, regrediendi aut emergēdi facultas datur. Limo enim demersi, nullam sperant salutem, cū eniti, aut uti uiribus nequeant, sed absorbeant in profundum ab arena aqua circumfusa, cum ueluti limus neq; pedibus, neq; nauibus sit peruius: quæ res Barathri cognomē dedit. Et hęc de tribus, quibus Aegyptus munitur partibus dicta. A quarto latere mari clauditur importuoso, & quod difficilem præbeat euntibus accessum. Nam à Parætonio Lybiæ lopen usq;, quæ est in Syriæ sinu, stadijs ferè quinq; millibus nullus nauiganti-bus, excepto Pharo, tutus est portus. Loca sunt præterea per uniuersum littus stagnātia, atq; ignota nautis. quo accidit, ut maris se fugere pericula existimantes, tanquā in tutū ad littus directis nauibus, de improuiso stagnis inhęreāt, omni euadendi spe sublata. Quidam cum præuidere cōtinentem nequeant (regio enim omnis plana ac depressa est) hi quidem ad stagna ac paluſtria loca, alij deserta deferuntur. Aegyptus igitur his locis redditur tuta. Forma eius oblonga. nam maritima ora duo millia cōplectitur stadiorum: mediterranea uerò, stadia circiter millia sexaginta. Olim numero hominum omnes ferè orbis gentes superauit, neq; nunc quoq; alijs nationibus multitudine cedens. Oppida insignia, urbesq; priscis temporibus, ultra decem & octo millia fuisse in Aegypto, libri sacri continent. Ptolemæi Lagi tēpore amplius tria millia, quæ & usq; ad nostram ætatem perdurāt, annumerata sunt. Vniuersi populi numerū fuisse antiquitus septies decies centena millia: nunc haud pauciores esse ter decies centenis millibus tradunt. Hæc extitit causa, cur tradant priores Aegypti reges, magnis mirandisq; operibus à se multitudine hominum cōstructis, immortalia gloriæ suæ monumenta reliquisse. Sed de his posterius scribet diligentius. Nunc Nili naturam, regionumq; quas interfluit, situ & proprietatem per-

Chorographia Aegypti, natura locorū munitæ.

Σερβωνις.

Forma.

Oppida.

πολυανθρωπία.

De Nilo. tem persequamur. Nilus à meridie ad septentrionem fertur, ortus ex fontibus in extremis Aethiopiæ finibus: ad quæ loca (deserta enim sunt) propter æstus intemperiem nullus aditus fuit. Maximum omnium flumen, cum per uarias plures q; feratur regiones, magnos flexus facit, quando q; ad orientem & Arabiam, quando q; ad occidentem & Lybiam fluens. Eius decursus ab Aethiopiæ montibus usque ad mare, stadia duodecim fermè millia cum eius flexibus

Insulæ Nili. cõplectitur. Facit aũt insulas in Aethiopia cùm plures alias, tum maximè unã insignem, nomine Meroën: ubi duorum & uiginti stadiorum latitudinem habet. Ab inferioribus uerò locis arctior est, cursu eius in duas partes diuiso. Harum unam quæ in Libyam defluit, uastæ profundæq; absorbent arenæ. Quæ contrà in Arabiam fertur, in paludes ac stagna ingentia, quæ circum uariæ inhabitant gentes, flectitur. Aegyptum ingressus, alicubi decem stadiorum, alicubi pauciorum latitudine, non recto cursu uarios flexos agit, nũc orientem, nunc occidentem uersus, quando q; in meridiem cõtrario delatus cursu. Sunt montes ab utraq; fluuij parte protensi, conuallibus & angustis præcipitijs in-

† ἐφ' ἱκανὸν πόπον φέρ. teriectis: in quæ magno impetu lapsus, rursus tanquã ui repulsus per campos funditur, ad meridiem spectans, † usq; ad locum Efficanum nomine: & naturalem deinceps repetit cursum. Tam insignis fluuius, solus omnium absq; fluctibus quietus est & tranquillus, præterquam cum fertur inter cataractas. Locus

Cataractæ Nili. est latitudine stadiorum decem, accliuis, præceps in angustũ, clausus inter conualles: ubi frequentia saxa scopulis similia aquam magna uertigine mirabilisq; allisam reflectunt, inq; contrarium cursum spumis agunt redundãtibus. Quæ res stuporem aspicientibus præbet. Est enim ita uelox hoc in loco aquæ decursus, ut sagittæ similis uideatur. Cum uerò augetur aquarum incremẽto Nilus, aqua supereminente scopulis, quidam per cataractas nauibus uento cõtrario descendunt: ascendendi nulla est facultas, ui fluminis omne hominum ingenium superante. Cataractæ plures sunt, sed maxima in Aethiopiæ atq; Aegypti

Meroë. finibus sita. Complectitur fluuius insulas plurimas, sed præcipuam Meroën, in qua est urbs insignis insulæ nomine, quam Cambyses condidit, à matre eius denominata. Huius insulæ forma scuti persimilis, magnitudine superat cæteras Nili insulas. Patet enim lõgitudine stadiorum tribus millibus, latitudine mille. Vrbes in ea sunt plures, sed cæteris nobilior Meroë, à cuius uno latere Lybyam uersus plurimi arenæ cumuli, ab altero ad Arabiam posito præcipitia montis insulam cingunt. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum. Hebenum insuper fert, lapidum multiplex genus. Tot autem Nilus insulas con-

Delta. tinet, ut fermè sit incredibile. Nam præter eum locum quẽ à forma loci appellant Delta, ferunt alias quoq; in eo insulas circiter septingẽtas esse: harũ quasdam ab Aethiopibus incoli, miliumq; in eis seri. Quasdam serpentibus ac cynocephalis, uarijsq; feris syluestribus infestas, ac propterea accessu difficiles. Nilus in Aegypto in plures scissus partes, eam formam quam Delta dicunt,

Ostia Nili. efficit. Profundiorem fluuium reddit maris ingressus, septem ostijs in pelagus delatum. Horum primum ad orientẽ uergit, quod Pelusiacum uocant: secundum Taniticum, deinde Mendesicum uocant, Phatniticum, Sebenniticum, Bolbitinum: ultimum Canopicum, à nonnullis Herculeum nominatum. Sũt & alia ostia manufacta de quibus scribere nihil necesse est. In eorũ quoq; urbs sita est diuisa flumine, põtibus ab utraq; parte exitus & custodijs munita. Ab ostio Pelusiaco fossa est opere sumtuoso ad Arabicum sinum ac rubrum mare ducta. Hanc primum à Nechao Sammatychi filio agi cœptam, Darius Persarum rex perficere aggressus, imperfectam reliquit: admonitus à quibusdam, si locus interiacens effoderetur, fore uti Aegyptus omnis, cum mari rubro esset depressior, ab aquis mergeretur. Secundus postmodum Ptolemæus illam perfecit, opportuniori loco fossam summa arte efficiens. Hanc cum nauigare cuperet, aperiebat: eam rursus cum usus esset, claudens. Flumen quod in fossam

defluit,

defluit, à nomine authoris Ptolemæum uocant. In exitu urbs condita est, Arsinoë appellata. Illud quod Delta diximus, simile Siciliæ formæ, ab utroq; latere continet stadia septingenta & quinquaginta: à mari uerò stadia mille trecẽta. Ipsa insula pluribus fossis manu factis diuisa, agros habet fertilissimos Aegypti: circumdata enim flumine, atq; irrigata fluuij incremento magnam uim limi affundentis, tum cura incolarum, terram omnem quadam maxima ab Archimede Syracusio adinuenta, quam à figura cochleam dixêre, irrigantium, multiplici fructu copiosa est. Nilus etiam leniter fluens, cùm multã uariamq; terram secum ferat, quibusdam in locis humilibus paulum stagnans, regionẽ fructiferã fertilemq; efficit. Radices in ea multifariam nascuntur, gustu uariæ, fructum & olerum natura, quæ multum tum egenis conferunt, tum infirmis ad ualetudinem. Non solùm uerò cibos uarios affatim præbet ad saturitatem egentibus, sed alijs quoq; necessarijs ad uitam rebus non parum confert adiumenti. Loton præterea fert plurimum, ex quo panem conficiũt ad uictus egestatem. Ciborium quoq;, quod fertilissimum est, fert eam quam appellant Aegyptiam fabam. Sunt & arborum plura uariaq; genera, quarum quędam Perseæ dicuntur, cibus dulcedine præstãs, à Persis ex Aethiopia allatus, quo tempore Cambyses ea loca subegit. Sycomororum uerò aliæ mora ferunt, aliæ fructum ficubus similem: quem cum toto fermè anno præbeant, non parum adiumenti uulgò esurientibus præstant. Mala, quæ Myxaria dicuntur, circa Nili ostia nascuntur: quæ quoniam suauia sunt gustu, tragematis præbentur loco. Conficiunt quoq; ex hordeo poculi genus Zythum nomine, haud multò inferius sapore uini. Vtuntur etiam pro oleo ad lucernarũ usum, liquore expresso ex planta quam Cycam uocant. Plura insuper fert alia Aegyptus uictui hominum utilia, quæ singulatim persequi longum esset.

Arsinoë. *Insulæ Delta fertiles.* *Radices.* *Arbores.*

Animalia Nilus compluuia nutrit forma dissimili ac natura: sed duo præcipua, quæ admodũ inter se differunt, Crocodilum & equum: horũ Crocodilus ex minimo in immensum animal euadit. Nam cum oua eius anserinis similia exístãt, ex his genitus pullus ad sedecim cubitorum magnitudinem excrescit. Longitudine uitæ hominem æquat, lingua caret: corpus mirabili natura munitum. Nam dorsum eius uniuersum squamosum est, duritie præcipua: ex utroq; oris latera dentes habet perplures, in queis duo maximè eminent. Non solùm homines comedit, sed & cætera terrestria animantia flumini appropinquantia unguibus grauiter discerpit. Morsu est aspero, tetroq;, ut quod dentibus lacerat, nunquam sanetur. Capiebatur priscis temporibus hamis recenti carne apposita: nunc quandoq; reti ualido, prout & quidam pisces: quandoq; instrumento ferreo ex cymba ad caput iniecto. Eorum ingens est multitudo in flumine & stagnis propinquis, tum quia fœcũditate excedit (singulis enim parit annis) tum quia perraro capitur. Nam & à quibusdã accolarum ut Deus ueneratur, & externis est inutilis labor, ob carnes esui malas. At illorũ fœcunditati natura salubri remedio obstitit. Animal caniculo persimile, Ichneumon (nam iuxta flumen belua parit) oua eius inquirens conterit: quodq; dictu mirabile est, neq; oua comedens, neq; ulla sua utilitate, sed natura duce, ad necessariam quandam mortalium commoditatem.

Nili bestiæ Crocodilus.

Equi uerò, quem uocant, magnitudo haud minor cubitis quinq;, quatuor pedibus, ungula more bouis fissa. Dentes ex utroq; latere tres habet: ultra reliquas feras eminentiores aures, caudam, uocem, equis similem: reliquum corpus haud dissimile elephanto. Pellis est ultrà quàm cæteris beluis durissima. Aquatilis ac terrestris bestia, die quidem in imis aquis latet: noctu in terram egressus, tum frumenta depascitur, tum fœnum, destruens passim propinquas agrorum messes. Fœcundissimum prole animal, ut quod singulis annis pariat. Capitur arte quadam hominum illos telis appetentium. Cùm enim apparent, circunstant undiq; homines, uulnerantq; telorum quæ alligant funibus

Hippopotamus.

 factu-

iactu, laxantq; quoad exanguis factus capiatur. Carnibus est durissimis, & ad digerendum difficillimis. Interiora omnia inutilia ad uescendum.

Piscium copia. Nilus fœcundam Aegyptũ reddit.

Præter has beluas uariũ ac multiplex piscium genus Nilus affatim præbet, usui non solum eius regionis incolis, sed externis quoq;, ad quos saliti deferũtur. Vtilitate commodisq; cæteros orbis fluuios excellit. Incrementum eius à solstitio incipiens æstiuo, usq; ad æquinoctium, semperq; nouum limũ secum uehens, rigat tum cultas regiones, tum incultas, quanto tempore uelint agricolæ. Aqua enim leniter fluente, facilè eam paruis aggeribus arcẽt, inducũtq; pro commodo terræ. Tantam uerò fertilitatem infert, & agri colendi facilitatem, ut cum seuerint, aut oues introducant in campos ad conculcanda iacta semina, aut aratro leui terrã subducãt: neq; nisi quatuor aut quinq; exactis mẽsibus ad messem redeũtes, breui tempore uberrimos fructus absq; magna impensa laboreue reportent. Alibi agricultura magno labore exercetur, ac sumptu: soli Aegyptij minima impẽsa, labore tenui fruges fertiles auferunt. Vineq; quoq; eodem rigatæ modo, uino abundant: Terra inculta pecori ad pastũ relicta, adeò exuberat herbis, ut oues bis in anno pariant, bisq; præbeant lanam. Incremẽtum Nili aspicientibus, uidetur admirabile, incredibile audientibus. Solus enim inter reliqua flumina adeò æstate crescit, cùm decrescant cætera, ut totam inundet Aegyptum. Hyeme minuitur, cum reliqua augeantur. Est Aegyptus plana, & campestris: cumq; urbes, uici, agricolarum mapalia aggeribus munita, aquæ inundationẽ deuitent, tanquam Cyclades apparent aspicientibus. Terrestres beluæ omnes quæ in campis remanent, suffocant aquæ: quæ euadunt, ad altiora confugiunt loca. Pecora inundationis tempore in ilia bulis recluſa nutriuntur à colonis, ad id antea præparato pastu, uulgus remissis operibus rusticis otiosum epulis indulget, ac uoluptati. Quoniam autem plurima cura molestiaq; urgebat accolas Nili inundatio, excogitata est in Mẽphi quædam incrementi mensurãdi à regibus obseruatio. Nam quibus id negotij demandatum est, per epistolas urbibus uicisq; significant, quot cubitis quotúe digitis fluuius auctus sit, & simul quo tempore cœperit decrescere: hoc modo uacuus redditur à solicitudine populus, incrementi magnitudine, decrementoq; notis, ubertatemq; futuram eueſtigio ab inundationis modo, notatis prioribus temporibus, noscit. Occulta inundationis huiusmodi causa multos dubitare, tum philosophos, tum historicos, ac uaria sentire compulit. De qua re paucis differemus: ut neq; modum excedat historia, neq; ab omnibus adeò quæsita agitataq; res relinquatur intacta.

Nili incrementi obseruatio.

De causis incrementorum Nili.

De Nili incremento, de eius fontibus, de ostijs quibus descendit in mare, deq; rebus alijs quibus maximus omnium quæ in orbe sunt, à cęteris differat, quidam scriptorum nihil ausi sunt tradere, licet quandoq; etiam de paruis torrentibus copiosè scripserint. Alij causas reddere conati, procul à uero senserũt. Nam qui Hellanici, Cadmiq; & Hecatæi ætate fuerunt, omnesq; prisci illi scriptores ad fabulas declinarunt. Herodotus, qui multarum conscripsit historiã rerũ, causam reddere uolens, sibijpsi repugnat. Xenophon, Thucydides, quorum historiæ ueritas comprobatur, Aegypti loca minimè attigerunt. Ephorum autem ac Theopompum, præ cæteris hæc scrutatos, deseruit ueritas. Aberrarunt uerò omnes, non negligentia, sed regionum situs ignorãtia. Nam priscis usque ad Ptolemæum Philadelphum temporibus nulli. Græcorum, nedum Aethiopiam, sed ne Aegypti quidem montes (ita difficiles aditus, periculosiq; admodum ad Aethiopiam erant) transcenderunt. Ptolemæus primus omnium cum Græcorum exercitu Aethiopiam ingressus, diligenter de situ earum partium scrutatus est. Itaq; locorum insciti, errandi materiam priscis scriptoribus præbuit. Nili fontes, locaq; ex quibus fluit, nullus ad hoc tempus scriptor neq; uidisse se dicit, neq; audisse ab alijs qui se assererent aspexisse: ex quo res ad opiniones & coniecturas peruenit. Aegyptij sacerdotes, ab

Oceano

Oceano, qui orbem circuit, Nilum habere principium ferunt: nil afferentes certi, sed incerta incertis inuoluentes, eaq; dicentes, quæ plurima indigeant fide. Troglooditæ, qui propter æstum loca incolunt eminentiora (Volgios uulgus appellat) aiunt loca aquosa esse, è quibus conijciũt propter plurimos eius regionis fontes in unum confluentes Nilum effici. Meroën uerò insulam habitantibus, quorum opinio, cùm sint eis locis propinquiores, uerisimilior deberet uideri, adeò Nili ortus est incertus, ut ipsum Astapon, id est, ortam ex tenebris aquam uocent. Ita Nilum à locorum inscitia cognominarunt. Nobis autem propius uero esse uidetur, quod procul ab omni figmento est alienum. Haud uerò ignoramus, Herodotum, qui Libyam quæ ad orientem, quæue ad occidentem uergit, interfluere Nilum scribit, arbitrari eos quos Nasamones dicunt, diligentius Nili ortum esse scrutatos: ideoq; tradere, ex stagno quodam oriri, perq; Aethiopiam ferri. Verum neq; in hoc Libyis, quamuis uerum sequi uideantur, neq; scriptori incerta afferenti fides est adhibenda. Sed quoniam iam satis de fontibus cursuq; Nili scripsimus, deinceps causas incrementi discutiemus.

DE CAVSA INVNDATIONIS NILI, ET QVID de illa tum historici, tum philosophi sentiant, eorumq; contradictiones. Cap. IIII.

THales, qui sapiens inter septem est annumeratus, tradit, spirantibus Etesijs Nili cursum à mari reprimi: eoq; aquis excrescentibus, Aegypti, quæ plana est & humilis regio, inundationem sequi. Quæ ratio quamuis nonnihil uideatur afferre, tamen facilè redargui potest. Nam si id uerum esset, fluuij omnes flantibus Etesijs simili augerentur incremento: quod quia minimè accidit in reliquis orbis partibus, alia causa uerior quærenda est. Anaxagoras physicus incrementi causam dixit esse niuem in Aethiopia liquefactam. Quod & eius discipulus Euripides uidetur sentire, scribens Nilum excrescere cum Aegypti liquescunt niues. Quæ ratio facillimè potest refelli, cum palàm sit omnibus, propter caloris intẽperiem, in Aethiopia niuem non esse: nã omnino non est in eis locis, præsertim circa Nili decursum, gelu aut omnino hyems. Quod si quis in Aethiopia esse niuiũ copiã contẽdat, tamen conuincitur falsam eam causam uideri. Namflumen omne niuibus excrescens, aurã frigidam, aëremq; crassum reddit. At solum omnium Nilus neq; nebulas, neq; auram frigidã gignit. Herodotus Nilum ait ipsa natura esse talem, qualis sit incrementi tempore: hyeme uerò solem ad Libyam delatum, attrahere ad se humorem, ob eamq; rem præter naturã eo tẽpore flumen decrescere: æstate uerò abscedente uersus Arctum sole, tum Græciæ, tum similium locorũ fluuios arescere, minuiq;. Non esset igitur quod de Nilo fertur, admirandum, si æstiuo crescit tempore, diminuitur hyeme. Verùm si hoc Nilo accidat, ut solis æstu hyeme humiditas attrahat, & in reliquis quoq; Libiæ fluuijs id cõtingere necesse esset, ut hyeme arefacto humore diminuantur. Quod cum procul à uero sit, certè scriptoris error palàm deprehenditur. Etenim Græciæ, non quia longius absit, augentur hyeme flumina: sed propter pluuias frequentes: Democritus Abderites non meridionali niue aquarũ augmentũ fieri dicit, sicut Euripides Anaxagorasq; sensere, sed septentrionali. Niuium enim coaceruatam magnitudinem in Boreæ regionibus ait brumæ congelatam tempore, æstate liquescere: ideoq; eleuatis sursum uaporibus, multas densasq; nebulas circa montana, tolli cacumina: quæ ab Etesijs ad altissimos, quales in Aethiopia sunt, montes delatæ, dein de in pluuiam uersæ, magnos efficiant imbres, quibus Etesiarum tempore Nilus augeatur. Hæc opinio facilè reijci potest, si, quo tempore flant Etesiæ, perpendas. Incipit enim crescere Nilus solstitio æstiuo, nõdum flantibus Etesijs.

Opinio Thaletis.

Anaxagoræ & Euripidis.

Herodoti.

Democriti.

Cessat autē æquinoctio autūnali, iam olim his uētis quiescētibus. Quādo igit̄ ratio opinionē superat, laudandū est ingeniū scribētis, sed haudquaq; adhibeda fides. Prætereo, quod palàm est, nō magis ab Arcto flare Etesias, q̄ ab Hespero. Nō enim Boreas, aut septētrionales uēti, sed qui ab æstiuo occidēte flāt Etesiæ uocātur. Dicere autē hoc maximè circa Aethiopiæ montes cōtingere,

5. Ephori. nō solū improbandū est, sed etiam non credendū. Ephorus recentiorē causam persuadere conatur, plurimū tamē à ueritate remotā. Ait enim, Aegypti terrā omnē Nili inundatione exaggeratā, raram aridamq; natura esse, in qua terræ hiatus maximis diuersisq; in locis existant. Ideoq; hyeme humiditatem omnē attrahere, atq; in se continere, quam æstate ueluti sudorem quendam, quo flumen augetur, emittat. Sed hic author nō solū uidetur Aegypti loca naturamq; nescisse, sed ne eos audisse quidem qui scirent. Nam si ex ipsa Aegypto Nilus incrementum susciperet, nequaq; in superioribus inundaret per taxa & dura loca fluens. Atqui amplius sex millibus stadiorum ex Aethiopia delatus, eodem est, quo anteq; Aegyptū ingrediatur, incremento. Præterea si Nili cursus humilior esset raritate terræ à flumine superinductę, impossibile uideretur, hiatus qui in superficie forent, tātam aquarum uim absorbere potuisse. Itē si Nili decursus humilior terra superinducta foret, superiores terræ hiatus esse cōtingeret: à quibus impossibile foret tantum aquæ manare. Si uerò superiorem tenet fluuius locū, haud est possibile, ex locis depressioribus concauisq; sursum ferri aquarum cursum. Quis unquā crederet fieri posse, ut humores qui ex raritate terræ affluerent, tantum incrementum flumini adderent, ut uniuersa fermè Aegyptus inundaretur? Prætereo hanc rationem, in raritate terræ exaggeratæ tantum aquæ contineri, mendacem deprehendi palàm posse. Mæander quippe fluuius plurimum terræ attulit Asiæ regionibus, per quas fluit: in quo nil simile Nili incremento conspicitur. Simili modo & in Acarnania Achelous, Cephisus in Bœotia à Phoceis descendens, non parum eis oris terræ superaddidere, quæ coli posset. Ex quibus manifestè deprehenditur scribentis error. Itaq; nullus ab eo ueritatem requirat, uidēs eum in paucis uera sensisse.

6. Memphitarum. Quidam in Memphi philosophantes, rationem huius incrementi reddere conati sunt, magis quę non reprehendi, quā quæ probari posset. Nam orbem in partes tres diuidentes, unam esse aiunt quam nos incolamus, alterum huic è contrario sitam, tertiam in Thebis inhabitabilem, solis ardore adustam. Si ergo Nilus hyeme cresceret, certè nostra zona ortum haberet, cùm eo tempore apud nos pluat maximè. Verùm cum æstate augeatur, uidetur simile ueri, in zona nobis opposita hyemem esse, eoq; ingentem aquarum uim eo tempore manantem, incremento causam præbere. Hāc ob rem nulli ad fontes Nili accessus patêre tradunt, quoniam in oppositā zona ortus, per terram inhabitabilem fluat, cuius rei testis sit aquarum Nili præcipua dulcedo: cùm per loca sole adusta decurrat: quod causam præbet ut dulcedine cætera exuperat flumina, tanquam caloris natura eum saporem flumini præstante. Sed huius sententiæ depulsio in prōptu est. Impossibile enim uidetur, ex opposito nobis orbis flumen, si quidem terra rotunda existet, ad nos sursum ferri. Si quis enim ita rem fieri audacius contendat, natura ipsa rerum repugnabit. Omnino enim illi ne refelli possent, loca deserta inculta q; interposuere, ne eorum sententia manifesto argumento impugnaretur. Sed æquum est, qui aliquid pro comperto affirmant, aut rem ipsam suæ sententiæ afferre testem, aut eam ex concessis principijs probare. Nam quo modo inter omnes fluuios Nilus ex illo orbe ad nos solus fertur, ita reliqua quoq; flumina, quemadmodum in hoc orbe contingit, ab eo fluere meritò deberent. Dulcedinis uerò fluuij causa quā afferunt ratione penitus caret. Si enim caloris æstu decoctus fluuius dulcedinem sortiretur, nequaquam gigneret animantia, neq; uarias piscium aut ferarum species continueret. Aqua enim omnis à natura ignis mutata nequaquam generat. Cùm autem

autem Nili natura omnino huic contraria exiſtat, exiſtimandum eſt eas incrementi cauſas nequaquam ueras eſſe. Inopides Chius tradit, æſtate aquas infra terram eſſe frigidas, calidas in hyeme. Hoc in puteis profundis planũ oſtendi, quorũ aqua maximis caloribus admodum frigida ſit, ingẽti frigore calida: & Nilo igitur meritò accidere, ut hyeme paruus cõpreſſusq; ſit, quòd interior terræ calor humorẽ conſumat, & in Aegypto non pluat, æſtate uerò, cũ hoc fieri deſinat, nullo impedimento augeat. Huic quoq; reſpondendũ eſt, plures Libyæ fluuios oſtijs & curſu Nilo ſimiles, diſſimili eſſe augmento, cũ hyeme impleantur, qui æſtate ſint exiliores. Ex quo arguit, non recte ſenſiſſe authorem. Agathargines Cnidius propius ueritatem accedit. Ait enim, ſingulis annis per Aethiopiæ montes continuos ab æſtiuali ſolſtitio uſq; ad æquinoctiũ autumnale imbres fieri, haud mirũ igitur, Nilũ hyeme cõpreſſum ſecundũ naturã ijs aquis fluere, quas fontes ſubminiſtrent: æſtate uerò propter imbres incrementũ capere. Licet aũt cauſas hactenus nemo reddere potuerit illarũ pluuiarum, non iccirco repudiandã eſſe ſuam ſententiam. Multa enim naturã ferre contraria, quorũ cauſæ ab hominibus perueſtigari nequeãt. Exemplo eſſe quiddam quod in aliquibus Aſiæ locis fiat. Montes etenim Scythiæ Caucaſo cõtiguos annis ſingulis, iã exacta hyeme immenſis niuibus continenter multis diebus oppleri. In oris Indiæ quæ ad ſeptentrionẽ uergunt, certis tẽporibus plurimas grandines incredibili magnitudine deſcendere. Apud Hydaſpem fluuium æſtatis initio cõtinuos imbres pluere. In Aethiopia uerò poſt dies aliquot idem cõtingere. Non ergo procul à uero eſſe, ex Aethiopiæ mõtibus, quæ Aegypto adiacet, cõtinuos imbres incrementũ fluuio præbere, præſertim cum etiã barbari ea incolentes loca, huic rei teſtimoniũ ferant. Si aũt hæc contrariam habẽt ijs quæ apud nos fiunt, naturam, non tamen propterea fidẽ huic rei detrahendã eſſe. Etenim Nothũ apud nos pluuiam afferre, apud Aethiopes ſerenitatẽ. Et uentos quoq; Boreæ in Europa eſſe uehementes, in illis uerò regionib. remiſſos. Et de Nili inundatione, ne modum excedamus, hactenus. Quoniam autem hunc librum in duas partes propter magnitudinem partiti ſumus, abſoluta priori, ſecunda nobis ordienda eſt. In qua de antiquis Aegypti regibus, deq; ijs quæ priſcis temporibus acta ſunt, diſſeremus.

5. Inopidis.

7. Agathargi-nis.

DIODORI SICVLI LIBRI I. PARS SECVNDA.

GESTA REGVM AEGYPTI VSQVE AD Amaſim regem. Cap. I.

CVm primus liber propter ipſius magnitudinẽ in duas ſit partes diuiſus, prior totius operis proœmium continet, & quæ de mũdi creatione, deq; prima omniũ origine, ac de ijs, quas ue ſui nominis in Aegypto cõdidiſſe urbes Aegyptij tradãt, primum inſuper hominum ortum, & eorum priorẽ uitam, præterea honores immortalium, & templorum ædificationẽ. Tum deſcribitur Aegypti ſitus, & quæ de Nilo mira ferantur, eiusq; inundatione, quidue de ea tum hiſtorici, tũ philoſophi ſentiãt, & in ea re ſcriptorũ diſſenſio. Altera pars continuato ſuperioribus ſcribendi genere, priſcorũ Aegypti regũ ad Amaſim uſq; regẽ geſta cõtinens, à primæua Aegyptiorũ uita initiũ ſumet.

Priſcis uictũ Aegyptijs herbas ac paluſtres caules radicesq;, quas guſtu experti comprobaſſent, fuiſſe tradunt, eamq; quam gramen dicunt, herbam tum præcipua dulcedine, tũ hominibus ac iumentis utilis in primis uſus. Eius uti-

Priſcorum Aegyptiorum uitæ initium.

Ifatis memores ad hoc uſq; tẽpus uiri, hac manibus decerpta deos orant, exiſtimantes hominem limoſum ac paluſtre animal eſſe, ſumpta coniectura tum ab eius humili naturaliq; ortu, tũ quia magis humidis quam ſiccis egeat cibis. Piſces deinde ſecundũ cibum Aegyptijs fuiſſe tradunt: Nilo eorũ copiam, præſertim cum decreſcens in alueum redit, ferente. Pecorũ quoq; carnibus ueſcẽtes quidam eorum, pellibus pro ueſte utebantur. Domos ex arundinibus conficiebant: cuius rei ueſtigia penes Aegypti paſtores permanſere: cùm hucuſq; nulla alia niſi ex calamis facta habitacula probent. Hac uita plurimo tempore exacta, poſtmodũ alijs fructibus, in queis panis erat ex loto factus, ueſci cepe-runt. Horum inuentionem quidam ad Iſidem, quidam ad antiquiorẽ nomine Menam referunt, Aegypti regem. At uerò ſacerdotes, diſciplinarum artiumq; repertorem Mercurium fuiſſe tradunt: eorũ uerò quæ ad uitã ſpectent, reges. Quapropter antiquitus non ad principantium progeniem ferebantur regna, ſed ad eos qui plurimũ de hominũ uita meriti uideretur: ſiue ob communẽ utilitatẽ creante ſibi reges populo: ſiue quòd ita in libris ſacris cõtineretur. Eorũ nonnulli fabulantur, deos primũ & Heroas in Aegypto paulò minus decẽ & octo millia regnaſſe annorũ, deorũq; poſtremũ Orum Iſidis regno potitũ: homines uerò paulò minus annorũ quinadena millia, uſq; ad cẽteſimã atq; octogeſimã Olympiadẽ: quo tẽpore nos in Aegyptũ tranſcendimus, regnante Ptolemæo, qui nouus eſt Bacchus appellatus. Aegypti maiorẽ partem tenuere reges Indigetes, paucã Aethiopes, Perſæq; ac Macedones. Aethiopes quatuor non cõtinuis, ſed diuerſis tẽporibus regnarũt, annis fermè ſex & triginta. Perſæ duce Cambyſe rege, qui Aegyptũ armis ſubegit, annis centũ triginta quinque: quorũ inſolentiã, crudelitatemq;, atq; in deos patrios impietatẽ dãnantes Aegyptij, ab eis poſtmodũ deſciuẽre. Poſtremi Macedones, & qui ab eis manarunt, annis ducentis ſeptuaginta ſex Aegyptijs imperarunt. Præter hos tẽporibus reliquis Aegyptij omnes regnum tenuere, uiri quidem quadringenti ſeptuaginta, mulieres quinq;. Quæ omnia ſacrorũ librorũ monumentis ſacerdotes à priſcis illis temporibus ſcripta poſteris reliquerunt, cuiusq; regis magnitudinem, naturã, mores, ætatem, geſta, ſcriptis mandantes. Nos autẽ, cum de quoq; ſingillatim tradere longum nimis ſuperfluumq; eſſet, ijs quæ digna memoria uidebuntur cõtenti, hiſtoriam cõtexemus. Primũ poſt deos in Aegyptos regnaſſe ferũt Menam: qui populos colere deos, ſacraq; his facere, mẽſas inſuper & lectos ſternere docuit, delicijs aſſuefaciens, & cultiori uitæ. Qua ex re multo pòſt tẽpore Gnefactum Vecchoridis ſapientis patrem dicunt in Arabiam cum exercitu profectum, cõmeatu in locis deſertis atq; aſperis deficiente coactum eſſe cibũ uilẽ ab idiotis, qui fortè occurrebant ſumere. Quo lætatum, cùm præter modũ ſuauis uiſus eſſet, deſpexiſſe aiunt, atq; abominatum eſſe, qui primus regum ſumptuoſiori cibo eſſet uſus. Adeò autẽ ei tum cibum tum potum, tum lectum humilẽ cordi fuiſſe, ut hoc in libris ſacris inſcribi imperarit, ac Thebis in templo Iouis poni. Eam cauſam ferunt cur nulla Menæ gloria aut honor ad poſteros manarit. Huius regis deinceps progenies regnũ tenuit, quinquaginta duo reges, annis mille & quadraginta: à quibus nil memoria dignum prodijt. Buſiris deinde, octoq; ab eo poſteri regnarunt: quorũ ultimus, Buſiris quoq; nomine, urbem condidit magnam, Solis urbem ab Aegyptijs, à Græcis uerò Thebas appellatam: cuius mœnia centum quadraginta ſint ſtadia ambitu complexa. Eam magnis ædificijs, ac ſpecioſis deorum tẽplis, alijſq; ornamentis pulcherrimis exornauit. Simili modo & priuatorum domus uſq; ad quartam aut quintam contignationem conſtruxit. Vrbem inſuper omnem, non Aegypti ſolum, ſed aliarum orbis omnium reddidit felicifſimam. Huius urbis propter eius potentiam excellentiamq; ubiq; diffuſam & poẽta meminit, inquiens Aegypti Thebas ornatas ædificijs, in qua urbe centum ſint portæ, per quarũ unamquanq; ducenti exeant uiri cum equis & curribus.

Aegypto, qui Reges & Principes imperauerint.

Menas.

Buſiris.

Thebæ.

Quidam asserunt non centum portas fuisse urbis, sed plures, & eas egregias templorum portas, à quibus centum sit tanquam plurimarũ portarum dicta. Ex ea uiginti millia curruum ad bellũ prodire solita, receptacula quoq; equorum centum, quorum singula supra ducentos equos caperent, iuxta flumen inter Memphim ac Thebas Libyam uersus fuisse aiunt, eorumq; etiamnũ uestigia monstrari. Non solum uerò hũc regem, sed & qui post eum regnarunt, multa accepimus ad huius urbis amplitudinem ornamenta contulisse: donis præterea decorasse pluribus, argenteis, aureis, eburneis, statuis insuper Colossorum instar, atq; obeliscis, ex unico lapide factis: ut planè constet, nullam sub sole urbem ita fuisse exornatam. Ex quatuor enim templis pulchritudine, magnitudine q; admirabili cõstructis, unum erat antiquissimum, cuius circuitus stadijs XIII patebat, altitudo cubitis quinq; & quadraginta: muri latitudo erat pedũ quatuor & uiginti. Respondere huius templi magnificentiæ aiũt ornamentorum cultum, magna impensa & mirãdo opere constructum. Ea structura usq; ad posteriora permansit tempora. Aurum uerò & argentum, ebur, & lapidum sumptus atq; ornatus, à Persis ablata, quo tempore Cambyses Aegyptiorum templa cõbussit. Transtulisse quoq; in Asiam ab Aegypto ferunt, non solùm ornamenta rerum plurima, sed & artifices, quorum opera regiæ insignes, tum in Persepoli, tum in Susis, tum in Medis sint constructæ. Tantam pecuniarum copiam in Aegypto fuisse tradunt, ut ex incendijs, quæ omnia absumpsere, inter cætera parum quid auri, quod tamen ultra trecenta talenta sit pensum, effluxerit, argenti uerò duo millia & trecenta. Sepulchra quoq; regum priscorum mirabili opere, & quæ minimè æquari à posteris possent, fuisse aiunt. Referũt sacerdotes, septẽ & quadraginta sepulchra regia, quorũ usq; ad Ptolemæum Lagum decem & septem tantum supererant, in eorum libris scripta contineri: & eorum etiam plurima, quo tempore ad ea loca accessimus absumpta erant, Olympiade centesima atq; octogesima. Non solum uerò ab Aegyptijs sacerdotibus hæc traduntur, sed Græci quoq; plures, & in his Hecatæus, qui Ptolemæi Lagi tẽpore Thebas profecti historias Aegyptias scripsere, nobiscum sentiunt: de prioribus enim regum sepulchris, in quibus traditur Iouis pelices fuisse conditas, recensens singula, regis monumentũ qui Simandius dictus est, fuisse tradit stadiorũ decẽ. Cuius in aditu porta erat uario lapide constructa. Et huius longitudinem duorum iugerum, altitudinẽ quinq; & quadraginta cubitorum fuisse ait. Post hanc ingredientibus aderat lapideum peristylum quadratum, cuius singula latera iugera quatuor complecterentur. In eo pro columnis animalia erant sita ex unico lapide, decem & sex cubitorum ad antiquam formam fabricata. Textura omnis superior tecti cõfecta ex lapidibus duorum passuum latitudine, uarijsq; stellis cæruleis ornata. Ex hoc deinceps alter erat aditus, & in eo porta priori similis, sed sculptura uberiori. In ingressu statuæ tres positæ erant ingentes unici lapidis, Memnonis opus. Harũ una sedens, cuius pedis mensura septẽ excedebat cubitos, cæteras Aegypti statuas magnitudine superabat. Duæ præterea usq; ad genu, altera à dextris, altera à sinistris, filiæ & matri minores positæ. Hoc opus non solũ magnitudine conspicuum, sed arte mirabili, & lapidum natura excellens fuit, cùm in tanta mole neq; fissura quæpiam, neq; macula inesset. Scriptum erat in eo:

REX REGVM OSYMANDYAS SVM. SI QVIS, QVALIS FVERIM, ET VBI IACEAM, NOSSE VELIT, MEORVM ALIQVID OPERVM EXVPERET.

Esse quoq; & aliud signum matris ferunt unico lapide, cubitorum uiginti, habens supra caput reginas tres, quæ ostenderent, filiam, uxoremq; se & regis matrem fuisse. Post hanc portam & aliud erat peristylum nobilius superiore, sculpturis uarijs, in queis bellum erat contra Bactrianos, qui ab eo defecerant, gestum aduersus hos quadringentis millibus peditum, equitum uiginti, in quatuor partes diuiso exercitu, quorum omnium filios regis gessisse

Templum hyperbolicè magnum.

Mausolea.

Sepulcrum incredibili magnitudine.

Osymandyas Aegyptirex.

imperium. Prima muri pars obsidionem urbis sculptã continebat, ab ea parte qua fluuius muros alluit. Rege deinde cum parte hostium congresso, leo unà cum eo terribiliter pugnabat. Scriptores quidam ueram historiam fuisse, leonisq; opera domi enutriti regem in pugna uti solitum ad uictoriam ferũt. Alij ob fortitudinem corporis præcipuã, leonis similitudine, corporis animiq; uires ipsum ostendere uoluisse. Secundus paries sculptus erat captiuis abiectis pudendis, manibusq; à rege ductis: quæ nota erat illos esse animo utiles, & corpore imbecilles. Tertiũ latus sculpturis uarijs picturisq; decoris, regis sacrificia, triumphumq; deuictis hostibus continebat. In medio peristylo erat subdialis ara ex pulcherrimo lapide, & opere excellens, & magnitudine mirãda. In ultimo autem pariete statuæ iacebãt duę ingentes ex unico lapide, cubitorum septem & uiginti: ad quas tres ex peristylo aditus patebant. Has propè, domus erat columnis suspensa, cuius latus quoq; duo iugera complectebat. In ea statuæ ligneæ positæ haud paruo numero, repræsentantes eos qui disceptarent, respicientes eos qui in iudicijs sententias ferrẽt. Hi ab una muri parte sculpti triginta numero erãt, & in medio iudicij princeps: cuius à collo suspensa ueritas penderet, & oculis esset subclausis, librorũ cumulo circũstante. Hæ imagines p̃ se ferebant, iudices integros esse debere: prætorẽ solam inspicere ueritatem. Dehinc deambulatorium erat domibus plenum, inq; eis diuersa epularũ genera suauia gustu præparata. Sculptus deinde eminens cæteris rex uarijs coloribus, aurum atq; argentum quæ ex aureis argenteisq; metallis annuatim accipiebat, Deo offerens. Inscripta quoq; summa erat omnis in argentũ redacta: MINAE TER DECIES CENTENA, ET DVCENTA MILLIA MILLIVM. Sequebatur dehinc sacra bibliotheca, in qua inscriptum erat: ANIMI MEDICAMENTVM. Erant deinceps Aegypti deorum omniũ imagines: regis quoque dona ferentis, quę cuiq; cõpeterent Deo: ostendẽtis insuper & Oliridem & posteriores reges, tũ in deos cultu, tũ inter homines iustitia, plurimum uitæ mortaliũ profuisse. Pone bibliothecã domus sita erat egregia, in qua uiginti essent Iouis & Iunonis lectisternia, regis insuper statua, ubi & regis corpus sepultum uidebat. Hãc circũstabant plurima habitacula, in quibus picta cernebantur animantia Aegyptia omnia sacris apta, omnia sepulchrũ uersus ascendentia. Circumibat monumentũ aureus circulus cubitis trecentis sexaginta quinque, unius cubiti spissitudine: in quo descripti erant per singulos cubitos dies anni, & astrorũ ortus atq; occasus, quidũe ea secũdum Aegyptios astrologos obseruata significarent. Eum circulum ferunt, quo tempore Cambyses & Persæ Aegyptijs imperarunt, ablatum. Hoc Osymandri monumentũ non solum cæteris omnibus sumptuosius, sed & artificio excellentius fuit.

Domus columnis innitens.

Bibliotheca Ὀξυμανδύου ἰατρεῖον.

Thebani quidem se antiquissimos omnium profitentur: primumq; philosophiam ac astronomiam ab ipsis repertas, secq; à regionis situ adiutos ad cognoscendos orientium ac occidentiũ astrorũ motus. Insuper & mẽses ab eis & annos esse institutos. Dies non secundũ lunam, sed secundum solem metiunt, triginta dierum mensem cõficientes. Quinq; aũt dies & quartã partẽ duodecim mensibus adiungentes, anni cursum perficiunt. Intercalares menses non interponunt, neq; dies subducunt, sicut & Græcorum quidam. Solis & Lunę deiectus diligenter scrutati sunt: ex quibus multa futura prædicere cœperunt. Ab huius regis progenie profectus postea octauus, qui Vchoreus cognominatus est, Mẽphim cõdidit ambitu stadiorum centum & quinquaginta, urbẽ omnium Aegypti præclarissimã, opportunissimo totius eius oræ loco, ubi Nilus in plures scissus partes efficit formã Delta. Quo fit ut tanq; in Nili clausiro posita aditum præbeat prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Vrbs munita est, ac optimè sita: nam fluente iuxta eam Nilo, ad cohibendã aquarum inundationem uersus Nothum aggeres ingentes oppositi, & incremẽto fluuij præsidium, & aduersus hostes qui à terra irent, munimẽtum. A partibus cęteris undiq;

Vchoreus Aegypti rex.

Mẽphis urbs.

ris undique effossus est lacus ingens ac profundus: qui superabundãtia flumi nis in eum delata, ac locis urbi uicinis, excepto aggere, aqua repletis, urbem ef ficit munitissimam. Talem igitur eius urbis conditor loci opportunitatem ele git, ut posteri reges fermè omnes relictis Thebis & regiã & habitationes in ea ædificarint. Quapropter deinceps diminuta Thebarum magnificentia, aucta Memphis est usq; ad Alexãdri Macedonis tẽpus. Is urbẽ sui nominis iuxta ma re condidit, in augmentum cuius postea reges Aegypti omnes incubuerunt. Hanc urbem quidam deorum donis, plurimisq; decoris rebus adeò exorna runt, ut prima apud quosdam, aut secunda in orbe habeatur. Sed de hac sepa ratim posterius dicetur. Memphis conditor post structum aggerẽ, stagnumq; effossum, regiã ædificauit haud inferiorem reliquis, quæ alibi constructę sunt, superiorum uerò regum magnificẽtia atq; ornatu imparem. Aegyptij sanè o- *Aegyptijs quæ uita cor ãi sit.*
mnino paruifaciendum præsentis uitę tempus esse putant: futurę uerò gloriã, quæ uirtute comparatur, maximi æstimandam. Domos nostras diuersoria ap pellant, tanquam breui tempore à nobis inhabitandas. Defunctorum sepul chra sempiterna domos, quoniam apud inferos infinitum sit tempus, uocant. Ideò domus ædificandæ curam contemnunt. Circa sepulchrorũ magnificen tiam summum studium operamq; impendunt. Memphim quidam à condito ris filia denominatam uolunt. Eius amore fabulantur nõnulli captum Nilum fluuium, tauriq; sub forma compressisse mulierem: exq; ea genitum, quẽ pro pter uirtutem incolę Agyptum dixẽre: à quo & regio sit omnis denominata. Hic cum regnare cœpisset, perhumanus ac iustus fuit, inq; singulis excellens. Qua ex re comprobata ab omnibus eius erga singulos beneuolentia, hũc ho norem nominis sortitus est. Hoc defuncto rege, duodecima post eum proles *Myris Aegy-*
Aegypti regnũ possedit, nomine Myris: ædificauitq; in Memphi boreale pro *pti rex.*
pylæum, opus reliquis excellentius. Supra urbem decem stadijs lacum effo- *Lacus Myri-*
dit, miranda utilitate, magnitudine operis incredibili: cum pateat ambitu sta- *dis.*
dijs tribus millibus sexcẽtis, profundum eius quibusdam in locis sit ulnarum quinquaginta: ut qui rei magnitudinem aduertat, eius in omnes Aegyptios beneficentiam, regisq;, prudentiã nullus pro meritis satis laudare possit. Nam cum Nili incerta sint incremẽta, & pro eorũ modo fructus terra præbeat, lacũ hũc effodit aquę inũdãtis receptaculũ: ne cũ supra modũ excresceret, stagnan tibus prẽter solitũ aquis, limo superfluo patria inutilis redderet, neue ex defe ctu aquæ fructus ex siccitate perirent. Fossã uerò à fluuio duxit ad lacũ stadijs octogintaquinq;, iugeri latitudine. Per hãc fluuij aqua & recepta & prohibita præbet agricolis fertilitatẽ, nunc aperto ore fossæ, nunc clauso iuxta incremẽti modũ, nõ absq; magna impẽsa: cũ quinquaginta talentis opus sit, siue claude re, siue reserare os fossę uelint. Permãsit hoc stagnũ summa Aegyptiorũ utilita te usq; ad nostrã ætatẽ à conditore Myride appellatum. Relictus est à rege qui eum effodit, in eius medio locus, in quo sepulchrũ ædificauit, duabus superim positis pyramidibus altitudine stadij, una sibi, altera uxori. Super has statuas quoq; duas lapideas collocauit in throno sedẽtes: existimans se his operibus relinquere suæ uirtutis memoriã immortalẽ. Vectigal piscium, qui in stagno ca piebantur, uxori concessit tum ad unguentorũ usum, tum ad reliquũ corporis cultum. Id talẽti argentũ singulis diebus pendit. Traduntur duo & uiginti pi scium genera in eo esse, tantamq; eorũ capi multitudinẽ, ut abundè prębeat ijs etiã cum plurimi sint, qui saliendis piscibus operã præbent. Post Miridẽ pro- *Σεσόωσις.*
les septima Sesostris rex factus, superiores omnes gloria & rerũ magnitudine *Sesostris Ae-*
excessit. Sed quoniã de huius regis gestis non solum Graeci scriptores, sed etiã *gypti rex.*
Aegypti sacerdotes, & qui cantu eius laudes ornant, non eadem sentiunt: ex ijs tum quæ supersunt uestigijs, tum in quibus scriptores cõueniunt, similima ueri conscribemus. Post eius ortum pater decorum ac regium opus aggressus est. Nã ex tota Aegypto omnibus qui eadẽ die qua filius nati erãt infantibus

Sesostris σωὺ ϑεοῖσι.

congregatis, nutriri, educari, ac omnes eadem disciplina exercitioq; erudiri fecit existimans hoc pacto simul educatos atq; instructos, tum amiciores inuicem, tum audentiores meliores q; in bello fore. Hos continuo usu ad malorũ patientiã exercebat. Non enim licebat alicui cibum priusq; cursus centũ octoginta stadia confecisset, capere: quo exercitio omnes uiri euaserant & robusto

Res gestæ eiusdem.

corpore, & animo præstantes. Primùm Sesostris in Arabiam, cùm eorum qui simul nutriti erant exercitu à patre missus, assuetusq; uenatui, ac cibi potusq; abstinentiæ, omnem eã gentem subegit, liberã antea, & seruitio insuetam. Deinde in Libyam profectus, maiorem eius partem in ditionem adhuc adolescẽtior redegit. Defuncto patri cum in regno successisset, rebus à se gestis elatus,

Affectatio Monarchiæ.

adiecit animũ ad imperium orbis. Dicunt quidam, à filia illũ Athyrtia ad monarchiam hortatum, eamq; ingenio ac prudentia præstãtem docuisse patrem facillimè ex eo exercitu imperare omnibus posse. Alij eam ferũt diuinationis peritam, futura tum ex cœlestibus signis, tũ sacrificijs nouisse. Asserunt & plures, patri post natum Sesostrem in somnis Vulcanum prædixisse, infantem genitum toti orbi imperaturum: eamq; fuisse causam cur filiũ cũ coæuis, ut diximus, pueris instituerit, assuefeceritq; regiæ eruditioni, quo dignior esset, qui imperio potiretur. Sed iam uir factus cum Dei prædictionem nosset, magno animo parauit exercitum. Verùm in primis, quò facilius optata perficeret, sibi omnium Aegyptiorum beneuolentiam conciliauit: ut & milites pro ducibus suis ad oppetendam mortem promptiores redderet, & qui in patria reliqui essent nouis rebus abstinerent. Omnes uerò beneficijs affecit. Hos donauit pecunijs, alios agris, nonnullos remissione pœnæ, singulos oratione & humanitate deuinxit. Omnes qui in regem deliquerãt, dimisit impunitos. Ob æs alienum uinctos (magna hæc multitudo erat) soluit. Aegyptum omnem in sex & triginta præfecturas diuisit, & cuiq; prætorem, qui & tributa regia exigeret, & pro regionis uarietate cõmodoq; omnia exquireret, præfecit. Ex robusto mi-

Exercitus Sesostris & expeditio.

lite exercitum elegit, quo animi consilia perficeret. Fuêre pedestres copiæ millia hominum sexcenta, equitum millia quatuor & uiginti. Currus bello apti octo millia & uiginti. Deinde uarios duces ex ijs qui unà secum nutriti erant, exercitui præposuit, uiros exercitatos bello, & à pueris uirtuti deditos. Hi erãt numero amplius mille septingenti, fraterna omnes mutuaq; erga regem benè uolentia. Quibus distribuit agros fertiles, ut rebus necessarijs fulti, nullaq; ducti inopia, liberius militiæ uacarent. Præparatis ad bellum rebus, primùm Aethiopes qui ad meridiem spectant, aggressus, uictos acie tributum pendere compulit, hebenum, aurum, & elephantorum dentes. Deinde ad mare rubrũ classe quadringentarum nauium missa, primus omnium longis nauibus usus & insulas omneis eius oræ sibi subdidit, & partes maritimas usq; ad Indos subiecit. Asiam quoque omnem pedestri exercitu deuicit. Neque solum prouincias expugnauit ab Alexandro postmodum subactas, sed & gentes quasdam ad quas nũquam Alexander accessit. Nam & Gangem transijt, & uniuersam Mediam usq; ad mare Oceanum peragrauit. Scytharum quoq; gentem ad Tanaim fluuium, qui Europam ab Asia diuidit, pertransijt. Ibi multis Aegyptijs iuxta Mæotim paludem relictis, Colchorum genti originẽ præbuit. Hanc nationem ab Aegyptijs manasse, argumento esse dicunt, quod apud eos pueri Aegyptiorum ritu circumcidãtur, priscum morem, quem & Iudæi sequuntur, colonia seruante. Asiam quoque reliquam sibi parêre coëgit. Cycladis insulis maiori ex parte potitus est. Transcendens in Europam, omnemq; Thraciam pertransiens, periculum exercitus subijt, tum propter inopiam frugum, tum locorum asperitate. Finem expeditionis in Thracia statuens, multis in locis à se deuictis columnas erexit, in quibus Aegyptijs, quas sacras dicũt, literis scriptum extat: HANC PROVINCIAM ARMIS SVBEGIT REX REGVM ET DOMINVS DOMINORVM SESOSTRIS. Columnam insuper statuit, in belli-

in bellicosis quidem à se superatis gentibus, hominis pudenda: in ijs uerò quę essent inbelles ac timidæ, muliebria habentē sculpta: à potiori hominis parte gentes ab se deuictis ostendens. In locis quibusdā statuam suam lapideam ea qua tūc erat ætate reliquit, arcū & iaculū tenentē, supra quatuor cubitorū magnitudinē. Ipse cum summa humanitate erga omnes subditos usus esset, omissa post nouem annos armorū cura, statuit singulas gentes quotannis ad se dona in Aegyptū ferre. Cùm omnibus deinceps (permagna ea uis erat) captiuis, spolijsq; deuictarum nationum in patriā rediens, maximis à se rebus gestis, & quæ superiorum acta excederent, templa deûm omnia Aegypti donis insigni bus ac spolijs hostium ornauit. Milites quorum optima in bello opera usus esset, pro meritis donauit. Neq; solùm ex hac expeditione ditati rediêre milites, sed & Aegyptus uniuersa maxima rerum copia utilitateq; cumulata est.

Pace, quæ præstiterit Sesostris.

Templa.

Fine bellis imposito, militibus quorū spectata sibi uirtus erat, quæ parta erant concessit: ipse gloriam sempiternam appetens, magno sumptu opera per multa edidit, & sibi immortalem laudem cōparans, & Aegyptijs in posterum securitatem. Primùm à dijs incipiens, in singulis Aegypti urbibus templum ei Deo construxit, quem præcipuè colerent. Ad eorū structurā, non Aegyptiorum, sed quæ ceperat seruitiorum opera usus est. In omnibus uerò inscripsit tē plis, nulli Aegyptio ad id opus se grauē fuisse. Asseritur autem seruos Babylonios operum laboris calamitatisq; pertæsos, à rege desciscētes, cum pone ora fluminis consedissent, bellum Aegyptijs mouisse. Tandē assignatis sibi quos ceperant agris, condidisse urbem, quā à patria Babyloniam dixerunt. Eadē ex causa & appellata Troiam ferunt, etiam nū iuxta Nilum sitam. Nam cùm Menelaus ab Ilio ad Aegyptū cum captiuorū manu nauigasset, Troiani ab eo deficientes, cum ipso aliquandiu pugnarunt, quoad data libertate urbem condi dere patriæ nomen sortitam. Haud uerò inscius sum, Ctesiam Cnidium diuersa de his urbibus scripsisse: illos uidelicet qui cum Semiramide ad Aegyptum penetrassent, has à se conditas urbes suorum nomine appellasse. Sed de his uerum perueſtigare difficile est. Nos quæ scriptores tradiderunt, retulimus: quò posteri uerū iudicium sequi possint. Permultos insuper & magnos erexit Sesostris aggeres, in quibus urbes, quæ in humili solo erant, construxit: quò homines pecoraq; à Nili inundatione tuta redderentur. In omni uerò ora quæ à Memphi ad mare spectat, frequentes à fluuio duxit fossas: quò fructibus breuiori itinere facilius q; inuectis, maior rerum copia esset. Quod uerò maximū fuit, munijt & ea loca quibus ad Aegyptum patêre hostibus ingressus posset. Antea potior ferè Aegypti pars omnis aditu facilis, propter frequentes à fluuio ductas ab eo fossas, munitior, difficiliorq; accessu postmodum facta est. Duxit & murum ab eo latere Aegypti, quod orientem uersus ad Syriam atq; Arabiam spectat, à Pelusio usq; ad Solis urbem per desertum stadijs mille & quingentis. Nauē ex cedro fecit ducentorū octoginta cubitorum longitudine, deauratam exterius, interius uerô deargentatam, quàm dono obtulit deo, qui maximè Thebis colitur. Duos præterea obeliscos ex lapide duro, utrunq; altum cubitis centum uiginti: in quibus tum imperij magnitudinē, tum multitudinem uectigalium descripsit: addidit & quas subegit nationes. Memphi in Vulcani templo suas & uxoris lapidis unius statuas altitudine cubitorum triginta, filiorum uerò uiginti ob hanc rem collocauit. Cùm dimisso exercitu in Aegyptum reuertisset, ac circa Pelusium uacuus bello laxaret curis animum, frater ei apud se cum uxore ac filijs cœnanti insidias parauit. Nam illis post cibum à uino quiescentibus, lignis aridis ad id antea occultè præparatis, ignē in cubiculū noctu iniecit. Increbrescente flāma, qui ad curam regis positi erant, sublato more ebriorum clamore, regem excitarunt: qui ambas extendens manus, salutemq; filijs & uxori deos orans, illæsus præter opinionem, cū saluus flammam euasisset, tum cæteris dijs, tum maximè Vulcano ut liberatori uota

Babylon in Aegypto.

Nauis è cedro.

persoluit

perſoluit. Cùm multis ac præclaris facinoribus nobilitatus eſſet, tum id magnificentiſſimum eſt habitum, quod cum nationes ab eo deuictæ, tum ij quibus regna tradiderat, duces quoq; quos diuerſis præfecerat prouincijs, præſtituto die in Aegyptum uenientes, ei dona offerebant, hos ſuſcipiens benignè, alijs quidem in rebus uario honore afficiebat: at ſi quādo aut ad templum iret, aut per urbem incederet, quatuor ex eis loco equorum currui iunctis, oſtendebat cum cæteros omnes reges ducesq; præclaros bello ſuperaſſet, nullos ſibi neq; uirtute, neq; rebus geſtis eſſe comparandos. Et ſanè rex iſte uidetur omnes qui unquam regnaſſent, tum rebus bellicis, tum erga deos munificētia, tum uerò operibus à ſe in Aegypto conſtructis anteiſſe. Annos treis & triginta cum regnaſſet, ex optato uitam deficientibus oculis finiuit. Cuius uirtute haud facile reperiatur dignum nomen. Vir magni animi, neq; ſolum ſacerdotibus, ſed uniuerſis Aegyptijs admirabilis: cū eadem animi magnitudine qua opera effecerat, & mortem oppetierit. Adeò autem diuturna eius gloria, ingensq; ad poſteros manauit, ut cum multis poſtea ſeculis Perſis Aegypti imperium tenentibus, Darius Xerxis pater uellet in Memphi ſuam ante Seſoſtris ſtatuam ponere, princeps ſacerdotum publicè contradiceret, aſſerens illum nondum Seſoſtris opera æquaſſe. Quod reſponſum haudquaquam ægrè ferens rex, ſed lætatus admodum libertate loquendi, ſe curaturum inquit, ut nihilo illius uirtute, ſi tantundem uiueret, eſſet inferior: hortatusq; eſt, ut ætatis eiuſdē conferret geſta: id uerum argumentum eſſe uirtutis.

Seſoſtris obitus & elogiū.

Filius Seſoſtris luminibus captus.

Herod. lib. 2. Pheronem, uocat. Regnare cæpit anno orbis 2751.

Defuncto Seſoſtre, eius filius regnum capiens, aſſumpto patris nomine, nulla in re gloriam paternā eſt imitatus: ſed eodem quo pater caſu afflictatus eſt: oculis enim captus, ſiue propter communem patris naturam, ſiue (ut quidam fabulantur) propter impietatem erga Nilum, cuius curſum iaculatus eſt, coactus eſt ad deorum auxilium confugere, ac plurimo tempore uarijs peractis ſacris ad placanda numina, nulla ope adiutus eſt. Decimo poſt anno reſponſo ei reddito, ut placato Deo qui in Heliopoli coleretur, faciem mulieris inſpiceret, quæ nullum niſi proprium noſſet uirum, ab uxore propria incipiēs, cum multas expertus eſſet, nullam reperit incorruptam, præter hortulani cuiuſdā: quam uiſu reſtituto uxorē cepit, reliquas omneis in uilla quadam uiuas combuſſit. Quem locum poſtea Aegyptij ſacram glebam uocitarunt. Deo autem Heliopolis gratias ſecundum oraculum acceptum reddens, duos erexit unius lapidis obeliſcos, latitudinis octo, altitudinis cubitorum cētum. Poſt hunc plures

Amaſis Aegypti rex.

reges nil memoria dignum geſſere. Tandem Amaſis quidam regnauit uiolentius quàm cæteri, permultos enim præter æquum pœna affecit, alios fortunis ſpoliauit: in omnes impotens ac ſuperbus. Tolerata eſt eius crudelitas, cū ulciſcendi locus non eſſet, quoad Actiſanes Aethiopum rex in Aegyptum contra eum deſcēdit. Tunc odia occulta erupêre: & cum multi ab eo deſciuiſſent,

Actiſanes Aegypti rex.

rege capto Aegyptus in ditionem Aethiopum ceſſit. Actiſanes fortunam capti regni humaniter ferens, ſumma æquitate Aegyptijs imperauit. Latrocinia nouo more compeſcuit, ſontes neq; morte plectens, neque linquens impunitos. Eorum iudicio conſtituto, reos omneis in unū cogens, miti ſententia damnauit, amputatis enim naribus, in ultima deſerti ire compulit, ibiq; urbem condidit, ab exciſis naſis Rhinoceram appellatam. Ea in Aegypti Arabiæq; finibus haud procul à mari ſita, omnibus uitæ commodis caret. Nam omnis uicina regio ſalſa eſt, intra urbis mœnia unicus eſt puteus, & is inutilis, utpote aqua amara guſtu. Hos autē in eo loco poſuit, ne ſuis moribus uicinas gentes infi

Rhinocera urbs.

cerent, neue eorum erga reliquos iniuriæ eſſent occultę: ſed ut tanq; in ora deſertam relegati, omni re egentes, cogente neceſſitate ſibi uictum exquirerent. Fiſſis itaq; calamis, quos ex uicinis agris collegerant, lōga ſibi retia fecêre: quibus iuxta littus per plura ſtadia diſpoſitis, ex captis coturnicib. (nā magnus earum numerus in littore ad capiendos piſces uerſatur) uictū ſibi compararunt.

De

DE SEPVLCHRIS PYRAMIDIBVS QVE Aegypti, quæ inter septem miracula annumerantur, & eorum conditoribus. Cap. II.

EO rege defuncto, Aegyptij regno sibi uindicato, regem ex suis creárunt, Menidem nomine, quem nonnulli Marum cognominant, uirum minime bellis aptum. Is sepulchrum sibi construxit, quod Labyrinthus appellatur: rem mirandam profectò, non tantum operis magnitudine, quantum arte ad imitandum difficili. Nam ingredientibus haud facilè regressus datur, nisi duce itineris experto. Ferunt quidam Dædalum cum in Aegyptum appulisset, admiratum huius operis artem, similem in creta regnanti Minoi conitruxisse: in quo fabulantur extitisse Minotaurum. Sed Cretensis Labyrinthus defecit, siue opera hominum, siue tempore corruptus: Aegyptius uerò usq; ad nostra tempora integer manet. Defuncto rege post quintum genus, cùm Aegyptus rege careret, ex dignioribus quidam in regem assumptus est, quem Aegyptij Cetem, Græci Proteum appellant, qui Iliaci belli tempore extitit. Hũc artium peritum fuisse tradunt, & in uarias se formas uertere solitum: ut nunc animal, quandoq; arbor aut ignis, aut quid aliud uideretur. Quę eadem & sacerdotes de illo scribunt. Harum rerum cognitionem ex continuo astrologorum sacerdotum usu rex assecutus. Consuetudo autem regibus tradita, Græcis ansam huiusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nam Aegyptijs mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: Quandoq; uerò arborem, aliquando ignem, quandoq; redolentia supra caput unguenta: hæc tum ad decorem pertinebant, atq; ornatũ: tum stuporem ac superititionem quandam aspicientibus iniiciebant. Mortuo Proteo filius succeſsit Rhemphis, per omnem uitam uectigalibus, & ad cumulandum undiq; thesaurum intentus: uir pusilli animi, atq; auarus: ut qui neq; deorum muneribus, neq; ulli beneficentiæ uacarit: ita ut non rex, sed ut dispensator bonus, pro uirtutis gloria plus auri argentiq; quàm præteriti reges omnes (quadringenta talentorum millia ea fuisse tradunt) reliquerit.

Menides Rex imbellis.

Proteus uersutus.

Insignia Regum.

Rhemphis auarus.

Post huius obitum septem fuêre reges, intantum ocio dediti ac uoluptati, ut sacri libri nulla eorum gesta contineant historia digna, præter unius Nilei, à quo fluuius sortitus est nomen, cũ antea Aegyptus uocaretur. Hic cum plures fossas, easq; opportunis fecisset locis, & Nilum utilem admodum incolis reddidit, & nominis causam præbuit.

Nileus.

Octauus deinceps rex Chembis Memphites annos regnauit quinquaginta: ædificauitq; trium pyramidem maximam, inter septem præclarissima opera annumeratam. Hæ uersus Libyam spectant, longè à Memphi stadijs centum uiginti, à Nilo autẽ quinq; & quadraginta: quæ & artificio & operis magnitudine mirabilem stuporem præberent aspicientibus. Earũ maxima quatuor est laterum, quorum quodlibet ab inferiori parte iugera septem continet. Altitudo amplius quàm sex iugera tollit: latitudo quodlibet, deducta paulatim usq; ad uerticem altitudine, continet cubitos sexaginta quinque. Ex lapide duro, difficiliq́ue ad tractandum, sed æternùm permansuro structura omnis constat. Nam fermè mille annis, ut aiunt quidam, ut alij tradunt, amplius tribus millibus quadringentis ad nos usque ea moles integra permansit. Ferunt eos lapides ex Arabia longo admodum itinere aduectos. Aggeribus autem fabricata est, nondum eo tempore inuentis machinis: opus certè mirabile, præsertim in terra undiq; arenosa, ubi nulla neq; aggeris, neq; cæsi lapidis sint uestigia: ut non ab hominibus, sed à dijs tanta moles structa uideatur. Conantur Aegyptij mira quædam de his fabulari, ex sale & nitro aggeres eos factus, posteaq; Nili incremẽto liquefactos absq; hominũ labore penitus defeciſse. Verùm id procul à uero abest. Nam & multitudine hominum aggercon-

Chembis.

Pyramis maxima.

constructus, & multitudine deletus est. Trecenta enim & sexaginta hominũ millia, ut aiunt, ad id opus deputata sunt: quod 20. fermè annis absoluerunt.

Cephren. ὀνόματι δὲ μετονομάζεσθαι Χαβρύιν. Post huius regis obitum frater eius Cephren regnũ cepit: regnauitq; annis sex & quinquaginta. Quidam non fratrem, sed filiũ regnum tenuisse asserunt, nomine Chabreum, quod similius uero uidetur: quoniam qui ei successit, imitatus superiorem regem, secundam pyramidẽ ædificauit, structura & arte priori similem, magnitudine imparem, utpote cuius singula in basi latera stadium comprehendant. Pecunia omnis ad opus prioris impensa: ut olera tantũ herbasq; (is enim cibus opificum fuit) ad mille & sexcenta talenta excessisse dicatur. Aliarum non extat sumptus. Illius aditus ab uno tantum latere patet: Verùm nullus ex ijs qui eas sibi pyramides in sepulchra condidere, rex in illis sepultus est. Nam partim nimij labores in operibus absumpti, paltim crudelitas regum & insolentia ita populum compulere, ut eorum aut dissiparent corpora, aut ejcerent ex monumentis. Qua ex re domesticis mandarunt quidam, ut sua corpora in loco uili obscuraq; conderent, quo effugerent sæuitiam plebis.

Mycerinus. Hunc regem secutus est Mycerinus, quẽ nonnulli Cherinum uocant, prioris pyramidis authoris filius. Hic tertiam ab se incœptã minimè perfecit, præuentus morte. Erant singula latera in basi iugerum trium: murus usq; ad quintumdecimum cubitum, ex lapide nigro, Thebaico simili: reliqua pars ex eo lapide, quo & reliquæ pyramides, est constructa. Opus sanè tum magnitudine, tum artificio, tum uerò lapidum sumptu cæteris pyramidibus inferius. Scriptum erat in latere ad Boream uerso nomen authoris, Mycerinus. Hũc tradũt superiorum crudelitatem abominatum, uitam uixisse summa cum humanitate, & in subditos beneficentia, fecisseq; sedulo omnia quibus beneuolentiam omniũ sibi compararet. Pecuniam contempsit, præbens etiam munera ijs qui iustè rectèq; iudicassent. Sunt & alię tres pyramides, quarum singula latera ad duo iugera protenduntur, uniuersum opus structura præter magnitudinẽ superioribus simili. Has dicunt à tribus regibus, quos retulimus, suis uxoribus

τῇ πολυτελείᾳ τῶν ὀρύγματων. ædificatas: quę traduntur alia Aegypti opera non solum mole ædificiorũ atq; impensa exuperare, sed artificũ excellentia: magisq; affirmant admiranda esse architectorum ingenia, & artem, quàm regum sumptus. Hi enim proprijs animi dotibus, illi alienis pecunijs laboribusq; tanta opera erexerunt. Verùm de harum pyramidum authoribus nil certi neq; apud incolas, neq; apud scriptores constat. Quidam eos quos diximus reges, illas ędificasse, alij alios tradunt:

† Ἰνάρωνα: alii δὲ Ἀμμωσιν. ut maximæ asserunt Armæum extitisse conditorem, secundæ Amasim, tertiæ Massum, quàm uolunt quidam Rhodopis pellicis sepulchrũ fuisse: & id non-

† πανυτελῶς δυνατὸς φρόνημα. nullorum principum, qui eum amassent, communi opera absolutum.

Bocchorus. Regnum deinceps sumpsit Bocchorus, † corpore quidem † robusto ac ualido, ingenio uerò superiores excedens reges.

Sabacus, clemens. Multis deinde exactis seculis regnauit Aegyptijs Sabaccus nomine, genere Aethiops, deorum cultu, liberalitateq; præ cæteris regibus excellens. Argumentum uirtutis eius uel maximum sit integritas, utilisq; in seruandis legibus

Facinorosorũ pœna, seruitus animaduersio. Nam capite damnatos nequaquam mortis affecit pœna, sed opus facere uinctos compedibus per urbes coẽgit: quæ res non paruo extitit uectigali, multas enim ex eo seruitio pecunias contraxit: eorum opera multos aggeres constituxit: fossas uarijs locis opportunas fecit. Ita & pœnæ acerbitatem leniuit, & inutilem pœnæ asperitatem in magnum commodum uertit. Eius egregiam pietatem, & à principio uitæ institutionem, facilè quis ex uisio

Somnium μαντικὸν. ne somnij perspiciat. Visus est ei Deus qui Thebis colitur, in somno dicere, regnum ipsius in Aegyptios neq; felix, neque diuturnum fore, nisi sacerdotibus Aegypti omnibus occisis, per media ipsorum cadauera cum suis trãsiret. Hoc somnio sæpius oblato, omnes undiq; sacerdotes conuocauit: narratisq; quæ per somnium acceperat: Nolle se, inquit, in Aegypto manentem, alicui perniciem

ciem ſtruere: ſed malle purum, omniq; ſolutum ſcelere, ab Aegypto abſcedere ſe, fatisq; uitam reddere, quàm impia cæde inquinatum regno potiri. Ita Aegyptijs regno tradito, in Aethiopiam redijt. Duobus itaq; annis Aegyptij abiq; rege fuere, turbatis omnibus, cum etiam ad ciuilia bella peruẽtum eſſet. Duodecim igitur loco regis ex maioribus duces prefeciuntur, quibus omnis regni cura permiſſa eſt. Conuenientes hi in Memphi, communi conſilio imperium exercebant. Cum uno animo cõcordiq; quindecim annis ut rex adminiſtraſſent, decreuere ut ſibi cõmune ſepulchrum ædificaretur: ut quemadmodũ in uita uno cõſenſu ac pari honore Aegyptum gubernaſſent, ita & poſt obitum cõmunis eſſet omnium unius ſepulchri gloria. Conati ſunt in ea re omnia ſuperiorũ regum opera excedere. Electa ad id iuxta paludem Libyæ aqua, quæ in Myridem deſcendit, ex pulcherrimis lapidibus ſepulchrũ ædificarunt, quadratum, quaquauerſis ſtadij unius, ſculptura atq; artificum opere nihilo iam antea factis cedens. Ingredientibus illius ambitũ domus aderat columnis circumfulta, quatuor ad latus quoq; columnis poſitis. Et huius tecti cõtignatio unius erat lapidis, ſculpta præſepibus, uarijſq; picturis ornata. Erant ibi ſummo artificio depicta Aegypti regum, templorum, ſacrorumq́ue monumenta. Tanto autem ſumptu, tanta magnificẽtia ea moles ab his regibus excitata eſt, ut ſi ante eorum diſſenſionẽ fuiſſet abſoluta, cætera ſepulchra excellentia operum ſuperaſſet. Verùm cum annis quindecim ſimul imperium tenuiſſent, regnum ad unicũ redactum eſt, hac de cauſa. Pſammiticus Saites, unus ex duodecim, cui maritima ora obuenerat, tributo emporijs omnibus, pſertim Phœnicibus Græciſq; impoſito, magnaq; ui pecuniæ contracta, amicitiam plurimarum gentium principumq; ſibi liberalitate comparauit. Huius rei inuidia moti reliqui, bellũ ei intulerũt. Quidã ex antiquis ſcriptoribus fabulantur, reſponſum imperantibus redditum, qui ex illis primus ęream phialam Deo qui erat in Memphi, dono tuliſſet, eum ſolum rerũ in Aegypto potiturum. Pſammiticum, cum extuliſſet ſacerdotum quiſpiam è templo phialas aureas undecim, elegantiſſimã à ſe electam Deo obtuliſſe. Quod reſciſcentes cęteri, cũ nolent occidere, relegaſſe illũ perhibent in paludes iuxta mare ſitas, ſiue ob cauſam quam diximus, ſiue inuidia moti. At Pſammiticus ex Arabia, Caria, Ionia, conducto milite, acie illos prope Memphim ſuperauit. Alij reges partim cecidere in bello, partim fugientes in Libyã ceſſere regno. Sumpto imperio Pſammiticus ueſtibulũ orientem uerſus Deo in Mẽphi conſtruxit. Circũ templum pro colũnis coloſſes duodenũ cubitorũ poſuit. Militibus mercede conductis, præter ſtipendiũ dona largè diſtribuens, cæteris agros ſorte diuiſit paulò ſupra Peluſij oſtia: quos multis pòſt annis Amaſis rex ad Memphim traduxit: Rex propter operã à mercenarijs militibus nauatã, poſtmodũ externo militi plurimũ fiſus, multũ illorũ præſidio uſus eſt. Cũ in Syriã exercitũ duceret, prę cæteris honore mercenarijs impẽſo, ſtatuit eos in dextra, Aegyptios à ſiniſtra phalangis parte: qua cõtumelia irritati Aegyptij, ad ducẽta millia eorũ ab rege deſciſcẽtes, Aethiopiã uerſus profecti ſunt, nouas ſedes ſibi uendicaturi. Rex ad eos duces primũ miſit, eã ignominiã deprecaturos. Ipſe quoq; cũ hi nihil profeciſſent, nauibus proſecutus eſt. Cùm ipſos iuxta Nilum proficiſcẽtes, iamq; Aegypti montes tranſcendentes reperiſſet, rogabat ut animũ mutarẽt, utq; teplorũ, patriæ, uxorum ac filiorum in mentem ueniret. At hi omnes una uoce clamore ſublato, haſtisq; ſcuta percutientes reſpondere, quòd armorum potentes eſſent, facilè ſe patriam reperturos. Oſtenſis uerò ſublata ueſte genitalibus, nec uxores, nec filios, dũ eis uti poſſent, defuturos. Hoc dato reſponſo, deſpicientes quæ alijs maxima eſſe uiderentur, in Aethiopiæ parte fertili ſortitis inter ſe affatim agris, conſedere. Pſammiticus eorum diſceſſu haud parum dolens, ad curam regni conuerſus, & uectigalia diſpoſuit, & cum Athenienſibus quibuſdamq; alijs Græcis ſocietatem iniit. Erga externos qui in Aegyptũ accederent,

Duodecemũuiri Aegyptij.

Pſammiticus.

Pſammiticus dũ exteros milites in pretio habet, ſubditos offendit.

cederent, summa beneficentia utebatur. Cùm Græcos plurimum diligeret, filios disciplinis Græcis erudijt. Primus Aegyptiorum regum cæteras nationes ad importanda quæ apud se erant, allexit, securitate singulis adeuntibus præbita. Apud superiores enim reges nulli externi ad Aegyptum nauigabant, cũ partim occiderentur, partim adigerentur in seruitutem. Impietas Busiridis tẽpore apud Aegyptios aduersus exteros adhibita, Græcis causam præbuit, licet minimè ueram, sed multa contractam crudelitate, scribendi quę de eo in fabulis feruntur.

Busiridis crudelitas.

Apries, regnare cœpit anno orbis 3355.

Post Psammiticum regnauit quarta exinde progenies Apries, annos duos & uiginti. Hic aduersus Cyprum ac Phœniciam terra marique bello moto, Sidonem ui captam cum diruisset, reliquis Phœniciæ urbibus subactis, classe Cyprios ac Phœnices superauit: spoliisq; hostium compluribus captis, in Aegyptũ redijt. Missо deinde contra Cyrenen & Barcen exercitu, magnaq; ex parte deuictis, reliquos ab se alienauit. Existimantes enim ipsum in eorum perniciem comparasse exercitum, quò securius imperaret Aegyptijs, desciuerunt.

Amasis, Anno orbis 3390.

Ad hos compescendos destinatus Amasis Aegyptius, uir insignis, mandatorum quæ ad concordiam spectabant oblitus, cùm illos in regem incitasset, conspiratione facta, rex creatur: paulòq; post cũ multi à rege desciscerent, coactus est ad mercenariorum (q̃ ad triginta millia erant) opem confugere. Prælio circa mariam pagum commisso, Aegyptiorum res superior fuit. Itaq; captus Apries, strangulatusq; interijt. Amasis suscepto imperio, cõuersusq; ad regni curam, iustè imperauit, magna cũ laude multas Cypriorum urbes euertit, multaq; donis insignibus deũm templa exornauit. Cùm regnasset annis quinque & quinquaginta, mortem obijt: quo tempore Cambyses Persarum rex Aegyptum armis cepit, circa tertium annum Olympiadis tertiæ & sexagesimę: qua uictor in stadio fuit Parmenides Camerineus.

DE LEGIBVS AC IVDICIIS AEGYptiorum. Cap. III.

REcensitis uetustorum temporum usq; Amasim Aegypti rebus, nunc admiranda quædam, & quæ prosint legentibus, de moribus eorũ sunt scribenda. Multa enim uetera Aegyptiorum acta non solũ ab indigenis æstimantur magni, sed & apud Græcos quoq; non parum admirationis habent. Itaq; qui plurimum doctrina excelluerunt, in Aegyptum transierunt, ut & leges eorum & studia cognitione digna perciperent. Quamuis enim scirent Aegypti aditum externis difficilem, tamen omni studio olim illuc accedere appetiuerunt: in quibus antiquissimi extitere Orpheus, poëtaq; Homerus: deinde posteri nonnulli, Samius Pythagoras, ac legumlator Solon. Asserunt Aegyptij literas, astrorum cursus, geometriam, artesq; plurimas ab se fuisse repertas: optimas insuper ab se institutas leges. Quorum maximũ ferunt esse argumentum, annis amplius tribus millibus & septingentis indigetes reges Aegypto imperasse, eamq; regionem cæterarum orbis esse felicissimam: quæ nullo potuissent pacto fieri, nisi optimis moribus ac legibus uixissent, eruditiq; omni doctrinarum genere fuissent. Vtrùm nos ijs quæ Herodotus alijq; nonnulli Aegyptiorum gesta narrantes, præter ueri opinionem multa uoluptatis gratia fingentes tradunt, prætermissis, sacerdotum diligenter à nobis scrutatos libros sequemur. Primùm, Aegyptij reges uitam, non aliorum regnantium, quibus uoluntas pro lege est, traducebant licentia, sed legũ instituta in cogendis pecunijs, quotidianoq; uictu, sequebantur. Eorum cultui obsequioq; nullus deputatus erat neq; emptitius, neq; domi genitus seruus, sed nobiliũ sacerdotũ filij, tum ultra uiginti annos nati, tũ doctrina præ cæteris eruditi: ut horum corporis ministrorum die noctuq; astantium conspectu motus rex, nil turpe committeret.

Aegyptum studiorum causſa qui olim adierint.

Aegyptiorum regum mores.

cõmitteret. Rarò enim qui potiuntur rerũ mali euadunt, ubi desunt suarũ cupiditatũ ministri. Institutæ erant diei noctisq; horæ, quibus regi lege permissa agere fas erat. Mane surgentem regem primùm epistolas omneis missas capere oportebat: ut cognitis ijs quæ sibi agenda essent, responso dato, singula in tempore exq; ordine rectè agerentur. His actis, cum in uirorum excellentium cœtu lauisset corpus, uestem præclaram indutus sacra dijs faciebat. Mos erat sacerdotum, principi iuxta aram hostijs deductis, astante rege, magna uoce audiente populo ualetudinem prosperam, omniaq; bona precari regi, iustitiam in subditos colenti. Narrare insuper particulatim regis uirtutes, in deos pietatem ac religionem, in homines humanitatem seruantis: tum illum continentem dicere, iustum, magnici; animi, ueracem, liberalem, omneisq; frenantem cupiditates: pœnas insuper mitiores quàm postularent errantis crimina exigentem, reddentem uerò gratiã meritis ampliorem. Multa his similia, postquã orauerat ille, tandem execrationem in malos exequebat. Tum regem culpa purgans, omne crimẽ in ministros qui regi iniqua suaderent, conijciebat. His actis sacerdos & regem ad felicem dijsq; gratam uitã hortabatur, & simul ad bonos mores, agendumq; non quæ suaderent mali, sed quæ ad laudẽ & uirtutem maximè pertinerent. Demum cum rex tauro dijs sacra fecisset, sacerdos quædam ex libris sacris clarissimorũ uirorum consilia actaq; proferebat, quibus rex monitus, imperio piè ac iustè illorum exemplo uteretur. Non autem pecunijs uacandi, iudicandiq; solum, legibus antiquis, sed deambulandi quoque, lauandiq;, & cum uxore cubandi, omnisq; degendæ uitæ tempus erat lege præstitutum. Cibo uescebantur simplici, ut quorum mensæ nihil prẽter uitulam & anserem inferretur. Vini potandi certa statuta erat mensura, qua neque farciri uenter, neq; inebriari possent. Denicq; ipsorum uita ea tenebat modestia, ut non à legislatore, sed à peritissimo medico ad seruandam sanitatem composita uideretur. Mirabile uidetur Aegypti reges non ex uoluntatem, sed ex lege uitam priuatam agere. Sed multò est mirabilius, illis neque iudicandi, neq; pecuniam congregandi, neque puniendi quenquàm per superbiam, aut iram, aut aliam iniustam ob causam, licentiam permissam. Sed ueluti priuati tenebant legibus, neq; id ægrè ferebant, existimantes parendo legibus se beatos fore. Nam ab ijs qui suis indulgerent cupiditatibus, multa censebant fieri quibus damna periculaq; subirent. Scientes enim sæpius se peccare, tamẽ aut amore aut odio aut alio animi morbo uicti, nihilominus aberrant. Qui uerò sapientia consilioq; uitam instituunt, in paucis offendunt. Hac usi erga subditos iustitia reges, omnium beneuolentiam adeò assecuti sunt, ut non solum sacerdotibus, sed singulis Aegyptijs maior regis quàm uxorum filiorumq; aut aliorum principum salutis inesset cura. Etenim plurimi regũ quos retulimus, ciuiles mores secuti, acta feliciter uita mortem obierunt, quoad ea legum disciplina permansit. Nationibus præterea uarijs subactis, multas possedere pecunias, regiones ædificijs operibusq; ingentibus, urbes amplissimis donis sumptuosisq; decorantes. Sed ea quæ post obitum Aegyptij suis regibus præbuerunt, magnam, populi erga principes beneuolentiam monstrant. Id honor mortuis impensus ostendit. Nam cum quis regum decedit è uita, Aegyptij omnes mortem communi mœstitia lugent, uestes lacerant, templis clausis forum non frequentant, festa solennia non agunt, dies septuagintaduos luto deturpantes capita, ac sindone subtus mammas cincti, unà uiri mulieresq; ducenti fermè aut trecenti circumambulant bis in die, nouantes luctum, atq; ad numerum cum cantu uirtutes regis commemorantes. Cibis animantium, coctisq;, ac uino, omnicq; mensæ apparatu abstinent. Nõ lauacris, nõ unguentis, non stratis lectis, non uenereis utuntur: sed tanquàm defuncto filio, per eos dies mœrentes lugent. Hoc tempore quæ ad pompam funeris spectant præparatis, postremà die corpus in arca conditum ante sepulchri aditum ponunt.

Regum Aegyptiorum occupationes.

Frugalitas.

Regum Aegyptij honores.

Epitaphij.

nunt. Ibi breuiarium in uita ab rege gestorum de more recitant: uolentiq; facultas datur defunctum accusandi. Adstant sacerdotes, mortui rectè facta laudantes. Populus, is permagnus est, qui exequias circunstat, applaudit ueris laudibus: in reliquis magno reclamat tumultu. quò accidit, ut plures reges repugnante multitudine solito caruerint sepulchri honore, ac magnificentia. Is timor coëgit Aegypti reges iustè uiuere, meritos futuram post mortem plebis iram, atque odium sempiternum. Antiquorum regum uiuendi mos hic maximè fuit. Aegypto omni in plures partes, quarum quælibet Græco uerbo νόμος appellabatur, diuisa, unicuiq; prætor aderat, qui omnium haberet curam. Aegypti uectigalibus trifariam partitis, primam portionem percipit collegium sacerdotũ, magna apud incolas authoritate, tum propter deorum curam, tum propter doctrinam, qua multos erudiunt. Hanc partem tum ad sacrificiorum ministeria, tum ad priuatæ uitæ commoda impartiũt. Neq; enim deorum cultum omittendum putant, neque publici consilij utilitatis q; ministris æquum censent uitæ commoda deesse. Adsunt enim grauibus in rebus hi semper consilio atq; ope regibus, tum astrorum peritia, tum ex sacrificijs futura prædicentes. Ex libris præterea sacris priorum gesta referunt, quibus reges in agendis noscant quæ sint profutura. Non enim, quemadmodum apud Græcos, unus homo, aut unica mulier sacris præest, sed plures in cultu deorũ honoreq; uersantur, qui eandem sacrorum curam filijs tradunt. Hi omnes immunes sunt, secundumq; post reges honoris dignitatisq; locum tenent. Altera portio ad reges peruenit: quam & ad bella, & ad uitæ cultum, tum ad liberalitatem erga strenuos uiros pro meritis impendunt. Qua ex re fit ut populares nullo grauentur tributo. Tertiam percipiunt milites, & qui belli sunt instituti ministerio: ut hoc stipendio accepto paratiorem habeant animum ad bellorum pericula obeunda. Iniquum enim foret, ad tuendam communem salutem intentos, nulla ex ea pro qua pugnarent patria, commoda percipere. Ea uerò præcipua utilitas uidetur, quòd mercede laborum impensa cum fiant opulentiores, facilius gignendæ proli operam dant. Quo fit ut referta multitudine hominum patria, nequaquàm externo milite egeat. Hoc militandi ordine à progenitoribus susceptо, parentum uirtutem à pueritia imitati, bellicisq; exercitationibus muneribus, milites egregij euadunt. Est insuper eorum politia in tria hominum genera instituta, agricolarum, pastorum, opificum. Agricolæ parua quadam mercede à sacerdotibus regeq; aut militibus agros mercati, per omnem ætatem ab ipsa pueritia rei rusticæ sine intermissione uacant. Quo fit, ut agricultura cæteris tum ob doctrinam à parentibus perceptam, tum ob continuum usum præstent. Norunt enim præ cæteris diligenter agrorum naturam, rigandi, serendiq; ac metendi tempora, & fructuum seruandorum commoditates, tum parentum obseruatione, tum sua diligentia cognita. Eodem modo & pastores cura atq; arte regendi pecoris à patribus accepta, semper in eo gubernando ætatem agunt. Multum eis conferunt quæ à progenitoribus de pecorum cultu ac pascuis audierunt, à nonnullis etiam quædam suæ studio adinuenta. Nam qui aues & anseres nutriunt, præter earum quæ apud alios homines habentur, procreandi naturam, adeò illis indulgent, ut in numerum dictu mirabilem auium euadant. Non enim ouis incubant aues, sed ipsi ingenio & naturali arte ex ouis præter cæterorum consuetudinem educunt fœtus. Artes quoque apud Aegyptios admodum excultas uidemus, & ad summum perductas. Nam soli Aegyptij opifices omissa rerum publicarum cura, nullum nisi aut legibus permissum, aut à patribus traditum opus exercent: ut neque eos docentis inuidia, neque ciuile odium, neque aliud quid ab instituto impediat exercitio. Alijs in locis licet artificibus relicto priori opificio cæteris se dedere, & hos cultui agrorum, hos mercaturæ, alios pluribus artibus

Aegypti ciuilis chorographia & uectigalia.

Aegyptiorum subditorũ ordines tres.

Agricolæ.

Pastores.

Opifices.

bus operam præbere. quidam in ciuitatibus quæ à populo reguntur, ad conciones concurrunt, in perniciem ciuitatis precio corrupti. Apud Aegyptios si quis opifex ad rempub. accedat, aut plures exerceat artes, magna multatur pœna. Hanc antiquam tum reipub. tum priuatæ institutionem à patribus traditam, ueteres Aegyptij habebant. Iudicia uerò non uulgari cum diligentia fiebant. existimabant enim sententiarũ lationes maximi esse ad cõmunem uitam momenti in utramque partem. Nam punire nocentes, auxilium ferre oppressis, optimam ad prohibenda mala facinora uiam putant. Pœnam uerò delicti aut pecunia aut gratia tolli, existimabant confusionem uitæ communis fore. Quamobrem ex urbibus clarioribus, ut Heliopoli, Memphi, Thebis, uiros optimos eligebant, quos iudicijs præficerent: qui iudicum consessus neque Athenarum Areopagitis, neque Lacedæmoniorum senatui cedere uidebatur. Postquam hi conuenerant trigínta numera, inter se eligebant optimum uirum, quem iudicij principem constituebant: in locum cuius ciuitas alium iudicem substituebat. His omnibus uictus, sed principi opulentior, à rege dabatur. Is aurea catena signum uarijs ornatum lapidibus à collo suspensum, quod appellabant ueritatem, gestabat. Cœptis iudicijs, ac signo ueritatis à principe iudicum proposito, omnibusque legibus, quæ octo libris continebantur, in medio eorum constitutis, mos erat accusatorem scribere ea in quibus alium accusabat, modumq; patratæ iniuriæ, aut damni facti, quantique eam æstimaret. Reo autem dabatur tempus rescribendi ad singula, & aut se id non fecisse, aut rectè fecisse purgandi, aut iniuriam uel damnum minoris æstimandi. Rursus accusatori reoq; inuicem respondendi locus erat. Ita bis auditis litigatoribus, cùm iudices de controuersia quæsissent, princeps signo ueritatis in partem ueriorem uerso, sententiam ferebat. Hic mos iudicium apud Aegyptios erat, existimantes accusantium excusantiumq; altercatione & scriptis ueritatem maximè elici posse. Sanè oratorum ars, hypocritarum fraudes, lachrymæ periclitantium, multos à recto ueroque iudicio auerterunt. Videre quidem licet aut errore, aut affectione aliqua, aut misericordia, aut oratione dicentis sæpius reos fuisse à iudicibus absolutos. Verùm si aduersantium scripta penitus intelligantur, existimarunt iudicari rectius, ueluti nota ueritate, posse: cùm neque ingenio, neque astutia, neque mendacio, neque audacia, neque arte iudicia peruerterentur, sed cuique esset commune ius: tum quia tempus dabatur accusatori reoque ad disceptandum, tum quia iudices ex eorum responsis elicerẽt ueri iudicij modum. Quoniam de legum institutione mentio incidit, haud erit alienum ab instituta historia antiquas Aegyptiorum leges referre: quò palàm sit, quantum cæteris præstent & rerum ordine, & utilitate. Primùm periuri capite multabantur, tanquam qui duplici tenerentur scelere, ut qui & pietatem in deos uiolarent, & fidem inter homines tollerent, maximum uinculum societatis humanæ. Si qua iter faciens, aut hominem à latronibus cædi comperiret, aut quamlibet iniuriam perpeti, neque subueniret auxilio si posset, morte damnandus erat. Si auxilium ferre non posset, denunciare latrones debebat, & iniuriam accusatione persequi. qui ea negligeret, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoq; carebat cibo. Falsò quempiam accusans, si postmodum ad iudicium delatus foret, pœnam calumniatoribus statutam subibat. Cogebantur Aegyptij omnes scripta sua nomina ad præsides regionum, & simul quo exercitio uiuerent, deferre: qua in re si quis mentiretur, aut si iniusto uiueret quæstu, in mortis pœnam incidebat. Dicitur hãc eandem legem à Solone, cum ad Aegyptios penetrasset, ad Athenienses traductam. Si quis sponte aut libertum aut seruum occidisset, morte damnari leges iubebant, quæ non fortunæ conditionem, sed consilium facti pendentes, homines à sceleribus deterrebant: & simul uindicata serui morte, reddebantur liberi securiores. Patribus

Iudicia publica Aegyptiorum.

Aegyptiorum leges.

2.

3.

4.

5.

6.

qui filios occiderent, non erat pœna mortis indicta, sed tribus diebus noctibusque continuis edictum, ut circa defuncti corpus assisterent, publica etiam custodia astante. Non enim iustum putabant, cum priuari uita, qui uitæ filijs
7. author fuisset: sed potius cõtinuò dolore, factiq; pœnitentia affligi, quò cæteri à simili facto auerterentur. Patricidis exquisitam imposuerunt pœnam. Nam articulatim præacutis calamis cæsos, iubebant uiuos supra spinarum aceruum comburi: maximum inter mortales iudicantes scelus, ei mortem per
8. uim inferre, à quo uitam accepisset. Mulierum morti destinatarum, si prægnantes essent, partus expectabatur: quam legem multi Græcorum acceperunt, existimantes penitus iniquum esse, eum qui nihil commisisset, unà cum facinoroso pœnam pati: aut duos plecti, cùm unus deliquisset: cumq; eo qui sponte peccasset, criminis uacuum puniri. Insuper cum sola peccasset mater, minimè æquum censebant, filium patri matriq; communem, luere maternam pœnam. Etenim sæpe repertum est, iniquos indices morte dignos liberasse,
9. damnasse insontes. In bellis uerò qui aut ordinem reliquissent, aut non paruissent ducibus, non plectebantur morte, sed maxima omnium ignominia: qua postmodum uirtute & rectè facto deleta, ad priorem statum redibant. Ea lex & homines assuefaciebat ut id dedecus, pessimum malum, morteq; ipsa grauius censerent: & simul admonebat, mortuos nil iam uitæ mortalium prodesse: ignominia uerò affectos, plurimorũ bonorum † honoris desiderio cau-
τῆς τῶν θνητῶν ζωῆς. sam futuros. His qui secreta hostibus reuelassent, linguam lex iubebat abscindi. Ei qui monetam circumcideret, aut adulterinam cuderet, aut pon-
7. dus uel signa immutaret, aut falsis literis inscriberet, aut de scripto demeret,
8. aut falsas syngraphas afferret, ambæ amputabantur manus: ut quæ corporis pars peccasset, per uniuersam uitam lueret pœnam: cæteri quoque illorum calamitate moniti, à simili scelere abstinerent. Asperæ etiam circa mulierum de-
9. licta pœnæ statutę erant. Nam ei qui mulierem liberam uiolasset, uirilia execabantur, quoniam uno crimine tria haud parua scelera complexus esset, iniu-
10. riam, corruptelam, & liberorum confusionem. Siquis sine ui adulterauerat uirgis cædebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. Existimabant enim mulierem sese ad illicitam incontinentiam exornantem oportere ea par-
Bocchoridis leges. te mutilari, qua maximè facies exornatur. Legum quę ad hominum commercia pertinent, Bocchoridem latorem scribunt fuisse. Hæ mandant creditis
11. absque scriptura mutuò pecunijs, si negarentur, stari debitoris iuramento, ut iusiurandum ueluti religiosam rem magni æstimarent. Nam cum certum esset, sæpius iuranti abrogatum iri fidem, fore ut quiuis magni duceret, ne boni uiri nomen amittatur, rarò ad iuramentum descendere. Legis insuper lator omnem fidem in uirtute constituens, bonis moribus iudicauit assuefieri homines ad probitatem, ne indigni fide uiderentur, debere. Iniquum etiam putauit, eis quibus absque iureiurando credita pecunia esset, de re sua iurantibus
12. non præstari fidem. Fœnus quod ex scripto contrahebatur, prohibebat ultra contracti mutui duplum exigi. Solutio ex bonis debitoris solum fiebat: cor-
13. pus non poterat addici creditori. Putabat enim, oportere bona tantum subdita esse debitis: corpora, quorum opera & bello & pace uterentur, ciuitatibus addicta esse. Non enim æquum uidebatur, milites qui pro patriæ salute periricula subirent, pro usuris in carcerem duci, aut ob unius auaritiam in periculum agi patriæ salutem. Hanc quoque legem uidetur Solon ad Athenienses
σεισάχθεια. transtulisse, quàm Sisachtiam appellauit, decernens ne ob usuras ciuium corpora necterentur. Haud iniuria queruntur quidam, de nonnullis Græcis legumlatoribus, qui arma, aut aratrum, aut aliud quiduis operi necessarium prohibeant ob fœnus addici creditori: corpora uerò quæ his utuntur, tradi permittant. Lex præterea priuatim de furibus apud solos Aegyptios hæc e-
14. rat. Iubebat eos qui furari uolebant, nomen suum apud principem furum scribere,

scribere, atq; euestigio furtum ad eum deferre. Similiter quibus res furto erepta erat, apud eundem rei sublatæ tempus, diem & horam scribere tenebantur. Hoc modo facilè inuento furto, qui rem amisisset, quarta multabatur parte, quæ daretur furi. Satius lator esse legis duxit, cũ impossibile esset furta prohiberi, potiùs alicuius portionis quàm totius rei amissæ homines iacturam pati. Nuptiarum non idem apud Aegyptios mos est. Sacerdotibus unam tãtum uxorem ducere licet, reliqui pro uoluntate & facultatibus plures habent. 15.
Quam legem conferre existimant propter hominum multitudinem, & ad felicitatem, & ad potentiam ciuitatum. Nullus ex eis, ne ex serua quidem empta genitus, spurius habetur. Solùm enim patrem existimant generis authorem: matrem & nutrimentum & locum infanti præbere. Arbores uerò fructum ferentes, præter Græcorum morem appellant mares: fœminas, quæ adiuuant maturitatem. Natos adeò parua educant facilíq; impensa, ut uix credi possit. Nam tum scirporum, tum alijs radicibus, quas sub cineribus coquunt, cùm caulibus palustribus, quas partim coctas, partim assas igni, partim crudas pro cibo præbent, liberos nutriunt. discalceati nudíq; maiori ex parte ob † patriæ temperiem, uitam ducunt. Omnis sumptus in pueros quousq; ad ætatem perueniant, à parentibus impensus, non excedit drachmas uiginti. Qua ex causa contingit Aegyptum gentes cæteras hominum numero excedere, pluraq; in ea magnifica esse opera effecta. Erudiunt sacerdotes filios & literis quæ appellantur sacræ, & alijs quæ ad communem spectant doctrinam, ut plurimũ Geometrię, Arithmeticęq; studio intenti. Fluuius enim qui singulis annis propter inundationem uarias agrorum formas superinducit, magnas contentiones inter uicinos de finibus agrorum excitat, quæ absq; Geometriæ adminiculo haud facilè cõponi possent. Arithmetica uerò & uitæ domesticæ est utilis, & ad Geometriam atq; Astrologiam maximè confert. Accuratè uerò & ab alijs quibusdam, & ab Aegyptijs traduntur ordo, & astrorum motus, eorumq; descriptio, res multis antea seculis summo studio obseruata. Planetarum insuper motus, coniunctiones, epicyclos, quas etiam uires circa animantium generationem, quæue aut bona aut mala importarent hominibus, diligenter scrutati sunt: sæpius quoq;, quò melius occurri futuris posset, sterilitatem, præterea fructuum ubertatem, morbos tum hominibus, tum pecoribus imminentes, terræ motum, atq; inundationum tempora, cometarumq; ortus prædicebant. Multa etiam reliquis cognitu difficillima, diutina obseruatione nota significabãt. Asserunt etiam in Babylonia Chaldæos Aegyptiorum colonos, Astrologiæ, ut qui eam ab Aegyptiorum sacerdotib. acceperint, peritos esse. Reliqua Aegyptiorum multitudo à pueris ex patre aut cognatis discunt, ut dictum est, ex excitia uitæ. Literas paululum docent non omnes, sed artificio diditi. Palæstræ aut musicæ non uacant: existimantes quotidianum illius exercitium iuuenioribus non sanitatem allaturum esse, sed breue robur, & omnino periculosum. Musicam non solùm inutilem, sed & noxiam ducunt, tanquam uirorum animos effœminantem. Morbos † uel ieiunio curãt, uel uomitu: idq; aut quotidie, aut tribus diebus aut quator interiectis. Asserunt enim, ex ciborum superfluitate omnes creari morbos. Eam ergo ad ualetudinem curam esse optimam, quæ morborum principia auferat. In militiam aut peregrinationem profecti, nulla impensa mercede curantur. Medici enim ex publico uictum sumunt. Aegros secundum legem curant, ab antiquis medicis comprobatisque scriptoribus traditam. Si quis normam sacri libri secutus infirmum sanare nequiuerit, omni caret crimine. Si præter ea quæ libris continentur, illum curauerit, morte punitur. Credidit enim legislator, ea medendi cura, quæ plurimo tempore ab optimis medicis obseruata profectaq; sit, haud facilè meliorem reperiri posse.

† πάπυρ ὑγρασίαν.

Institutio in disciplinis Mathematicis.

Astrologia.

Palæstra.

Musica.

Morborum curatio.

† ἐλλυσμοῖς & ποτιμοις τισι κεκαθαρτηρίοις.

Medici.

DE ANIMALIBVS DIIS APVD AEGYPTIOS sacris, eorumq; cultu. Cap. IIII.

Superstitiosus brutorum cultus.

ANimantia diis apud Aegyptios sacra haud immeritò præter fidem uidetur, quantò honore habeantur, credere. Colunt enim animantia quædam præter modum, non solùm uiua, sed etiam mortua: sicut Feles, Ichneumonas, Canes, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodilos, & eiusmodi plura. Quorum causas reddere, si prius pauca de his disseruerimus, enitemur. Primùm, singulis animantibus quæ colunt, separatim quampiam regionem sacrant, quæ satis sit ad eorum curam ac uictum. Faciunt etiam diis quibusdam uota Aegyptij pro pueris, qui de morbo euaserint: radentesque capillos, ac in auro argentoue ponentes, dant munus Magis. Qui eiusmodi animalium curam habent, alij carnes incisas accipitribus uolantibus proiiciunt, magna uoce donec carnes capiant appellantes. In cibum uerò felis, ac Ichneumonis, blandientes illis, ac allicientes, panem in lacte ponunt, aut nutriunt piscibus Nili. Eodem pacto & animalibus cæteris opportunum cibum præbent. Non solum uerò horum cultum palàm profiteri non erubescunt, sed tãquam in honoribus deorum effusi, id laudi sibi & decori ducunt. Cumq; cùm signis illorum proprijs urbes ac uaria loca circumeant, procul ostentantes quæ obseruant animalia, ea more supplicum singuli uenerantur. Cùm aliquod eorum moritur, sindone contectum, cum ululatu pectus percutientes, sale liniunt, ac cedri liquore, unguentisq; odoriferis, quò diutius seruetur corpus unctum, in sacris locis sepeliunt. Si quis quod horum sponte animalium occiderit, morte damnatur, æluro & ibide exceptis: quos sponte an secus occiderit, interficitur, accurrente turba, & absq; iudicio hominem uarijs supplicijs affectum interficiente. Quo timore, qui mortuos conspexerit, procul astans lamentatur, testificans animal absq; sua culpa mortuum esse. Adeò autem mentes hominum ea superstitio peruasit, adeoq; infixus animis horum est cultus, ut quo tempore Ptolemæus rex à Romanis socius atque amicus dictus est, applaudentibus Aegyptijs, Italosque ad se uenientes summo studio colentibus, maximeq; annitentibus ne quam dissensionum aut belli causam præberent, tamen cum quidam Romanus felem occidisset, ad domum eis concursu plebis facto, neque à regijs ad id missis principibus, neque Romanorum timore à pœna hominis absterreri potuerint, quamuis non sponte bestiam occidisset. Quam rem non auditu percepimus, sed uisu: cùm eo tempore in Aegyptum nauigassemus. Videntur hæc forsan indigna fide nonnullis, & fabulis quàm uero similiora. Sed indigniora multò uideri debent quæ sequuntur: Premente aliquãdo Aegyptios fame, adeò ut plures ab humana carne ob inopiam cibi non abstinerent, animalia sacra omnino intacta reliquêre. Sicubi uerò canis domi mortuus repertus esset, singuli eius domus totum corpus facta lamentatione radunt. Hoc quoque est mirabilius. Sicubi uinum, frumentumue, aut aliud quid uictui accommodatum, ubi simile animal expirauit, inuentum esset, non amplius illis utebantur. Eodemq; luctu etiam ad alia loca profecti, æluros & accipitres mortuos in Aegyptum deficiente persæpe uiatico deferebant. Quamuis etiam facilè sit, quomodo apud Memphim Apis, apud Heliopolim Mneuis, apud Midetam hircus, crocodilus apud Myridem paludem, leo apud Leontem urbem, multaque alia uariè colantur, referre, tamen difficilè est ea apud huiusmodi rerum insçios credi. Nutriuntur hæc animalia summa cura atque impensa in templorum ambitu à uiris haudquaquam contemnendis: quæ similagine, & alica, uarijsque epulis lacte conditis cibant. Anseres insuper tum elixos, tum assos apponunt quotidie. His qui

qui cruda edunt, aues captas præbent. Denique eas omnes magna sustentant cura ac sumptu. Lauant insuper aqua calida, unguentisq; optimis, odoriferisque: lectos quoq; illis sumptuosos sternunt, atq; ornatos. Si quod ex eis infirma natura nascitur, diligenter curant: præterea fœmellas cuique generi animalium præparant speciosas, quas appellant pellices. Inquè his nutriendis plurimum impensæ atque operæ ponunt. Eorum mortem æquè ac filiorum lugẽt, sepeliuntq; sumptuosius quàm eorum facultas ferat. Post Alexandri obitum, cum Ptolemæus Lagus Aegyptum teneret, Api in Memphi ex senecta mortuo, qui illius nutriendi curam ceperat, pecuniam quæ in eius sumptum data erat, permagnam, ac insuper quinquaginta talenta argẽti, mutuò à Ptolemæo sumpta in eius sepulturam impendit. Nostra quoq; ætate quidam qui ea animalia nutrierant, in illorum sepulchra haud minus centum talentis contulere. Addemus & his, quæ circa sacri tauri, quem uocant Apim, curam fieri percepimus: Eò mortuo, magnificeq; sepulto, quærunt ad id delecti sacerdotes uitulum priori persimilem: inuento, populus luctum finit. Sacerdotes quibus ea incumbit solicitudo, primùm in urbem Nili uitulum perducũt: in qua eum nutriunt diebus quadraginta. Deinceps in nauim contectam, habitaculum aureum habentem introducentes, & ad Memphim ut Deum ducentes, in Vulcani fano locant. His diebus solæ mulieres taurum uident: quæ antè eius faciem astantes, uestibus sublatis ei abrasum fœmen ostentant. Reliquo tempore prohibentur in conspectum huius Dei accedere. Honoris boui impensi causam nonnulli tradunt, quòd defuncti Osiridis anima in bouem trãsmigrasset: quæ deinceps ad posteros pergens fuerit transfusa. Alij à Typhone interfecto Osiride ferunt Apim membra eius collecta in bouem ligneum corio bouis albo circundatum coniecisse: ideoq; urbem Busiridem appellatam. Multa alia de Api fabulantur, quæ longum esset singulatim referre. Omnia uerò miranda & fide maiora de eiusmodi animaliũ honore differentes Aegyptij, dubitationem haud paruam quærentibus causas iniecerunt. Sacerdotes secretiora quædam scripta, ut iam diximus, habent. Multi Aegyptiorum tres causas reddunt: quarum prima omnino fabulosa est, & antiquorum simplicitate digna. Aiunt enim primos deos, cum pauci numero essent, uiribusq; populo impares, impietatem uerò hominum timerent, similes se quibusdam animantibus finxisse, eoq; modo crudelitatem uimq; hominum effugisse: parto deinceps orbis imperio, ut redderetur animalibus gratia quæ illis salutis causam præbuissent, consecrasse illa, quorum sumpsissent formam, ostendisseque quo pacto & uita nutrienda essent, & mortua sepelienda.

Apis, & eius sepultura.

Cur bouem & alia bruta Aegyptij colant.

Secunda causa. Ferunt Aegyptios ueteres, apud quos nulla esset militaris disciplina, cùm à uicinis sæpius bello superarentur, excogitasse ferre aliquod insigne quod milites sequerentur. Figuras igitur animalium quæ nunc colunt, in tabulis pictas, duces eorum in bello tulisse: eaque ex re cognito seruatoq; sub quo quisque militaret ordine, uictoriam consecutos. Igitur uisum esse gratiam his animalibus tanquàm uictoriæ authoribus reddi, statutumq; ne fas esse quod piam eorum, quorum imago delata fuerit, occidi, sed coli potius debere, honoreq; affici. Tertia affertur causa, horum animantium illata uictui hominum utilitas. Nam bos fœmella & alios parit, qui terram arant: & ipsa haud inutilis ad arandum. Oues bis edunt fœtus, lanamq; præbentes uario accommodam usui, lac caseumq; abundè nobis præbent. Canis tum uenationi, tum ad custodiam prodest. Propterea Deum qui apud eos Anubis uocatur, capite fingunt canino, significant custodem corporis Osiris atque Isidis fuisse. Quidam asserunt, Isidis canes quo tempore Osiris quæsitus est, & feras, & obuios omnes amouentes unà Osiridis corpus inuestigasse. Ideoque in festis Isidis præire canes pompam, ueteri more antiquam erga canes gratiam ostentantẽ. Feles uerò ad serpentum & aliorum reptilium morsus plurimum

mum conferunt. Ichneumon crocodilos obseruans, o ua eorum conterit: qua diligentia occurrit, ne illorum multitudine infestum flumen reddatur. Quodque dictu incredibile uideatur, crocodilos occidunt. Mersi enim limo, cum bestiæ aperto ore in littore dormientes iacent, per os intra corpus insiliunt, eroso; uentre confestim absque ullo periculo fera mortua egrediuntur. Ex auibus tum Ibis utilissima est ad serpētes ac locustas brucos; delendos: tum accipitres admodum prosunt ad scorpiones, cerastas; & parua animalia quæ morsu nocent. Quidam ob eam causam honorem haberi accipitri uolunt, quòd his utantur Augures in futurorum prædictione. Alij accipitrem priscis temporibus dicunt librum puniceis inscriptum literis, in quo continebatur qui cultus dijs, quiue honor deberetur, Thebas ad sacerdotes detulisse. Quapropter literarum sacrarum scriptores & puniceum pileum gestant, & accipitris alam in capite. Thebæ aquilam honorant, tum quia regia uidetur auis, tum Ioue digna. Hircum deificarunt, sicut & Græci Priapum, propter eam corporis partem, à qua sit omnium ortus. Pudendis non solùm Aegyptij, sed alij plures sacra faciunt, tanquàm causæ animantium creationis. Sacerdotes quoque cum in Aegypto sacra patria suscipiunt, primùm huic Deo initiātur. Panas insuper & Satyros tradunt eadem causa ab hominibus coli. Igitur & imagines horum plurimas nonnulli in gratiam fœcunditatis eorum in templis ponunt, in hirci naturæ, quàm libidinosam esse dicunt, similitudinem. Tauros sacros, Apim scilicet ac Mneuim pro dijs honorant. In Osiridis, uelut frugum ac fructuum repertoris memoriam apud posteros immortalem, boues ruffos, quoniam uidentur colore similes Typhoni, qui Osiridem necauit, immolari permissum. Et homines quoque colore Typhonis antiqui reges ad sepulchrum Osiridis sacrificio mactabant. Qua ex causa pauci ruffi Aegyptij reperiebantur, externi plures. Hæc res materiam fabulandi Græcis dedit Osiridem hospites necasse: sed Osiridis sepulchrum ea crudelitate notatum est. Lupos uenerari ferunt propter similitudinem canum. parum enim natura, cũ etiam mutuò coëant, à canibus differunt. Reddunt & aliam causam honoris huius Aegyptij fabulosiorem. nam cum Isis unà cum filio Oro cum Typhone ne esset bello dimicatura, ferunt Osiridem in lupi forma ab inferis auxilio & uxori & filio uenisse. Victores itaq; Typhone interfecto honorem ei animanti impendisse, cuius interuentu subsidioque uictoria parta esset. Tradunt nonnulli agros Aegyptiorum incursantes Aethiopes, à lupis facta acie usq; ad urbem Elephantinam, repulsos. Qua ex re sit & locus ille dictus Lycopolis, & eis beluis honos à posteris habitus. Crocodilos admirantur multi, cùm homines interficiant, edantque, rem pernicio sam mortalibus, cur lege, ut pro dijs colantur, fuerit sancitum. Sed uidentur toti patriæ securitatem afferre, non tantum Nilus, sed & qui in eo sunt Crocodili: quos Arabiæ Libyæq; latrones ueriti, non audent flumen transire populatum, id quod nequaquam faceret si oppugnarentur crocodili, & sagenis funditus tollerentur. Affertur & alia ab historicis huius bestiæ colendæ ratio. Nam regem quem Menam dixêre, cum sui canes persequerentur, fugisse aiunt in Myridis paludem, ibique à Crocodilo susceptum, mirabile dictu, in continentem fuisse delatum. Igitur ut gratiam animali redderet, condita ciuitate paludi propinqua, quàm Crocodilam appellauit, mandasse accolis, ut pro Deo ea bestia coleretur, paludemq; in earum cibũ uouisse. Eo quoq; in loco pyramidem quaquauersus quadratam in sepulchrum sibi, multisq; admirandum seculis Labyrinthum ędificasse uoluntur. Similia & de multis alijs animantibus ferunt, quę breuitatem sequentes, omisimus. Hæc autem ab eis utilitatis causa fuisse adinuenta indicium est, nonnullos cibis quibusdam qui in usu sint, abstinere. Nam quidam lentem, alij fabam, nonnulli caseum, alij cepe, cum plurimos eiusmodi fructus ferat Aegyptus, nequaquàm edunt. Adijcitur his & alia causa, apud priscos reges sæpius

Vi Typhonæ humanæ.

Crocodili cur in honore.

Dicta superstiuosa.

pius desciscente populo, quempiam prudentia præstantem in plures Aegyptum partes diuisisse, edixisseq; quæ animalia separatim colerent, à quibusue cibis abstinerent. Eò id actum esse consilio, ut cum cuiq; certa animantia pro diijs haberent, quæ ab alijs colerentur, contemptis, alteri alteros perosi, nequaquàm simul aduersus principes conspirarent. Quòd & secutum est. Nam diuersorum finium homines inuicem dissentiũt, mutuó sibi cultus impietatem obijcientes. Fertur & alia horum animalium consecrandorum ratio. Nam à primordio orbis conuenientes simul homines ex siluestri uita, primum carnibus humanis uescebantur, bellabantq; inuicem, eò cui plus uirium inerat, superante. Tum iniurijs potẽtiorum imbecilles urgente necessitate edocti, acie facta signum animalis sibi ex his quæ postea consecrata sunt, proposuêre: ad quod postmodum congregati infirmiores, aduersus aliorum iniurias se tuebantur. Quò factum est, ut animali quod salutis causa fuerat, deorum honores tribuerentur. Ita diuersæ Aegyptiorum gentes huiusmodi animantibus à suis maioribus sacratis, usq; ad hoc tempus honores præbent. Ex ea re dicuntur Aegyptij præter alias nationes erga benemeritos de se grati. Existimant enim magnum uitæ subsidium esse gratiæ retributionem. Et sanè mouentur omnes ad beneficia eis impendẽda apud quos senserint gratiã optimè locatam esse. Hac Aegyptij causa suos reges summo honore uenerationeq; ut deos ob seruant: nam neq; absq; diuino numine illos tantum imperium credunt assecutos: & optimè de mortalibus meritos propter res egregiè gestas diuinæ naturæ participes arbitrantur.

Animaliũ cultus quo consilio institutus.

DE MORIBVS QVOS IN SEPE-liendis mortuis Aegyptij seruant. Cap. V.

Videbuntur fortassis hæc quæ diximus, miranda: sed nequaquàm minus admirabitur quis, si quid apud quosque fiat Aegyptios in funere mortuorum, consideret. Nam cùm quis defunctus est, propinqui omnes amici, deturpato luto capite, lugentes urbem quoad mortuus sepeliatur, circumeunt: interim neque lauantur, neque uinum aut cibum nisi uilem sumunt, neque uestibus utuntur splendidis. Sepulchrorum tres habentur species, sumptuosa, mediocris, humilis. In prima argenti talentum exponunt, in secunda minas uiginti, in ultima parum quid sumptus erogant. Qui funera mortuorum curant, eo exercitio à maioribus tradito, funeris impensam domestícis descriptam ferunt, scrutantes quanti uelint celebrari funus: conuentione facta, corpus eis traditur, ut iuxta impensam curetur funus. Primus is qui scriba appellatur, posito humi corpore, circa ilia describit quantum à sinistra parte incidatur. Deinde qui dicitur scissor, habens lapidem Aethiopicum, quantum lex sinit, latus aperit: subitoque cursu persequentibus qui adstant, lapidesq; cum execratione in eum iacientibus, fugit. Existimant enim odium inhærere, quicunq; agnati corpus uulnere illato uiolarit. Curatores uerò corporis, hos salitores appellant, honore digni existimationeq; habentur. Versantur enim cùm sacerdotibus, templaq; pariter ingrediũtur. His apud cadauer adstantibus, unus scissuram per corporis interiora præter renes & cor ducit, quę singula alter uiuo Phœniceo ex rebus odoriferis lauat: deinde corpus totum primum ex cedro cum alijs preciosis unguentis ungunt dies amplius triginta. Myrrha deinceps, ac cinamomo, cæterisq; rebus liniunt: quæ non solum id seruare diutinè, sed odoriferum reddere queant. Curatum cadauer cognatis tradunt defuncti, ita singulis eius partibus, etiam superciliorũ palpebrarumq; pilis integrè seruatis, ut omnis corporis species dormientis more inte-

γραμματεὺς.

παραχοιστης.

παρισχυτὰι.

gra perduret. Multi Aegyptij progenitorũ corporibus domi magno sumptu conditis, respicientes suorum imagines uiuentium magnitudine & habitu à longa progenie ductas, tanquàm uiuentium aspectu animo oblectantur. Antequam sepeliatur corpus, prædicitur à cognatis tum iudicibus, tum defuncti amicis, sepulturæ dies. Asserunt uerò illum, nomine mortuum appellantes, paludem transiturum. Adstantibus iudicibus amplius quadraginta numero, sedentibusq; in præparato ultra stagnum hemicyclo, trahitur nauis ad id composita ab ijs quibus ea cura iniuncta est, regente magistro, quem sua lingua Aegyptij Charontem uocant. Vnde & Orpheum (qua de re paulò post dicetur) asserunt cum hunc morem apud Aegyptios cõspexisset, finxisse posse modum inferos, partim quæ uiderat imitatum, partim quæ ipse commeatus esset de quo postea copiosè scribemus. Perducta in stagnum naui, antequàm condatur in arca cadauer, permittitur lege uolenti mortuum accusare. Si quis comprobatur malè uixisse, iudices sententiam ferunt, qua censent corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprehenditur iniustè crimen obiecisse, magna multatur pœna. Cùm deest accusator, aut per calumniam accusatum constat, cognati finito luctu ad laudes mortui uertuntur: nil de genere eius, sicut Græci consueuerunt, narrantes, (existimant enim omnes Aegyptij pariter se nobiles esse) sed ordientes à pueritia, in qua uitæ institutionem eruditionemq; recensent, ad uiri ætatem descendunt, eius erga deos religionem, iustitiam, continentiam, uirtutesq; cæteras commemorantes. Inuocatis uerò inferis dijs, precantur ut eum inter pios locent. Ad quæ uerba omnis multitudo cordijs, precantur ut eum inter pios locent. Ad quæ uerba omnis multitudo respondet, gloriam mortui extollens, tanquàm apud inferos cum beatis semper futuri. Sepeliunt postea quique suos: hi in propriis sepulchris, alij quibus ea desunt, domi apud infirmiorem parietem arca corporis erecta. Qui uerò ob crimina aut debita sepultura prohibentur, domi absque arca ponuntur. Quos posteri ditiores facti, ac debita & crimina luentes, honorificè sepelliunt. Gloriantur enim Aegyptij suos parentes maiores ue magnificè esse sepultos. Mos est apud eos, defunctorum parentum corpora dare in pignus creditori. Summa illos qui non redimunt, sequitur infamia, & sepultura carêt. Mirabitur quis, & meritò, eos qui hæc instituerunt, non solùm quæ ad uiuentium mores spectarent, persecutos, sed etiam quæ ad mortuorum sepulchra cultumq; pertinerent. Adeò hoc pacto ad bonos mores, quantum fieri posset, componi uitam hominum existimabant. Græci sanè, qui fictis fabulis ac poëtarum dictis fidem excedentibus de piorum meritis, malorumque pœna tradiderunt nequaquàm potuerunt suis scriptis traducere homines ad uirtutem, quin econtra potius derisi contemptiq; sunt ab improbis. Apud Aegyptios uerò non fabulis, sed usu, impijs pœna, iustis laus impartita. Singulis diebus utrosque eorum quæ uitæ utilia existant, admonent, cùm uideant cuique pro his quæ egit, debiti præmij memoriam impendi. Qua ex causa ad meliorem singuli uertuntur uiuendi normam. Eas enim optimas esse leges putandum est, quibus non diuites, sed honesti prudentesq; homines fiant. Igitur de Aegyptijs legumlatoribus, qui eas tam admirabiles exquisitasq; tradidêre, dicendum uidetur. Post antiquam Aegyptiorum uitam, quam Deûm Heroumq; tempore fuisse fabulantur, tradunt persuasisse primum multitudini scriptis, uti legibus Menam, magni animum uirum, uitęq; inter omnes probatæ. Finxisse autem eas Mercurij datas præcepto, tanquàm magnorum bonorum causam futuras: quemadmodum apud Græcos aiunt in Creta quidem Mínoëm, apud Lacedæmonios Lycurgum fecisse, quorum alter Iouem, alter Apollinem suarum legum authorem extitisse dixit. Plures quoq; nationes eo modo traduntur leges suscepisse, quę obtemperantibus multorum bonorum causa fuêre. Arianis namq; scribunt Zatraystem simulato numine dedisse leges. Getis eodem modo Zamolxis Vestam authorem habens leges tulit.

Funerũ cura.

Mortuorum accusatio.

Sepulcra.

Pignus funestum.

De Aegyptijs legũlatoribus.

Menas.

Apud

Apud Iudæos Moses qui uocetur Iao, A Deo, acceptas leges dare præ se ferebat: siue putantes rem mirandam, ac diuinam, maximeq; mortalibus utilem leges esse, siue ut citius populi ob rei excellentiam deûm timore legibus obtemperarent. Secundus apud Aegyptios legumlator dicitur uir prudentia excellens Sasyches. Hunc & ad Deûm religionem cultumq; multa prioribus legibus addidisse perhibent, geometriæq; fuisse inuentorem, ac incolis astrorum cursus ostendisse. Tertium Sesostrem regem tradunt, qui ad rem militarem & belli munia plurima contulit institutis suis. Quartus scribitur rex Bocchoris qui leges dederit, & commercia hominum iudiciaq; constituerit: cuius memoria in multis, ob ingenij acumen usque ad hoc tempus manet. Eum dicunt infirmo extitisse corpore, pecuniarum præ cæteris cupidum. Post hunc legibus multa addidit Amasis rex: quem tradunt & de ijs quæ ad monarchas pertinent, decq; omni Aegyptiorum œconomia præcepisse. Hûc admodum perspicacem fuisse scribunt, iusti æquiq; amatorem: qua ex re ab Aegyptijs est rex constitutus, cùm regio genere ortus non esset. Cùm Elienses circa Olympiacum certamen occupati, legatis ad eum missis quæsissent qui maximè modò id certamen iustè fieret, Si nullus Eliensis certaret, respondit. Polycratem Samiorum principem, qui secum societatem coierat, cùm & ciues & externos eò nauigãtes violentius tractaret, per legatos ad modestiam hortatus est. quo sua consilia aspernante, per epistolam societatem diremit scribens, cùm sciret illum breui impiæ tyrannidis pœnas daturum, nolle ex amici casu dolere. Admirati sunt Græci plurimùm uiri prudentiam, cum Polycrati breui quod prædictum fuerat, euenisset. Sextum ferunt Darium Xerxis patrem legibus Aegyptiorum addidisse. Cui cum displiceret Cambysis qui antea regnauerat, erga deos Aegyptios iniquitas, humaniter pieq; uixit. Itaque sacerdotes eorum haud aspernatus, theologia ab illis, gestisque quæ libris sacris contniebantur, perceptis priscorum regum magnificentiam, & in subditos humanitatem historia complexus est. Certè uirtutem illorum imitatus, ab Aegyptijs solus uiuens Deus appellatus est, mortuus uerò eos honores assecutus, qui regib. antiqua lege tribuebãtur. Has communes leges priores illi magna gloria tradidere: plura post modum quæ antea comprobata erant, Macedonum tempore sunt commutata.

Saſyches.
Seſoſtris.
Bocchoris.
Amaſis.
Darius.

DE GRAECIS EXCELLENTIBVS DOCTRINA uiris, qui eruditionis gratiâ in Aegyptum profecti sunt. Caput VI.

NVnc qui Græci sapientia & doctrina prædíti in Aegyptum priscis temporibus transierint, ut leges & doctrinam illorum perciperent, recensebimus. Scribunt eorum sacerdotes, in sacris contineri libris transisse primùm ad Aegyptios Orpheum, Musæum, Melampodem, Dædalum, Homerũ poëtam, & Spartanum Lycurgum. Deinceps Solonem Athenienſem, Platonem philosophum, ac Samium Pythagoram, Eudoxum quoq; Mathematicum, ac Democritum Abderitem, & Inopidem Chium. Omnium uerò monstrantur uestigia, quorundam imagines, nonnullorum loca tum ab eis, tum à doctrina quam secuti sunt, denominata. In Aegypto certè perceperunt omnia, quæ illos apud Græcos admirabiles fecêre. Nam Orpheum hymnos deorum plurimos, orgia, & inferorũ fictionem attulisse tradũt. Osiridis sanè ceremonias & Bacchi easdẽ esse, similesq; esse Isidis Cereris q;, nominibus tantũ differre. Impiorũ uerò pœnas, & campos Elysios, & statuarũ usum ab Aegyptiorũ sepulchris sumpta introduxit. Mercuriũ quoq; secundum antiquos destinantẽ finxit mortuorum animas. Erat mos Aegyptijs, Apis corpus reducentẽ aliquid ppè astanti Cerbero abscisũ porrigere. His ab Orpheo ad Græcos traductis,

Homerus

Homerus, quæ nam ab Aegyptijs edoctus, in suo poëmate descripserit

Homerus Orpheum imitatus, idem in suo poëmate scribens, ait Mercurium Cyllenium animas Heroum euocare, habentē uirgam in manibus. Rursusq; erant prope Oceani fluxum, & Leucados petram, Solisq; portas, somnia populorum. Sequebatur uirens pratum, ubi iuniorum erant animæ, simulacra mortuorum. Oceanum igitur Nilum uocat, quoniam ab Aegyptijs proprio nomine Nilus Oceanus appellatur. Solis portas Heliopolim dicit. Pratum uerò habitationem confictam putat eorum qui trans paludem delati sunt, quæ Acherusia nominatur. Et, propè Memphim, circumq; prata amœna, paludesq; calamis plenæ. Prosequitur deinceps mortuos hæc incolere loca, quoniam Aegyptiorum sepulchra maiori sanè ex parte in eis locis sint posita. Corpora uero per fluuium & Acherusiam paludem ad sepulchrum delata, ibiq; condita, aliaq; plura quæ nunc etiam seruant Aegyptij, dant fabulis quas Græci de inferis fixerunt, locum. Nam nauis quæ uectat corpora, † uaris appellata, hæc apud Græcos est ἐπίβαθρα. Obolum aiunt dari portitori, cui nomen inditum est ab incolis Charon. Asserunt circa hæc loca Hecates umbrosæ templum esse, Cocyti portas, atque † oblitionis, æreis uectibus distinctas. Esse & alias portas ueritatis, quas prope statua sit iustitiæ absque capite. Multa quoque alia fabulosa de Aegyptijs feruntur, quæ adhuc nomine & opere perseuerant. Nam in urbe Achanta trans Nilum Libyam uersus procul à Memphi stadijs centum quinquaginta uas est perforatum, ad quod singulis diebus sacerdotes CCCLX. aquam ex Nilo deferunt. Asini etiam ficti fabula monstratur in quadam celebritate. Nodos enim quos unus in principio lōgioris funis complicat, alij pòst sequentes dissoluunt. Melampodem insuper ferunt Dionysij sacra ab Aegyptijs ad Græcos transtulisse, quæq; de Saturno feruntur, deq; Titanum pugna, historia denicq; de omnibus deorum casibus docuisse. Dædalum quoq; aiunt imitatum esse Labyrinthi errores, qui ad hoc usque tempus manet. Hunc aliqui ædificasse dicunt Mendetem, alij Varonem regem multo antè quàm Saturnus regnaret. Numerus priscarum apud Aegyptios statuarum idem est, qui est à Dædalo Græcis factus. Templi Vulcani uestibuli, quod pulcherrimum in Memphi situm est, Dædalum architectum fuisse constat: obq; eam rem à populo statua lignea in templo quæ ab ipso fabricata sit, donatum. Huic propter artis præstantiam, multaq; ab eo inuenta, magna gloria adepta, deorum honores accolæ impenderunt. In una enim Memphis insularum templum nunc quoque est Dædalo dicatum. Homerum in Aegypto fuisse, tum alia multa indicia feruntur, tum maximè potio ab Helena in præteritorum obliuionem Telemacho data. Nam potionem ad abolendum luctum, quam poëta Helenā composuisse scribit, in Thebis Aegyptijs † à Polydamna Thonis uxore factam constat, ubi nunc quoque mulieres hoc medicamine utuntur. Apud solos uerò Diopolitas (eædem enim Diopolis & Thebæ sunt) prisci etiam temporibus inuenta esse tradunt & iræ doloris medicamenta. Venerem incolæ ex antiquo nomine auream appellant: agrumq; esse constat aureæ Veneris prope Memphim. Quæ de Iouis Iunonisq; connubio traduntur, deq; in Aethiopiam peregrinatione, exinde uidentur traducta, quòd annis singulis Aegyptij Iouis tēplum traiecto flumine in Libyam ferunt, & constitutis diebus iterum ad priorem locum reducunt, tanquàm Ioue ex Aethiopia redeunte. Quin etiam Lycurgus, Plato, Solon, multas ab Aegyptijs sumptas leges ad suas respublicas detulerunt. Pythagoras insuper multa ex sacris libris, Geometriam quoq; & Arithmeticam percepit, ac animarum in alia corpora transmutationem. Existimant autem & Democritum quinque annis quibus in Aegypto fuit, plurima in Astrologia didicisse. Similiter & Inopidem cum sacerdotibus Astronomisq; diutius uersatum, & Solis circulum, & aliorum cursus astrorum, Zodiacumq;, ac multa alia ab eis percepta ad Græcos digna laude attulisse. Sculptores

† βάραθρα καλοῦσι.

† λήθης.

Νηπενθὲς. † παρὰ τοῦ Πολυδάμνης.

ptores antiqui maximo in honore fuerũt Thelecleum ac Theodorus Rhœci filij, à quibus Sami Pythij Apollinis simulacrum extat sculptum. Huius statuę pars dimidia fertur Theleclei opus fuisse, reliqua pars à Theodoro in Epheso perfecta. His simul positis, ita conueniebat totum corpus, ut ab uno artifice sculptum uideretur. Genus artis Græcis ignotũ, sed apud Aegyptios erat usu cognitum. Nam soli Aegyptij non oculis totius statuæ compositionẽ metiebantur, sed dimensione, ut ex uarijs multisq; lapidibus in unum corpus ad certam mensuram redactis statua perficeretur. Res profectò miranda, diuersos artifices uarijs in locis ita in unam mensurã conuenire, ut quandoq; ex uiginti, quandoq; ex quadraginta partibus unica statua componeretur. Quòd in Samo signum simile operi Aegyptio à capite usq; ad pudenda ita pari forma diuisum, constat, ut unius opus appareat. Et hæc in modum statuæ Aegyptiæ fertur, protensis manibus, cruribus in ambulantis modum. Et de Aegyptijs hactenus: nunc ad Assyrios transeamus.

DIODORI SICVLI LIBER SECVNDVS.

DE NINO, QVI PRIMVS IN ASIA IMperauit, deq; eius gestis. Cap. I.

SVperiore libro ijs quæ ad Aegyptiorum deos, Nili naturam, reges priscos, leges, mores, sacra, cæteraq; memoratu digna pertinebant descriptis, præsens antiquas Asiæ res continet, initio ab imperio Assyriorum sumpto. In Asia priscis temporibus regnauere Indigenæ, quorum gesta nomenq; uetustas aboleuit. Primus rex Assyriorum scriptores nactus est Ninus, qui eius gesta literis traderent. Is natura bellicosus, & uirtutis appetens, cùm primùm robustissimos iuuenum plurimo tempore armorum usu ad omnem laborum patientiam, & belli pericula exercuisset, coacto exercitu societatem iniit cum Ariæo Arabum rege: quorum opes eà tempestate, ut res erant plurimum ui atq; armis præstabant. Hæc gens libertatem seruans, nullum aduenam apud se regnare passa est. Ita neq; Persarum neque Macedonum reges, quamuis potentes armis, eorum imperio potiti sunt. Est enim inexpugnabilis ab externo milite, propter loca partim deserta, partim arida, aquisq; deficientia. Sunt tamen fontes plurimi, sed absconditi, ac solis incolis noti.

Ninus regnare cœpit, annõ mundi 1907.

Ninus igitur Arabum rege assumpto, exercitum duxit aduersus Babylonios Arabiæ confinios. Nondum enim condita erat Babylonia, sed aliæ circà urbes nobiles incolebantur: quibus propter armorum desuetudinem facilè superatis, tributoq; imposito, regem eorum cum filijs captum interemit. Deinde quibusdam Armeniæ urbibus in potestatem redactis, Barzanes rex Nino uiribus impar, cum multis donis occurrens, & se & regnum eius potestati permisit. Huic Ninus, magno usus animo, Armeniæ regnum restituit, commeatu & militibus imperatis. In Mediam deinde auctis uiribus transgressus, cum ei Pharnus rex cum exercitu occurrisset, prælio uictum, cumq; uxore & septem filijs captũ, cruci affixit. Prospera fortuna elatum Ninũ cupiditas cepit totius Asiæ, quæ inter Tanaim Nilumq; iacet, potiundæ. Secundæ etenim res ut plurimum maiorum ingerunt cupiditates. Itaque præside ex amicis quodam Mediæ imposito, ipse ad reliquam subijciendam Asiam profectus, omnem annis decem & septem præter Indos ac Bactrianos in potestatem

Nini expeditio in Babyloniam, Armeniam, Mediam.

Ninus quos populos subiecerit regno suo.

tem redegit. Pugnas singulas, aut deuictorum numerum nullus scriptor tradidit. Nos illustrissimas gentium, Ctesiam Cnidium secuti, paucis narrabimus. Subiecit omnes maritimas ac propinquas gentes, Aegyptios, Phœnices, & interiorem Syriam, Ciliciam, Pamphiliam, Lyciam, Cariam, Phrygiam, Mysiam, Lydiam, Troada, & Phrygiam quæ est supra Hellespontum. Propontida etiam, ac Bithyniam, & Cappadociam, & gentes iuxta Pontum barbaras usque ad Tanaim flumen suæ ditionis fecit. Adiecit imperio Cadusios, Tapyros, Hyrcanos, Drangas, Derbicos, Carmanios, Coroneos, Rhomnos, Vorcanios, Parthos, Persas præterea, ac Susianos, Caspiosq; ad quos angustus est aditus, unde & portæ Caspiæ appellantur: pluresq; alias, quas recensere instituto opere prolixius esset, ignobiles nationes. Inito cum Bactrianis bello, cum & locorum difficultate, & hominum numero se tutarentur, retrocedens in tempus aliud id certamen distulit. Deducto in Syriam exercitu, urbi condendæ locum elegit. Verùm cum superiores omneis gloria & rebus gestis superasset, urbem quoque ingentem condere statuit, cui par magnitudine neque fuisset antea, neque facilè esset futura. Arabum regem donis spoliisq; cumulatum, magnificè cum exercitu domum remisit. Ipse coactis undique uiribus, & his quæ ad tantum opus spectarent, paratis, supra Euphratem urbem condidit, non æqua laterum dimensione. nam duæ muri partes lõgiores erant reliquis. Horum latus quodque longitudine est stadiorum centum quinquaginta, breuiorum uerò stadiorum nonaginta. Qua muri dimensione ambitus stadia complectitur quadringenta octoginta. Et sanè spe sua nequaquam frustratus est. Nulla enim postmodum urbs tanto ambitu, tantaque mœnium magnificentia constructa est. Altitudo murorum, pedum est centum: latitudo, qua tres currus simul perambularent. Turres mille & quingentæ: quarum altitudo pedum est ducẽtorum. Habitare eam fecit maiori ex parte Assyrios, & quidem potentissimos quosque. Ex reliquis nationibus uoluntarios assumpsit, à nomine suo urbem Ninum appellauit. Agros propinquos habitatoribus diuisit.

Nini urbs.

DE SEMIRAMIDIS GENERE, ET *eius incremento.* Cap. II.

COndita urbe, arma in Bactrianos uertens, ibi Semiramidem uxorem cepit: quæ cum clarissima omnium mulierum feratur, quomodo ex humili fortuna ad tantam gloriam peruenerit, haud ab re erit referre. Est Syriæ urbs Ascalon: haud procul ab hac stagnum est piscibus plenum, iuxtaque templum insigne deæ quam appellant Dercetam, facie hominis, reliqua parte corporis piscem. Huius causæ fabulam ferunt, incolarum liberatissimi: Venerem aliquando obuiam ei deæ factam, magnum amorem cuiusdam speciosi adolescentis sacrificantis ei iniecisse, exque eorum esse coitu filiam natam. Dercetam uerò deam sui peccati pudore ductam amouisse adolescentem, filiam uerò in loca quædam deserta ac saxosa, in quibus aues erant plurimæ, exposuisse: ibique quasi diuino nutu ab auibus infantem nutritam. Se uerò pudore doloreque compulsam in lacum abiecisse, atque ibi in piscem conuersam. Vnde & Syri usque ad hæc tempora his piscibus abstinentes, eos pro dijs colunt. Tradunt rem mirandam, aues infantem alis confouentes, nutrisse coagulato lacte ac proximis pastorum mapalibus rapto. Acto anno, cum firmiori cibo egeret, aues caseum eodem ex loco raptum ori infantis admouisse. Qua re à pastoribus ex corrosione casei animaduersa, infantem speciosam forma compertam ferunt, nutritamq; apud se dono postea datam præsidi pastorum regio nomine Simma. Hic liberis carens, ut filiam magna cura nutritam, Semiramidem à columbis (eo enim nomine lingua Syra

Dagon 1. Sam. 5.

Semiramidis pro natales.

Syra uocantur) appellauit. Quas postmodum Syri omnes ut deas honorant. Hæc de Semiramidis ortu fabulæ tradunt. Quæ cum iam nubilis esset, ac pulchritudine cæteras excederet uirgines, missus à rege ad recensendos greges præfectus Syriæ Menon, cũ apud Simmã diuertisset, conspectæ uirginis amore captus, uxorem illam duxit, Ninumq; duxit, exq; ea duos Iapetem atq; Idaspem liberos genuit. Cùm multæ uirtutes Semiramidis formam exornarent, uir uxori deditus, nihil absq; eius agebat consilio. Ninus urbe à se condita adiecit animum ad Bactrianos, regionem montosam, accessuq; difficilem, & hominum numero ac uiribus ualidam. Cùm autem priori expeditione nil profecisset, maioribus opus esse ratus copijs, coacto ex singulis gentibus electo ingenti exercitu aduersus eos profectus est. Tradit Ctesias scriptor, pedites ad decies septies centena millia fuisse, equitum millia ducenta, curtus uerò falcatos paulò minus decem millibus & sexcentis. qui militum numerus incredibilis nunc forsan sit audientibus: sed haudquaquàm impossibile uidebitur, Asiæ magnitudinem, multitudinemq; in ea nationũ animo aduertenti. Nam si quis Darij aduersus Scythas expeditionem cum octingentis militum millibus, si quis item Xerxis in Græciam transitum cum infinita penè hominum multitudine, siq; in Europa paulò antè res gestas consideret, minimè dictis nostris abrogabit fidem. Nam ex unica Siciliæ urbium Syracusis Dionysius exercitum peditum centum uiginti, equitum duodecim millium confecit. Naues magnas partim triremes, partim quinqueremes ad quadringentas exuno eduxit portu. Romani paulò antè Hannibalis tempora futuri belli præuidentes magnitudinem, cẽsu in Italia tum ciuium tum sociorum qui bello apti essent habito, decies centena fermè millia hominum descripsere. At ea ne uni quidem aliæ prouinciæ hominum numero comparanda est. Quę ideò recensuimus, ne quis ex hac quæ nunc est urbium solitudine priscam illarum gentium expendat copiam. Hunc tantum numerum gentium Ninus contra Bactrianos regionem asperam atq; angustam ducẽs, exercitum in plures partes diuisit. Sunt in Bactria plures insignes urbes, quarum una (ea regia est) Bactria nomine, præstantior cæteris habetur, tum magnitudine, tum arce admodum munita. Bactrianorum rex erat Zoroastres, qui comparato hominũ quadringentorum millium ualido exercitu, Nino in finibus occurrit: permissaq; de industria parte hostium prouinciam ingredi, pugna inita hostes in fugam uertit. Quos superat, persequitur cædendo usque ad montes proximos, ad centum millia hostium cæsis: deinde auxilium ferente suis Nino, superati à multitudine Assyriorum Bactriani, dispersi suæ quisque urbi subsidio abijt. Ninus Bactriam ingressus, cæteris urbibus captis, Bactriam & natura loci, & rebus cæteris quæ ad defensionem spectant, munitam, cùm expugnare non posset, obsedit. Protracta longius obsidione, uir Semiramidis (is Nino aderat) amoris impatiens, uxorem accersit: quæ perspicax, magniq; ultrà muliebrem sexum animi, tempus nacta quo uirtutem ostenderet, uiam multorum dierum ingreditur, induta eiusmodi formæ stola, ut uir ne an mulier esset, nequiret perspici. Tuebantur ea ab itineris æstu corporis colorem, agilis ad omne opus. Cuius tanta erat commoditas, ut postmodum Medi, cum Asiæ imperarent, Persæq;, stola Semiramidis uterentur. Cùm uenisset in Bactriam, perspecta obsidione, tum locis, urbisq; situ, quaq; aditi posset, animaduersis, arcẽ, quia loco natura munito difficiliq; erat, & quem nullus antea tentarat accessu, custodijs uacuam conspexit, intentis omnibus, ueluti arce ab hoste tuta, ut inferiori parti campestri subsidium ferrent. Sumptis igitur qui per loca petrosa abruptaq; ascendere soliti erant, per aditum uallis præcipitem superata loci asperitate partem arcis cepit: magnoq; ad terrorem excitato tumultu, signum captæ arcis obsidentibus dedit. Qui intra urbem erant, arce amissa obstupefacti, derelictis mœnibus fuga saluti consuluerunt.

Nini exercitus aduersus Bactrianos ductus.

Bactrianæ urbes et Rex Zoroastres.

Semiramis in castra profecta.

Quomodo

QVOMODO NINVS DVXERIT VXOrem Semiramidem propter eius uirtutem. Caput III.

CApta urbe, admiratus Semiramidis uirtutem Ninus, in primis eam mul tis donis cumulauit: deinde pulchritudine eius allectus, persuadere uiro conatus est, ut illam sponte sibi uxorem condonaret, pollicitus filiam se matrimonio in eam gratiam daturum nomine Sosanem. Renuenti comminatus est ei se oculos, ni parêret, eruturum. Hoc perculsus timore, simul & amore incensus Menon, cùm laqueo uitam finisset, Semiramidem Ninus uxorem cepit. Thesauri omnes Bactrianorum, magnum auri atq; argenti pondus ad Ninum perueniunt: qui constitutis Bactrianorum rebus, exercitum dimisit. Genito q; ex Semiramide filio Ninya, excessit è uita, imperio uxori relicto. Sepultus est à Semiramide in regijs sepulchris: ingẽti mole, altitudine nouem stadiorum, latitudine, ut ait Ctesias, decem, ei constructa. Cùm urbs iuxta Euphratem sit in plano condita, conspicitur uelut arx quædam ea moles, licet multis stadijs distans: quàm nunc etiam stare dicunt, etiã post Ninum (urbem) à Medis dirutam, ubi hi Assyriorum regnum euertissent.

QVOMODO SEMIRAMIS POST MORTEM Ninisuscepto imperio multa egregia fecerit, & de ædificatione Babylonis. Cap. IIII.

Anno orbis 1959. regnare cœpit Semiramis.

Babylon ædificata.

SEmiramis, magni mulier animi, cupiens uirum rerum gloria excellere, urbem in Babylonia condere aggressa est, accersitis undique opificibus atque architectis, cæteris q; quæ ad tantam rem pertinebant paratis. Adhibuit ad id opus perficiendum ex omni regione hominum millia terdecies centena. Vrbs ab utroque latere Euphratis, ut medius interfluat, ædificata: cuius mœnia ambitu stadia trecenta & sexaginta complectebantur, frequentibus turribus ac magnis. Erat tanta operis magnificentia, ut in muri latitudine sex equorum currus unà ire possent. Altitudo incredibilis audientibus, ut Ctesias Cnidius ait: ut autem Clitarchus, & qui cum Alexandro in Asiam profecti sunt, scripsere, pedum trecentorum sexagintaquinque. Addiderunt etiam, unoquoque anni die stadium muri absolutum, ut tot sint stadiorum circuitus, quot dies annum conficiunt. Mœnia ex lateribus asphalto facta: quorum altitudo, ut Ctesias tradit, est passuum quinquaginta: ut quidam posteriores scribunt, cubitorum quinquaginta: latitudo amplior quàm qua duo currus uchentur. Turres ducentæ quinquaginta numero, quarum altitudo latitudoq; magnificentiam æquat murorum. Non est autem mirandum in tanto mœniũ ambitu paucas turres esse ædificatas. Nam cum plurimæ paludes urbem circumstent, non fuit consilium ea parte turres construere, quæ loci natura esset admodum munita. Inter murum atq; ædificia, † pomeriũ duo iugera conficiunt. Vt celerius opus consummaretur, amicis stadium perficiundum, tradita ad id impensa assignauit. His mœnib. summa cura unico anno absolutis, pontem, qua parte fluuius angustior fluebat, construxit stadiorum quinq; longitudinis, columnis in profundo summa arte inuicem pedes duodecim distantibus iactis: lapides ędificij uncis ferreis immixto iuncturis liquefacto plumbo coniunxit. Ante columnas, ad impetum aquæ scindendum, cursumq; fluuij reprimendum, firmos composuit angulos, quò ab omni aquæ undiq; circum fluentis ui tutæ essent. Pontem (is triginta pedum latitudine erat) ex cedrinis cupressiq; ac palmarum trabibus spectatæ magnitudinis cõiunxit: opus nulli arte posterius eorum quæ à Semiramide facta sunt. Ab utroq; fluminis latere murum duxit stadijs trecentis sexaginta, pari mœniũ urbis latitudine. Regias

† ὁδὸς.

gias iuxta flumen ex utroq; pontis latere duas ædificauit, quę & aspectum late urbis præberent, & essent tanquàm ciuitatis propugnacula, Euphrate per mediam urbem meridiem uersus fluente. Altera regia ad orientem, ad occidentem altera spectat, utraq; ingenti opere constructa. Nam quæ ad occidentem uergit, primùm habet ambitum stadiorum sexaginta, altis & sumptuosis mœnibus ex cocto latere constructum. Alter deinde interior est circuitus: cuius in crudis adhuc lateribus uaria animantia quæq; suo colore ad naturæ similitudinem expressa fuêre. Huius longitudo stadiorum est quadraginta, latitudo laterum trecentorum, altitudo, ut Ctesias scribit, passuum quinquaginta. Turrium altitudo ad passus septuaginta eleuatur. Est & tertius intimus circuitus, qui arcem continet, triginta stadiorum ambitu. Huius ædificij altitudo latitudoq; superat secundi muri opus. Inerant diuersorum animalium figuræ in turribus ac muris, colore quoque ac forma naturali. Erat insuper omnis generis animantium uenatio, quorum magnitudo quatuor cubitos excedebat. In his Semiramis conspiciebatur ex equo pardalim iaculata, iuxtaq; eam uir Ninus iaculo leonem feriens. Erexerat & portas tres, superq; eas uaria ex ære posita ornamenta. Hæc regia longè excellentior ea, quæ ex altera sita erat fluuij parte, fuit, tum magnitudine, tum ornatu. Illius enim muri ambitus triginta stadia ex cocto latere complectebatur. Loco animalium æneæ statuæ inerant Nini, ac Semiramidis, præfectorumq;, & Iouis insuper, quem Belum Babylonij uocant. Inerant & acies structę, uariæq; uenationes ad aspicientium uoluptatem. In loco Babyloniæ humillimo lacum quadratum effodit, cuius singula altera ex latere cocto asphaltoq; ædificauit, stadia erant ducenta, profunditas pedum triginta quinq;, ad quam flumine superinducto ab regia fossa utrinq; aditum fecit. Ex utraque uerò parte, ex cocto latere fornicibus constructis asphaltum superinduxit, ad quatuor cubitorum spissitudinẽ. Erant autem muri fossæ latitudine laterũ uiginti, altitudine supra fornices pedum duodecim. Septem diebus opere perfecto, flumen in priorem cursum restituit. Statuit autem ab utraque fossę parte portas æneas, quę usque ad Persarum regnum stetere. In urbis medio templum Ioui erexit, quem uocant Babylonij Belum, sicuti diximus. De quo cum & scriptores discordent, & opus ipsum uetustate collapsum sit, certi nihil pronunciari potest. Constat tamen ob illius mirandam altitudinem, à Chaldæis tum orientem, tum occidentem uersus astrorum in eo obseruationes factas. Id ex latere atque asphalto summa arte magnaq; impensa est constructum. In summo templi tres ingentes aureas statuas, Iouis, Iunonis, Opisq; erexit: quarum Iouis adhuc extat, longitudine pedum quadraginta, mille Babyloniorum talentorum ponderis. Opis simili pondere in sella aurea residet: ad cuius genua duo adstant leones, iuxtaq; serpentes argentei ingentis magnitudinis, ponderis quisq; est talentorum triginta. Iunonis stans signum, ponderis est talentorum octingẽtorum. Huius dextera caput serpentis tenet, sceptrum lapideum sinistra. His omnibus communis erat mensa aurea manufacta, lõgitudinis pedum quadraginta, duodecim latitudinis, ponderis talentorum quinquaginta. Duo præterea carchesia talentorum triginta erant, totidemq; thuribula, utrunque talentorum triginta. Crateres ex auro tres: quorum Ioui dicatus talenta mille & ducenta Babylonica pendebat, aliorum quisq; sexcenta: quę omnia postmodum Persarum reges diripuere. Regiæ & reliqua ornamenta tum tempore cõsumpta sunt, tum ab hominibus deleta. Ipsius quoq; Babylonis parua quędam portio superstat, maxima parte intra mœnia cultui agrorum exposita. Erat & Hortus pensilis iuxta arcem, non à Semiramide, sed à quodam Syro rege postmodum in gratiam pellicis factus. Quæ cùm Persa esset genere, cupiens in montibus uidere iuxta morem Persarum prata, uiro persuasit, ut artificio excitaret hortum, qui arboribus pratisq; patriã repræsentaret. Huius horti singula latera iugeribus

Regiæ.

Κυκλικὸν πάντοιων θηρίων.

Templum Beli.

ὁ κρεμαστὸς κῆπος.

quatuor extenduntur. Aditus ueluti in monte erat, ædificijs altero super alterum constructis, ut ex eo conspectus longè lateq; pateret. Testudines in solo positę erant, quæ totius horti pondus sustinerent: inde aliæ super alias excrescẽte semper magnitudine ædificatę. Nã superiores, in quibus horti murorum superficies continebatur, altitudine quinquaginta cubitorũ eminebãt: earum latitudo pedum erat duodecim. Muri magna impensa constructi spissitudine erant pedũ uiginti duorum. Solũ hoc modo constabat. Erant positę lapideæ trabes, longitudine pedum sedecim, sex latitudine. Super has pro pauimento stratę arundines aspalto compactæ. Desuper cocti lateres duplici ordine gypso structi, tertiò tegulæ plumbeæ, nequa humiditas ad testudines manaret. Aquarum insuper receptacula, quibus humor effflueret. In hoc pauimento congesta humus profunda, ut magnarũ arborum radicibus satis esset, hortum efficiebat, in eo proceræ omnis generis arbores aspectũ iucundũ reddebant. Lumen quoq; adeò testudines inuicem præbebant, ut in eis regia diuersoria haberent. Præterea aquæductus occultè fabricatus rigabat hortum. Et hęc horti moles postmodum facta est. Semiramis & alias urbes super Euphratem Tigrimq; fluuios ædificauit, in queis emporia cõstituit eorum quæ ex Media ac Parætacenis omniq; propinqua regione ferrentur. Post Nilum enim & Gangem, flumina totius Asiæ nobilissima, Euphrates ac Tigris ex Armenię montibus fontes habent. Distant aũt ab inuicem stadijs mille & quingentis: delatiq; per Mediã & Parætacenos descendunt in Mesopotamiã, quam undiq; circundantes, regioni nomen indiderunt. Deinde per Babyloniam fluentes, in mare rubrũ deferuntur. Flumina ingentia alueo compressa, magnæ emporia frequentantibus existunt commoditati: unde & locorũ quę iuxta aquas sunt, mercatores contingit ditissimos esse. Semiramis ex Armeniorum montibus lapidem excîdi fecit, longitudine pedum cẽtum quinquaginta, latitudine uerò spissitudineq; quatuor & uiginti. Hunc magna curruũ multitudine ad flumen delatum, nauiq; impositũ, Babyloniam detulit, inq; uia nobilissima erexit. Res mirabilis aspicientibus, quã à forma Obeliscum dicunt, inter septẽ miranda opera annumeratũ. Cùm multa sint in Babylonia aspicientibus admiratione digna, non minus mirabitur quis magnã uim qui in ea gignitur, asphalti. Tanta enim illius supereſt copia, ut non solùm satis tot tantisq; ædificijs fecerit, sed & populus licet innumerabilis eo arefacto pro lignis utat: adeò magna illius copia tanquã ex largo fonte haurientibus adest. Hunc propè fontẽ est terræ hiatus haud magnus, sed uirtute mirabili. Eijcit enim odorem sulphureum, ac grauem, qui transeuntes animantes interficit. Ita enim anhelitũ comprimit, ut spiritu intercluso, abrepta respirandi facultate mors subitò sequatur. Est & ultra flumen palus breui circumscripta loco, fumum habẽs circa solum: in quam si quis inscius ingrediatur, eueſtigiò attrahitur, nulla data regrediendi facultate. Deinde paulatim torpore quodã corporis totius in profundum delatus, mergitur, paulòq; pòst mortui corpus supernatat.

Obeliscus ingens è saxo solido.

Asphalti copia in Babylonia.

Hiatus terræ sulphur ejiciens.

DE SEMIRAMIDIS IN AEGYPTVM, AETHIOPIAM atq; Indiam expeditione. Cap. V.

HIs perfectis operibus Semiramis magno cum exercitu profecta Mediam uersus, cùm peruenisset ad montem qui † Bagistanus appellatur, is Ioui sacer est, castra posuit, hortumq; iuxta in campis patentibus, cuius ambitus stadia duodecim complectabatur, construxit, fonte ibi erecto, cuius aqua hortum rigaret. Pone hortum, saxum altitudine stadiorum decem & septem quadrauit, in inferiori eius parte suam effigiem, centumq; ei dona ferentium sculpsit. Syris in eo literis scriptum erat, Semiramidem exaggerato exsequentium iumentorum armamentis colle illo, ex campo per ea ad cacumen ascendisse. Inde profecta cum in urbem Mediæ Chaonam accessisset, animad-

† *Alijs, Magistanos.*

Hortus Semiramidis.

uersa

uersa in quodam elato campo stupẽdę altitudinis ac magnitudinis petra, hortum alterum permagnum in medio illius fecit: ubi sumptuosa uoluptatis delitiarumq; causa ędificia, ex quibus & hortum & omnem exercitum (is in campis erat) spectare posset, erexit. Hoc in loco diutius commorata est, quieti de- *Semiramidis*
litijsq; dedita. Nam alij uiro nubere noluit, uerita ne imperio priuaretur. Sed *crudelis lasciuia.*
eos ex militibus eligebat, appetebatq;, qui in castris erat forma & decore præstantes. Quos omnes postea priuabat uita. Iter deinde per Ecbatanos flexit ad † Iarcieum montem. Ad hunc multis stadijs per plura præcipitia ac conualles † Ζαρκαῖον.
erat aditus. Cupiens ergo tum immortale sui monumentum relinquere, tum breuiorem facere uiam, abscissis anfractibus, locisque concauis ad planum deductis, magno sumptu iter breuius reddidit, quod usq; ad hoc tempus Semiramidis appellatur. Ad Ecbatana inde campestrem urbem accedens, ma- *Ecbatana.*
gno sumptu regiam ædificauit. Verùm cum aqua urbs, nullis propinquis fontibus, careret, aquæductum in eam urbem admodum necessarium magna impensa laboreque perduxit. Est mons ibi propinquus stadijs duodecim, nomine Orontes, asper, & accessu difficilis: ut cuius recto itinere ascensus usque ad summum stadiorum sit uigintiquinque. Ex altera montis parte lacus magnus fluuium efficit: quem illa effosso ab radice monte in urbem induxit. Erat fossæ latitudo pedum quindecim, altitudo quadragintaquinque. His in medijs gestis, uenit in Persidem, aliaq; Asiæ quibus imperitabat loca, ibiq; montes saxaq; incidens, uiam facilem transeuntibus reddidit: & in locis planis aggeres statuens, nunc sepulchra defunctorum ducum, nunc urbes in eis ædificauit. Consueuit & aliquando in castris paruos aggeres erigere, ubi tentorium suum tendens castra despiceret. Quo factum est, ut usque ad nostram ætatem multa in Asia eiusmodi rerum uestigia perdurent, quæ opera Semiramidis uocantur. Vniuersa deinceps peragrata Aegypto, Libyaque magna ex *Semiramidis opera.*
parte in ditionem redacta, ad Iouem Ammonem transijt, scisciturus a Deo fatæ uitæ finem. Dicitur responsum ei datum, ab hominibus migraturam esse, atque à multis Asiæ gentibus immortalium honores assecuturam. Idq; fore, *Semiramis in*
cùm ei Ninus filius insidiaretur. Aethiopiam postmodum ingressa, plurimaq; *Aethiopiam*
sibi subijciens, multa in ea miranda conspexit. Ferunt in ea stagnum esse quadratum, cuius circuitus C L X. efficiat pedes: aquæ eius colorem similem mi- *progressa.*
nio, odorem suauem, neque ueteri uino dissimilem, uirtute uerò mirabili, ut quæ pota in insaniam uertens cogat occulta errata palàm fateri. Sed his haud facilè adhibetur fides. Sepulturas defunctorum Aethiopes diuersas ab reli- *Aethiopum*
quis faciunt. Salientes enim corpora, inq; uasis uitreis nuda condentes, supra *sepulcra.*
columnas ponunt. Ita per uitrum defuncti corpus aspicitur, quemadmodum scribit Herodotus: quod Cnidius Ctesias improbat. Ait enim, saliri corpora, sed nequaquam in uitro nuda condi. Vri enim, ideoque corrupta non posse speciem seruare: sed statuas aureas cauas fieri, in quibus mortuos ponant, uitro circumposito. Quo fit ut in locis superioribus sitæ, circumstante uitro, imago aurea defuncto similis reddatur aspicientibus. Et hæc ditiorum sepulchra esse affirmant. Tenuiores, argenteas imagines ponunt, inopes uerò fictiles. Vitrum abunde, cum plurimum fiat in Aethiopia, omnes habent. Mores Aethiopum, aliaque memoratu digna, paulò pòst, cum res eorum priscæ referentur, narrabimus. Constitutis Aethiopiæ Aegyptiq; rebus, Semiramis ad Bactrianos Asiæ cum exercitu descendit, maximas habens copias. Cùm diutius pacem egisset, honoris cupida excogitauit aliquod memoria dignum bellum gerere. Audiens igitur Indorum gentem maximam inter cæteras ob- *Bellum Indicũ*
bis, regionem uerò pulchram fertilemq; esse, arma in Indiam uertit. Imperabat Indis ea tempestate rex Stabrobates, maximo fultus exercitu, elephantisque plurimis bello aptis. Est India præ cæteris pulchritudine excellens, ac multis quæ illam rigent fluminibus distincta, bisq; fructus annuatim ferens.

Adeò autem omnibus exuberat ad uictum neceſſarijs, ut ſemper aſſatim inco lis fructus præbeat. Dicitur, nunquam in ea ſterilitatem eſſe, aut fructuum uaſtitatem. Eſt & incredibilis elephantorum numerus, qui uirtute & robore corporis multo Libycis præſtant. Similiter auri, argenti, ferri, æris, lapidum præterea precioſorum, cæterarumq; rerum quæ ad delicias atque opes ſpectant, ſumma copia: quæ ſingula nota Semiramidi ad bellum Indicum eius animum impulere. Videns autem quantum bellum ſuſceptum eſſet, magniſque ſibi uiribus opus eſſe, omnibus prouinciarum præfectis mandauit, ut pro magnitudine prouinciarum iuuenum optimos quoſque conſcriberent, utq; nouas armaturas pararent. Reliquis quoque edixit, ut poſt triennium in Bactris parati inſtructiq; adeſſent. Iuſſit præterea in Phœnicia, Syria, Cypro, aliiſque maritimis locis, ubi ea materia ſuppetit, naues fluminibus aptas, quæ diuidi poſſent, parari. Indus enim, magnus præ cæteris eius locis fluuijs, regnum Indorum terminans, multis tum ad tranſuehendum, tum ad prohibendos à ripa hoſtes nauigijs egebat. Et cum iuxta flumen haudquaquam materia eſſet nauibus apta, neceſſe fuit illam ex Bactris per terram uehere. Inferior uerò elephantorum apparatu, rem excogitauit qua terreret Indos, cogitantes nequaquàm extra Indiam elephantos eſſe. Occiſis igitur trecentis bouum millibus, carnes operarijs conceſſit, coria inſui fecit elephantorum inſtar: quæ poſtmodum fœno referta, ueri elephanti ſpeciem præ ſe ferebant. Intus hominem, camelumq;, ſuper quo ſedens formam beluæ duceret, incluſit. Hæc in loco ſemoto occluſoque acta, ne qua exterius emanare poſſent, utque Indi improuiſa re perculſi, ueras beſtias exiſtimarent. His biennio confectis, tertio copias omneis in Bactris coëgit. Fuit peditum numerus, ut Cteſias tradit, ter decies centena millia, equitum millia quingenta, currus ad millia centum. Erant totidem numero homines ſuper camelos, cum gladijs cubitorum quatuor. Naues diuiſæ ad duo millia: quas unà, & elephãtorum ſimulacra, cameli deferebant. Aſſuefecit autem equos, ne eis ſimulacris terrerentur. Quod & Perſeus Macedonum rex multis pòſt annis in eo bello imitatus eſt, quod cum eo Romani elephantos habentes Libycos geſſere. Verùm neque illi in bello, neque Semiramidi profuerunt. Audita rex Indorum tum exercitus magnitudine, tum ingenti apparatu belli, conatus eſt excedere Semiramidis uires. Et primùm ex arundinibus nauigia confecit ad quatuor millia fluuio accommodata. Ferunt enim Indiæ tum flumina, tum loca paluſtria, arundinum copiam ita craſſarum, ut nequaquàm ea ulnis homines amplecti queant. Ex his naues optimæ fiunt, propter arundinum robur. Armorum quoque omnis generis copiam parauit, ex uniuerſa India accitis maioribus quàm quæ erant Semiramidis copijs. Elephantorumq; ſylueſtrium uenatione facta, plurimos ad bellum inſtruxit, ut terrorem aſpicientibus inijcerent. Omnibus, quæ belli uſus poſcit, præparatis, nuncijs ad Semiramidem iam approquantem miſſis, reprehendit eius ambitionem, quòd nulla iniuria lacesſita bellum ſibi inferret. Multisq; uerbis eam per literas incuſans, deosq; inuocans, teſtes, minatus eſt, ſi acie uicta eſſet, ſe illam cruci affixurum. Lecta epiſtola ridens Semiramis, Non uerbis, ſed uirtute certandum eſſe reſpondit. Deinde ad Indum ubi peruenit, inuenta regis claſſe ad certamen parata, & ipſa ſuas naues electis militibus inſtruxit. Ibi durum certamen commiſſum eſt, ac diutius magnis utrinque uiribus pugnatum. Tandem ſuperata Indorum claſſe, qua in pugna ad mille naues ſubmerſæ ſunt, multiq; mortales capti, pontem, quò facilior eſſet tranſitus, ſupra flumen conſtruxit: præſidioq; ab utroque latere impoſito, omneis copias traduxit, inſulas quoq; ac urbes in flumine ſitas cepit, ad centum millia hominum in ſeruitutem redactis. Claſſe amiſſa Indorum rex ſimulans ſuas copias procul à flumine retro abduxit: ut hoſtes

Exercitus Semiramidis contra Indos.

Indi Regis copiæ.

Ἐπὶ τοῦτον ὁρμήσαντος, ἐφασκε, τὸν Ἰνδῶν βασιλέα τῇ παρασκευῇ τῶν πόλεμον ἀντιλαβὼν ἀρίστης.

hostes id formidine factum rati, fluuium transirent. Quo cognito Semiramis cum ex uoto res cederet, parte copiarũ ad pontis custodiã relicta, Indos cùm reliquo exercitu persecuta est. Præcedebant elephantorum simulacra, quò regij exploratores elephantorum apparatu conspecto regi metum iniicerent. Verùm ea simulatio haud diutius latuit. Nam admirantibus Indis unde tanta illi elephantorum copia suppeteret, quidam ex Semiramidis exercitu nocte capti rem prodidêre. Quapropter cõfisus suis uiribus rex, fictionem elephantorum prædicens, ut sublato metu acrius pugnam inirent, copias omneis aduersus Assyrios eduxit. Instructa acie Semiramis quoque proficiscebatur. Appropinquantibus exercitibus, rex equites ac currus in prima acie ante phalangem destinauit. Semiramis simulatis elephantis aduersus equites præmissis, initoq; certamine regios equites fudit. Assueti enim ueris elephantis equi, noua forma olfactuq; insueto turbati sunt. Itaque pars in hostes equorum impetu, pars in alia loca defertur. Semiramis cum electis militibus uictoriam secuta, in primis pugnans, Indos in fugam uertebat. Quibus ad phalangem recipientibus, Stabrobates haud ea re perculsus, aciem peditum præcedẽtibus elephantis promouit. Ipse in dextro cornu pugnans, superq; ualidum elephantem insidens, aduersus reginam uirili animo proficiscitur, casu eodem in cornu pugnantem. Veri eleganti contra simulatos ibant, neq; pari robore pugnabatur. Superiores erant regij, magnamq; edebant Assyriorum cædem, partim qui elephantorum pedibus conterrerentur, partim qui interirent aut lacerati dentibus, aut proboscide absumpti. Cùm magnus interfectorum alterius super alterum cadentium cumulus fieret, timorq; ac terror omnia complesset, nulli iam ordinem seruabant. Ita omnibus fermè Assyrijs ad fugam intentis, rex Semiramidi casu obuius primùm sagitta brachium eius, deinde iaculo humerum sauciauit. Regina haudquaquam uulnere (leue enim erat) exterrita, cùm equum ascendisset, belua insequente fermè capta est. Omnes in fugam uersi, ad naues tendunt. Insequentibus Indis magna cædes facta est per loca tantæ multitudini angusta, cùm equitibus peditibusq; qui ad pontem tendebant, immixtis, alter alteri impedimento esset, ut neque fugæ, neque salutis ullus daretur locus, sed ipsi suomet tumultu oppressi interirent. multi ex utroq; pontis latere præ fugientium multitudine in aquam præcipitati sunt. Semiramis, cùm maior eorum pars qui bello superfuerant, flumen transissent, pontem (is super naues fabricatus erat) discidit. Naues in plures partes diuisæ, delatæq; per flumen, in diuersa loca applicuere, multis Indorum qui illas insequendo ascenderant, ui fluminis submersis. Rex multis prodigijs augurumque responsis monitus ne flumen transiret, finem persequendi fecit. Semiramis permutatis captiuis in Bactrianos reuersa, maiorem exercitus partem dimisit. Paulò pòst detectis quas ei Ninus per eunuchum parauerat insidijs, omniq; iniuria iuxta Ammonis responsum remissa, cum omnibus filio ut regi parêrent præfectis mandasset, euestigiò euanuit, ad deos, iuxta oraculi responsum, ut creditum est, translata. Quidam fabulantur, illam in columbam fuisse conuersam: compluribus enim auibus domum ingressis, & illam cùm reliquis auolasse uolunt. Quo factum est, ut Syrij columbam ut deam colant, immortalem reginam arbitrati. Imperitauit uniuersæ Asiæ præter Indos. Vixit annos, quemadmodum Ctesias Cnidius scripsit, duos & sexaginta, quadraginta duos regnauit. Athenæus autem, nonnullíq; alij scriptores asserunt, Semiramidem, cùm pulchra decoraq; forma esset, à rege Assyriorum præter modum dilectam: cuius modestia admodum laudata. Cùm eius uitæ integritas uulgata admodum foret, persuasisse uiro tradunt; ut quinque dies se solam regnare pateretur. Quo impetrato, sceptro regni stolaq; regia sumptis, prima die splendidũ conuiuium feciſſe, inq; eo omnes duces principesq;

Semiramidis interitus.

adegisse ut sibi ueluti reginæ parerent. Secunda die, cum populares primarijque se tanquam reginam colerent, uiro in carcerem truso, magnoque animo cum cepisset regnum, ad senium usque, multis à se præclarè magnificeque gestis, tenuisse.

DE SVCCESSORIBVS SEMIRAMIDIS, deq; Regum Babyloniæ delitijs, & ocio.

Cap. VI.

Ninyas.

HAec de Semiramide à diuersis authoribus traduntur. Post eius obitum sumpto regno Ninyas Nini & Semiramidis filius pacem cum singulis egit, nequaquàm matrem imitatus: sed omne uitæ tempus reclusus in regia, conspectumq; hominum uitans, inter pelices & eunuchos ocium & delicias securus traduxit. Existimabat enim, incommoda omnia uitare, in continuis uersari uoluptatibus, uacuum esse curis, summam in rege felicitatem esse. Ad securitatem imperij, ut à subditis timeretur, annuatum certum militum indicebat numerum, ac eorum ducē singulis prouincijs imperabat. Exercitus cùm extra urbem conuenisset, ducem cuique nationi prudentissimum eorum qui secum erant constituebat. Acto anno copias, remisso domum priori milite, rursus à prouincijs petebat. Quo fiebat ut & subditi promptius imperata facerent, cum semper timor militum sub dio agentium immineret: & si qui forte desciscerent, timore pœnæ quam primùm dicto parentes essent. Annuam uerò militum mutationem ad id conferre existimauit, ut parua temporis consuetudine nulla inter eos amicitia contracta, neque duces, neq; cæteri aduersus regem conspirarent. Diutina enim militia tum milites robustiores, tum duces prudentiores solet efficere: quæ res sæpius magnas facultates ad desciscendum à principibus præbuit. Vita uerò principis exterioribus ignota, uoluptates eorum occultas reddit, & tanquam inuisibilem Deum ne uerbo quidem quis blasphemare principem præ timore audet. Hoc pacto duces exercitus, prouinciarum præsides, domesticarum rerum curatores, iudices insuper singularum gentium, aliaq; pro regni cura disponens, uitam agebat. Similiter & cæteri reges ad Sardanapalum usq; triginta regnum tenuere. cuius tempore Assyriorum imperium, quod annis mille trecentis sexaginta perseuerauit, quemadmodum Ctesias secundo libro tradit, ad Medos transijt. Nomina regum, quantoq; quisque regnauerit tempore, cùm nil memoria dignum egerint, nequaquàm scribit. Solùm memoratur auxilium Troianis ab Assyrijs missum. Dux præsidij Memnon, Tithoni filius fuit. Theutamo enim in Asia regnāte, qui uigesimus à Nino atq; Semiramide descendit, Agamemnonem tradunt aduersus Troiam cum Græcis bellum mouisse, cùm Assyrij amplius mille annis Asiæ imperassent. Cùm uerò Priamus bello oppressus, ab rege Theutamo præsidium, utpote Assyrijs subditus, per legatos postulasset, ille decem millia Aethiopū, totidemq; Susianos cum ducentis curribus duce Memnone ad Troiam misit. Erat tunc Tithonus præfectus Persarum, acceptus maximè regi. Memnon uerò ætate florens, ac animi corporisq; præstans uiribus, maximè ea tempestate uigebat. Aedificasse eum ferunt in Susis loco excelso regiam, quæ usq; ad Persarum imperium permansit, Memnonia ab illo denominata. Strauit & uiam publicam in ea regione, quæ adhuc Memnonia uocatur. Asserunt qui sunt in Aegypto Aethiopes, Memnona eis in locis natum ostendentes antiquam illius regiam, quam nunc etiam Memnoniam dicunt. Sed constat illum Troianis cum uiginti peditum millibus, curribus ducentis, præsidio fuisse, multosq; Græcos pugnantem occidisse: tandem per insidias à Thessalis interfectum: corpus eius ab Aethiopibus ereptum, crematumq; fuisse, ossaq; eius ad Tithonum delata. Hęc de Memnone in scriptis regijs barbari tradunt contineri.

Quomodo in motu & officio suos continuerit Ninyas.

Regum Aegypti qui Ninyā secuti sunt, uitæ ratio.

Memnon.

Quomodo

QVOMODO SARDANAPALVS VLTIMVS ASsyriorum rex propter uoluptates regno ab Arbace Medo priuatus fuerit. Cap. VII.

Tonos concoleros.

SArdanapalus à Nino trigesimus rex, ultimus uerò Assyriorum, excessit omnes superiores luxuria atque ignauia. Nam præterquàm quòd à nullis exterius conspiciebatur, uitam muliebrem duxit, cùm pellicibus uesteretum purpurea indutus, tum molli lana contexta. Stola insuper muliebri faciem totumque corpus in modum meretricis fuco componens, ultra luxum muliebrem lasciuiebat: uocem fœmineam loquendo imitatus. Non solum cibum potumq; qui uoluptatem præberent continuò appetebat, sed luxuriæ quoq; deditus, nunc uiri, nunc mulieris uice abutebatur, omni posthabita sexus ac pudoris cura. Adeò uerò delitiæ, turpis uoluptas, incontinentiaq; in eo uiguere, ut successoribus post obitum suum in sepulchro inscribi barbarica lingua mandarit, quòd postmodum Græcus interpretatus est: Hæc habeo quæ comedi, & quæ cum amore & uoluptate percepi. Illa plurima & præcipua relicta sunt. Vita in hunc modum turpiter exacta, imperium Assyriorum, quòd diutius perseuerârat, euertit. Arbaces quidam genere Medus, uirtute & animi magnitudine præclarus, dux erat copiarum quæ singulis annis in Ninum à Medis destinabantur. Contracta hic amicitia cum Babyloniorum duce nomine Belese, hortatus est ab eo ut principatum Assyriorum deleret. Erat enim insignis inter sacerdotes, quos Babylonij Chaldæos uocant, peritus Astrologiæ diuinationisq;, qui multis prædixerat quæ erant proculdubio futura. Hic Arbaci cum amicus esset, eum imperio omnium potiturum prædixit, quibus Sardanapalus regnaret. Laudato uiro, satrapam se illum Babyloniorum, si uera prædiceret, facturum promisit. Ipse tanquàm Dei uocibus in spem elatus, eum præ reliquis ducibus, tum benignè alloquendo, tum beneficijs ad suam beneuolentiam attraxit. Cupiens autem regem eius uitam inspicere, data uni ex eunuchis aurea phiala, ad Sardanapalum introductus est. Conspecta regis mollitie & muliebri apparatu, illum ut nullius rei hominem despexit: magisq; in spem incubuit à Chaldæo datam, inita cum Belese societate, ut ipse Medos ad imperium, Persas ad defectionem solicitaret, ille uerò Babylonios barbarorumq; ducem sibi amicum ad communionem consiliorum impelleret. Cùm tempus missionis exercitus aduenisset, de more in patriam dimissi sunt cæteri. Arbaces ad Medos reuersus, illis persuasit ut pro imperio, Persis ut pro libertate sumerent arma. Similiter & Belesis Babylonios impulit ad libertatem: & ad Arabes legatis missis, præfectum eorum sibi familiarem ad societatem consiliorum hortatus est. Acto anno ad Ninum conuenere omnes, succedere se de more cæteris simulantes: re autem uera ut imperium Sardanapalo auferrent. Erant quatuor gentes quæ in unum conuenerant, numero millia hominum quadringenta, muniti castris, ac de rebus communibus consultantes. Cognita defectione Sardanapalus, aliarum nationum exercitum aduersus desciscentes ducens, commisso certamine hostes superat: profligati ad montes confugiunt, stadijs à Nino distantes septuaginta: quibus, cùm denuò ad campos fortunam experturi descendissent, Sardanapalus cum omnibus copijs occurrit. Instructa acie, per præconem, ei qui Arbacem aut Babylonium Belesem occidisset, talenta auri ducenta: qui uiuos tradidisset, duplex præmium, ac Mediæ præfecturam pollicitus est. Verùm nullum ea præmia mouerunt. Commisso certamine multi ex hostibus occubuere, reliquos Sardanapalus usq; ad castra in montibus sita persequit. Qui cum Arbace erant, aduersis prælijs pauentes, initio quid uictis agendum esset consultant: maior pars in patriam cuiq; redeundum, ibi præoccupãda munita loca, alios

Regnare cœpit anno mundi. 3126.

Epitaphium Sardanapali.

Arbacis & Belochi cõspiratio contra Sardanapalũ.

ca, alios in societatem belli uocandos, necessaria ad bellum paranda esse censebat. Belesis Babylonius asserens deos multis cum laboribus periculisque uictoriam polliceri, persuasit ut in bello perseuerarent. Commissa igitur rursus pugna, rex superior fuit: castrisq; hostium potitus, usque ad Babylonios insecutus est. In eo certamine Arbaces uiriliter pugnans, multis prostratis Assyrijs uulnus accepit. Tot aduersis prælijs, eorum qui defciuerant: icti duces, cum domum abire decreuissent, Belesis sub dio pernoctans, ex astrorum obseruatione recedere uolentibus prædixit, paucos post dies ultro illis auxilia aduentura, resq; eorum in melius cessuras esse. Hæc astris significare deos. Suadere igitur se, ut suæ arti fidentes, parumper deorum beneficia expectarent. Huic exhortationi parentibus ducibus, promissumq; expectantibus tempus, nunciatum est, Bactrianorum exercitū ad regem mitti, propinquumque esse, magnis itineribus proficiscentem. Visum est igitur Arbaci, reliquisque, cum expeditis militibus obuiam proficisci, ut aut defectionem persuaderent Bactrianis, aut ad id armis cogerent. Primùm duces, tum reliqui libertatem asserentes, copijs cæterorum sese addiderunt. Hæc Sardanapalus ignorans, memor superioris fortunæ, ad hilaritatem profusus, epulas militibus ex sacris, uinumq; abundè præbuit, aliaq; epulis accommodata. His intentis Assyrijs, Arbaces qui per transfugas hostium in castris negligentiam, ut qui uino ciboque grauati, somno quietiq; indulgerent, norat, noctu castra hostium expugnauit, acie instructi incompositos, parati imparatos adorti, multis interfectis reliquos in urbem compulêre. Sardanapalus cum exercitui ducem præfecisset Salamenum uxoris fratrem, urbis curam custodiendæ sumpsit. Hostes in locis patentibus iuxta urbem duobus prælijs copias regias fudūt: interfecto q; Salameno, reliquos persequentes, partim in fuga cædunt, partim in flumen Euphratem præcipites agunt: paucis qui cædi superfuerant, in urbem compulsis. Adeo ingens numerus occisorum fuit, ut fluuius redundante hominum sanguine colorem mutarit. Obsesso in urbe rege, multæ nationes, libertatis cupidine ad Arbacem defecerunt. Rex magno in discrimine regnum uersari uidens, filios tres, duasq; filias cum magna auri argentiq; copia in Paphlagoniam ad Cottum præsidem misit, ducum omnium sibi acceptissimum: tum per epistolas reliquorum qui non defecerant, auxilia accersit, ad ferendam obsidionem paratus. Erat enim responsum progenitoribus datum, nunquam Ninum capi posse, nisi cum fluuius urbi hostis fieret.

Mars communis. Itaq; antea uicti, redintegratis prælijs uictoria potiuntur.

Niniue obsessa.

Quod nunquam futurum ratus, spem ceperat obsidionis ferendæ, & simul futura auxilia expectabant. Hostes urbem, quam propter mœnium altitudinem expugnare nequibant, obsedêre. Nondum enim catapultæ, neque uinearum, neq; arietis quo muri urbium deijciuntur, usus erat. Iis qui in urbe erāt, omnes ad uictum, res & obsidionem tolerandam necessariæ, regis cura ad id antea impensa supererant. Cùm duobus annis obsidio perseuerasset, per summum ocium obsessorum, tertiò continuis imbribus excrescens supra modum fluuius, cum partem urbis inundasset, muros deiecit ad stadia uiginti. Hic rex existimans tempus oraculi aduenisse, desperata salute, ne in hostium potestatem peruenirent, pyram in regia ingentem extruxit: superq; eam auro argentoq; omni, ueste insuper regia impositis, uxoribus quoque atque eunuchis in medio pyræ reclusis, se cremandum una cum his in ignem iniecit. Hostes audita regis morte, urbem per eam quæ ab oraculo prædicta erat muri partem ingressi, Arbacem regia stola indutum, regem appellarunt, omnium ei rerum potestate permissa. Sumpto imperio Arbaces, cum belli socijs pro cuiusque meritis dona impenderet, prouinciarum quoque præsides pronunciauit. Babylonius Belesis, qui futurum imperium prædixerat, admonens præmissorū, præfecturam Babyloniæ obtinuit: & simul testatus est, uotum se Belo, dum

Interitus Sardanapali.

in du-

in dubio res esset, feciſſe uicto Sardanapalo, regiaqúe incenſa, cineres ſe ex ea Babyloniam delaturum: ac pone templum Dei aggerem erectum, qui ab omnibus per Euphratem nauigantibus conſpiceretur, perpetuum monumentum regni Aſſyriorum deleti. Hoc petijt ſuaſore eunucho quodam, à quo argentum aurumq; ad ſe delatum occultum tenuit. Quod ignorans Arbaces, (exiſtimabat enim, omnia igni una cum Sardanapalo abſumpta eſſe) deferri Babyloniam cineres permiſit, urbi immunitate conceſſa. Beleſis paratis nauigijs una cum cineribus Babyloniam uim magnam auri argentiq; deſtinauit, Quæ re ad regem delata, iudices eius criminis dati ſunt ex his qui una cum eo fuerãt uictores. Cùm Beleſis factum confiteretur, iudices eum capite damnarunt. Rex, magni uir animi, uolens regni principia humanitate ac clementia firmiora reddere, non ſolum Beleſi pœnam remiſit, ſed & aſportatum aurum argentumq; condonans, prefecturam Babyloniorum à principio conceſſam, habere iuſſit, aſſerens maiora illius erga ſe beneficia, quàm iniurias eſſe. Hac uulgata clementia, non ſolum beneuolentiam ſingulorum, ſed & gloriam aſſecutus eſt, cẽſentibus omnibus illum imperio dignum, qui ita ignoſceret delinquentibus. Arbaces ſuis bonis ciuibus conceſſis, urbem à ſolo euertit: aurum argentumq; omne (nam ad multa talenta ex incendio extulerat) detulit in Ecbatana Mediæ urbem. Hoc pacto Aſſyriorum imperium, quod ad trigeſimam prolem à Nino peruenerat, annosq; plus mille & quadringentos duraſſe uerat, ad Medos tranſijt.

Arbacis clẽmentia.

DE CHALDAEIS, ET DE OBSERVATIONE Aſtrorum. Cap. VIII.

NVnc æquum uidetur, quo nil memoratu dignum omittamus, de his qui Chaldæi apud Babylonios uocantur, referre Chaldæi Babyloniorum antiquiſſimi, eum locum in ſua repub. quem in Aegypto ſacerdotes obtinuere. Ad cultum enim deorum deputati, per omnem uitam philoſophantur, peritiſſimi aſtrologiæ habiti. Multi diuinatione quadam futura prædicebant, actum augurijs, tum ſacris, tum alijs quibuſdam incantationibus & mala auertere ab hominibus, & bona afferre, auguria inſuper ſomniaq; & prodigia interpretari conſueuêre. Eorum præterea quæ ad ſacra ſpeculanda pertinent, peritiſſimi. Non enim quemadmodum Græci, horum omnium doctrinam percipiunt. Nam pueri à patribus progeniem ſecuti eam diſcunt philoſophiam, omni aliarum rerum cura poſthabita. Ita, tum quia à teneris annis in ea doctrina eruditur, tum quia diutius in illa perſeuerant, doctiſſimi euadunt.

Chaldæorum apud Babylonios dignitas, doctrina, inſtitutio.

Apud Græcos ut plurimum tardè ad philoſophiam accedunt, paulumqúe in ea immorati, ad quæſtum uertuntur. Pauci admodum in ea immorantur perdiſcenda, lucri gratia ad alia exercitia uerſi. Non enim de more imitantur parentum doctrinam, ſed ipſi ſua ſponte uarijs ſtudijs arbitrio ſuo incumbunt. At barbari in ſuſcepto exercitio ſemper immorantur, Græci uerò lucri gratia nouis ſemper opinionibus incumbentes, deqúe maximis diſciplinis inter ſe altercantes, incertos diſcipulos reddunt, animumqúe eorum per omnem uitam dubium, nulla certa ſententia, errare compellunt. Ita ſi quis præclariſſimorum philoſophorum diligenter ſectas exquirat, repugnantes admodum, maximisq; de rebus inuicem contrarias comperiat. Igitur Chaldæi mundum ſempiternum eſſe aiunt, neque principium habuiſſe, neque ſortiturum eſſe finem. Vniuerſorum ordinem atque ornatum diuina quadam prouidentia factum. Cœleſtia omnia non caſu, aut ſua ſponte, ſed determinato quodam firmoq; deorum nutu iudicioq; eſſe perfecta. Aſtrorum, longa obſeruatione curſum naturamq; diligentiſſimè ſcrutati, multa futura hominibus prædicunt.

Græcorum & Chaldæorum ſtudia qualia.

Doctrina Chaldæorum.

Planetæ. Maximam uerò uim ac motum quinq; astrorum qui Planetæ appellantur, interpretes illi, & eius præsertim qui à Græci Saturnus dicitur esse affirmãt. Clarissimum uerò, & cuius maxima sit uirtus, Solem dicunt. Reliquos quatuor eo nomine quo & nostri Astrologi appellãt, Martem, Venerem, Mercurium, Iouem. Mercurios illos propterea uocant, quòd cũ alijs astris haudquaquam errantibus, sed motum ordinatum habentibus isti soli proprium cursum sor-
Astrologia. titi, futura ostendant, tanquam deorum interpretes uoluntatis. Nam tum ortu, tum occasu, tum colore significare rectè aduertentibus futura testantur. Aliquando uerò uentis, quandoq; imbribus, tum æstu, nonnunquam cometis, Solis & Lunæ eclipsi, hiatu terræ multis denicq; signis, quæ prosint, queue obsint, non solum gentibus ac locis, sed regibus & priuatis personis ostendunt.
Dij consulto res. Sub horum cursu esse astra triginta, quæ deos consultores appellant: & horũ dimidiam partem supra, reliquam subtus terram ferri, tum quæ apud homines accidunt, tum quæ à cœlestibus eueniunt, spectantia. Diebus autem decem ex superioribus unum ad inferiora ueluti astrorum nuncium, alterũ rursus ab inferioribus ad supera mitti. Et hunc esse eorum præscriptum motum circuitu sempiterno. Deorum præcipuos duodecim asserunt esse numero, quorum cuicq; mensem, & unum ex signis Zodiaci tribuunt, percq; ea solem ac lunam reliquosq; planetas quinq; efficere motum suum. Solem anno, lunam mense uno proprios cursus peragere. Planetarum autem unumquemq; suum motum diuersis consummare, tum uelocitate, tum tempore. Hos aiunt planetas plurimum in generatione conferre ad uel bona uel mala consequenda: percq; eorum naturam atq; aspectum maximè cognosci quæ sint hominibus euentura. Multa quoque prædixere tum alijs, tum etiam regibus, præsertim Alexandro, cùm esset cum Dario pugnaturus: postmodum Antigono, Nicanori, Seleuco. Prædicunt etiam idiotis futura ita euidenter, ut mirum, & ultra hominum ingenia esse putetur. Vigintiquatuor præterea astra præter Zodiaci circulum annumerant, quorum duodecim uersus Boream, duodecim ad Notum uergant. Et hæc quidem uideri, quæ attribuunt uiuentibus: alia uerò non apparere, & defunctis adesse putant: quæ iudices uniuersorum appellant. His omnibus inferiorem lunam ferri propius terram dicunt: quæ breui tempore efficiat cursum suum, non quidem propter uelocitatem motus, sed propter circuli breuitatem. Quòd uerò lumen à sole habeat, quodq; propter terræ umbram obscuretur, sentiunt cum Græcis. De solis defectione uaria sentientes, neque de ea suam sententiam afferre audent, neq; tempus prædicere. De terra priuatas sententias afferunt, asserentes scaphæ similem, & concauam esse: multaq; de hac, deq; reliquis quæ in orbe sunt, persuadere nituntur: de quibus alienum ab historia est singulatim referre. Hoc autem concedunt omnes, Chaldæos Astrologiæ ultra cæteros, cũ diutius in ea uersati sint, esse peritos. Numerum annorum quibus se huiusmodi astrorum doctrinæ uacasse affirmant, haud facilè quis crediderit. nam quadringẽta tria annorum millia annumerant usq; ad Alexandri ascensum, ex quo astrorum obseruationes ab se cœptas dicunt. Et de Chaldæis hactenus. Nunc eò unde digressi sumus, redeat oratio.

DE REGIBVS MEDIS, ET QVOMODO *de eis dissentiant scriptores.* Caput IX.

Herodoti de Medorum regno historia. QVoniam scriptores plurimi de Medorum imperio dissentiunt, haud abre erit ueritatẽ historię exquirenti, in quib. differãt referre. Herodotus, q Xerxis tẽpore uiguit, Assyriorũ regnũ, q annis antea qngẽtis Asię imperitauerãt, scribit à Medis euersum: deinceps multò tẽpore nullũ fuisse regẽ qui omnibus

bus imperaret: ciuitates singulas populari imperio usas, absque regibus uixisse. Tandem plures post annos electum à Medis regem, iustitia insignem, nomine Cyaxarem, qui propinquis populis in Medorum societatem adductis, dux omnium creatus est. Tum posteri eius susceptum imperium propagarunt usque ad Astyagem, quem Cyrus Persæque deuicerunt. de quibus, nunc paucis contenti, postmodum suo tempore diligentius trademus. Secundo septimę ac decimæ Olympiadis anno factus est Medorum rex Cyaxares, secundum Herodotum. Ctesias Cnidius post Herodotum, qui cum Artaxerxe aduersus Cyrum fratrem eius militans captus est, obq; artem medicinæ annis decem & septem cum rege summo cum honore fuit, ex annalibus regum in quibus prisca Persarum gesta obseruata consuetudine scripta erant, certam à se compertam historiam ad Græcos attulisse affirmat. Is tradit, post deletum Assyriorum regnum Medos imperio Asiæ potitos fuisse, Arbace regnante: qui cum Sardanapalum bello (ut dictum est) superasset, regnasseteque duodetriginta annos, Mandauces filius imperium suscepit, qui Asiæ imperauit annos quinquaginta. Post hunc annos trigínta regnasse Sosarmum, quinquaginta Artycam, Arbianem duos & uiginti, quadraginta Arsæum, qui bello maximo cum Cadusijs gesto, superatus sit. Eius rei causa traditur fuisse Parsodes Persa, ui, fortitudine ac prudentia multisq; præterea uirtutibus memorabilis, qui regi apprimè charus, cùm magna esset authoritate apud eos qui præcipui apud regem habebantur, ex quodam iudicio infensus regi, cùm tribus millibus peditum, equitibus mille ad Caduſios aufugit. A' quibus susceptus sororem despondit uni qui cæteris eo tempore potentia præstabat: cumq; iam à rege apertè defecisset, suasit Caduſijs omnibus ut se in libertatem uindicarent. Dux ipse belli ob uirtutem creatus, exercitum maximum ad ducenta hominum millia coëgit: castrisque in finibus Caduſiorum positis, Arsæum Medorum ducem aduersus se cum octingentis millibus hominum profectum, pugna ita superauit. Ad quingenta millia interfectis, reliquos abegit extra caduſiorum fines. Hac uictoria insignis, è Caduſijs rex creatus, in Mediam transijt: omniq; prouincia uastata, magnam gloriam assecutus est. Vergens in senium, cum instaret uitæ finis, execratus est successores qui odium inimicitiamque inter Caduſios ac Medos delerent: qui pacem procuraret, exilio multaretur, siue progenies sua, seu Caduſius esset. Quapropter Caduſij semper Medis hostes extitêre, nunquam illorum regibus subditi, usque ad Cyrum Persarum regem. Post Arsæi obitum in Medis regnauit Artynes annis duobus & uiginti, Artabanus quadraginta. Post hunc Parthi à Medis deficientes, cùm patriam urbemq; Sacis tradidissent, magnum bellum inter Sacas Medosq;, quod annis duobus magnis utrinque cladibus gestum est excitarunt. Pax tandem constituta, ut Parthi subijcerentur Medis, Sacæ Mediq; amici socijq; inuicem perpetuò essent. Sacarum tum regina erat mulier, Zarina nomine, bellorum appetens: audacia quoque & rebus gestis cæteris fœminis inter Sacas longè præstantior. Habet ea regio mulieres robustas, quę uiros appetunt præsertim belli gloria illustres. Fertur hæc tum pulchritudine, tum consilio prudentiaque mirabilis extitisse, propinquasque gentes barbaras superbia elatas, ac Sacis imperantes expugnasse, maioremque eius regionis partem ad mitiorem traduxisse uitam. Multas insuper condidisse urbes, quas reddiderit cæteris uicinis gentibus feliciores. Post eius obitum, memores beneficiorum eius uirtutisque subditi, sepulchrum ei construxêre, omnium quæ apud ipsos erant magnificentissimum. Pyramis ea fuit triangularis, cuius latus quodque tribus stadijs protendebatur: altitudo stadij erat unius, uertice in arctum constricto. Addiderunt sepulchro auream statuam instar colossi, honores insuper heroicos: aliaque ad sepulchri magnificentiam impenderunt, quæ suis maioribus consueuerunt largiri.

Cyaxares.

Astyages materni Cyri auus.

Ctesiæ sententia.

Arsæus.

Parsodes.

Zarina Sacarum regina.

Astibara

Astibara Medorum rege in Ecbatanis ob senectam defuncto, filius Apanda
Astyages. regnum cepit à Græcis Astyages nominatus, quo à Cyro rege Persarum deuicto, Medorum regnum ad Persas transijt: de quibus suo loco scribemus. De Assyriorum Medorumque imperio, deque his in quibus dissentiunt scriptores, satis dictum putamus. Nunc ad Indos, eaque quæ de his traduntur: transeundum.

DESCRIPTIO INDIAE, ET DE IIS QVAE *in ea fiunt, deq; Indorum moribus & institutis.* Cap. X.

India Chorographia. INdia in quatuor latera distincta est. Quod ad Orientem, quodue ad meridiem uergit, magnum mare circundat. Quod arctos spectat, Hæmodus mons ab ea Scythia quam habitant hi qui appellantur Sacæ, diuidit. Quartum, quod est ad occidentem, fluuius Indus terminat, omnium ferè post Nilum maximus. Magnitudinem Indiæ ab oriente ad occasum scribunt stadiorum uigintiocto millium, à septentrione ad meridiem millium duorum ac triginta. Hæc tanta Indiæ magnitudo circulo æstiui tropici uidetur subiecta. In multis Indiæ locis aiunt erectum lignum nullam à sole umbram reddere: nocte Arctos non uideri. In ultimis uerò minimè aspici Arcturum: quo in loco umbras uersus meridiem inclinare dicunt. India multos montes ac magnos continet, arboribus omnis generis oppletos. Campos insuper plurimos, maximosque, fructibus uberes, pulchritudine egregios. Diuisa est fluminum multitudine, agros plurifariam rigantium. Hanc ob rem bis in
Fertilitas. anno præbet fructus: animantia uarij generis producit præ cæteris magna, ac
Animalia. robusta, partim terrestria, partim uolantia. Elephantes insuper plurimos maximosque, qui Libycos robore excellant. Vtuntur his, quos uenatione abundè capiunt, in prælijs: multumque ad uictoriam conferunt. Homines quo-
Indi quales. que fert proceros ac ualidos, & artificio accommodatos: ut qui aërem purum ducant, & aquam bibant salubrem. Terra & domesticis fructibus opu-
Metalla. lenta est, & uarijs multiplicibusq; metallis fœcunda. Nascitur in ea ingens argenti auriq; uis: non parum quoque æris, ferriq;, & orichalci. Multa insuper ad cultum utilitatemq; uitæ, & belli apparatum. Præterea inter alias segetes fit apud Indos plurimum millij ac leguminum, agros aqua fluminum irrigante. Oryza quoque, & quod appellant bosphorum, multaq; alia ad cibum uti-
Copia frugũ. lia. Plures insuper fructus ad animantium nutrimenta: quæ longum esset recensere. Ob hanc causam affirmant nunquam Indiam fame aut rerum inopia premi. Nam cum bis annis singulis segetes ferat, hunc quidem hyeme, quo tempore alij rixum serunt, percipiunt alterum æstate, cum oryza, sesamus, bosphorus, milium seruntur. Quo accidit, ut præcipua sit apud Indos ubertas: cùm & sua sponte nascantur fructus, & palustres dulcedine præcipua radices magnam copiam uictui hominum præbeant. Omnis enim ferè campestris regio dulcem tum à fluminibus humorem suscipit, tum à pluuia, quę certo anni tempore fieri æstate consueuit. Sunt radices quoque palustres æstu decoctæ, sed magnarum præcipuè arundinum, dulces. Confert etiam ad Indorum fertilitatem consuetudo quæ in bellis seruatur. Nam apud cæteras gentes ho-
Bellorũ ratio. stes bellorum tempore regiones spoliant, uastantq;, neque agros coli sinunt.
Agricolæ indemnes apud Indos. apud Indos uerò belli tempestate in campis opus rusticum exercent absque cura agricolæ, procul ab omni discrimine belli. Hostes in prælijs mutua cæde grassantur: agricolis nulla in re nocent, sed intactos relinquunt, tanquam communis utilitatis ministros. Neque uerò hostium agros urunt, neque cædunt arbores. Habent insuper Indi multa flumina, ingentiaque, nauigijs apta, quæ ex fontibus montium ad septentrionem uergentium in campestria decurrunt.

runt. Horum permulta in unum coëuntia, in Gangem defluunt. Eius latitudo stadiorum est triginta. Fertur à septentrione ad meridiem, inq; mare Oceanum ingreditur, delapsus uersus orientem per Gandaros, apud quos permulti sunt maximiq; elephanti. Quo accidit, ut nullus unquam eis rex aduena imperarit, propinquis gentibus numerum uimq; beluarum ueritis. Alexander Macedo totius Asiæ imperium deptus, solos Gandaros non oppugnauit. Nam cum ad Gangem cum exercitu peruenisset, cæteris sibi subditis Indis, ut nouit Gandaros quatuor millia elephantorum habere ad bellum parata, nequaquàm eos armis lacessiuit. Indus eodem modo quo Ganges ab Arcto incipiens, inq; Oceanum fluens, Indiam diuidit, lapsusq; per loca patentia augetur multis egregijs fluuijs qui in eum decurrunt, quorum præcipui Hipanes, Hydaspesq; & Acesines dicuntur. Sunt præter hos haud uulgaria flumina Indiam interlabentia, quę regiones eas hortis uarijsq; fructibus uberes reddũt. Cur in India multa maximaq; sint flumina, causas philosophi phyſiciq; afferunt, Indiam situ esse humidam: Scythas uerò Bactrianos, Arianosq; uicinas gentes elatiores. Meritò igitur humiditatem ex superioribus locis ad infima fluentem loca illa reddere aquosa, multosq; fluuios gignere. Sed quod accidit inter cæteros fluuio quem dicunt Sillan, est dictu mirabile. Defluens enim à monte eiusdem nominis abrupto, neq; alterius fluuij decursu auctus absorbetur ab hiatu terræ. Indiam omnem, cum supra modum amplitudine excedat, multæ uariæq; incolunt gentes: quarum nulla originem extra Indiam trahit, sed omnes indigenæ appellantur. Nunquàm externa colonia illuc adijt, neq; ipsi ad alias gentes misere. Asserunt priscos inde homines his cibis quos terra sua sponte produceret, pellibusq; animalium, quemadmodum & Græcos, pro uestibus usos: artesq; & cætera ad uitam necessaria paulatim adinuenta, utilitate homines docente, quibus natura manus, loquelam, & animi præstantiam adiumenta uitæ dedisset. Tradunt Indorum eruditissimi, priscis temporibus, cum adhuc homines disperſi per uicos habitarent, uenisse ad Indos cum exercitu ex occidentali Bacchum, omnemq; peragrasse Indiam, nullis adhuc præclaris constitutis urbibus quæ ei obsisterent. Cùm uerò ob ingentes æstus exercitus eius peste interiret, ut dux prudens in montes ex locis planis milites traduxit. Vbi cum uenti frigidi afflarent, & aquæ potu uterentur, quæ pura ex fontibus manabat, à morbo sunt liberati. Locum montanum in quo exercitus à peste euasit, femur appellauit. Vnde & Græcos tradidisse de eo Deo posteris ferunt, in Iouis femore Bacchum esse nutritum. Cùm multos fructus Indos plantare docuisset, & uini quoq;, aliorumq; ad uitam utilium usum dedit: plures insuper condidit egregias urbes, cogens ex uillis in urbem migrare. Deorum quoque cultum tradidit: leges ac iudicia constituit. Tandem propter impensa beneficia, rerumq; uarias inuentiones Deus existimatus est, & immortalium honore potitus. Scribunt etiam multitudinem in exercitu circumduxisse, usumq; esse in acie tympanis cymbalisq;, nondum tuba reperta. Cùm Indis imperasset annos duos & quinquaginta, ienex defunctus est: cui succesſerunt in regno filij. Sed paulatim labente successorum culpa principatu, cum longo tempore pòst regnum omnino defecisset, urbes libertatem asseruêre. Hæc de Baccho, deq; progenitoribus eius, ab his qui Indiæ montana incolunt, traduntur. Herculem præterea uolunt ad Indos accessisse, sicut & Græci, claua, pelleq; leonis ornatũ: qui corporis robore uirtuteq; multò cæteros homines excesserit, terræ insuper ac maris monstra perdomuerit. Cùm multas cepisset uxores, filios multos, natam unicam genuit. Filijs, cùm ad ætatem peruenissent, omnem distribuit Indiam, regnis pro numero filiorum constitutis. Filiam ab se nutritam reginam fecit. Multas præterea urbes ab eo conditas scribunt: maximam clarissimamq;

appellauit

Ganges.

Indus fluuius.

Sillæ fluuij miraculum.

Gentes Indiã incolentes, αὐτόχθονες.

Bacchus in Indiam bellum mouit.

Indi à Baccho leges, artes et alia ad uitæ cultũ spectantia didicerunt.

Hercules.

Palibothra. appellauit Palibotram. In qua sumptuosa ædificata regia, multos in eam induxit incolas: sepulchris etiam fluminibusq; reddidit urbem munitiorem. Et ipse quidem Hercules cum è uita migrasset, immortalium honorem consecutus est. Posteri eius per multa regnantes secula, nil dignum memoria gessere, neq; exercitu aliquo extra Indiam ducto, neq; colonia ad alias nationes missa. Multis post annis plurimæ urbes in libertatem se uindicarunt. Nationes quædam regnum usque ad Alexandri aduentum passę sunt. Cùm leges apud

Lex Indorum de libertate. Indos uariæ habeantur, admiratione tamen dignæ hæ fuerunt, à priscis eorũ, philosophis editæ. Lege enim sanxerunt, neminem omnino seruum esse: liberos æquo iure honoreq; haberi omnes. Qui assuescerent neq; præstare cæteris, neque iniuria quenquam afficere, optimè ad omnes fortunæ casus instituisse uitam. Stultum enim esse, leges æquas omnibus positas, fortunas non

Indorum 7. tribus. æquè omnibus communes esse. Indorum populus in tribus septem est distributus. Prima est Philosophorum, qui cæteris numero pauciores, superemi-

1. Philosophorum. nent dignitate. Hi ab omni opere immunes, neque seruiunt cuiquam, neque imperant: recipiuntq; à priuatis & ea quibus sacra dijs faciant, & quibus curam habeant defunctorum, tanquam charij dijs, & quæ fiãt apud inferos, præcipuè norint: propterea dona plurima honoresq; eis impenduntur. Multum uerò prosunt Indorum uitæ. Nam anni principio unà conuenientes, siccitates, pluuias, uentos, morbos prædicunt, cæteraq; quorum cognitio possit utilis esse. Futura enim audientes tum populus, tum rex, & futura declinant mala, & semper aliquid ad utilitatem suam præparant. Qui philosophus falsa prę

2. Agricolarũ dixerit, nullam, præterquam quod malè audit & perpetuò silet, pœnam subit. Secunda tribus est agricolarum, qui multitudine superantes cæteros, à bello reliquoq; opere liberi, solis agris colendis tempus impartiunt. Nullus hostis eos lacessit, neque spoliat: sed existimans illos in communi utilitate uersari, ab omni iniuria abstinet. Ita soluti metu agricolæ, terramq; liberè colentes, rerum afferunt ubertatem. Viuunt autem in agris cum uxore ac liberis, neq; in urbes commeant. Dant regi (omnis enim India subdita est regibus) tributum. Nulli priuato licet agros possidere. Præter tributum, & quartam

3. Pastorum. quoque fructuum partem regibus impendunt. Tertiam tribum conficiunt omnis generis pastores, qui neque in urbibus, neque in uillis morantur. Vtuntur tabernaculis: uenatu, ac retibus tutas à feris auibusq; regiones reddũt. Hoc exercitio Indiam cicurãt, multis uarijsq; tum bestijs, tum auibus fementi

4. Artificum. agricolarum infestis copiosam. Quartum locum artifices tenẽt: quorum pars armis, pars rusticis instrumentis, alij alijs utilibus rebus fabricandis uacant. Hi non solùm immunes à tributo sunt, sed frumentum insuper à regia percipiunt. Quinto ordine milites, sed numero secundi, belli disciplina exercentur. Omnis ea multitudo armis dedita, tum equi elephantiq; bello apti ex re-

5. Militum. gia uictum habent. Sextus est ordo Ephorum. Hi quæcunq; in India aguntur inspicientes, regi referunt: ubi rex defit, principibus. Septimo loco exi-

6. Ἐφόρων. 7. Consiliariorum. stunt, qui publicis consilijs præsunt, numero paucissimi, nobilitate prudentiaq; maximè insignes. Ex his enim ad regum consilia, tum ad rempublicam curandam, tum ad res dubias iudicandas adsciscuntur. Duces insuper ex his deliguntur, ac principes. Has in partes politia Indiæ distributa, haud quaquam licet unius ordinis uirum alterius uxorem deducere, neque exercitium mutare, neque enim fas est militem agrum colere, aut philosophari artificem. Habet India plurimos maximosq; elephantos, fortitudine ac magnitudine prestantes. Coit hoc animal, non, sicut quidam putant, promiscue, sed uelut equi, & reliqua quadrupedia. Decimo ac sexto ut minimum mense ut plurimum pariunt, quandoque octauo & decimo. Vnicum, uelut equi, pariunt quem nutriunt matres annis sex. Viuunt maiori ex parte ætate longæui hominis.

minis. Qui uerò maximè seneſcunt, annis ducentis. Sunt & apud Indos ſtatuti principes, qui iniurias ab aduenis prohibeant. Si qui ægrotantes, conductis medicis curant, defunctosq; ſepeliunt, eorum pecunia proximis tradita. Iudices cauſas cognoſcunt: ſontes diligenter puniunt. Et de Indis hactenus.

DE SCYTHIS, AMAZONIBVS, ET HYperboreis. Caput XI.

Scytharũ imperiũ quomodo auctum.

NVnc de Scythis, qui ſunt Indiæ conterminí, dicendum. Hi olim à primordio paruam regionem poſſidebant. Poſtmodum paulatim per uirtutem & uires aucti, cùm regiones multas ſibi ſubdidiſſent, in magnum imperium gloriamq; peruenêre. Ea primum natio iuxta Araxem flumen parua numero, propterq; ignobilitatem contempta, conſedit. Nacti regem quendam bellicoſum, & militari uirtute præcipuum, agros ampliarunt, montanos quidem uſq; ad Caucaſum, campeſtres uerò uſq; ad Oceanum, & Mæotida paludem, aliaq; loca ad Tanaim uſq; flumen. Fabulantur Scythę, natam apud eos extra uirginem umbilico tenus hominis forma, reliqua uiperæ. Eam ex Iouis congreſſu genuiſſe puerum, cuius nomen fuerit Scytha. Hunc, cum omnium qui ante eum fuerant, clariſſimus euaſiſſet, indidiſſe populis Scytharum nomen. Inter huius regis paſtores extitiſſe fratres duos ſumma uirtute, & unum Plutonem, alterum Napim appellatos: qui magnis rebus geſtis, regno inter ſe diuiſo, alteros populos Plutones, alteros Napas uocitarunt. Horum magno pòſt tempore regum progenies uirtute & belli artibus inſignis, regiones ultra Tanaim uſque ad Thraciam ſubiecit. Verſis deinde ad alteram partem armis, ad Nilum Aegypti peruenêre: redactisq; in poteſtatem quæ intermediæ erant gentibus, uſq; ad orientis Oceanũ, & Caſpium mare, paludemq; Mæotidem imperium protenderũt. Aucta uiribus ea gens, reges habuit memoria dignos, à quibus quidam Sacæ, alij Maſſagetæ, quidam Arimaſpi alio nomine appellati. Sub his regibus ex prouincijs à ſe bello ſubactis coloniæ deductæ ſunt, ſed duæ maximæ: altera ex Aſſyrijs, inter Paphlagoniam ac Pontum poſita: ex Medis altera, ad Tanaim flumen, cuius populum Sauromatas appellarunt. Hi multis pòſt annis imperio latè diffuſo, magna ex parte uaſtata Scythia, eam penitus deſertam cultoribus reddidêre. Deinceps deficiente Scytharum principatu, regnaſſe fœminas dicunt fortitudine corporum præclaras. In his enim gentibus exercentur ad bellum fœminæ, uiris nihilo uirtute inferiores. A' qua rum multis uirtute egregijs magnę res non tantum in Scythia ſunt, ſed in propinquis locis geſtæ. Cyrum quidem Perſarum regem cum ingenti exercitu Scythiam ingreſſum, Scytharum regina prælio ſuperatum, captumq; cruci affixit. Adeo autem Amazonum uires claruêre, ut non ſolùm multas uicinas gentes, ſed magnam etiam Europæ Aſiæq; partem ſubegerint: de quibus poſteaquam ſcribere cœpimus, haud abſurdum erit, quæ de illis magis fabuloſè quàm uerè ſcribuntur, referre. Apud Thermodoonta fluuium primùm gens Amazonum fuit: quæ uiris ſimiles, bellicis artibus, uiribusq; corporis præſtabant. Earum regina exercitu mulierum coacto, exercuiſſe traditur eas militari diſciplinæ ac nonnullas ex uicinis gentibus expugnaſſe. Eius deinde gloria & uiribus ampliatis, propinquisq; ſubactis gentibus, filiam genuit, quã Martis filiam appellauit. Viros ad texturam, muliebriaq; deputauit exercitia. Lege autem ſtatuit, ut ſolæ fœminæ in re militari erudirentur, uiris interdicta eſſent arma, ſeruiliaq; officia permiſſa. Maribus qui ex eis naſcebantur, crura ac brachia debilitabant, quò bello inutiles fierent. Fœminis dexteram inurebant mammam, ne pugnæ eſſet impedimento: ex quo & Amazonum eis eſt inditum nomen. Regina, & prudentia, & rei militaris opinione præſtans, urbem

Scytharum pater.

Reges Scytharum.

De Amazonibus.

Lex Amazonum naturæ hominum contraria.

præ-

præclaram in ostijs Thermodoontis, quam appellauit Themiscyram, inq; ea
Themiscyra. regiam insignem condidit. Cùm in bellis militarem disciplinam summo ordine seruaret, primùm propinquas omneis gentes usq; ad Tanaim flumen suo imperio addidit. In quadam deinceps pugna cum uiriliter dimicans interisset, filia in regno succedens, perq; omnia matris uirtutem imitata, gesta eius superauit. Nam uirgines à primis annis exercitationibus exercitans, quotidie ad belli munia instruxit. Marti quoq; & Dianæ sacrificio instituit, quę Tauropolium appellauit. Sacra facere edocuit. Vltra Tanaim exercitu traducto, omnes eius oræ gentes ad Thraciam usq; deuicit. In regnum deinde cum multis spolijs reuersa, magnifica eis deis templa construxit, omnium subditorum beneuolentiam iusto æquoq; imperio adepta. Tum ad alteram fluminis partem uersis armis, magnam Asiæ partem usq; ad Syriam bello subegit. Post huius obitum semper propinquæ genere in regno succedentes præclarè imperarũt, Amazonumq; gentem potestate & gloria auxerunt. Multis pòst seculis uulgata earum per omnem orbem uirtute, Herculi Alcmenæ ac Iouis filio ab Eu-
Herculis gesta aduersus Amazones. rystheo mandatum fuisse tradunt, ut Hippolytæ Amazonis baltheum adferret. Qua ex re illato Amazonibus bello, acieq; profligato earum exercitu, uictam Hippolytam cum baltheo cepit: quo prælio Amazonum est regnum deletum. Barbaras deinde proximas gentes, contempto Amazonum nomine, præteritarum iniuriarum memores, adeò gentem earum continuo bello contriuisse aiunt, ut ipsarum sit nomen & genus extinctum. Paulò pòst hanc
Penthesilea. Herculis expeditionem, Troiani belli tempore, Penthesileam reginam Martis filiam tradunt suarum cæde perterritam, cumq; Amazonum reliquijs ex patria profugam, Troianis auxilio affuisse, ac post Hectoris obitum multis præclaris belli facinoribus editis, ab Achille interfectam. Hanc postremam Amazonum præcipua uirtute extitisse, reliquiasq; deinceps eius gentis paulatim defecisse ferunt. Ea causa est cur apud posteros cum robur earum uirtusq; refertur, fabularum antiquarum loco accipiantur. Nobis posteaquam
De Hyperboreis. res Asiæ quæ ad Arctum uergunt, dignas duximus quæ posteritati mandarentur, haud absurdum uisum est, quæ de Hyperboreis tradantur, conscribere. Eorum qui ueteres similesq; fabulis historias scribunt, Hecatæus quidamque alij oppositam Celtis iuxta Oceanum esse insulam multò Sicilia minorem ad Arctos tradunt: habitariq; ab his qui Hyperborei, eo quòd uento Boreæ sint admodum subditi, appellantur: insulam uerò fertilem ac fructuosam, ut in qua fructus annui bis nascantur. Fabulantur Latonam in ea natam: unde & Apollo ibi præ cæteris dijs maximè colatur. Esse quoque eius insulę homines ueluti quosdam Apollinis sacerdotes, cuius laudes & hymnos quotidie in cantu celebrent, summeq; eum honorent Deum. Præterea lucum ingentem, templumq; Apollinis forma rotunda egregium, multisq; donis atq; ornamentis cumulatum. Vrbs ei sacra est, cuius incolas maxima ex parte aiũt esse citharistas, continueq́ue in templo sonare canentes hymnos in Apollinis laudem, cantuq; eius gesta exornantes. Habent Hyperborei propriam linguam, Grecis, sed Athenienſibus maximè Delijsq́ue societate ac beneuolentia iuncti sunt, à priscis temporibus cœpta. Etenim Græcos quosdam dicunt cum ad Hyperboreos transissent, dona sumptuosa in templo apposuisse, Grecis literis inscripta. Eodẽ pacto ex Hyperboreis olim Abarim uenisse in Græciam, amicitiamq; cum Delijs ante contractam firmasse. Ferunt insuper lunam in hac insula uideri parum à terra distantem, ac terrestres quosdam ueluti cumulos habentem in se manifestos. Dicunt quoque eum Deum per annos undeuiginti adire insulam, in quibus astrorum reuolutiones perficiant.
Annus magnus. Ob eam rem huiusmodi annorum tempus à Grecis Magnus annus nominatur. Interea cithara sonare, psallereq́ue nocti continuò ab æquinoctio uernali

usq;

usq; Pleiadum ortum Deus existimatur, uoluptati deditus. Regiæ urbi imperant hic, temploq; præsunt ij, quos appellãt Boreades, progenies Boreæ, quæ semper per genus accipit principatum.

DE ARABIA DEQVE HIS QVAE IN EA sita essi fabulantur. Cap. XII.

NVnc ad reliquas asiæ partes, eas præsertim in quibus continetur Arabia, transeundum. Ea inter Syriã Aegyptumq; sita, multis uarijsq; distinguitur gentibus. Nam quæ uergunt ad Orientem partes, Arabes incolunt quos nominant Nabathæos, habitãtes regionẽ tũ desertam, tum inaquosam, tum in paucis ferentem fructus. Ideoq; latrocinijs uicinis gentib. infesti sunt, atq; difficiles bello. Qui regionem aquis carentem tenent, puteos effodiunt exteris ignotos: quæ res hostium pericula depellit. Nam qui eos persequuntur, aut errantes siti deficiunt, fontiũ inscitia: aut uix redeunt labore defatigati. Ob hanc causam Arabes ea loca incolentes, cum bello expugnari nequeant, liberi uiuunt: neq; ulli unq; externo regi, non Assyrio, nõ Medo, nõ Persæ paruerunt. Ipsi Macedonum reges nunquam eos subigere quantũuis magnis copijs ualuêre. Est in hac regione Nabathæorum saxum natura admodum munitũ, unico angusto q; ascensu euntib. patens, paucis custodibus egẽs: stagnũ quoq; ingẽs, ut quod lõgitudine quinquaginta, latitudine sexaginta fermè stadia cõplectatur, asphaltũ producẽs, ex quo non paruum uectigal percipitur. Eius aqua odoris est pessimi atq; amari: quo fit ut neq; pisces ,pducat, neq; aliquod aquatile animal. Et cùm dulcis aquæ fluuij in illud decurrant, nequaq; tamen aquæ natura mutat. Asphaltũ stagni dimidia pars plurimũ annuatim gignit: quãdoq; ad tria iugera, quandoq; ad duo. Vnde & circũstantes barbari maiorem partem taurum, minorem uitulum appellant. Plenus asphalto lacus ,pcul aspicientibus insula apparet. Cùm asphaltum lacus est egesturus, palàm ante uigesimum & secundũ diem apparent signa. Etenim circa stagnũ stadijs multis fœtor à uento excitatus, proprium argento auroq; & æri colorẽ aufert: uento iterum reflãte restituitur: ppinqua loca ex calore fœtoreq; lacus corrupta, & morbos afferunt incolis, & breuioris uitæ reddunt. Fertilis est ea palmis regio, quæ fluminibus aut aquis fontium rigatur. Nascitur & in quadã eius conualle ad multa medicis utile balsamum, maximum uectigal, cùm nulla orbis pars alia eam plãtam producat. Ab hac deserta aridaq; regione uicina Arabia adeò differt, ut ob multitudinem fructuum, cæterarumq; rerum quæ in ea nascuntur, felix nominet. Calamo enim, & eo quem appellant schinum, rebusq; alijs quæ aromata dicũtur, plurimùm abundat. Foljs præterea odoris suauissimi, & quod ex arboribus stillat gummi. Myrrham etiam, & dijs gratissimum, perq; uniuersum orbẽ diffusum thus extrema Arabiæ ferunt. costum insuper, casiam, cinamomum, & alia eiusmodi plura. Herbæ uerò & arbusta odorifera adeò illic abundant, ut quæ cæteri rarò super deorum altaribus ponant, illi pro lignis in furnis comburant: hisq; quæ apud alios habentur rara, Arabes seruorum domi lectos sternant. Cinamomum utilitate excellens ad hos resina, miriq; odoris terebinthus, apud Arabes nascuntur. Montes nõ solum abietes, ac populos proferunt, sed cedros, & quem uocant † boraton. plurimas uerò alias nutrit plantas, suauem odorem transeuntibus inspirantes. Nam ipsum terræ solum habet naturalem quãdam exhalationem, odoratis suffimentis similem. Hinc fit ut quibusdã in locis effossa terra, aliquæ reperiantur suaueolentes glebæ, quæ ueluti metalla fusę, lapides ingentes fiunt, ædificandis domibus apti. In eos cum guttæ aquæ pluuiæ cadunt, ita liquefiunt ex humiditate iuncturæ lapidum, & coalescunt, ut unicus murus appareat. Effoditur in Arabia aurum quod non igni decoquitur, ut apud alios cõsueuit: sed ueestigio effossum, nu-

Nabathæi.

Asphaltites.

Palmæ.

Balsamum.

Arabia felix.

† aliis ἄγνον ῥαιφ, ἢ γύον ῥαιφ.

Glebæ fusiles.

Aurum Arabicum.

cibus id caſtaneis ſimile reperitur, colore eſt ita lucido, ut precioſos lapides ab artificibus auro incluſos, ſplendidiſſimos reddat. Pecorum adeò fertilis Arabia eſt, ut nationes plurimas uitam paſtorum ducentes enutriat. Frumento non eget, multarum rerum ubertate opulenta. Pars Syriæ cõtermina, multas uarias q; nutrit feras. Nam & leones & pardales multò plures maiores q; in ea quàm in Libya reperiuntur: præter hos qui Babylonij uocantur tigres. Inest & animalia naturæ duplicis, mixta ſpecie: quorum aliquos appellant ſtruthiocamelos, qui ex ſtruthione camelo q; conſtant: unde & nomen trahunt, magnitudine ad cameli naſcentes modum. Capite ſunt pilis minutis, oculis craſſioribus nigris q;, nõ diſſimili forma & colore camelis, collo oblongo, roſtro breui atq; acuto, elati mollibus pennis, duobus cruribus, pedibus ungula fiſſa: ut terreſtre ſimul uolatile q; animal uideatur. propter grauitatem nec q; altius extolli, nec q; uolare poteſt, ſed uelociter per terram graditur perſequuntur illum equites: quos ſæpius lapide pedibus ueluti funda iacto ferit. Cùm effugere nequit, inter arbuſta ſæpius aut umbroſa loca caput abſcõdit, nõ naturæ deſidia, ne uideatur aut conſpiciat ab alijs, ut quidam putãt: ſed quia ea corporis pars cæteris debilior, umbram ſibi pro tutela parat. Natura enim optima ſingulis animantibus ad ſui ſalutem magiſtra, non ſuæ tantum, ſed eorum quo q; quos procreat curam ſalutis gerit. Qui camelopardi uocant, ab his ambobus à quibus ſortiuntur nomen, naſcũtur: ſed camelis ſunt minores, & breuiore collo: capite, oculis, color, pilis, pardis ſimiles: ungulæ fiſſura, camelo: caudam habent longam in modum pardi. Naſcuntur etiam in Arabia tragelaphi, ac bubali, multa q; alia uariæ formæ mixtæ q; naturæ animantia, quæ breuitatis gratia omiſimus. Videtur autem ſol regioni ad meridiem poſitę plurimã gignendi uirtutem afferre: propterea q; plurima in eis locis uaria ac pulchra animantia natura fieri. Eadem cauſa & in Aegypto crocodili, & fluuiatiles equi: in Aethiopia uerò ac Libyæ deſertis elephantes multi, uarij ſerpentes, dracones, cęteræ q; feræ magnitudine ac uiribus eximiæ naſcuntur. In India quo q; elephãtes mole, uiribus, multitudine reliquis ſunt antecellentes. Non ſolùm autem his in regionibus animalia ſpecie diuerſa ſolis opere uirtute q; fiunt, ſed lapides quo q; naturę uariæ, tum colore, tum ſplendore admodum lucido. Cryſtallus enim lapis ex aqua oritur pura, congelata, non quidem frigore, ſed diurni caloris ui, qua duritie ſeruet, uarios q; ſuſcipiat colores. Smaragdi enim, beryllíq; inter metalla ærea naſcentes, à ſuperis formam coloremq; capiunt. Lapidibus etiam aureis, ſolis æſtus eum calorem indidit. Quapropter & adulterinos quo q; arte hominum colore addito, cryſtallos fieri tradunt. Carbunculorum inſuper uarias ſpecies ſolis uirtus efficit. Eodẽ modo diuerſarum auium formis color eſt additus: ut inuicem differentes, quædam omnino purpureo, aliæ ſplendido, nonnullæ croceo, aliæ ſmaragdi colore exiſtant: quę omnia lumine ſolis effici uidemus. Hoc & in iride conſpicere cœleſti licet, quæ uarios colores à ſole accipit. Horum uarietatum naturales ſuperioribus tribuunt, calore ſolis cooperante, qui uiuificet omnium rerum formas, deniq; florum terrę q; colorum uarietates faciat: cuius naturale opus ars poſtea hominum naturã docẽte imitata, uarios ſingulis rebus colores addiderit. Etenim colores, fructuum odores, ſaporum uarietates, animalium magnitudinẽ, cuiuſq; rei formam, terrarum diuerſas ſpecies, conſtat ſolis caliditate fieri: qui terræ humiditate cõcalefacta, cuiuslibet rei naturã producat. Itaq; nec q; † Perſius, nec q; alius quiuis mirandus lapis, cùm Arabicis eſt cõparandus, quorum & albedo ſplendida eſt, & pondus graue, nec cæteris cedunt læuore. Hanc ei prouinciæ proprietatem uirtus ſolis, ut diximus, elargitur. Calor enim condenſat, ſiccitas cõprimit, ſplendor illuminat. Auium genus omne caloris particeps, uolans propter leuitatem, ſolis opera diuerſi eſt coloris, in regionibus præſertim ſoli propinquis. Babylonia pauones plurimos colore uario diſtinctos nutrit. Vltima Syriæ

Animãtia quibus Arabia abundat.

Struthiocamelus.

Camelopardus.

Tragelaphi.

Cryſtallus.

Carbunculi.

† ὑπερίδης λίγυς.

Syria fert psitacos, porphyriones q̃, ac meleagrídas, pluresq̃ alias animãtium ſpecies coloribus uarias. Simili modo & de alijs ſimilis plagę locis, ut eſt India Rubrum mare, Aethiopia, & Libyæ portio. Sed partes orientis quæ feracio-res ſunt, nobiliora maioraq̃ ferunt animantia, reliquę ſecundum ſolis uirtutẽ. Eodem pacto inter arbores palmæ in Libya fructus producunt ſqualidos ac paruos: in interiori Syria qui Carioti appellantur, ſunt alijs excellentiores tum dulcedine, tum magnitudine, tum humore. His maiores multò Arabia fert, ac Babylonia: quorum magnitudo ſex eſt digitorum. Colore ſunt quidam ſubę-reo, nonnulli puniceo, alij purpureo, aſpectu amœni, & ſuaues guſtu. Palma- *Palma.*
tum arbor procera eſt, ſtipite tereti, & uſq̃ ad uerticem æquo: coma eius uariè circumquaq̃ diffunditur. Ea quæ ad meridiem ſpectat Arabia, felix cognomi natur. Interiorem paſtores colunt, in tabernaculis uitam ducentes. Hi pecori-bus armentisq̃ dediti, latos habitant campos. Quæ inter hos fœlicemq̃ Ara- *Arabiæ diuiſio.*
biam interiacet, abſq̃ aqua eſt, &, ut iam diximus, deſerta. Quæ ad occaſum uergit, arenoſa eſt penitus: per eam iter qui faciunt, quemadmodum in mari nautæ, Arcti ſigna itineris duces habent. Reliqua pars Arabiæ uerſus Syriam ſita, multifariam agrorum cultoribus, mercatoribusq̃ referta eſt: qui eorũ quę exportant præmijs allecti, quæ rara apud cæteros habentur, abundè ſubmini-ſtrant. Quę ad Oceanum pars reſpicit, ſupra felicem Arabiam poſita, multisq̃ ac magnis diuiſa fluuijs, multos ſtagnantes locos paludesq̃ haud parui ambi tus facit, quę tum fluminũ, tum imbriũ aquis irrigata, maiori ex parte duplici fructu abundat. Nutrit aũt is locus elephãtorum greges, aliaq̃ uaria ac diuer-ſa ſpecie formaq̃ animabilia. Pecorum inſuper, preſertim boum atq̃ ouiũ ma gnas pingues q̃ caudas habentium copioſa eſt. Multa quoq̃ & diuerſa came-lorum præbet genera, tum depilorum tum uilloſorum: quorum nonnulli gib bum duplicem in dorſo habent, à quo & dityli nominantur. Horum carnibus lacteq̃ ueſcuntur incolæ. Quidã ferendis oneribus apti, ſupra decem frumen ti medimnos, homines uerò quinq̃ in lecto iacentes uehũt. Anacoli uerò, La-gariq̃, qui dromadum ſunt forma, plurimũ uiæ conficiunt, præſertim per de-ſerta, & aquis carentia loca. In bello quoq̃ duos in certamen ſagittarios ferũt dorſo, contrariè inuicem inſidentes: alterum à fronte aduerſus hoſtem, alterũ contra perſequentem pugnantes. Et de Arabia hactenus.

DE INSVLIS VERSVS MERIDIEM IN Oceano inuentis. Cap. XIII.

NVnc de inſula in Oceano uerſus meridiem reperta, & quæ de ea mira narrantur, deq̃ inuentionis cauſa, paucis ſunt explicanda. Iambulus à *Iambulus.*
puericia eruditus, poſt patris, qui mercator fuit, obitum, & ipſe mercaturę ope ram dedit: per Arabiam tranſiens ad aromata emenda, cùm ſocijs itineris à la-tronibus captus, primò cum uno ex conſeruis paſtor deputatus eſt: deinde u-nà cum eo à quibuſdam Aethiopibus comprehenſus, ultraq̃ maritimam Ae-thiopiam ductus. Hi cũ eſſent externi, in expiationẽ eius regionis capti ſunt. Mos erat quis qui ea loca incolebant Aethiopibus, à priſcis temporibus ex deorum reſponſo traditus, perq̃ ætates uiginti, annos uerò ſexcentos (ætas e- *Victimæ huiuſmodi.*
nim triginta perficitur annis) obſeruatus, duobus hominibus expiationem fa cere. Habebant præparatum nauigiolum ad ferendas maris tempeſtates ap-tum, & quod duo uiri facilè poſſent regere. In id ſex menſium uictu, quod ſa-tis eſſet ambobus, impoſito, uiros inducentes mandabant, ut ſecundum ora-culi reſponſa nauiculam uerſus meridiem dirigerent: uenturos eſſe eos ad in-ſulam felicem, & humanos homines, qui beate uiuerent. Eodem modo & eo-rum patriam, ſi ipſi in inſulam ſalui peruenijſſent, ſexcentis annis in pace felici-tate q̃ futuram. Sin uerò longitudine maris territi curſum retro uerterent, tan-

rent, tanquam impios ac sceleſtos, omni eorum genti magnarum calamitatũ cauſam præbituros. Aethiopes uerò aiunt dies egiſſe iuxta mare feſtos, ſacraq; feciſſe, optantes, quò ſolita fieret expiatio, proſperum nauigantium curſum.

Inſula à Iambulo inuenta. Hi poſt quatuor menſium nauigationem multis acti tempeſtatibus, ad inſulã deferuntur figura rotundam, ſtadiorum ambitu quinq; millium. Inſulę appropinquantibus accolæ quidam obuij ſcapham deducunt. Alij accurrentes mirantur alienigenarum aduentum: eos humaniter benigneq; ſuſcipiunt: quę apud ſe erant, cum illis communicantes. Sunt eius inſulæ homines corpore ac moribus haud noſtris ſimiles, eadem tamen omnes corporis forma, ſed quæ magnitudine quatuor cubitos excedat. Horum oſſa ueluti nerui, quò uelis flectũtur, reflectunturq;. Corpore ſunt plus quàm noſtra agili ac robuſto. Nam ſi quid manibus ceperint, nemo eripere ex digitis poteſt, pilis carent, demptis capite, ſupercilijs, palpebris, ac mento: reliqua parte corporis adeò perpolita, ut ne parua quidem lanugo appareat. Pulchri ſunt, decori, & corpore compoſito, aurium foramina multò noſtris patentiora, quemadmodum & lingua à nobis differt. Habet enim eorum lingua priuatim quid tũ à natura, aut tum ab ingenio datum. Diuiſam enim linguam natura dedit, quæ ſcinditur in inferiori parte, ut ab radice duplex eſſe uideatur. Ita uaria utuntur loquela: ut non ſolùm uoce hominum loquantur, ſed auium diuerſarum imitentur cantus.

Admirabilis linguarum diuiſarum, & loquendi ratio.

Quod uerò uidetur admirabilius, unà cũ duobus hominibus perfecte ſimul tum reſpondendo tum diſputando loquuntur. Vna enim linguę parte uni loquuntur, reliqua alteri. Purum ibi eſſe integro anno aërem conſtat: quemadmodum poëta ſcribit, pirum ſupra pirum, malum ſupra malũ, uuam ſupra uuam, ficum ſupra ficum ſeneſcere. Eſſe inſuper tradunt continuò diem partem noctí. Circa meridiem nullã fieri rei alicuius umbram, cum ſupra uerticem Sol exiſtat. Viuunt autem ſecundum cognationes ac cœtus: qui tamen quadringentos non excedant. Habitant in pratis, ferente abſq; cultura ſponte ſua uberes fructus terra. Nam inſulæ uirtus, aëriſq; temperies terram ſua ſponte

Panis. frugiferam ultra quàm ſatis eſt, reddit. Naſcuntur apud eos arundines plurimæ, ferentes uberem fructum albo eruo perſimilem. Hos collectos macerant aqua calida, quoad auctus oui columbæ magnitudinẽ æquet. ex his poſtmodum contritis panem conficiunt, dulcedine præſtantem. Sunt etiam in ea aquarum fontes permagni, ex quibus partim aquę calidę ad uſum balneorum,

Studia. ad curandos q; morbos manant: partim ſumma dulcedine frigidæ, quæ ad ualetudinem conferũt. Eſt quoq; omnium doctrinarum, maximeq; Aſtrologiæ apud eos cura. Vtuntur literis, quas habent uiginti & octo ſecundum uirtutem ſignificandi, characteres uerò ſeptẽ: quorum quiſq; quatuor modis tranſformatur. Longiſſimæ ſunt ætatis, ut qui annos centum quinquaginta uitam agant, & abſq; aliquo ut plurimum morbo. Si quis febricitet, aut corpore ægre fuerit, mori ſtatuta lege compellunt. Non ſcribunt per latus, ut nos, ſed à

Scriptio. ſuperiori parte recta linea ad inferiorem. Mos eſt eis ad certam uſq; ętatem uiuere: qua perfecta, uariam ſibi mortem ſponte conciſcunt. Gemina eſt apud eos herba: ſuper quam ſi quis iaceat, in ſuauem deductus ſomnum, moritur. Mulieres minimè nubunt, ſed omnibus ſunt communes. Simili modo & filij educantur, communiq; amore ſunt omnibus. Abducunt ſæpius à nutrientibus infantes, ne matres filium recognoſcãt. Quò fit, ut cum nulla ſit apud eos ambitio, aut præcipua affectio, concordes abſq; ulla ſeditione uiuant. Sunt inſuper animalia ea in inſula magnitudine quidem parua, ſed natura ac ſanguinis uirtute admirabili. Corpore ſunt rotundo, ac teſtudinibus ſimili, duabus lineis inuicem per medium tranſuerſis: in quarum utriuſq; extremo eſt auris & oculus: ut quatuor oculis uideant, totidem audiant auribus: unicis uentre atque inteſtinis, in quæ comeſa confluunt. Pedes circum habent plures, quibus in utranq; partem ambulant. Huius beluæ ſanguis mirabili aſſeritur uirtute.

Omnq

Omne enim corpus concisum, dū spirat, hoc tinctum sanguine, euestigiò cohæret. Similiter & manus cæsa, reliquæq; corporis, dum uita suppetit, partes resarciuntur, si recenti adhuc applicētur uulneri. Quisq; cœtus nutrit magnas diuersæ naturæ aues, quibus explorāt quales filij sint futuri. Impositis enim super aues infantibus, si uolātes per aēra immoti non expauescant, educunt. Sin uerò timore ignauiaq; deficiūt, proijciuntur: ut neq; diutius uicturi, & animi exercitio inutiles. Cuiusq; cœtus natu maximus alijs tanq; rex, cui parent omnes imperat. Annis centum quinquaginta actis, se ipsum uita ex lege priuat: post eum natu maximus accipit principatum. Mare quo insula circundat, fluctuosum, & quod motus ingētes facit, dulcis est aquæ gustu. Arctus & plerę-qúe stellæ quæ nobis apparent, minimè ab illis conspiciuntur. Septē uerò insulæ simili magnitudine paribus interuallis eiusdem gētis legisq; sunt. Omnib. eas incolentibus quāuis terra sua sponte abundè uictū ferat, tamen his modestè utuntur. Simplices enim cibos appetūt nutrimentū quod satis est quærentes: carnibus tum assis, tū elixis uescunt: coquorū artem, uarijsq; saporibus cōdita ut inutilia reijciūt: deos, & id quod omnia cōtinet, Solemq; & reliqua cœlestia colunt. Pisces aliq; uarij generis capiūt. Nascunt etiā sua sponte arbores fructiferæ, oleæq; & uites, ex quibus olei uiniq; copiā educunt. Serpentes magnos, sed innocuos insula pducit: quorū carnes mirę dulcedinis edūt. Vestes parāt ex lanugine molli ac splēdida, ex medio arūdinū sumpta: qua mariti mis tincta ostreis uestimēta purpurea cōficiunt. Varia ibi sunt animātia: & qa ꝑter opinionē, haud facilè credita. Certū uiuēdi ordinem seruāt, unico cibo in die cōtenti. Nā certo die pisces, alio aues, q; doq; terrestria animalia edūt: oleo aliquādo simplici q; mensa utunt. Diuersis exercitijs sunt diditi: quidā inuicē ministrāt, alij piscant, alij exercēt artes, nōnulli circa alias res usui cōmodas occupant. Quidā exceptis senib. partitis inuicē operis, seruitio uacāt. In sacris, ac dieb. festis hymnos in deorū, & maximè solis laudes canūt: cui se & insulas dicarūt. Mortuos in littore sepeliūt, cadauer cū mare fluit, arena obruētes, ut aq; fluxu inundationeq; exaggeret locus. Calamos aiunt, ex quibus fructū decerpūt, augeri minuiue ad lunę modū. Fōtium aqua dulcis ac sana caliditatē seruat, nisi frigida aqua aut uinū immisceat. Iambulus, & qui cū eo accesserāt, cū septē annis in insula māsissent. tandē eiectos fuisse aiunt inuitos, tanq; malos, malisq; assuetos morib. Igit̄ prępărata scapha, cibisq; impositis, abscedere coacti, mensib. quatuor ad regē Indiæ per arenosa ac uadosa loca maris appulere. Et alter quidē tēpestate perijt: Iābulus in uicū quendā appulsus, ab incolis ad regē in urbē Polibothra plurimū à mari distantē, deductus est. Cùm Græcos diligeret rex, plurimiq; eorū doctrinā faceret, multis illū donauit. Deinde tutò in Persidem primò, tum sospitē in Græciā misit. Hæc postmodū Iambulus literis mandauit: multaq; de India conscripsit, antea cæteris ignota.

Augurium.

Temperantia.

DIODORI SICVLI LIBER TERTIVS.

DE AETHIOPIBVS QVI SVNT VLTRA LIbyam, deq; his quæ apud eos antiqua feruntur. Cap. I.

Aethiopes cū τὸ χθονιώτατον habēti.

POsteaq; superius de Aegypti Asiæq; secundū quamq; puinciam memoratu dignis rebus scripsimus, hic liber Aethiopes Libyos, Atlātides cōplectet. Ferūt Aethiopes primos hominū omniū creatos esse: cuius rei coniecturā ferūt, q; nō aliunde homines in eam accesserint, sed in ipsa geniti, meritò indigenæ omniū cōsensu appellent. Et quidē simile ueri est, eos qui sub meridie habitāt, primos à terra fuisse homines genitos. Nā solis calore

terram quæ humida erat arefaciente, atq; omnibus uitã dante, consentaneum est locũ ioli propinquiorem primò naturam animantium tulisse. Asserunt autem deorũ apud eos cultum primitus adinuentum. Sacra insuper, põpas, celebritates, aliaq; quibus diis honores impendunt, ab eis fuisse reperta. Qua ex re ipsorum in deos pietate religioneq; inter omnes uulgata, uidentur Aethiopum sacra diis admodum grata esse. Huius rei testimonium afferunt antiquissimum fere ac celeberrimum apud Græcos poëtarum, qui in sua Iliade Iouem reliquosq; una deos introducit in Aethiopiam, tum à sacra quæ eis de more fiebant, tum ad odorum suauitatem commigrantes. Dicitur etiam Aethiopas suæ erga deos pietatis præmium tulisse, quod nunquam ab externis regibus subacti sunt: semper enim liberi permãsere. Etenim cùm multi magnis copijs apparatuq; aduersus eos profecti sint, nullus tamen eorũ imperio potitus est. Cambyses quippe maximis uiribus Aethiopas aggressus, & exercitũ amisit, & ipse periculum subijt uitæ. Semiramis & consilij magnitudine, & rerum gestarum fama excellens, cum Aethiopiam intrasset, desperatione rerum subito abscessit. Hercules quoq; & Bacchus uniuerso peragrato orbe, solos Aethiopas etiam Aegypto contermínos, tum propter eorũ in deos cultum, tum quia inexpugnabiles uidebantur, intactos reliquere. Asserunt insuper Aegyptios eorum colonos esse, colonia ab Osiride deducta. Quinetiam Aegyptum olim non terram firmam habitabilemq;, sed mare ab orbis exordia extitisse: eam limò postmodum Nili inundatione ex Aethiopia aduecto, exaggerata à flumine terra paulatim continentẽ factã: quod in ostijs fluminis cõspici licet. Annis enim singulis noua materia inũdatione Nili ostijs apposita, cedit pelagus ob cumulos terræ superinductæ. Ita regio omnis incrementum ab Aethiopia ex terra allata cepit. Plurimæ etiam leges ab Aethiopibus sunt ad Aegyptũ trãllatæ, colonis maiorũ seruantibus instituta. Nam reges deos existimare, sepulchrorumq; precipuum studium habere, aliaq; eiusmodi plura ex Aethiopum disciplina profecta sunt. Statuarum insuper magnarum usum, ac literarum formas ab Aethiopibus acceperunt, cùm Aegyptij literis utantur proprijs. Has quidem uulgò discunt omnes: eas uerò quas sacras appellant, soli sacerdotes norunt, à parentibus arcanè acceptas. Apud Aethiopes ijsdem omnes figuris utuntur. Sacerdotes uerò apud utranq; nationem eundem ordinem habent. Purè enim castreq; ad cultũm deorum accedunt utriq;, similes ferentes stolas, eiusdemq; figurę sceptrum, in Aratri formam, quo & utunt reges. Pileos etiã oblongos gestant, circa finem umbilicum habentes serpẽtibus, quos aspidas uocant, circumuolutos: monumentum insigne, eos qui contra regem insurgere audeant, mortiferis mõrsibus subesse. Plura alia de illorũ antiquitate dicuntur, Aegyptiorum colonia: de quibus scribere haud operæprecium uidetur. Sed de Aethiopum literis, quas Aegyptij sacras uocant, ne quid de priscis rebus omittatur, dicendum. Sunt Aethiopũ literæ uarijs animantibus, extremitatibusq; hominum atq; instrumentis, sed præcipuè artificũ persimiles. Non enim syllabarum compositione aut literis uerba eorum exprimuntur, sed imaginum forma, earum significatione usu memoriæ hominum tradita. Scribunt quidem accipitrem, crocodilum, serpẽtem, hominis oculum, manum, faciem, & cætera eiusmodi. Accipiter rem denotat citò factam: quoniam hæc aliarum fermè omnium auis sit uelocissima. Transfertur hæc nouatio ad domesticas res, quæ uelociter fiant. Crocodilus malũ significat. Oculus, iustitiæ seruator, & totius corporis interpretatur custos. Reliquarum corporis partium, dextera manus digitis passis libertatem designat, sinistra uerò compressis tenacitatẽ atq; auaritiam. Eodem modo & cæterarũ corporis partium figura atq; instrumenta certum aliquid notabant. Quę memoria hominum longo usu ac meditatione obseruata, euestigiò quid ea exprimerent, internoscebãt. Aethiopum leges quædam non parum ab reliquarum gentium legibus, maximè uerò circa regum

Deorũ cultus à quibus inuẽtus.

Aethiopes, ab hostibus nunquam debellati.

Aethiopes quæ præstiterunt Aegyptijs

Hieroglyphicæ literæ Græcæ.

Aethiopum literæ hieroglyphicæ.

ca regum electionem, differunt. Nam sacerdotes optimos ex seipsis eligunt. Quem uerò ex eis Deus more quodam bacchantium circùm delatus cepit, hunc regem populus creat: statimq; flexis genibus, quoniam sit diuina prouidentia datus, ut Deum honorat. Assumptus in regem, uitam ducit statutam legibus, omniaq; agit secundum patrios mores: neq; præmio, neq; pœna afficiens quenquam, præter traditam à superioribus legem. Mos est illis, neminem subditum, etiam damnatum, morte punire: sed quidam ex lictoribus præfe rens mortis signum ad reum mittitur, quo accepto reus domũ abiens sibi mortem consciscit. Commutare mortem exilio, ueluti mos est apud Græcos, nefas habetur. Ferunt quendam misso ad se mortis signo, cogitasse ex Aethiopia fugere: quod præsentiens mater, zona ad filij collum posita, nequaquam manibus reniti ausum, ne suis dedecori esset, strangulasse. Sed præter omnium opinionem mirandum uidetur, quod fertur de regum morte. Nam qui in Meroë sunt circa deorum sacra, cultumq; diditi sacerdotes (& hi quidem maxima apud omnes pollent authoritate) cum eis uisum fuerit, regi nunciãt ut mortem oppetat. Ita enim deorum iubere responsa, neq; fas esse immortalium uoluntatem à mortali homine contemni. aliasq; addunt rationes, quibus ex uetere obseruataq; consuetudine uoluntariam regi suadeant mortẽ. Et sanè superiores omnes reges, sacerdotibus, non armis neq; ui coacti, sed ipsa uicti superstitione, sponte paruerunt. At Ptolemæi secũdi tempore rex Aethiopum Ergamenes Græcis doctrinis philosophiæq; deditus, hunc primus morem spreuit. Visus namque prudentia rege digna, cum militibus in Auatum, ubi templum aureum erat Aethiopum, profectus, sacerdotibus omnibus interemptis, ueteriq; consuetudine abolita, pro uoluntate regnum tenuit. Consuetudinem q̃ seruant regis amici, quamuis mirabilem, tamen permanere ad hoc usq; tẽpus dicunt. Moris enim asserunt Aethiopibus fuisse, ut si quando rex aliqua corporis parte ex quauis causa debilitaretur, domestici omnes spõte sua eandem partem debilitarent. Turpe etenim existimabant, rege claudo non & omnes claudos amicos esse. Et quidem absurdum uidebatur, cum uere sit amicitiæ, ex rebus aduersis amicorum dolere, lætari secundis, nõ & corporis quoq; doloris amicos participes esse. Ferunt quoq; consuetudinis esse, amicos ultrò in regis morte uita defungi, existimantes eum interitum glorioſum, ueraq; amicitiæ testem. Ideò haud facilè est Aethiopibus aduersus talem amicorum consensum insidias parâre: cum & rex & amici uno animo communi eorum consulant saluti. Hæ leges apud eos Aethiopes qui metropolim ac insulam Meroën uicinaq; Aegypti loca incolunt, seruantur. Sunt & alia genera Aethiopũ admodum populosa, quorum hi utraq; Nili ripas insulasq; in Nilo sitas habitant, illi Arabiæ sunt proximi. Alij mediterraneas tenent regiones uersus Arabiam sitas. Horum pars maior, maximeq; iuxta fluuium inhabitantes, colore nigri sunt, facie similes, capillis crispis, syluestres fermè omnes, atq; aspectu efferi, corpore robusto, ungues protensos habẽtes, feris similes, absuntq; à mutua humanitate plurimum, uocem pronunciant acutam. In cæteris quæ ad uictum spectant, nihil domestici humaniq; habẽt: plurimùm à nostris moribus differentes. Arma ferunt hi quidem scuta ex corio crudo bouis, ac paruas hastas: aliq; præacutas sudes: quandoque ligneos arcus quatuor cubitorum, quibus iaculantur altero protenso pede. Consumptis sagittis, sudibus pugnant. Armant insuper usq; ad certã ætatem fœminas, quibus ut plurimùm moris est æreum circulum in labijs ferre. Vestibus quidam minimè utuntur, uitam per omnem tudi: expositiq; solis ardoribus, nulla re præterquam quæ casu se offert, adiuuantur. Nonnulli pecudum caudas pudendis uelamen femori circũdant. Aliq; pecorum uestiuntur pellibus. Sunt qui subligaculis, quæ ex capillis contexuntur, usq; ad medium corpus cooperiantur. Non enim oues eorum (ita fert regio) lanam habent. Cibis utuntur quidam herba, quæ in aqua sua spon-

Leges.

Aethiopũ supplicia.

De regibus Aethiopum.

Amicorũ regis orum ridicula συμπάθεια.

Aethiopes agrestes.

te circa stagnantia ac paludosa oritur loca: quidam arborũ fructibus, quibus etiam corpora ab æstu meridiano circundant. Alij sesamum & lotum serunt. Sunt qui teneras arundinum radices edant. Multi arcu exercitati, auibus occisis famem sedant: Magna pars pecorum carnibus, lacte, caseo uitã ducunt. De

Mateologia Aethiopum.

diis, qui superiores accolunt regiones, dupliciter sentiunt. Nam quosdam eorum opinãtur sempiternos atq; incorruptibiles esse, ueluti Solem, Lunam, & uniuersum mundum: quosdam uerò putant mortalis naturæ participes: sed propter uirtutem, & in homines benefacta, honores, immortales fuisse sortitos. Isidem namq;, Pana, Herculem, Iouem præcipuè colunt, existimãtes multa ab his hominum generi beneficia impensa. Quidam Aethiopum nullos censent esse deos: ideoq; solem orientem ut hostem, in loca palustria fugientes

Eorundem funera.

execrantur. Moribus circa mortuorum funera sunt uarijs. Nam hi defunctos in flumen proijciunt, existimantes id optimum sepulchrum esse. Hi circundatos uitro diu seruant, ne eorum aspectus sit posteris ignotus: neue in oblitionem incidant domesticorum. Alij in urnis fictilibus condentes, circa templa sepeliunt: per quos habetur maximum præstitum iusiurandum. Regna tribu-

Politia.

unt, hi quidem optimis quibusq;, arbitrati fortunæ dona utraq; & monarchiam & uirtutem esse. Alij bonos pastores in regnum assumunt, tanquam eos qui rei optimæ curam habeant. Quidam ditioribus, ut qui suis facultatibus solis cæteris opitulari queant, regnum mandant. Nonnulli fortitudine præstantes eligunt reges, putantes eum qui bello plurimum possit, solum imperio dignum esse. Eius iuxta Nilum oræ quæ Libyam respicit, quædã pars pulchritudine cæteras superat, uarias ad usum uitæ res copioseq; afferens. Ad eutan-dos uerò ardentes solis æstus, paludes aptissimum refugium habet. Quamobrem is locus à Libycis atq; Aethiopibus sæpius bello lacessitur. Ipsi quoq; accolæ mutuis decertant bellis. Accedunt ad eos ex superiori plaga elephanti, allecti (ut quidam tradunt) fertilitate loci, pastusq; suauitate. Paludes enim manrandæ à ripis fluuij manant, in quibus multi uarijq;, ut alga, arundinesq;, nascuntur cibi: quos cùm degustarunt, libenter in his locis morantur: consumentesq; ut plurimum nutrimenta hominum, eos compellunt ad alia loca fugere. At ipsi, utpote pastores in tabernaculis habitantes, fertiliores agros suam patriam esse putant. Elephanti autem mediterranea aridaq; loca procul abquis linquunt, pascuorum inopia: nam tum æstus magnitudine, tum raritate

Serpẽtes cum Elephantis pugnant.

fontium pauca ibi nascuntur. Tradunt quidam, in desertis ac efferis locis serpentes, qui cum elephantis propter aquas pugnent, magnitudine numeroq; admirabiles esse. Complicant enim corpus assurgentes, annixiq; uiribus, elephantorum crura connectent pluribus spiris, adeò rectè, summaq; ui, ut spumantes bestias natura graues ad casum compellant: tum plurium concursu facto, bestiam haud facile mobilem depascuntur: omissis inde elephantis, ad assuetos uertuntur pastus. Dicunt hos serpentes loca fugere campestria habitare autem inter longas conualles in altis speluncis, neq; assuetos tutosq; deserere locos: natura quod cuiq; ad tutelam conferat, singula animantia docente. Et de his Aethiopibus hactenus. Nunc pauca de authoribus, qui de Aegyptijs atq; Aethiopibus scripsere, sunt nobis dicenda. Horum nonnulli, famæ, & quidam mendaci, credentes, quadam scribendi uoluptate seducti, nullam merentur fidem. Agatharchides quippe Cnidius in secundo rerum Asiaticarum, ac Artemidorus Ephesius in octauo Geographiæ libris, nonnulliq; alij qui in Aegypto habitantes historias edidere, in plurimis eorum quæ retulimus, conueniunt. Et sanè nos quo tempore ad Aegyptum uenimus, multorum sacerdotum consuetudine usi, cùm senioribus quoque nonnullis qui ex Aethiopia aduenerant collocuti, ab his diligenter rerum ueritatem scrutati sumus: multaq; ab historicis falsò scripta deprehendentes, ea in quibus conueniebant, literis mandauimus.

DE AV-

DE AVRO QVOD IN EXTREMIS AEGYpti effoditur, deq; eius præparationis artificio. Caput II.

NVnc Aethiopes, qui meridiem uersus & mare rubrum incolunt, referemus. Verùm prætermittendum nobis non uidetur, quomodo aurum apud Aegyptios reperiatur. In Aegypti finibus qui ad Aethiopiam & Arabiam uergunt, loca sunt metallorum feracia, ex quibus magno cum labore atq; impensa aurum educitur. Nam terra nigra natura meatus ac uenas habet marmoris albissimi, & quod super omnem luceat splendorem. Huic operi qui præsunt, magna hominum copia ad excudendum aurum utuntur. Aegypti enim reges, crimine damnatos omneis, ac ex hostibus captos, insuper ob aliquam falsam calumniam aut regum iram in carcerem detrusos, interdum ipsos, interdum uniuersam cognationem auro effodiendo deputant, simul sumentes facinorum pœnas, simul magnum quæstum ex eorum labore percipientes. Illi compedibus uincti, magnus hominum numerus, absque ulla intermissione die noctéq; operantur, nulla neq; requie concessa, omniq; oblata fugiendi facultate. Nam barbari milites diuersa inuicem lingua, eorũ custodiæ præsunt: quorum nullus, sermonis commercio sublato, aut precibus aut amore potest corrumpi. Ex terra durissima, plurimo igni decocta, aurũ extrahitur: Molliorem petram, & quæ mediocri labore frangitur, ferro effodiunt infinita ferè hominum millia. Qui auri uenas discernit, præcedit operarios, ostendens quæ effodiant loca. Monstratum lapideum marmor, robore corporis prævalidi, non arte, sed magna ui cuneis ferreis proscindunt. Cuniculos uerò agunt non rectos, sed quò splendentis auro marmoris natura ducit: cùm propter uarios flexus circuitusq; obscuri existant. Lumen opifices ante frontem præferẽtes, saxa magno conatu in frusta excisa in solum deijciunt. Ab hoc labore nunquam conquiescunt, inclementia uerberibusq; ad continuum opus coacti. Impuberes pueri in duas partes diuisi, hi quidem proiecta frusta minutim scindunt, illi uerò efferunt. Qui annum trigesimum excedunt, sumpta ab his ad mensuram concisa frusta, in lapideis uasis ferreo malleo ad erui magnitudinẽ terunt. Ea deinceps in molas, quæ plurimæ sunt, coniecta, fœminæ senesq; duo aut tres ad molam positi usq; ad farinę modum contrita molunt. Nota omnibus horum corporis illuuie, neq; ueste ulla operiente pudenda, nemo est quin eo aspectu fœdo tetroq; motus, tantæ miserearur calamitatis. Sed nulla pietas, nulla requies, nulla uenia illis datur, siue æger, siue febricitans, siue senes, siue fœminæ debiles fuerint: sed plagis omnes ad continuũ opus coguntur, quoad miseri ex debilitate deficiant. Sunt qui timore futuræ uitæ, quam præsenti putant pœna deteriorem, mortem uitæ præferant. Demum opifices ad molem contrita, in latis tabulis paulò accliuioribus ponentes, iterum aqua iniecta marmor terunt. Eo modo terra defluente aurum ex grauitate in tabulis remanet. Hoc sæpius iterantes, manibus aurum fricant. Deinde rarís spongijs terram mollem exprimunt, quoad uelut arena aurea reddatur. Alij postremò operarij pondere ac mensura in ollas fictiles conijcientes, superaddũt certa mensura plumbum, algam maritimam furfuremq; hordeaceum. His ad proportionem compositis, ollas luto diligenter liniunt. Deinceps quinq; continuis dieb. noctibusq; in fornace decoctum, rebus cæteris consumptis, solum aurum purum in uasis reperitur, parum priore pondere imminuto. Hoc labore industriaq; in Aegypti extremis aurum paratur. Sanè ipsa nos palàm docet natura, aurum inuentione laboriosum, custodia difficile, quæstu anxium esse, usu inter uoluptatem ac dolorem constitutum. Horum metallorum inuentio uetusta est, ab antiquis regibus reperta.

Metallicæ uenæ.

Aurum.

DE IIS QVI MARITIMA LOCA ARABIAE INCOlunt, & quæ ad Oceanum sita uersus Indiam loca uergunt: ubi describuntur singulatim nationes, & quibus legibus utantur: & quam ob causam multa de eis uariè ferantur, minimeq; fides illis præstetur. Cap. III.

NVnc de his quæ Arabici sinus littora, Troglodytasq; ac Aethiopiã quæ meridiem notumq; respicit, incolunt gentibus, dicemus. Exordiemur autem ab eis quos Ichthyophagos uocant, qui orã habitant Carmaniam, Gedrosiamq;, ad extremum usq; Arabici sinus: longam sanè intercapedinem, ac duabus continentibus ad enauigãdum clausã, uidelicet felice Arabia & Troglodytica. Horum barbarorum quidam nudi per omnem uitam degentes, uxores filiosq; omnes communes habent, bestijs similes: ut qui neq; uoluptatis, neq; doloris ullum nisi naturalem sensum percipiant, neq; turpis, neq; honesti discrimen norint. Habitacula habent non longè à mari iuxta promontoria, ubi non solum profundæ cauernæ, sed conualles immensæ, & angustæ spelunceæ existunt, egressu ipsa natura difficili, ac tortuoso. Horum, tanquam ad eorum usum natura factarum, aditus incolæ magnorum congerie lapidũ obsepiunt, qua ueluti retibus capiantur pisces. Maris enim fluxu, quod bis diebus singulis circa tertiam ac nonam horam accidit, oras littori propinquas inundante, aqua in immensum excrescens, opertis locis omnibus innumeram multitudinem diuersorum piscium secum in continentem defert. Qui cùm in diuersa loca cibi gratia diuertant, refluente mari, aqua uerò per lapides effluente, pisces in sicco destituuntur. Quos incolæ cum uxoribus pueris q; concurrentes capiunt. Accedunt autem per cœtus diuisi barbari, ad sua quisq; loca, cum clamore uasto, ueluti improuisam quandam uenationem nacti. Mulieres puerique minores ab se captos pisces in terram proijciunt. Qui corpore uigent, magnorum piscium capturę uacant. Traducuntur autem à mari non solum scorpij, murenæ, & canes, sed marini uituli, uariaq; piscium genera, & nomine & forma ignota. Has marinas beluas non armis expugnant, sed capraru cornibus præacutis, saxisq; in aciem abruptis cædunt. Etenim necessitas naturam instruit: quæ temporibus parens, se ad id quod usui esse uidetur, accommodat. Captos uarij generis pisces supra petras ad meridiẽ sitas, nimioq; solis incensas æstu, ponũt, paulo q; post reuoluũt: tũ ad solem decoctos, perq; caudam apprehensos quatiunt. Omni excussa carne spinas ad certum proijcientes locum in magnum aceruum cumulant, certo postmodum usui, de quo postea scribemus, futuras: post hæc carnes piscium in concauo saxo pinsunt, admisto q; paliuri semine cibum conficiunt sibi suauissimum. Nam sic immixtas carnes in modum longioris lateris formant, ad solemq; paulò deliccatas, sedentes cum uoluptate edunt, non quidem ad certam mẽsuram aut pondus, sed ad satietatem, prout cuiusq; fert libido, & edendi appetitus. Habent enim semper uelut è penu promptum hunc cibum, tanquam Neptuno pro Cerere uictum illis subministrante. Quando q; uerò maris tẽpestate adeò littori proxima loca multis diebus inundantur, ut nulla detur piscandi facultas. Quo tempore cibi penuria conchas legunt permagnas: quarum testa saxis attrita, interiori carne cruda sapore ostreis persimili uescuntur. Vbi uerò tempestas uentorum ui diutius perseuerat, conchæq; deficiunt, ad ossa confugiunt iam cumulata. Ex his tenerioribus recentioribusq; electis, quæ dentibus possunt, mandunt. Duriora edunt saxo contrita: nihil brutis animãtibus dissimiles. Et ossibus quidẽ, ut diximus: piscibus aũt miro quodã modo ultra quã quis existimaret, utunt̃. Nam eorũ capturæ quatuor diebus continuis intenti, epulant palàm cum lætitia, cantuq; absono, omnib. inuicẽ congratulantibus. Deinde mulieres, ut in quanq; quis fortè incidit, cognoscũt, prolis causa, omni cura ob ciborũ qui prę sto sint copiam uacui. Quinto die ad fontes uadunt, potus gratia: ubi

Ichthyophagi.

Piscandi ratio.

ἰχθυοφάγοι δὲ λεγόμενοι τὸ γένος

tia: ubi aquæ dulces fluunt, ad quas pastores greges atq; armenta potum ducunt. Eorum profectio haud dissimilis est armentis boum, omnibus simul uocem uelut inconditum sonum tollentibus. Lactantes infantulos matres in ulnis ferunt, repulsos à lacte patres. Qui quintum excedunt annum, cùm parentibus magno cum gaudio, ut qui ad fruendum uadant, proficiscũtur. Natura enim eorum incorrupta, famem sedare, maximum ducit bonum, nullam aduentitiam uoluptatem quærens. Cùm pastorũ aquationibus appropinquant, repleto aqua uentre uix regredi queunt, potu graues: eaq; die nihil edunt, iacet quisq; aqua plenus, distentusq;, similis ebrio: postera die denuò ad capiendos pisces redeunt. Ita uitam per omne tempus transigentes, ob simplicem uictum rarò in morbos incidunt. Breuioris tamen quàm nos sunt uitæ. Hæc eorum qui intra sinum habitãt, uiuendi norma. At illorum qui extra sinum sunt, multo est mirabilior, ut qui nunquam bibant, & natura ab omni semoti sint passione. Hi procul à terra habitabili tanquam in loca deserta à fortuna eiecti, piscationi dant operam. Humida nõ appetunt: pisces edunt semicrudos: non quò sitim effugiant, sed feritate quadam eo cõtenti uictu, quem à fortuna sortiti sunt. Felicitatem summam putant his carere rebus, quæ dolorem possent egentibus afferre. Id uerò mirabile, & quod uix credi queat, quod nulla moueantur animi passione. Ab Aegyptijs mercatoribus qui per rubrum mare iuxta ea loca nauigant etiam nunc eadem quæ nos scribimus, de his referuntur. Tertius quoq; Ptolemæus cupiens elephãtos qui in eis sunt locis uenari, quẽdam ex amicis Simmiam nomine ad speculandam eam regionem misit. Hic diligenter scrutatus singula, ut Agatharchides Cnidius refert, ait gentem hãc Aethiopum qui absq; passione uiuunt, nullo uti potu: ut quem non appetant natura: neq; nauigantium sermone, aut appropinquãtium externorum aspectu moueri: sed respicientes tantum immobiles stare, absq; ullo, perinde ac si neminem uiderent, sensu. Si quis ense educto eos percusserit, non diffugiunt, & uerbera & iniurias perferentes: neq; quisquam alterius uulnere aut damno mouetur: sed sæpius filios aut uxorẽ ante oculos interfectos absq; ulla passione respiciunt, nullum neq; iræ, neq; misericordiæ signum ostendentes. Denicq; omnia mala quieto animo perferunt, aspicientes solum percutientes, ac ad singula mouentes caput. Ferunt eos præterea sermone carẽtes, nutu manibusq; significare quibus egeant, & quæ uelint. Quod uerò quis miretur magis, marini uituli inter hos uersantur, piscium capturæ uelut homines intenti. Simili studio cubilia partusq;, & natorum tutelam hæ gentes unanimi consensu pacecq; curant, nullo externo animanti infestæ. Quod uitæ genus, licet mirabile, à priscis olim temporibus ea gens seruauit, siue ita lõgo tempore assueta, siue coacta necessitate. Habitaculis non ijsdem quibus Ichthyophagi utuntur, sed diuersis habitant modis. Quidam in speluncis habitant ad Arctum positis: in quibus tum umbra tum spirans aura eos ab æstu solis tutatur. Nam quę ad meridiem loca spectant, fornacibus ex nimio æstu similia, accessum ad ea adimũt. Qui sunt uersus Arctum, ex costis cetorum incuruis, quas mare plurimas effert, ex utroq; positis latere, colligatisq;, quas maris alga operiunt, habitacula sibi extruunt ad euitandos æstus, natura sibi artem ex necessitate ad se tuendam reperiente. Est & tertius apud Ichthyophagos habitandi modus. Arbores quædam iuxta littus plurimæ nascuntur, imminentes mari: has frequentibus foliis, fructu uerò simili nuci castaneæ, simul connectentes, umbracula sibi constituunt: ubi in littore pariter & mari commorantes, uitam agunt, tum solem effugientes arborum umbra, tũ continua maris unda, uentorumq; aura æstum mitigãte. Quartum habitaculorum modum ingens iuxta littus tumulus efficit: qui priscis olim temporibus ex maritimis herbis, arenaq; maris fluctibus immixta editus, instar montis excreuit, adeò firmus, solideq; compactus, ut in eo oblongas effodiant, speluncas: in quibus commorantes, maris

Populi qui extra sinum degunt.

ἀποθέλα & abstinentia à potu.

Pro ἁλιεῦσι, μιμηλικὴ δ' ἐλάωσις.

Domicilia.

τῆς περὶ φύσιν χρείας αὐτοῖς ἀπαντώσης τὰ χωρία ἐφ' ἑκάστοις.

refluxu

refluxu prodeant ad piscium capturam: fluxu, ad spelúncas confugientes, epulantesq; quos ceperant pisces. Mortuos in mare proijciunt inundationis tempore, sepultura sua piscibus pabulum præbentes. Vnũ ex Ichthyophagis genus eas habet habitationes, ut qui eiusmodi diligenter res inuestigare uelint, multum addubitare cogantur. In promontorijs enim præcipitibus undiq; ac præaltis habitant nonnulli, ad quæ impossibile fuit quenq; in principio adire. Pars mari proxima ne pediti quidem est accessibilis. Nauibus non utunt, cùm sit ignotus illis earũ usus. Ita fateamur oportet, illos esse loci aborigines, neq; aliunde generis, quemadmodum quidã naturę indagatores de omnibus reb. naturalibus senserũt, principium cepisse. Verùm cum horũ cognitio nobis sit inaccessa, nil prohibet multa dicentes in paucis uera sentire: & quæ uerbis similia uero audientibus persuadent quandoq; longe à uero abesse. Nunc eorum quos Chelonophagos dicunt, uita recenseat. Sunt in Oceano insulæ iuxta continentem numero plures, sed paruæ humilesq;, nullo neq; domestico neq; agresti fructu. In his quoniã ferme cõtinuæ sunt, nulla fit tẽpestas, aut fluctuũ maris inundatio. Inter has magnus habet testudinũ numerus, quæ eò cõfugiunt ob maris tranquillitatẽ. Noctu in profundo commorant intentæ cibo. Die inter insulas diuertentes iacent, respicientes ad solem, inuersisq; nauiculis piscatorijs aspectu similes, excellunt enim magnitudine præcipua inter marinas cónchas. Barbari insulas incolentes, interdiu paulatim, ne sentiantur, uersus testudines natant. Eas adorti quidam ab uno latere ad terram premũt: quidam à reliquo sursum leuant, quò reddunt resupinas, ne uertere se, neue effugere queant. Tum longa reste per caudam ligatas, nando ad terram deducunt. In insula expositis, omnia interiora paruo tempore ad solẽ adusta comedunt. Testa quæ concaua est, tũ ueluti cymba ad continentem nauigant, tum pro aquæ receptaculo, tum pro tentorijs utuntur: quibus natura admodũ opitulata est, ut una res uario usui accommodaretur. Cibo enim, uasc, domo, inui uitam illorum adiuuant. Haud procul ab his littus inhabitant, uitam inculcam ducentes barbari. Nutriuntur enim ex cetis è mari ad littus eiectis, quorum magnitudine quandoq; abundè epulantur: quandoq; illis deficientibus, torquentur fame: coguntúrq;, cùm cætera consumpta sint, algam & extrema costarum mandere. Hæc fertur Ichthyophagorum uita. Littus quod ad Babyloniam spectat, contiguum est regioni domesticæ & plantis plenæ. Tanta uerò inest piscium multitudo, ut incolis nunquam eorum desit copia. Nam propè littus frequentes infigunt humi calamos, adeò inuicem humi connexos, ut retia aspiciẽtibus in littore uideatur. In his sunt plurimi aditus, qui ostijs ita in utranq; uoluantur partem, clauduntur. Maris fluxus ad terram delatus, aquæ impetu ostia impellens aperit, refluxus claudit. Singulis igitur diebus ex maris inundatione pisces cõtigit ad terram per portas deduci: qui refluente aqua ostijs clausis humi in sicco remanent, tanto persæpe numero, ut cumulum faciant piscium dicere. Hi & copiam uiuendi, & haud paruum uectigal præbent. Quidam circum ea loca habitantes (regio enim omnis plana atq; humilis est) fossas à mari ad suas usq; uillas multis itadijs ducunt: ostiaq; ex uiminibus facta, in imo fossæ statuunt, quæ fluente mari aperiuntur, clauduntur refluente. Igitur remanente per ostiorum raritatem aqua deprehensos pisces in fossa sinunt, quoad ceperint quos uelint. Nunc ad reliquos transeamus.

In Aethiopia quæ supra Aegyptum est, iuxta fluuium † quem Astapam uocant, inhabitat gẽs quã Rhizophagos uocant. Radices enim arũdinum quas ex propinquis locis effodiunt, magna cura lauantes barbari, lapidibus terunt, quoad molles factæ cohæreant: deinde placentas ad modum lateris quantum manus capit factas, atq; ad solem decoctas mãdunt. Quem solum cibum cum per omnem uitam suauem atq; affatim habeant, eoq; pacem continuam inuicem seruent, cum leonibus tamen bellant. Nam aëre circum æstu feruente, è deserto

Colligit αὐτὸ χθονας esse.

Chelonophagi.

† ἄσαν.

Rhizophagi.

deserto leones ad eos egrediuntur, & umbræ causa, & ut minores uenentur feras. Ad hos Aethiopes ex paludibus exeuntes, multi pereunt, tum inferiores uiribus, tum deficientibus quibus se tutari ualeant, armis. Et iamdiu ea deleta esset à leonibus natio, nisi natura eis sponte præsidium tulisset. Nã sub ortum Canis, mirabilis atq; innumera nullo agitata uento culicum multitudo ad ea loca aduolat. Homines ad paludes contugientes, minimè lædunt: leones abire ex his regionibus compellunt, tum moriu, tum uocis sono territos. His sunt Hylophagi, Spermophagiq; qui appellantur propinqui. Quorum hi quidem fructus qui ætate ex arboribus decidunt colligentes, absq; labore edunt: reliquo tempore herbam in umbrosis nascentem locis decerpunt, quæ uitæ subuenit egestati. Hylophagi uerò cum filijs uxoribusq; ad loca campestria accedentes, arbores ascendunt, ac teneras ramorum summitates auferunt. Tãtam autem ex continuo usu ramos ascendendi peritiam habent omnes, ut, quod incredibile uidetur, de arbore in arborem uelut aues prosiliant, ascendantq; tenues absq; periculo ramos, macilentia leuitateq; corporis nixi. Si quando pedes labantur, manibus ramis cõprehensis se à casu uindicant: quòd si forte deciderint, nulla in re propter leuitatem corporis læduntur. Ita ramis tenerioribus dente exesis, uentrem farciunt. Hi semper incedunt nudo corpore, communesq; uxores ac liberos habent. Pugnãt inuicem pro locis, armati bãculis aduersus alios, ac dominantes uictis. Moriuntur ut plurimùm fame, cùm deficiente uisu corpus priuetur eo sensu quo cibum quærebat. Reliquam circà regionem Aethiopes tenent qui Gymnetæ dicuntur, numero haud multi, uita ab reliquis diuersa. Syluestrem enim incolentes regionẽ, & penitus asperã, rarisq; aquarum fontibus, super arbores ferarum timore dormiunt. Sub auroram ad aquarum decursus armati prodeuntes, se abscondunt inter arborum frondes. Sub æstum uerò solis agrestes boues, pardalesq; ac uaria ferarum genera tum caloris tum sitis impatientia ad aquas potus causa confluunt. Repletas gravesq; aqua bestias, Aethiopes, cùm haud facilè moueri possint, ex arboribus descendentes adoriunt: ac lignis adustis saxisq; & sagittis occisas, perq; cœtus diuisas edunt. Aliquando uerò, quamuis perraro, & ipsi à ualentiori bestia interficiuntur. Sed multas ipsi dolo & arte ualentiores beluas capiunt. Siquãdo desint animalia, antea captorum pelles madefactas remotis pilis ad ignem leuem ponunt, dispartitasq; singuli auidè ad satietatem sumunt. Impubes pueros exercent ad certum signum iacere, solis cibum præbentes ijs qui signum tetigere. Ideò iaculatores optimi euadunt, urgente fame. Ab hac regione qui occasum uersus plurimum distant Aethiopes, cum elephantis certant. Habitantes enim in syluestribus & arboribus refertis locis, elephantorum ingressus atq; exitus ex prealtis arboribus obseruant. Multos unà incedentes non aggrediuntur, omni spe uincendi remora. Singulis injciunt manus, mirabili audacia freti. Nam cùm incedẽs bestia arbori appropinquat, in qua speculator occultus latet, ex ea desiliens, manib. apprehensa cauda, pedibusq; ad dextrum femur oppositis, securi, quæ ex humero pendet, leui, ut unica manu tractari queat, & acie acutissima, dextera manu apprehensa, neruos dextri poplitis crebris ictibus amputat: sinistra manu regens agile corpus, beluæ conatus magna uelocitate effugit. In eo namque certamine uersatur utriusque salus, mortis discrimine in alterius uita posita. Elephas neruis abscisis, quandoque, quia haud facilè se uertere potest, inclinatus in latus saucium, in terram cadit, Aethiopemq; secum trahens interficit. Quandoque ad arborem aut saxum hominem allidens, ipso pondere, quoad animam exhalet, comprimit. Quidam elephantes dolore moti, cum insidianti obesse nequeant, diffugiunt per campos, quoad continuis securis ictibus ab insidente cæsi decidant. Tum concurrunt Aethiopum cœtus, & adhuc uiuentis bestiæ posterioris partis carnes abscissas edunt. Nonnulli ex propinquis incolis absq; ullo discrimine elephantos

Spermophagi

Hylophagi.

Gymnetæ

Aethiopũ cũ elephantibus certamina.

phantos arte ſuperāt. Conſueuit hoc animal cum à paſcuis plenum redit, dormitum proficiſci, plurimùm natura ab reliquis quadrupedibus diuerſa. Non enim genu corpus flecti ad terram poteſt, ſed arbori hærēs dormit. Arborem elephantis adhæſione tum attritam, tum ſorde plenam aduertentes incolę, iuxta humum ſecant, ut tamen non niſi impulſa cadat. Deinde ſui acceſſus ueſtigia ad ea loca delent, ſubitò abeuntes, priuſquam beſtia ad ſomnum redeat. Elephas ueſperi cibo plenus ad notum cubile profectus, omnique mole ſectæ hęrens arbori, ſtatim unà cum ea ad terram proſternitur. Reſupinus tota nocte iacet, cùm ſe erigere nequeat. Aethiopes die ad locum accedentes, abſque periculo beſtiam occidunt, tabernaculisque ibidem erectis moram trahunt, quoad animal ſit abſumptum. Harum gentium quæ partes ad Heſperū pertinentes

Strutophagi. habitant, Aethiopes ſimi ad meridiem ſpectantes, Strutophagi cognominantur. Eſt apud eos auium ſpecies natura terreſtribus animantibus mixta, unde & aues ceruinę nominatę ſunt. Hę magnitudine ſunt magni cerui, collo oblōgo, rotundis lateribus atque alatis, capite tenui oblongoque, cruribus ac iunctu-ris firmiſſimis, fiſſo pede. Altè uolare propter grauitatem nequeunt. Verùm ocyſſimè ſummis pedibus terram tangentes, præſertim cum flans uentus alas ueluti nauem extentis uelis impellit, currunt. Venatores feriunt lapidibus ſermè latis magnitudine, pede iactis. Ceſſante uento alarum præſidio deſtitutæ, curſuque uictæ prehenduntur. Harum cum magna ſit multitudo, uariis artibus plurimas barbari facileque capiunt: & carnes quidem edunt, pellibus uerò pro ueſtibus utuntur, ac lectis. Ab iis uerò quos ſimos Aethiopes dicunt, ſæpius uenatione laceſſitæ, roſtris tuentur: quæ cum magna ſint, & ad incidendum apta, magno ſunt incolis uſui, cum haud parua habeatur horum animantium

Acridophagi. copia. Haud procul ab his abſunt Acridophagi, deſerto conterminí, homines paulò cæteris breuiores, macilenti, ac ſupra modum nigri. Veris tempore Zephyrus ac Libycus uenti infinitum penè locuſtarum ex deſerto ad eos deferūt numerum. Hæ permagnæ ſunt, ſed colore alarum turpi ac ſqualido. Aethiopes ad id aſſueti, in quandā latam longamque multis ſtadiis cōuallem plurimū materiei ex propinquis locis ingerunt. Cùm ſuo tempore locuſtarum tanque nubes à uentis ſuqra uallem defertur, materiem cōgeſtam, omnemque loci herbam antea ſuccisam incendunt. Locuſtę deſuper uolantes ingenti ſumo enectæ, paulum ultra uallem ad terram tanta decidunt copia, ut uictum omni gēti abundè præbeant. Has enim ſale, quod regio plurimū fert, ſuperinfuſo, diutius ſeruant, cibum guſtu eis ſuauem. hic eſt ſolus eorum per omne tempus locuſtarum uictus. Neque enim pecora nutriunt, neque piſces edunt, procul à mari poſiti: neque ullum aliud uitæ adminiculum habent. Corpore leues ſunt, uelociores curſu, & uitæ breuis, ut qui longiſſimè uiuunt, quadrageſimum non excedant annum. Finis eorum non ſolū mirabilis eſt, ſed etiam incredibilis. Nam propinquante ſenecta, pediculi alati, nō ſolum uiſu uarij, ſed ſpecie horridi ac turpes in corporibus nati, uentrem primò, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primùm ueluti ſcabiei cuiuſdā pruritu allectus, corpus ſcalpit, uoluptate ſimul & dolore perceptis. Deinde exorientib. pediculis, ſimul effluente ſanie, morbi acerbitate ac dolore pēr-citus, unguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta uerò uermium copia effluit, aliis ſuper alios tanquam ex perforato uaſe ſcaturientibus, ut deleri nequeant. Hoc pacto ſiue cibi ſiue aēris cauſa miſerum ſortiuntur uitæ finem. Huic genti regio adiacet perampla, uarietate paſcuorum fertilis, ſed deſerta & quæ penitus adiri nequeat. Non tamē hominibus à principio caruit, ſed poſtmodum intempeſtiua ex pluuia deſerta eſt, multitudinem aranearum ſcorpionumque ferente: tantam enim harum beſtiarū excreuiſſe copiam ferunt, ut morſibus peſtiferis incolæ coacti, patriam deſerere, & ad alia loca confugere compellerentur. Neque uerò debent hæc incredibilia uideri. Multò enim his maiora ſunt

Incolæ è ſedibus ſuis pulſi à ſcorpionibus & araneis.

ra sunt per terrarũ orbem literarum monumẽtis tradita. In Italia murium multitudo syluestrium è terra prodiens, plures solum patrium linquere coẽgit. In Media adeò ingens passerum inoleuit copia, iacta absumentiũ semina, ut homines malo acti ad alia migrarint loca. Eos quos Attariotas uocant, ranę è nubibus pro guttis aquæ in terram delapsæ adegerunt, relicta patria ad eam in qua nunc quoq; resident oram confugere. Iam uerò quis ignorat, inter multa egregia opera pro quibus Hercules immortalitate donatus est, illud etiam an numerari, ex Stymphalide palude innumeras aues quæ ea loca infestabant, eius uirtute expulsas? Quædam Libyæ urbes leonũ ui ab desertis locis ad eas aduentantium desertæ sunt. Hęc eorum gratia, qui parum quando q; fidei scriptoribus ut in credibilia narrantibus habent, retulimus. Nunc ad historiam redeamus. Extremas ad meridiem partes uiri tenent à Græcis Cynamyni, à uiris barbaris syluestres appellati. Hi barbas habent admodum magnas, greges syluestrium canũ nutrientes ad præsidia uitæ. Nam ab æstiuo tropico usq; ad medium hyemis Indici boues innumera multitudine eorum regionẽ ingredi untur. Causa quidem incerta est, utrúmne alias infectantes se feras fugiant, an pastus penuria, an alio naturæ (quæ omnia miranda gignit) impulsa hominibus ignoto actæ. His homines cũ obsistere nequeant suis uiribus, se canibus tuentẽ: quibus in uenatione usi, boues permultos capiunt. Et partim quidẽ recentes edunt, partim saliunt ad futurũ usum. Multa insuper alia animantia canibus capta comedunt. Postremi qui ad meridiem habitãt, in hominis forma ferarum uitam ducunt. Sed de his hactenus. Nũc de Troglodytis loquemur. Hi à Græcis appellãtur pastores, eo quòd ex pecorib. uiuant. Cœtus ac tyrannos inter se constituunt. Vxores ac filios habent cõmunes, excepto qui unicã tenet, tyranno. Huic propinquanti mulctam tyrannus irrogat, certo numero pecudes. Etesiarum tempore, quo maximi decidunt imbres, sanguine & lacte immixtis paulum q; coctis nutriunt: æstu solis deficientib. pascuis, ad loca declinant palustria: pro quibus solis inuicem certant. Pecora uetusta, aut in morbos cadentia occidunt, ex q; his per omne uiuunt tempus. Parentum nomina minimè indunt filijs, sed tauri, arietis, ouis. Et hos quidem patres, has matres quoniã ab his, non à parentibus quotidianus præbeat cibus, appellant. Vtuntur potu idiotæ paliuri succo: potẽtiores ex quodam flore expresso, qui est determino nostro musto persimilis. Armentorũ greges secũ ducentes, uarias, ne ijsdem in locis morentur diutius, regiones mutãt: corpora, præter uirilia, quæ pellibus teguntur, nudi. Pudenda Troglodytę omnes uelut Aegyptij circumcidunt, his demptis quos à casu claudos appellant. Hi soli intra regionẽ exterorum habitantes, ab infantia nouacula inciduntur. Arma ferũt Troglodytæ ij quos dicunt Megabaros, scutum ex corio crudo bouis rotundum, & ferratã clauam: alij arcus lanceas q;. Sepulchra ridiculè penitus curãt. Nam paliuri uiminibus corpus ligantes, defuncti ceruicem cruribus applicãt. Deinde cadauer in loco editiori positum lapidibus ridentes obruunt: impositoq; super saxorum aceruum capræ cornu, abeunt, nullo dolore moti. Bellant inuicem, nõ ut Græci, ob iram aut ambitionem, sed pabuli gratia. In eorum concertationibus primũ iactis lapidibus, quoad aliqui uulnerent, cõcertant: tum arcu, quo admodum exercitati sunt, pugnantes, mutuis uulneribus cadunt. Ea certamina dirimunt quæ ætate præcedũt fœminæ, quibus nullo periculo in medium prodeuntibus (nephas est enim has ullo pacto lædere) extemplo à certamine cessant. Inualidi ob senium armenta sequi, gutture bouis cauda adstricto uitã finiunt. Qui mortẽ differunt, licet uolenti, eodẽ modo, admonitos tamen antea, uita priuare. id q; habet beneficij loco. Febricitãtes item, aut morbo incurabili correptos, simili afficiunt morte. Maximũ enim arbitrant malorũ, ab eo uitam diligi, qui nequeat aliquid agere dignũ uita. Videre licet Troglodytas omneis corpore integro, ætate ualida, ut qui sexagesimũ non excedant annũ.

Mira narratio.

Cynamyni.

Troglodytæ, νομάδες dicti.

Circumcisiõ.

Arma.

Verùm

Aëris diuersitas, cur perpẽdenda sit.

Verùm de his hactenus. Si quis uerò lector aut propter rerũ nouitatẽ, aut mirabilẽ eorum qui describuntur uitam, nostræ forsan historię fidem abrogabit: Scytharũ Troglodytarumq; aërem nostro cõparans, quãtumq; inter se hi differant pensitans, scribentiũ uerbis credet. Tantũ enim noster differt aër ab eo qui in historijs aliquãdo narratur, ut diuersitas eorũ incredibilis uideatur. Aliquibus in regionibus adeò maxima frigoribus cõgelantur flumina, ut currus & exercitus super immobilẽ glaciem transeant. Congelantur etiam uinũ reliquaq; humida, adeò ut cultris abscindantur. Quodq; his est mirabilius, & extremitates uestium quas homines ferunt, frigore attritæ decidunt, obfuscant oculi, ignis splendorẽ non reddit, æreæ statuę dirumpuntur. Quandoq; uerò ob densas nebulas neq; fulgura, neq; tonitrua in eis locis fiunt. Plura quoq; alia his mirabiliora natura efficit, quæ ignorantibus incredibilia uidẽtur: ijs uerò qui ea experti sunt, intolerabilia.

Vis frigoris.

Vis caloris.

In Aegypti ac Troglodytarũ finibus propter immensam solis circa meridiẽ caloris uim, nequaq; se respicere prope stantes queunt, ob aëris crassitatẽ. Absq; calceis ire nõ possunt: nã discalceati subitò pedes immẽsa caliditate exulcerant. Sitientes, nisi potũ citò sumant, cuestigio moriuntur, utpote solis æstu humiditatẽ corporis subitò absumente. Cibi in uas æneum cũ aqua positi, extemplò solis ardore absq; igne alio decoquuntur. Has tamen qui incolunt oras, tanta uitæ incommoda nolunt effugere, sed ultrò potius eam diligunt uitã, q; alio cogantur more uiuere. Ita patriæ amor quidam ingens natura singulis innatus est: & aëris malitiam consuetudo à teneris annis cœpta superat. Has uerò tot rerum uarietates haud magna locorũ intercapedo aliquando continet. A Mæotide palude, ubi Scythæ quidam in pagis & summis frigoribus habitant, multi cùm onerarijs nauibus decem diebus Rhodum, tum quatuor in Alexandriam accessere: deinde per Nilum nauigantes, diebus decem in Aethiopiam peruenerunt. Ita à frigidissimis orbis partibus ad calidissimas regiones non amplius quatuor & uiginti dierum cõtinua ea nauigatio fuit. Quapropter cum non longè distantiũ locorum aëris sit tanta uarietas, non est mirandum uitam illorum, mores & corpora à nostris multum differre.

αὐτόφυες ἔ. χει φίλτρον πᾶσι σωμάτοις χώρα.

Rhinoceros.

Nunc de feris quæ in eis sunt regionibus, aliqua sunt scribenda. Est animal quod à re Rhinocerotem uocant, par uiribus elephanto, magnitudine inferior, pelle purissima, colore buxi. In summitate narũ cornu gerit simũ forma, durumq; instar ferri. Hoc pabuli causa cum elephãto certat. Acuit enim ad saxa cornu: deinde cum elephante congressus, uentrem grauiter ictum cornu tanq; gladio proscindit. Hoc pacto pugnans, bestiam exanguem reddit. Si uerò elephas illius ictum præoccuparit, proboscide captum, cùm superior sit uiribus, laniat.

Sphinx.

Sphinges & apud Troglodytas Aethiopesq; nascuntur, forma haud ei dissimili qua pinguntur, sed paulò pinguiores: naturam habent mansuetam, pluribus exercitijs disciplinisq; aptam. Qui Cynocephali uocãtur, corpore sunt & forma homini deforma assimiles, uocemq; imitantur humanam: ferum omnino atq; indomitũ animal. Supercilijs aspectuq; sunt horrido ac truci. Fœminis sua natura accidit, ut palàm expositã extra corpus uuluam per omnẽ uitam ferant. Is uerò quem Cepum nominant, à corporis & ætatis decore nomen sortitus, facie est leonis, corpus reliquum pantheræ simile: excepta, qua damis æquatur, magnitudine. Horũ animalium omnium taurus, qui carnibus pascitur, feritatem excedit, penitusq; est expugnatu difficilis. Corpore maior est domesticis tauris, equi uelocitate, ore usq; ad aures fisso, rubicundo colore, oculis albis, nocteq; refulgentibus: cornua uelutí aures mouens, in certamine firma tenet: pili contra naturã cæterarum animantium uersus caput ducuntur. Et hęc fera uiribus fortitudineq; mirabili pugnat cum cæteris bestijs, quas superatas comedit. Est quoq; infestus admodum armentis, nihil neq; pastorum uires, neq; canum multitudinem timens. Dicitur eius pellis haud quaq; uulneribus patere. Cùm multi illum conentur ui capere, frustra desa-

Cynocephalus

Cepus.

Taurus cornicornus.

stra defatigantur. In foueam delapsus, aut alio captus dolo, seipsum ex ira suffocat, pristinæ libertatis memor. Meritò igitur Troglodítæ hanc bestiam optimam iudicant, cui à natura indita sit leonis uirtus, equi celeritas, robur tauri, quodq; maximum est, haud inferior natura ferri. Quos uerò Aethiopes appellãt Crocottas, mixta sunt canis lupiq; natura, sed ambobus deteriores: dentibus ita ualidis, ut ossa omnia facile conterant, & digerant comesa. Hoc animal scribunt quidam uocem hominis (quod nobis procul à uero uidetur) imitari. Varia serpentum genera, incredibilíq; magnitudine conspici dicunt, qui loca deserto incolunt propinqua: centum enim cubitorum longitudine nullos esse aiunt, ut merito non solum à nobis, sed ab alijs quoq; id falsum esse existimetur. Addũt insuper his multò maiora haud digna fide. Nam cum plana sit regio, serpentes uerò maximi, circumuolutos in gyrum longe procul aspicientibus locum editiorem, & quasi collem quendam uideri. Sed eorum magnitudo uidetur creditu difficilis. Nos de maximo omnium qui in conspectum uenerint serpente capto, ac in Alexandriam delato referemus, addentes capturæ modum. Secundus Ptolemæus cupiens & elephantos & alias mirabiles usu ac uiribus beluas ad se adduci, donis ac pecunijs multos ad elephantos, qui multi ad eum deducti sunt, aliasq; feras capiendas pellexit. Itaq; multa eius studio ad Græcorum notitiam antea ignota animantia deducta sunt. Conspecta uenatores quidam regis in huiusmodi donis magnificentia, decreuere communi animo aliquem magnum serpentem uiuum in Alexandriam ad Ptolemæum traducere. Cùm res hæc grauis difficilisq; esset, fortuna eorum consilio opitulata est. Serpens erat triginta cubitorum longitudine iuxta aquas, qui reliquo tempore immobilis, se in circulũ redigens quiescebat: accedentibus ad aquam potus causa cæteris animantibus, subitò assurgens, oreq; nonnulla capiens, alia circumnectens cauda, depascebatur. Hunc conspicati homines, cum longior esset, hebesq; natura, laqueis & catenis sese illo potituros sperantes, primũ fidenter ad eum accesserunt. Bestię appropinquantes, uisis igneis oculis, lingua lambente singula, squamarum asperitate, dũ moueretur, strepitum ingentẽ reddente, dentibus insuper eminentibus, oris quoque aspectu horrido, immutato colore, admodum exterriti sunt. Itaq; timidè iniectis ad caudam laqueis, ad contactum funibus corpus, magnis sibilis conuersa belua, propinquissimum ore captum uiuum deglutiuit: alium fugiẽtem cauda longè apprehensum, atq; ad se tractum occidit. Cæteri metu perculsi, fuga saluti consuluere, non tamen omittentes beluæ capiendæ curam, spe lucri timorem superante. Arte igitur & dolo potiore uiribus, beluam sunt aggressi. Primùm ualidis spissisq; funibus rete concauum nassæ forma beluę capax fecerunt. Tum speculantes serpentis cubile, atq; exitus reditusq; notato tempore: ut primum serpens ad consuetum animalium pastum prodijt, priore aditu ingentibus lapidibus terraq; obducto, in proximo uallis loco latum in primis ingressum, tum arctiorem interius, ueluti cuniculum, cubile uersus, inquo rete positum est, fecere. Reuertenti à pastu beluæ, sagittarij funditoresq;, tũ equitum magnus numerus, ad hæc tibicines ad id præparati, omnes sese ostendẽre: nulli tamen adire propius ausi sunt, aliorum malo edocti. Simulac illi accesserunt, belua collum extulit altius equitibus. Illi uerò ad uenatum cõgregati, coniectis procul manu telis, tum equorum conspectu, tum latrantium canum multitudine, ad hæc tubarum concentu territum serpentem, ad solitum aditũ coẽgerunt: quem ob septum cum reperissent, illi insequendo armorum equorumq; strepitu, tubarum insuper clangore, & uenantium clangoribus obstupefactam beluam ad præparatum aditum adægere: quem ingressa, in rete incidit, deinceps reluctantem reteq; dentibus magnis editis sibilis lacerantem compresserunt. Eam enim ad terrã exposuerunt, & loca caudæ proxima pungentes, retraxerunt eius dentium lacerationem ad sensum dolentium partiũ.

Crocottæ.

Serpentum species.

Serpentis magnitudo inaudita.

Eo pacto irretitum serpentem deferentes Alexandriam regi obtulerunt, mirandum spectaculum, & uix audientibus credendum. Deducto deinde paulatim ad conterendas uires cibo, feritas eius remissior reddita est: ita ut ob illius manſuetudinem obstupescerent. Ptolemæus uenatoribus tributo premio, serpentem dimenso enutriens cibo, ad regiam uenientibus exteris pro miran-

Serpentũ Aethiopicorum magnitudo.

do spectaculo ostendebat. Tam ingenti igitur serpente in conspectum hominum palàm deducto, haud abroganda uidetur fides Aethiopibus, neque pro fabulis ducenda, quæ de serpentibus tradunt. Asserunt enim, reperiri apud se illos tanta magnitudine, ut non solum boues ac tauros, cæteraq; eiusdem molis animantia, sed elephantos quoq; occisos uorent. Nam cum illis congressi, primùm cauda pedes illorum multis nexibus cõplicant, ita ut nequeant moueri: deinde in caput assurgentes, oculisq; tanquam fulgure incensis, elephantorum usum obumbrantes, ad terram deiectos comedunt.

Nunc de reliquis Arabici sinus oris scribemus, partim à nobis Alexandriæ ex regum commentarijs, partim ex his qui uiderunt perceptis. Hæc enim orbis portio, insulæ quoq; Britannicæ, & loca ad Arctum sita, paucis nota sunt. Verùm de regionibus quæ Arctum spectant, deq; Britannicis rebus tum referetur à nobis, cum C. Cæsaris, qui Romanum usq; ad Britanni imperium protulit, easq; oras incognitas antea, notas effecit, gesta complectemur. Arabici sinus ostia patent ad Oceanum, quà meridiem respicit, multorum stadiorum longitudine, quæ Arabię Troglodytarumq; finibus terminantur: ostij reliqui sinus latitudo decem & septem stadijs patet: à portu Panormi ad oppositam continentem diei unius nauigatio. Plurimum uerò distat circa Tyrcæũ montem, ubi ita latum est mare, ut continentes minimè inuicem aspiciantur. Ab hac latitudine paulatim claudítur usq; ad ostium eius. Is sinus multis in locis insulas continet magnas, quas inter arctus est nauium cursus, maris uerò fluxus uehemens ac multus. Hic situs est Arabici sinus, cuius ab ultimis locis orientes, utrinq; nauigandi modum, quæq; in eo sunt memoratu digna recensebuntur. Et primum dexteram sumemus littoris partem: quam usq; ad desertum habitant Troglodytæ.

Sinus Arabicus.

Ab Arsinoë urbe iuxta dexteram continentem euntibus, uarijs in locis ex saxis in mare emanant aquæ salsedine amaræ. Vltra quas latis campis mons imminet uiridi colore, qui continuò aspicientium usum corrumpit. In mõtis radicibus stagnum est difficile ad nauigandum, nomine Aphrodites. Extrib. quæ in eo sunt insulis, duæ oliuas ac ficus abundè ferunt: tertia his arboribus deficiens, meleagridis, ut appellant, referta est. Post hæc sinus est ingens nomine Acathartus, in quo peninsula angusto aditu iter nauigantibus ad oppositum mare præbet. Vltra hæc loca insula est longitudine stadiorum octoginta, nomine Ophiades, olim deserta cultoribus, ob serpentum (unde & nomen sumpsit) in ea diuersantium multitudinem. Postmodum regum Aegypti ope ra serpentibus purgata est, ad cultumq; redacta, ita ut nulli in ea amplius conspiciantur. Non autem prætermittenda uidetur causa, qua hanc insulã serpentum molestia cura hominum liberauit. Inuenitur in ea insula Topazius lapis, uitro similis, colore aureo. Cuius accessus omnibus est interdictus, pœna mortis ad eam nauigantibus statuta. Pauci custodes insulæ præsunt, uitam miseram ducentes. Ne quis enim eos lapides furto auferre possit, nulla penitus in insula nauis relinquitur. Qui propè nauigant, regis timore haudquaquã propinquant insulæ. Nutrimentum deferentes eueſtigio abscedunt, cibo relicto. Cæteri propinqui insulam non adeunt. Deficiente cibo ad littus sedent omnes, uitæ subsidium expectantes. Hos qui deferunt, ut tardos sæpè incusant, uelut in extremo uitæ positi. Hic lapis in petra nascit, die ob solis splendorem minimè apparens. Noctu in umbra lucet, procul ostendẽs quo sit in loco. Custodes sorte diuisi, ad loca ubi latent Topazij accedũt. Quẽ ubi noctu splendentem

dentem conſpexere, locum ſplendentẽ lapidis deſignant: eum poſtmodũ die excíſum opificibus tradunt, qui ex eo Topazium eliciant. Propinqua littora maiori ex parte Ichthyophagi habitant, & paſtores Troglodytæ. Montes inſuper ſunt uſq; ad Sotera portum contigui, qui nomen hoc à Græcis primùm eò proſpere nauigantibus accepit. Deinceps ſinus incipit contrahi, & ad Arabiæ partes conuerti, cuius regio ac mare aliam à priori naturã habet. Nã continens humilis eſt, nullis collibus elata. Mare non amplius tribus paſſibus profundũ, colore admodũ uiridi. Quòd ferunt minimè natura aquæ cõtingere, ſed quia alga referta eſt: locus ad nauigandũ facilis, nulli ſubditus tẽpeſtati, multisq; refertus piſcibus. Naues quæ elephantes uehunt, tum profundæ, tum ponderè graues, haud parua ſubeunt maris diſcrimina. Noctu enim uentorum actæ uique quandoq; in ſcopulos, quandoq; ad loca uadoſa impelluntur. Nautæ ubi neq; egredi propter aquam ſtatura hominis profundiorem, neq; nauẽ contis queunt impellere, omnia præterquam ad uictum neceſſaria è naui eiicientes, non tamen propterea periculum deuitant, nulla inſula, nullo editiore loco, nulla naui propinqua. Nam regio penitus inculta eſt, & incolis uacua, & ad quam rari nauigent. Præter has difficultates breui tempore tanta maris fluctibus arena ad nauis alueũ impellitur, ut ueluti aggere obducatur. Illi incaſſum ad ſurda loca exclamantes, non tamen omnino ſalutem deſperant. Nam quandoq; maris exæſtuante fluctu naue in altum eleuata, tãquam Deus quiſpiam ſalutem attulit periclitantibus. Si uerò hoc Dei auxilio deſtituãtur, ubi cibus deficit, imbecilliores in mare à ualentioribus, quò pluribus diebus cibi ſuppetãt, proiiciuntur. Sed tandem & ipſi pereunt, multò deterius quàm iam uita functi. Illi enim breui tempore ſpiritum naturæ, quæ illum dederat, reddidêre: iſti multis calamitatibus morte producta, longiora differendo mala perpeſſi, tandem priuantur uita. Naues autem deſtitutæ nautis, tãquam ſuorum ſepulchra aliquandiu permanent, arena undiq; congeſta. Malus antennæq; à longè conſpectæ, ad defunctorum miſericordiam, aſpicientium animos mouent. Regium eſt mandatum, ſiquando eiuſmodi caſus acciderit, ut ſignificentur loca nauigantibus pernicioſa. Traditum eſt à maioribus fama, iis qui prope Ichthyophagos habitãt, magno quodam eius ſinus fluxu mari ad oppoſitum littus ſecedente, omnibusq; locis eius ſinus arefactis, terram funditus colore uiridi apparuiſſe: ex immenſo rurſus maris refluxu aquam in priorem locum reſtitutam. Harum partium à Ptolemaida ad Taurum uſq; montem nauigationem retulimus, cum Ptolemæum elephantorum uenationi ſcripſimus operam dediſſe. A Tauro uertitur littus orientem uerſus, ubi æſtiuo ſolſtitio umbræ ad meridiem uergunt, diuerſo à nobis modo, uſq; ad horam ſecundam. Habet ea regio flumina decurrentia à montibus quos appellant Pſebæos: diuiditur quo q; latiſſimis campis, hibiſcum, cardamomum, ac miræ magnitudinis palmas, fructus inſuper omnis generis aſperos guſtu fert, ignotos nobis. Mediterranea regio elephantis, tauris ſylueſtribus, leonibus, cæteriſq; magnis feris copioſa eſt. Nauigatio impeditur inſulis, nullum domeſticum ferentibus fructum. Aues in eis uariæ, aſpectuq; mirabiles nutriuntur. Mare deinceps ſequitur profundum, habent cete magnitudine exímia, haud infeſta hominibus, niſi cum fortè quis inſcius in earum criſtas inciderit. Neq; enim nauigantes inſequi aduerſo ſole poſſunt, ſplendore illarum oculos obumbrante. Has Troglodytarum partes ultimas, montes quos dicũt Pſeuaras circundant. Reliquum ex aduerſo littus Arabiam ſpectans, ab ara quam Ariſton à Ptolemæo ad perueſtigandam Arabiam uſq; ad Oceanum miſſus Neptuno dicauit, Neptunium appellatur. Secundum ſinum locus eſt maritimus, incolis propter utilitatem admodum celebris, Phœnicon à palmis, quas plurimas fert ubere ac ſuaui fructu, appellatus. Omnis propinquus ager tum aquas ſcatentes rarás habet, tum ad meridiem uergens eſt admodum calidus: propterea locum

ἰχθυοφάγοι

φοινικῶν

illum arboribus fructuq; fertilem inter deserta hominib. loca situ, meritò diis barbari sacrarunt. Etenim pauci fontes riuiq; aqua quæ niuiu frigiditate haud inferior est, scaturientes, terrã herbis uirentem præstant, rem aspectu admodũ iucundam. Est & templum ex duro lapide priscis temporibus conditum, uetustarum, & quæ intelligi nequeant literarum inscriptione. Ei uir ac mulier præsunt per omnem uitam, sacrorũ curam habetes. Hi felices habiti, qui id loci habitant, in arboríb. ob timorem dormiunt ferarũ. Iuxta Phœniconem nauiganti ad continentis promontorium insula est à Phocis quæ in ea uersantur, dicta

Phocarum Insula.

Phocarũ insula. Tanta enim harum bestiarum copia in his locis superest, ut rũ uideatur aspicientibus. Imminens huic insulæ promontoriũ ei loco adiacet qui appellatur Petra, & Arabiæ Palestinæ. In hanc & thus & reliqua odorem reddentia ex superiori, ut fertur, Arabia Gerrhæi Minnęiq; apportant: reliquũ

Maranæi. Garindæi.

maritimã oram tenuerunt olim Maranæi: deinde qui proximi sunt Garindæi, quæ loca ab eis hoc pacto sunt usurpata. Celebritas erat olim in eo quem dixi mus Phœnicone lustris singulis seruata, ad quã undiq; è proximis locis accedebant pingues camelos (hecatombas appellant) diis in templo sacrificaturi. Adquam inde recedentes (nã persuasum erat eam sanitatẽ deferentib. cõferre) in patriam ferebant. Ob eam causam Maranæis ad sacra adeuntib. Garindæi tũ prius qui domi remanserant Maranæos, tum deinceps qui à sacris redibant, per insidias aggressi, ad unũ peremerunt. Vacuã cultorib. patriam tum frugibus tum pecoribus nutriendis aptam, inter se diuiserunt. Portus ea regio paucos habet, sed frequentibus diuiditur montib. ex quibus præter aspectus uoluptatem, magna à colonis utilitas percipitur. Ex hac nauigãtes sinus excipit

Nabatæi.

Elanites, frequentibus inhabitatus Arabũ uicis, quos Nabatęos uocãt: hi maiorem sinus portionem tenent, & mediterraneas quasdam propinquas partes in quibus frequens est populus, & permagna pecoris copia. hi priscis temporibus iustè uiuebant, uictu quẽ armenta præbebãt, contenti. Postea uerò qui Alexandrinos mercatores ad ea loca nauigantes spoliare prædatoriis nauib. cœperunt, imitati eorum qui in Ponto sunt taurorũ feritatem, triremibus deiacti, meritam pœnam dedere. Subest deinceps regio campestris irrigua, quæ ob frequentes fontes nutrit gramen medicũ, & longitudine hominis lotum propter loci ubertatem nõ solum infinitus ibi pecorum alitur numerus, sed syluestres cameli, cerui, dameq; cõplures pascuntur. Magno præterea numero accedunt eò cibi gratia leones ex locis desertis, ac lupi, pardales q; : quib. cum feris pro armentorum tutela pastores die noctuq; certare coguntur. Ita soli illius bonitas incolis discriminis causam præbet. Natura enim bonis ut plurimũ quæ hominibus largitur, & mala immiscet. His cãpis sinus quingentorum latitudine stadiorum adiacet, natura mirabili clausus pluribus ac magnis scopulis, perplexusq; ac exitu difficilis. Saxum longè in mare porrectum, nauigantium aditum reditumq; impedit: tãtum fluxus tempestatisq; tempore, cum fluctus excreuere, naues supra saxum uentorum ui delatæ transeunt.

Banizomenæ. Λυτζομένης.

Gentes quę iuxta sinum habitant, Banizomenæ appellatæ, uenationibus uiuunt: apud quos est sanctissimum templum, quod omnes Arabes superstitiosius celebrant. Tres proximę his sunt insulæ, quę multos habent portus. Harũ primam solitariam, in qua antiquarum domorum lapidea sunt fundamenta, itemq; columnæ barbaricis literis insculptæ: ferunt Isidi sacram. Eodem pacto & reliquæ sunt desertæ cultoribus, oleis tamen refertę à nostratibus diuersis. Post has insulas maritima loca ad mille stadia abruptis scopulis plena sunt. Mare innauigabile, neq; portus, neq; locũ habet in quo anchoræ figi queant: ut necesse sit orta tempestate nauigantes submergi. Mons huic mari imminet uertice præcipiti, atque alto, in cuius radicibus exesæ speluncæ sunt frequentes, asperaq; concauitates. In has frequentibus procellis delata maris profundi tempestas, sonum tonitruo similem reddit. Fluctus partim ad magna illi saxa,

lisi saxa, sursum feruntur spuma mirabili edita: partim à locis concauis absorbentur, maximo edito fragore ac strepitu: adeò ut eis locis propinquantes, eo sonitu perculsi, timore pereant. Hoc littus Arabes incolunt nomine Thamudæi. Thamudæi.

dæi. Sequitur sinus ingens, sparsis in eo permultis insulis aspectu simili insulis Echinasijs. Iuxta littus arenæ sunt prælti tumuli, colore nigro, longè lateq; dispersi. Deinceps peninsula subest, optimum habens omnium portum, qui in historijs describuntur, nomine Charmuta. Nam sub rupe immensam quæ ad Zephyrum spectat, sinus est non solum iucundus aspectu, sed utilitate quoq; cæteros supergressus. Ei mons imminet amœnus centum stadiorum ambitu. Ingressum habet duorum iugerum, portus tranquillus, duobusq; millibus patens nauium. Irriguus est præterea magno flumine in eum fluente. In medio quoq; insulã continet aquis totũdantem, atq; hortis accommodã. Deniq; Carthaginẽsium portui, quem dicũt Cothonum, uidetur esse persimilis: de cuius utilitate suo loco dicetur. Piscibus plurimis, ad eum ex magno mari tum ob cibum, tum ob aquarum in eum decurrentium dulcedinem confluentibus, est refertus. Hæc nauigantib. loca montes quinq; distantes inuicẽ prælti apparent, uertice in modũ Aegypti pyramidũ acuto. Sinus est deinceps rotundus, magnis circundatus promontorijs, cuius in diametri medio assurgit collis in modũ mensæ oblongus: in quo tria templa sunt admodũ magnifica, dijs græcis ignota sacra, magnoq; in honore ab incolis habita. Sequit deinde littus tũ fontibus irriguũ, tum plenũ dulcis aquæ riuis. In eo mons est uarijs arboribus densus, quem Gabinũ dicunt. Loca monti contigua Arabes tenent, quos uocant Debas. Hi camelos ad omnem uitæ usum paratos habent. nam in his bellant, his uaria ferunt onera, horũ lac potant, his uitam ducunt, super hos diuersa perambulãt loca. In medio regionis eorũ dicitur esse fluuius arena aurea, ex qua incolæ aurum elicere nesciunt. Sinunt aũt ab externis, sed non omnibus, auferri. Bœotijs enim duntaxat & Peloponnesijs arenam asportare licet. Idq; eis Herculis beneficio, erga suam gentem, ut à maioribus acceperant, olim impenso, in gratiam beneficij concessum. Contiguam eis patriam Arabes Alilæi Gasandiq; habitant: non quidem calore feruidam, ut propinqua loca, sed mollem & spissis quandoq; humectam nebulis, ex quib. niues & pluuiæ suo tempore aduenientes, æstatem temperatã reddunt. Regio sua natura fertilis habetur, sed parũ colitur, hominũ incuria. Aurũ è cuniculis nulla arte factis effodiunt, non quidem quod terra igne liquefactum exprimant: sed ipsa natura purũ, quod ab re apyron dicunt. Minutum tamen reperitur, ut pars minima, scintillæ ignis: maxima, nucis sit instar regiæ. Illud circa manuũ iuncturas ferũt, circaq; collum, preciosis lapidibus distinctum. Cùm auri apud eos sit copia, æris inopia ac ferri, inuicem ea cum mercatoribus permutãt. Hos sequuntur quos uocunt Carbos. Hos Sabæi, gens Arabũ populosissima, qui felicem Arabiam incolunt, eorum quæ apud nos sunt preciosissima ferentem plurima, ac omni pecoris genere apprimè copiosam. Odoribus insuper suauibus, quos passim natura apud eos gignit, omnes fermè alias superat nationes. Nã in maritimis locis balsamum oritur, & casia, quædamq; herba natura singulari, quæ recens aspectu oculos oblectat, inueterata subito fit debilior. Pars mediterranea syluas continet amœnas, in quibus magnę sunt thuris ac myrrhę arbores: palmæ insuper, arundines, ac cinamomum, & alia his odore similia. Neq; enim referri posset singulorum species ac natura: adeò affluẽter multa in eam odorifera natura exaggerauit. Diuina quædã res est, & quæ uerba superet, suauis ad nostros sensus ab eis aspirans odor. Et sanè longè quoq; à continenti nauigantes hanc odorum uoluptatem percipiunt. Veris enim tempore uenti à terra perflantes, ab huiusmodi arboribus odores ad propinqua maris loca perferunt. Non enim remissam aromata, & uetustã, ueluti apud nos accidit, uim habent, sed ingentem recẽtemq;, & quæ ad omnes sensus perueniat. Aura quidem ex

Debæi. Alilæi. Gasandiæ. Aurum ἄπυρον. Carbi. Sabæi. Aromatum fragrantia.

optimis mixta odoríb. ad maritima descẽdens, multa suauitate nauigãtes affi-
cit, & confert ualitudini. Nam haudquaq; ex contrito fructu, aut in uase recõ-
dito aër manat odoriferus, sed à regione, arboribusq;, quibus id diuina quadã
natura ineſt, ut qui odores hos sentiunt, Ambrosiã quam narrant fabulæ (tãta
enim odorũ excellentia nullũ sibi nomen inuenit aptius) esse putent. Non ta-
men purã simplicemq; & absq; inuidia felicitatẽ fortuna his hominibus largí-
ta est: sed tantis donis multa immiscuit mala, profectò admonẽs, in perpetuis
bonis deos à nobis solere contemni. Nã apud odoriferas syluas serpentũ infe-
sta multitudo uersat, colore rubicũdo, lõgitudine palmi, qui prosilientis in ho
mines, letali occidũt morsu. Singulare quid incolis accidit, lõgo debilib. mor-
bo. Nam longa uexatí ægritudine, cum natura debilis, adeoq; exhausta est, ut
recreari nequeat, ex asphalto hircíq; barba uapores faciunt, quò malus odor
boní immẽliq; uirtutẽ contũdat. Bona enim mensura & modo sumpta, homí-
nib. psunt, & afferũt uoluptatẽ: sine mẽsura uerò, & alieno tẽpore inutilia red-
dũtur. Huius gentis metropolis est, quã Saban appellant, supra montẽ sita. Re-
ges habet ex generis successione, eos quib. multitudo honores distribuit bo-
nis malisq; immixtos. Beatam namq; uitam habere uidentur, quòd reliquis
imperantes, rationem ab se gestorum inimimè coguntur reddere. Infelicem ue-
rò, quòd nunquam regiam exire queunt. Nam si palàm prodirent, à turba ho-
minum lapidibus ueteri quodam deorum responso, obruerentur. Hæc natio
non solum propinquis barbaris, sed cæteris hominibus ditior atq; opulentior
habetur. Nam in mercaturarum commercio ex parui ponderis re plurimum
precij à mercatoribus in rerum commutatione capiunt. Ideoq; cum nullam
unquam calamitatem ea gens sit experta, auri autem argentiq; copia, præser-
tim Sabæ, ubi regio est, superfit, toreumata argẽtea aureaq; omnis generis po-
culorum habent: lectos insuper, tripodasq; argenteis pedibus, cæteramq; sup-
pellectilem ultra fidem sumptuosam. Magnis quoq; columnis porticus fulci-
untur: quarum capita tum argentea tum aurea sunt: laquearia uerò ac portæ
aureis phialis preciosis lapidibus intermixtis, totius domus sumptuosissimũ
ornatum ostendunt. Alia enim auro, alia argento, quędã lapidibus splendent.
Nonnulla tum elephantorum dentibus sunt exculta, tum multis præterea re-
bus alijs quæ plurimi apud homines existimãtur. Et hi sanè multis seculis per-
petuam habuere felicitatem. Abfuit enim ab eis penitus, quod multos in præ-
ceps dedit, ambitio per auaritiam aliena possidendi. Horum mare albo colore
esse uidetur: quod cũ mirabile sit, eius rei causam quærendæ dedit. Insulæ sunt
felices propinquæ, quarum urbes mœnibus carent. Pecora in eis omnino al-
ba, cornua fœminis natura desunt. Ad has mercatores commeant undiq;, sed
maximè ad Potanam, quam Alexander iuxta Indi fluminis ostium condidit,
locum in Oceani littore nauibus recipiendis aptum. Et hæc hactenus.

Astrorum obseruatio.

Nunc illa quæ in eis locis miranda in cœlo uidentur, non omittenda. Igitur
præcipua admiratione uidentur digna quæ de Arcto scribũtur, multumq; du-
bij afferunt nauigantibus. A mense enim Martio nullum eorum septem quæ
circa Arctum sunt astra, usq; ad primam Vergiliam uideri dicunt. maiorem au-
tem usq; ad secundam horam, paulóq; pòst, parum aspici à nauigantibus: at-
qui planetæ appellantur, non aspici omnino. Aliorum autem quædam maio-
ra nostris uideri, quędam dissimili ortu atq; occasu. Solem non tanquã apud
nos paulò ante ortum iubar emittere, sed adhuc nocte obscura subito appare-
re lucentem. Ideò nunquam diem in eis locis, prius quàm Sol uideatur, oriri:
quem ex medio pelagi tradunt surgere incensis carbonibus similem, radiosq;
permagnos procul afferre: forma autem apparere non rotunda, quemadmo-
dum apud nos, sed colũnæ simili, paulum à summo capite luculentiorem aspe
ctum habente. Præterea neq; splendorem, neq; radios usq; ad primam horam
præbere, sed uelut ignem absq; luce in umbra uideri. Secunda hora ueluti cly-

peum

Sabaurbs.
Principes ἀ-
υπεύθυνοι.

peum fieri, lumenq; præbere continuum, & supra modum feruens. Circa occasum eo nuerso contingit. Nam uidetur aspectu orbem nouis radijs illuminare horis duabus, aut ut Agatharchides Cnidius tradit, tribus. Hoc uerò tempus incolis periucundum. Iam diminuto uergente in occasum solis æstu, Zephyrus & Libycus & Euri uenti apud eos, sicut & apud alios, spirant. Nothi uerò apud Aethiopiam neq; uigent, neq; noti sunt. Apud Arabes ac Troglodytas adeò calidi supra modum regnant, ut & exurant herbas, & ad umbras quoq; confugientium debilitent corpora. At Boreas meritò optimus existimatur, cum sit ubiq; terrarum frigidus.

DE PRISCIS LIBYAE REBVS, DEQVE IIS quæ de Gorgone & Amazonibus & Ammone atq; Atlantibus scribuntur. Cap. IIII.

NVnc ad Libyos Aegypto propinquos, & proximas eis regiones transeamus. Circa Cyrenem ac Syrtes oras q; mediterraneas quatuor Libyo- *Libyorũ quatuor populi.*
rum inhabitant genera: quorum Nasamones dicunt, qui ad Notum uergunt: alij Anochitæ, ad occidentem siti. Quidam Marmaridæ, inter Aegyptum & Cyrenem habitant, ac littoris partem. Quartum genus multitudine præstans hominum, appellantur Macæ: qui circa Syrtes habitantes, soli inter cæteros Libyos agros uberes fructu colunt. Iumentorum ex quibus nutriuntur, diligentem curam habent. Hæ ambæ nationes regibus parent, uitam non omnino agrestem agentes, neq; ab humanitate alienam. Tertij neq; ullis subsunt regibus, neq; ullam, latrocinijs semper intenti, iustitiam norũt. Rapientes enim quæ prima ex deserto casu occurrunt, confestim ad sua loca rédeunt. Hi omnes Libyi uita sylue stri sub dio habitant. Victu ferarum more contenti nil domesticum edunt. Nullis uestibus præterquam caprarum pellibus tegunt corpora. Potentiores inter eos nullas habent urbes, sed turres aquis proximas, condentes in eis quę usui supersunt. Subditos populos singulis annis adiurãt ut principi pareant. Obtemperantes ut socios diligunt. Imperium abnuentes, ut latrones persequuntur. Arma sunt eorum & regioni & moribus congrua. Nam cum sint corporibus leues, regio uerò ut plurimum plana, neq; ense, neque gladijs, neq; alijs armis utuntur in bello: treis tantum ferunt hastas, lapidesq; in uasis ex corio factis delatos. Cum his certãtes, tum in congressu, tum etiam abeundo primò ferire hostem conantur, ad cursum, & lapides rectè iaciendos, longo usu edocti. Erga externos nullum ius, nullam omnino fidem seruant. Regio Cyrenæ proxima campestris est, non frugibus solũ, sed uineis, oleoq; & pascuis utilis. Sunt insuper flumina non parum incolis utilia. Quæ uerò ad Notum uergit, deserto cincta, infructuosa est: utpote aquis carens. Aspectum habet mari similem. Huic desertum ingens sterile adiacet, transitu perdifficili. Ita neq; aues in ea, neq; quadrupedia, præter damas & boues conspiciuntur. Loca mediterranea arenarũ cumulis referta, quo plus uitę necessarijs carent, eò uarijs magnisq; serpentibus, ijs præsertim quos Cerastas uocãt, quorum morsus letales habentur, sunt fertiliora. Hi colorem arenæ similem habent: qua ex re à paucis internoscuntur. Ita coloris errore seducti quidã, pedibus illos conculcantes, uitæ periculũ adeunt. Ferunt hos quondam serpentes in Aegyptum transmigrantes, magnam regionis partem inhabitabilẽ reddidisse. Mirabile uerò quippiam in eis oris, & ea quæ est circa Syrtes Libya, contingit. Nam quandoq;, & maximè quieto à uentis tempore, apparent in aëre diuersorum animantium formæ: quarum quædam quiescunt, quædam mouentur. Et hæc aliquando fugiunt, aliquando insequũtur: sed omnes magnitudine eximia stuporem timoremq; inicijs præbent. Nam quæ homines insequuntur, comprehensum frigido circundant contactu. Externi quidem, *Formæ animãtium in aëre apparentes.*

utpote eius rei insueti, exterrentur: ab incolis ex assuetudine spernuntur. Quo
Causæ physicæ earum formarum. niam res uidetur miranda, & fictæ fabulæ persimilis, Physici quidam eius rei conati sunt rationem reddere. Aiunt enim uentos in ea regione aut omninò non spirare, aut penitus debiles esse & remissos: aërem uerò perpetuò, quoniam neq; cõualles, neq; abrupti specus, aut antra, neq; alti colles, aut magna flumina in eis sunt locis, esse immobilem & quietum. Deniq; omnes uicinas regiones steriles, & absq; fructu, nullos uapores quibus uentus excitetur, gignere. in aere igitur denso atq; obtuso, quemadmodum æstiuo tempore in nubibus, aliquando diuersas animantium species licet uidere, formam illis aëre, quem leues & tenues auræ quandoq; mouent, præbente. Eas postmodum motu paulum aëre ad terram impulsas, forma tradunt quam casu sumpserint, cadere: eiq; in quem fortè inciderint hærere: quoniam in unã partem magis quàm in aliam motus nulla in illis electio esse uidetur. Nam in re inanimata non est aut appetitio, aut uoluntas: sed animantia quibus hærent, occultè causam motus præbent. Nam procedentiũ animantium motu anterior aër impulsus, imaginem præcedentem mouet, ut fugere uideatur: similiter sequens idolum ex motu aëris ad progressum animantis præcedentis tractum, sequi uidetur animal quod præcedit. Quod si se uerterit, aut firmum steterit, idolum simili modo à motu cessat. Cùm uerò in animal inciderit, dissoluitur, frigore quodam circa corpus relicto.

De Libycis Amazonibus. Superest nunc, ut de his Amazonibus scribamus, quas priscis tẽporibus in Libya ferunt extitisse. Multi enim existimant eas solas fuisse: quę circa flumen Thermodonta in Ponto regnarũt. Verùm non rectè sentiunt. Multis enim antea seculis Libycę fuêre: à quib. multa gesta accepimus memoratu digna. Neque uerò ignoramus harũ historiã nonnullos haud uerã existimaturos. Nacã natio uidet addendũ, antè Troianũ bellũ seculis omnino deleta sit, Amazones aũt q̃ circa Thermodonta habitarũt, multo pòst tempore extiterint: simile ueri est, eas q̃ postea notiores fuere, superiorũ, quarũ iam euanuerat fama, nomen & gloriam, præsertim apud temporum inscios, obscurasse. Verùm cum legerimus plures antiquos tum poëtas, tum rerum scriptores, eosq; qui postmodum fuere, illarum memoriam posteris reliquisse: conabimur & nos quoq; paucis ipsarum facta literis mandare, rerum serie à Dionysio, qui Argonautarum, Bacchi, ac nonnulla alia priscorum gesta descripsit, assumpta. Multæ mu-
Mulierum in Libya nationes. lierum nationes in Libya fuisse traduntur pugnaces, ac ualidæ uiribus. Nam
Gorgonum gens. Gorgonum gens fuit, aduersus quas Perseus haud paruo certamine bellum gessisse fertur, uir fortitudine eximia, Iouisq; filius, & Græcorum suæ ætatis optimus. Earum mulierum uirtutem & potentiam uel maximè licet conspici, si quis quæ de illarum præstantia scribuntur, cum nostri temporis mulieribus conferat. Asserunt sitas esse occidentem uersus in extremis orbis finib. Non eandem quam nostræ uitam ducunt: nam mos est illis, certo tempore bellicis adseruandam uirginitatẽ rebus exercitari: transactis militiæ annis, uiris coniungi prolis gratia. Has solas & principari, & publica obire munera: uiros nostrarum fœminarum instar, domesticæ rei curam habere, tum obtemperantes fœminis, tum militiæ principatus q; ac omnis Reip. expertes. Post partum nati infantes dantur uiris, quos lacte nutriant, alijsq; rebus prout ætas poscit. Fœminis mamillas, ne crescant, urunt, asserentes impedimento eas ad bellãdum esse. Vnde à Græcis, eo quòd mammis carent, Amazones appellantur. Asserunt habitare illas insulam Hesperã: quia ad occasum sita sit, uocitatam. Eam uerò esse in Tritonidis palude, quæ proxima Oceano, à flumine quod in eam defluit, Tritonia appelletur. Hanc paludem Aethiopiæ ferunt conterminam, montiq; qui est iuxta Oceanum, maximus omniũ qui in eis sunt locis, & mari
Atlas. imminens, à Græcis Atlas dictus. Hanc insulam permagnam esse, uarijsq; arborum fructibus, ex quibus incolæ uiuant, uberem ferũt: esse & in ea multos

tum ca-

tum caprarum tum pecudum greges, quorum lacte & carnibus uescuntur. Frumento penitus caret, illius usu incolis ignoto. Hę Amazones corpore ualidæ, auidæq; belli, primum omnes insulæ uicos præter unum (Ichthyophagi Aethiopes habitant) Menes nominatum, quem sacrum arbitrantur, expugnarunt. Solis æstu admodum insula feruet, ferens precioſos lapides permultos: quorum hos Græci carbunculos, alios sardonychos, quosdam smaragdos uocant. Deinceps plures Libyæ propinquas subegerunt gentes: urbemq; præclaram infra Tritonidis stagnum, quam à forma peninsulam appellant, in poteſtatem redegere. Ex hac profectæ, multas orbis partes peragrarunt. Sed primi Atlãtidæ bello appetiti, cæteris earum partium humaniores: qui patriã incolentes felicem, magnas urbes tenebant. Ab his deorum genus, prout Græci de Oceano ſcribunt, prodiſſe ferunt: de quibus paulò pòst dicemus. Traditur Amazonum reginam nomine Myrinam exercitũ triginta millium peditum, duorum millium equitum confeciſſe, maxima ſpe uictoriæ in equitibus poſita. Tegmenta corporum pro armis habuere ſerpentum magnorum coria: quorum & quidem præter fidem ingentium, copia in Libya ſupereſt. Vtebantur longis enſibus, haſta, & arcu, quo non ſolum ex aduerſo pugnantes uulnerabant, ſed fugiendo feriebant inſequentes. Cùm Atlantidum regionem peruaſiſſent, quam Cercenem uocant, incolentes, acie ſuperata uictos inſequentes, unà cum eis portas ingreſſę urbẽ cepere. Vt autem terrorem formidinemq; cæteris iniicerent, inſolenter uictoria abuſæ, occiſis omnibus uſq; ad puberem ætatem uiris, pueros fœminasq; euerſa urbe in ſeruitutem adegerunt. Qua calamitate apud finitimos uulgata, Atlãtidas aiunt timore territos ad eas miſiſſe, pollicitos tradituros ſe illis urbes, atq; imperata facturos. Regiſſa cum ipſos benignè audiuiſſet, amicitia cum eis ſtatuta, urbem ſui nominis euerſæ loco condidit, inq; ea tum captiuos, tum finitimarum partium uoluntarios accolas collocauit. Deinde dona magnifica communi Atlantidum decreto data, honoresq; eximiè impenſos inito cum eis fœdere cepit, pollicita ſe genti eorum ſatis eſſe facturam. Verùm Gorgonidum, quæ gens finitima erat, armis ſæpius Atlantibus laceſſitis, ferunt Myrinam gratia precibusq; eorum impulſam exercitum contra Gorgonidas duxiſſe. Quo oppoſitis copijs inito certamine ſuperatæ magna ex parte occubuerunt, uiuæ ad trià millia captæ. Reliquis in loca ſyluestria confugientibus, conatam Myrinam ſcribunt ſyluas, ut earum genus deleret, incendere uoluiſſe. Verùm cum id nequiſſet, ad montes propinquos tranſijt. Amazonibus negligenter, ut in uictoria ſolet, uigilias ſeruantibus, captiuæ eductis dormientiũ enſibus, multas interemerunt. Tandem excitatæ Amazones, armis captis acriter pugnantes omnes occiderunt. Mortuas Amazones Myrina tribus magnis aggeribus ſepeliuit, qui hucuſque Amazonum tumuli appellantur. Gorgonidas deinde tradunt cum uires auxiſſent, iterum à Perſeo Iouis filio expugnatas, cum earum eſſet regina Meduſa: poſtremò ab Hercule, & eas, & Amazonum gentem, quo tempore ad occiduas partes tranſiens columnam in Libya poſuit, fuiſſe delatas: rem indignam exiſtimante, quum pro communi ſalute hominum pugnaret, aliquibus gentibus fœminas imperare. Legitur quoque Tritonidem paludem, terræ motu his apertis locis quæ ad Oceanum uergebant, deſiccatam eſſe. Myrina plurima Libyæ parte peragrata, cum in Aegyptum tranſmeaſſet, cum Oro Iſidis filio, qui Aegyptijs imperabat, amicitia firmata, Arabiam bello petijt: ubi multis interfectis, in Syriam tranſijt: qua ſubacta, Cilices ei cum donis obuios, pollicitosq; imperata facturos, liberos eſſe, quoniam ei ultrò occurriſſent, iuſſit. Qua ex re nunc etiam liberi Cilices uocantur. Subiecit quoque eas quæ circa Taurum ſunt nationes, quamuis uiribus potentes. Tum per Phrygiam ad magnum mare cum deſcendiſſet, regionem maritimam tranſgreſſa, Caicum flumen ſtatuit militiæ finem: prouinciæ uerò quæ Doryctica

Amazonũ regina, exercitus, arma.

Vrbes à Myrina ædificatæ.

dicitur, loca opportuniora condendis urbibus eligens, multas in ea urbes, unam sui nominis, alias magnorum ducum appellatione ædificauit, Ninam, Cymem, Pitanem, Pryneam. His iuxta mare sitis urbibus, cæteras permultas in mediterraneis posuit locis. Insulas insuper nonnullas in potestatem suam redegit: sed Lesbum præcipuè, in qua urbem condidit Mitylenem, sororis quę cum ea militabat, nomine. Deinceps cum quasdam alias sibi subdidisset insulas, tempestate coorta, cum uotum matri deorum pro salute fecisset, ad unam ex his solitaria profecta, iuxta quoddam insomnium ei deæ insulam sacrauit,

Samothracia insula.

erectaq; ara, sacra solennia celebrauit. Nominasse insulam ferunt Samothracem, quod à Græcis sacra insula interpretatur. Quidam historici tradunt eam primum appellatam Samum, ab incolis postea Thracibus Samothracem cognominatam. Alij Amazonibus in continentem aduentantibus ferunt deorum matrem hac oblectatam insula, & alios quosdam in eam, & filios quos Corybantes dicunt, traduxisse. Quis uerò eorum extiterit pater, in arcanis sacrorum traditur. Monstrasse quoq; ea fertur, quæ nunc sunt in ea mysteria, tēplumq; asylū statuisse. Per hæc tempora Mopsus Thrax à Lycurgo rege Thracia pulsus, Amazonum gentem coacto exercitu inuasit. Cui Sypilus Scytha

Mopsus Thrax.

auxilio affuit, antea à Scythis Thracię finibus expulsus. Prælio inter eos Amazonasq; commisso, Mopsi Sypiliq; res superior fuit, Myrina cum plerisq; aliarum interempta. Postea cum semper à Thracibus acie superarentur, tandem quæ superfuerant Amazones in Libyam reuertere: ibiq; earum militiæ finis, ut aiunt, fuit.

DE IIS QVAE DE NYSA FERVNTVR FABVlæ quibus de Titanibus, de Baccho, & de eorum matre continetur. Cap. V.

POstea uerò quàm Atlantidum meminimus, haud ab re erit, deorum genus qui ab his prodisse feruntur, cum & Græci parum ab his dissentiant, recensere. Atlantidæ, ut accepimus, loca propinqua Oceano, & quidem felicia incolentes, tum pietatis, tum erga aduenas humanitatis præ cæteris finitimis gentibus laudem tulerunt. Ab his deorum genus manasse tradunt: quibus assentitur præstantissimus Græcorum poëta, Iunonem, Oceanum deorum patrem, & matrem Thetim appellantem introducens.

Vranus.

Scribunt autem primum regnasse apud eos Vranum: homines q; antea per agros dispersos, ad cœtum, condendasq; urbes exhortatum, à fera eos agrestique uita ad mitiorem cultum traduxisse. Assuefecisse insuper domesticos fructus serere, aliaque permulta ad communem uitæ usum spectantia docuisse. Tenuisse quoque magnam orbis partem, maximeq; loca ad occidentem atque ad septentrionem sita. Astrorum quoque diligens extitit obseruator, multa hominibus futura prædicens. Annum etiam confusum antea, à Solis, menses uerò à Lunæ motu descripsit: singulaque anni designauit tempora. Qua ex re multi ignorantes astrorum ordinem sempiternum, admirati autem futuri prædictionem, arbitrati sunt, eorum authorem naturæ diuinæ participem. Post obitum, tum ex beneficentia, tum astrorum notitia, immortales honores adeptus est. Hoc autem constat, illum nomen hoc sortitum esse ob astrorum occasus, ortusque, multarumque rerum peritiam: tum uerò propter honores illi pro beneficijs suis impensos, tum & ipsum regem sempiternum omnium appellarunt. Vranum ex multis uxoribus suscepisse ferunt filios quinque & quadraginta: horum decem & septem ex Titea ortas, proprio nomine singulos, communi autem omnes à matre appellauit Titanas. Titeam uerò prudentia præditam, cum plurimum mortalibus profuisset, ab eis post obitum deificatam, terramque esse cognominatam. Genuit

quoq;

quoqúe filias, quarum duæ, Regina uidelicet & Rhea, quam Pandoram dixere superiores ætate, cæteris euaserunt clariores. Ex his regina prior annis prudentiaq; & uirtute reliquis præstantior, in gratiam matris fratres omnes educauit: eoq; magnam aiunt matrem appellatam. Pandora.

Postea uerò quàm pater post obitum ad deos transijt, communi populorum fratrumq; consensu regnum cepit adhuc uirgo, cum nulli antea nupsisset. Postmodum cupiens filios linquere successores regni, unum ex fratribus Hyperionem uirum sumpsit: ex quo duos peperit liberos, Solem & Lunam. Quorum formam prudentiamq; admirantibus singulis, tradũt fratres prolis inuidia motos, ueritosq; ne quando imperium ad Hyperiona peruenirent, scelesto facinore excogitato, fratrem communi consilio obtruncasse, Solem adhuc puerum in flumen Eridanum proiectum, suffocatum esse. Qua re uulgata, Luna præter modum fratrem diligens, ex tecto se præcipitauit. Matri quærenti iuxta flumen corpus, cum in somnum incidisset, uisum per somnium est, à Sole se consolari, rogarique ne lugeret natorum mortem, nam homicidas meritum esse supplicium passitos: se uerò ac sororem quadam Dei prouidentia futuros immortales: nam ignem cœli sacrum antea uocatum, Solem ab hominibus appellandum fore: quę uerò Mena prius dicebatur, Lunam. A' somno ex perrecta, quum omnibus tum somnium, tum infortunium suum narrasset: filios ut deos coluit, ipsa innupta uiuens. Postmodum in insaniam uersa filia, cymbala tympanaq; quatiens, edito sonitu, sparsis crinibus per regionem errabat. Quo aspectu misero obstupebant homines. Cùm uerò omnes eius doloris misererentur, quidam corpus sustinerent, maximo imbre coorto, continuoq; fluminum casu Reginam aiunt disparuisse. Quam rem admiratus populus, Solis Lunæq; nomen ad astra transtulit, matrem & deam existimauit: & erecta ara, cymbalis ac tympanis cæterisq; rebus illius gesta imitatus, sacra illi & deorum honores instituit. Huius deæ in Phrygia origo extitisse traditur. Asserunt enim incolæ, Phrygię Libyæq; regem priscum fuisse Menoën, qui uxorem duxerit Dindymenem. Ex ea natam fœminam cum nutrire nollent, in montem Cybelum nomine ab se expositam, diuina quadam sorte pardales aliæq; feræ lacte uberrimè præbito nutrierunt. Hanc mulier quædam pecora pascens cum uidisset, facto stupens, infantem tulit, atq; à loco Cybelem nominauit. Aucta ætate, pulchritudine prudentiaq; excellens, mirabili ingenio fuit. Nam & fistulam pluribus calamis compactam, & ad lusum choreasq; cymbalum tympanumq; prima adinuenit. Præterea pecorum puerorumq; morbis remedia introduxit. Itaq; tum propter infantes, quibus uerborũ medicaminibus salutem præbuit, tum quia plurimos ueluti in sinu fouit, tum etiam propter diligentiam amoremq; singulis præstitum, matrem ab omnibus dictam ferunt. Amicitiam quoq; eius coluisse Marsyam Phrygen, ingenio prudentiaq́ue mirabili. Coniecturam ingenij sumunt, quòd uocis sonum multiplicis fistulæ imitatus, ad tibias eam harmoniam traduxit: prudentiæ, quòd usque ad extremum uitæ finem cœlebs uixit. Cybele prouecta ætate, adolescentem quendam eius regionis Atym nomine dilexit: quem postmodum dixerunt Papam. Cùm eo dam coiens, grauida facta est. Quod ut parentes norunt, in regiam accitam, ut uirginem pater suscepit. Noto autem filiæ peccato, & Atym & nutrices interfici iussit, atque insepultos abijci. Cybelen tum Atys amore, tum dolore nutricum perculsam, insanam effectam, in publicum prodijsse ferunt, psallentem, quę cum tympano, solam uniuersam regionem sparsis capillis obambulasse. Huius Marsyas misertus, sponteq́ue illam assecutus, unà pererrauit, prisinæ amicitiæ memor. Cùm ad Bacchum in Nysam urbem uenissent, inuenêre Apollinem magna existimatione habitum, quòd primus diceretur citharam reperisse. Cybele. Atys.

Orta in-

Apollinis & Marsyæ contentio.

Orta inter eos artis contentione, Nysæos iudices constituerunt. Apollo primùm cythara simplici usus est, Marsyas uerò tibijs: quibus admodum, utre noua, audientes obstupuêre. Eo in certamine soni suauitate Apollinem uisus est superasse. Ambo astantibus iudicibus cum artem uterq; suam præferret, Apollo modulationem cantus ad citharæ suauitatem adiecit: quapropter tibiæ sonum uisus est excedere. Quod Marsyas ægrè ferens, audientes monuit, minimè se uictum esse. Non enim uocis, sed artis comparationem fieri oportere: secundum quam harmonia ac suauitas tum citharæ, tum tibiarum esset exquirenda. Iniquum præterea esse, duas simul artes uni conferri. Tunc Apollo respondisse fertur, se nihilo plus ad sonum quàm Marsyam adhibere. nam & ille quoq; ore uteretur, cum tibias inflaret. Oportere igitur aut ambobus idem licere, aut neutrum ore, sed manibus ostendere suæ artis modulationem. Cùm uideretur iudicibus æquiora Apollinem postulare, artibus item comparatis, aiunt denuò Marsyam esse uictum. Apollinem uerò ea contentione exasperatum, uiuum Marsyam excoriasse. Verùm extemplo pœnitentia ductum, ægrè quod egerat ferens, proiectis citharæ cordis, inuentam ab se harmoniam deleuit. Ad hanc postmodum Musæ mediam, Linus quã lichanon, Orpheus & Tamyras quam hypaten ac parypaten musici dicunt, addiderunt. Apollinem ferunt citharà tibijsqúe in antro Bacchi positis, Cybeles amore captum, cum ea usq; ad Hyperboreos errasse. Cùm Phryges morbus opprimeret, terraq; nullos præberet fructus, sciscitantibus Deum malorum remedia, oraculo præceptum est, ut Atys corpus sepelirent, & Cybelem uenerarentur ut deam. Non reperto Atys, quod tempus absumpserat, corpore, Phryges imaginem adolescentis, circa quam planctu ac lamentis sacra inibant, fecere, iram iniquæ mortui mitigantes. Quę consuetudo apud Phryges usq; ad hæc tempora permansit. Cybelæ uerò ara erecta, annis singulis sacrificabant. Postmodum in Pessinunte oppido Phrygiæ sumptuoso constructo templo, honores illi sacraq; solennia constituerunt, Mida rege ad ea plurima conferente. Posita erãt circa deæ statuam pardales ac leænæ, à quibus olim esset enutrita. Hæc de Cybelæ deorum matre apud Phryges, deq; Atlantibus qui circa Oceanũ regnarunt, traduntur.

Atlas.

Post Hyperionis interitum Vrani filios imperium diuisisse. Ex eis fuisse Atlantem & Saturnum nobilissimos. Atlanti loca ad Oceanum posita sorte obuenerunt: qui & populos suo nomine, & maximum prope Oceanum montium appellauit Atlantem. Ferunt ipsum Astrologiæ fuisse peritissimum, deqúe sphæra primum inter homines disputasse: qua ex re uisus est orbem suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphæræ inuentione. Hunc aiunt frequentes sustulisse filios, sed unum pietate, ac in subditos iustitia, humanitateq; insignem, quem Hesperum appellauit: qui cum in Atlantis montis cacumen ad scrutãdos astrorum cursus ascendisset, subitò à uentis arreptus, nequaquam amplius uisus est. Ob cuius uirtutem casum hunc miserata plebs, honores illi præbens immortales, astrum cœleste lucidissimum eius nomine

Atlantides.

uocauit. Fuerunt insuper Atlanti filiæ septem, à matris nomine Atlantides uocatæ, quamuis cuilibet proprium nomen esset: ut Maia, Electra, Taygete, Asterope, Merope, Alcynoe, Celeno. Has tradunt tum ab heroibus, tum à dijs cognitas, & deos propter uirtutem, & eos quos heroas dixerunt, ueluti principes generis hominum peperisse: ueluti prior ætate Maia ex Ioue Mercurium genuit, multarum rerum apud homines repertorem. Eodem modo & reliquæ Atlantides singulæ filios ediderunt præstanti uirtute: quorum hi quidem gentium, alij urbium conditores extiterunt. Itaq; non solum barbari quidam, sed etiam Græcorum plurimi, priscorum heroum genus ad istas retulerunt. Quas cum prudentes fuisse constat, tum post obitum honores deorum immortalium adeptas, Pleiadum appellationem cepisse. Nymphæ quoque

quæ dictæ sunt, quoniam communi uerbi mulieres omnes Nymphas incolæ appellant. Saturnum Atlantis fratrem aiunt præcipua impietate auaritiaq; Saturnus. prædituꝫ, uxorem cepisse sororem Rheam: ex qua ortus est Iupiter Olympus postea uocatus. Fuit & alter Iupiter Urani frater, qui in Creta insula regnauit, multò gloria inferior posteriore. hic enim imperauit orbi, superior Cretæ tantum. Genuitq; filios decem, qui Curetes sint appellati. Insulam quoq; ab uxore Curetes. Idea uocauit, ibiq; post obitum sepultus est. Cuius & hodie monstrari sepulchrum ferunt, ut etiam testantur Cretes: de quibus posterius referemus. Regnauit Saturnus in Sicilia, Libya ac etiam Italia: sed præcipuè in locis ad Heiperum sitis eius imperij firmamentum fuit. Apud omnes uerò arces urbium, & loca munitiora tenuit: quò firmius imperium foret. Ideò ad hoc usque tempus & in Sicilia & in occiduis oris editiora loca Saturnia dicta sunt. Ex Saturno Iupiter ortus, quoniam diuersa à patre uitæ institutione, erga singu- Iupiter. los mãsuetudine atq; humanitate usus est, à populo pater est nominatus. Regnum is deinde cepit, uel concedente patre, uel (ut quidam uolunt) populis à patre per odium desciscẽtibus. Aduersus quem cum Saturnus Titanum præsid. o iisus pugnasset, acie uictus est. Iupiter superior imperium assecutus, uniuersum orbem perambulauit, plurimum de genere hominum meritus. Viribus corporis, uirtutibusqúe excellens, breui totius orbis imperio potitus est. Omne eius studium in puniendis impijs, facinorosisq; hominibus, ac in bonorum præmijs, communiq; populorum utilitate uersabatur. Quibus rebus post uitæ finem à uiuendo zena, hoc est, Iouem dixere, eò quod benè uiuendi causa hominibus extitisset. Creditus uerò Deus in orbe est ab ijs, de quibus benè meritus, sponte illum omnibus & Deum & dominum in sempiternum uniuersi orbis profitentibus.

Quoniam in his quæ de reb. Aegypti à nobis relata sunt, Bacchi genus ge- De Baccho. staq; tetigimus, æquum uidetur, ut quæ de hoc à Græcis Deo scribũtur, literis mandemus. Verùm cum prisci rerum scriptores, poëtæq;, qui de Baccho miranda quædam literis tradidêre, de eius genere ac gestis dissentiant, difficilè uidetur uerum in his rebus exquirere. Nam hi quidem unicũ Bacchum, reliqui tres scribunt fuisse. Sunt qui eius genus nequaq; è mortalib. fluxisse dicãt, existimentq; illũ uini extitisse authorẽ. Sed nos quæ de eo feruntur, paucis transĩgemus. Naturales qui de hoc Deo loquunt, uitisq; fructũ Bacchum appellãt terram aiunt unà cũ cæteris plantis sua sponte uites tulisse, non ab aliquo principio satas. Huius rei coniecturam sumunt, quod nunc quoq; in quibusdã syluestrib. locis nascantur uites, fructũq; ueluti reliquæ arte hominũ cultę ferant. Duas Baccho matres priscos attribuisse: quod una & prima generatio dicat: quando uitis in terrã posita augmentũ capit: secũda, quando racemos producit. Itaq; altera huius Dei ex terra, altera ex uitis fructu fert generatio. Sunt q & tertiã generationem ipsi attribuant, ex Ioue & Cerere genitũ ferẽtes: à mortalibusq; dissipatum ac decoctum, rursus à Cerere membris compositis iuuenem factũ reuixisse. Quæ omnia ad naturales traducunt rationes. Iouis enim & Cereris filium ob eam causam tradunt, quoniam uites ex terra & pluuia nutritæ producant racemos, ex quibus uinum exprimatur. Ab hominibus uerò dispersum, eo quòd agricolæ fructum auferant, terramq; homines Cererẽ putent. Membra eius decocta, quoniam plures uinum decoquant, tanq; melius ac suauius futurum. A mortalibus uerò membra dispersa, iterum in ordinem redacta, terram ostendit certo anni tempore facta uindemia denuò nouos fructus proferre. Deniq; ab antiquis poëtis scriptoribusq; traditur, Cererem fuisse terram matrem appellatam. Eadem quoque & Orphei tradunt poëmata, & in ceremonijs introducuntur, de quibus haud quaquam fas est profanos loqui. Eodem modo ex Semele ortum ad naturale principium deducunt, asserentes Thionam ab antiquis terram fuisse nominatum. Semelem, eo quòd

uenerabi-

uenerabilis sit eius Dei cura & honor. Thionam uerò à sacris ei impẽsis uocatam. Bis eo Ioue natum tradunt, quoniam uites Deucalionis tempore unà cũ cæteris arboribus diluuio fuerint absumptę, deinde iterum exortæ: ueluti hęc secunda extiterit Dei apud homines procreatio, qua ex Iouis femore natum denuò hunc Deum scribunt. Qui igitur uini repertorem Bacchũ uolunt, huiusmodi fabulas scripsere. Qui uerò humano corpore Deum perhibent fuisse, ea dẽ tradunt, & uites eum, & uini usum inuenisse. Vtrum Bacchi plures fuerint, ambigitur. Quidam unum extitisse uolunt, qui & uinum repererit, & arborum fructus, uniuersumq; peragrarit orbẽ, initiationesq; ac ceremonias, & bacchanalia introduxerit. Alij tres, ut diximus, diuerso tempore fuisse scribunt, propriis cuiq; gestis attributis. Antiquissimum Indum uolunt extitisse: terraq; sua sponte ob soli fertilitatem uites ferente, ex uua uinum elicere ficus cæterarumq; arborum curam, & horum insuper comedendorum usum edocuisse. Eundem, quoniam Indorum sit moris per omnem uitam barbam nutrire, barbatum cognominauerunt. Hic orbem cum exercitu perambulans, & uitem plantare, & ex racemis uinum torculari, ex quo ipsum Lenæum appellãt, educere monstrauit. Plura insuper ad hominum usum ab eo inuenta, causam ut post mortem pro Deo coleretur, prębuêre. Ostendi quoq; etiam nũc apud Indos aiunt & locum, in quo sit ortus Bacchus, & urbes eius nomine ab incolis appellatas: multaq; pręterea alia extare, quę longum esset scribere, uestigia illum apud Indos natum testantia. Secundùm ferunt ex Ioue genitum, & Proserpina: ut alij sentiunt, ex Cerere: quem tradunt tum primum boues ad aratrum iunxisse, cum terra prius manibus hominum coleretur: multaq; alia instrumenta reperisse agrorum culturu accommoda, quò minori labore rustici opus facerent. His erga homines beneficijs, cum eum censerent immortalem, & honores illi & sacra ut Deo instituta sunt. Addita fuêre ueluti insigne quoddam ad picturas eius statuasq; cornua, tum ad monstrandam alterius Bacchi naturam, tum ob perutilem agricolis aratri inuentionem. Tertium ex Ioue ac Semele Cadmi Thebis Bœotiæ natum dicunt. Iouem enim ferunt amore illius captum, cum ea sæpius cubuisse. Iunonem zelo & ira motam, sumpta uenus ex Semelæ ancillis forma, ad ulciscendum iniuriã, suasisse illi ab Ioue petere, ut ea maiestate honoreq; secum concumberet, quibus cum Iunone consuesset. Quod postulatum annuens Iupiter, cum tonitruo ac fulmine ad Semelem descendit: quæ insolita re territa, expirans abortsa est. Editum ante tempus filium, Iupiter absconditum in femore cum tenuisset, partus tempore editum in Nysam Arabiæ urbem tulit: ubi à Nymphis educatus infans, à patre locoq; appellatus à Græcis Dionysius est. Hic specie decorus, primò in choreis & mulierum thyasis summa in uoluptate ludoq; nutritus atq; educatus est. Tum fœminarum exercitu, quas thyrsis armauit, congregato, orbem terrarum circuiuit: eos qui pie iusteq; uiuerent, sacra mysteriaq; docens. Festos præterea ubique dies, publicè choros agi, & musicam exerceri artem instituit. Postremò sedatis inter omnes nationes urbesq; discordijs, bellisq; ubique sublatis, pacem singulis largitus est. Ita uulgata tanquam præsentis Dei fama, eũ ad uitæ ciuilis cultum homines traduxisset, passim ei occurrentes cum lætitia gaudioq; excipiebant. Paucos autem ob superbiam impietatemq; spernentes eum, cum propter incontinentiam dicerent Bacchides ab ipso circunduci, ceremonias uerò ac mysteria ad corruptelam externarum mulierum introducta, extemplò pœna affecit. Ob diuinam animi naturam aliquando plectebat impios, quandoq; insanos reddens, quandoque mulierum manibus uirorum membra discerpens, nonnunquam militum opera sibi aduersantes ultus. Tradidit quoq; Bacchidibus pro thyrso iacula, mucronem ferri hedera circundante. Quæ tanquam muliebria spernentes reges, eoq; imparatos adortus, præter spem

spem superauit. Insignes inter mulctatos ab eo ferunt Græcum Penthea, Ninum Indorum regem, Lycurgum Thracem. Tradunt enim Bacchum ex Asia in Europam cum exercitu transiturum, cum Lycurgo Thracum qui sunt ad Hellespontum rege societatem coisse. Cùm fœminas primum in Thraces uelut amicos traduxisset, iussisse Lycurgum noctu milites suos Bacchum aggredi, ipsumq; & Mænades omnes obtruncare. His per quendam accolam Tharopem nomine cognitis, territus Bacchus, cum nondum transfretassent milites, amicorum præsidio occultè ad exercitum transijt. Lycurgus Mænades aggressus in loco qui appellatur Mysius, omnes interemisse dicitur. At Bacchus exercitu traducto, Thracem pugna superatum, captumq; priuauit oculis, domesticis eius cruci affixis. Tharopi, memor beneficij, Thracum imperium concessit, tradito ei orgia celebrandi modo. Huic Oeager filius succedens, & regnum & ceremonias mysteriaq; tradita suscepit. Quibus postmodum ab Orpheo ingenio & eruditioni præstanti perceptis, cum nonnulla ad orgia addidisset, repertas à Baccho ceremonias Orphea posteri appellarunt. Poëtarum quidam, interque eos Antimachus, tradunt, non Thracum, sed Arabum regem fuisse Lycurgum, qui & Baccho & Bacchidibus in Nysa Arabię cum exercitu occurrisset. At Bacchus pœna impijs, præmio bonis affectis, ex Indis Thebas elephanto uectus peruenit. A triennio uerò ijs peregrinationibus exacto, Græcos instituisse Trieteridas tradunt. Ipsum quoq; fabulantur, multarum gentium spolijs onustum, primum omnium in patria triumphasse. Ac de his quidem generationibus maximè conueniunt prisci. Contendunt autem & Græcæ urbes non paucæ de eius natiuitate. Nam Elei & Naxij, præterea qui Elentheras habitant, & Teij plures q; alij apud se natum perhibent. Teij quidem apud se ortum ea tradunt coniectura, quòd etiam adhuc in eorum urbe certo anni tempore è terra uini fons sua sponte fluat, sapore suauissimo. Cæteri uerò, hi quidem ostentant suam regionem Baccho dicatam: alij erecta templa illi, sacraq; olim statuta. Postremò cum multis orbis locis illius Dei meritorum uestigia monstrentur, haud mirum est, multos existimare suas urbes patriamq; præ cæteris à Baccho dilectas. Sentit & poëta nobiscum, enumerans in hymnis eos qui de suo genere ambigunt, & simul illum asserens in Arabiæ Nysa ortum.

Haud uerò inscius sum, Libyæ quæ ad Oceanum uergit accolas, de huius genere differentes, Nysam, & alia quæ de Baccho feruntur, quorum multa apud eos aiunt permanere ad hoc usq; tempus, uestigia apud se facta contendere. His multi prisci Græcorum scriptores, poëtęq;, hiq; etiam qui postmodū secuti sunt, assentiuntur. Nos uerò ut nihil eorū quæ de Baccho comperimus scripta, omittatur, paucis, quæ tum à Libyis dicta, tum à Græcis scriptoribus, præsertim à Dionysio ueteris historiæ authore tradita sunt, absoluemus. Hic enim Bacchi, Amazonum, Argonautarum, Troianiq; belli gesta, ac plura alia memoriæ prodidit, inuicem conferens & quæ à priscis poëtis, & quæ ab historicis narrantur. Hic ait, primùm Linum in Græcia numeros ac melodiam reperisse. *Linus.* Cadmum ex Phœnicia aduexisse literas, primumq; Græcam linguam inuenisse, ac rebus dedisse nomina. Ad hæc characteribus formam indidisse: communiq; uerbo literas, quoniam ex Phœnicia traductæ essent, appellatas Phœnicias. Sed à Pelasgis qui primi eis literis usi sunt, Pelasgas dixere. Lini, tum poëtæ, tū melodia excellentis, frequentes discipuli extitere. Horū tres præcipui habiti, Hercules, Thamyris, Orpheus. Hercules cithara discens, cum ingenio esset tardo, ob eamq; rem uapularet, ira motus Linū cithara peremit. Thamyris natura ad percipiendum apta, musicam didicit. In qua cum plurimum excelleret, dixisse illum aiunt, suauius se q; Musas cantare: quibus irritatę uerbis deę, & eum priuarunt musica, & lyram abstulerunt: quemadmodū Homerus his consentiens scribit. De Orpheo singulatim referetur, cum eius

opera

opera à nobis recenſebuntur. Linũ tradunt primi Dionyſij geſta literis Pelaſgis edidiſſe, quibus & Orpheus uſus eſt, ac Pronopides Homeri magiſter, uir ingenio mulicaq; egregius. Thymœtã inſuper, Thymœtæ Laomedontis, qui Orphei ætate fuit, plurimis orbis peragrãtis locis, in Libyam occidentẽ uerſus Oceanũ uſq; cum deſcendiſſet, uidiſſe Nyſam, in qua priſci incolę nutritũ Bacchum uolũt: ibiq; diligenter actis huius Dei apud Nyſęos perquiſitis, compoſuiſſe poëma ferunt quod Phrygium nominarit, antiqua lingua, & literis priſcis editum. Aſſerunt pręterea, Ammonem Libyæ partis regem uxorẽ cepiſſe Rheam Vrani filiam, Saturni aliorumq; Titanũ ſororem: qui regnum perambulans, iuxta Ceraunios montes conſpectam ab ſe uirginem forma pulcherri-

Amalthia. mam Amalthiam nomine adamauit: filiũq; ex ea genuit ſpecie ac robore corporis inſignem. Amalthiam uerò propinquæ oræ præfecit, bouis cornu perſimili: ex quo occiduum cornu ſit nominata. Et quoniam ea regio eſſet uineis cæteriſq; fructiferis arboribus referta, à muliere autem regeretur, Amalthiæ cornu eam dixere: propterea & poſteri homines optimam copioſamq; fructibus regionem ab ea ſimilitudine Amalthiæ cornu appellarunt. Ammon Rheam ueritus, infantem abſcõditum clàm in urbem Nyſam ab eis locis remotiorem transferens, inſulam à Tritone fluuio circundatam, pręcipitem, ac undiq; abruptam, uno difficiliq; aditu, quem portas Nyſias dicũt, ubi nutriret elegit. Eſſe in ea inſula tradunt terram felicem, amœnis pratis diſtinctam, & multis irriguã aquis. Fructus inſuper multiplices, & uites ſuapte natura ortas, magna ex parte ſuper arbores diffuſas. Salubrem prætera aërem, adeò ut illius homines longiori quàm cæteri ætate uiuãt. Inſulæ aditus in tibiæ modum fertur, adeò denſis arboribus umbroſus, ut ſolis radij penetrare nequeant. Iuxta aditũ undiq; dulces aquarum habentur fontes: qui locus eſt ad habitãdum ſuauiſſimus. In ea antrum eſt rotundum, tum magnitudine præcipua, tum pulchritudine. Vndiq; enim præcipitia ſunt in altũ ſurgẽtia, diuerſi coloris, ſplẽdidiſq; lapidibus, ut nullus ibi omnino color deſit. Ante aditũ natura eſſe arbores mirabili aſpectu aiunt: & has quidẽ fructus ferentes, alias ſemper uirentes, ut adeò uiſus uoluptatem natæ uideãtur. In his diuerſæ nidificant aues, colore oculos, aures uerò cantu oblectantes. Vniuerſus locus eſt non ſolũ aſpectu, ſed cantu etiam amœnus, artis harmoniam uoce auium ſuperante. Poſt ingreſſum apparet antrum latum, ſplendore ſolis lucens. Omnia floribus referta ſunt, ſed præcipuè caſia, reliquiſq; rebus quæ iucundũ odorem continuò queant reddere. Licet ibi inſuper aſpicere Nympharum frequentia diuerſoria, ornata floribus non quidem arte, ſed natura cum omni decore perfecta. In toto antri ambitu neq; flos unquam, neq; folium defluit, ut neq; oculorũ, neq; aurium uoluptas aliquando deſit. In hoc Ammon puerum nutriendum dedit Niſæ Ariſtęi filię. Cui loco Ariſtæum præfecit, uirũ ſapientem atq; eruditũ, ad euitandas Rheæ

Minerua. nouercæ inſidias. Cuſtodiam filiæ Mineruæ permiſit, paulò antè hæc tẽpora circa Tritonem fluuiũ, unde & Tritonia dicta eſt, genite. Scribunt hanc deam per omnem uitam uirginitate ſeruata, prudentia claruiſſe: multasq; cum ingenio præſtaret, ab ea artes repertas. belli quoq; exercitio deditam, cum robore

Aegis belua. corporis uigeret, multa feciſſe memoratu digna: & Aegidam peremiſſe, feram ſtupendam, ex terra natam: & antea, ut quæ natura plurimũ ignis ex ore euomeret, inſuperabilem pugna. Ea primũ in Phrygia apparuit, regionem quandã comburens, quæ hucuſq; exuſta Phrygia dicta eſt. Deinde ad montẽ Taurum tranſcendens, ſyluas continuas uſq; ad Indos incendio uaſtauit. Poſtmodũ per mare in Phœniciam reuerſa, ſyluas Libani incendit: perq; Aegyptum in Libyam profecta, ad loca peruenit occidua. Poſtremò ſyluis circa Ceraunia deſtructis, omniq; incenſa regione, cum homines partim flamma abſumpti eſſent, partim timore patriam linquentes, ad remotiora diffugerent loca, Mineruam ferũt, tum ſapientia, tum fortitudine ac uiribus fretam, eam feram

necaſſe,

cassè, pellem pectori circumdedisse, tum uestitus tutelæq; gratia, tum ad uir tutis partæq; gloriæ memoriam ostendendam. At uerò belluæ mater Terra cõ mota, deorum hostes Gigantes peperit, quos postmodum Iupiter Mineruæ Bacchiq; ac cæterorum ope deorum deleuit. Bacchus in Nysa educatus, disci- *Bacchus, quò-*
plinaq; eruditus, non tantum pulchritudine roboreq; excelluit, sed multarum *rũ auctor fue-*
rerum utilium inuentione. Nam adhuc adolescens & uinum ex uuis, cum ui- *rit, quæ bella*
tes sua sponte terra produxisset, exprimi, & qui fructus possent exiccari seruari- *gesserit.*
q; ostendit: præterea quas quoq; loco ab se inuentas arbores plantari expedi ret, singulos edocuit, spe concepta, pro beneficiorum erga genus hominũ magnitudine immortales se honores potitutũ. Ob eius uirtutis ac gloriæ nomen fertur Rheam iratam Ammoni conatam esse Bacchum auferre. Quod ubi nõ successit, relicto Ammone uersa ad Titanes fratres, Saturno fratri nupsit. Qui Rheæ suasu aduersus Ammonem moto bello, acie, Titanũ præsidio, superior fuit, Ammonemq; fame coactum in Cretam fugere, ubi Curetes regnabant, compulit. Ibi regis filiam Cretam nomine uxorem cũ cepisset, regno sumpto *Creta unde di-*
insulam antea Ideam dictam, ab uxoris nomine appellauit. Saturnum tradũt *cta.*
occupatis locis Ammoni subditis, acerbè imperantem aduersus Nysam Bachumq; magno cum exercitu profectum. Ille cum sciret patrem Ammonem bello uictum, Titanas uerò Saturno auxilium ferre: coactis ex Nysa militibus interq; eos ducentis tum strenuis, tum summa erga eum (cũ his enim nutritus fuerat) beneuolentia, à Libyis atq; Amazonibus finitimis, de quibus antea retulimus, auxilia exciuit. Asserunt eas, utpote quæ uirtute uirginitateq; excellerent. ad belli societatem aduocasse uitæ similis Mineruam: diuiso exercitu, ut uiris præesset Bacchus, Minerua fœminis. Cùm in exercitũ Titanum incidisset, commisso certamine, multisq; utrinq; cæsis, uulnerato Saturno uictor Bac- *Exercitus uirorum & Amazonum.*
chus euasit. Titanibus ad eas regiones quas de Ammone ceperãt confugientibus, Bacchus ad Nysam urbem cum captiuis reuersus est, ueluti de eis pœnã sumpturus. Cùm armatis militibus eos omnes circundedissent, primũ de Titanibus questus, omni postea captos crimine solutos pronunciauit. Deinde data eligendi libertate, abire, an secum militare mallent, cum ipso omnes se fore acclamarunt. Ob datam uerò præter spem salutem, ut Deum uenerati sunt. Omnes is hos postea libato uino, iuramento adegit, ut secum continuò in bellis usq; ad extremum pugnarent. Cùm arma aduersus Saturnum esset moturus, proficiscente ex Nysa exercitu, Aristæum tradunt eorum præsidem primum omniũ & sacra instituisse Baccho, & ei ut Deo sacrificasse. Dicunt insuper, subsidium ei tulisse Nysæorum nobiliores, quos à primo eorum rege Sileno (eius autem propter uetustatem ignotum est genus) Silenos uocant. Is cum circa lũ *Silenus.*
bos caudam haberet, posteri quoq; eius naturæ participes idem signum gestarunt. Bacchus cõtracto exercitu per loca arida ac deserta feris q; infesta ad Zabirnam urbem Libyæ peruenit. Ibi feram ingentem Campes nomine, multis mortalibus perniciosam peremit: quæ res magnã ei gloriam apud accolas tulit. Vt autem sempiterna occisæ ab se bestiæ gloria extaret, erexit ibi tumulum ingentem, qui ad posteros usq; perseuerauit eius uirtutis monumentũ. Deinde uersus Titanas exercitu moto, ea modestia iter fecit, ut se omnibus incolis humanissimum præberet, ubiq; ostendens ad plectendos impios, atq; ad beneficia in hominũ genus conferenda, eam ab se susceptã expeditionem. Qua re moti Libyi, eius cognita uirtute, animiq; præstantia, uictum militibus affatim præbuerũt, simulq; eius castra secuti sunt. Ad urbem deinde Ammonis appropinquante exercitu, Saturnus ante urbis mœnia acie instructa uictus, urbẽ noctu incendit, ea mẽte, ut paterna Bacchi regia absumeretur: sumptaq; uxore Rhea, & amicis quibusdam ascitis, clàm ex urbe profugit. Verùm cum uxore captum, Bacchus nequaquam illius opera imitans, non solum cognationis gratia non punivit, sed & consolatus est, per omnem eos uitam habens

parentum loco. Rhea illum ut filium uiuens dilexit. Saturni simulatior fuit beneuolentia. Hi per id tẽpus filium genuerunt, quem appellarunt Iouem. Qui à Baccho summo honore habitus, uirtute postmodum imperium omniũ gentium adeptus est. Cùm Libyi ante pugnam ei dixissent, quo tempore Ammõ ex regno eiectus est, incolis prædictum fuisse, uẽturum eius filium Bacchum qui recuperato regno orbis imperium possideret, Deus haberetur: existimans uerum fore uaticinium, templo patri & urbe conditis, ut Deo illi honores impendit, quosdam instituens qui haberent diuinationis curam. Traditur Ammon galea in bellis usus, cuius insigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum asserant natura in utroq; tempore paruula habuisse cornua, propterea filium eius Bacchum eodem fuisse aspectu: posterisq; traditum, Deũ hunc cornua gestasse. Aedificata urbe, sacrisq; institutis, Baccho ferunt in primis cum de exercitu oraculum consuluisset, reponsum à patre traditum, quòd propter eius in homines merita immortalis esset futurus. Qua re elatus animo, primo in Aegyptum exercitum duxit: eiq; prouinciæ Iouem Saturni Rheæq; filium constituit regem, adhuc ætate puerum, addito ei præfecto Olympo: à quo eruditus, & ad uirtutem institutus, Olympius est cognominatus. Fertur Bacchũ Aegyptijs ostendisse uites plantare, uinum conficere, ac aliorũ fructuum usum. Aucta eius uirtutis fama, nulli ei obsistere bello ausi, sponte ei parebant, laudibus ac sacrificijs ut Deum colẽtes. Hoc pacto orbem aiunt peragrasse, domesticis arboribus regiones reddentem excultas, beneficiaq; populis præbentem. Vnde honores perpetuò gratiamq; omnium assecutus est. His rebus, cum de cæteris dijs uariè homines sentiant, solam Bacchi immortalitatẽ fixam animo tenent. Nemo est enim neq; Græcus neq; barbarus, qui illius beneficiorum gratiæq; fuerit expers. Nam eos quibus aut patria agrestis esset, aut à uinearũ usu aliena, potum ex hordeo cõficere docuit paulò inferius uini suauitate. Ferunt eum ex Indis ad mare descendentẽ, Titanas omneis qui cum maximis copijs aduersus Ammonem in Cretam transfretarant, cepisse. Acri aduersus Ammonem moto bello, Iupiter ex Aegypto, Bacchusq;, ac Minerua, & alij quidam quos deos dicunt, in Cretam descendentes Ammoni subsidium tulêre. Inito certamine superior Bacchus, omnibus Titanibus interfectis, uictoria potitus est. Postmodum Ammone Bacchoq; ex hominũ uita ad immortalitatẽ translatis, Iupiter uniuerso imperauit orbi, sublatis Titanibus, nulloq; eius imperiũ turbare ausu. Hæc primi Bacchi ex Ammone Amalthiaq; nati gesta Libyi fuisse tradũt. Secũdus ex Io Inachi & Ioue genitus, Aegypto imperauit, initiationesq; monstrauit. Tertium Iupiter ex Semele apud Græcos genuit, priorũ uirtutis imitatorem. Nam & per omnem orbem exercitum circunduxit, & multa reliquit trophæa, statuasq; suarum expeditionũ testes. Multa insuper loca cultiora plantis arborum reddidit. Mulieres in militiam, uelut prior Amazones, duxit. Circa orgia & initiationes multũ operæ impendit, tũ uetera in melius redigens, tum quædam ipse inueniens noua. Cùm temporum uetustate priorum gesta inuentaq; multis ignota essent, solus hic eorũ qui ante se fuerant uirtutem & gloriam tulit. Non autem solum hoc ei contigit, sed Herculi quoq;. Duo nanq; eodem nomine priores fuêre. Superiorem Herculem in Aegypto natum ferunt, magna armis subacta orbis parte, in Libya columnam posuisse. Secundus Cretensis, uirtute armisq; nobilitatus, instituit Olympicũ: & tamẽ ultimum paulò ante bellum Troianum ex Alcmena & Ioue ortum, magnam orbis partẽ peragrasse tradunt. Eurysthei imperio parentem. Qui multis functus certaminũ laborib. columnã in Europa erexit. Nominis igitur & rerũ gestarũ similitudo, cum defunctus esset postremus, superiorũ illi gesta ascripsit: tanq; unus tantũ Hercules extitisset. Plures Bacchos fuisse, tum ex alijs conantur ostendere, tum præcipuè ex Titanum pugna: qua cõstat, Bacchum contra illos Ioui auxilio affuisse. Non enim Titanas Semelis tempora tulêre, neque

Ammon cornutus.

Iupiter Olympius.

Bacchi quot numero.

Hercules duo.

Cadmus Agenoris Olympijs dijs antiquior dicẽdus est. Hęc à Libyis de Bacho tradita. Nos iuxta ordinẽ à nobis præscriptũ, tertiũ descripsimus librum.

DIODORI SICVLI LIBER QVARTVS.

PROOEMIVM DE IIS QVAE FABVLOSE apud historicos feruntur de priscis temporibus. Cap. I.

περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἕλλησι μυθευομένων.

Cur ueterum narrationibus fides non adhibeatur.

AVd sanè nos fugit, uetustarũ rerum scriptoribus ut in multis labantur contingere. Nam & antiquitas perobscurã ambiguitatem præbet scribẽtibus: & temporũ descriptio haud facilis cognitu, quandoq; detrahit legentibus fidẽ. Heroum præterea, semideorumq;, & cæterorum uirorum multiplex ac uarium genus non satis exquisitè explicari potest. Accidit insuper, quod omnium est difficillimum, ut de antiquorum gestis fabulisq; scriptores inter se admodum dissentiant. Qua moti re primarij qui postmodum secuti sunt historici, omissis priorũ fabulis ad recentiores se historias contulẽre. Ephorus quippe Cymæus Socratis discipulus historiam scripturus, ueteribus prætermissis rebus, ab Heraclidarum tempore narrandi exordium cepit. Callisthenes ac Theopompus, quos eadem tulit ætas, priscа illa minimè attigerunt. Nos secus arbitrati, onus sumpsimus priscas res omneis literis mandandi. Maxima enim plurimaq; Heroum, Semideorumq;, tum aliorum excellentium uirorum, meritis à quorum posteris Semideorum Heroumq; honores ac sacra impensa sunt, egregia facinora extiterunt: qui tamen omnes historiæ munere laude sempiterna celebrati sunt. Igitur tribus superioribus libris externarum gentium acta, quæúe de dijs ferantur, loca insuper singula, & quæ in eis feræ, aliaq; animantia, ac cętera memoratu digna admiranda úe haberentur retulimus. Hoc autem libro, quæ Græcis de Heroibus Semideisq;, quos prisca celebrauit ætas, tradita sunt, deq; præclaris eorum bello gestis complectemur: his adijcientes, quæ ab illis in pace ad utilitatem cultumq; hominum inuenta, quęúe sancita legibus fuere. Initium uerò à Baccho sumetur: quem in primis antiquum fuisse constat, ac maximis beneficijs uitæ mortalium profuisse. Dictum est superius à nobis, barbaros quosdam huius sibi Dei genus uendicare. Nam Aegyptij Deum suum Osiridem eũ esse affirmant, quem Græci Bacchum uocant. Hunc uolunt omnem circũisse orbẽ, uini repertorẽ, cũ uites plantare docuerit: quo facto cõmuni gentiũ omniũ consensu sit illi immortalitas tributa. Indi quoq; hunc apud se natum ferũt, uiniq; usum ab eo hominib. traditũ. E' quib. licet antea singulatim pmulta explicuerimus, nunc tamẽ quæ Græci de hoc scribãt Deo, minimè uisa sunt omittẽda.

Ephorus.

Callisthenes.

Theopompus

Libri 4. arg.

DE BACCHO, PRIAPO, HERMAPHRODITO, & Musis. Caput II.

CAdmum Agenoris tradunt ex Phœnicia ad perueſtigandam Europam à rege ea lege missum, ut aut uirginem secum reduceret, aut in Phœniciam non rediret. Cùm diutius quesitã ab se uirginem non inueniret, postposita patria in Bœotiam peruenisse. Vbi cum responso oraculi Thebas condidisset, Hermionem postmodum Veneris filiam in uxorem sumpsisse: ex qua Semelem, Ino, Autonoem, Agauem, ac Polydorum genuerit. Semelem Iupiter ob pulchritudinem in forma hominis cognouit. Quod illa existimans ab Ioue in sui cõtemptum agi, rogauit ut secum prout cum Iunone assueuerat coiret. Iupiter Dei maiestate assumpta, cum tonitribus ac fulgure ad eam descendit. At

Cadmus in Europam missus.

illa prægnans, cum neq; fulguris, neq; tonitru uim ferre posset, filium abortã igne expirauit. Infantem Iupiter Mercurio dedit, ad antrum Mysæ, quod Phœniciam Nilumq́ue est, deferendum, à Nymphisq; omni studio curaq; educandum. Vnde ab Ioue Nysaq; Dionysium dixerunt: quod etiam Homerus in hymnis testatur, inquiens. Est Nysa supra montem floridum, sylua procul à Phœnicia fermè Aegypto fluente. Nutrimum à Nymphis aiunt, uini uineæq; extitisse authorem. Orbem quoq; fermè obambulantem, multas regiones reddidisse domesticas: ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratũ. Docuisse eos insuper, quorum regio uites ferre non posset, potum ex hordeo conficere, quem nonnulli zythum dicunt, paulum à uini sapore differentem. Exercitum quoq; secum non tantum uirorum, sed etiam mulierum circumducens, nefarios homines atq; iniquos merita multauit pœna. In Bœotia tũ sistit in gratiam patriæ omnes urbes liberas esse, urbe sui nominis condita, quam & liberam pronunciauit. In Indiam cum exercitu transcendens, triennio pòst multis cum spolijs in Bœotiam redijt. Primus omnium triumphauit, elephanto Indico uectus. Bœotij, cæteriq; Græci, Thraces quoq; in memoriam Indicæ expeditionis sacra Trieterica ei instituerunt. Vnde & in multis Græcis urbibus triennio Bacchides mulieres conueniunt: apud quas de more uirgines thyrsum ferunt, in honorem Dei bacchantes, eiq; per cœtus sacrificãtes. Postremò memoria Mænadum, quæ ferunt illi Deo astitisse, hymnis & cantu renouant. Sustulit & omnes impios qui in orbe erant, sed maximè Pentheum ac Lycurgum. Vini inuentio tum propter potus uoluptatem, tum quia corpus reddit ualidius, grata supra modum mortalibus fuit. Aiunt cùm purum in cœnis uinum datur, omnes Deum sospitem optare bibenti. Cùm uerò post cœnam aqua mixtum sumitur, Iouem uocari saluatorem. Nam puri uini potus ad insaniam redigit. Aqua Iouis mixtus, uoluptatem lętitiamq; affert, & prohibet insaniam. Ferunt ut deos, rerum ab se inuentarum meritis, maximè Bacchum ac Cererem ab hominibus coli: alterum suauissimi potus authorem, alteram ob fruges ab se repertas. Traditur quoq; & alter multò prior ętate fuisse Bacchus, quem aiunt ex Ioue & Proserpina natum, à nonnullisq; appellatum Sæbasin. Huius genus sacra honoresq; propter pudorem nocturna occultaq; agunt. Dicitur propter ingenij acumen primus boues ad iugum iunxisse, eorumq; opera frugem iacta semina reddidisse: qua ex re illum cũ cornibus finxerunt. Ex semele uerò natum posteriorem ferunt, delicijs deditum, molli corpore, ac præ cæteris decoro, uoluptatibus insuper uenereis indulgentem: in exercitu mulierum copiam circũduxisse, armatam hastis thyrso inuolutis. Tradunt & Musas uirgines cum eo profectas, apprimè eruditas. His tum propter cantus suauitatẽ, tum quia doctę psallere, bonisq; artibus eruditę erãt, Deus ille oblectabat. Secutus est ipsum Silenus quoq; pædagogus ac nutritor, optimorũq; institutor studium, qui plurimum Baccho ad uirtutem ac gloriam resq; bellicas profuit. Armis bellicis in pugna utebatur, & pardorum pellibus: pacis tẽpore in solẽnitatibus diebusq; festis uestes floridas, molles ac delicatas induebat. Siquando ex potu bibentis caput agitaretur, mitra caput alligabat: unde & Mitriphoros dictus est. Reges posteri pro mitra caput diademate uinciri sunt soliti. Aiunt insuper Bimatrem uocatum, quoniam ex uno patre duo sint orti Bacchi, & matribus duabus. Verùm posteriori prioris ascripta sunt gesta. Quapropter qui postmodum secuti sunt, ueritatis ignari, nominisq; ducti similitudine, unicum extitisse Bacchum crediderunt. Ferulam quoq; ex huiusmodi tribuunt ei causa. Cùm nouiter reperto uino, nondum aquã infundere consuessent: in amicorũ epulis ac festis diebus uinum purum ad uoluptatẽ potantes, ebrij reddebantur. Qua ex re ligneis baculis quos gestabant, alteri alteros percutientes, plurimos uulnerabãt: quidã peribãt ex uulnere. Vt eiusmodi certamina ꝓhiberent, Bacchus, ut modico uino, utq; ꝓ fustib. ligneis ferulis uterentur

Dionysij natales, & beneficia.

Sacra Trieterica.

Poculũ ἀγαθὸς δαίμονος καὶ θεὸς σωτήρ.

terẽtur, edixit. Plurima ei cognomina à rebus quas egit, sunt ab hominibus indita. Nam alij Bacchum, à mulieribus quæ Bacchantes illum sequebantur, dixére. Alij à torculari quo uinum exprimitur, Lenæum. Quidam Bromium, à tonitru qui in eius ortu contigit. Brontius insuper ex eadem appellatur causa. Quinetiam triumphator dicitur, quòd primus omniũ de Indis multis cũ spoliis in patriã reuersus triumphauit. Alijs quoq; cognominibus, quæ longũ esset recensere, & alienũ ab historia, uocatus est. Duplici esse uidetur forma, quoniam duo Bacchi extiterunt. Primus barba promissa antiquo more barbã nutrientium fuit. Speciosior posterior, iuuenis, & (ut fertur) delicios us. Quidã duplicem formam illi tributam uolunt, quoniam ebrietas & iracundos efficiat, & hilares. Satyros etiam, quorum opera in saltatione ac tragœdijs oblectabatur, secum tradũt duxisse. Et Musarum quidem optimis institutis, Satyrorum uerò risu ac ioco Bacchus uitam omnem felicem traducebat. Scenicæ præterea artis ac theatrorum inuentorem, & musicæ certaminum institutorem uolunt. Omnes etiam qui in exercitu musicis exercerẽtur, fecit immunes: quod & posteri instar Bacchi seruarunt. Omnes enim musicæ operã dantes, immunitate potiti sunt. Et de Baccho ne modum excedat oratio, hactenus.

Nunc quæ de Priapo traduntur (sunt enim Bacchi rebus contigua) se infert scribendi locus. Fabulantur antiqui, filium Bacchi ac Veneris Priapum fuisse: ducti uerò satis simili coniectura, quòd qui uino indulgent, sint natura ad Venerem promptiores. Asserunt nonnulli, priscos illos cum uellent hominum pudenda occultius nominare Priapũ dixisse. Alij genitalia dicunt causam esse hominum generationis: propterea q; semper extitisse immortali honore celebrata. Aegyptij de Priapo scribentes, olim Titanas aiunt Osiride ab se dolis interfecto, corpus eius in æquas partes diuisisse: ijsq; domo clã elatis, partem pudendam in flumen, cum singuli eam respuerent, abiecisse. Isidem postmodum ultam uiri mortẽ, Titanibus occisis, uiri corpus inquisiuisse, partesq; repertas cũ in formã hominis cõposuisset, sacerdotibus tradidisse sepeliendas: utq; ueluti Deum Osiridẽ coleret, imperasse. Sola pudenda non reperta, pro Deo coli, inq; templo suspendi iussit. Hæc de Priapi genere, deq; eius honore ab antiquis Aegyptijs traduntur. Hunc Deum quidam Phallũ, alij Typhonẽ nominant. Non solùm autem in urbium templis, sed in agrestibus quoq; locis tanquã uinearum atq; hortorũ custos colitur, fructuum fures castigans. Non solum autẽ in ceremonijs quæ Baccho impenduntur, sed & in reliquis fermè alijs huic Deo sacra cum risu & ludo fiunt. Simili ortu fuisse quidã existimant Hermaphroditum: quem ex Mercurio ac Venere genitum, utriusq; parentis nomen cepisse ferunt. Hunc Deum esse opinantur promiscua uiri ac fœminæ natura: fuisse quoq; specie mollitieq; corporis fœminæ similem, & opera exercuisse uiri. Quidam eiusmodi partus asserunt naturæ monstra, quòd raro fiãt, atq; aliquid tum bonum, tum malũ portendant. Quoniam uerò Musarum in Bacchi gestis meminimus, uidetur nunc de his diligentius scribendi tempus. Plurimi, & ij præsertim qui probantur scriptores, tradunt eas Iouis & Memoriæ filias: pauci ex poëtis, in quib. est Alcmeon, filias esse Cœli ac Terræ aiunt. In numero quoq; dissentiunt: nam quidam tres, alij nouem asserunt extitisse. Verùm nouem numerus inualuit, ijs comprobantibus qui habiti sunt (Homerum dico atq; Hesiodum, cæterosq; eiusmodi) cæteris præstantiores. Homerus enim ait, Musas nouem esse pulchritudine eximia. Hesiodus autem recenset nomina, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Urania, Calliope, quæ omnium est nobilissima. Harum cuiq; sua officia tribuunt, eorum quæ ad musicæ artem spectant, ueluti poëticam, melodiam, saltationem, chores, astrologiã, reliquasq; doctrinas. Multi asserunt, eas fuisse uirgines, quoniam uirtutis disciplina incorrupta esse uideatur. Musas eo uocant cognominatas, quòd homines bona utiliaq; docent, & quæ ab indoctis ignorantur

De Priapo.

De Hermaphrodito.

De Musis.

ignorantur. Nomina cuiq; à proprio munere tribuerunt. Nam Clio propter gloriam, quę ex poëtarum laudibus oritur, dictam uolunt. Euterpem, propter uoluptatem quæ ab audientibus ex honesti eruditione percipitur. Thaliam, quòd in longum tempus poëtarum laus parta uirescat. Melpomenem à melodia, qua audientes demulceantur. Terpsichorem, eò quòd audientes oblectat propter bona quæ proueniunt ex doctrina. Erato, quòd docti homines ab omnibus amentur. Polymniam quoniam cãtus suauitate poëtas reddit gloria immortales. Vraniam, quòd uiros eruditos ad cœlum tollat. Gloria enim ac sapientia eleuat animos ad cœlestium contemplationem. Calliopem, quòd cantus suauitate cæteras antecedens, magni ab auditoribus æstimetur.

DE HERCVLE ET DVODECIM EIVS LABORIBVS, CÆTERISQ; AB EO VSQ; AD VITÆ FINEM GESTIS. Cap. II.

Quam difficile sit Herculis gesta describere.

POsteaquam de Musis retuli, nunc gesta Herculis recensea mmus. Neque uerò me latet, magna in difficultate uersari tum ueterũ rerum, tum præcipuè operum Herculis scriptores. Ea enim fuisse amplitudine singuli fatentur, ut omnium quæ memoria hominum complexa est gesta, superare uideatur. Difficile igitur est pro dignitate rerum eius acta scribere: atque ea quæ tanta magnitudine extitêre, ut immortale præmium mereantur, ęqua factis oratione prosequi. Cùm autem propter uetustatem admirationemq; rerum multi haud facilè crederent scribentibus, necesse fuit in his quæ maxima habebantur, prætermittere quædam: ne omnia scribendo, historiæ parum fidei haberetur. Nonnulli enim legentium haud recto iudicio usi, nimis exquisitè antiquas res ex his quæ nunc geruntur, perpendunt, æstimantes Herculis uirtutem ex nostrorum hominum imbecillitate. Ita rerum gestarum nimia magnitudine moti, haud quaquã historicis crediderunt. Verùm in priscis illis rebus, ac fabulis similibus, non omnino ad quadrãtem ueritas perquiganda est. Etenim in theatris licet sciamus Minotaurum forma qua fertur, minimè extitisse, nec tricorporem Geryonem: tamen eas fabulas admittimus, fauoreq; eius Dei honores augemus. Et sanè periniquũ uidetur, cum Hercules, dum uixit, orbis monstra suo labore perdomuerit, homines tantorum beneficiorum immemores, eius laudi claris operibus partæ calumniando detrahere: cumq; posteri propter ipsius uirtutis excellentiam communi omnium consensu immortalitatem illi tribuerint, nos neq; traditam quoq; à patribus erga illum Deum pietatẽ seruare. Verùm his omissis, opera eius ab initio exponemus, tum poëtarum, tum scriptorum antiquissimos imitati. Ex Danaë Acrisij ac Iouenatum Persea ferunt: ex eo Andromedaq; Cephei Electryonem. Is deinceps sumpta Eurydice Pelopis. Alcmenam procreauit. Hanc dolo Iupiter cum cognouisset, Herculem genuit. Hoc pacto Herculis paternum genus ad maximum referunt deorum. Eius uirtutem non solum ex operibus spectare licet, sed etiam ex genere. Iouem enim ferunt tribus noctibus in unam redactis Alcmenæ operam dedisse: maximum futuri roboris indicium, tãtum temporis in eo puero creando impensum. Quod non amoris cupiditate, prout in alijs mulierib. contigit, factum est, sed pueri gignendi gratia. Itaq; nolens ui Alcmenam aggredi, neq; fidens posse illi coitum ob eius prudentiam, persuadere, dolo mulierem aggressus est. Amphitryonis forma assumpta. Aduenientę partus tempore Iouem dijs astantibus prędixisse ferunt, ea die puerum qui nasceretur, se Persidarum regem facturum. Quibus uerbis mota Iuno, Lucinam filiam iussit comprimere Alcmenæ partum, Eurystheum ante tempus in lucem educere. Iupiter licet consilio frustratur, quod prędixerat ratum, & Herculis famam claram esse uolens, dixisse Iunoni fertur, permittere se Eurystheum, ut prędixe-

Herculis genus.

rat, re-

rat,regem esse,Herculemq; ei subijci uelle: duodecim quoq; certamina ab eo perfici,quæ Eurystheus mandasset:quib.consummatis fieret immortalis.Alcmena post partum Iunonem uerita, puerum in loco exposuit, quem nunc ab eo Herculem campum dicunt.Quo tempore Minerua unà cum Iunone profecta,cum infantis naturam admiraretur, Iunoni suasit, ut illi mammam præbere.Qua præter ætatem uiolentius sumpta,Iuno dolore mota,puerum abiecit.Minerua illum matri detulit nutriẽdum. Mirabitur meritò quis rem insuetam accidisse,ut mater,quam ad filiorum amorem natura compellit, ex se natum perditum iret:nouerca,quæ natura odisse priuignos solet, ignorans salua ret infantem.Iuno deinceps duos dracones ad perdendum misit puerũ: quos ille utraq; manu faucibus apprehensos strãgulauit. Vnde illum Argiui,quoniam Iunonis opera gloriam esset adeptus,cum antea Alcæus uocaret,Herculem dixêre.Reliquis imponuntur à parentibus nomina:huic soli uirtus nomẽ dedit.Interim Amphitryon è Tiryntho pulsus, Thebas concessit. Hercules antea educatus optimè,certaminũ quoq; exercitio deditus, & corporis robore excelluit,& animi uirtute. Adhuc ephœbus primùm ad liberãdas seruitute Thebas operam impendit,tanquam patriæ gratias redditurus. Erant subditi Thebani Erigino Minyarum regi, superbè ab eis annis singulis certũ tributũ exigenti.Sed minimè ueritus imperantium uires, rẽ aggressus est memoria dignam.Omnes qui ad exigenda tributa missi erant,male mulctatos ex urbe expulit.Erigino eius rei authorem dari sibi postulante,Creon Thebanorum rex illius potentia territus,paratus est seditionis tradere authorẽ.At Hercules cõparatam adolescentium manum ad libertatẽ patriæ cohortatus, arma ex deorum templis,progenitorum spolia dijs affixa,ad belli usum deprompsit.Nulla enim priuatim in urbe erant arma,sed singulis,regis edicto, ne descisserent,adempta.Audiens postmodũ Hercules Erginum cum exercitu appropinquare urbi,obuiam cum militibus egressus,in quodam angusto aditu, ubi paucis pugnandi locus erat,regem adortus,prælio uictum occidit,omni illius exercitu deleto:extemploq; urbem Orchomeniorũ captam, Minyarum prius incensa regia,euertit.Ad quarum rerum famam per uniuersam Græciam dispersam stupentibus omnibus. Creon rex admiratus adolescentis uirtutem, filiam illi Megaram nuptui despondit:urbisq; ueluti filio curam permisit. Eurystheus habens Argis regnum,nota Herculis fama,eum ad perficienda certamina accersit.Renuentem iussit Iupiter Eurystheo obtẽperare. At is delphos adiens, consulto super his Deo,responsum tulit à dijs, iniunctum esse ut Eurysthei iussu duodecim certamina perficeret: quibus transactis immortalitate potiretur. Ex ea re haud parũ est cõmotus animo Hercules.Nam & sua indignum uirtute uidebatur,humiliori seruire: & Ioui patri non obtemperare, tum inutile,tũ impossibile ducebat.Hanc anxietate perplexo animo,Iuno rabiẽ iniecit.Itaq; in insaniam amentiamq; uersus,Iolaum occidere uoluit. Quo fugiente, filios qui prope Megaram habitabant,sagittis uelut hostes appetijt.Paulatim abscedente dementia,præteritum recognoscens facinus,doluit ex tanta calamitate. Cumq; singuli unà eius malo mœrerent,diu quieuit domi,fugiens hominum cõsortia & consolationes.Tandẽ tempore dolorem mitigãte, paratus ad subeunda pericula,ad Eurystheum uenit.A quo primũ imperatus est,Nemęi leonis interficiendi labor.Hic præter modũ ingens,& qui neq; ferro,neq; ære,neque lapide uulnerari posset.manibus necessariò erat occidendus. Versabatur is maximè inter Mycenas ac Nemæam syluã, circa montẽ quẽ à casu Tritonẽ dixerũt.Huius in radicib.aderat spelunca, ad quã diuertebat belua. Hercules cũ ad locũ accessisset,fugientẽ in speluncã insecutus ferã, altero aditus ore obturato,manibus leonẽ cõprehensum suffocauit. Detractã pellẽ corpori tegumentũ ad futura pericula circũdedit.Secundũ ei certamẽ additũ fuit,interitus hydræ lerneæ:ex cuius corpore centũ prodibãt serpẽtũ capite ceruices: quarũ

Erigínus Minyarum rex.

Hercules furens.

Nemæus leo.

Lerna.

singulis cæsis, duæ renascebantur: ob eamq; rem minimè uinci uidebatur posse, cum pars amputata ualidior redderetur. Hanc difficultatem arte superans, Iolaum monuit ut cuestigio incisam ceruicem face lignea, ne effluere sanguis inureret. Hoc pacto superata belua, sagittas suas eius sanguine tinxit, quo illarum uulnus mortiferũ redderetur. Tertius extitit labor datus, ut aprum Erymanthium Arcadiæ uastantem agros, uiuum afferret. Quod mandatũ admodum difficile uisum est. Oportebat enim cum eo pugnantẽ adeò uiribus ualidum animoq; prouidũ esse, ut in bestiæ cõgressu caueret, ne elapsa manibus, dentium discrimen subiret: neue ui perimeret arctiùs constrictã. Hoc arduum factu censebat: sed ea prouidentia certauit, ut bestiã uiuam super humeros ad Eurystheum afferret. Qua conspecta, timore ductus rex, in ære se uase abscondit. His actis Hercules Cẽtauros ob hãc causam expugnauit. Pholus erat Centaurus, à quo propinquus mons dictus est. Hic hospitem Herculẽ cum domi suscepisset, defossum antea uini dolium extulit. Hoc tradunt cuidam Centauro olim à Baccho datum, imperatumq; ut tunc uinum proferret, cum adesset Hercules. Quarta postmodum progenie Pholum uerborum Bacchi memorem, uini dolium aiunt ob Herculis honorem reseraſſe. Verùm eius odor, tum uetustate uini, tum uirtute ingens ad propinquos Centauros delatus, ebrios reddidit. Vnà igitur domum Pholi magno ingressi tumultu, ad rapinam uersi sunt Pholus timens, cum se abscondisset, solus Hercules illis obstitit. Pugnat cũ his, qui ex matre diꝝ erant: quibus equorũ uelocitas, robur biformis corporis, hominũ prudentia inesset. Centauri pars tedis ab radice auulsis, pars magnis saxis, quidam accensis facibus, alij securibus ingentib. certabant. Hercules intrepidus pro dignitate ab se gestorum, pugnã subijt. Iuuit in hoc cos bello mater. Nebula, maximũ imbrem infundens, qui haud nocuit quadrupedibus: hominibus uerò solum lubricum fecit. Hoc auxilio fultis Centauris, Hercules tamen superior, multis eorũ peremptis, reliquos in fugam uertit. Exoccisis clarissimi erant Daphnis, Argeus, Amphion, Hippotion, Orios, Isoples, Melanchetes, Thereus, Derpos, Phrixus. Qui uerò aufugerũt, meritam deinceps pœnam dedêre. Omados, qui in Arcadia Alcinoi Eurysthei sorori uim attulerat, peremptus est. Qua in re Herculis uirtutẽ admirati omnes sunt, qui & illũ ut hostẽ priuatim odiret, & iniuriã sit mulieris ultus. Verùm cum Pholus Centauros qui in pugna ceciderant, ut cognatos sepeliret, cõtigit ut sagitta à quodam auulsa seipsum feriret: quo uulnere cum curari nequiret, obijt. Hunc Hercules magnificè sepelijt sub monte: quæ res ei glorioſior omni columna cecidit. Ab ipso enim mons absq; alio epigrammate Pholos cognominatur. Nam montis cognomen qui Pholos dicitur, non epigramma aliquod, sepulti nomen repræsentat. Eodem modo & Chironem arte medicę prædítum, inuitus sagitta occîdit. Deinceps mandatũ Herculi est, ut aureis cornibus ceruam uelocitate eximiam, captam adduceret. hoc certamen absoluit ingenio, quod non inutilius habetur corporis uiribus. Hanc retibus quidam captã aiunt, alij indagine absq; labore deprehẽlam esse dormientem. Nonnulli continua fessam persecutione, captam esse uolunt. Quod certamen non ui aut periculo est sed ingenio consummatum. Cùm mandatum præterea Herculi esset, ut aues ex Stymphalide palude pelleret, arte ac prudentia facilè iniunctũ laborem perfecit, expulsis auibus, quæ innumera multitudine etiam finitimarũ regionum fructus uastabant. Ví superari non poterant, propter ingentem numerum: ingenio opus erat. Tabulam ergo æneam parauit, quę repercussa ingenti sonitu uolucres timore ad fugam compulit longinquã. Qua ex re paludẽ ab auium molestia exemit. Post hæc in Herculis contemptum præcepit Eurystheus, ut cortẽ Augiæ nemine iuuante purgaret. Hæc per multos annos contractis fordibus fimoq; repleta erat. At ille ad effugiendã contumeliam humeris cortem mũdare horruit, sed Pignione flumine superinducto, cursu eius cortẽ purgauit abiq;

Aper Erymanthius.

Centauri.

Herculis cum Centauris pugna.

Ceruam capit Hercules.

Stymphalides aues.

Augiæ stabulum.

uit absq; ignominia, una die opere perfecto. Miranda profectò Herculis prudentia: qui quod per ignominiam superbiæ imperatũ erat, in laudem uertens, nil indignũ egit immortalitate. Suscepit deinde onus tauri ex Creta, quẽ Pasiphaẽ amabat, deducẽdi. Itaq; in insulã nauigauit, & Minois regis auxilio taurum in Peloponẽsum longũ profectò maris iter, deduxit. His actis Olympicũ instituit certamen, locũ optimũ existimans ad tantos hominũ conuentus, cam pos iuxta Alpheũ flumen sitos. Ibi hæc certamina Iouí patri dedicauit corona tus: quoniã & ipse quoq; bene de hominũ genere absq; præmio esset meritus. Ea uerò certamina quanq; inuicẽ diuersa, absq; pugna euicit, nullo ꝓpter singularẽ eius uirtutẽ secũ congredí ausos. Nam pugiles aut pãcratiastes superare eos qui in stadio certant, difficile est. Arduũ item est, illos qui leuibus certaminib. excellant, cũ ijs qui in grauioribus uersati sunt contendere. Meritò igitur omniũ hoc ab Hercule institutũ certamẽ habetur præstantissimũ, quod ab optimo uiro principiũ sumpsit. Non uidentur aũt dona omittenda, à dijs Herculi ob uirtutẽ tributa. Nam cum ex belli laboribus ad requiem se ac hominũ cœtus, diesq; festos contulisset, deus quisq; suis eum muneribus ornauit: Pallas peplũ: clauam ac thoracem Vulcanus dedit, uterq; insigne suæ artis opus. Nam alterarem ad usum pacis uoluptatemq; conceisit, alter ad belli pericula euitanda. Neptunus insuper equos donauit. Mercurius ensem, Apollo arcũ: quo & uti docuit. Ceres ad expiandam Centaurũm cædem quędam parua mysteria celebrare monstrauit. Rem præcipuam circa huius Dei genus licet aduertere. Iupiter primã mortalẽ fœminã Niobem Phoronei cognouit, ultimã Semelẽ: quam sextam decimã à Niobe scriptores genitam tradunt. à cuius primũ maioribus gignere homines cœpit, in eaq; ipsa desijt. Post hanc nullius appetijt concubitum mortalis, neminem sperãs huic similem fore, nolensq; melioribus immiscere deteriora. Postea circa insulam Pallenem Gigantib. bello cœlestes lacessentibus, Hercules pro dijs pugnans, multis ex hostib. interfectis, maximam gloriam adeptus est. Iupiter eos qui sibi adstiterant, deos tantum Olympios appellauit: ut hoc cognominis honore bonus à malo internosceret. Eodem quoque cognomine solum Bacchum Herculemq; ex mortalibus fœminis ortos dignatus est: non solum quia ab se nati erant, sed propter parem uirtutis æmulationem: cũ uterq; multis mortales beneficijs affecisset. Iupiter Prometheum, qui hominibus ignẽ dederat, uinculis alligauit, aquila propè posita, quæ illius iecur depasceret. Hanc Hercules illius miseratus pœnam, qui ob beneficium hominib. impensum plectebatur, sagitta peremit: Iouisq; iram mitigans, benefactorum socium exemit à cruciatu. Labor deinceps est ei iniunctus, Diomedis Thracis equos adducẽdi. Erant equorũ præsepia ob equorũ feritatẽ ærea: ferreis catenis equi uiribus prævalidis uinciebant. Cibis alebant nõ his quos terra fert, sed hospitum eò diuertentium carnib. Hos cupiens Hercules abducere, primò Diomedẽ cepit, deditq; suo exẽplo equis comedendũ. Mansuetiores deinde factos, ad secq; adductos Eurystheus Iunoni sacrauit. Quorũ genus usq; ad Macedonem Alexandrũ permãsit. Cùm Iasone postmodum ad uellus aureũ rapiendũ nauigauit in Colchos: sed de Argonautis postea dicẽ. Acceptis insuper ab Eurystheo in mandatis Hercules, ut cingulũ Hippolytæ Amazonis afferret, aduersus eam cũ exercitu profectus, ad Euxinũ pontum nauigauit. Ac per ostia Thermodõtis fluuij ingressus, propè Themiscyrã, ubi Amazonũ regia erat, castra posuit. Primò cingulũ ab eis postulat: sed ubi renuẽtes intellexit, armis agendum censuit Amazonibus exercitu Herculis oppositis, quæ nobilissimæ bello erant, Herculẽ solum acri certamine appetiuêre. Et primùm Aẽlla, quæ ex uelocitate id nomen traxerat, cum uelociorem se reperisset, pugnans occubuit. Secunda Philippis, eueſtigiò in primo cõgressu unico uulnere cecidit. Post hanc Parthoẽ: quã septies ex ꝓuocatione hostẽ superasse aiebant, inita pugna est interempta. Quartam deinceps Eribiam, quę bellicis

Taurus Cretensis.

Olympicũ certamen.

Gigantes θεοὶ μαχοι uicti.

Diomedis Thracis equi.

Herculis aduersus Amazones expeditio.

rebus expertam fortitudinem præ se ferens, aliarum auxilium renuebat, opinione deceptam, cum fortiorem offendisset, Hercules interfecit. Dehinc Celeno, Eurybia, Phœbe, Artemis uenatrix ab eo peremptæ. Post has Deianiră, Alteriam, Marpem, Termessam, Adippem deuicit: quæ cum uirginitatem seruare iurasset, iusiurandum seruauit, uitam nequaquam saluare potuit. Menalippe, quæ Amazonibus præerat, præcipua excellens fortitudine, imperium abiecit. Hercules clamoribus sublatis, multitudinem in fugam uersam insecutus, Amazonum gentem deleuit. Ex captiuis Antiopem Theseo largitus est, Menalippæ sublato baltheo salutem dedit.

Geryonis boues.

Decimus deinceps labor ab Eurystheo Herculi iniunctus, ut Geryonis boues, qui in Iberia loca uersus Oceanũ sita pascebantur, ad se deduceret. Hercules sciens hunc laborẽ magni difficilisq; esse certaminis, exercitũ præparauit huic aptũ expeditioni. Vulgata erat per orbẽ fama, Chrysaurũ (hoc enim è diuitijs nomen traxerat) qui uniuersæ Iberiæ imperaret, tres habere propugnatores filios, tũ robore corporis, tũ armis egregios: exercitũ præterea cuiq; fortissimorũ militum esse. Quarũ rerum gratia motus Eurystheus, existimans eam sore difficilẽ expugnationẽ, hoc Herculi certamen indixit. At ille priorũ abs se gestorũ memor, fidenter id periculũ adiens, exercitũ in Creta coẽgit: existimans inde facilè se copias traducturũ. Optimè enim insula sita est, ex qua in uniuersum orbẽ exercitus educi possit. Verũ antea Cretẽses Herculi cumulatissimos honores impenderant: quibus ductus, in horum gratiã omnẽ à feris beluis insulã ita purgauit, ut nullum agrestius animal in ea deinceps, neq; ursus, neq; lupus, neq; serpens, neq; aliud quid simile sit repertum. Hęc ideò merita in insulam contulit, quòd Iupiter ibi natus altusq; fuisset. Ex ea igitur in Libyam nauigans, Antæũ primò corporis robore ac palæstra pclarũ (multos enim externos certamine congressos occiderat) ad pugnã prouocatũ peremit. Tũ in Libya feris beluis plena, nonnullas quas subegit oras ita domesticas reddidit, ut agrorũ cultura, plantis fructiferis, uitibus, oleis, fertiles redderentur. Ita Libyã antea ob feras multiplices infestã ac desertã, adeò habitabilẽ cultamq; prębuit ut nulli alteri regioni cederet felicitate. Eodẽ pacto sceleſtis nefarijsq; hominibus, superbia insup elatis principib. morte sublatis, urbes reddidit felices. Tradunt Herculem ideò feras bestias hominesq; impios odisse, atq; oppugnasse, quòd serpentes se adhuc infantem interficere uoluissent: quodq; uir factus imperium subierit superbiamq; iniusti domini, ea certamina imperãtis. Post Antæi mortẽ in Aegyptum transijt, & Busiridẽ occidit regẽ, hospitum cædem ad se accedentium grassantem. Cum trãsisset loca arida Libyæ, inuento ubere solo, urbem condidit à multitudine portarum quæ in ea erant, centum portum appellatam. Eius urbis status usq; ad posteriora permansit tempora: quibus Carthaginenses maximis copijs ab se expugnatam cepêre. Peragrata maiori Libyæ parte Hercules ad Oceanum qui est ad Gades, peruenit: ibiq; ab utraque continentis parte columnis positis, in Iberiam cum exercitu transijt, Chrysaurioq; filios tribus magnis exercitibus fidentes, singulari prouocatione sustulit. Capta Iberia, greges boum secum adducẽs, iterq; per Iberiam faciens, cũ quidam eius gentis rex, uir iustus præ cæteris ac probus, eum magno honore excepisset, partem boum regi dono dedit. Quos ille Herculi dicans, singulis annis ex his pulcherrimum illi taurum sacrificauit. Hos sacros in Iberia boues usq; ad nostra tempora constat perseuerasse. Postquam columnarum Herculis meminimus, uidetur de his ampliùs paulò dicendum. Montes ab utroq; latere continentis mari Oceano immínent, in quibus statuit columnas. Cupiẽs autem sempiternum sui nominis monumentum esse, aiunt utrunq; montem congesta humo adeò ampliasse, ut Oceani maris aditũ antea inter utrunq; cõtinentem latum, arctiorẽ longioremq; redderet, quò magna cete in nostrum pelagus adire nequirẽt, utq; ad posteros perpetua eius operis gloria manaret.

Chrysaurus rex Iberorum, eiusq; filij.

Columnæ Herculis.

Tradunt

Tradunt alij coniunctis prius montibus ab eo effossis, peruium Oceanum ad nostrum mare factum. Verùm hęc cum cuiq; liceat arbitrio suo credere, existimationi hominũ relinquenda sunt. Sed tamen antea huic simile opus in Græcia effecerat. Nam à locis quæ Tempe appellãtur, ut latè stagnabat in campis aqua, ducta fossa aquam deduxit, Thessaliæ circa Peneum fluuium campos fertiles præbens. In Bœotia secus egit. Nam alueo Minei fluminis effosso, omnem regionem stagnantem inutilemq; reddidit. Sed Thessaliæ opera in Græcorum gratiam acta sunt. Aduersus uerò Bœotios in pœnam mitigandam urbem incolentium, ultionemq;, quos illi in seruitutem redegerant, Thebanorum, Iberorum regno optimis eius regionis uiris tradito, cum exercitu in Celticam Galliam profectus est: omniq; peragrata prouincia, infandũ interficiendorum hospitum mortem sustulit. Cùm ingens ex omnibus gentibus eũ exercitus sequeretur, urbem cõdidit amplam, quam appellauit Alexiam, plurimis ex propinquis incolis sponte in urbem confluentibus: qui cum reliquam multitudinem superarent, eueſtigio urbs ad barbaros mores defluxit. Hãc urbem Celtæ etiam nunc in honore habent, tanquã omnis Celticę metropolim. Permansit hæc urbs ab eius conditore hucusque libera, ac sui iuris: postmodum à Caio Cæsare, qui propter res gestas Deus dictus est, ui capta, Romanorũ imperio cum alijs Celtis cessit. Ab his Hercules in Italiam tendens, iterq; per Alpes faciẽs, ita difficilem aditu asperamq; uiam strauit, ut postea exercitibus cũ iumentis impedimentisq; facilè iter esset Barbaros montanos, infestos transeuntibus, latrocinijsq; assuetos, occisis eorum ducibus deleuit, posteris reddita itineris securitate. Transiectis Alpibus, & ea quæ nunc Gallia uocatur, per Lygusticos transijt, regionem asperam ac omnino duram, multoq; etiam incolarum labor ac studio paucos ferentem fructus: qua ex re robusti homines sunt ualidiq; corpore. cibi enim paucitate, colendorumq; agrorum labore agiles ac leues existunt, & in bello uiri præcipuè fortes. Hi cum ultra cæteros continuò agrorum exercitio fatigentur, & fœminas quoq; rustico operi assuefecerunt. Operis tum uirorum, tum mulierum inuicem precio cõductis, mirabile nostris unius fœminæ factum contigit, quę prægnans cum uiris opus merede faciens, ingentibus partus doloribus abscessit intet uirgulta: ibiq; absq; eiulatu infantem editum, foliijsq; inuolutum cum abscõditum dimisisset: ad opus, nihil de partu locuta rediit. Sed re ad uagitum infantis cognita: qui operibus præerat, non permisit matrem à labore quiescere, donec tandem infantis misertus, præbita mercede mulierem dimisit. Hercules Lyguribus ac Tyrrhenis relictis, ad Tiberim fluuium, ubi nũc Roma est, multis postea seculis à Romulo Martis filio condite, peruenit. Tenebant tunc Aborigines, quod nunc Palatium appellant, urbem penitus paruulam incolentes. Inter præstantissimos Potitius ac Pinarius erant, qui Herculem ut hospitem magno honore donisq; susceperè. Horum uirorum monumenta usq; ad hanc ætatẽ Romæ permanent. Nam inter nobilissimos habetur Pinariorum tanquam uetustissimũ genus. Potitiorum in Palatio cochleæ descensus est lapideæ, ab illo potitia dicta, propinqua domui quæ tunc Potitij fuit. Hercules ad honorem sibi à Palatinis impensum, dixisse fertur, eos qui sibi postquam ad deos translatus esset, decimam bonorum dicarent, uitam felicem uicturos. Quod & euenisse usq; ad hoc tempus constat. Multi enim Romanorum non solum mediocri censu, sed & qui ditissimi sunt habiti, decimas Herculi uouerũt: posteaq; fortunatiores facti, bona sua ad quatuor talentorũ millia Herculi sacrarũt. Lucullus Romanorum fermè ditissimus, æstimatis bonis decimam Herculi partem dedit, epulas præbens continuè, ac profundens multa. Templum insuper iuxta Tiberim egregium Herculi condidêre Romani, in quo ex decimis sacra Deo offerunt. Deinde à Tiberi profectus per littus Italiæ ad Cumęum deuenit campum: in quo tradunt fuisse homines admodũ fortes, & ob eorũ scelera Gigantes ap-

Hercules in Celtica quid præstiterit.

Alexia Celticæ metropolis

Hercules in Italiã expeditio.

Ligures laboriosissimi.

Aborigines.

Herculis decimæ.

tes appellatos. Campus quoq; ipse dictus Phlegræus, à colle qui olim plurimum ignis instar Aetnæ Siculi euomens, nunc Vesuuius uocatur, multa fermuans ignis antiqui uestigia. Cognitio Herculis aduentu, Gigantes instructis copijs omnes ei obuiam profecti sunt: acriq; commissa pugna (pollebāt enim uiribus) ferunt dijs adiutoribus superiorem Herculem, multis illorum interfectis, eam regionem omni feritate purgasse. Traditur Gigantes terra dici genitos, propter corporum ingentem molem. Hæc de Gigantibus qui in Phlegra deleti sunt, à nonnullis quos Timæus rerum scriptor sequitur, ferūtur. Ab his locis uersus mare profectus, opus exegit iuxta lacum quem Auernum appellant, inter Misenum ac Dicæarchios, propè calidas aquas Proserpinæ sacrum. Eius ambitus stadiorum est quinq;, profunditas incredibilis: ut cum sit aqua clarissima, cærulea uideatur. Ferunt in eo priscis temporibus, quod postmodū fieri desijt, inferos euocari solitos. Effluente in mare stagno, ferunt Herculem exaggerata terra fluxum clausisse, uiamq; desuper iuxta mare factam, Herculeam postmodum esse uocitatam. Hinc digressus peruenit ad quandā in agro Posidoniacorum petram: ubi fabulantur miraculum quoddam accidisse. Erat uenator in regione quæ dicitur Andragathia, solitus antea eorum quæ cepérat capita ac pedes Dianæ dicata arboribus affigere. Cū aprum ingentem cepisset, contempta dea ait se caput solum dicaturum: arboriq; cuipiam suspenso, cum meridianum æstum deuitans sub arbore quieuisset, in somnū incidit: tum ligaculo sua sponte dissoluto, caput decidens hominē peremit. Non admirabuntur id factum fortasse homines, cum sit memoria traditū, hanc deam multos iam impios merita pœna mulctasse. At uerò Herculi secus ob pietatē contigit. Nam cum ad fines Rheginorum ac Locrensium peruenisset, deq; uia fessus quiesceret, cicadarum strepitu pertæsus deos orasse fertur, ut eas unde amouerent. Exaudita prece, non solum tunc, sed postmodum cicadæ nunquam sunt in his locis repertę. Ad mare cum deinde descendisset, apprimè angustum, utpote tredecim stadijs latum, sicut Timæus asserit, boues quidem nando in Siciliam appulêre, ipse cornu bouis innixus mare traiecit. Cupiens autem circumiere Siciliam, à Peloro ad Erycem cum peruenisset, perambulanti littus, ferunt Nymphas ei calidas aquas in requiem corporis parasse: quæ cum duplices essent, hæ Imertæ, Gepteæ alteræ à locis sunt denominatæ. Appropinquantem suæ ditionis locis Herculem, ad palæstram prouocauit Eryx, Veneris ac Butæ eius oræ regis filius. Orta præmij contentione, cum Eryx patriam, Hercules præmium certaminis boues offerret: indignatus primum Eryx dicitur, boues minoris æstimationis suę regioni comparari: Herculem uerò respondisse, boues sibi pluris esse: quibus si priuaretur, immortalitatem esset amissurus. His acquiescens Eryx, in eo certamine uictus, patria spoliatus est. Eam postmodum incolis liberam ea conditione dedit, ut fructibus illius fruerentur, quoad aliquis ex suis posteris ad ea loca transiret. Quod & ita contigit. Multis enim postea seculis Doriæus Lacedæmonius ad Siciliam nauigans, ea regione recepta, Heracleam urbem condidit. Quæ cùm breui creuisset opibus, Carthaginenses tum inuidia, tum timore, nequando uiribus aucta, Pœnorum imperium deleret, magnis copijs à se obsessam, captamq; euertere. Sed de his suo loco scribetur latius. Circundata Sicilia, cum ad loca ubi nunc sunt Syracusæ, peruenisset, auditis quæ de Proserpinæ raptu feruntur, deabus illis sacrificauit: & in Cyane, præstanti forma illis taurum dedicauit. Accolas insuper quotannis sacra Proserpinæ facere, ac in Cyane dies festos agere, sacrisq; dea colere docuit. Deinceps per mediterranea iter cum bobus faciens, Sicanos ei instructo exercitu obuios cōmisso acri certamine deuicit, multis ex hostium numero cæsis: in queis dicuntur quidam præclari duces, qui usque ad hoc tempus heroum honores assecuti sunt, occubuisse scilicet, Leucaspis, Pedicrates, Buphonus, Glychatas, Buteus, & Crytides.

Gigantes ab Hercule uicti.

γηγενεῖς.

Lacus Auernus.

Venator Andragathiensis.

Herculis cum Eryce certamen.

Posthęc

Post hæc per Leontinum agrum pergens, pulchritudiuem eius regionis admiratus, apud eos à quibus honore exceptus est, æterna sui reliquit monumenta Agrenæi uelut Olympios deos festis diebus sacrisq; Herculem coluêre: & licet antea id prohibuisset, tunc tamen primum suadente Deo, tanquã immortalitatis præsagium id fieri passus est. Cùm haud procul urbe iter saxosum esset, boues saxis tanquam ceræ uestigia impresserunt. Quòd simile & ipsi Herculi cum accidisset, existimans decimo iam consummato labore, aliquid sibi immortalitatis deberi, impensa sibi annua ab incolis sacra libẽs accepit. Vt igitur gratiam bene de se meritis referret, lacum ante urbem effodit quatuor ambitu stadiorum: quem suo nomine uocari iussit. Idem & loco ubi boum uestigia impressa sunt, nomen indidit, templo Geryoni cõstructo, quod adhuc honorant incolæ. Iolao quoq; nepoti templum ædificauit: ostenditq; quomodo honores ei ac sacra annua fierent, usq; ad hoc tempus seruata. Omnes enim eam incolentes urbem, ab ipsorũ ortu Iolao sacras nutriunt comas, quoad amplissimis uictimis eum sibi Deum propitium reddant. Tanta uerò eius templi maiestas habetur, reuerentiaq;, ut qui à suetis deficiant sacris pueri, muti euadant, & mortuis similes. Idem si uouerint solita sacrificia, suscepto uoto statim fiunt à morbo liberi. Eius regionis incolæ portam qua hæc celebritas sacraq; prodibant, Heracleam uocitarunt. Palæstræ insuper equorumq; certamina quotannis, ad quę publicè omnes serui liberiq; conueniunt, instituere. Docuere & seruos priuatim Deum colentes choreas ducere, epulasq; simul ac sacra celebrare Deo. Hinc Hercules cum bobus in Italiam profectus, cum iuxta littus progrederetur, Lacinium furem boues furantem peremit. Crotonem uerò cum inuitus occidisset, sepulchro ei constructo sepeliuit egregiè, incolis prædicens, futurum tempus quo ibi urbs insignis ex mortui nomine conderetur. Ipse pedibus Adriaticum sinum circumuectus, in Epirum primò trãsijt, deinde in Peloponnesum.

Hercules apud Leontinos.

Decimo labore perfecto ab Eurystheo præceptum est, ut ab inferis Cerberum ad superos educeret. Ad hoc opus sumpto consilio Athenas uenit, initiatusq; est Eleusinę mysterijs, quib. præerat Museus Orphei filius. Quoniã uerò in Orphei nomen incidimus, haud ab re erit paucis de eo scribere. Orpheus Thrax genere, filius Oeagri, doctrina melodiaq; ac poëśi excessit omnes quorum extat memoria. Etenim poëma mirandum edidit: & suauitate cantus præ cæteris clarus, adeò fama excreuit, ut melodia feras & arbores ad se audiendum allicere diceretur. Doctrinæ deditus, cum Theologię operam impendisset, in Aegyptum transijt: plurimarumq; ibi rerum scientia percepta, Græcorum doctissimus tum in deorum ceremonijs, tum in Theologia, tũ in poëmatibus cantuq; est habitus. Nauigauit insuper cum Argonautis: obq; uxoris amorem ad inferos descendens, à Proserpina suauitate cantus allecta impetrauit, ut defunctam uxorem ab inferis excitaret. Quòd & antea fecerat Bacchus: quem dicunt matrem Semelem ab inferis quoq; eductam, immortalitatęq; donatam, Theionem denominasse. Nunc ad Herculem reuertamur: qui, ut ierunt fabulæ, inferos cum adisset, à Proserpina ueluti frater receptus, Theśea ex uinculis cum Pirithoo solutum, fauente sorore superis restituit. Cerberum insuper uinctum præter opinionem abstrahens, ad hominũ conspectum deduxit. Vltimo ei labore indicto, mala Hesperidum aurea afferendi, in Libyam transcendit. Verùm de his pomis non idem scriptores sentiunt. Asserunt quidam, in Libya in Hesperidũ ortis mala aurea à terribili dracone asseruari. Alij pecudum greges exquisita pulchritudine Hesperides habuisse: quæ ob decorem à poëtis aureæ dictæ sint, quemadmodum & Venerem ob egregiam formam auream appellant. Nonnulli eas pecudes colore auro simili fuisse uolũt: eoq; hoc appellatas nomine. Draconem uerò, extitisse pastorum curã: qui ui corporis fortitudineq; præstãtes, custoditis gregib. latrocinia, phiberẽt.

Degressio de Orpheo.

Herculis ad inferos descẽsus.

Hesperidum mala.

Sed hoc

Sed hoc pro arbitrio accipiãt legentes. Horũ custode interfecto, Hercules aurea poma ad Eurystheum cũ adduxisset, pro tot exactis laboribus expectabat, sicut Apollinis prædixerat oraculũ, immortalium uitã. Non omittenda uerò

Atlas. nobis uidentur, quę de Atlante & Hesperidum genere in fabulis feruntur. Fuisse in Hesperia fratres duos fama celebres, Hesperũ atq; Atlantẽ. Hos habuisse oues decoras fere colore aureo ac rubicundo: à quo eas poëtę aurea mala dixere. Ex Hespero ortã filiam dicunt nomine Hesperis, quæ fratri nupsit & ab ea regionem Hesperiam nominatam. Ex hac Atlas septem genuit filias: quę à patre Atlantides, à matre Hesperides dictæ sunt. Hæ cum forma ac prudentia excellerent, Busiris Aegyptiorum rex cupiditate captus uirginum, piratas ad eas oras misit, ut ad se raptas uirgines apportarent. Quo tempore & Hercules

Anteus. secundum laborem consumans, Anteum in Libya hospites palæstra superan-

Busiris. tem occidit: Busiridem uerò in Aegypto mactatos aduenas Ioui sacrificantẽ,

Emathion. meritò affecit supplicio. Deinde per Nilum in Aethiopiam profectus, Emathionem Aethiopum regẽm prælio uictum occidit. Postremò iterum ad certa mina conuersus, prędones qui puellis in horto quodam dum luderent raptis, inq; nauibus positis subitò aufugerant, insecutus, in littore quodã deprehensos interemit, uirgines Atlanti restituit patri. Quo beneficio motus Atlas, nõ solũ dignis facto muneribus donauit Herculem, sed Astrologiam insuper docuit. In qua cum operã curamq; impendisset præcipuam, ob sphærã astrorum ab se inuentam, orbem suis ferre humeris existimatus est. Hercules quoq; cũ sphærã ad Græcos transtulisset, magna est gloria potitus, existimantibus eum omnibus Atlantico orbi succesisse. His occupato Hercule, quæ superfuerant

Amazonum in Atticam expeditio. Amazones aiunt circa Thermodonta fluuiũ undiq; conuenisse ad bellũ Græcis inferendum. Nam Græcorum, à quibus Hercules profectus bello ipsas superasset, & maximè Athenienſium iniurias ob earum reginam Antiopen (alij Hippolytam tradunt) à Theseo captam, ulcisci cupiebant. Itaq; Scytharum auxilio fretæ, adiutæq; uiribus, magno cum exercitu per Cimmericum nauigantes Bosphorum in Thraciam, inde per Europã in agrum Athenienſem transeuntes, castra in his locis qui postea Amazonij appellati sunt, posuêre. Theseus earum trãsitu cognito, ciuium coactis copijs, aduersus hostes unà cum Antiope Amazone, ex qua filium susceperat Hyppolitum, proficiscit. Cõmisso certamine, Athenienſium duce Theseo uictoria fuit: Amazonũ pars interfecta est, pars Athenienſium agro pulsa. Antiope quoq; p uiro acriter pugnans occubuit. Quę ex prælio superfuerunt Amazones, desperata patria in Scythiã diuertêre. Sed quoniã de his satis antea scripsimus, ad Herculis redeamus gesta. Peractis ab eo laboribus, responsoq; à dijs accepto, cõferre plurimũ ad cõsequẽdam immortalitatem, coloniam ad Sardos ab eo mitti, filios q; ex Thespiadibus susceptos coloniæ præfici duces: Iolaum nepotem cum suis (adolescentiores enim erant) destinauit. Necesse uidetur nobis, quò magis huius co-

Thespius. loniæ origo constet, horũ filiorũ genus referre. Thespius fuit uir nobilis Athenienſis, Erichthei filius: qui imperans ei quæ ab se denominata est regioni, ex multis fœminis filias genuit quinquaginta. Hercules puer adhuc, sed robore præstãs corporis, cupiens ex eis plẽ suscipere: uocato ad sacrificium patre cum opiparè illi epulas parasset, accersitis filiabus, singulatim cognouit omnes: ex quib. geniti 50. mares omnes eiusdẽ fermè ætatis, cõmuni nomine Thespiadę dicti sunt. Hos decreuit in coloniã mittere iuxta oraculi responsum, præfecto

Thespiadarũ colonia. classis Iolao exercitu tradito: cui & Thespiadum coloniæ deducẽdę curã Hercules permisit. Ex quinquaginta liberis duo Thebis mãsere, quorũ progenies etiam nunc dicitur in honore esse septẽ Thespijs, quos Demuchos appellant: quorũ posteri ad hæc usq; tẽpora ciuitatis habẽtur principes. Reliquis pueris multisq; præterea uoluntarijs ad ædificandam coloniam assumptis, Iolaus in Sardiniam nauigans, priorẽ insulæ partem, campestrem scilicet tenuit, Iolęam

ab eo

ab eo hodie quoq; dictam. Eam regionem cultiorem, arboribusq; fructiferis uberem cum effecisset, bellicosam etiam reddidit. Adeò enim hæc insula fructuum copiosa celebrata est, ut Carthaginenses postmodum multa certamina periculaq; pro ea subierint potiunda. Sed de his suo loco dicetur. Iolaus colonia condita, cum è Sicilia Dædalum accersisset, eam pluribus præclaris operibus, quæ nunc usq; permanẽt, atq; ab artifice appellantur Dędalia, exornauit. Gymnasia insuper magna erexit ac sumptuosa. Iudicia quoq;, ac cætera quib. urbs diuturnior esset ac felicior, instituit: populos à suo nomine, Thespiadib. qui eum ut patrem colebant, hunc honorem concedentibus, Iolaos appellauit. Nam propter illius se ut parentis officia adeò eum dilexêre, ut ipsum genitoris cognomine uocarint. Quo accidit, ut qui postmodum sacra ei Deo facerent, Iolaum appellarent patre, quemadmodum Persæ Cyrum. Reuersus deinceps in Græciam Iolaus, inq; Siciliam appulsus, aliquandiu permansit in insula. Quo tẽpore multi qui cum eo accesserant, capti locorum amœnitate, Sicanisq; permixti, in insula remansêre, summo ab incolis honore accepti. Iolao, cũ gloria præclarus esset, multaq; diuersis in locis sui reliquisset beneficij monumenta, & tẽpla & deorum honores multæ urbes tribuere. Verùm in ea colonia mirabile quid dictu accidit. Responsum enim à Deo datum est, eam coloniam perpetua in libertate fore: quod nostra aduscq; tempora uerum constat fuisse. Nam eius urbis populus: increbrescentibus in ea temporis diuturnitate, qui colonos numero superabant, barbaris, ipse quoq; barbarus effectus, se ad montana aspera q; contulit loca: ubi habitaculis terrestribus humo effossa, lacte ac carne armentorum, quorum plurima apud eos erat copia, uitam ducentes, procul à bellorum discrimine aberant. Itaq; & Carthaginenses postea & Romani frustra eos armis sæpius appetiuêre. Verùm ad Herculis acta proxima superioribus reuertar oratio. Cùm is omnia absoluisset certamina, Megaram uxorem Iolao, propter parentis erga liberos suos officia, concessit: existimans amplius ex ea liberos suscipere, calamitosum fore. Ad prolem uerò procreandam, alteram minimè suspectam quærens, Iolem Eurythi filiã in Oechalia dominantis petijt: qui Megaræ repulsam ueritus, super eo matrimonio se consulturum respondit. Hercules frustratus sponsa, iniuria q; motus, Eurythi abegit equos. Iphiclus Eurythi factum, ut erat, suspicans, cum ad equos inuestigandos in Tirynthum uenisset, iussus est ab Hercule turrim quandam altam ascendere, speculatum sicubi fortè equi pascerentur. Sed cum nullos aspiceret, dicens falsò culpatum se furti, Hercules de turri præcipitem Iphiclum dedit. Ob huius mortem Hercules in morbum cum incidisset, in Pylum ad Neleum profectus est, hortans ut se mundaret à cæde. Hic cũ filios consuluisset, omnes præter Nestorem iuniorem, minimè purgandum esse censuerunt. Tum Hercules ad Deiphobum Hippolyti filium adiens, ut purgaretur suasit. Sed cum nequaquam sanari posset, deq; morbi cura Apollinem consuleret, responsum est, facilem eius ualetudinis curam fore, si iusto uẽderetur precio: pecuniaq; exinde redacta, Iphicli liberis daretur. Coactus igitur oraculi responso parêre, cum quibusdam amicis in Asiam nauigãs, sponte sua à quodam ex amicis uenundatus, seruus Omphalæ uirginis factus est, filiæ Iardanes, eorum reginæ, qui aliquando Mæonij, nunc Lydij dicuntur. Precium Iphicli filijs cum datum esset, pristina ualetudine recuperata, Omphalæ seruiens, omnes eius regionis latrones sustulit. Cecropas, qui dicebantur, prædones regioni infestos partim peremit, partim Omphalæ uinctos tradidit. Syleum, raptos à se uiatores ad opus uinearum cogentem, ligone percussum cecidit. Itonas latrocinantes Omphalæ regionem compescens urbem eorum receptaculum expugnatam, captamq; diruit. Cognita Herculis uirtute, & quis esset, Omphalæ & liberum fecit, & ex eo genuit filium Lamonem. Susceperat uerò & antea seruus ex serua Cleolaum. Post hæc cum in Peloponne-

Sardinia ab Iolao exculta.

Δαιδαλεῖα.

Iphiclus.

Omphalæ seruus Hercules.

sum,

Laomedon rex Troiæ.

sum transcendisset, ad Troiam cum exercitu contra Laomedontẽ regem profectus est. Hic cum Iasone prius militauerat ad uellus aureum, promissisq; ob marinum monstrum à se occisum equis frustratus est. Quibus de rebus paulò pòst inter Argonautas dicemus. Iason cum bello occupatus, postmodum opportunitate capta Troianis arma intulit: cum nauibus, ut aiunt quidam, magnis decem & octo, ut Homerus tradit, sex, filium Tlepolemum introducens dicentem, Herculem patrem equorum Laomedontis gratia cum sex nauibus paucisq; uiris Ilij cepisse ciuitatẽ, & uiris patriam orbasse: ueniens ad Troiam

Herculis ad Troiam expedito.

Hercules cum copijs militum præcessit ad urbem, Oileo Amphiarai filio præfecto classis relicto. Laomedon, improuiso hostium incursu præuẽtus, copias pro temporis angustijs comparatas, ad oppugnandas naues duxit, sperans, si illas incendisset, finem se bello positurum. His occurrens Oileus, commisso prælio occubuit: reliqui ad naues refugientes, classem procul à terra abegerũt. Laomedon reuersus, inito prope urbem cum Herculis exercitu prelio, & ipse & multi prẽterea pugnantes cecidere. Hercules ui capta urbe, multos iure bel

Priamo cur pepercerit Hercules.

li interfecit. Priamo (solus enim filiorum patri consuluerat, equos Herculi pollicitos tradendos) quoniam iustus uideretur, regnum Ilienſium permisit. Telamonem coronauit ob egregia uirtutis merita, tradita ei Hesione Laomedontis nata. Hic enim ui primus urbem intrârat, cum Hercules firmissimam muri arcis partẽ aggrederetur. Deinde reuersus in Peloponnesum, militauit ob negatum præmium aduersus Augeam. Commissa cum Elienſibus pugna, re infecta ad Olenum rediit. Huius filia Hippolita cum Anaxio nupsisset, cœnans cum cæteris in nuptijs Hercules, Eurythionem centaurum cõspecta eius cui uim inferebat iniuria, interemit. Redeuntem in Tirynthum Herculem, Eurystheus ueluti sibi insidiantem accusans, ex Tirynthо unà cum Alcmena Ephideaq; ac Iolao abire iussit. Coactus recedere, cum his ad Arcadiæ Pheneum diuertit. Inde motus cum audisset pompam ex Elide Neptuno ad Isthmum mitti, cuius Eurythus Augeæ dux erat, Eurythum iuxta Cleonẽ, ubi nũc est Herculis templum, necauit. Deinceps bello aduersus Elidem moto, occisoq; Augea rege, atq; urbe ui capta, Phileo Augeæ filio regnũ tradidit. Fuerat hic antea à patre pulsus, quoniã arbiter inter eũ & Herculem factus, præmium Herculi dandum censuisset. Hippocoonta postmodum ex Sparta pepulit, Tyndari fratrem Eonium uerò Lycimini, Herculis amicũ, Hippocoontis filij uiginti numero interfecerunt. Qua re incensus Hercules, cum exercitu illos adortus,

Tyndarus Spartæ rex ab Hercule constitutus.

acri commissa pugna, uictoria potitus est: plurimisq; eorum occisis, Spartæ ui captæ Tyndarum Castoris ac Pollucis patrem regem præfecit, statuens ut ad eius posteros regnum spectaret. Ex Herculis exercitu pauci admodum cecidere, in queis strenui fuerunt uir Iphitus, Typheus, eiusq; decẽ & septem numero filij. Tres enim tantum ex uiginti superfuerunt. Ex hostibus uerò & ipse Hippocoon & decem filij occubuerunt, magnusq; prẽterea Spartiatarum numerus. Ab hac expeditione in Arcadiam regressus, ad Aleum regem diuertit. Ibi cum filiam Augen ab se clàm cognitam, grauidam reliquisset, ad Stympha

Telephi natiuitas.

lon transijt. Aleus tumore uentris filiæ cognito, quæsiuit, quis eam corrupisset. Ab Hercule, ut erat, uim (inquit illa) inferẽte. Fidem dictis abnuens pater, cuidam nauclero amico in mari mergẽdam dedit. Illa in nauim deducta, cum esset iuxta Patheium montem, urgentibus partus doloribus in proximã syluam tanquam ad rem necessariam descendit. Ibi cùm peperisset, infante inter uirgulta abscondito, ad nauiculam rediit. Cumq; ad Endaplium Arcadiæ portum peruenisset, salutem est præter spem consecuta. Nauicularius enim illam mergere iuxta patris præceptum noluit, sed dono dedit quibusdam ex Caria in Asiam profecturis: qui Augen secum uehentes, regi Mysiæ Teuthranti tradidêre. Infantem in Pathenio à matre relictũ, pastores quidam Corythi regis cum reperissent à cerua exhibito ubere nutriri, infantem ad regem detulerũt:

quem

quem Corythus ut filium educans, Telepho, eo quòd fuerit à cerua nutritus, nomẽ dedit. Hic uir factus, matrem inuestigans uenit in Delphos: responsoq; accepto ut in Mysiam nauigaret ad Teuthrantem regem, inuenta matre, cognitoq; cuius esset filius, magno in honore habitus est. Teuthras liberis masculis orbatus, Argiopen natam Telepho despondit, institutitq; successorem regni. Hercules cum in Pheneo quinquennio fuisset, filiorum Licymnij, Iphicliq; fratris interitum ægrè ferens, sponte ex Arcadia ac Peloponneso abijt. Cùm frequentes eum Arcades sequerentur, in Calydonem secessit. Non proles ei legitima, non uxor erat. Despondit ergo Deianiram Oenei filiam, Meleagro (de quo haud ab re erit paucis scribere) iam defuncto. Oeneus in magna frumenti copia, quum cæteris dijs, sola Diana neglecta, sacrificasset, irata dea Calydonium aprum ingenti magnitudine celebrem, ad uastandam latè regionem propinquã immisit. Ad hunc delendum Meleager ætate uiribusq; integer, multis assumptis secum socijs, aprum iaculatus, occisæ bestiæ prẽmiũ (id erat animantis pellis) omnium consensu tulit. Cùm in uenatione Atalanta Schœnei affutisset filia, eius amore captus, pellem ueluti laudem occisæ ferę ei concessit. Quod factum qui unà uenati fuerant Thestij filij ægrè ferentes, aduenãm eis fœminã præferri, improbato Meleagri facto, Atalantę per insidias, cum in Arcadiam rediret, pellem abstulêre. Meleager tum amore motus, tum incensus ignominia, Atalantæ auxilium ferens, primùm raptores, ut uirtutis ab se datum mulieri præmium restituerent, hortatus est: eius uerbis contemptis omnes (ij erant Althęæ fratres) necauit. Illa suorum cæde mœsta, Meleagrum execrata est, ab dijs immortalibus, qui eius uotũ exaudierunt, filio mortem imprecata. Fabulantur quidam, in Meleagri ortu Parcas noctu in somnis Althęæ dixisse, tunc uitæ Meleagri filij finem fore, cum id lignum (is toris extinctus erat) combureretur. Orto puero, existimans in eius ligni custodia filij salutem contineri, diligenter custoditum seruauit. Postmodum fratrum morte iritatam, torre combusto, ferunt causam interitus filij extitisse. Cuius facti postea pœnitens, laqueo uitam finiuit. Dum hæc agerentur, Hippotus in Oleno iratus filiæ Peribiæ se ex Marte gratidam asserenti, ad Oeneum in Aetoliam misit, iubens ut eam quam primum perimeret. At ille cum recens uxor filiusq; decessisset, contempto patris mandato, illam uxorem cepit. Ex qua filius ortus est Tydeus. Sed de his hactenus. Hercules in Calydoniorum gratiam fluuium Acheloum in alium cursum diuertens, plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præstitit. Cuius rei & poëtæ quidam meminêre, scribentes cum Archeloo Herculem sub tauri specie certasse: qui cum in congressu tauri alterum cornu fregisset, Aetolis illud, quod Amaltheæ cornu uocant, dono dedit, fructuum omnium, uuarum, malorum, aliorumq; eiusmodi pomorum copia repletum. Fingunt poëtæ, Acheloi cornu, fossam à fluuio ductam: pomis uerò & malis punicis ac racemis monstrari regionis fertilitatem, quam fluuij humor præstet, & agros reddat feraciores. Amaltheæ cornu durum esse aiunt: qua ex re operis eius labor notatur. Hercules auxilium Calydonijs ferens, Thesprotis illato bello, & Ephiram urbem ui cepit, & Phileum Thesprotorum regem interfecit. filiam uerò eius, ex qua genitus est ei Tlepolemus, captiuam cognouit triennio post Deianiram uxorem sumptam. In cœna uino concalefactus, Eurynomum puerum Architelis filium ministrantem, paruoq; errore lapsum, pugno ictum occidit inuitus. Qua ex re dolore perculsus, Calydonia cum uxore Deianira Hiloq; puero ex ea orto recessit. Cùm itinere ad Euenum peruenisset flumen, Nessum centaurum reperit, precio uia tores flumen transuehentem. Hunc traductam Deianiram uiolare conãtem, muliere uiri opem implorante, Hercules sagitta transfixit: Nessus uerò interea coiens, & ex uulnere moriendo, pollicitus est ei se amoris medicamentum

Meleager.

Atalantum.

Alueus Acheloi mutatus.

Amaltheæ cornu.

Nessus centaurus.

quo nullam præter se mulierem Hercules aliam appeteret. Iussit itaq; semine quod ex eo exciderat,cũ oleo & sanguine ex sagitta defluente immixto, Herculis tunicam ungere. Quo dato consilio cum expiraſſet, illa clàm Hercule quod mandatum erat assumpsit.Hercules transito fluuio cum Ceyco Trachiniæ regi obuiaſſet,apud eum diuertit,Arcadum militum præsidio fultus. Deinde cum Philantus Dryopum rex templum Apollinis Delphicum dicere-

Sacrilegij pœna.

tur uiolaſſe,unà cum Melienſibus,armis aduersus eum sumptis,& regem peremit Dryopum, & incolis patria expulsis, eorum agros Melienſibus dedit. Filiam regis captiuam secum ducens compressit, exq; ea filium suscepit Antilochum. Procrearat etiam ex Deianira post Hilum filios duos, Gleneam,& Diopitem.Pulsi Dryopes quidam diuertentes ad Euboeam, urbem condidere Caryston. Alij in Cyprum nauigantes, unà cum Cyprijs manſere.reliqui Eurysthei Herculis hostis præsidio freti, treis urbes in Peloponneso condidere.Asinen,Hermionem,Sionem. Orto deinde inter Dorienses, qui Estiæotes appellantur(ijs Egineus imperabat) Lapithasq; circa Olympum habitantes(quibus rex erat Coronus Phoronei filius)bello, cum prævalerent copijs

Lapithæ.

Lapithæ,Dorienses ad Herculem confugêre. Is in bello societatem accitus, pollicita tertia Doridis regionis parte, ac regno permisso, bellum unà cum Dorienſibus aduersus Lapithas mouit:milites Arcades, qui apud eum semper erant,secum ducens.Horum præsidio usus,superatis prælio Lapithis,Coronum regem peremit:reliquos, multis occisis è regione pro qua bellum ſuscitatum erat,coëgit excedere. His actis, Egineum tertiæ præfecit parti sibi conceſſæ,mandans ut eam suis posteris seruaret, in Trachinam transiens,Cyonum Martis ab eo prouocatus peremit.Deinceps ab Icono profectus, per loca maritima ad Ormenium regem cum peruenisset, eius filiam Astidamiam sibi dari connubio petijt.Quam rem cum abnuisset,sciens illi Deianiram uxorem esse,bellum Hercules regi intulit:captaq; urbe,ac rege interfecto, Astydamiam captam stuprauit:genuitq; ex ea filium Ctisippum. His gestis,in Aetoliam contra Eurythi liberos,quoniam Iole uxor ei antea negata fuerat, exercitum duxit. Cumq; Arcades ei opitularentur, urbe capta Eurythi filios occidit,Toxeum,Melionem,ac Pytium:Iolem captiuam secum ducens. Ex Euboea in montem profectus est nomine Cineum: ibiq; sacra facturus,Lycam domesticum quendam ad uxorem Deianiram in Trachinam misit, ut ei uestem qua in sacris uti consueuerat,afferret. Hæc, cum à Lyca de amore Ioles percepisset, cupiens se omnibus in amore præferri, tunicam iuxta centauri

Herculis exitus.

consilium tinxit. Hanc à Lyca rei insçio delatam Hercules indutus, medicamenti ui paulatim inualescẽte,torqueri maximo dolore cepit. Virus enim sagittæ ueneno uipereo infusæ corpus conficiens,dolores ciebat immensos. Ita

Sophocles in Trachinijs.

que Lycam uestis latorem primum occidit: tum dimisso exercitu in Trachinam uenit,morboq; magis in dies ingraueſcente, in Delphos Licinium ad Iolaum misit,Apollinem morbi remedia scisçitatum. Deianira calamitate Herculis stupefacta,cum causam tanti mali sciret à se profectam, laqueo excessit è uita. Responsum Apollinis iubebat ferri cum apparatu bellico Herculem in Oetam,ibiq; prope eum ingentem struí pyram:de reliquis, inquit Iouí curam fore.Qui cum Iolao erant,iussa Apollinis exequentes, quod futurum erat suspicabantur.Hercules desperata salute, in pyram cum ascendisset,rogabat ac-

Philoctetes.

cedentes ut ignem subijcerent. Quòd cum nullus auderet, solus Philoctetes in gratiam sagittarum,quas ei Hercules reliquit, pyram succendit: subitoq; fulminibus circumdantibus pyra exusta est. Accedente Iolao ut ossa colligeret,cum nullum penitus repertum esset, credentes Herculem secundum ora-

Herculis ἀποθέωσις.

culi responsa ad deos translatum, ei ut heroi sacra quædam fecerunt. Inde ad Trachinam reuersi, Menetius postmodum Actoris filius, Herculis amicus,

eus,tauro, capro, arieteqûe ueluti heroi immolatis, instituit ut singulis annis Herculi in Opunte sacra facerent,utq; pro heroe coleretur. Cũ idem Thebæi facerent,Athenienses Græcorum primi ut Deum sacrificijs Herculem coluerunt:suæq; pietatis erga illum Deũ exemplum reliquis præbentes,uniuersam primùm Græciam, deinde cæteras omnes gentes ad eius cultum conuertêre. Adijciendum est superioribus, Iouem persuasisse Iunoni, ut Herculem se fingeret genuisse, matrisq; erga eum deinceps beneuolentiam ostenderet.Partũ eiusmodi fuisse tradunt.Iuno cum in lectum ascendisset, sumptum iuxta corpus Herculem per uestes inferius in terram demisit, uerum patrum imitata:sicut & nunc usq; in filiorum adoptatione obseruant barbari. Iunonis opera post hunc partum,ferunt Heben Herculi nupsisse, de qua & poeta post obitũ scribit:Ipse cum dijs immortalibus in delitijs uersatur, habẽs Heben pulchros habentem pedes. Herculem uerò dicunt nequaquam inter duodecim deos, prout Iupiter prædixerat,receptum. Fieri enim non poterat,nisi uno ex duodecim prius pulso,ut alter reciperetur. Iniquum enim fore, honorem uni tribui cum alterius Dei ignominia. Scriptis quæ de Hercule dici possunt,nunc Argonautas,cum quibus militauit Hercules,referamus.

DE ARGONAVTIS, MEDEA ET FILIAbus Pelei. Caput IIII.

IAsonem tradunt Aesonis filium extitisse, nepotem Peliæ Thessalorum regis.Qui cum esset robustus corpore, animiq; præter cæteros suæ ætatis elati: aliquid agere optans memoria dignum, ex superiorum exemplo, maximeqûe Persei, aliorumqûe multorum, quos propter externas expeditiones, gestaqúe præclara immortalem gloriam assecutos intellígebat, exarsit animo ad illorum opera imitanda. Itaque communicato cum rege consilio, Pelias eius desiderio assensit,non ut adolescentis gloriam augeret, sed sperans illum citiùs in belli expeditione periturum. Se enim filijs masculis natura priuatum esse uidebat.Fratrem timebat, nequando filij ope sibi regnoq; insidiaretur. Hanc suspicionem occultam tenens, pollicitus est se belli auxilia laturum,si expeditionem pararet in Colchos,ad uulgatum uellus aureum rapiendum.Habitabatur tunc Pontus à barbaris ac efferis nationibus, infensisq; hospitibus,cum omnes aduenas eò nauigantes interficerent.At Iason laudis appetens,cum certamen difficile, nõ tamen penitus impossibile propositum uideret,sed quo maius esset,eò ampliori se gloria uictorem fore, necessaria ad id bellum parauit. Primùm iuxta Pelium nauem ædificauit magnitudine atque apparatu longê maiori, quàm quæ ad eam diem fieri consueuerãt. Erat enim antea paruarum nauicularum usus. Ad huius uerò eximiam magnitudinem stupentibus omnibus, diffusa per Græciam eius rei fama, multos egregios adolescentes ultrò ad certamen,& eius belli communionem allexit. Iason in aquam deductam nauem,quum necessarijs ad nauigandum rebus fulsisset, optimos eorum qui secum ire appetebant, elegit,numero quatuor & quinquaginta.Ex his clarissimi erant, Castor & Pollux,Hercules, Telamon,Orpheus, Atalanta Schœnei:præterea Thespij filij,& ipse nauigij author Iason. Nauis Argo dicta est,ut quidam asserunt scriptores, ab Argo eius architecto: qui etiam inter nauigandum eius resarciendæ curam ceperat.ut alij, ab eius præcipua uelocitate,quoniam antiqui uelox argon appellabant. Hi omnes ducem sibi prefecerũt Herculem, ueluti omnium iudicio, fortitudine & uirtute præstantissimum. Deinde ex Aphete nauigantes, Atho ac Samothracia prætergressis,tempestate acti ad Sigeum Troiæ appulêre. Cùm in terram descendissent,uirginem iuxta littus uinctam ob hanc ut ferunt causam repererunt. Ne-

Iasoni.

Argo nauis.

Argonautæ celeberrimi.

Dux eorum Hercules.

ptunu n tradunt, propter operam ad ædificanda Pergama ab eo (ut fabulę tra dunt) impensam iratum Laomedonti regi, ẽ mari cete in terram misisse, à quo m aritima incolentes loca, coloniq; absumebantur. Peste præterea, quæ terræ fructus corrumperet, propinquos agros afflixit. Omnibus ea calamitate territis, cùm tantis malis salus quæreretur, Laomedontem dicunt ab Apollinem destinasse, quæsitum rebus aduersis remedia. Responsum est ab oraculo, Neptuni iram causam malorum esse: quæ mitigaretur, si puerum Troiani sorte ductum ceto traderent uorandum. Itaque singulis in sortem coniectis, cum in Hesionem sors regis filiam cecidisset, coactus est Laomedon natam in littore uinctam beluæ futurum cibum exponere. Interim Argonautis in littus digressis Hercules uisa puella, cum rei causam cognosset, uincula dissoluit: inq; urbem profectus, regi obtulit se id monstrum interfecturum. Laomedon accepta oblatione, equos illi inuictos dono se daturum cum spopondisset, cete ab Hercule perijt, Hesionæ oblata conditione, Herculem ne liberatorem sequi, an in patria remanere mallet, cum Hercule abire elegit, non tam uitæ beneficio, quàm timore, ne iterum prodeunte cete, ad idem supplicium destinaretur. Hercules & donis quibus honorificè cumulatus fuerat, ac equis, Hesioneq;, penes Laomedontem quoad reuerteretur ex Colcho, relictis, cum Argonautis ad destinatum certamen profectus est. Magna interim tempestate coorta, cæteris salutem desperantibus, solùm Orphea tradunt religionis peritum, uota pro salute Samothracibus fecisse: extemploq; tempestate sedata, cum duo astra super Pollucis & castoris capita cecidissent, omnes eo miraculo stupentes credidisse, deorum prouidentia se à periculis exemptos. Quo facto contigit, ut quos postmodum maris agitaret tempestas, Samothracibus uota pro salute facerent: astraq; apparentia ad Castorem Pollucemq; referrent. Inde sedato mari, in Thraciam ad regnum Phinei transgressi, duos adolescentes offendunt: qui uerberibus cæsi, ut uiui in terram effoderentur, pœnam expectabant. Filij hi erant Phinei Cleopatræq;, quam ex Orithyia Erichthei ac Borea natam ferunt: uerùm odio ac falsis nouercæ calumnijs inique à parente ad eas damnabantur pœnas. Duxerat uxorem Phinæus Idean, Dardani, Scytharum regis filiam: cuius amore captus, uoluntati eius assentiebatur. Huic nouercæ, in gratiam matris, priuigni ira moti uim intulerunt. Argonautis ad rem nouã stupentibus, aiunt adolescentes inter tormenta ab eis ueluti dijs auxilium imploraſſe: & simul causam dixisse paternæ iniquitatis: orantes, ut se ab iniqua eriperent sorte. His Phineus cum occurrisset, uetuit ne quid contra suum decretum uoluntatemq; agerent. nullum enim patrem, ait, de filijs sponte supplicium sumere, nisi amorem in liberos paternum magnitudo scelerum superaret. Interim qui cum Hercule in naui erant Boreades Cleopatra fratres, tradunt propter cognationem primos è naui auxilium adolescentibus tulisse: eisq; à uinculis liberatis, obsistentes tantum occidisse barbaros. Phineus ad pugnam cum uenisset, barbaris auxilia ferentibus, Herculem ferunt acriter præ cæteris pugnantem, & ipso Phineo & pluribus alijs obtruncatis, captaq; regia, & liberasse Cleopatram, & filijs paternum regnum restituisse: quibus de nouerca supplicium sumpturis, suasit Hercules, ut ad patrem in Scythiam mitterent: rogarentq;, ut ipse ob filiæ in se iniurias, puniendæ eius author esset. Quo facto, Scytha natam morte multauit: Cleopatræ filij apud Thracas suæ modestio gloriam tulère. Non ignoro, quosdam priscarum rerum scriptores tradere, filios à patre Phineo excæcatos, & Phineum quoq; à Borea priuatum usu: Herculem præterea ad hydram in Asiam ascendentem, in eis locis ab Argonautis relictum. Dissentiunt sanè in historia priscis rebus recensendis: ut haud mirandum sit, si in nonnullis rebus antiquis non cum omnibus poëtis & scriptoribus consentimus. Cæterùm Phineidas tradunt regno Cleopatræ matri permisso, è Thracia cum Argonautis in Pontum

Diabolicũ oraculũ de puero ceto obijciendo.

Hesione.

Nauigãtes qui bus olim uota fecerint.

Phinei crudelitas erga filios.

Phineus ab Argonautis uictus.

tum profectos: ipsos autem nauem ad Tauricam applicuisse, ignota incolentium feritate. Mos enim erat eius regionis barbaris, aduenas nauibus aduectos Dianæ sacrificare. Apud quos aiunt Iphigeniam postmodum huius deæ sacerdotem, captos homines ad eius aram mactare solitam. Præsens postulat historia, ut causæ huius aduenas sactificandi ritus referantur à nobis, præsertim cum ad Argonautarum transitum hic maximè locus spectet. Solem ferunt duos procreasse pueros, Aetam ac Persen. Aetas in Colcho regnauit, in Taurica Perses: crudeles ambo, efferique. Ex Perse Hecate orta est, superans audacia immanitateque patrem, ut quæ cruciatu hominum læta, eos pro feris appetere sagittis consuerit. Sed ad uenena mortifera conficienda summum studium operamque impendens, prima aconitum inuenit, uim naturamque cuiusque uenení in cibis, quos aduenis dabat, experta. His rebus admodum edocta, primùm ueneno patrem sustulit: deinde regno assumpto, templum statuit Dianæ, cui præternauigantes hospites sacrificabat, existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurum. Post hæc nupsit Aetæ, genuitque liberos tres, Circen, Medeam, & Aegialeum. Circe ad omnis generis uenenorum curam uersa, multarum herbarum radicumque uarias uires mirabiles que reperit. Et quãuis à matre Hecate in plurimis instructa esset, tamen multis à se de nouo inuentis, omnibus in ea re præstitit. Hæc Sarmatarum regi, quos quidam Scythas dicunt, cùm nupsisset, primùm ueneno uirum abstulit: deinde regno capto, multa ui crudelitateque subditos uexauit. Quibus rebus regno expulsam, quidam scriptores ad Oceani quandam desertam insulam cum mulieribus, quæ eam secutæ erant, confugisse: quidam ad Italiam uenisse tradunt, inque eo promontorio, quod nunc quoque ab illa Circæum uocatur, resedisse. Medeam quoque tum à matre, tum à sorore singulã ueneficia edoctam, diuersis moribus uixisse ferunt. Nam & hospites eripiebat à uitæ discrimine, & sæpe apud patrem precibus & gratia pro damnatorum salute intercedebat, quandoque ipsamet ex custodia captos dimittens. Aetam ferunt tum sua natura, tum uxoris suasu, crudelem necandorum hospitum consuetudinem seruasse: Medeam uerò cum magis indies esset parentum aduersa crudelitati, ab Aeta ob filiæ timorem in liberam custodiam destinatam. Illa ad Solis templum (id in littore situm erat) confugit, quo tempore Argonautæ à Taurica in Pontum noctu delati, ad templum peruenêre. Ibi Medeam iuxta littus ambulantem cum inuenissent, ab ea de hospitum cæde edocti, uirginis humanitatem collaudarunt. Deinde aduentus sui causa Medeæ palàm facta, illa imminens à patre periculum, crudelitatemque in hospites ut caurent, admonuit. Communicato consilio Medea se adiutricem ad perficiendum certamen propositum pollicita est. Iason iureiurando data fide, uxorem sibi illam quoad uita superstes esset futuram spopondit. Tum noctu Argonautæ relictis templo custodibus, cum Medea ad uellus aureum profecti sunt. De quo ut apertius scribatur, præsens historia, ne quid ex his omittatur quæ ad ipsius cognitionem spectant, requirit. Phrixum Athamantis aiunt nouercæ insidias declinantem, unà cum sorore Helle è Græcia fugisse. Transfretantibus illis, iuxta quoddam deorum oracultum, ex Europa in Asiam super aureo ariete, uirginem in mare delapsam dedisse Hellesponto nomen: Phrixum in Pontum proficiscentem, delatum in Colchida. qui cùm secundum oraculum arietem sacrificasset, pellem in templo Martis suspendit. Postmodum Aeta in Ponto regnante, responsum datum est, illum tunc mortem obiturum, cùm externi nauigio delati aureum uellus sustulissent. Hac ex causa, tum uerò innata crudelitate ostentauit se hospites sacrificare: ut diuulgata tanti sceleris fama, externi omnes eum accessum abhorrerent. Templum quoque muro circumdedit, custodesque frequentes apposuit ex Taurica accitos: de quibus à Græcis mirandæ fabulæ finguntur. Decantatum enim est, tauros ignem spirantes

Tauríci cur ad uenas mactare soliti sint.

Circe.

Medea.

Iason Medeam ducit.

De uellere aureo.

circa templum esse: à dracone insuper custodiri uellus. Verùm taurorum nomen à custodum robore traductum est: à crudelitate uerò cædis hospitum, tauros ignem efflare confictum. Modo simili cum templi custos Draco appellaretur, traduxerunt poëtæ admirandam stupendamq; eius animantis naturam. Similiter & de Phrixo quoq; fabulæ confictæ sunt. Quippe nauigasse cum ferunt quidam in naui, cuius in prora lignum fuerit arietis: quod Helle molestè ferens, cùm in sponda nauis incumberet, in mare decidit. Alij tradunt Gambrum Scytharum regem in Colchos, quo tempore, Phrixus cum pædagogo captus fuerit, aduectum: cùm adolescentem dilexisset, dono illum ab Aeta accepisse: eumq; ut legitimum ab se filium educatum, regni reliquisse. Pædagogum (is Aries uocabatur) sacrificatum dijs: eiusq; pellem à cadauere euulsam, de more templo fuisse affixam. Deinde responso tradito, se tunc moriturum, cum aduentantes hospites arietis pellem sustulissent: regem aiunt adhibitis templo custodibus, eam quò diligentius seruaretur, deauratse. Sed hæc legentibus, suo arbitratu iudicare licet. Cæterùm Medeam tradunt Argonautas ad templum deduxisse Martis, longè ab urbe Sybari Colchorum regia stadijs septuaginta. Accedentem ad fores templi Medeam, appellati Taurica lingua ab ea milites, apertis ianuis ut regis filiam introduxerunt. Argonautæ templum simul ingressi, eductis ensibus cum multos ex barbaris occidissent, alijs improuisa re territis, diffugientibusq;, erepta aurea pelle, cuelitgiò ad nauem reuersi sunt. Medea draconem pellis custodiæ incubantem, semperq; (ut fabulæ ferunt) uigilem, ueneno peremit: deinde unà cum Iasone mare conscendit. Re ab his qui diffugerant, Aetæ nunciata, asserunt eum cum ijs qui in promptu erant militibus Græcos insecutum, multos iuxta littus comperisse: quibus cum primo impetu pugna commissa, Iphiclus Eurysthei, qui Herculi certamina imperauerat, frater, cecidit. Cæteri deinceps cum suis auxilio accurrissent, instaurato certamine rex est à Meleagro occisus. Superantibus Græcis, reliqui Colchorum in fugam uersi, magna ex parte interière. Optimus tamen quisque uulneratus est, Iason Laërtes, Atlantidæ ac Thespiadæ. Quos diebus paucis Medea radicibus herbisq; curauit. Deinceps cum recuperata ualetudine nauigarent, iam medium Ponti cum mare tenentes, ingens tempestas magno cum periculo adorta est. Tum ab Orpheo, quemadmodũ antea, uoto Samothracibus facto quieuerunt uenti. Apparuit quoq; iuxta nauem maritimus Glaucus: qui duabus noctibus totidemq; diebus continuò nauem comitatus, & futura Herculi certamina, & immortalitatem prædixit: Tyndaridis uerò quòd Dioscuri uocarentur, deorumq; honores ab hominibus essent consecuturi. Denicq; cum omnes Argonautas nomine appellasset, dixissetq; uotis Orphei à dijs se missum, qui eis tutura prædiceret, consulere se illis ait, cum primùm in patriam ueniissent, uotadijs persoluerent pro salute iam bis ab illis suscepta. Argonautæ cum ad ostium Ponti peruenissent, ad oram appulère, cui tunc imperabat Byzãtus, à quo urbs Byzantium est appellata. Ibi erecta ara quum dijs uota persoluissent, lozum consecrârunt: quem etiam nunc nauigantes colũt. Deinde mare ingressi, per Propontidem Hellespontumq; ad Troiam delati sunt. Hi cùm Hercules fratrem Iphiclum ac Telamonem ad urbem misisset, equos Hesionemq; iuxta promissa postulatum, tradunt Laomedontem oratores captos trusisse in carcerem: reliquos Argonautas per insidias occidere uoluisse. Cuius rei omnes, præter Priamum, filij adiutores se præbuère. Hic solus contradixit, asserens seruandam esse hospitibus promissorum fidem: atq; equos sororemq; esse tradendos. A' qua sententia cum auersi essent, fertur Primamus duos in carcerem ad Telamonem enses clàm detulisse: narrataq; patris uoluntate, extitisse eis causa salutis. Nam illi custodib. interfectis ad mare fugientes, exposito singulatim socijs Laomedontis consilio, unà cum eis regi qui cum militib. ex

Argonautæ aureo uellere potiti.

Glaucus quæ Herculi prædixerit.

Byzantus.

ex urbe se aduersus prodierat, occurrerũt. Acri certamine commisso, cum Argonautæ uirtute superiores essent, ferunt Herculem præ cæteris fortiter pugnantem & occidisse Laomedontem, & primo impetu urbe capta, in regis infidiarum conscios animaduertisse: deinde Priamo, ut uiro iusto amicoq; rego tradito, cum reliquis Argonautis discessisse. Nonnulli ex antiquis tradũt poëtis, ab Hercule, non cum Argonautis, sed solo, cum nauibus sex equorum gratia profecto, Troiam deletam. Quod & Homerus uidetur in suis carminibus sentire, scribens, Herculem equorum Laomedontis gratia sex proprijs nauibus, & uiris paucis, urbem ab se expugnatam cepisse. Argonautas à Troia tradunt in Samothraciam delatos, redditis magnis dijs uotis, iterum in templo posuisse phialas, quæ hucusq; seruantur. Eorum reditu adhuc apud Thessalos ignoto, diuulgatam aiunt esse famam, omnes qui cum Iasone in Põtum nauigarant, occidione occisos esse. Itaq; Pelias tempus esse ratus cæteros, quorum erat, priuare regno, primò Iasonis patrem sanguinem tauri bibere compulit. Fratrem Promachũ ad huc puerum occidit. Alcimede mater morti destinata, uirili animo rem ausa memoratu dignam, cùm ad interiora regiæ confugisset, orans deos ut tantæ impietati merita præmia darent, ense pectus transfixit. Hoc Pelias pacti omnis Iasonis progenie sublata, citò suorum scelerum pœnas luit. Nam cum Iason in Thessaliam ad Ormum haud longè ab Iolcho locum urbem ingredientibus occultum noctu appulisset, impiam suorum cognouit cædem. Argonautis suam operam ad tantum scelus ulciscendum pollicentibus, omniaq; subire paratis discrimina, haud parua inter eos dubitatio incidit, subitáne ui in urbem irruendum esset, deq; improuiso rex armis appetendus: an arcessendi à suis milites, communiq; bello res esset agenda: haud enim possibile fore, à tribus & quinquaginta uiris superari regem posse, cui plurimæ auxilia urbes ferrent. Cùm hæc agitarentur, fertur Medea pollicita esse suis, se Peliam necaturam dolis, regiamq; se illis sine periculo tradituram. His uerbis admirati omnes, cum modum eius consilij quærerent, respondisse Medeam dicunt, secum attulisse multa mirandæq; uirtutis uenena, tum à matre Hecate, tum à Circe sorore, quibus nonquam antea ad hominum perniciem uti uoluisset, reperta. Nunc uerò eorum causa facilè se id scelus Peliæ, si uelint, ultura: & simul quæ actura esset, singulatim cum prædixisset, à regia insuper maritimeq; speculę custodibus signum perfectæ rei se daturam asseruit, tumum die, noctu ignem. Igitur parata caua Dianæ imagine, uaria uenenorum genera in ea abscondit. Deinde capillos suos quibusdam medicamentis canos reddens, ita faciem corpusq; rugosum effecit, ut aspicientibus quædam senior anus uideretur. Sumpta deinde, quam stupendo quodam apud uulgus modo condiderat, Dianæ statua, in urbem profecta, omnes ad superstitionem commouit. Cumq; lymphata iret, per uicos ad spectãdum concurreret & multitudo, hortabatur ut piè deam susciperent, colerentq;. Accessisse enim eam ab Hyperboreis, & regis & ciuitatis bono. Cùm singuli deam sacris uenerarentur, uniuersus tanquam debachatus populus, Medeam in regiam deduxit. Hęc res & Peliæ superstitionem iniecit, & filiæ in eum stuporem Medeæ præstigijs deductæ sunt, ut persuaderentur, præsentem deam felicitatem regiæ præbiturã. Asserebat enim, Dianam draconibus per aẽrem delatam, magnam orbis partem circumisse: ut autem perpetuò coleretur, elegisse omnium regum pijssimum. Mandasse insuper sibi deam, ut senectam Peliæ quibusdam pharmacis ablatam, in adolescentiam uerteret, multorumq; annorum uitam beatam dijsq; acceptam præberet. Ad quę uerba cum rex uelut miranda obstupescere, iussit Medeam in seipsa, ut fides ei haberetur, quod dixerat, experiri. Illa petens, ut pura ab una ex filiabus afferretur aqua, cum se in thalamo inclusisset, unxissetq; corpus, herbarum uiribus in priorem ætatem restituta est. Quæ res

Laomedon ab Argonautis uictus.

Iasonis propinqui à Pelia sublati.

Medeæ dolus in Peliam.

& regem, & omnes qui id aspexerant, ad stuporem perduxit. Videbatur enim non nisi deorum quadam prouidentia senectutem in uirginis ætatem, eius q̃ pulcherrimæ, fuisse conuersam. Fecisse quoq; asserunt eam quibusdam incantationibus, ut draconum specie dea per aërem ab Hyperboreis uecta, apud Peliam diuertere uideretur. Hæc cum præter naturam putarentur humanam cumq; Pelias plurimi Medeam faceret, existimaretq; illam uera loqui, aiunt omnibus singulatim filiabus mandasse, ut uoluntati imperioq; Medeæ parerent. Non enim decere regis corpus seruorum manibus tractari, sed filiarum obsequio, deorum beneficio potiri. Diligenter igitur filias obsequi Medeę imperauit, quicquid circa sui corporis curam mandaret. Sequente nocte cum Pelias dormitum isset, aiunt dixisse Medeam, necesse esse, ut Peliæ corpus in uase æneo coqueretur. Quod cum acturę essent uirgines, una experimento aliquo fidem uerbis suis fieri postulauit. Aries aderat multis annis domi nutritus: quem uirginibus pollicita est, si illum prius decoxissent, in agnum se postea restituturā. Cùm uirgines annuissent, ferunt Medeam arietis decoxisse corpus in frusta diuisum, ac medicamentis quibusdam ex lebete agni speciem eduxisse. Quo facto, fide Medeæ habita, reliquæ omnes patrem pulsando occiderunt. Sola Alcestis ob insignem pietatem à genitore abstinuit. Tum Medeam dicunt, ne Peliæ corpus aut inciderent, aut coquerent, edixisse. Simulans uerò prius uotum lunæ esse faciendum, uirgines supra culmen regię cum lampadibus ascendere secum iussit. Ibi Colchorum lingua longa ad terēdum tempus oratione habita, signum dedit Argonautis, rei conficiendæ tempus adesse. Illi igne è specula conspecto, existimantes regem defunctum, cursu urbem petentes, mœniaq; ingressi, strictis ensibus ad regiam profecti sunt, uigilibus qui obstiterant interfectis. Virgines, quæ antea ad decoquendum patrem è tecto descenderant, Iasone cæterisq; Argonautis in regia præter spem conspectis, sua calamitate admodum afflictabantur. Neq; enim Medeæ facinus ulcisci poterant, neq; erratum suum corrigere. Itaq; cum sibi mortem consciscere uellent, Iason earum misertus, à proposito reuocauit, solatus, nō sponte eas erasse, uel malitia, sed errore deliquisse. Omnes deinde benignè consanguineos allocutus, bono animo esse iussit. Populo ad concionem uocato, facti causam dixit, docuitq; cur iniuriam ultus fuisset, minore supplicio quàm ipse passus fuisset. Deinde Acasto Peliæ filio patrium regnum tradidit: filiarum quoq; regis curam pro dignitate gessit, & ad extremum aliquanto post tempore promissa præstitit, omnesq; primarijs uiris nuptum dedit. Nam Alcestim natu maximā nuptui postmodum dedit Admeto Phereti Thessalo, Amphinomen Arobremoni Leontei fratri, Euadnen uerò Oeneo Cephali, tunc Phoceorum regis. His actis, cum Argonautis ad Isthmum Peloponnesi appulsus, sacra fecit Neptuno, cui nauem Argo dedicauit. Cùm ingens eius fama esset apud Corinthiorum regem Creontem, ad eum diuertit, cumq; eo uitæ reliquum tempus egit Corinthi. Cogitantibus Argonautis in patriam abire, Herculem ferunt hortatum esse ad res magnæ fortunæ obeundas: adegitq; ut iureiurando pollicerentur, alterum alteri si opus esset, auxilio fore. Elegisse autem clarissimum Græciæ locum ad statuenda certamina, concursusq; hominum celebrandos: idq; certamen maximo deorum Ioui Olympio consecrasse. Cùm Argonautæ omnes in fœdus communis præsidij iurassent, instituendorum cura Herculi demandata, illum elegisse aiunt ad hominum conuentus Eleorum regionem iuxta Alpheū flumen. Vnde iuxta eum loca maximo deorum sacrata, Olympia ab eo appellantur. Cùm equorum certamen palæstramq; instituisset, modo certaminum statuto, urbes propinquas ad deorum spectacula excitit. Et gloria famaq; Herculis exspectatione certaminum Olympicorum uulgata, Græcorum omnium qui clari essent, eò concursus fuit. Plurimis quoq; uarijs ex-

Peliæ interitus.

Olympicorū ludorum institutio.

ex urbibus Herculis amicitiam secutis, cùm singuli eius uirtutem bellicamq; disciplinam admirarentur, ideoq; ultrò se comites periculorũ obtulissent, per breui optimum exercitum confecit. Quo omni peragrato orbe, ob plurima in homines collata merita immortalitatem meruit. Poetę uerò fabulis assueti, miranda quædam canentes, Herculem solum absq; armis fabulantur decanta ta orbis monstra perdomuisse. Sed de his antea scripsimus. Nunc ad Iasonem reuertamur. Hunc Corinthij tradunt, cum annis decem cum Medea uixisset, genuisse ex ea filios natu maximos duos, Didymum Thessalũ, Alcimenum, his posteriorem tertium Thisandrum: quo tempore aiunt Medeam magno in honore non solum propter speciem qua eminebat, sed propter prudẽtiam, cęteras q; quibus ornata erat uirtutes, à uiro habitam esse: paulatim deinde ætate decorem formæ auferente, Iason Glaucæ Creontis filiæ amore captus, uirginem nuptui à patre petijt. Annuente Creonte, certum q; nuptiarum statuen te diem, Iason Medeę nititur spontaneum diuortium persuadere. Ait enim, cupere se illam uxorem ducere, non in eius contemptum, sed ut filios suos in domum regiam ea cognatione introduceret. Aegrè uerba hæc ferente Medea, deosq; testes iuramenti præstiti appellante, Iason susceptì beneficij oblitus, Creontis filio uxore sumpta, Medeam urbe expulit. Illa cum à recessu diem unum à Creonte petisset, noctu regiam ingressa, certis medicamentis immutata facie, domum incendit radice quadam à Circe inuenta, ea uirtute, ut incensus ignis nequiret extingui. Repentè conflagrante regia, Iasonem exiluisse traduunt, Glaucam Creontem q; igne absumptos. Quidam scriptores uolunt, Medeæ filios dona quædam sponte attulisse uenenis illita: quæ cum illa corpori applicuissent, & incidisse in morbum, & patrem auxilium filiæ ferentem, cum corpori illius hæsissent, eueſtigiò expirasse. His haudquaquàm acquiescẽs Medea, in q; Iasonis ultionem intenta (adeò ira, amor, crudelitas q; in ea exarserãt) postquam illum flammas euasisse cognouit, animum morti filiorum in patris calamitatem adiecit. Omnes, uno qui aufugit excepto, natos iugulauit: eorũ q; corpora sepeliuit in Iunonis templo: deinde fidissimis socijs fugæ assumptis, Medea nocte ex Corintho fugiens, Thebas ad Herculem uenit. Hic eorum quæ in Colcho promissa erãt sponsor factus, se ei auxilio futurum iuxta datam fidem promisit. Iason filijs uxore q; priuatus, cẽsentibus omnibus eum iustè plecti, cum doloris uim ferre non posset, sibi mortem conscíuit. Corinthij casus atrocitate obstupefacti, cum de sepulchro puerorum dubitarent, ad Pythium, quid de adolescentum corporibus agendum esset, consultum misere. Mandatum à Deo est, sepeliri eos in Iunonis templo, atq; Heroum honoribus coli. Quo facto, aiunt Thessalum qui cædem matris effugerat, in Corinthum rediisse. Deinde in Iolchum Iasonis patriam reuersum: ubi cùm reperisset Peliæ filios recenter interisse, regnum generi suo debitum suscipiens, subditos ex suo nomine Thessalos appellauit. Nec uerò ambigo, de Thessalorum nomine non idem sentire omnes, sed uarias ferri opiniones: de quibus postmodum suo loco disseremus. Medea cùm Thebis Herculem in insaniam uersum, ab eo q; filios occisos reperisset, medicamentis illum ab eo morbo liberauit. Deinde cum Eurysthei præceptis Herculi parendum esset, omni eius auxilij spe amissa, Athenas ad Aegeum Pandionis confugit. Ferunt quidam ab Aegæo cognitam, filium genuisse Medum, qui postmodũ Mediæ imperarit. Alij ab Ippeto Creontis accusatam, omnino q; absolutam. Deinde cum Theseus ex Trœzene Athenas transisset, de ueneficio accusatam fuisse, ex Athenis migrare compulsam. Verùm pollicente Aegæo se eam tutò quò uellet missurum, Phœniciam elegit: quò & delata est. Inde ad superiores Asiæ partes transiens, cuidam clarissimo hæsit regi: ex quo filium peperit Medũ, qui post patris obitũ regno succedẽs, & rex fuit egregius, & populos ab se denominauit Medos.

Herculis præclara facinora.

Iasonis & Medeæ liberi.

Medea Creontis regiam incendit.

Iasonis interitus.

Thessalus à quo Thessali dicti.

Medus.

dos. Tragœdi postmodum mirandam quædam de Medea, uariaq; ediderunt. Quidam in gratiam Athenienſium, Medeam aiunt ſuſceptum ex Ægeo Medum in Colchos aduexiſſe incolumen. Cumq; eo tempore Aetes à fratre Perſe ui regno pulſus eſſet, Medeæ opera, quæ Perſem ſuſtulit, Medum regno potitũ. Auctis deinde regni uiribus, Medum plurimis Aſiæ locis quæ ſupra Pontum eſt, peragratis, ſubieciſſe eam quæ ab ipſo Media ſit appellata. Recenſere autem quæ de Medea ſcripta ſunt ſingula, & longum eſſet, & minimè neceſſarium. Verùm quæ de Argonautis ſuperſunt, prioribus adijciamus. Non enim pauci tum ueteres, tum poſteriores ſcriptores, inter quos eſt & Timæus, tradunt Argonautas poſt raptum aureum uellus, quum nauibus oſtia Ponti obſediſſent, rem mirificam fuiſſe aggreſſos, & hiſtoria dignam. Nauigantes enim per flumen Tanaim ad eius fontes, iuxta quendam locum naui per terram ad alium fluuium tracta, in Oceanum uerſus Arctum per eius decurſum delatos ferunt. Poſtmodum terra à ſiniſtris relicta, cum ad Gades peruenissent, noſtrũ mare ingreſſi, in patriam reuerterunt. Horum ueſtigia feruntur, quòd iuxta Oceanum habitantes, inter deos præcipuè Pollucem & Caſtorem colunt. Traditum enim eſſe illis à priſcis uſq; temporibus, hos deos præſentes in Oceano nauigantibus adeſſe. Eſſe quoq; iuxta Oceanum loca, quæ uaria tum ab Argonautis, tum à Dioſcuris nomina ſumpſiſſent. Continens inſuper quæ eſt intra Gades, expreſſa reditus illorum continet ueſtigia. Hi iuxta Tyrrhenum nauigantes, ad inſulam uenere, quam dicunt Aethaliam: ubi optimum eorum lo corum portum, à naui, quod nomen ad hæc tempora permanſit, Argoon appellarunt. Similiter iuxta Tyrrheniam portus octingentis procul: à Roma ſta dijs, Telamon eſt cognominatus. Inſuper iuxta Formias Italię Aeta dicta Caieta eſt. Poſtea in Syrtes uento acti, cum à Tritono Libyæ rege naturam eius Pelagi percepiſſent, declinato periculo, tripodem ei æneum dono dedêre, literis priſcis inſculptum: quem adhuc apud Heſperios ſeruari dicunt. Neq; uerò omittendum uidetur, quod quidam ſcriptores pro uero tradunt, Argonautas per Iſtrum nauigantes, atq; ad eius fontes delatos, poſtea ad ſinũ Adriaticum peruenisse. Hos tempus redarguit, exiſtimantes Iſtrum multis oſtijs in Pontũ defluentem, eumq; qui in Adriam deſcendit, ab eiſdem locis decurſus initium ſumere. Romanis cum his gentibus bellum, quæ Iſtrum incolunt, gerentibus, eius fontes quadraginta ſtadia à mari procul inuenti ſunt. Verum nominis fluuiorum ſimilitudo cauſam erroris ſcribentibus dedit.

Argonautarũ nauigatio.

DE HERCVLIS FILIIS ET NEPOTIBVS. Caput IIII.

Heraclidarum fata.

ARgonautarum Herculisq; geſtis à nobis deſcriptis, filij quoque recenſendi ſunt. Hi poſt Herculis obitum apud regem Ceicum in Trachina conſedêre. Cùm Hilus alijq; fratres quidam iam uiri euaſiſſent, ueritus Euryſtheus ne cum omnes ad eam ætatem peruenissent, ſe imperio Mycænarum priuarent, cupiensq; omneis eos Græcia pelli, Ceico, niſi & Heraclidas & Licymnij filios, Iolaum inſuper, ac omnes Arcades qui cum Hercule militaſſent, ejiceret, bellum indixit. At ipſi Euryſtheo impares uiribus, decreuerunt ſponte Trachinam relinquere. Adeuntes multas urbes, quæ præclaræ erant, rogitantesq; ut ſe in urbem reciperent, cæteris timore recuſantibus, à ſolis Athenienſibus inſita humanitate ſuſcepti ſunt, Trycorytho illis urbe, quæ Tetrapolis nominatur, ad habitandum conceſſa. Poſtea cum Herculis filij omnes ætate matura eſſent, prudentia adoleſcentibus, ut ab Hercule genitis, innata, Euryſtheus eorũ incremento inuidens, magno exercitu aduerſus illos profectus eſt. Heraclidæ Athenienſium præſidio fulti, Iolaum, Theſeum,

Theseum, Hilumq; duces belli constituerunt, & acie Eurystheum superarunt. Multi in ea pugna Eurystheum secuti occubuerunt: ipse curru fugiens, ab Hilo Herculis filio occisus est. Filij quoq; Eurysthei in ea pugna omnes cecidêre. Heraclidæ post Eurystheum insigni prælio deuictum, mutuo consilio auxilioq; aduersus Peloponnesum duce Iolao mouerunt bellum. Atreus post Eurysthei obitum capto Mycenarum regno, ascitisq; Tegeatis, ac quibusdam aljjs belli socijs, Herculis filijs occurrit. Apud Isthmum cum utriq; exercitus conuenissent, Hilus hostem, quicunq; is esset, ad certamen ea conditione prouocauit, ut si ipse uicisset, Eurysthei regnum filijs Herculis cederet. Si uero occubuisset, Heraclidæ in Peloponnesum intrà annos quinquaginta non uenirent. Descendit in certamen Echemus rex Tegeatarum, occisoq; Hilo Heraclidæ ex fœdere ab expeditione destiterunt, Corinthumq; reuersi sunt. Paulò pòst Licymnius cum filijs Herculis ac Tlepolemo apud Argiuos sponte illos susc ipientes mansit. Reliqui qui in Tricorytho resederant, decurlis ex pacto annis in Peloponnesum transierunt. Quorum res suo referentur tempore. Alcmena Thebas profecta cum euanuisset, à Thebanis deorum honoribus culta est. Cæteri Heraclidæ repetita ab Eginio Dori filio ei credita patris hæreditate, apud Doræos consedere. Tlepolemum in agris commemorantem se runt à Licymnio Electryonis orta contentione occisum. Qua ex cæde ex Argis fugiens Rhodum applicuit. Hanc insulam incolebant tum Græci, à Trio- *Rhodus.*
pato Phorbantis filio deducti. Quàm ille communi accolarum cõsilio in tres partes diuisisset, tres in ea condidit urbes, Lindum, Ialysum, Camirum. Imperauit autem omni insulæ ob gloriam nomenq; paternum: ac demum cum Agamemnone ad Troianum bellum profectus est.

DE THESEO, ET EIVS CERTAminibus. Cap. VII.

POsteaquã de Hercule filijsq; retulimus, locus se offert ut Thesei, qui Herculis certaminum imitator fuit, gesta narrentur. Natus ex Aethra Pitthei filia ac Neptuno, in Trœzene nutritus est apud Pittheum maternum auum: ac signa, prout ferunt fabulæ, ab Aegæo sub petra posita recognoscens, Athenas uenit. Deinde mare ingressus, ut Herculis uirtutes imitaretur, ad ea certamina adiecit animum, quæ laudem & gloriam sibi essent allatura. Et primùm eum qui dicebatur Corynetes, sustulit, hoc usum cognomine à Coryna, hoc est, claua, quo telo utebatur, & aduenas interficiebat. Secundum, qui in Isthmo erat, Sinim, qui duas flexas pinus, atque utrique alligato hominis brachio, sursum dimittens, corpus ui discerptum maximo cruciatu afficiebat. Tertius fuit à Theseo interemptus in Crommyone aper syluestris, à quo multi interibant uiribus ac magnitudine præstantes. Deleuit insuper Scyronem habitantem ea loca Megaræ, quæ ab eo saxa Scyronia uocantur. Hic uiatores cogebat, ut se ipsoc præcipiti iactarent loco: deductos super scopulum abruptum homines, calce in mare iuxta Cheloneum proijciebat. Sustulit etiam iuxta Eleusinam, Cercyonem certantem cum prætereuntibus, atque ab se uictos perimentem. Deinceps Procrustam occidit, in eo loco terræ Atticæ qui dicitur Curdalus, habitantem. Hic uiatores cogebat super lectum aliquem ascendere: quòd si longiores erant, parte supereminente amputabantur: qui uerò breuiores, pedibus distendebãtur. A' qua re Procrustes cognominatus est. His actis Athenas ueniens, Aegeum propter signa cognouit. Tum Marathonium taurum ab Hercule ex Creta in Peloponnesum traductum, Athenas ab se uictum aduexit: quem Aegæus sacrauit Apollini. Superest ut de Minotauro, quò

Consule Plutarchum in uita Thesei.

Thesei gesta.

De Minotauro. ro, quò Thesei gesta absoluantur, ab eo interfecto referamus. Oportet enim temporibus quæ à nobis explicata sunt, contigua, quò notior fiat historia, describi. Tectamus Dori, filij Heleni ex Deucalione orti, cũ Aeolijs ac Pelasgis in Cretam appulsus, insulæ imperauit. Sumpta Creta in uxorem, filium Asterium creauit. Quò in Creta regnante, Iupiter (ut aiunt) Europam ex Phœnicia raptam super taurum detulit in Cretam. ● Ex ea tres genuit liberos, Minoẽm, Rhadamanthum, Sarpedonem. Asterius deinceps prole carens, cum uxorem duxisset Europam, Iouis adoptatis filijs, regni eos reliquit successores. Horũ Rhadamanthus Cretensibus leges dedit. Minos suscepto regno cum Itonem Lyctij filiam uxorem cepisset, genuit ex ea Lycastum. Hic quoq; cum regnaret in Creta, Ida Corybanti filia uxore ducta, secũdum Minoẽm genuit quem nonnulli Iouis filium tradunt. Hic primus Græcorum parata classe, maris imperio potitus est. Cùm despondisset Pasiphaën Solis Cretæq; filiam, suscepit Deucalionem, Crateum, Androgeum, & Ariadnem, pluresq; alios liberos. Androgeus cum Athenas consensu Athenien sium omnium concessisset, Aegeo regnante, inq; certaminibus superaret athletas omnes, in consuetudinem Pallantis filiorum uenit. At Aegæus suspicans, nequando propter Androgei amicitiam à Pallantis filij auxilio Minois regno pelleretur, insidijs Androgeo paratis, ad spectaculum celebre proficiscentem Thebas, per quosdam eius regionis accolas circa Inoẽm terræ Atticæ interficiendum curauit. Cæde filij perturbatus Minos Athenas uenit, supplicium interfectoris Androgei petẽs. Spretis eius uerbis, bellum Athenien sibus indixit, addita execratione, qua ad uersus Atheniẽses siccitatem famemq; imprecatus est. Siccitate tum Atticos, tum reliquam Græciam urgente, corruptis terræ fructibus: belli duces, quomodo hæc mala auerti possent, Deum consuluêre. Is iussit eos ad Aeacum Iouis & Aeginæ Asopi filiæ adire, iubereq; ut pro se uota faceret. Quibus perfectis, siccitas cum apud alios Græcos cessasset, solos Athenienses uexabat. Coacti igitur sunt rursus à Deo implorare tantæ remedia calamitatis. Hanc desituram, Deum ferunt respondisse, si pro Androgei cæde, Minoi qua uellet pœnas dedissent. Parentibus Deo Athenien sibus, præcepit Minos, pueros septẽ & totidem uirgines singulis annis Minotauro quoad uiueret uorandos tradi. His datis, defecit siccitas: à bello abstinuit Minos. Annis septem trãsactis, rursus eum in regionem Atticam cum magno exercitu transisset Minos, ac bisseptem pueros petisset, traditi sunt. Theseus cum esset nauigaturus, accessisset ad gubernatorem Aegæus, præcipiens, si Minotaurum superasset filius, ut albis uelis portum intrarent: nigris, quemadmodum & antea in Ioniã fecerant, si perisset. Theseus in Cretam cum nauigasset, Ariadne Minois filia eius specie ac decore capta, & consilium operamq; dedit Minotauri occidendi, & Labirynthi egressum edocuit. Deinde cum rapta Ariadne nocte clàm recederet, in insulam appulit, aliquando Diam, nunc uerò Naxum uocitatam. Eo tempore Bacchum ferunt pulchritudine Ariadnes captum, cum à Theseo uirginem abstulisset, uxorem illam ab se præter modum dilectam duxisse. Post eius obitum, propter singularem amorẽ honore immortalium dignatus, coronam ex astris Ariadnæ in cœlo constituit. Verùm eos qui cum Theseo nauigabant, ferunt ægrè admodum raptum uirginis ferentes, propterq; dolorem Aegæi mandatorum oblitos, nigris uelis in Attticam peruenisse. Quod Aegeus cùm aspexisset, existimans Theseum filium peremptum, rẽ heroicam aggressus, ex arce ob dolorẽ semet præcipitauit. Post patris interitum Theseus regno succedẽs, constitutis legibus populo imperauit: multaq; egit ad amplitudinẽ ciuitatis spectantia. In queis illud fuit insigne, quòd plurimum populum Athenas ad habitãdum induxit. Qua ex re uiribus & authoritate aucta ciuitas, Græciæ principatum tenere uisa est. Verùm ad ea quæ de Theseo supersunt, redeundum.

Ariadnæ.

Aegei interitus.

redeundum. Deucalion maximus natu filiorum Minois, Cretæ imperauit. Is inita cum Athenienſibus belli ſocietate, Phædram filiam Theſeo deſpondit. Qui cùm poſt ductam uxorem Hippolytum ex Amazone genuiſſet, in Troezenem miſit ſorori Aethræ nutriendum. Ex Phædra Athamantum ſuſcepit, ac Demophoontem. Paulò pòſt Hippolytus cum Athenas ad myſteria ueniſſet, à Phædra propter pulchritudinem amatus eſt: quo recedente, Phædra templum Veneri in arce unde in Troézena conſpectus erat, condidit. Cumq; ad Piritheum cum Theſeo diuertiſſet, Hippolyti concubitum petijt. Illo ſceleſus abnuente, moleſtè id ferens nouerca, Athenas reuerſa, Hippolytum quòd ſe uitiare uoluiſſet, apud Theſeum accuſauit. Ille dubitans uerúmne crimen eſſet, rem ad Hippolytum per internuncium detulit. Ferebantur tunc fortè equorum curru Hippolytus. Cui, calumnia audita labenti animo, frena è manibus exciderunt. Turbati equi excuſſis habenis, currum præcipitem egerunt. Quo effracto, Hippolytus ueſtibus implicitus, atq; ad terram delatus interijt. Ob eius ante optimè actam uitam Troezenij deorum illi honores impendere. Theſeus his turbatus calamitatibus, pulſus patria, apud hoſpitem functus eſt uita. Athenienſes pœnitentia ducti, oſſibus Theſei Athenas traductis, & illum coluerunt pro Deo, & tẽplum ei intra urbem Aſylum, quod ab eo Theſeium dictum eſt, conſtituêre. Nunc de raptu Helenæ, deq; Pirithoi erga Proſerpinam amore (geſtis enim Theſei ſunt immixta) dicendum. Pirithous Ixionis filius defuncta Hippodamiæ uxore, Polypito filio ſuperſtite, Athenas ad Theſeum uenit: cuius uxor Phædra cum defuncta eſſet, ſuaſit ei Helenę Iouis ac Ledæ raptum. Ea tum decimum agebat annum, omnes cæteras decore ac modeſtia excellens. Lacedemonem profecti, captato tempore, Helenam communi conſilio Athenas aduexêre. Deinceps inter eos ſorte iacta, utrius eſſet ſponſa Helena futura, ea tamen adiecta conditione, ut is pro quo ſors cecidiſſet, ſocio coadiutor ad alteram quærendam uxorem foret: idq; iureiurando cũ firmaſſent, ſorte Theſeo obuenit. Quòd factum cum ægrè ferrent Athenienſes, timens Theſeus, Helenam in Amphidriam, unam ex Atticis urbibus deduxit: eius cura Aethræ matri, multisq; ex amicis permiſſa. Pirithous cupiens Proſerpinam uxorem habere, conſilium cum Theſeo communicauit. Verùm cum propter rei impietatem à propoſito eum auertere conaretur: ubi illũ perſeuerantem, inq; iuſiurandi uim ad Proſerpinæ raptum ſe adigi uidit, coadiutorẽ ſe præbuit. Cùm ad inferos deſcendiſſent, utercq; ibi captus eſt. Sed poſtmodũ in gratiam Herculis liberato Theſeo, Pirithous apud inferos detẽtus, luit ſempiternas ſuæ impietatis pœnas. Quidam ſcriptores tradũt, ambos redijſſe ab inferis: eoq; tempore Dioſcuros Helenæ fratres cum exercitu Amphidriam profectos, capta euerſaq; urbe Helenã adhuc uirginem captiuamq; ad Aethram Theſei matrem Lacedæmonem uexiſſe.

Hippolytus.

De raptu Helenæ.

DE SEPTEM, QVI AD THEBAS MIlitarunt. Cap. VII.

Thebani belli occaſio & cauſſæ.

REs poſtulat, ut de ſeptem ducibus qui Thebas profecti dicuntur, ſcripturi belli cauſas à principio ordiamur. Laius Thebanorum rex, ſumpta uxore Iocaſta Creontis filia, cum diutius caruiſſet liberis, oraculo conſulto an eſſet filios habiturus, reſponſum tulit, non cõducere ſibi prolem habere. Nam qui ex eo prodiret filius, patrem occiſurus eſſet, aduerſaq; fortuna domum funeſtaturus. Poſt quod reſponſum præcepit, natum infantem traiectis primùm ferro pedibus exponi: unde & Oedipus cognominatus eſt. Sumptum puerũ domeſtici cum non expoſuiſſent, cuidam ſeruili mulieri nomine Polybiæ tradidêre. Cùm iam uir factus eſſet, Deum de infante expoſito conſulere ſtatuit

Oedipus.

Laius.

Laius. Oedipus quoq; à quodam se fuisse expositum certior factus, & ipse Pythiam, qui sui parentes forent, oratum proficiscebatur. Cùm ambo apud Phocidem inuicem obuiassent, Laiusq; illum de uia cedere superbius mandasset, Oedipus ira motus Laium occidit, inscius parentem esse. Eo tempore tradunt

Sphingis aenigma.

Sphingem beluam biformem uenisse Thebas: proposuisseq; ænigma, quod qui non soluerent, perirent. Ex quo multi ob rem dubiam interierunt. Soluenti præmium, Iocastæ connubium, & Thebanorum regnum, propositum erat. Verùm nullus, excepto Oedipo, ænigma soluere ualuit. Id erat eiusmodi: Quòd animal bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. Cæteris addubitantibus, solus Oedipus ait, hominem id animal esse: qui infans, quatuor iret pedibus: auctus ætate, duobus: iam senior factus, tribus: nam baculo tanquã tertio pede sustentaretur. Sphinx suo iudicio uicta seipsam ex loco excelso præcipitauit. Oedipus ignotam matrem uxorem sumpsit, quatuorq; ex ea genuit liberos, Etheoclem, Polynicem, Antigonem, & Ismenem. Hi cùm ad ætatem peruenissent, domestica impietate cognita, Oedipum coëgerũt ob dedecus non egredi domum. Ipsi sumpto regno fœdere inuicem sanxerunt, ut singuli alternis annis imperarent: primusq; imperij annus Etheocli cederet, maiori natu. Is acto anno, petenti ex fœdere renuit tradere regnum fratri. Qua ex causa ille Argos ad Adrastum regem cõfugit. Hoc tempore Tydeus Oenei, cum in Calydone Alcatum Lycotheumq; nepotes occidisset, ex Aetolia aufugit Argos. His Adrastus benignè susceptis, quodam responso motus, utriq; filias uxores dedit, Polynici Argiam, Deipylem Tydeo. Adolescentes cum à rege probarẽtur, magnaq; eorum uirtutis expectatio uideretur, ambos in patriam pollicitus est se reducturum. Verùm cum censeret primum debere Polynicem restituí, nuncium misit Tydeum ad Eteoclem. Hic Tydeum ferunt quinquaginta uiros ab Eteocle in insidijs in itinere positos occidisse, ad Argosq; præter opinionem rediisse incolumen. Hæc Adrastum impulerunt, ut quæ ad bellum ipse ctabant, pararet. Adsciuit aũt belli societatem Capaneum, Hippomedontem, Parthenopeum Atalantæ Schœnei. Suadebant amici Polynicis, ut ad bellum Amphiaraus uates duceretur. At is cum præuideret, si ei bello afforet, se periturum, idq; propterea recusaret: ferunt Polynicem aureum torquem à Venere Hermionæ datum, Amphiarai uxori, quò belli societatem uiro persuaderet, donasse. Eo tempore Amphiaraus Adrastusq; de regno dissidentes, ad Eriphylen Amphiarai coniugem, Adrasti sororem, omne dissensionum iudicium retulerunt. Illa pro Amphiarao sententiam tulit, adijciens, ut belli Thebis inferendi socius adiutorq; esset. Amphiaraus existimans se ab uxore proditum, ad bellum spopondit se aditurum: sed Alcmeoni filio imperauit, ut post suum obitum Eriphylen perimeret. Quod patris mandatum postea executus, facti conscientia in insaniam uersus est. Adrastus, Polynices, ac Tydeus ad bellum iturí, quatuor elegerunt duces, Amphiaraum, Capaneũ, Hippomedonta, & Parthenopeum. Qui omnes cum magno exercitu aduersus

Fratrum iræ acerbissimæ.

Thebas profecti sunt. Eteocles ac Polynices mutuis uulneribus confossi conciderunt. Capaneus magno impetu scalis murum ascendens, mortem oppetijt. Amphiareus in terræ hiatum cum curru delatus, absorptusq;, numquam postea uisus est. Eodem pacto & reliqui duces omnes, præter Adrastum, multiq; præterea mortales occubuerunt: quorum sepeliendorum facultas à Thebanis cum denegata esset, insepultos sinens Adrastus, Argos redijt. Cùm nullus auderet hos tumulis condere, soli Athenienses, qui cæteros uirtute anteibant, omnes sepeliuêre. Hunc belli uitæq; finem septẽ, qui Thebas oppugnatum iêre, sortiti sunt. At uerò filij mortem parentum ulturi, communi consilio contra Thebanos mouerunt arma. Dederat responsum Apollo, eam urbem expugnaturos, si Alcmeonem Amphiarai filium imperatorem sibi constituissent.

Oedipi incestæ nuptiæ & liberi.

Bellum parit bellum.

tuissent. Hic ab illis dux factus, Deum & de Thebano bello consuluit, & an matrem Eriphylem puniret. Respondit Apollo, ut utrunq; faceret, non solum quia monile aureum mater in necem paternam, sed & peplum quoq; ob filij interitum acceperit. Venerem aiunt quondam Hermionæ Cadmi & monile donasse, & peplum. Ambo hæc habuit Eriphyle: alterum à Polynice, alterum à Thersandro Polynicis, quò filium ad expeditionem Thebanam hortaretur. Alcmeon igitur cum milites ad bellum plurimos ab Argis parasset, ab urbibus quoq; finitimis accersito præsidio, exercitum contra Thebas duxit. Acerrima cum Thebanis commissa pugna, Alcmeon victoria potitus est. Thebanorum attritis uiribus, multisq; amissis ciuibus, cùm essent impares uiribus, omni spe destituti, consilium à Tyresia, qui diuinator erat, exquisiuêre. Is Thebanos ex urbe iussit abire: hoc solum modo illos conseruari posse. Iuxta Tyresiæ dicta urbem linquentes, aufugêre noctu in oram Bœotiæ quæ Thilphosium appellatur. Thebæ captæ ac dirutæ sunt. Tiresiæ filiam Daphnen postea cum victores cepissent, in Delphos uoto suscepto, misêre oblationem Deo. Ea diuinandi artem edocta, in Delphis degens, multò magis eam scientiã coluit. Itaq; natura admirabilis, plurima scripsit uarij generis responsa. Cuius ex uersibus Homerum poëtam ferunt multa ad ornatum sui poëmatis sumpta transtulisse. Cùm hæc sæpius Dei spiritu ferretur, multaq; traderet responsa, Sibyllam ab omnibus cognominata est. nam plenam Deo, & Sibyllam esse, idem notat. Victores uerò urbe direpta, in patriam quisq; suam multis cũ spoliis reuersi sunt. Ex Thebanis qui in Thilphosium confugerant, Tyresias defunctus est: quem sui ciues magna cum pompa sepeliuêre, deorum ei honores tribuentes. Deinceps aduersus Dorienses armis motis, pugna superatos ex eorum patria eiecerunt. Transacto paululum temporis, quidam ex eis in Iunonis sedibus mansêre, quidam Athenas profecti sunt. Creonte Menœtij regnante, patria pulsi, paulò pòst in Dorida remearunt, & in Grynæo Limeoque & Euboœo habitarunt. Antea Bœotus Arnes Neptuni filius migrauit in Aeolidem, quæ nunc Thessalia dicitur, & eos qui secum accesserant, Bœotos uocauit. Sed de Aeolibus paucis dicendum. Priscis temporibus, cum ex filijs Aeoli qui fuit Hellenis ex Deucalione nati, cæteri quæ dicta sunt loca habitarent, solus Minas in Aeolide regnauit. Eius filius Hippotes ex Menalippe Aeolum genuit. Huius Arnem filiam Neptunus cognouit. Qua de re indignatus pater, Metapontio aduenæ, qui tum casu aduenerat, eo pacto Arnem dedit, ut illam in Metapontum deduceret. ubi duos peperit filios, Aeolum, ac Bœotum. Quos Metapontius liberis carens quodam motus oraculo, adoptauit in filios. Hi iam uiri facti, orta uiuente Metapontio seditione, regnum obtinuerunt: postmodum dissensione inter Arnem & Antolytam orta, matri succurrentes Antolytam peremere. Eam rem grauiter ferente Metapontio, illi præparatis nauibus cum matre multisq; amicorum mare ingressi: Aeolus quidem ad insulas Byrrheni maris appulit, quæ ab eo Aeolides sunt appellatæ: urbemq; condidit, quam Lyparam uocauit. Bœotus uerò ad Aeolum uenit, Arnes patrem, à quo loco filij nutritus est. Postmodum Aeolidis regnum, possedit. patriam omnem à matris nomine Arnem, populos appellauit à se Bœotos. Itonus ex Bœoto ortus quatuor susceptit filios, Hippodamum, Electryonem, Archilycum, Alegenorem. Horum Hippodamus Eleum genuit, Electryon Letum, Alegenor Elonium, Archilycus Protheronem & Archesilaum: qui ad Troiam iêre Bœotorum exercitus duces.

Tyresis.

Sibylla.

Aeoles.

Bœoti.

DE

DE NELEO, ET EIVS NEPOTIBVS
Cap. VII.

Salmoneus. NVnc Salmoneum, Tytiumq́, & eorum usq; ad Nestorem, qui Troiano interfuit bello, posteros referamus. Salmoneus ex Aeolo Deucalionis est ortus: qui ex Aeolide cum magna suorum manu profectus, constitit in Elea apud fluuium Alpheum: ubi urbem à suo nomine Salmoneam condidit. Sumpta uxore Alcidice Elei filia, genuit ex ea Tyream, decore formaq; eximiam. Alcidice defuncta, Sideram uxorem duxit, quæ Tyream ut nouerca coepit odisse. Salmoneus ob superbiam atq; impietatem contracto subditorum odio, Iouis fulmine cõflagrauit. Eius deinceps Tyrea filia adhuc uirgo à Neptuno cognita, peperit Peliam ac Neleum. Postmodum ex Creteo Amythaonem genuit, Pheretumq; & Aesonem. Cùm diem suum obijsset Creteus, orta inter Peliam Neleumq; regni contentione, Pelias Iolcho finitimæq; regioni imperauit: assumptisq; Melampode ac Biante, Amythaonis Aglaiæq; filijs, quibusdamq; ex Achaijs Phthiotisq; ac Aeolidibus, aduersus Peloponesum exercitum duxit. Melampus cum esset diuinator, Argiuas fœminas propter Bacchi iram fanaticas, ab insania curauit. Cuius rei gratia Anaxagoras Megapenti Argiuorum rex, eum donauit duabus regni partibus. Hic Argis cum moraretur, Biante fratre consorte regni facto, uxorem cepit Iphianiram filiam Megapenti: ex qua protulit Antiphatũ, Mantum, Biantem, Pronoẽn: ex Antiphato ac Zeuxippe Hippocoontis, Iocleus Amalceusq; orti sunt. Iocleus Hypermestraq; Lesbij Iphianiram, Polybiam atq; Amphianum genuerunt. Hoc pacto Melampus ac Bias eorumq; posteri Argiuorum imperium tenuere. Neleus cum his qui eum secuti erant, in Messenam uenit, & accolarum uoluntate condidit urbem Pylum: cui cum imperaret, uxorem sumpsit Chloren, Amphionis Thebani natam: exq; ea duodecim filios suscepit: quorum natu
Nestor. maximus Peridymeus fuit: minimus Nestor, qui bello interfuit Troiano. Et de progenitoribus Nestoris hactenus.

DE LAPITHIS ET CENTAVRIS.
Cap. VIII.

NVnc de Lapithis & Centauris differemus. Ex Oceano ac Theti multi filij secundum fabulas manârũt, à fluminibus cognominati: in queis
Peneus. fuit Peneus: à quo accidit Peneum in Thessalia dici. Hic ex nympha Creusa liberos suscepit, Ipseum ac Stylbiam: quam cum cognouisset Apollo, Lapitham ac Centaurum genuit. Lapithes circa fluuium Peneum ad habitandum lectis, cum ibi imperaret, Eurionem Arsinoi uxorem duxit, ex qua duos suscepit filios, Phorbantem ac Periphantem, regni paterni hæredes. Po-
Lapithæ. puli omnes à Lapitha Lapithæ appellati sunt. Phorbas cum in Oleum transcendisset, accersitus ab Alectore Bœotiorum rege, tunc Pelopis uires formidante, Elęorum regni partem ab eo accepit. Huius filij Aegeus Actorque paterno successere regno. Periphas alter Lapithæ natus, ex Astyagea uxore Ipsei filia, octo genuit liberos: quorum natu maximus Antion ex Melate Amythoni suscepit Ixionem. Hic, ut tradunt, dona plurima Hesioneo pollicitus, despondit eius filiam Cliam: ex qua genuit Pirithoum. Verùm cum Ixion nequaquam promissa uxori tradidisset, Hesioneus pro ijs equos illius cepit.
Ixionis crudele facinus, & interitus. Tunc Ixion pollicitus, se quæ promiserat daturum, accersitum à se Hesioneũ in foueam ardentem coniecit. Qua crudelitate cum nullus eam cædem purgare uellet, ab Ioue, ut fabulæ tradunt, demum purificatus, Iunonem stupri interpellare ausus est. Qua re cognita Iupiter nubem in forma Iunonis cum interposu-

terposuisset, Ixion eo concubitu Centauros genuit. Tradunt tandē Ixionem ob scelerū magnitudinē ab Ioue rotæ alligatum, perpetua post obitū torqueri cruciatus pœna. Centauros nonnulli uolunt in Pelio à Nymphis nutritos, postmodū equos subagitasse, exq; eis Hippocentauros natos creditum, quòd primi equitare ausi sint: eoq; natam fabulā, ueluti equi essent hominisq; natura. Hos ferunt tanq; Pirithoi cognatos partem regni paterni ab eo postulasse. Quod renuenti, bellum à Lapithis illatum est. Sed eo cessante, postmodū cum Pirithous Hippodamiam despondisset, Theseo ad nuptias ac Cētauris uocatis, illi uino ebrij, fœminis quę in nuptijs erant, uim afferre conati sunt. Qua iniuria tum Theseus, tū Lapithæ permoti, multis Centauris peremptis, reliquos ex urbe eiecerunt. Hāc ad causam Centauri unà aduersus Lapithas profecti, plures interfecêre. Qui cædi superfuerunt, partim in Pholoēm Arcadiæ profecti sunt, partim in Malea habitarunt. His rebus secūdis elati, ex Pholoē egressi ad prædandum propinquos Græcos, multos ex eis occiderunt.

Ixionis supplicium.

Centauri & Hippocentauri.

DE AESCVLAPIO EIVSQVE POsteris. Cap. IX.

NVnc de Aesculapio, eiusq; posteris referendū. Aesculapius traditur Apollinis Coronidisq; fuisse filius. Qui natura ingenioq; præclarus medicinæ opera impēsa, plurima ualetudini hominū utilia inuenit. Adeò autem peritia artis excelluit, ut quamplurimos desperantes sanitatem liberârit à morbo, propterea q; creditus sit nonnullis defunctis uitam restituisse. Ob eam rem tradunt ipsum apud Iouem à Dite accusatum, tanq; ipsius imperium diminuentem, quòd indies pauciores interirent, curante Aesculapio. Eaq; causa exacerbatum Iouem, fulmine Aesculapium occidisse. Hac morte Apollo iratus, Cyclopes, qui id fulmen fabricârant, interfecit. Quo facto indignatus Iupiter, iussit Apollinem homini in pœnam errati seruire. Aesculapius filios reliquit Machaonem & Podalirium: qui arti paternę dediti, cùm ad Troiam cum Agamemnone accessissent, plurimùm Græcis in eo bellò in curandis summo studio uulneribus, opitulati sunt, maximam ob id gloriam adepti. Meritis quorū immunitas rerum omnium post bellum est concessa. Sed de his hactenus.

Medicina ab Aesculapio excultā.

Machaon & Podalirius.

DE ASOPI FILIABVS ET AEACI LIberis. Cap. X.

NVnc de Asopi filiab. Aeaciq; liberis scribēdum. Ex Oceano ac Thetide fabulæ tradunt, ortos esse filios multos, à quibus flumina cognominata sunt, in queis Peneus Asopusq; extitêre. Peneus in Thessalia sedē eligens, fluuio nomen indidit. Asopus cum Phliuntem ad habitandum elegisset, sumpta in uxorem Methope Ladoni, duos suscepit filios, Pelasgum atq; Ismenum: filias duodecim. Ismenus in Bœotia habitauit iuxta fluuiū: quem à suo nomine Ismenū cognominauit. Ex filiabus Synope ab Apolline rapta, in eum locum delata est, ubi nunc est urbs ab ea Synope dicta. Horum filius Syrus ijs imperauit, qui ab eo Syri sunt appellati. Corcyra uerò rapta à Neptuno, in eam insulā delata est, quā ab ea dixêre Corcyram. Ex his natus est Phęacus, à quo Phęacum nomen cœpit. Phæaco filius extitit Alcinous, qui Vlyssem in Ithacam deduxit. Salamis quoq; à Neptuno rapta est, aduectaq; in insulam ab ea Salaminem appellatam. Ex ea Neptunoq; genitus Cenchreus, imperauit huic insulę: clarusq; inter omnes, serpentē miræ magnitudinis, qui incolas uexabat, occidit. Aeginam ex Phiunte Iupiter rapuit: inq; insulā aduexit, quæ ab ea est Aegina dicta. Ab Ioue cōpressa genuit Aeacum: qui in ea regnauit insula. Ab eō creati sunt Peleus, Telamon, Phocus. Horum Peleus disco iacto inuitus Phocum fra-

Peneus & Asopus.

Ismenus.

Syri.

Alcinous.

Aeaci liberi.

cùm fratrẽ interfecit. Ob hanc cædẽ à patre pulsus, inq; Phthiam Thessaliæ fugiens, ab Actore rege purificatus, inq; regnũ, cùm is liberis careret, ascitus est.
Achilles. Ex Peleo ac Thetide Achilles ortus, cum Agamemnone ad Troiam accessit. Telamon ex Aegina profectus, adijt Salaminẽ: ubi sumpta uxore Glauca Cychrei Salaminorum regis filia, imperauit insulæ. Glauca defuncta Erybiã Alchati Athenienſis desponditi: ex qua ortus Aiax, postmodum Troiano interfuit bello.

DE PELOPE, TANTALO, OENOMAO, & Niobe. Cap. XL.

NVnc cum de Pelope Tantaloq; atq; Oenomao referendum à nobis sit paulò superiùs historia ordienda est. In Pisa Peloponnesi urbe Mars ex
Oenomaus Martis F. Aegina Asopi filia genuit Oenomaum. Hic unicam filiam Hippodamiam appellauit. Finem uitæ ab oraculo scisciranti, responsum est, tunc in fata illũ concessurum, cùm filia Hippodamia nupsisset. Igitur filiæ nuptias ueritus, decreuit, ut in perpetua asseruaretur uirginitate, hoc maximè existimans pacto uitę periculum se uitaturum. Multis puellã uxorẽ sibi dari postulantib. illis id proposuit certamen, quò qui uictus esset, interficeret, uictor uirginem desponderet. Equorum instituit cursum à Pisa ad aram Neptuni, quæ est apud Isthmum Corinthi. Cursus erat eiusmodi: Oenomaus arietem Ioui sacrificabat: qui uirginem postulabat, quatuor equorum ferebatur curru. Oenomaus sacris peractis, cursu sequebatur præcedentem, auriga Myrtilo: assecutum hasta quã gestabat manu, interficiebat. Hoc pacto cùm multos ob equorum uelocitatem
Pelops Hippodamiam duxit. peremisset, Pelops Tantali qui Pisam accesserat, uisa Hippodamia, id concipiens connubium, corrupto Myrtilo, illius opera in uictoria usus est, primusq; ad aram Neptuni peruenit. Qua ex re dolore actus Oenomaus, aduenisse responsi existimans tempus, sibi mortem conscriuit. Pelops sumpta uxore Hippodamia, Pisæ regnum tenuit. Qui uiribus ac prudentia insignis, cùm plurimos in Peloponnesum accolas deduxisset, eam patriam Peloponnesum ab se
Peloponnesi nomen unde. denominauit. Posteaquam Pelopis meminimus, necessariũ uidetur, ne quid memoria prętereatur dignum, ut & Tantalum patrem superioríb. adjiciamus.
Tantalus. Tantalus Iouis filius diuitijs & gloria insignis, in ea Asiç parte quam nunc Paphlagoniam uocant, habitauit, plurimum dijs ob generis claritatem charus. Postmodum felicitatem suam insolenter ferens, immortalium secreta, quę mensæ communione usúq; deorum nouerat, palàm protulit hominib. Qua ex causa & uiuus pœnam tulit, & post obitũ, secundum fabulas, tormentis apud inferos inter sceleſtos perpetuis punitur. Ex eo Pelops & Niobe orti sunt. Hæc filios septem & totidẽ filias peperit, summo decore præstantes. Tali prole superbiens, admodum gloriabatur, se Latonæ præferens numero filiorum. Itaq; ira motam fabulæ Latonam ferunt, Apollini ut Niobes filios, Dianæ ut filias arcu interficerent, mandasse. Quibus matri obtẽperantib. contigit eodẽ tẽpore & abundare filijs Niobem, & carere. Tantalus deorum odio contracto è Paphlagonia ab Ilo Troi pulsus est: de quo & eius maioribus paucis scribemus.

DE DARDANO ET EIVS AD PRIAMUM usq; posteris. Cap. XLI.

Teucer. PRouinciæ Troadi primus imperauit Teucrus, ex fluuio Scamandro atque Idæa Nympha genitus: uir quidem egregius, & qui populos subditos Teucros ab se nominauit. Teucro nata est filia quam Dardanus Iouis fi-
Dardanus. lius uxorem sumpsit: regnoq; succedens: gentem de suo nomine Dardaniam dixit. Vrbem prætea sui nominis iuxta littus condidit. Huius Erichthonius filius primũ felicitate excelluit, & fortunis: quẽ & Homerus scribit, ditissimum ho-

mum hominem fuisse, cui tria millia erant equi pascẽtes prata. Erichthonio natus est Tros: qui à se populos Troadas appellauit. Hic tres suscepit filios, Ilum, Assaracum, Ganymedem. Ilus campestria loca ad habitãdum eligens, urbem insignem in Troade condidit, ab se Ilium appellatam. Huius filius Laomedon Tithonum genuit ac Priamum. Tithonus in Asiam orientem uersus usque in Aethiopiam militãs, dicitur genuisse ex Ida filium nomine Memnonem: qui cum Troianis auxilium tulisset, postea ab Achille est interfectus. Priamus ex Hecuba uxore cùm alios multos, tum Hectorẽ genuit: qui uir prẽclarus Troiano in bello fuit. Assaracus Dardanis imperans Capym genuit: ex quo Anchises natus est, exq; eo & Venere Aeneas Troianorum clarissimus. Ganymedes omnium formosissimus à dijs raptus est in pincernam Iouis.

Tros.

Ilium.

Priami liberi.

DE DAEDALO MINOTAVRO ET DE MInois exercitu aduersus Cocalum regem. Cap. XIII.

DEinceps ad Dædalum & Minotaurum, ad Minoisq; aduersus Cocalũ Siciliæ regem expeditionem transeamus. Dędalus genere Athenienſis fuit, unus ex ijs qui Erechthidæ dicuntur, natus ex Hymetione Eupalami, qui fuit ex Athenæ Erichthei filio. Præclarus architectus fuit. Hic multis inuentis quæ ad artem pertinerent, quædam miranda effecit, uarijs in locis orbis, opera. Statuis uerò fabricandis adeò superauit omnes, ut à posteris traditum sit, signa ab eo facta, cùm aspicere atq; ambulare uiderentur, spirantia existimari. Ita enim compositio membrorũ apta erat, & suis partibus perfecta, ut omnes ad admirationem alliceret. Priores artifices ita signorum oculos, manus, latera, crura componebant, ut in multis deficerent. Aufugit autem à patria Dædalus iam clarus architectura, cædis ob causam huiusmodi damnatus. Talos puer, sororis Dædali filius ab eo erudiebatur: cùm ingenij acumine præstaret Dędalo, primùm rotam qua utuntur figuli, inuenit: deinde reperta serpentis maxilla, paruulum cum secasset lignum, imitatus postea dentium serpentis spissitudinem, serram ferrem fabricauit. Qua re multũ ad architectorum artem adiumenti contulit. Similiter reperto torno alijsq; multis instrumentis, magna laude celebratus est. Hunc puerum Dædalus inuidia motus, existimans multo fore magistro superiorem, dolo interfecit. Cùm autem puerum sepelisset, dolore mœstus, cùm rogaretur de eo quem sepelisset, serpentem respondit. Rem mirandam ducet quis fortasse, animal ex quo serræ forma sumpta esset, fecisse notam pueri cædem. Accusatus homicidij Dædalus, damnatus ab Ariopagitis, ad quendam terræ Atticæ confugit populum, qui ab eius nomine Dædalij uocitati sunt. In Cretam deinde profectus, cum magno in honorem propter artem haberetur, in Minois regis amicitiam uenit. Tradunt fabulę, Pasiphaën Minois uxorem cùm taurum adamaret, signum boui simile à Dædalo factum, eoq; modo tauro suppositam, desiderio potitam esse. Ante hoc tempus Minoem quotannis ferunt speciosissimum omnium taurum Neptuno solitum de more sacrificare: cumq; ei taurus esset cæteris prestantior, alium sacrificasse deteriorem. Qua ex re iratus Minoi Neptunus, eius tauri amorem Pasiphaë iniecit: cui arte Dædali suppositа, decantatum fabulis genuit Minotaurum natura duplici, ut qui usq; ad humeros taurus, cætera homo esset. Ad hoc nutriendum monstrum aiunt à Dædalo Labyrinthum fabricatum, difficiles habentem egressus, & inscijs penitus irremeabiles. In quo recluso Minotauro, septem Atheniẽses pueri totidemq; uirgines singulis annis, sicut antea diximus, dabantur. Dędalus iram Minois ex boue à se fabricato conceptam timens, abscessit ex Creta, Pasiphaës auxilio nauem ad effugiendũ præbentis. Post eum fugiens Icarus filius, cũ insulam quandam peteret, in mare decidens perijt: à quo & insula dicta est, & pelagus Icarium uocatũ. Ex hac insula abiẽs

Dædalus, Erechthides.

Minotaurus.

Labyrinthus.

Icari filius.

Dędalus in Siciliam appulit,ad ea delatus loca,ubi Cocalus imperabat:à quo humaniter ſuſceptus eſt,ac propter ingenium præſtãs, famamq; eius, ſumma beneuolentia habitus. Tradunt quidam, cùm adhuc in Creta eſſet Dædalus, & à Paſiphaë abſconditus, Minoem regem expetentem meritas ab eo pœnas cum non reperiretur,& naueis omnes inſulę ſcrutari mandaſſe,& ſimul pecunias pollicitum,ſi quis Dædalum inueniſſet. At ipſe deſperato nauis tranſitu, alas ſumma arte fabricauit:quas cera compactas, cum ſuo filijſq; corpori applicuiſſet, amboq; ſupra mare auolarent, Icarus cum altius iter tanquam adoleſcens peteret,ſolis æſtu cera liquefacta,laxatiſq; alarum iuncturis,in mare decidit.Pater prope mare uolans,alis ſæpius tinctis, ad Siciliam peruenit incolumis. Quę fabula quamuis uideatur miranda tamen eam uoluimus recenſere. Dædalus apud Cocalum ac Sicanos diutius commoratus eſt, prędarus architecturæ artis præſtãtia.Aedificauit in inſula quædam, quæ adhuc permanent opera.Nam prope Megaram fecit eam quæ dicitur piſcina,ex qua ingens fluuius Alabo nomine in mare propinquũ effluit.Iuxta eam quæ nunc eſt Acragantina,in loco qui dicitur Camicus,urbem ſupra petram effecit:ut quę expugnari nequeat,munitiſſimã,illius aſcenſu ita arcto difficiliq; reddito, ut à tribus aut quatuor uiris cuſtodiatur. In hac urbe Cocalius regia conſtructa, theſaurum omnem in ea tanquã inexpugnabili condidit. Tertiò ædificauit in ora Selinuntina antrum,ex quo ita euaporabat ab igne fumus, ut adſtantibus paulatim ſudor ex calore eliceretur: curarenturq; cum uoluptate adeuntium corpora,nulla caloris moleſtia percepta. Eſt iuxta Erycem ſaxum prędeps prę ruptum,ultra modum editum:per cuius abrupta anguſtum difficileq; erat iter ad Veneris templum.In eo ducto muro aditum reddidit latiorem. Multa præterea à Dædalo opera conſtructa in Sicilia ſunt, temporum uetuſtate corrupta.Aureum inſuper arietem Veneri & Erycí poſuit, ea ingenij arte ſculptum, ut uiuus exiſtimaretur. Interim Minos claſſe potens, cognita Dædali in Siciliam fuga,ſtatuit eum bello perſequi. Preparatis nauibus è Creta profectus,in Acragantinam appulit:quæ nunc ab eo Minoa uocatur. Expoſitis copijs,per nuncium à Cocalo tradi ſibi Dædalum ad pœnam popoſcit. Cocalus Minoë ad colloquium accito, quòd poſtularet ſe facturũ pollicitus, domi receptum cum in balneis lauaretur, adeò in longũ tempus in thermis detinuit, ut nimio æſtu ſuffocaretur.Eius deinde corpus Cretenſibus reddidit, prędata obitus cauſa,quòd in lauacro lapſus in aquam calidam perijſſet.Eius corpus milites magnificè ſepeliuerunt, ſepulchro ei duplici conſtructo: uno,in quo poſita ſunt occultè Minois oſſa:alio,palàm ædificato Veneri templo,quod multis ſeculis poſteri ut templum Veneris coluerunt. Poſtea cum Acragantini regnante apud eos Therone urbem conderent,repertum ſepulchrum,oſſibus in Cretam miſſis,demoliuêre. Cretenſibus qui defuncto Minoë in Sicilia abſq; imperio remanſerant,inuicẽ diſſidentibus,quidã qui Sicanis aſſueuerant, contẽpta patria,in Sicilia manſere.Horũ pars urbẽ condidit, quã ab eorũ rege dixerũt Minoën.Pars per littus errans,locũ munitũ condendæ urbi elegit: quã à fonte in urbẽ fluente Engiam appellarunt. Poſt captã uerò Troiam, Merionen Creti, & cũ eo Cretenſes nauibus in Siciliam delatos, ueluti cognatos in ciuitatẽ ſuſcepere.Hi poſtea ab Ochyra urbe recedentes,expugnatis nõnullis finitimis, eorũ regiones poſſederunt.Aucti poſtmodũ opibus, templũ matribus ædificarũt,præcipuo eas cultu deas,multisq; templũ donis honorãtes.Has ex Creta aiunt,ubi maximè colũtur,aduectas,louẽ olim clàm patre Saturno educaſſe.Quo merito in cœlũ ſunt in aſtra,quæ Arctos dicunt,trãslatæ. Hæc & Aratus in ſuo de Aſtris opere confirmat, inquiens eas propter Iouem occultè enutritũ in cœlũ aſcendiſſe.Neq; uerò æquum uidetur,harũ dearũ præſens hominibus numen & cultum præterire.Nam eas non ſolum huius urbis accolę,ſed etiam ex finitimis quidã,ſacris ſolennibus & alijs honoribus celebrant. Quædam,

Dædali alæ.

dam urbes etiam precioſa uaſa eorum cultui deputarunt. Futuram enim exiſtimant & priuatis & publicis huiuſmodi cultu felicem uitam, & urbibus diuturnam. Vſq; adeò autem iſtarum dearum creuit religio, ut accolæ permultis aureis atq; argenteis uſq; ad ſcriptorum tempora donis exornarint. Templũ quippe ipſis ædificatum eſt ingens ac ſumptuoſum: ad cuius ſtructuram cum loci natura non ſuppeteret, ab Aſtygione Agyrinæorum, quæ centum ab eis diſtat ſtadijs, ſaxa aduehi magna impenſa curarunt. Cum uerò iter quo neceſſe erat lapides ferri, aſperum eſſet, ac difficile tranſitu, quatuor rotarum curribus ad id præparatis, cẽtum iugis boum lapides delati ſunt. Sacrarum enim pecuniarum copiæ impenſam tanti operis contempſere. Paulò antè hæc tempora erant eis deabus ſacri boues ad tria millia: agri adeò permulti, ut magnũ uectigal præberent.

DE ARISTAEO, DAPHNIDE, EVRYDICE, & Oryone. Cap. XIIII.

NVnc Ariſtæi acta ſequuntur. Hic ex Apolline ac Cyrene Penei filia genitus eſt: de cuius genere quidam ita tradunt. Cùm Cyrene apud Peneum uirgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptam uirginem in Libyam detulit ad ea loca, in quibus poſtmodum urbs condita eſt ab eius nomine Cyrene. Ex ea filium ſuſcepit Euryſtheum, quem infantem tradidit Nymphis nutriendum: à quibus triplici nomine eſt appellatus, Nomius, Ariſtæus, Argeus. Ab his Nymphis cum lac coagulare: mel atq; oleum conficere didiciſſet, primus ea in uſum hominũ traduxit. A' poſteris ut Deus meritis hominibus ſicut & Bacchus, cultus eſt. Profectum deinceps in Bœotiam aiunt, Autonoẽ in Cadmi filiam uxorem ſumpſiſſe: ex qua genitus eſt Actæon, quem fabulæ ferunt à ſuis canibus diſcerptum. Cuius rei cauſa ea traditur à nonnullis extitiſſe, quòd Dianæ concubitum, cùm ueneretur in mõtibus iuxta templũ ſitis, appetierit. Alij, quòd ſe illi Actæon prętulit in uenãdi arte. Vtrunq; ueriſimile eſt ad iram deam incitaſſe, ſiue enim abhorrentem à cõnubio uirginẽ, ad ſuam quęſiuit cupiditatem traducere: ſiue auſus eſt ſe illi in uenationibus anteferre, cũ etiam dij in eo exercitio illi cedant: meritò irata dea, eum in beluam, ut à canibus laceraretur, conuertit. Ariſtæum aiunt poſt Actæonis obitũ cum ad oraculum adiſſet patris, Apollinẽ reſpondiſſe, futurũ eſſe ut Chium inſulã adiret, in qua ei honores impenderẽtur. Cùm in eam nauigaſſet, orta per uniuerſam Græciam peſte, ſacra pro Græcis Sirij aſtri tempore feciſſe dicunt: hiſq; actis, Eteſijs flantibus uentis morbũ ceſſaſſe. Miranda profectò res huic homini priuatim cõtigit. Nam is qui filium à canibus interemptum conſpexit, & aſtrum cœleſte, quod & eodẽ nomine eſt, & perniciem inferre mortalibus putatur, pacauit, & cęteris extitit cauſa ſalutis. Poſtea nepotib. in Chio relictis: in Libyam ad matrem Nympham rediit. Ac deinde in inſulã Sardorum profectus, in ea conſtitit: captusq; inſulæ amœnitate, cõſitis arboribus ex agreſti reddidit cultiorem. Ibi duos genuit filios, Charinum ac Calicarpum. Ad alias quoq; inſulas cum acceſſiſſet, in Sicilia aliquandiu cõmoratus eſt: in qua, cùm uarijs fructibus armentis q; referta eſſet, ſingulorum uſum edocuit. Quo beneficio Siculi, & ij præcipuè apud quos naſcuntur oleæ, eum pro Deo ſummo honore coluerunt. Tandem ferunt in Thraciam ad Bacchum tranſgreſſum, & percepiſſe Orgia, & diutius cũ eo commoratũ, multa ad uitam utilia didiciſſe. Cùm aliquandiu in monte qui Hæmus dicitur, habitans, poſtmodum non comparuiſſet, deorũ immortalium honores non ſolùm à barbaris, ſed à Græcis quoq; aſſecutus eſt. Poſt Ariſtæũ Daphnis atq; Eryx adijcientur. Erycẽ tradunt Veneris ac Butæ regis cuiuſdã indigenæ inſignis gloria filium extitiſſe. Hic propter nobilitatẽ maternam præclarus apud homines fuit, & imperitauit inſulæ parti. Condidit quoq; ſuper locũ excelſum ex ſuo nomine urbem præclarã, in

Ariſtæi nata les.

Coniunx, filius Actæon.

cuius arce matri dicato templo,& uasis illud & uarijs ornauit donis. Eam Venus urbem,tũ incolentium religione, tum filij pietate allecta, plurimũ dilexit: à qua Venus Erycina dicta est. Mirabitur quis fortasse huius templi famam. Nam cum aliorum templorũ gloria ad summũ perducta, quandoq; aliqua ob ducta sit calamitate, solius templi huius cultus atq; honor à primordio cœpti nunq; defecerunt,semper in melius aucti. Et quidem præter honores ab Eryce institutos, Aeneas postmodum Italiam petens, cum in Siciliam appulisset, plurima dona Veneris ueluti matris tẽplo obtulit. Sicani deinde multis pòst seculis hanc uenerati deam, eius templum sacris donisq; permultis ornarunt. Ab Athenienſibus postea quia eam partem Siciliæ tenuêre, Venus præcipuè summo studio culta est. Romani postremò uniuersæ insulæ imperantes,superiores omneis in huius deæ cultu haud immeritò excesserunt, suum genus ad hanc referentes:propterq; eam prospera usi in rebus fortuna,eorũ imperij causam meritò gratia honoreq; prosecuti sunt. Consules enim milites q; qui in insulam transcendunt, ac omnes qui cum imperio aliquo illuc adeunt, cùm ad Erycem ueniunt,præcipuis sacris honoribusq; templum uenerantur: omniq; abiecta imperij seueritate,in puerorum ac mulierum remissionem hilaritatẽq; conuersi,solùm eo pacto gratum suum aduentum esse deæ putant. Senatui eius deæ cultus atq; honor curę præcipuę fuit. Statuit enim in eius honorẽ fidelissimas Siciliæ urbes decem & septem numero aurum Veneri conferre. Milites quoq; ducenti ad eius tẽpli tutelã deputati sunt. Sed de hac dea satis: nunc ad Daphnidem ueniendum. Sunt montes in Sicilia quos Erios uocãt. Hos loci natura tanquam continua ęstate amœnos atq; uberes reddit. Fontes sunt in eis denſis undiq; arboribus,aquæ præter cęteras dulces. Frequentes quoq; in eis quercus,craſſiorem quàm qui apud alios nascuntur,fructum reddunt. Domesticæ etiam arbores,& uites permultæ,copiaq; ingenti mala nascuntur. Adeò autem fructiferi montes sunt, ut aliquando Carthaginenſium exercitum permagnum fame superueniente abundè nutrierint. In huius regionis sylua admodum amœna,in qua diuertebantur Nymphæ, ex Mercurio & Nympha Daphnidem natum tradunt: qui à laurorum multitudine, quæ in ea frequentes sunt,appellatus est Daphnis. Educatus à Nymphis,boum permulta posſedit armenta: à quorum cura Bubulcus dictus est. Cùm esset ingenio acri,studiumq; plurimum gubernandis bobus impenderet,carmen Bucolicum,quod etiam nunc usq; à Siculis in precio habetur,inuenit. Tradunt insuper illum in Dianæ gratiam uenandi studio impendisse operam,eamq; fistula & cantu bucolico apprimè oblectasse. Huius amore captam Nympham prædixisse illi tradunt,si cui alteri iungeretur, se illum uisu priuaturam. Postmodum quadam regis filia ab se ebrio ſtuprata,oculis (ut prædictum fuerat) captus est. Sed de Daphnide iterum referetur. Nunc de Orione paucis scribendum uidetur. Fuerunt hunc tum magnitudine,tum robore corporis heroes excedentem,& uenatorem fuisse,& opera effecisse multa amore laudis. Nam Zancloto in Siciliæ regnante,urbem ab eo dictam Zanclem,quę nunc Messana est,ædificauit. Portum præterea,iacta mole,Acten nomine construxit. Quoniam Messanæ mentio incidit,haud ab re erit quæ de eius freto feruntur,recensere. Tradunt prisci rerum scriptores, Siciliam olim fuisse Italiæ coniunctam: sed postea ex huiusmodi causa insulam euasisse. Qua parte angusta continens ab utroque maris latere æstu colligebatur, dirupta maris fluctibus terra, aquam peruiam fecisse: à qua terræ scissura Rhegium is locus appellatus est, ac multis postmodum annis condita ibi urbs idem fuit nomen sortita. Quidam tradunt, terræmotu scissam continentem, dedisse mari locum, ac propterea diuisam à continenti Siciliam insulam effectam. Hesiodus poẽta contra sentit. Ait enim, aperto mari promontorium quod iuxta Pelorum mõtem est, aggeraſſe Orionem: inq; eo templũ Neptuno, quem incolæ præcipuo honore colerent, fabricasse.

Venus Erycina.

Veneris cultores.

Daphnis.

Bucolica.

Messanæ freium.

Sicilia à continente auulsa.

Quod

Quòd opus cum consummasset, ad Euboeam diuertit: deinceps propter famã inter astra annumeratus, immortalé nomẽ adeptus est. Quam rem Homerus quoq; in Necyia multorum uersuum testimonio asserit. Postea uerò quam de hominibus ac semideis, prout à principio sumus pollicíti, scripsimus, finem huic libro statuemus.

DIODORI SICVLI LIBER QVINTVS.

DE IIS QVAE FABVLOSE DE SICILIA FERUNTUR, & de figura & magnitudine insulæ. Cap. I.

CVm omnia in quibus historia uersatur, complecti rerum scriptores deceat: tum uerò maximè, quomodo quæq; res singulatim describendæ sint, cura uidetur suscipienda. Non enim tantũmodo hæc notatio particularis, diligẽtiaq; priuatis hominib. ad conseruãdas augendasq; fortunas proficit, uerùm historicis etiam plurimum affert decoris atq; ornamẽti. Quidam, quorum ob eloquentiam ac rerum gestarum copiam meritò laudatur opus, in singularum rerum descriptione aberrarunt: ut eorum labor atq; industria à legentibus in recensenda historia comprobetur, scribendi ordo non careat reprehensione. Timæus sanè tum temporum exquisitam diligentiã, tum plurimarum rerum historiam tradens, quod nimium operæ in alijs redarguendis impenderit, culpatur: qua ex re à nonnullis Epitimæus, hoc est, obtrectator est cognominatus. Ephorus historiam contexens, eloquenter singula priuatim diligenterq; retulit, libros suos in res singulas partitus. Huius nos morem quoad facultas tulit secuti, præsentem librum describendis insulis distribuimus: in queis primum se offert Sicilia, quæ optima insularum omnium, rerum antiquitate cæteras antecellit. Hæc olim Trinacria à forma primum appellata, Sicania deinceps ab incolis dicta est: postremò Italis qui Siculi dicebã tur, in eam uulgò profectis, Siciliam dixêre. Est eius ambitus stadiorum quatuor millium trecentorum sexaginta. Nam trium laterum unum à Peloro Lilybæum usq;, mille stadia & septingenta complectitur: à Lilybæo ad Pachynum, agri Syracusij stadia sunt mille & quingenta. Reliquus ambitus protenditur stadijs mille centũ quadraginta. Tradunt Siculi, ducta ex antiqua à progenitoribus fama, Siciliam Cereri ac Proserpinæ sacram esse. Fabulantur poëtarum quidam, post Plutonis ac Proserpinæ nuptias hanc insulam ab Ioue Anacalyptræ Nymphæ traditam. Sicanos autem, qui in ea antiquitus habitarunt, indigenas esse, præcipui scriptores tradunt. Has simul deas primum in Sicilia uisas, inq; ea primo frumentum terræ bonitate ortum: sicut & clarissimus testatur poëta, inquiens omnia ibi sua sponte terram producere. In agro Leontino, multisq; præterea Siciliæ locis, etiam nũc triticum agreste oritur. Deniq; si quæritur ante frumenti usum, ubi primùm id repertum sit, consentaneum est primas tribuere optimæ regioni.

In historia rẽs singillatim describendæ.

Timæus cur ἐπιτιμαῖος dictus sit.

Ephorus.

Sicilia quomodo olim dicta.

Eius Chorographia.

Quibus sacrata.

DE CERERE, AC PROSERPINA, ET frumenti inuentione. Cap. II.

HAs deas certè repertrices eius cõstat magno in honore apud Siciliam esse. Raptam uerò ibi Proserpinam, argumẽtum esse uolunt, quòd hæ deæ in hac tanquam insula admodum eis dilecta habitarint. Raptum Proserpinæ

in pratis iunxta Aetnã urbi propinquis ferunt, quæ liliȝs uariȝsq; floribus dea dignis ornata erant, ibiq; propter odorum fragrantiam sagaces canes indagare nequeant, naturam sensus, florum odore superante. Est id pratum à superiori parte planum admodum, aquis redundãtibus circùm & precipitiȝs undiq; abscissum: ex quo à nonnullis Siciliæ appellatur umbilicus. Sunt ei propinqua nemora, prataq; & paludes undiq;. Speluncam insuper pergrandem, quę hiatum sub terram habeat, ad Arctum spectantem dicunt: per quem Plutonem fabulantur cum curru rapta Proserpina transisse. Lilia, aliosq; flores odorem præbentes, per uniuersum uolunt annum, quibus aspectus oblectetur, uirides permanere. Mineruam insuper ac Dianam uirgines cum Proserpina nutritas unà flores legere solitas, fabulæ ferunt, unaq; eas Ioui patri uestem fecisse. Qua mutua consuetudine usuq; eam insulam omnes maximè diligebãt, quæq; locum quem elegerat sortita. Nam Minerua circa Himeram regiones elegit: in quibus Nymphæ in eius gratiam aquæ calidæ fontes scaturire, Hercule aduentante, fecêre. Quæ loca, simul & urbem quæ nunc usq; Mineruæ nomen tenet, incolæ ei sacrarunt. Diana in Syracusis insulam à diȝs accepit, Ortygiam, ab ea tum oraculorum responso tum hominum uoce nominatam. Eodem pacto & in hac insula Nymphæ in Dianæ gratiam maximum produxêre fontem, qui dicitur Arethusa. Hic non tantum priscis, sed nostris quoque tẽporibus magna copia fert pisces sacros, quippe ab hominibus intactos. Sæpius qui eos bellorum tempore edere ausi sunt, deorum ira magnas calamitates subierunt. Verùm de his posteriùs. Proserpina quoq;, ut & duæ iam dictæ deæ, prata circa Aetnam sortita est: cui fons ingens Syracusis dicatus est nomine Cyane. At uerò Pluto cum rapta Proserpina prope Syracusas per terræ hiatum ad inferos curru descendit, Syracusij iuxta Cyanen singulis annis dies festos celebrant, in quib. sacra faciunt priuatim paruis uictimis: publicè tauros in paludem immergunt, morem Herculis imitati, qui eiusmodi sacris, quo tẽpore Geryonis boues per Siciliam deduxit, usus est. Tradunt deinceps Cererem cum filiam reperire non posset, facibus in Aetna accensis, uarias orbis partes Proserpinã quærentẽ, deambulasse: homines q; qui eam gratè susceperant, tanquam beneficij memorem, frumenti edocuisse usum: in queis primi propter suam erga deam humanitatẽ post Siculos fuêre Athenienses. Qua ex re publicè hanc deam præ cæteris coluêre, tum sacrificiȝs amplissimis, tum Eleusinæ mysterijs, quæ ob antiquitatẽ castimoniamq; apud omnes hnmines sunt uulgata. Cùm multi ab Athenienſibus homanitatis gratia frumentũ accepissent, proximis illud incolis impartiti sunt: atq; exinde per totum ferè orbem est diffusum. At Siculi cum propter Cereris Proserpinæq; cum ipsis familiaritatem primi frumenti usum percepissent, utriq; earum sacra ceremoniasq; diuerso anni tempore instituerunt: Proserpinæ quidem messis tempore, tanta castimonia studioq;, quantam tanti doni ratio postulabat. Cereri uerò, cum semen in terram iacitur. Apparatu ac magnificentia exquisita decem dies festos agunt, priorem repręsentantes uitam: quibus diebus turpiloquio inuicem uti consueuêre, ut deæ dolor ex filiæ raptu cõceptus, risu & uerborum scurrilitate mitigaretur. Hunc, ut diximus Proserpinę raptum multi tum historici, tum poëtæ fuisse affirmant. Carcinus sanè tragœdus, qui Syracusas sæpius accessit, conspecto incolarum in eiusmodi sacris studio, Proserpinam à Plutone raptã, atq; ad inferos deductã, postmodum uerò à Cerere sumpto ex Aetna Siciliæ igne, planctu luctuq; quæsitam, ab eaq; frumentum monstratam, unde & dea sit habita, in suo poëmate affirmat. Non uidentur autem omittẽda huius deæ erga homines beneficia. Nam præter ab ea repertum frumentum, leges etiam edidit: quibus iustè pieq; homines uiuere assuescerẽt. Ex quo & legiferam dixerunt. Quibus inuentis haud facilè quis maiora reperire possit: cùm in his sita sit non uiuendi tãtum, sed benè honestèq; uiuendi institutio. Sed de his hactenus,

Siciliæ umbilicus.

Arethusæ fons.

Eleusinæ mysteria.

ctenus. Nunc de Sicanis, qui primi in Sicilia habitarunt, quoniam de eis scri- De Sicanis.
ptores dissentiunt, est scribendum. Philistus eos ex Iberia in Siciliam uenisse affirmat, qui id nomen à Sicano Iberiæ flumine traxerunt. Timæus huius scriptoris inscitiam arguens, Sicanos ait Siciliæ indigenas esse: multa eorum antiquitatis argumenta afferens, quæ haud operæprecium est recensere. Cęterùm habitábant priscis temporibus Sicani in montibus natura munitis, in quibus urbes latronum metu ædificarunt. Nulli enim regi suberant, sed suus cuiq; urbi inerat princeps. Hi primùm uniuersam tenuêre insulam, agros colentes, ex quibus uitæ cibum sumebant. Postmodum Aetna ignes, qui proximas regiones urebant, eructante, cum multos annos id incendium regionem uastaret, timore aucti, omissis orientalibus locis, partes quæ ad occidentem uergunt, petiuêre. Multis deinde seculis Siculi ab Italia in Siciliam profecti, loca tenuerunt à Sicanis relicta. Opibus deinceps ac uiribus potentes, propinquis agris occupatis, quotidie magis imperium augebant, quoad bello sæpius cum Sicanis moto, certo postmodum fœdere agrorũ fines inuicem statuerunt. Postremò â Græcis coloniæ in Siciliam deductæ sunt, urbesq; maritimæ conditæ. Mutua postmodum consuetudine usuq; cum plures in dies Græci in Siciliam nauigarent, & linguam Græcam, omissa barbara didicere, & mutato nomine, Siculi sunt appellati.

DE LIPARA, ET CAETERIS QVAE AEOlides insulæ appellatæ sunt. Cap. III.

SEquuntur Aeolides insulæ septem numero, Strongyle, Euonyma, Didyme, Phœnicusa, Sacra, Vulcania, Lipara, in qua est eiusdem nominis urbs. Sitæ autem sunt inter Italiam Siciliamq; recto cursu. Distant à Sicilia centum quinquaginta fermè stadijs, pares inuicem magnitudine. Earum maxima circuitu complectitur stadia centum quinquaginta. Ignem olim euomebant omnes: quarum meatus oraq; ignis etiam nunc uisuntur. In Strongyla ac Sacra hucusq; ex terræ hiatu uentus erumpit, & fœtor ingens eructat quoq; arenã, lapidesq; igneos permultos: quemadmodum & Aetnę accidit. Asserunt non nulli meatus esse subterraneos ab Aetna ad has insulas, & his omnibus eandem ignem spirandi causa esse. Has insuper insulas tradunt olim desertas fuisse: sed Liparum quendam Ausonis regis filium â fratribus dissidentem, ex Italia cum longis nauibus aduecta secum militum copia ad insulam appulisse: quæ ab eo Lipara sit appellata: inq; ea sui nominis urbe condita, reliquarum quoq; insularum agros excoluisse. Eo senescente Aeolus Hippotæ, cum suis Aeolus.
socijs quibusdam in Liparam cũ uenisset, sumpta uxore Lipari filia, his postmodum insulis imperauit. Verùm Liparus cum in Italiam reuerti cupe- Liparus.
ret, iuxta Surrentum tenuit loca, quibus magna cum laude præfuit. Defunctus deinde, ac magnificè sepultus, honores heroicos ab incolis assecutus est. Aeolum uerò (is est ad quem fabulæ Vlyssem errantem diuertisse tradunt) iustum ac pium extitisse legimus, & erga hospites perhumanum. Præterea uelis uti nautas docuit. Obseruatione ignis, qui uenti futuri essent prædixit. Vnde & illum fabulæ uentorum potentem dixere. Ob eximiam eius pietatem deorum amicus est nominatus. Ex Aeolo filij 6. orti sunt, Astyochus, Xuthus, Androcleus, Pheremon, Iocastes, Agathyrsus: qui omnes ob gloriam ac uirtutes paternas magno in honore sunt habiti. Horum Iocastes loca Italiæ circa Rhegium possedit. Pheremon atq; Androcleus eam regionem Siciliæ, quæ à freto quod insulam diuidit, usq; ad Lilybæum est, tenuerunt. Huius regionis agros qui ad orientẽ uergunt, coluere Siculi: qui ad occasum spectãt, Sicani. Hi inuicem dissidentes, Aeoli filijs, tũ propter uulgatam parentis pietatẽ, tum ob eorũ in se curam ac diligentiam sponte paruerũt. Imperauit quoq; Xuthus ei

parti quæ ad Leontinos uergit, usq; ad hæc tempora, ab eo Xuthia dicta. Agathyrsus cum dominaretur ei quæ nunc Agathyrsis ora appellatur, urbem condidit ab se Agathyrsidem uocatam. Astyochus præfuit Liparę. Qui omnes paternæ uirtutis æmuli, magna cum laude uixerunt. Cùm multis ieculis Aeoli progenies in Sicilia regnasset, tandem defecit. Post hos Siculi ad optimos quosq; principatum deferebant. Sicani orta ob principatum contentione, bello inter se certarũt. Multis deinceps exactis annis cum insula cultoribus indigem magis deficeret, Cnidij quidam Rhodijq; regum Asiæ iniuria oppressi, in Siciliam deducere coloniam decreuêre. Sumpto duce Penthalo Cnidio, qui genus suum ad Hippotã Herculis progeniem referebat, quinquagesima tunc Olympiade, in qua studij uictor fuit Lacedęmonius Epistheliades, egressi circa Lilybæum Egestanos Selinuntiosq; inuicem bellantes inuenerunt. Fœdere cum Selinuntijs inito, prælioq; aduersus Egestanos commisso, multi eorum cecidêre: in queis dux Penthalus occubuit. Qui ex prælio superfuerunt, Selinuntijs deuictis statuerunt inde abire, creatis ducibus Gorgone, Thestore, ac Epitherside. Penthalij cum domesticis per Tyrrhenum pelagus cum ad Liparam appulissent, humaniter ab incolis accepti, habitarunt in insula, numero ferme quingenti. Postmodum Tyrrhenis mare latrocinio infestantibus, ad se tuendum naues ædificarunt. Eorum pars ad communem utilitatem colebant agros, pars piratis obsistebant. Hi communicatis inuicem fortunis rebusq; omnibus, aliquandiu in ea uitæ communione permansêre. Deinceps cum Liparam, urbemq; eius cepissent, reliquarum insularum agros communiter exercebant. Postremò omnes insulas in uiginti annos, ita ut denuò illas eo exacto tempore sortirentur, partiti sunt. Nonnullis præterea nauali bus pugnis superatis Tyrrhenis, spoliorum decimas in Delphis obtulerunt. Superest ut causas addamus, quibus postea felicitatis gloriæq; incrementa Lipara urbs susceperit. Primùm ipsa natura, tum pratis insula decora est, tum balneis, quæ admodum commendãtur. ad ualetudinem enim conferunt, & summam ex usu prębent uoluptatem. Quò fit ut Siculi propriis morbis impliciti, eò sanitatis gratia confluentes, ualetudinem pristinam recuperent. Profert insuper ea insula metallum celebre, quod alumen appellant: ex quo Liparenses Romanique magnum præcipiunt uectigal. Nam cùm nullo alio in loco orbis alumen generetur, magnos affert huic insulæ quęstus. Hæc parua est magnitudine, sed fertilis ad hominum uitam: quippe quæ omnis generis pisces abundè præbeat, & fructus arborum suaues gustu. Post Liparam occidẽtem uersus insula est parua admodum, deserta, & ab re quadam Osteodes cognominata. Nam Carthaginenses quo tempore aduersus Syracusios bellum gessêre, magnis peditum copijs ingentiq; classe in Siciliam profecti sunt. His cùm frequentes mercenarij uarijs ex gentibus mixti essent: & hi sæpius, præsertim ob stipendium suo tempore non impensum, seditiosi, numero millia sexaginta primùm ad prætoria concurrentes, tumultum aduersus duces excitabãt: minabantur se, cùm sępius pecuniæ deessent, armis si quid deberetur uindicaturos. Consultus senatus imperatoribus occultè mandauit, ut seditiosos ab exercitu amouerent. Itaque mercenarios omnes sumpta alterius belli occasione in naues impositos, in hanc insulam exposuerunt: ubi relicti, fame absumpti sunt. Tot hominum defunctorum ossa paruæ insulæ nomen dedere.

Osteodes insula.

DE MELITA, GAVLO ET CERcinna. Cap. IIII.

REcensitis Aeoli insulis, deinceps ad reliqui lateris insulas transeamus. In ea Siciliæ parte, quæ ad meridiem uergit, tres insulę sunt: quarum singuli ęq portus tutos habent nauigantibus. Prima, quam Melitam dicunt, à Syracusis remo-

sis remota stadijs octoginta, portus habet multos admodum utiles. Eius incolæ fortunati existimantur: quoniam & uarij generis exercẽt artes, & optimas faciunt lineas telas, tum tenuitate, tum mollitie spectatas. Domos insuper ędificant pro loci qualitate pulchras, & exornatas gypso. Est aũt hęc insula Phœnicum colonia, qui mercaturam usq; ad occiduum Oceanum exercentes, in hanc insulam confugerunt, bonos portus habentem, & in pelago sitam. Quã ob causam eius incolæ, multa à mercatoribus beneficia percipientes, celeriter & opib. & gloria aucti sunt. Est & alia insula, nomine Gaulus, quæ multos habet opportunos portus, & est Phœnicum colonia. Deinceps est & Cercinna, quæ ad Libyam spectat: in qua haud ignobilis est urbs, & portus non solum mercatoribus utilis, sed longis nauibus accommodatus. *Melita insula.* *Cercinna insula.*

DE AETHALIA, CYRNO, ET SARdinia. Cap. V.

SEquuntur post Liparam insulæ ad Tyrrhenum pelagus sitæ, in quibus una est nomine Aethalia, Populoniæ opposita urbi, distans à continẽti stadijs ferme centum: quæ id nomen ab Aethalio, qui ei præfuit, duce sortita est. In ea effoditur petra, ex qua ferrum excuditur. Incidũt enim id metalli genus, quo abundat insula: inde ex saxis in fornacibus decoctis ferrum liquefactum in frusta partiuntur, magnis spongijs similia: quæ postmodum mercatores ad emporia deferunt. Ex ferro artifices uaria cudunt instrumenta rei rusticæ, diuersisq; artibus accommodata. Præter hanc est insula longè ab eis stadijs trecentis, quæ à Græcis Cyrnos appellatur: à Romanis uerò atq; incolis, Corsica. Hæc aditu facilis, portum habet pulcherrimum nomine Syracusium. Celebres in eą urbes habentur duæ, scilicet Calaris & Nicea. Calaris à Phocensibus, qui à Tyrrhenis postmodum insula pulsi sunt. Nicea à Tyrrhenis maritimis, qui reliquas etiam Tyrrheni maris insulas suæ ditionis fecerunt, conditæ. Hi postea urbibus quæ in Cyrno erant subactis, resinæ ceræq; ac mellis, quorum ea est fertilis insula, tributa imposuerunt. Serui qui in ea sunt, ab aliorum seruorum, quod eis natura accidit, usu uitæ differunt. Insula ampla est, magnaq́ue ex parte montuosa ac syluestris, fluminibus insuper irrigua. Homines lacte, melle, ac carnibus (omnia affatim præbet regio) iustè & humaniter ultra cęteros Barbaros inuicem uiuunt. Fauos enim qui in montanis arboribus reperiuntur, illius esse sinunt qui primus inuenit. Oues signaculis distinctæ etiam nullo custode patronis seruantur. In priuata uita actionibusq; miro quodammodo iustitiam obseruant. Mirandum uerò est, quòd apud eos fit in filiorum ortu. Nam cùm mulier parit, nulla est puerperæ cura: sed uir eius, ueluti & ipse implicitus puerperij morbo, statutos dies domi uxoris curam suscipit. Nascitur in ea insula taxi copia: in qua arbore mel quod fit, amarum admodum est. Barbari insulam habitantes, diuersa utuntur loquela, & ad intelligendum difficili. Numero excedunt hominum triginta millia. Huic proxima Sardinia insula, Sicilię par magnitudine, à Barbaris (Iolaos uocant) tenetur. Hos ab Iolao ac Thespiadis, quorum multi in eam insulam transcenderunt, genus ducere putant. Nam quo tempore Hercules decantatos subijt labores, liberos à se ex Thespij filiabus susceptos, cùm Græcorum barbarorumq; copia, secundũ certum oraculum in Sardiniam ad condendam coloniam misit. Quod sentiens Iolaus Herculis nepos, in insulam uenit: inq; ea cõditis haud contemnendis urbibus, regione omni potitus, populos ab se dixit Iolaos. Gymnasia, & deorum templa, cæteraq; ad hominum felicitatem spectantia, quorum adhuc monumenta extant, ab eo sunt instituta. Cùm ab oraculo traditum esset, hanc coloniam liberã semper futuram, uerùm usq; ad hæc tempora id oraculũ fuit. Nam cum Carthaginenses magnis copijs insulam cepissent, nunquam Iolaos subegere. *Aethalia insula.* *Corsica insula.* *Sardinia insula.*

subegêre. At montana enim atque aspera confugientes loca, effossis sub terram habitaculis, lacte, caseo, carnibus expecoribus, quæ plurima illis erant, uescebantur. Agricq; colendi declinato labore, in montibus uitam quietã ducebant. Carthaginenses cùm sæpius eos bello tentassent, difficultate locorum absterriti, liberos reliquerunt. Postremò à Romanis armis sæpius lacessiti, locorum asperitate inuicti permansêre. Iolaus ijs quæ ad statum coloniæ pertinebant compositis, in Græciam redijt. Thespiadæ cum multis seculis insulæ præfuissent, tandem in Italiam nauigantes, loca circa Cumam tenuêre: reliqua multitudo deposita barbarie, præficientes sibi ex accolis optimos duces, hucusq; libertatem seruant.

DE PITYVSA ET INSVLIS QVAE A liqui Baleares appellant. Cap. VI.

Pityusa. PRæter has insulas est alia Pityusa, à pinis, quæ frequentes in ea nascuntur, nomen sortita. Distat ab Herculis columnis dierum trium nauigationem: à Libya uerò diei noctisq; uniꝰ: diei unius ab Iberia: magnitudine simillis Corcyræ, rerum copia mediocris. Vites fert ea regio, licet raras. Cæteræ arbores in conuallibus sunt. Inter ea quæ ibi oriuntur, lanam præferunt. Distincta cam-

Eresus. pis ac collibus insula, urbem habet Eresum. Carthaginensium coloniam mœnium ambitu, ac frequentibus domibus, portu insuper perutili satis celebrem. A diuersis barbaris, plurimisq; Phœnicibus habitatur. Hæc colonia centum sexaginta annis post conditam Carthaginem est deducta. Aliq; quoq; sunt insulæ Iberiæ oppositæ, à Græcis Gymneliæ, ab incolarum nuditate, qui æstatis

Baleares insulæ. tempore absq; uestibus incedunt: ab accolis uerò ac Romanis Baleares, à funda iactu, qua rectius quàm reliqui, lapides iaciunt, appellatæ. Harum media maior est reliquis insulis, demptis septem: Sicilia, Sardinia, Creta, Eubœa, Cypro, Cyrno, Lesbo. Abest ab Iberia diei unius nauigatione. Minor ad Orientem spectat, nutriens plurima omnis generis armenta, sed multos præcipuè, qui & magni sunt, & sonora uoce. Vtraq; insula fertilis ac fructifera est, referta habitatoribus, ut qui triginta hominum millia excedãt. Ad uini potum, quod rarum apud eos est, sunt promptiores. Oleo omnino carent. Ideò ex lentisco & porci adipe mixtis ungunt corpora. Mulieres adeò præ cæteris appetunt, ut mulierem à prædonibus captam, tribus aut quatuor redimant uiris. Habitant in saxis concauis, iuxtaq; præcipites petras. Effossis cuniculis ad corporũ tegumenta utuntur, & uitæ securitatem. Aureo nummo aut argenteo non utuntur, quæ afferri ad insulam prohibent: causam afferentes, Geryonem Chrysaori filium auro atq; argento opulẽtissimum, quondam ab Hercule bello expugnatũ. Existimant enim eo pacto, cùm auro atq; argento careant, sese facile omnes uitę insidias euasuros. Hanc ob rem cum olim cum Carthaginensibus militassent, ex stipendio impenso mulieres ac uinum emptum secũ tulêre. Mirandum uerò, quod in nuptijs de more seruant. In epulis enim quę cum domesticis amicisq; in nuptijs fiunt, primus secundusq;, & deinceps secundũ ætatem reliqui, nuptam magno numero cognoscunt. Vltimus sponso locus ad uxorem datur. Priuatim quid etiam, & à cæterorum moribus alienũ in defunctorum sepulchris obseruãt. Lignis enim membra corporis incisa, in uas conijciunt, supraq; saxa accumulant. Arma eis sunt fundæ tres. Vna caput cingũt, altera uentrem, tertia in manibus gestatur. In prælio lapides multò maiores quàm reliqui ita iactant robustè, ut ab aliquo tormento lapis missus uideatur. In urbium expugnatione lapidum iactu eos qui desuper ex propugnaculis tuentẽ mœnia uulnerãt. In pugna uerò, scuta, galeas, omnesq; armorũ genus confringunt. Ita aũt rectè lapides propellunt, ut raro effugiat ictũ appetitus locus:

quod eis

quod eis continuus à pueritia usus prębet, à matribus ad id certamen coactis. Imponunt enim supra erectũ lignũ panem, sinum, quod iactu petant: neq; ante cibum capiunt, quàm panem lapide eiectũ pro cibo sumãt permissu matris.

DE INSVLIS OCEANI QVAE AD OCCIdentem uergunt. Cap. VII.

POsteaquam insulas quæ ad columnas Herculis spectãt, retulimus: ad Oceani insulas transeamus. Est Libyam uersus ad Oceanum sita multorum dierum nauigatione insula permagna: agro fertili, tum campis amœnis, tum montibus distincta. Fluminibus rigatur, quæ sint nauium capacia. Plurima sunt in ea pomaria uariis arboribus consita, hortiq; amœni, quos aquæ dulces interfluunt. Habitationes in illis ędificant sumptuosas: hortos quoq; cotoneorum umbracula decorant, in quæ æstus tempore diuertunt. Amœna fertilisque regio copia fructum exuberat. Montes frequentibus syluis, arboribusq; fructiferis, aquis insuper irriguis ornantur. Abundat quoq; insula fontibus aquæ dulcis: quæ non tãtum usui uoluptatiq; incolentium satisfacit, sed etiam confert ad robur corporum ac ualetudinem. Sunt insuper loca diuersorum animalium uenationibus apta: ex quib. epulas conficiunt suaues ac sumptuosas. Pisces etiam mare affatim præbet. Est & aër ibi saluberrimus: qui maiori ex parte anni fructus ferat, aliaq; specie ac decore præstãtia: ut hæc insula non hominum, sed deorum domicilium ob eius felicitatem esse uideatur. Priscis temporibus quoniam à reliquo orbe diuulsa erat, incognita, hoc postmodum modo reperta est. Phœnices quondam ad diuersa emporia nauigantes, sępius multas in Libya, nonnullas in Europa quæ ad Occidentem spectat, colonias condidêre. Multis deinde opibus coactis, extra columnas Herculis Oceanũ ingressi, in continentem Europæ littoris columnis propinquo condidere urbem, quam Gadiram dixerunt. In ea inter cætera ædificia templum Herculi, quod ad nostram usq; ætatem summa in ueneratione honoreq; est habitum, statutis de more Phœnicum sacris, sumptuoso opere construxerunt: multi Romanorum duces clarissimi magnis rebus gestis, uota huic Deo susceptа persoluerunt. Verùm Phœnices per Oceanum mare iuxta Lybiam nauigantes, complures dies tempestatibus acti, cùm ad hanc insulam delati essent, animaduersa eius natura felicitateq;, notam cæteris fecêre. Qua ex causa cum Tyrrheni, qui classe potentes erant, in eam insulam coloniam mittere decreuissent, à Carthaginẽsibus sunt prohibiti, ueritis ne loci bonitate allecti ciues eorum, ad eam se conferrẽt. & sic, si qua forsan aduersa urbi fortuna incidisset, uolebant ignotum, ad quem facilè confugerent locum, esse. Sed ad Europam redeamus.

Gadira.

DE BRITANNIA INSVLA, ET DE EA quæ dicitur Basilia, ubi electrum oritur. Cap. VIII.

IN Oceano Galliæ montibus Hercinijs totius Europæ maximis, oppositę sunt insulę multæ: quarum maxima est Britannia, priscis temporibus nulli usus aduenæ imperium experta. Neq; enim Bacchum, neq; Herculem, neque heroa aut ducem quempiam accepimus eos bello tentasse. Nunc C. Cæsar, qui propter gestas res Deus est appellatus, primus omnium Britannis subactis, certum eos dare tributum coẽgit. Sed de his suo tempore dicetur latius. Est hæc insula triangulari forma, Siciliæ similis, latera habens inæqualia, cum protendatur per obliquum Europam uersus. Vbi minimum à continenti abest, pro-

Anglia à Iulio Cæsare primũ subacta.

est,promontorium est,quod appellatur Carion, procul à terra: quo tempore mare fluit,stadijs ferè centum. Alterum promontorium, Velerium nomine, abesse aiunt à continenti uauigatione dierum quatuor. Reliqua pars quã Orcham appellant,ad mare spectat. Minimum latus Europæ adiacens, protendi asserunt stadiorum septem millibus. Lateris secundi longitudo à Carione usq; ad promõtorium,stadia complectitur quindecim millia: tertium latus stadiorum millia uiginti. Ita uniuersę insulę ambitus stadiorum est millium duorum & quadraginta. Britanniã incolere tradunt incolas,qui priscorum more uitã degant. Vtuntur enim in pugna curribus, ueluti antiquos Græcorum heroes usos in bello Troiano ferunt. Domos ex calamis aut lignis ut plurimũ habent compactas. Frumenta cum aristis sub tectis reponũt: inde quod satis in diem sit usui,terentes. Moribus simplices,integriq; sunt, longè nostrorum hominũ astutia uersutiaq; remoti. Cibo simplici usiq; uitam ducunt,atq; à diuitum delitijs alieno. Multitudine hominum insula plena est,Aër, ut qui ad septentrionem spectet,frigidus. Reges principesq; ibi sunt multi, pacem inuicem seruãtes. Sed de his diligentius,cum ad Cæsaris gesta quibus Britannos subegit,uenemus. Nunc de stanno quod in ea effoditur,narrabimus. Britanni qui iuxta Velerium promontorium incolũt, mercatorum usu qui eò stanni gratia nauigant,humaniores reliquis erga hospites habentur. Hi ex terra saxosa,cuius uenas secuti effodiunt stannum,igne eductum, in quandam insulam ferunt Britannicam,iuxta quam (lectam uocant) maris fluxu uidentur insulæ: cum uerò refluit,exiccato interiecto littore,curribus eò stannum deferunt. Proprium quiddam uidetur eis insulis contingere, quæ Britanniam Europamq; interiacent. Nam pleno mari, insulæ: refluente uero, cùm interiectus locus deficitur aquis,continens uidetur. Ex his insulis mercatores emptum stannum in Galliam portant. Inde diebus ferè triginta, cùm equis ad fontem Eridani fluminis perducunt. Et de stanno hactenus. Nunc de electro dicendum. Scythiæ quæ supra Galliam est, opposita insula in Oceano iacet,nomine Basilia: in quã tempestas electrum plurimum ejicit,nulla alia in parte orbis repertum. De eo quidam ueteres fabulas scripsere haud dignas fide, & quæ à posteris reprehensæ sint. Nonnulli enim tum poëtę, tũ historici tradunt, Phaëtontem Solis filium, cum puer esset,petijsse à patre,ut unicum diem solis currum regeret. Illo assentiente,sumpto curru,cùm equorum frena regere nequiuisset,ab equis cõtempto puero,extra solitum cursum esse currum delatum: & primo cœlum equorum errore incensum: circulumq; qui Galaxia dicitur, exinde factum: deinde magnam combustã orbis partem. Qua re commotum Iouem, fulmine Phaëtontem tradunt peremisse,Solemq; in pristinum redegisse cursum. Phaëtontem in fontibus eius qui nunc est Padus: olim Eridanum dicebant, decidisse. Eius mortem Nymphas fleuisse sorores, doloris q; magnitudine mutata natura in populos fuisse uersas. Has annis singulis eodem rempore lachrymas educere,è quibus electrum fiat,reliquum splendore superans. Sed cùm harum fabularum conditores procul à uerò aberrasse à posteris deprehensi sint, nos ueram historiam sequamur. Nascitur electrum in ea quam retulimus insula. Cum uerò ab incolis ad proximam deferatur continentem, inde ad nostra usque apportatur loca.

Stannum.

Eridanũ olim dicta, autumant.

Padus Electrũ non subministrat, ut Boruſſiacum mare.

DE GALLIA, CELTIBERIA, IBERIA, LIGVria, Tyrrhenia, & de ijs qui ea loca habitant, & quibus legibus qui ea loca habitant utantur. Cap. IX.

Europeæ gentes.

HAud sanè ab re erit, gentes Europæ conterminas, quas in superioribus libris omisimus, paucis referre. Celtis olim imperauit, ut aiunt, uir egregius: ex quo filia corporis magnitudine ultra naturæ modum decoremq; cæteras

1. Celtica.

teras excellens, orta est. Hæc tum uiribus, tum specie elata, omnes qui eam uxorem expetebant, contempsit, existimans neminem suo matrimonio dignũ. Interim cum Hercules bello aduersus Geryonem moto uenisset in Celticam: inq; ea urbem Alexiam condidisset: admirata tum uirtutem Herculis, tum corporis præstantiam, permissu parentum eius concubitum appetiuit. Iuncta illi filium genuit, nomine Galatam: qui coęuos suos tum uirtute animi, tum uiribus corporis excessit. Vir factus, cùm paternum regnum suscepisset, multas oras sibi subdidit propinquas, præclaris rebus bello gestis. Cùm eius gloria efferretur, subditos omnes à suo nomine appellauit Galatas: ex quo omnis ea regio Galatia, id est Gallia, dicta est. Hæc à multis nationibus incolitur: quæ inuicem gentium numero differunt. Nam quæ maxima habetur inter eas, ducenta uirorum millia efficit: quæ minima, quinquaginta. Harum gens una erga Romanos, & quæ ad hanc usq; ætatem manauit, cognationem amicitiamque conseruat. Natio, ut plurimum ad Arctũ sita: regio frigida, ut quæ hyemis tempore pro aqua niuibus oppleta existat. Glacies quoq; immensa adeò regionem occupat, ut flumina congelata sint peruia transeuntibus, non solùm paucis, sed exercitibus quoq;, cùm curribus atq; impedimentis. Cùm multi magniq́ue fluuij per Galliam uario cursu fluant, hi è profundis stagnis, hi ex montibus, partim in Oceanum, partim in nostrum mare decurrunt. Eorum qui in nostrum mare labuntur, maximus censetur Rhodanus, qui in alpibus fontes habens, quinq; ostijs descendit in mare. Qui uerò in Oceanum defluunt, maximi habentur Danubius ac Rhenus: quem diebus nostris Caius Cęsar pontibus miro modo iunxit: pedestribusq; traductis copijs, Gallos ultra Rhenum habitantes in potestatem redegit. Multi alij nauium capaces fluuij existunt in Celtica, quos breuitatis causa omisimus. Sed hi omnes fere hyemę congelati, securum transitũ, iniectis desuper, ne labantur, palęis, euntibus prębent. Id uerò, quod dictu mirabile in maiori Galliæ parte accidit, non uidetur silentio prætermittendum. Nam æstate ab occidente septentrioneq; perflant tanta ui impetuq; uenti, ut lapides quantos manus possit continere, à terra rapiant, ac ueluti arenæ lapillorum aceruos haud paruos cumulent. Est ut aliquando ab hominibus arma ac uestes, quandoq; equitantem ui ab equo auferant. Deniq; tanta est aëris frigiditas, ut neq; uinum ea regio, neque oleum producat. Quare coacti homines potum sibi ex hordeo comparant, quem appellant Zythum. Aqua etiam qua lauant fauum mellis, utuntur. Vino prætermodum adeò delectantur, ut à mercatoribus importatum, purum bibant: nimioq; potu ebrij, aut in somnum incidant, aut in insaniam. Quo fit, ut mercatores Italici plures quæstu ducti, uinum tum nauibus, tum per terram curribus deferentes pincernam puerum mercentur pro uini amphora. Vniuersa Gallia argento caret. Aurum eius absq; opificio aut labore aliquo præbetur natura. Nam cum fluminum decursus difficiles flexus habeat, superans ripas à montibus fluens aqua, arenam auream passim per cãpos eĳcit. Glebis postmodum, in quibus aurum splendet, attritis, aquaq; lotis, dempta terra, reliquũ in fornacem coniectum fundũt. Hoc modo liquefacto, puroq; educto auro, ad ornatum corporis mulieres uiriq; utuntur. Etenim & manuum articulos, & brachia armillis aureis exornant. Circa cõllum insuper grandes torques gestant ex solido auro, & in digitis annulos. Thoraces etiam auro exornant. Prò priĳ aliquid etiam ac mirabile superiores Celtæ in deorum templis obseruant ut in sacris templisq; plurimum auri dijs oblatum spargant: neq; illud incolarum quisquam, quamuis gens auri sit auida, propter religionem audet contingere. Sunt Galli molles, atq; albi, corpore oblongo. Comas quamuis habeant natura rufas, studio tamen augent naturæ colorem. Calamistro capillos infectum, à fronte illos ad ceruicem reĳcientes, ut Satyris aspectu pueris q; appareant

Galatas à quo Galatæ dicti fuerunt.

Danubius & Rhenus.

Ventorũ uis.

Argentum & aurum.

Aurum in templis.

reant persimiles. Capillos arte efficiunt crassiores, ut nihil differant ab equorũ iubis. Barbam quidã radunt: nonnulli nutriunt parcè. Nobiles genas quidem radunt. barbã uerò adeò sinunt crescere, ut operiant corpora. Quo accidit, ut cũ edunt, repleantur cibo: cũ uerò bibunt, ueluti per canalem potus uideatur inferri. Cœnant sedendo omnes, nõ in sedibus, sed in solo, super luporum aut canum stratis pellibus: ministrant eis pueri iuniores ætate tenera. Iuxta eos ignes fiunt, in quibus ollæ sunt & uerna plena carnibus. Viros bonos optimis carnibus honorant: quemadmodum poëta Aiaci scribit impensum ab optimatibus honorẽ, quando singulari Hectorem certamine uicit. Hospites ad epulas uocant: qui sint, qua causa uenerint, post cœnã rogantes. Consueuerũt quoq; sumpto cibo ad uerborum, prout casus intulit, concertationem surgentes, ex prouocatione certare inuicem, nulla habita uitæ cura. Increuit enim apud eos Pythagoræ sententia, qua dixit, animas hominum esse immortales, rursusque eas defunctis corporibus post certum tempus in alia corpora reuersuras. Ob hanc causam in defunctorum pyram epistolas scriptas quidam conijciunt, tãquam eas mortui sint lecturi. In itinere ac pugna bigis utũtur, quas rhedarius & assessor ducunt. In bellis obuium hostem iaculo ex curru primùm appetũt: tum relicto curru pedites ensibus certant. Quidam adeò mortem contemnũt, ut pugnent nudi. Custodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligunt: qui & pro aurigis in pugna seruiant, & ferant scutum. Instructam aciem præire consueuerunt, & ad singulare certamen fortissimos hostium prouocare, arma, ut hostem terreant, quatientes. Cùm quis strenuè in acie pugnauit, tũ maiorum, tum eius laudes ac uirtutes decantant. Res hostium deprimunt, tanq; uituperatione dignas. Denicq; omneis in bello audaces extollunt uerbis. Capita hostium in acie cadentium abscisa, equorum alligant collo. Hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt, in foribus domorum cũ cantu atq; hymnis affigenda, quemadmodum feras solent uenatu captas. Hostium nobiliorum capita aromatibus uncta, in thecis condunt summa diligentia, ostendentes ea hospitibus: nulloq; precio ea uel parentibus uel alijs reddunt. Tradunt eorum gloriari nonnullos, quòd pro capite tantundem pensi auri, barbaram magnificentiam ostentantes, nequaquam uelint accipere. Non enim bellicæ uirtutis insignia non uendere nobile est: sed cum mortuis pugnare, ferum atq; agreste. Vestes ad terrorẽ intonsas ac coloris uarij ferunt: quas illi uocant Braccas. Sagula ferunt uirgata: hyeme quidem crassiora, æstate subtilia. Fictilia in usu habent densa, ac floribus distincta. Arma ferunt, scutum, ad staturam hominis longum, proq; libito cuiusq; ornatum. Quidam in scutis animaliũ formas æreas paulum eminentes gestant, & ad ornatum, & ad corporis tutelam fabricatas. Aerea galea caput muniunt, paulum eminentiore: in qua aut cornua impressa sunt, aut auium uel quadrupedum effigies sculptæ. Tubas habẽt suo more barbaras, ut quæ asperum sonum & turbulentum reddant. Thorace ferreo utuntur: quidã alijs armis à natura datis nudi pugnant: pro ensibus ferreas spathas gerũt oblongas, ærea catena à dextro latere pendentes. Nonnulli tunicas aureis aut argenteis zonis cingunt. Iaculis insuper bellant, quæ illi lanceas uocãt, ferro cubiti aut amplius longitudinis, paulò minus duobus palmis lato. Enses haud minores sunt quàm apud cæteros uenabula: ac uenabula mucrone sunt, quàm sit ensibus, maiore. Hos tum rectos habent, tũ incuruos, non solũm ad corpora cædẽdum, sed & ad perforandum aptos. Aspectu sunt terribiles, uoce grauí atq; aspera. Sermone utuntur breui ac obscuro, multaq; dubia loquuntur: plurima ad iactantiam in suam laudem dicunt, & ad cæterorum contemptum. Minaces sunt ac detrectores, opinioneq; inflati: acuti ingenio, & à doctrina minimè alieni. Sunt & apud eos melodiarũ poëtæ, quos appellant Bardos. Hi cùm organis ueluti cum lyra cantant, hos laudantes, alios uituperantes Philosophi quoq; ac Theologi, quos uocant Saruidas, præcipuè ab illis

Disçubitus Celtarum.

Animarum immortalitas κὴ μετεμψύχωσις.

Pugnandi ratio.

Braccæ.

Arma.

Vultus & habitus corporis Sermo.

ab illis coluntur. Vtuntur insuper diuinatoribus: qui apud eos, cum & augurijs & sacrificijs futura prędicant, plurimi existimantur, omni eis obtemperante plebe. Cùm uerò de rebus magnis consultant, mirabilem incredibilemq; seruant consuetudinem. Hominem enim immolantes feriunt ense super septum transuersum: quo decidente, tum ex casu, tum ex membrorum laceratione, tum etiam ex sanguinis fluxu, ex quadam antiqua rerum obseruatione, nonnunt futura. Est apud eos moris, nullum absque philosopho sacrificium facere. Existimant enim, per diuinæ naturæ conscios sacra fieri oportere, tanquam linguæ deorum peritos: atque horum intercessione bona ab dijs censent petenda. Quorum consilio, & pace & bello fruuntur. Poëtę uerò tanti apud eos fiunt, ut cum instructa acie exercitus eductis ensibus iactisq; iaculis propinquant, non solùm amici, sed hostes quoq; eorum interuętu à pugna conquiescant. Ita apud agrestiores barbaros ira cedit sapientiæ, & Mars reueretur Musas. Nunc quod à multis ignoratur, scribetur. Vltra Massiliam qui mediterraneas regiones, quiq; iuxta alpes & montes Pyrenæos incolunt, Celtæ appellantur. Vltra hos qui ad notum Oceanum uersus pertinentes oras, & Herciniũ montem, quiq; deinceps ad Scythiam usque habitant, dicuntur Galli. Quas omneis gentes communi nomine Romani Gallos appellant. Eorum fœminæ non tantum corporis magnitudine sunt uiris similes, sed etiam robore. Pueri ut plurimum cani sunt, ætate prouecti colorem paternum assumunt. Eorum qui subtus Arcton habitant, quiq; Scythiæ sunt propinqui, utpote cęteris aggrestiores, nonnullos aiunt humanis carnibus uesci: quemadmodum & ij qui eam Britanniæ partem quæ Iris dicitur, habitant. Horum fortitudine feritateq; diuulgata, tradũt eos qui priscis temporibus omnem fermè Asiam discurrentes, Cimmerij dicebantur, ipsos esse qui paulò pòst corrupto nomine Cymbri sint appellati. Iam prisco more dant latrocinijs operam, rapientes aliena, cæteris omnibus contemptis. Hi sunt qui Roma capta, Delphici Apollinis templo spoliato, magnam Europæ partem, non paruam Asiæ tributariã fecere: agris eorum quos subegerant, possessis. Qui in Græciam transierunt, Gallogræci sunt nominati: postremò multos magnosq; Romanorum exercitus attriuerunt. Pari suæ feritati impietate in deorum sacrificijs abutuntur. Noxios enim quinquennio seruatos, fudibus affixos dijs sacrificant, cumq; alijs primitijs super ingentes pyras immolant. Captiuos quoq; sacrificant dijs. Quidam de hostibus capta animantia unà cum hominibus interfecta, aut in sacris comburunt, aut alijs afficiunt pœnis. Cùm mulieres habeant speciosas, ad mares tamen præter modum sunt cupidiores. In ferarum pellibus humi dormientes, ex utroq; latere excubitores habent. Illa admiranda eorum imprudentia, quòd speciem corporis facilè alijs offerunt in propatulo, neq; hoc turpe ducunt: quin potius ignauum putant, abnuere gratiam oblatam. Sed de his hactenus. Nunc Celtiberos recenseamus. Iberi quondam Celtæq; pro agris bello certantes, pace demum constituta, communicataq; inuicem regione, cum mutua connubia permisissent, dicuntur hac rerum communione id nomen sortiti. Duæ igitur robustæ nationes in regione fertili coniunctæ effecere, ut magnum esset Celtiberorum nomen. A Romanis postmodum certè multo pòst tempore bello cum eis gesto, uix tandem subacti sunt. Non enim equites modò, sed & pedites aptos bello, robore malorumq; tolerantia cæteris excellentiores habent. Breui utunturueste, ac nigra, lanam habente similem caprarum pilis. Armantur Celtiberorum quidã scutis leuibus, alij rotundis umbonibus, magnitudine clypei. Cruribus ocreas ex pilis factas aduoluunt. Galea ferunt æreas, cristatas palmis. Gladios gestant ancipites, præstantissimo ferro inspicatos, adiectis palmi longitudine pugionibus, quibus in conferta utuntur pugna. Ferrum suo more ad conficienda arma preparant. Nam ferreas laminas in terram abscondentes, ibi tam diu esse sinunt, quòd

Poëtæ in pretia apud Celtas, θυμοῖς εἴκτῃ σοφίας καὶ Αρης ἀεσθ' ἁπάσας.

Galli.

Cimmerij.

Cymbri & eorum gesta.

Gallogræci.

De Celtiberis.

Arma.

debiliori parte ferrugine absumpta, ualidior superstr. Ex eo tum enses fortissimos, tum cætera ad belli usum arma necessaria componunt. Hoc facto fabricatis adeò cedunt omnia, ut neque scutum, neque galea, neque aliud quid eis obsistat. Duobus gladijs fulti, cùm equestri certamine superiores euaserint, ex equis desiliunt, pedestremq; adiuuant pugnam. Mirabilis apud eos uiget consuetudo. Nam cùm in uictus munditia elegantes existant, una in re uidentur immundi, & spurcitiæ pleni. Vniuersum enim corpus lauant urina, dentesque fricant, hanc optimam corporis curam existimantes. Erga nefarios homines atque hostes crudeles sunt, aduenis humani atque hospitales. Adhospitalitas. uenientes enim externos benignè hospitio recipiunt: adeò, ut æmulatione quadam inuicem pro illorum honore certent. Quos aduenæ sequuntur, hos laudant, amicosque deorum putant. victus. Nutriuntur affluenter uarijs carnibus: potum ex melle conficiunt, eius copiam præbente affatim regione. Vinum emptum bibunt, mercatorum opera aduectum. Ex propinquis gentibus gratissima est eis Vacceorum natio. Hi enim annis singulis sortitos inter se agros colunt, fructusq; cum cæteris communicant, cuiq; sua portione præbita. Quare si quis quid agricolæ abstulerit, eueſtigio multatur morte. Celtiberorum fortissimi habentur qui appellantur Lusitani. Peltas in bello paruas lusitani. ex neruis confectas, quibus tegatur corpus, habent. His in bello ea agilitate utuntur, ut & ictus & sagittas euitent. Iaculis ferreis hamatisq; utuntur. Galeam ensemq; more Celtiberorum ferunt. Iaculum longè iaciunt, & summa arte. In acie diutius perseuerant, mobili corpore, leuiq;, ut facilè & fugiant hostem, & insequantur. In perferendis periculis superantur à Celtiberis. In pace choreas leui saltu exercent, cum quadã crurum agilitate. Bella † ad numerum aggrediuntur, Pæana, cùm hosti obuiant, cantando. Iberi, Lusitaniq; ætate integra, præsertim inopia oppressi, qui robore præstant atque audacia, in montibus asperis manu facta diuersis per Iberiam locis latronum more leui armatura agiliq; corpore ueloces discurrunt: populatisq; agris, ad montes ueluti tutam patriam, quum ob locorum asperitatem nullus eo exercitus adire possit, confugiunt. Aduersus hos profecti cum exercitu sæpius Romani, eorum audaciam represserunt: latrocinia nequaquam tollere potuere. Sequitur ut de argento, quod plurimùm apud Iberos optimumq; effoditur, quodque multum utilitatis incolis affert, scribamus. Dictum est à nobis libro superiori in Herculis gestis, Iberiæ montes qui Pyrenæi uocãtur, & altitudine & magnitudine longè alios excellere. Nam à mari quod ad meridiem iacet, usque ad Oceanum fermè ad Arctos situm, Galliam ab Iberia diuidunt. Per Celtiberiam quoque protenduntur stadiorum tribus millibus: in quibus cum sint frequentes syluæ, ferunt priscis temporibus igne à pastoribus iniecto montanas omnes regiones fuisse combustas: qua ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos. Ardente continuis diebus igne, multi ex montibus argenti puri riuuli flammarum ui effluxêre: quod incolis ignotum, Phœnices mercatores uili rerum permutatione emptum in Græciam Asiamq; ac nationes cæteras deferentes, magnas ex eo commercio opes contraxerint. Adeò autem mercatores quæstus excitauit cupiditas, ut cum onustis nauibus superaret argentum, amoto ab ancoris plumbo, argentum eius loco subderent. Hoc lucro Phœnices admodum opulenti facti, multas colonias tum in Sicilia propinquas insulas, tum in Libyam, Sardiniamq; ac Iberiam deduxerunt. Multis pòst seculis cognito argetoq;, Iberi metallis quærendis operam dedere: magnaq; optimi argenti copia reperta, ingens ex ea uectigal proditum. Cùm æs, aurum, argentumq; sint metalla præcipua: qui in reperiendo ære dant operam, quartam eius quod effodiunt portionem capiunt. Eorum qui in argento effodiendo occupãtur, quidam tribus diebus Euboicum percipiunt

πρὸς εὐθμὸν ἐμβαίνουσιν.

De argento Iberico.

Pyrenæi montes unde dicti.

Metallariorũ merces.

cipiunt talentum. Terra enim omnis argento referta est: ut mirabilis sit & eius regionis natura, & operariorum continuus labor. Nam qui primum his metallis reperiendis incumbebant, magnas contrahebant diuitias. In promptu enim est argentum, terra abundè illud præstante. Postea cùm Romani Iberiã subegissent, Italici qui lucri cupiditate id sibi opus sumpsêre, maximê ex eo ditati sunt. Emptam enim seruorum copia ad effodienda metalla deputant: qui uarijs locis metallorũ uenas scrutati, ac alte lateq; terra effossa plurimũ auri argentiq; eruunt, uarijs multorum stadiorum cuniculis sub terram actis. Multò facilior quæstuosiorq; hæc cura, quàm metallorum quæ apud Atticos reperiuntur. Ibi enim multas effodiendo impensas subeunt, sæpius opinione frustrati: cum aut non inueniant quod quærunt: aut inuentum ita paruí sit, ut superetur à sumptu. Apud Hispaniam qui metallis incumbunt reperiendis, amplíora spe percipiunt. Bonitate quippe soli glebas semper auro argentoq; fertiles inueniunt, utpote omni terra metallis plena. Subter terram reperiuntur nonnunquam flumina decurrentia: quorum cursus spe quæstus ui magna recidunt: aut, quod mirabilius uidetur, cochleis quas dicunt Aegyptiacas, diuertunt, ab Archimede cum in Aegyptum profectus est, inuentis. Eiusmodi instrumentis loca ubi metalla effodiuntur, eiecta superius aqua, summa arte diligentiaq; siccant. Mirabitur profectò quis Archimedis ingenium, non solùm in his, sed in cæteris quoq; maioribus rebus, quas multis in orbis partibus egregias fabricatus est: de quibus scribetur diligentius, cùm ad eius tempora ueniemus. Seruí qui ad hæc metalla deputati sunt, incredibilem quæstum adferunt dominis. Verùm cum die noctuq; in labore perseuerent, multi ex nimio labore moriuntur. cùm nulla eis ab opere detur requies, aut laboris intermissio: sed uerberibus ad cõtinuum opus coacti, rarò diutius uiuunt. Robustiori quidam corpore, & animi uigore, plurimum temporis in ea uersantur calamitate: quibus tamen ob miseriæ magnitudinem mors est uita optabilior. Cùm uerò plurima in hoc metallorum munere sint admiratione digna, maximè qs admiretur cur nulla illarum secturarum recens habeat initium, quin omnes à Carthaginensium amaritia fuerint apertæ, quo tempore Iberiã tenebant. Hęc fuit causa, ut eorum postmodum excrescerent uires. Precio enim optimis militum conductis, multa gesserunt aduersus hostes bella, neq; domestico, neq; sociorum milite usi, Romanos Siculosq; ac Libyos in maxima deduxerũt periicula, cùm omnes diuitijs ob auri argentiq; copiam superarent. Perspicaces sanè, ut uidetur, priscis temporibus extitere ad quæstum inueniendum Phœnices: Itali ad nulli reliquendum. Oritur & stannum in multis Iberiæ locis, nõ casu repertum, ut quidam scriptores uulgarunt, sed effossum, conflatumq; ue, quemadmodum argentum atq; aurum tradunt. Nam supra Lusitaniam plurimum stannum effoditur in insulis Oceani Iberiæ proximis, quę à stanno Cassiterides denominantur. Plurimùm tamen à Britannia insula ad oppolita Galliam affertur. Deinde per loca mediterranea Celticę mercatores, equis ad Massilienses & Narbonam urbem Romanorum coloniam, optimum earum partium tum opportunitate, tum commoditate adeuntium emporiũ, perducunt. Sed de Gallis ac Celtiberis hactenus. Nunc ad Ligures transeamus. Hi regionem habitantes asperam, ac omnino sterilem, plurimo labore continuoq; uitam duram agunt. Nam multis arboribus oppleta regione, quidam cædendæ materiei, quidam subigendo agro, ob lapidum asperitatem cultu difficili, uacant. Ita enim terra lapidosa est, ut gleba absq; saxo nequeat effodi. Huic uitæ ærumnosæ natura assueti, licet multo in labore uersentur, parum tamen percipiunt emolumenti. Continuum autem exercitium, & uictus parcitas, corpora eorum macilenta efficit, ac robusta. Mulieres quoq; uirorum labores perferunt, assuetæ unà cum uiris opus facere. Venationibus continuò uacant, capiosq; ferís fructuum inopiam sustentant. Niuibus insuper, montanisq; asperitatibus

Cochleæ Aegyptiacæ.

Archimedes.

Seruorum metallariorũ sors.

Carthaginensium auaritia.

Nota.

De Liguribus, quorũ Metropolis hac ætate est Genua.

ritatibus assueti, agiles corpore ac ualidi reddũtur. Nonnulli ob frugum penu riam carnes partim domesticas edunt, partim ferinas, aqua in potum sumpta. Oleribus utũtur prout fert regio, ut ad quos neq; Ceres adierit, neq; Bacchus, præ cæteris dijs hominibus utiles. In terra cubant ut plurimum: rari sub tecto, aut in tugurijs iacent: multi ad caua saxa speluncasq; ab natura factas, ubi tegantur corpora, diuertunt. Hoc pacto prisco more, absq; apparatu aliquo uiuunt. Deniq; mulieres uirorum, uiri ferarum robur & uires habens. Asserunt, in bellis sepius uegetum Gallum, à gracili macilentoq; Ligure ex prouocatione singulari certamine uinci. Arma habent leuiora quàm Romani. Operiuntur corpora scuto longo, ad formam Gallicorum facto, tunicaq; succincta. Armantur etiam ferarum pellibus, ac esse mediocri. Quidam Romanorum consuetudine, quos in ea re imitati sunt, arma immutarunt. Feroces sunt, & acuti ingenij, non in bello solum, sed in communi uita. Mercaturam exercent nauigãtes per Sardonium Libycumq; pelagus, sponte se grauibus maris periculis obiectantes. Scaphis enim haud satis more cæterarum nauium præparatis, nauigant: quo fit, ut imminente tempestate, grauia subeant uitę discrimina. Tyrrheni (supereſt enim ut de his loquamur) fortitudine egregij, magno potiti imperio, urbes condiderunt multas atq; opulentas. Classe quoq; potentes, cùm diutius mari imperitassent, Italum pelagus Tyrrhenum ab se denominarunt. Pedestri quoq; exercitu prævalidi, tubam primi inuenerunt, & bello admodum utilem, & ab illis Tyrrhenam appellatam. Duces exercitus multis insignibus decorarunt, lictores illis, eburneam sellam, togam purpuream adijciẽtes. Domibus addiderunt porticus, in queis seruorum ac concurrentium turba diuerteret: quæ imitati postmodum Romani, inq; melius aucta, ad suam Rempub. transtulêre. Literis quoq; & rerum naturaliũ inuestigioni, ac Theologiæ plurimo tempore impenso prę cęteris in fulminum interpretatione uersati sunt: adeò ut nostra quoq; ætate, uniuersus fermè orbis tum admiretur uiros, tum fulminum interpretibus utatur. Regionem uberem incolunt, quàm studio curaq; efficiunt fertiliorẽ. Mensa bis in die sumptuosè prępara ta, omnia quæ ad epularum delicias pertinent, abundè subministrant. Stragulas insuper uestes multiplices floribus distinctas, poculaq; aurea uarij generis, ac ministrorum seruorumq; numerum permagnum in usu habent: ubi non solum serui famulantur, sed etiam liberi multi. Postremò priori uirtute abiecta, potui se atq; ignauiæ tradentes, haud iniuria partim maiorum suorum in bellis gloriam amisêre. Non autem eos parum ad delicias impulit regionis fertilitas, quæ fructifera rerum copia ad inertiam uoluptatemq; traduxit. Sunt Tyrrheni campi lati, collibus distincti, cultiq; ad modum, solo fertili, ut qui aquis non hyemis tantum, sed æstatis quoq; tempore abundent.

Arma.

De Tyrrhenis

Studia.

Victus.

Degeneres sæculi Tyrrheni.

DE INSVLIS OCEANI, QVAE AD MERIDIEM sunt, & ea quæ Hiera appellatur, & Panchaia, & de ijs quæ in ea esse scribuntur. Cap. X.

NVnc insulas meridiem uersus in Oceano Arabiæ, quæ ad Orientem spectat (terminatur autem ea quæ dicitur Gedrosia) positas referemus. Ea Arabiæ portio multis pagis urbibusqûe haud ignobilibus incolitur quarum aliæ eminentibus in collibus sita sunt: aliæ in tumulis, aut patentibus campis. Regias habent, quæ insigniores sunt, admodum sumptuosas, frequentibusq; habitatoribus satis opulẽtas. Omnis ea regio pascuis, uarijq; generis pecoribus plena est. Flumina insuper per eam decurrentia campos irrigant, quo redduntur fertiliores. Ideò quæ pars Arabiæ alijs ubertate prestat, felix est appellata. Ei regioni quæ Oceanum iuxta est, multæ opponuntur insulæ: quarũ tres merentur literis commendari. Vna, in qua non licet sepeliri uitæ functos,

Arabia felix.

Insulæ.

functos, sacra dicitur. Altera huic propinqua est stadijs septem, ad quam deferunt sepelienda corpora. Sacra fructibus caret, præterquam thure: quod in ea adeò excrescit, ut per uniuersum orbem satisfaciat deorũ sacris. Fert etiã myrrham plurimam, & alia uarij generis aromata, odorem prębentia. Thus percipitur hoc pacto. Arbor est magnitudine parua, aspectu spinæ Aegyptiæ albedine: folia, arboris quæ Cithea dicitur, similia: flos colore croceo. Thus ab arbore, quemadmodum lachryma emanat, Myrrhæ arbor lentisco similis: est folium frequentius, tenuiusq; Fluit autem, effossa ab radicibus terra. In solo ubebris in anno fructum reddit, uere atq; æstate: sed rubrum uere propter rorem, æstate album. Colligunt autem paliuri semen: quo pro cibo potuq; utũtur, & ad uentris fluxum. Varij est usus ea omnis regio: sed optimã rex possidet, concessa ei decima omnium insulæ fructuum parte. Insulæ latitudinem ducentorum stadiorum esse aiunt. Incolitur à Panchęis: qui & thus, & myrrham in cõtinentẽ ferunt, uendentes Arabis mercatoribus: à quibus alij precio sumptas Phœnicem, Syriã & Aegyptũ transuehunt. Inde à reliquis orbis mortalibus importatur. Est & tertia magna insula, haud amplius triginta stadijs ab hac remota, ad orientalẽ Oceanũ spectans, multorum stadiorũ lõgitudine. Ab eius promontorio, quod ad occidentem uergit, elatiora Indiæ loca tradunt aspici. Sunt in Panchaia quæ historiæ mandentur digna. Habitant eã indigenæ, quę dicuntur Panchæi. Externi præterea, Indi, Scythæ, Cretes, Oceano aduecti. Vrbs est in ea perpulchra nomine Panara, admodũ felix. Qui in ea habitãt, ministri Iouis Triphylij dicũtur. Soli enim ex his qui Panchaiã oram incolũt, suis uiuũt legibus, liberi, absq; rege. Annuos tamẽ sibi principes creãt tres, quorũ iudicio, mortis excepta pœna, singula, ita tamẽ ut res maximas ad sacerdotes referãt, permittuntur. Ab hac urbe stadijs sexaginta, Iouis Triphylij abest templũ, in campestri positũ loco: quod tum uetustate, tum ædificij magnificentia, tum natura loci mirabile habetur. Agri circa templũ diuersis arboribus pleni sunt, & fructũ & uoluptatẽ usui afferentib. Cupressis enim ingentibus, platano, lauro, myrto abundant: quibus augmentũ præbet terra scaturientib. aquis irrigua. Ex agris tẽplo propinquis, adeò ingẽtes dulcis aquæ fontes manãt, ut flumẽ efficiant nauigijs aptum. Ex his diuisa in multas oras aqua reddit arbores altitudinis præcipuæ: quarũ sub umbra æstatis tẽpore calorẽ homines uitant. Diuersæ insuper uarij coloris aues, quæ in arboríb. nidificant, tum suaui aures cantu, tum usum oblectant. Horti prẹterea plurimi, pratáq; multiplicibus herbis floribusq; uirentia, decorũ aspectũ reddunt, dijs loci dignũ. Palmę ingenti magnitudine, etiã uberes fructu, nuces quoq; fertilẽ cibũ incolis præbent. Præter hæc uites in altum elatæ multiplici palmite, regionem efficiunt fertiliorem. Templum ingens ex albo ædificatũ lapide, magnis sculptisq; suffultum columnis, duorum iugerum lõgitudinem, cui æqua est latitudo, complectitur. Permagnæ deorum statuæ, summa arte fabrefactæ, templum exornant. Circum uerò sacerdotes, quibus sacrorum cura demandata est, domos habent. Est quoq; iuxta templum circus, longitudinis stadiorum quatuor, latitudine iugeri. Ab utroq; circi latere signa ænea ingentia sita sunt, quadrata basi. In eius fine ex uberibus fontibus fluuius, quem diximus, colore albo profluit. Appellant aũt hoc flumen, Solis aquam: quæ potu sumpta, plurimũ confert ad corporis ualetudinem. Circumdant omnem fontem margines ex lapide sumptuoso. Ab utroq; latere, stadijs quatuor usq; ad marginis extremum, nulli præter sacerdotes ire fas est. Ager qui circũ adiacet stadijs ducentis, dijs sacer est: cuius uectigal in sacrificijs consumitur. Hos ultra campos mons est excelsus, dijs dicatus, quem Cœli sedem appellãt, Olympumq; Triphylium, Ferunt enim, olim Vranum orbi imperantẽ, cum ad hęc loca diuertisset, ex eius mõtis cacumine cœlũ & stellas orbis cõtẽplatũ postea: ac deinceps Olympum Triphylium uocatum fuisse, quoniam incolæ essent ex tribus gentibus.

Thuris arbor.
Myrrhæ arbor.
Panchæi.
Panara.
Respub. Panchæorum.
Solis aquæ.
οὐρανός.
Olympus.
Triphylius.

Nominari enim quosdam Panchæos: alios Oceanitas: alios Doios: quos postea ab Ammone eiectos fuisse. Ammonem enim aiunt nō solum fugasse gentem hanc, uerum etiam urbes eorum funditus deleuisse & comparasse Edoiam & Asteruſiam. Sacra insuper in eo monte instituisse, quæ sacerdotes castè annis singulis celebrarent. Post hunc montem in alia Panchaiæ ora uarij generis sunt animantia, elephantes plurimi, leones, pardali, damæ: diuersaq; præterea animalia tum aspectu uario tum robore miranda. Habet præterea ea insula tres nobiles urbes, Hiracidam, Dalidam, Oceanidam. Regio omnis fructifera, sed uini maximè abundans. Viri bello apti, curribus in bello utuntur more prisco. Politia eorum trifariam partita est. Primum locum sacerdotes tenent, quibus adduntur artifices. Secundum agricolæ habent. Tertium milites, quibus pastores adijciuntur. Sacerdotes omniū sunt duces: quibus & controuersiarum iudicia, & publicarū rerum arbitria permissa sunt. Rustici agros colunt, fructus omneis in commune conferentes. Qui ex eis optimè uidentur agro colendo uacare, hi usque ad numerum decem ad cæterorum exhortationem distribuendo fructuum iudices à sacerdotibus leguntur. Pastores tum ea quæ ad sacra pertinent, tum reliqua in publicum, alia numero, pondere alia cum omni ferunt diligentia. Nihil enim priuatum cuiusquam est, domo atq; horto exceptis: sed tum uectigalia, tum cætera sacerdotes percipiunt: æquè illa cæteris, prout usus fuerit, dispertientes. Ipsis duplum cōceditur. Vestibus induuntur mollibus. Oues enim apud eos plurimum cæteris antecellunt mollitie. Ornamenta aurea non tantum mulieres, sed etiam uiri ferunt, torquibus collum ornantes, armillis manus, aures more Persarum inauribus, pedes nouis ac uarij coloris calceis. Milites patriam armis tutātur. Pars enim quædam eius oræ à latronibus, qui agricolas per insidias capiunt, infesta est. Sacerdotes ultra reliquos delicijs uacant, uitam ducentes mundam ac sumptuosam. Stolas lineas maximè tenues ac delicatas, quandoque uerò uestes ex molliori lana contextas induuntur. Mitras insuper gestant auro intextas. Sandalijs pro calceamentis uarij coloris utuntur, summa arte factis. Ferunt & aurea, mulierum more præter inaures, ornamēta. Hi maximè deorum incumbunt curæ, hymnis & laudibus eorum gesta recensentes. Narrant sacerdotes, genus eorum manasse à Creta ab Ioue ductum, cum in Panchaiam uenisset: quo tempore inter homines uersatus, orbi imperitauit. Horum coniecturam ex sermone sumunt, cum multa penes eos uerbis Cretensium dicantur: beneuolentiamq; quam erga Cretenses habent, tradita illis à maioribus huius rei memoria, à parentibus cepisse. Ostendunt præterea horum scripta quædam ab Ioue relicta, quo tempore templum construxit. Referta est etiam ea regio auro, argento, ære, stanno, ferro: quorum nil extra insulam asportari licet. Neque uerò sacerdotibus extra locum sacrum proficisci fas est. Extra deprehensum, interfici licet. Dona plurima aurea atq; argētea dijs à longo tēpore oblata in tēplo seruantur. Valuæ eius structura mirabili, auro argento, ebore sunt decore. Dei lectus sex est cubitorū lōgitudine, quatuor latitudine, aureus totus, opificio splendido ac uenusto. Simili modo & Dei mensa tū magnitudine, tum pari impensa splendoreq; iuxta lectū posita. Huius in medio est & alter lectus ex auro pmagnus, sacris Aegyptiorū literis inscriptus, in queis Vrani & Iouis gesta, deinde Dianę ac Apollinis à Mercurio scripta continebātur.

Animalia quibus abundat Panchaia.

Politia Panchæorum.

Vestitus & ornatus.

DE SAMOTHRACIA, ET DE MYSTERIJS QUÆ IN EA SUNT. CAP. XI.

INsulas Oceani Arabiæ oppositas postquam recēsuimus, nunc ad eas transeamus, quæ Græciam, Aegeumq; pelagus spectant, initium earum à Samothracia sumentes. Hanc nonnulli Samon uocitatam priscis temporibus tradunt: deinde ab antiqua Samothracia insulæ propinqua, Samothraciam dictam,

Samothracia.

dictam. Habitarunt eam prius indigenæ, cùm eorum qui in ea primùm fuêre tum homines tum duces, nullæ nuptiæ ferantur. Quidam aiunt, priscis temporibus insulam uocatam Samum, ab incolis qui ex Samo ac Thracia eò profecti sunt, dictam Samothraciã. Sua olim lingua indigenæ usi sunt cuius multa uestigia in sacris ad nostram usq; ætatem perdurãt. Tradunt Samothraces, ante Deucalionis diluuium aliud quoq; antea magnum apud eos extitisse. Id primum ab ostio Cyaneo, deinde ab Hellesponto erupisse. Ponti enim pelagus in modum stagni fluminum incursu, aquarumq; inundatione adauctum adeò supra modum in Hellespontum effluxit, ut Asiæ magna pars secus mare sita, fuerit diluuio absumpta: plana quoq; Samothraciæ ora crescente mari, uastata est. Qua ex re posteri piscatorum nonnulli iactis retibus quædam columnarum lapidea capita in terram traxere, tanquàm urbibus aqua submersis homines ad altiora insulæ loca confugerint. Decrescente deinceps mari, accolas uota diis fecisse: salutemq; consecutos, circum insulam salutis terminos statuisse tradunt. Erexisse quoq; aras, in quibus nunc usq; sacrificatur: ut palàm sit ante diluuium eam insulam habitatam fuisse. Postmodum ortum in ea ferunt Saona ex Ioue ac nympha, ut quidam uolunt: ut alij, ex Mercurio & Rhe Saon.
na, qui populum dispersum in unum congregans, inditis legibus, Saon ab insula uocatus est. Hic populum in quinq; tribus partitus, unicuiq; indidit filiorum nomen. Tradunt eo tempore ex Ioue ac Electra Dardanum, Iasionem & Armoniam ortos. Dardanus uir prudens, in Asiam nauigio transuectus, urbem Dardanam condidit: constituto q; regno, circa Troiam quæ postea condita fuit, populos sibi subditos Dardanos uocauit. In multas præterea gentes imperio diffuso, Dardanos in eis pro Thracibus locauit. Iouem uerò aiunt, cũ uellet filiorum alterum honore insignem esse, docuisse eum initiandi ceremonias, quas haud fas est audire nisi initiatos. Videtur autem hic primus hospites initiasse: exq; ea re ceremonias reddidisse celebriores. Cadmum deinceps Agenoris Europam quærentem, cùm ad eos peruenisset, perceptis ceremonijs, Armoniam Iasonis sororem duxisse uxorem, non (ut Græci fabulantur) Martis. Has nuptias à diis primùm celebratas ferunt: Cererem q; in gratiam Iasionis ei ex frumento panem attulisse, Mercuriũ lyram, Palladẽ decantatum monile, peplum, ac tibias. Electram uerò magnæ deorum matris sacra celebrari ostendisse cum cymbalis, ac psallentium tympanis. Et Apollinem quippe cithara usum, & Musas tibijs, cæteros deos plausu nuptiarum incunditatem auxisse tradunt. His actis, Cadmus iuxta oraculi responsum condidit in Bœotia Thebas. Iasion sumpta uxore Cybele genuit Corybantũ. Verùm ad deos trãslato Iasione, Dardanus Cybele, ac Corybantus sacra deorum matris in Phrygiam detulerunt. Ceres primo nupta Olympa genuit Alcen, deamq; Cybelen ab se nominauit. Corybantus eos qui matris sacrificijs incumbebant, appellauit ab se Corybantas. Despondit quoq; Theben Cilicis natam. Tibias in super inde in Phrygiam traduxit, ac in Lyrnessum Mercurij lyram ab Achille postmodum sublatam. Ex Iasione præterea ac Cerere Plutonem fabulæ natũ uolunt. Verùm constat frumenti copiam in nuptijs Armoniæ ob Iasionis beneuolentiam dono datam. Quæ de eiusmodi ceremonijs singulatim traduntur, in arcanis seruantur, solis initiatis nota. Vulgata est horum deorũ præsentia, atq; in periculis mirabile præsidium ipsorum inuocantibus numen. Effici quoq; asseuerant horum mysteriorũ participes, iustiores, magis pios, & prorsus meliores uiros. Ideoq; uetusti heroës ac semidei qui præclari fuêre, initiari summopere cupierunt. Nam Iason, Castor, Pollux, Hercules, Orpheus, his initiati sacris, fortunati in bello horum deorum fauore extiterunt.

DE NAXO, CYRNO, ET CALYDNA.
Cap. XII.

Strongyle, seu Naxus.

NVnc ad Naxum ueniamus. Hanc primum Strongylen dictam, habitarunt ex huiusmodi causa Thraces. Fabulantur Boreos pueros fuisse Butem, ac Lycurgum, non ex eadem matre fratres. Butes qui iunior erat, cum insidias parasset fratri, re palàm facta nil asperiùs Lycurgus egit, quàm ut unà cũ insidiatoribus nauigijs sumptis, Butes nouam regionem cogeretur quærere. Itaq; Thracibus periculi socijs assumptis, per Cycladas ad insulam Strongylen profectus nauibus, nauigantes prædari cepit. Cùm raræ apud eos essent fœminæ, multas ex alijs locis mari raptas adduxêre. Cycladum quædam omnino desertæ erant, quædam paucis incolis fultæ. Quapropter alias regiones prædandi gratia petentes, cum ab Eubœa arcerentur, ad Thessaliam nauigarunt: ubi in continentẽ descendens Butes, casu in sacerdotes Bacchi circa mõtem Arcadiæ qui dicit̃ Dryos, Orgia celebrantes incidit. His conspectis, quedam abiectis in mare sacris confugerunt, aliæ montem propinquum petiuêre. Coronis rapta ad Butæ concubitum compulsa est. Quod illa molestius ferente, cùm Bacchi auxilium imploraſſet, Butes in insaniam uersus in puteum se deijciens expirauit. Reliqui Thraces alijs mulieribus raptis, in queis clarissima fuit uxor Aloëi Iphimegea, eiusq; filia Pancratis, in insulã sunt reuersi. Hic Thraces loco Butæ alium regem insulæ præfecerunt Agassomenum, cui Pancratidem Aloëi filiam prestantẽ pulchritudine, matrimonio iunxêre. Verùm anteq̃am regi desponderetur, duces eorũ præcipui Sicelos atq; Cetetus pro Pancratide mutuis uulneribus dissensione inter eos orta, conciderũt. Agassomenus amicorũ cuidã nuptui Iphimedeã dedit. At uerò Aloëi Epialtes atque Othus filij ad inuestigandas uxorem filiamq; missi, cùm in Strongylen peruenissent, Thracib. bello subactis, urbeq; obsidione capta, defuncta postmodũ Pancratide, in insula Thracibus imperantes mansêre, appellaruntq; insulam Diam. Orta postmodum inter eos regni contentione, cùm ad certamẽ descendissent, multis utrinq; cadentibus, mutua occubuerunt cæde: atq; ab incolis postea tanquã heroës culti fuerunt. Igitur Thraces qui superfuerunt, cùm annis postea ducentis insulã tenuissent, siccitate urgente eã deserere coacti sunt. Cares deinceps ex Samia aduecti, insulã possederunt: quibus Naxus Palemonis imperãs, pro Dia ab se cognominauit Naxon. hic uix bonus ac præclarus filiũ reliquit Leucippũ. Ex quo ortus filius Merdeus imperauit insulæ. Theseus postmodũ ex Creta cũ Ariadne profectus, in ea permansit insula. Qui cũ per somniũ Bacchũ sibi, nisi Ariadnen reliquisset, minitantem uidisset, timore perculsus muliere omissa, ex insula discessit. Bacchus noctu sumptã Ariadnẽ in montem tulit, qui appellatur Dryos. Et is primũ euanuit ut Deus: tũ quoq; Ariadne non amplius uisa est. Ferunt Naxij hũc Deũ apud eos nutritum, ob eamq; rem insulã ei acceptissimã esse, Nysiademq; à nonnullis dici. Nam louẽ eorũ fabulæ tradunt, Semele ante partũ fulmine icta, sumptũ in femore infantem, ut clàm Iunone esset, usq; ad pariendi tẽpus abscondisse: inq; Naxo insula natũ Philiæ, Coronidi, Clidæq; loci nymphis præbuisse educandũ. Fulminasse aũt ante partũ Semelen, ut non ex mortali, sed ex duobus dijs ortus euestigiò fieret immortalis. Incolis uerò ob Bacchi nutriendi curã gratiæ sunt redditæ, felicitate insulæ, & ut classe prestaret, præbita. Nã primi à Xerxe deficientes, & classe eum oppugnarunt, & apud Plateas in acie opera eorum insignis fuit. Vina præterea habent præcipua, indiciũ haud paruũ Dei erga insulã affectionis. Hanc Symen antea dictã, cũ esset cultoribus deserta, primùm cũ Triopo aduecti aduenæ habitarunt. Horũ duces Cithonius Neptuni filius, ac Symes, à quo & insula id nomen sortita est, extiterunt. In ea postmodũ regnauit addita Gnidiq; parte Nireus, Charopi atq; Aglaï filius, speciosus admodum, qui

qui cum Agamemnone ad Troiã profectus est. Confecto Troiano bello insulam ceperunt Cares: quo tempore plurimum mari poterant. Hi siccitate ingruente fugientes ex insula, locum quem Vranium dicunt, habitarunt. Syme mansit deserta, quoad Lacedæmonijs Argiuis in eam insulam transeuntibus habitata est. Quidam Nausus nomine, qui antea cũ Hippothoo uenerat, sumptis uoluntarijs colonis in Symen tunc inhabitatam primùm transijt: deinde nonnullos duce Zucho eò nauigãtes, communicata cum eis insula, suscepit. Eam coloniam à Gnidijs ac Rhodijs deductam ferunt. Calydnam uerò ac Nisyrum olim à Caribus possessas. Thettalus postmodum Herculis tenuit. Antiphus deinde Phidippusq; Coorum règis filij, ad Ilium ab insulis nauigãtium duces fuêre. Tum uerò à Troia quatuor Agamemnonis nauibus ad Calydnã aduecti, immixtiq; accolis, ibidem permanserunt. Priscos Nisyri incolas terræmotus absumpsit. Peste deinceps afflicta insula, eò coloniam misere Rhodij, Carpathum primi inhabitarunt quidam Minois milites, quo tempore Græcorum primũ maris imperio potitus est. Multis postmodum seculis Iochus Demoleontis Argiuus genere, iuxta certum respõsum, coloniam in Carpathum deduxit. Rhodus insula primùm inhabitata est ab ijs quos Telchines appellant, secundum fabulas Martis filios. Fertur sanè, eos unà cum Calpharna Oceani filia nutrisse Neptunum, ab Rhea illis datũ. Fuisse quoq; eos aiunt quarundam artium inuentores, aliaq; ab ipsis utilia permulta in usum hominum deducta. Statuas insuper deorum fabricasse primò, quędamq; antiqua eorum nomine signa fuisse appellata. Nam apud Lydios Apollo Telchinius, Iuno ac nymphæ apud Ialysios Telchiniæ, apud Camiræos Iuno Telchinia dicuntur. Incantatores etiam uolunt eos fuisse, & tanquam magos: nubes, imbres, grandinem, niuem inducere: ac mutare proprias formas, cùm uellent, solitos, & aliis doctrinam artium inuidisse.

DE RHODO, ET IIS QVAE DE EA FAbulosè feruntur. Cap. XIII.

Rhodus unde nomen fortuta.

NEptunus iam uir, ex Alia Telchinum sorore ab se dilecta genuit liberos, mares sex, fœmellam unicam nomine Rhodon: à qua & insula cognominata est. Fuerunt in ea parte insulæ quæ ad orientẽ pertinet, Gigantes, quo tempore Iouem ferunt expugnatis Titanibus Imalię nymphę amore captum tres ex ea suscepisse pueros, Spartæum, Dronium, Cytum. Quorum ætate tradunt Venerem, cum ex Cithero Cyprum peteret, aditu prohibitam à Neptuni filijs, superbis atq; contumelioſis: eamq; ob rem iratam deam, eos in insaniam ab se uersos adegisse, ut matrẽ ui cognoscerent, multisq; incolas afficerent calamitatibus. Quæ Neptunus perspiciens, filios ob rei turpitudinem suffodit in terram: quos orientales dæmones appellant. Aliam in mare projectam uocauit Leucotheam: cui immortalium honores incolæ tribuerunt. Postmodum Telchines futurum præuidentes diluuium, relicta abierunt. insula Lycus deinceps cum in Lyciam uenisset, templũ Lycij Apollinis apud Xãthum fluuium erexit. Facto diluuio, cæteri quidem aqua deleti sunt, locis insulæ plænis ob pluuias in modũ stagni redactis: pauci, & in his Iouis filij, qui ad montes confugerant, euasere. Sol secundum fabulas Rhodiæ amore captus, insulã aqua amota Rhodum ab ea dixit. Verùm id constat, cùm à primordio insula referta paludibus admodũ humida esset, Solis calore arefactos humores, terram fertilem reddidisse. Ab eo autem genitos septem numero, qui dicti sunt Heliades. Cùm alij præterea indigenæ populi insulam inhabitarent, existimatum est, insulam Soli sacram esse. Rhodij quoque postmodum Solem præ dijs cęteris coluerunt, tanq; sui generis authorem. Traduntur filij, Ochimus, Cercaphus, Macer, Actinus, Tenages, Triopas, Candalus, filia una Electryone: quę adhuc uirgo functa est uita, heroicos post obitum honores à Rhodijs sortita. Cùm iam uiri essent Heliades, Solẽ ferunt dixisse, qui Mineruæ primùm

sacra feciſſent,apud eos deam futuram.Quod idem cum Athenienſibus prædictum eſſet,aiunt,ab Heliadibus omiſſa propter feſtinantiam igne, immolata hoſtia, Cecropem Athenienſium regem poſtmodum accenſo igne ſacrificaſſe.Ex quo hucuſque mos huius ſacrificij ſolum in Rhodo perſeuerat: ibiq; permanſit dea.Hęc de Rhodijs priſci tradunt:in queis eſt Zenon, qui eius inſulæ geſta ſcripſit. Heliades peritiſſimi omnium, ſed maximè in Aſtrologia fuerunt.Addiderunt quoq; ad nauigandi artem permulta. Situm inſuper terræ conſcripſere.Præſtantiſsimus inter eos Tenages fuit, à fratribus ob inuidiã occiſus.Qua re nota,cędis participes aufugerunt,Macer quidem in Lesbum, Candalus in Coon: Actis ad Aegyptum tranſiens, in patris honorem Solis condidit urbem,à quo ad Aegyptios Aſtrologiæ notitia traducta eſt. Poſtmodum Græcia diluuio oppreſſa, cum plurimi homines periſſent, & literatũ quoq; monumenta deleta ſunt.At diluuij expertes Aegyptij, Aſtrologię artẽ ſunt proſecuti.Qua in re cum Græcos ob literarum defectum anteirent, accidit,ut primi Aegyptij crederentur Aſtrologię extitiſſe repertores. Eodem pacto cum ab Athenienſibus urbs nomine Sai in Aegypto fuiſſet condita, id quoq; propter diluuium ex hominum memoria delapſum eſt. Hanc ob cauſam exiſtimant multis pòſt ſeculis, Cadmum Agenoris filium, primùm literas in Græciam attuliſſe. Atq; ideò Græcos quadam communi ignorantia ductos, literarum inuentionem illi acceptam tribuiſſe. At uerò Triopas in Cariam nauigans,promontorium tenuit,ab eo poſtmodum Triopion cognominatum.Reliqui Solis filij qui procul à culpa cædis erant, permanſere in Rhodo,habitantes in Ialyſo,ubi & urbs condita ab eis eſt nomine Achaia.Horum Ochimus natu maximus regnum tenens, uxorem Egetoriã loci nymphã duxit,ex qua genuit filiã Cydippen,Cyrben poſtea appellatã. Qua Cercaphus frater in uxorẽ ſumpta,in regno ſucceſsit.His uita functis, filij tres regnum cepere,Lindius,Ialyſus,Camirus.Inundatione deinde aquarũ ſecuta, Cyrbe deſerta cultoribus facta eſt.Ipſi patriam inter ſe partiti,quiſq; urbem ſui nominis cõdidit.Poſt hæc Danaus ex Aegypto cum filiabus aufugiens,in Lydiam Cypri appulit:ſuſceptusq; ab incolis erecto Mineruæ templo,ſtatuam ingentem deæ dicauit. Hoc tempore Cadmus ad perquirendam Europam miſſus, uehementi iactatus tempeſtate in Rhodum uenit:ibiq; ſuſcepto antea dum fluctibus agitaretur uoto,ædificauit Neptuno templum: eiusq; curam Phœnicibus quibuſdam ab ſe in inſula relictis,qua Ialyſijs permixti cum eis permanſere,demandauit.Ex his poſtmodum ſacerdotes qui faciundis præeſſent ſacris, ex ſucceſſione manarunt. Cadmus Mineruam Lindiã ornauit donis:in queis olla fuit ærea admodum cõſpicua,antiquo more fabrefacta. In ea literis Phœniceis,quas aiunt primùm ex Phœnicibus in Græciam allatas,appellarasq; Phœniceas,inſcriptum erat,terram Rhodiam à ſerpentibus uaſtatum iri.Qua propter Rhodij poſtmodum in Delphos ſciſcitatũ miſere, quo pacto id auerteretur malum.Reſponſum Apollinis præcepit, ut Phorbantem cum ſocijs inſulam aſciſcerent. Hic Lapithi filius cum multis erat in Theſſalia ſocijs patriam ad habitandum quærens:ac citò iuxta Dei reſponſum, Phorbanti pars inſulæ ad habitandum conceſſa eſt.Cuius uirtute deletis ſerpentibus,liberata eſt eo timore Rhodos.Fuit hic inceteris quoq; rebus uir bonus: unde & poſt obitum,heroum meruit honores.His actis,Althemenes Catatrei filius, Cretenſium regis,cùm oraculum de quibuſdã ſciſcitaretur, reſponſum tulit,in fatis eſſe,ut pater ab eo interficeretur.Euitare fata cupiens,ſponte cum plurimis uoluntarijs abijt in eam Rhodi oram quæ Camiros dicitur: ſuperq; Achabyrum montem louí templum conſtruxit,Camiræum appellatũ: quod & nunc quoq; ſuper excelſum montis cacumen poſitum, unde Creta conſpici poteſt, præcipuo habetur cultu.Habitabat Althemenes cum his qui eum ſecuti erãt, in Camiro,præcipuo incolarum honore habitus.At pater Catatreus, cui nul-

De Solis filijs fabella.

Aegyptij,à quo Aſtrologiam didicerint.

la erat

la erit alia proles masscula, filij, quem præcipuè amabat, actus desiderio, profectus est in Rhodum, rapiendi nati, eiusq; in Cretam deducendi cupidus. Verùm ui fatorum, quæ superari nequit, urgente, cum noctu in insulã descendisset, orta inter suos locíq; incolas contentione ac pugna, Althemenes suis auxilio accurrens, iaculo inscius patrem occidit. Quo ex re Althemenes dolore ingenti perculsus, cum tantæ uim calamitatis ferre non posset, fugiens hominũ consortia ac sermones, solusq; per deserta inuiaq; loca aberrans, dolore consumptus expirauit. Cui à Rhodijs postmodum honores heroum impẽsi sunt. Paulò antè Troianum bellum Tlepolemus Herculis filius, ob Licymnij cædem ab se inscio interfecti, ex Argo sponte fugiens, secundum oraculi responsum quod super colonia deducenda consuluerat, cũ certis populis transcẽdit in Rhodum: ibiq; ab incolis susceptus habitauit. Factus deinceps insulæ rex, & patriam omnem reddidit insignem, & iustè imperauit. Inde ad lliũ cum Agamemnone profectus est, regni administratione Butæ, qui ex Argis cum eo fugerat, permissa. Is uir bello clarus, in agro Troiano defunctus est.

DE CHERRONESO, QVAE RHODO OPPOsita est. Cap. XIIII.

QVoniam Rhodiensium rebus, Cherronesi, qui locus eis oppositus est, quædam sunt immixta, haud ab re censemus & ipsa literis tradere. Cherronesus olim, ut nonnulli tradunt, à natura loci qui Isthmos dicit: ut uerò scripserũt alij, à Cherroneso qui eis imperauit oris, nomẽ traxit. Haud multò post huius imperiũ, uolunt Curetes quinq; ex Creta eò transfretasse, illorum posteros, qui ab Ioue & Rhea orti sunt, inq; Idæis mõtib. Cretæ educati. Hi in Cherronesum haud parua classe nauigantes, Cares in ea habitantes expulère, omnemq; eam subactã regionẽ in quinq; distribuerunt partes, condita à quoq; eorũ sui nominis urbe. Paulò uerò post Inachus Argiuorũ rex amissa lo nata, Cyraum præstantem ducem cum haud contemnenda classe ad eam inquirendã mittens, reditũ absq; filia interdixit. Verùm cũ diutiùs uarijs peragratis orbis locis, incassum quæsita esset, ex Caria Cherronesum contẽpta patria petiuit: deinde partim suadendo, partim cogẽdo quorundã locorũ rex factus est, urbe ab eo nomine suo cõdita. Vtilitati publicæ intentus, magna gloria apud subditos uixit. Triopas deinceps contaminatus cæde fratris, cùm in Cherronesum peruenisset, à Melisso rege cædis purgatus, in Thessaliã transijt, Deucalionis filijs belli præsidio futurus. Pulsis inde Pelasgis, agrũ Doreon sortitus est. Cùm templũ Cereris euertisset, eius materia abulus est ad regiæ cõstructionem. Igitur incolarum odio contracto ex Thessalia fugiens, cùm populis qui secũ nauigarant, in Gnidiam uenit: in qua & urbẽ condidit sui nominis Triopiam. Inde profectus, & Cherronesum cepit, & ei conterminæ plurimam Cariæ partem. De Triopę genere plures scriptores poétæq; dissentiunt. Nam traduntquidam, ipsum ex Canace Aeoli filia Neptuno q;, alij ex Lapitho Apollinis Scibeq; Penei ortũ. Est in Castamo Cherronesi templũ sanctũ Semideæ: de qua cum multa uariè ferantur, haud silendũ uidetur. Verùm nos id quod magis increbuit, quodq; consentiunt accolæ, referemus. Staphylo ac Chrysothemidę fuisse tradunt filias tres, Molpadiam, Rheam, Partheniã. Rheam ab Apolline compressam, grauidam esse factam: patrem iratũ, tanquam ab homine corruptam filiam, in arca inclusam, in mare deiecisse: quæ cum in Delum appulisset, filium genuit nomine Anium. Mulier præter opinionem salutem assecuta, infante post partum super Apollinis altare posito, Deum orauit, ut si ex eo esset genitus, puerum saluaret. Apollinẽ dicunt absconditò infante eius educandi curam cepisse: doctumq; deinde diuinãdi artem, magno honore affeciſſe. At uerò Molpadiam Partheniamq; Rheæ sorores, patris custodientes uini amphoram paulò antè inter homines reperti, somnus oppressit. Interim

Isthmus.

Triopes.

nutrita

nutrita apud eas ſus, thalamum ingreſſa, uini amphoram fregit. Quo diſſipato, uirgines patris iracundiam ueritæ, cum ad littus confugiſſent, è ſaxo ſe in mare præcipitauêre. Apollo in earum ſororis gratiam, manibus ſuſceptas, in Cherroneſi urbes incolumes detulit. Partheniæ in Bubaſto Cherroneſi diuùm honores habiti, & fanum ædificatum. Molpadia in Caſtamum accedẽs, prædicatione Apollinis Semidea dicta, apud Cherroneſios in honore fuit. In eius ſacris, propter caſum qui ex uino accidit, meliora libant. Tangentem uerò aut edentem porrum, nequaquam fas eſt templum ingredi. Adeò autem poſtmodũ Semideæ religio excreuit, ut non incolæ ſolùm, ſed externæ quoq; gentes ad id templum proficiſcerentur, ſacris donisq; egregijs deam colẽtes. Quod uerò maximum habetur, Perſæ imperantes Aſiæ cum omnia Græcorum loca ſacra expilaſſent, ſolum huius Semideæ templum intactum liquere. Latrones inſuper ſingula rapiẽtes, hoc ſolum haudquaquàm muro cinctum, ut abſque periculo ſpoliari queat, inuiolatum ſinunt. Huius rei cauſſam tradunt, deæ communem in omnes beneficentiam. Nam & ægros per ſomnum curas morborum docet, & multis inſuper ſanitatem deſperantibus ſalutẽ prębet. Mulieres præterea parturientes à laboribus ac uitæ diſcrimine hæc liberat dea. Quo factum eſt, ut plurimorum qui ſalutem aſſecuti ſunt, donis refertum templum exiſtat, neq; cuſtodibus, neque mœnibus, ſed religione tutum. Et de Rhodo Cherroneſoq; hactenus. Nunc ad Cretam tranſeamus.

Peregrinationes Ethicæ ad delubra.

DE CRETA, ET IIS QVAE DE EA FABVLOſe feruntur, uſque ad recentiora tempora. Cap. XV.

QVi prius Cretam inhabitarunt antiquiſsimi, dicuntur Etheocretæ indigenæ fuiſſe. Horum rex Cretas fuit, plurimarum in ea inſula rerum quę ad uitam mortalium conferunt, inuentor. Plurimos quoque deorum apud ſe fabulantur extitiſſe, quos propter beneficia hominibus impenſa, ut deos poſteri coluerunt: de quibus ſingulatim recenſebimus, eos imitati qui Cretenſiũ geſta conſcripſere. Primi, qui quidem memorię tradantur, in Creta circa Idam habitarunt, Idæi Dactyli hoc eſt Digiti, appellati. Hos quidam centum fuiſſe numero tradunt: alij decem. qui eo nomine uocati ſunt, ob parem numerum manuum digitorum: in queis eſt Ephorus. Volunt nonnulli Idæos Dactylos ex Ida, quæ eſt in Phrygia, extitiſſe: indeq; cum Mygdono tranſcendiſſe in Europam. Diuinandi quoque arte peritos, docuiſſe, cantum, initiationes, ac myſteria. In Samothracia uerò magnam ſui admirationem prębuere incolis: quo tempore Orphea ferunt ingenio ad poëſim melodiamq; præſtanti, horum diſcipulum, primum ad Græcos initiandi morem myſteriaq; attuliſſe. Idæi Dactyli traduntur ignis uſum, ac æris ferriq; naturam, quoq; modo fabricarẽtur, in loco quem Berecynthum dicunt, inueniſſe. Cum magnorũ bonorũ generi hominũ haberentur authores, immortalium honoribus donati ſunt. Scribunt etiã, unum ex eis appellatũ Herculem: qui cum gloria excelleret, Olympia inſtituit certamina. Poſteros uerò nominis ſimilitudine ductos, eſſe opinatos, ab Hercule Alcmenæ ea certamina inſtituta. Horum aſſeruãt antiquitus & nunc uſq; extare ueſtigia, quòd fœminæ multæ ab hoc deo cantus quoſdam ſumant, ac ſuperſtitioſa quædam faciant: tanquã & ipſe incantator extiterit, & initiationibus deditus. At hæc, plurimum aliena ſunt ab Hercule qui eſt ex Alcmena ortus. Poſt Idęos Dactylos ſecuti ſunt Curetes nouem, quos quidã ex terra genitos uolunt, alij progeniem Idæorum Dactylorum. Habitaſſe autem in montibus ac conuallibus arborũ plenis, tecta ac indumenta quæ natura præberet, nondũ repertis domibus, habentes. Cum prudentia eminerent, multa ad uitam utilia ab eis inuenta ſunt. Nam primos omnium greges coëgiſſe, aliquaq; manſuefeciſſe pecora: mellis inſuper, & ſagittandi uenandiq; modũ induxiſſe perhibent. Hominum quoq; cœtus ad cõmunem uitæ & legum

Etheocretæ.

Idæi Dactyli.

Hercules cretenſis, et alter Alcmenæ filius.

gnum disciplinam illos instituisse ferunt. Reperisse insuper ensem, galeam, ac cum armis saltandi morem: quorum strepitu permagno Saturnus deceptus est. Aiunt præterea, Iouem clàm Saturno ab Rhea matre datum his fuisse nutriendum: de quo cum singulatim scripturi simus, paulò altiùs narratio repetenda est. Tradunt Cretenses, Curetum tempore Titanas in Gnosia habitasse: ubi & nunc quoq; fundamenta uisuntur domus, in qua educata Rhea est, atque antiquum cupressorum nemus. Fuisse autem sex numero uiros, fœminas quinq;, ex Vrano & Tellure natos, quidã tradunt. Alij, ex una Curetũ matre Titea: à qua & id nomen sumpsere. Mares quidem fuere, Saturnus, Hyperion, Conis, Iapetus, Creius, postremus Oceanus. Horum sorores, Rhea, Themis, Memoria, Phœbe, Tethys. Hi omnes rei alicuius quæ usui hominũ esset inuentores, honores nomenq; sempiternum adepti sunt. Saturnus nutu maximus rex factus, homines ex agresti incultaq; uita ad mores legesq; & humaniorem cultum deduxit. Qua ex causa, cũ magna esset apud omnes fama, multa orbis loca peragrauit, exhortans ad iustitiam singulos, & animi uirtutem: obq; eam rem subditos suos bonis moribus institutos reddidit probitate felices. Imperauit maximè ijs quæ ad occasum pertinent locis, maximo in honore apud omnes habitus. Ideò usq; ad recentiora tẽpora & à Romanis Carthaginensibusq;, ac alijs proximis gentibus ceremoniæ sacraq; præcipua Saturno fiunt. Multa uerò loca ab eo nomen sumpsere. Et cum legibus homines obtemperarent, nulla iniustitia apud eos erat, sed omnes eius imperio parentes, summa cum uoluptate felicem uitam agebant. Horum testis est poëta Hesiodus, qui eadem in suis carminibus affirmat. Huiuscemodi Saturni fabulæ feruntur. At Hyperion Solis ac Lunæ aliorumq; astrorum motus, horasq; primum summa cura obseruationeq; ab se percepta, cæteris noscenda tradidit: ideoq; horum parens nominatur, ueluti ipsorum naturæ contemplator. Ex Saturno ac Phœbe orta Latona est, ex Iapeto Prometheus, quem nonnulli scriptores tradũt ignem ab dijs furto sublatum hominibus dedisse. Sed ab eo constat illa, quibus ignis alitur, reperta. Ex Titanibus uerò Mnemosynen tradunt loquendi modum inuenisse, ac rebus imposuisse nomina: licet à quibusdam ea Mercurio tribuantur. Huic quoq; deæ rerum memoriam, à qua & nomen sortita est, assignant. Themim tum diuinandi artem, tum sacra cultusq; deorum introduxisse dicunt: eaq; quæ ad bene uiuendum, & pacem pertinent ostendisse. Ideoq; conditores legum, sacrorumq; custodes, eos qui deos colunt, & hominum leges seruant, dictos. Apollo quidem traditur, cum esset responsa daturus, Themim consulere solitus, tanquam diuinandi artis in uentricem. Hi Dei quoniam in plurimis profuerunt mortalium uitæ, non solùm immortales honores adepti sunt, sed primi Olympum post obitum habitare existimati sunt. Saturnus ac Rhea Vestam, Cererem, Iunonem, Iouem, Neptunum ac Plutonem genuerunt. Horum Vesta structuram domus inuenisse fertur. Iupiter postmodum apud omnes fermè homines ob hoc beneficium honorari eam, sacrisq́ue coli uoluit. Ceres, frumenti, quod fortè inter alias herbas nascebatur ignotum cæteris, prima usum inuenit: docuitq; homines comportandi seruandiq; & serendi modum. Est autem ab ipsa frumẽtum, ante genitam Proserpinam repertum. Nam post eius à Plutone raptum, frumenta omnia tum in Iouis odium, tum propter dolorem filiæ incendisse ferunt. Sed ea inuenta & reconciliatam esse Ioui, & Triptolemo frumenti dedisse semen, mandasseq;, ut cum omnibus id donum participans, modum seminandi monstraret. Traditur à nonnullis, illam leges quoq; dedisse, quibus homines iustè uiuere assuescerent: unde & legifera dicta est. Et quoniam maximorum bonorum causa humanæ generi extitisset, ab omnibus non solum Græcis, sed barbaris quoq;, ad quos frumenti peruenit usus, honoribus sacrisq; solennibus ac celebritate præcipua colitur. Nonnulli de frumenti inuentione secus sentiunt,

πρόκλησις, de Iouis educatione.

Giganter.

Saturnus.

Hyperion.

Prometheus.

Mnemosyne.

Themis.

Ceres.

sentiunt, penes se eam primò deam apparuisse, frumentiq; naturam & usum penes se repertum asserentes. Nam traditur ab Aegyptijs, Cererem & Isidem eandem esse deam, primamq; in Aegyptum attulisse frumentum, Nilo Aegypti campos irrigante, omniq; regione ad ferendos fructus optimè sita. Athenienses quamuis inuentionem frumenti fateantur, uolunt tamen aliunde in Atticam delatum: locumq; qui id primum donum susceperit, Eleusinam appellant: eo quòd ab alijs id semen ad eam oram sit apportatum. Siculi, quum insula Cereri ac Proserpinæ sacra existat, æquũ censent, frumenti usum ei primùm regioni fuisse ostensum, quàm in primis amarit. Haud enim uerisimile est, eam regionem quam ut propriam Ceres admodum fructiferam præstitisset, postremam huius beneficij participem effecisse: præsertim cùm in ea insula & filiæ raptus contigisset, & frugum esset fertilis, ubi etiam sua sponte, prout poëta tradit, nascantur hordeum ac frumenta. Sed de Cerere hactenus. De diis uerò alijs ex Saturno & Rhea natis, Neptunus secundùm Cretenses primus, nauigandi arte inuenta classem instituit, eiusq; præfectus est à Saturno factus. Quapropter traditum est posteris, Neptunum imperasse mari, sacraq; ei à nauigantibus facta. Addunt etiam, Neptunum equos primum domuisse artemq; equitandi ab illo traditam: ex quo Hippius sit appellatus. Plutonem uolunt, sepulchrorum, funerum, atq; honorum qui mortuis impenduntur, usum introduxisse, cùm antea nulla earum rerum apud homines esset consuetudo. Quæ causa extitit, ut uita functis dominari existimaretur, antiquitate illi huius curæ principium tribuẽte. De Iouis genere atq; imperio dubitatur, Nam quibusdam placet, postquam Saturnus ad deos transijt, susceptisse regnum, non ui patrem expulisse: iusteq; & legitimè regno potitum. Alij Saturno uolunt in ortu filij responsum, fore ut ab Ioue ui regno pelleretur. Quæ res Saturnum impulit, ut filios sæpius perimeret. Id ægrè ferens Rhea, cum uiri animus placari non posset, Iouem in Ida ab se editum clàm nutriendum Curetibus, iuxta Idæ montem habitantibus, dedit. Hi in antrum ad nymphas, commendata illis infantis cura, detulerunt. Lacte capræ, quę Amalthea dicta est, melleq; educatus est. Multa insuper Iouis tum generis, tum educationis aiunt in ea insula extare uestigia. Nam cum à Curetibus infans ferretur, tradunt, umbilicum iuxta fluuium Tritonum cecidisse: ex quo ora & illa ab eo quod accidit, Deo sacra, Omphalum, id est umbilicus cognominat, & propinquus ager est Omphalium appellatus. In Ida antrum, ubi nutritus dicitur, sacrum est, & circa illud prata manent intacta. Verùm quod de apibus mirabile dictu tradunt fabulæ, minimè uidetur prætereundum: Iouem scilicet in sempiternam amoris erga eas memoriam, illarum colorem immutasse, inq; æris uertisse aurati. Quamuis autem locus is admodum excelsus, asperq; situ, uentisq; agitatus, niuibus sit infestus: nullo tamen apes incommodo aut molestia afficiuntur. Capræ quæ eum nutrijt, & alij sunt honores impensi, & locus eius est Aegiochus uocatus. Adolescentiam egressus, in Ida ubi genitus est, urbem condidit, cuius postmodum destructæ etiamnum extant reliquiæ. Excessit hic Deus fortitudine & cæteris uirtutib. omnes. Accepto enim post Saturnum regno, maxima plurimaq; contulit ad hominum uitam. Primus omnium iustitiã docuit mutuò seruari inter mortales, omni ui atq; iniuria remotis. Lites ac contẽtiones, iudicio auferens, singula quę ad bene uiuendũ ac pacẽ pertinerẽt, summa ope procurauit. Bonos ad uirtutẽ exhortatus est: improbos timore coërcuit iacpœna. Omnẽ penè orbem circumiens, bello impijs ac prædonibus indicto, æquitatẽ ac leges introduxit. Per id tempus & Gigantes ab eo sublatos aiũt: in Creta quidẽ Milinũ, in Phrygia Typhonẽ. Ante pugnã quæ cum Gigantibus in Creta habita est, Iouẽ sacrificasse dicunt Soli, Vrano ac Telluri bouem. Quę sacra Iouem fore superiorẽ portendentia, primùm uires, & ab hostibus defectionem, tum finẽ belli futurum monstrarunt. Musęus quippe

Isis, Ceres ab alijs dicta.

Neptunus.

Pluto.

Iupiter.

Iupiter in Creta educatus.

Iupiter quæ præstiterit.

quippe ab eis desciuit, obq; id ei honores tributi: à diis autem omnes hostes cæli sunt. Sed & alios quoq; diis præsidium belli tulisse aduersus Gigantes constat. Macedones quidem circa Pallenen, in campo quem olim à loci conflagratione Phlegræum, postmodum Cymęum cognominarunt: animaduersum esse ab Ioue in Gigantes ob eam causam dicunt, quòd magnitudine ac robore corporis confisi, aduersiq; legibus, & multa egerint in homines iniusta, & propinquas gentes in seruitutem redegerint, bellumq; his intulerint qui ob singularia in omnes nationes beneficia Dei sint existimati. Feruntur ab Ioue non solùm impij nefarijq; deleti, sed etiam diis heroibusq; ac hominibus benemeritis honores impensi. Propter eius beneficentiam, imperijq; magnitudinem, omnium consensu & regnum perpetuum tributum est, & habitatio in Olympo. Sacrificia insuper illi super cæteros statuta. Postea uerò quàm in cœlum delatus est, memoria nominis eius animis hominum in quos beneficia contulit, adeò infixa permansit, ut omnium quæ in cœlo fierent, uelut imbrium, tonitruum, ac fulminum, cęterorumq; eiusmodi potens existimaretur. Itaq; quòd uitæ causa hominibus esse uideretur, cùm fructus terræ ad maturitatem perduceret. Zena à uiuendo, hoc est, Iouem dixere: Patrem uerò tum quia singulorum susceperit summa cum benuolentia curam, tum quia tanq; dux hominibus extiterit rectè uiuendi. Imperator ac rex, ob imperij amplitudinem: Consulor ac prouidus, propter consulendi prudentiam appellatus est. Pallas. Tradunt etiam Palladem in Creta ex Ioue apud fontes Tritonis fluminis ortam, ex quo Tritonia dicta: & nunc quoq; apud eos fontes ubi nata est, huic deæ sacrarum fanum est. Fabulantur præterea, nuptias Iouis & Iunonis in ora Gnosiæ fluuio Therino proxima, ubi nunc templum est, factas: sacraq; quotannis sanctè ab incolis fieri, nuptias prout olim factæ traduntur, reprę sentantibus. Ex Ioue creatas uolũt Venerem, Gratias, Lucinã, Dianam, & eas quas dicũt Horas, Eunomiam, Iustitiam, Pacem, Palladem, Musas: Deos uerò, Vulcanum, Martem, Apollinem, Mercurium. Horum cuiq;, ut perpetua apud omnes uigeret memoria, ab se inuentorum gestorumq; Iupiter laudem & honorem tribuit. Veneri nanq; maturam uirginum ætatem, aliarumq; curam rerum, quæ nunc etiam circa nuptiarũ sacra ac fœdera in eius cultum celebrantur, dedit. Sacrificãt aũt omnes prius Ioui perfectori, Iunoniq; perfectrici: quoniam hi primi duces inuentoresq; omnium extiterũt. Gratijs, quæ ad oris speciem, ac partium corporis formam decoremqúe spectent, insuper beneficij & gratiæ retributionem. Lucinæ parientium cura, officiumq; eorum quæ parturientes perferunt: unde & in partus discrimine ac difficultate hanc mulieres præcipuè inuocant deam. Ad Dianam tradunt infantium, ac ciborum, quos id ætatis postulet, officium pertinere: qua ex causa puerorum nutricem uocari dicunt. Earum quas Horas dicunt, datum est suum cuiq; munus ad uitæ cultum, & mortaliũ commoditatẽ. Nihil enim est uitæ hominũ ad felicitatẽ comparandam utilius, q; leges, iustitia, ac pax. Palladi oleatum oleiq; educendi inuentionẽ tribuunt. Nam ante huius deæ ortum erat hæc arbor cum aliis sylue stribus immixta. Olei usus aberat, cùm esset ignota. Hæc olei exprimendi modum inuenit. Addunt ipsi quoq; uestium apparatum, & ædificandi artẽ: multaq; præterea uolunt in cæteris artis hominibus contulisse. Nam & tibias, earumq; cantum, & plurima instrumenta ad uaria opificia, ex quibus operaria dicta est, inuenit. Musis à patre concessa est literarum inuentio, & carminum (quæ poẽsis appellatur) ratio. Nam qui dicunt, Phœnices à Musis perceptas literas tradidisse postmodũ Græcis, ij sunt qui cum Cadmo in Europam nauigarunt: ex quo à Græcis literæ Phœniceæ appellatæ sunt. Verùm Phœnices à primordio non literas inuenisse uolunt, sed earũ formã tantũ immutasse: eaq; literarũ forma cum plurimi homines uterentur, hoc cognomine uocatas. Vulcanũ ferri, æris, auri, argenti, omniũq; quæ igne fabricãtur, artem inuenisse ferunt,

Musæ.

Vulcanus.

runt, eamq; cæteros docuisse. Quapropter harum rerum opifices omnes uota sacraq; huic Deo maximè facientes, ignem in æternam memoriam susceptí beneficij Vulcanũ uocant. Martem fabulæ tradunt, primùm fabricatis armis armasse milites, pugnandiq; ac certandi morem induxisse: eos qui dijs aduersi essent, interficientem. Apollinem citharæ, eiusq; musicæ inuentorem ferunt. Medicinæ insuper scientiam diuinandi arte perceptam, qua olim infirmi erãt morbos curare soliti, primùm attulisse. Arcus insuper, sagittandique extitisse repertorem. Qua ex causa Cretenses præcipuè arcu delectati sunt, quem Scythicum nominarunt. Aesculapius ex Apolline atq; Ariadne ortus, multis à patre in medicina perceptis, chirurgiam, & medelarum compositionem, radicum insuper uirtutes inuenit. Adeò autem medicinæ artem extulit, ut ueIut eius inuentor & author ueneraretur. Tribuuntur Mercurio præconia, reconciliationes, ac fœdera quæ in bellis fiunt. Præcones quoq; adijciuntur, qui internuncij esse solent, ob eamq; rem ab hoste tuti. Vnde & ipsum communem utrisq; dicunt: cùm ambobus utilitatis communis, ac pacis mutuę interpres existat. Mensuram insuper, ac pondus, & mercaturæ quæstum reperisse affirmant, occulteq; inuicem peculandi modum. Præco etiam deorum traditur, nunciusq; optimus, quoniam mandata diligenter perficiat: unde & interpretis nomen assumpsit: non quòd nominum aut orationis, ut quidam tradunt, fuerit inuentor: sed quia diligentius quàm cæteri mandata referat. Palæstram eum introduxisse, & ex testudinis forma lyram inuenisse aiunt. Post Apollinis cum Marsya, qua & superior fuit, contentionem, postq; sumptam præter æquum à uicto pœnam, pœnituisse Apollinem dicunt: citharæq; effractis chordis, musica aliquandiu abstinuisse. Bacchum uitis repertorem, uiniq; conficiendi rationem, & fructuum in longiorem usum seruandorum curam & modum docuisse scribunt. Hunc in Creta ex Ioue & Proserpina natum Orpheus tradit, inter initiationes à Titanibus discerptum. Plures uerò fuisse Bacchos, iam antea scripsimus diligentius. Cretenses ea cõiectura hunc Deũ asserunt apud se ortum, quòd duæ insulæ apud eos, sinus qui apellantur Didymi, ab eo Dionysiades, quod nulla alia in orbis parte fecerit, sint uocatæ. Herculem ex Ioue genitum multis annis ante eum qui fuit ex Alcmena genitus, fabulantur. Huius mater incerta est. Hoc tantum constat, illum corporis uiribus præstantiorem cæteris, orbem perambulasse, delentem iniquos, & feras bestias ac monstra domantem. Inuictus quoq; absque timore in libertatem homines uindicauit. Quibus beneficijs honores immortalium ei sunt ab hominibus impensi. Qui uerò posterior er Alcmena fuit Hercules, quoniam prioris uirtutes est imitatus, & immortalitatem assecutus est, & propter nominis similitudinem idem qui prior creditus. Ideò & superioris gesta huic fuerunt ueri inscitia adscripta. Asserunt quoq;, superioris Herculis operum, impensiq; honoris in Aegypto uestigia esse, & ab eo conditam urbem. Britomartyn uerò, quam Dictynnam dicunt, in Creta genita ex Ioue ac Acharmide Euboli Cereris filij. Hæc retia ad uenandum inuenit: ex quo & Dictynna est cognominata. Consuetudine Dianæ utebatur: quod causam præbuit, ut quidam Dictynnam Dianamq; eandem esse existimarent: quam deam sacris templisq; Cretenses coluêre. Qui uerò Dictynnam à retibus piscatorijs, quæ fugerat, insequente coitus gratia Minoe, uolunt denominatam, procul à uero sentiunt. Non enim credendum uidetur, deam in eam egestatem compulsam, ut auxilia hominum imploraret, cùm esset maximi deorum filia. Neq; Minoẽ tantæ impietatis culpare decet, præsertim cum fuerit omnium consensu habitus iustus uir, & probatæ uitæ. Plutonem natum tradunt in Tripodo Cretæ, ex Cerere & Iasione. Eius genus bifariam ferunt. Nam quidam uolunt, cùm Iasion terram seuisset, adhibita culturæ diligentia, adeò uberem percepisse fructum, ut qui id conspexerunt, à messium fertilitate illum Plutonem nominarint,

Mars.
Apollo.
Aesculapius.
Mercurius.
Apollo.
Bacchus.
Hercules, & eius, παροιθώματα.
Dictynna.
Pluto.

rint. Vnde & à posteris is cui census superesset, habere Plutonem existimatus est. Alij tradunt, Cererem ac Iasionem puerum genuisse appellatũ Plutonem: qui cultum uitæ, pecunias coaceruare, ac in usus custodire primus monstrauerit, cùm antea parua congregandæ seruandæq; pecuniæ fuisset cura. Hæc de dijs quos Cretenses apud se natos uolunt, scribuntur. Sacra uerò, honores, mysteria, ceremonias ab se hoc pacto ad alios arguunt transmissas. Nam ceremoniæ quas Athenienses omnium celeberrimas in Eleusine faciunt, quæq; in Samothracia, atq; in Thracia, unde eas Orpheus sumpsisse traditũ, fiũt, in Gnoso apud Cretam prisca lege statutoq; celebrantur: quò palàm est, eiusmodi ceremonias ab eis ad alias gentes fuisse traductas: quæq; apud cæteros secretè traduntur, eas palàm omnibus noscendi facultatem apud Cretenses esse. Asserũt enim plurimos deorum ab ipsis profectos, magna orbis parte ab eis peragrata, beneficos in genus humanum extitisse, atq; ab se inuentorum artẽ usumq; docuisse. Nam Ceres cũ in Atticam peruenisset, inde in Siciliam trãsijt: postea in Aegyptum, quibus in locis frumenti serendi cultum monstrauit: summoq; propterea in honore habita est. Venus in Sicilia commorata est circa Erycem, in Cypro circa Cytherum ac Paphum, in Asia circa Syriam. Ob has peregrinationes Venerem tum Erycinam, tum Cytheræam, tum Paphiam, tum Syram incolæ appellarunt. Eodem modo plurimum temporis Apollo circa Delum ac Lyciam Delphosq; uersatus est: circa Ephesum, Pontum, Persidem & Cretam Diana. Itaq; à locis ac gestis eorũ sumptis nominibus, hunc Deliũ ac Pythium appellarũt: hanc uerò Ephesiam, Cressam, Tauropoliam quoq; ac Perseam, cum ambo essent in Creta nati. Colitur & à Persis plurimũ hæc dea: cui mysteria instituerunt barbari, quæ ad hoc usq; tempus Persea dicũtur. His similia & de cæteris dijs, quæ longum esset recensere, tradunt. Longo post deorum ortum tempore non paucos heroes in Creta ferunt extitisse: quorum nobilissimi Minos ac Rhadamanthus fuerunt, ex Ioue ac Europa Agenoris, quã tauro deorum prouidentia aduectam in Cretam tradunt, geniti. Minos ætate prior regnauit in insula: in qua multas urbes, interq; eas nobilissimas tres condidit, Gnosiam in ea insulæ parte, quæ Asiam respectat: Vulcaniam iuxta mare, meridiem uersus: Cydoniam in eis locis, qui Peloponneso oppositi, ad occidentem uergunt. Leges præterea non paucas Cretensibus dedit, simulans eas ab se in quadã spelunca meditatas. Classem insuper parauit: qua plurimas propinquas insulas sibi subijciens, Græcorum primus est maris imperio potitus. Cùm eius magnum uirtutis ac iustitiæ nomen esset, transijt in Siciliam aduersus Corcalum: de quo in Dædali rebus, cuius causa bellum mouit, scripsimus. Rhadamanthum scribunt omnium iustissimum, latrones quoq; ac scelestos uiros, cæterosq; improbos acri affecisse pœna. Multarum insularum imperio potitus, magnam Asiæ maritimam partem tenuit, singulis eius imperio se spõte ob iustitiæ famam tradentibus. Is Erythro uni ex filijs (hi Erythri ab eo uocati sunt) regnum permisit. Oenopioni Ariadnes Minois filiæ, Chium ferunt dedisse: quem nonnulli fuisse Bacchum ferunt, atq; à patre uini faciũdi modum didicisse. Cuiq; ex alijs filijs aut insulam, aut urbem Rhadamanthum dedisse traditur: Thoanti Lemnum, Anui Cyrnum, Pamphilo Peparœthum, Euandro Maroneam, Alceo Parum, Anioni Delum, Andreo (quæ ab eo nominata est) Andrum. Propter singularẽ iustitiæ nomen, illum apud inferos bonorum ac malorum iudicem factum, fabulæ ferunt: ob eandemq; iustitiam, Minoẽm quoq; pari honore fungi. Tertium fratrem Sarpedonem scribũt, cùm magna manu in Asiam profectum, Lyciam tenuisse. Huic Euãder filius in regno successit, sumptaq; uxore Deidamia Bellerophontis filia, Sarpedontem genuit: qui cum Agamemnone Troiano affuit bello: & hic, ut quidam tradunt, Iouis filius. Minois fuisse filios aiunt Deucalionem ac Molum: ex Deucalione Idomeneum, ex Molo Merionen genitos, cùm nauibus nonaginta ad Ilium cum

Plutus diuitiarum Deus.

Deorum cultus apud Cretenses.

Qui Dij quib. in locis egerint.

Minos, Rhadamanthus.

Sarpedon.

Agamemnone profectos, reuersosq; postea in patria, diem suum obijsse: honorificeq; sepultos, deorum honores fuisse assecutos. Horũ sepulchra in Gnoso hac ostenduntur inscriptione: GNOSII IDOMENEI SEPVLCHRVM ASPICE, IN QVO EGO MERIONES MOLI FILIVS PROPINQVVS IACEO. Hos ut nobiles heroes Cretenses colunt sacris, in bellorum discrimine eorum præsidium inuocantes. Nunc nationes quæ Cretensibus immixtæ sunt, referantur. Scripsimus antea, Eteocretes qui dicebantur, indigenas insulam habitasse. Multis uerò postmodũ seculis propter bella ac seditiones errantes Pelasgi in Cretam appulsi, tenuerunt insulæ partẽ. Tertij Dorienses traduntur in insulam uenisse, duce Dore Tectami nepote. Huius populi pars maior fert ex locis Olympo propinquis, simul conuenisse: pars uerò quædam ex Achæis, qui sunt in Laconica, donorum pollicitationibus allecti. Quartum genus eorum qui in Cretam appulerunt, fuerunt mixti barbari: qui consuetudine Græcorũ lingua ex frequenti usu percepta, postea Minois Rhadamanthiq; imperio paruerunt. Postremò post Heraclidarum descensum, Argiui Lacedæmonijq; missis colonijs tum alias quasdam, tum has insulas occuparunt: inq; eis nonnullas ab se ædificatas urbes, de quibus aliàs dicetur, inhabitarunt. Verùm haud mirum debet uideri, cùm pleriq; eorum qui gesta Cretensia scripsere, admodum dissentiant: nos quoq; ea quæ non omnes sentiant, scribere. Eos enim sumus secuti, quos uero similiora tradere existimauimus, quædam ab Epimenide theologo, quædam à Dosiade, alia à Sosicrate, nonnulla à Laoschemide sumentes. Et de Creta hactenus.

Epitaphium Idomenei.

Cretã, qui incoluerunt.

DE LESBO, CHIO, SAMO, COO, ET Rhodiorum colonijs, Cap. XVI.

NVnc ad Lesbum transeamus. Hanc insulam olim uariæ gentes ad eam nauigantes incoluerunt. Pelasgi primùm eam tenuêre, cùm antea deserta esset. Nam Xanthus Triopi filius, Pelasgorum qui ex Argo uenerant, rex, partem Lyciæ tenens, Argiuis qui secum accesserant, imperauit: deinde Lesbum cultoribus uacuam petens, agro Pelasgis diuiso, insulã quæ Issa prius dicebatur, ab eis Pelasgiam uocauit. Deinceps septima progenie, ob diluuium tempore Deucalionis factum, cùm multi in ea interijssent, accidit ut aquarum inundatione deseretur. Macarius postea cum in eam peruenisset, insulæ pulchritudine conspecta, in ea permansit. Is erat, ut Hesiodus alijq; poetæ nonnulli tradunt, Cyrenaici Iouis filius: qui cum habitaret in Oleno, quę regio tũc Ias, nunc Achaia dicitur, assumens tum Ionas, cùm gentes alias, nauigauit in Lesbum: deinde tum uirtute insulæ, tum humanitate ac iustitia plurimum auctis opibus, propinquas insulas possedit, agris qui inculti erãt, diuisis. Post hæc tẽpora Lesbus filius Lapithi, qui erat ex Coclo Hippoti, secundũ quoddam oraculi responsum cum suis domesticis nauigans in hanc insulã, sumpta in uxorẽ Macarei filia Methymna nomine, unà cũ ea in insula permãsit. Cùm uir factus clarus euasisset, & insulã ab se, & populũ Lesbium cognominauit. Macareo præter alias Mitylene ac Methymne filię ortę sunt: à quibus & urbes sumpsere nomẽ. Is cupiens propinquas insulas in potestatẽ redigere, colonia in Chium missa filiũ ei præfecit: deinde alterũ misit in Samum, nomine Cydrolum: qui in ea regnauit. Tertiæ Cæneandrũ præfecit regẽ: deinceps in Rhodũ cum multis colonis misit Leucippum, quos accolæ propter suam infrequentiam communicatis agris, libenti animo susceperunt. Loca insulę opposita eo tempore propter diluuium magna grauiq; afficiebantur clamitate. Nam continuis imbribus ob corruptos terræ fructus sterilitate suborta, infectus aẽr pestem urbibus intulit. Insulæ uerò uẽtis agitatæ, cùm aẽre essent salubri, ac ferti les frugibus, suos incolas beatos reddidere: ex quo ob rerũ ubertatẽ Fortunatæ sunt

Lesbij.

Lesbus.

tæ sunt cognominatæ. Nonnulli beatas à Macareo atq; Iono, quorũ filij in eis regnauêre, dictas uolunt. Hæ denicp insulæ omnibus propinquis non solum priscis, sed & nostris quoq; temporibus bonitate soli, locorumq; amœnitate, tum uerò salubritate aëris, felicitate præstant. Itaq; uerè dici felices ac beatæ queunt. Macareus uerò in Lesbo regnans, legem scripsit ad communẽ utilitatem: quàm Leonem, ab eius animantis uirtute & robore, appellauit.

DE TENEDO, ET DE HABITATORIBVS EIVS, *& de ijs quæ à Tenedijs gesta dicuntur.* Cap. XVII.

DEinceps uerò nonnullis seculis post coloniam in Lesbum missam insula Tenedos hoc pacto inhabitata est. Tenes Cycni filius imperauit colo- *Tenes.*
loniæ, quæ est in Troade, uir propter uirtutem insignis. Hic congregatis colonis patriam linquens, nauigauit ad insulam desertam, nomine Leucophryn. Distributis ijs qui cum eo accesserant, insulæ agris, cõditaq; urbe ab se Tene- *Tenedus.*
don insulam uocauit. Is cum iustè imperaret, multis beneficijs omnibus gratus, & in magna uixit gloria, & post obitum inter deos relatus est. Nam templo illi constructo, institutis sacris, ad posteriora usq; secula ut Deum coluerunt. Non autem uidentur omittenda, quæ de eo qui urbem Tenum cõdidit, apud Tenedios memoriæ traduntur. Ferunt enim Cycnum patrem uxoris calumnia inductum, filium Tenem in arca positum in mare deiecisse. Hæc tempestate acta, cùm in Tenedum appulisset, Tenes mirabili deorum ope salutẽ consecutus, insulæ postea imperauit, uir præclarus, ac iustitia uirtutibusq; alijs honores immortalium adeptus. Verùm propter cuiusdam tibicinis testimonium, qui nouercæ insidijs fauerat, legem sanxit, ne quis tibicen templum ingrederetur. Belli Troiani tempore cum Achilles Tenem occidisset, quo tempore Græci Tenedum depopulati sunt, statuerunt postea Tenedij, ut nulli deinceps liceret templo restituto, in eo Achillem nominare.

DE CYCLADIBVS INSVLIS. Cap. XVIII.

POsteaquã de insulis insignibus retulimus, nũc de minoribus scribemus. Cyclades insulæ, cùm antea uacuæ cultoribus essent, Minos Iouis ac Europe filius, Cretensium rex, cuius terra mariq; imperiũ potens erat, plurimum classe ualuit: multasq; ex Creta colonias, maximeq; in Cycladas insulas misit: earumq; plurimas populis diuisit. Asiæ quoq; partem maritimam possedit. Quapropter & nonnullæ insulæ portusq; Asiæ à Cretensibus Minoëq; nomen sumpsere. Minos autem magnus imperio, Rhadamanthũ fratrem, uirum iustum, rectumq;, regni consortem in oras imperij ultimas ob inuidiam ablegauit. Is ad insulas Loniæ Cariæq; oppositas cum accessisset, Erythrum condidit, eorem fecit urbis ab ipso denominatæ in Asia. Oenopionem uerò Ariadnes filium Chio præfecit, quæ omnia ante bellum Troianum acta sunt. Deleta Troia, Cares opibus aucti, classeq; admodum ualidi, cũ Cyclades insulas subegissent, ex quibusdã Cretenses penitus eiecêre: nonnulli unà cum eis, ut communi regione usi sunt. Græci postea expulsis inde Caribus barbaris, plerasq; ex eis tenuerunt. Quibus de rebus suo loco scribetur à nobis.

Diodori Siculi rerum Antiquarum libri V. FINIS.

Q. SEPTIMIVS ROMANVS

Quinto Aradio. S. D.

Phemeridem belli Troiani Dictys Cretensis (qui in ea militia cum Idomeneo meruit) conscripsit literis Punicis, quæ tũ Cadmo & Agenore authoribus per Græciam frequentabantur. Deinde post multa secula collapso per uetustatem apud Gnoson (olim Cretensis regis sedem) sepulchro, eius pastores cum eò deuenissent, fortè inter cæteram ruinam loculum stanno à fabro clausum offendere, ac thesaurum rati mox dissoluunt, non aurum, nec aliud quidquam prædæ, sed libros ex philyra in lucem producturi. At ubi spes frustrata est, ad Praximum dominum loci, eos deferunt. Qui commutatos literis Atticis, nam oratio Græca fuerat. Neroni Romano Cæsari obtulit, pro quo plurimis ab eo donatus est. Nobis cùm in manus fortè libelli uenissent, auidis ueræ historiæ cupido incessit, ea uti erant Latinè dissereremus: magis confisi ingenio, ut ocioso animi desidiam discuteremus. Itaq; priorum quinq; uoluminum quę bello contracta gestaq; sunt, eundem numerum seruauimus. Residua quidem de reditu Græcorum in unum redegimus, atq; ad te misimus. Tu Ruffine mi, ut par est, fauе ceptis.

DICTYS CRETENSIS DE BELLO TROIANO,

LIBER PRIMVS.

Q. SEPTIMIO ROMANO INTERPRETE.

Cõuentus Græciæ Principũ in Creta.

Vncti reges, qui Minois Ioue geniti pronepotes Græciæ imperitabant, ad diuidendas inter se Atrei opes, Cretam conuenêre. Atreus namque ex Minoë postrema sua ordinãs, quicquid auri atq; argenti, pecorum etiam fuit, nepotibus quos filiæ genuerant, ex æquo diuidendum reliquerat, excepto ciuitatũ terrarumq; imperio. Hæc quippe Idomeneus cũ Meriones Deucalionis, Idomeneus alter Molius, iussu eius seorsum habuere. Conuenere autem Clymenæ & Nauplij filius Palamedes, & Aeas, Dictys ex Cretæ Ida. Itẽ Menelaus Aeropa & Plisthene genitus, à quo Anaxibœa soror (quę eo tempore Nestori denupta erat) & Agamemnon maior frater, ut uice sua in diuisione uteretur, petiuerant. Sed hi non Phlisthenis, ut erant, magis quàm Atrei dicebantur: ob eam causam, quòd quum Plisthenes admodum paruus, ipse agens in primis annis uita functus, nihil dignum ad memoriam nominis reliquisset, Atreus miseratione ætatis secum eos habuerat, neque minus quàm regios educauerat. In qua diuisione singuli pro nominis celebritate inter se quisque magnificè transegêre. Adeò re cognita omnes ex origine Europæ, quæ in ea insula summa religione colitur, confluunt, benigneq́ue salutatos in templum deducunt. Ibi multarum hostiarum more patrio immolatione celebrata, exhibitisq; epulis, largè magnificeq́ue eos habuêre. Itemq; insecutis diebus reges Græciæ, & si ea quæ exhibebantur magnificè cum lætitia suscipiebant, tamen multò magis templi eius magnifica pulchritudine, preciosaq; extructione operum afficiebantur, inspicientes repetẽtesq; memoria, singula quæ ex Sidone Phœniciæ patria eius, atque nobilibus matronis transmissa magno tum decori erant. Per idem tempus Alexander Phrygius, Priami filius, cùm Aenea alijsq́ue ex consanguinitate cognatis, Spartæ in domum Menelai hospitio receptus, indignissimum facinus

nus perpetrauerat. Is nanq; ubi animaduertit regem abesse, quòd erat Helena præter cæteras Græciæ fœminas mirãda specie, amore eius captus, ipsam multasq; opes domo eius aufert. Aetram quoq; & Clymenam Menelai affines, quæ ob necessitudinem cum Helena degebant. Postquam Cretam nuncius uenit, & cuncta ei quæ ab Alexandro aduersus domum Menelai commissa erant, aperuit: per omnem insulam, sicut in tali re fieri solet, fama in maius diuulgatur. Expugnatam quippe domum regis euersumq; regnum & alia in talem modum singuli dissererãt. Quibus cognitis Menelaus, etsi abstractio coniugis animum permouerat, multo amplius tamen ob iniuriam affinium, quas supra memorauimus, cõsternebatur. At ubi animaduertit Palamedes, regem ira atq; indignatione stupefactũ, cõsilio excidisse: ipse naues parat, atq; omni instrumento compositas terræ applicat. Dein pro tempore regem breuiter consolatur: positis etiam ex diuisione, quibus in tali negotio potiebantur, nauem ascendere facit: atque ita uentis ex sententia flantibus, paucis diebus Spartam peruenere. Eò iam Agamemnon & Nestor omnesq; qui ex origine Pelopis in Græcia regnabant, cognitis rebus confluxerant.

Alexãder Helenam rapit.

Igitur postquam Menelaum adueniss̃e sciunt, omnes in unum coëunt. Et quanquam atrocitas facti ad indignationem ultumq; iniurias rapiebat, tamẽ ex consilij sententia legantur prius ad Troiam Palamedes, Vlysses & Menelaus. Iisq; mandatur, ut conquesti iniurias, Helenam, & quæ cum ea abrepta erant, repeterent. Legati pauci diebus ad Troiã ueniunt, neq; tamen Alexandrum in loco offendere. Tum namq; properatione nauigij inconsultè usi uentis, ad Cyprum appulêre. Vnde sumptis aliquot nauibus Alexander, Phœnicem delapsus, Sydoniorum regẽ qui eum amicè susceperat, noctu insidijs necat: eademq; qua Lacedæmoniam cupiditate, uniuersam domum eius in scelus proprium conuertit. Ita omnia quæ ad ostentationem regiæ magnificentiæ fuere, indignè rapta, ad naues differri iubet. Sed ubi lamentatione eorum qui casum domini deflentes, reliquæ prædæ aufugerant, tumultus ortus, populus omnis ad regiam concurrit. Inde quòd iam Alexander abreptis quæ cupierat absc̃essionem properabat, paruo tempore armati ad naues ueniunt, ortoq; inter eos acri prælio, cadũt utrinq; plurimi, cùm obstinatè hi regis necem defenderent, hi ne amitterent partam prædam summis opibus anniterentur. Incensis dein duabus nauibus, Troiani reliquas strenuè defensas liberant, atque ita fatigatis iam prælio hostibus euadunt.

Legati à Græcis Troiã mittũtur de repetendis.

Alexander Sydoniorum regem occidit.

Interim apud Troiam legatorum Palamedes (cuius maximè ea tempestate domi belliq; consilium ualuit) Priamum adijt: conducto q; concilio, primùm de Alexandri iniuria conqueritur, exponens communis hospitij euersionem. Dein monet, quantas ea res inter duo regna simultates cõcitatura esset, interiacens memoriam discordiarum Ilij & Pelopis, aliorumq; qui ex causis similibus ad internecionem usq; gentium peruenissent. Ad postremum belli difficultates, contraq; pacis commoda astruens, non se ignorare ait, quantis mortalibus tam atrox facinus indignationem incuteret: ex quo authores iniuriæ ab omnibus derelictos, impietatis supplicia subituros. Et cùm plurima dicere cuperet, Priamus medium eius interrumpens sermonem: Parcius quæso Palamedes, inquit: iniquum etenim uidetur, insimulare eum qui absit: maximè cum fieri possit, ut si qua criminosè obiecta sint, præsenti refutatione diluantur. Hæc atque alia eiusmodi Priamus inferens, differri quærelas ad aduentum Alexandri iubet. Videbat enim, ut singuli qui in eo conuentu aderant, Palamedis oratione mouerentur, ut taciti uultu tantũ admissum facinus condemnarent, cùm singula miro orationis genere exponerentur: atq; in sermone Græci regis ineset quædam permixta miserationis uis. Atque ita eo die concilium dirimitur. Sed legatos Antenor, uir hospitalis, & præter cæteros boni honestiq; sectator, domum ad se uolentes deducit.

Palamedis ad Priamũ legatio.

Paris Troiam, [illegible] Helenam [illegible] Sparta, reuertitur.

Priami filii Helenæ restituendam, recusant.

Interim paucis post diebus, Alexander cum supradictis comitibus reuertitur, Helenam secum habens. Cuius aduentum tota ciuitas, cùm partim exemplum facinoris execraretur, alij iniurias in Menelaum admissas dolerēt, nullo omnium approbante, postremò cunctis indignantibus, tumultus ortus est. Quibus rebus anxius Priamus, filios conuocat, eosq; quid super tali negotio agendum uidetur, consulit: qui una uoce, minimè reddendam Helenā responderent. Videbant quippe, quantæ opes cùm ea adductæ essent, quæ uniuersa, si Helena traderetur, necessariò amitterent. Præterea permoti forma mulierum, quæ cum Helena uenerant, nuptias sibi singularum iam animo destinauerāt: quippe qui lingua moribusq; barbari, nihil pensi aut consulti facientes, præceps atq; libidine transuersi agebantur. Igitur Priamus relictis his senes conduxit, sententiam filiorum aperit. Deinde cunctos quid agendum esset, consulit. Sed priusquam ex more, sententiæ dicerentur, reguli cōcilium repentè irrumpunt, atq; inconditis moribus malum singulis minitantur, si aliter quàm ipsis uideretur, decernerent. Interim omnis populus indignè admissam iniuriam, atq; in hunc modum multa alia cum execratione reclamabant. Ob quæ Alexander cupidine animi præceps, ueritus ne quid aduersum se à popularibus oriretur, stipatus armatis fratribus, impetum in multitudinem facit, multosq; obtruncat. Reliqui interuentu procerum, qui in concilio fuerant, duce liberātur Antenore. Ita infectis rebus, populus contemptui habitus, non sine pernicie sua, domum discessit.

Priami & Helenæ, colloquium.

Dein secuta die rex hortatu Hecubæ Helenam adijt, eamq; benignè salutans, bonum animum uti gereret, hortatur: quæ, cuiusq; esset, requirit. Tum illa Alexandri se affinem esse respōdit: magis ad Priamum & Hecubam, quàm ad Plisthenis filios genere pertinere, repetens originem omnium maiorum. Danaum enim atq; Agenorem, & sui & Priami generis authores esse. Namq; ex Pleione Danai filia & Atlante, Electram natam, quàm Ioue grauidam Dardanum genuisse. Ex quo Tros, & deinceps insecuti reges Illij. Agenoris porrò Taigetam, eamq; ex Ioue habuisse Lacedæmonem, ex quo Amictum Musculum natum, & ex eo Argalum patrem Oebali, quem Tyndari (ex quo ipsa genita uideretur) patrem constaret. Repetebat etiam cum Hecuba materni generis affinitatem. Agenoris quippe filium Phœnicem, & deinde Hecubæ & Ledæ consanguinitatis originem diuisisse. Quæ postquam memoriter cuncta retexuit, ad postremum flens, orare, ne se, quæ in fidem semel illorum recepta esset, prodendam putarent. Ea secum de domo Menelai apportata, quæ propria fuissent, nihil præterea ablatum. Sed utrum immodico amore Alexandri, an pœnarum metu, quas ob desertam domum à coniuge metuebat, ita sibi consulere maluerit, parum constabat. Igitur Hecuba cognita uoluntate, simul ob generis coniunctionem complexa Helenam, ne proderetur summis opibus annitebatur: quum iam Priamus & reliqui reguli non amplius differendos legatos dicerent, nec resistendum popularium uoluntati: solo omnium Deiphobo Hecubæ assensu, quem non aliter atque Alexandrum, Helenæ desiderium à recto consilio præpediebat. Itaq; quum obstinatè Hecuba nunc Priamum, modò filios deprecaretur: nec à complexu eius ullo modo, ulla ratione diuelli posset, omnes qui aderant in uoluntatem suam traduxit. Ita ad postremum bonum publicum materna gratia est corruptum. Dein postero die Menelaus cum suis in concionem uenit, coniugem, & quæ cum ea abrepta essent, repetens. Tunc Priamus inter regulos medius astans, facto silentio, optionem Helenæ, quæ ob id in conspectum popularium uenerat, offert, si ei uideretur, domum ad suos regrediendi. Quàm ferunt dixisse, neque se in patriam regredi uelle, neque sibi cum Menelai matrimonio conuenire. Itaque reguli habentes Helenam, non sine exultatione è concione discedunt. His actis, Vlysses contestandi magis gratia, quàm aliquid ex oratione

Helena & Hecuba belli Troiani non materia fuit.

Helena redit ad Menelaum recusans.

tione promoturus, cuncta quæ ab Alexandro contra Græciam indignè commissa essent, retexuit. Ob quæ ultionem breui testatus est. Deinde Menelaus ira percitus, atroci uultu exitium minatus, concilium dimittit. Quæ ubi ad Priamidas perlata sunt, confirmant inter se clàm, ut per dolum legatos circumueniant. Credebant quippe (quod non frustra eos consilium habuit) si legati imperfecto negotio reuertissent, fore uti aduersum se grande prælium concitaretur. Igitur Antenor, cuius de sanctitate morum supra memorauimus, Priamum conuenit, coniurationem q; factam conqueritur: filios quippe eius non legatis, sed aduersum se insidias parare, neq; id se passurũ. Dein nõ multò pòst legatis rem aperit. Ita exploratis omnibus, adhibito præsidio, cum primùm opportunum uisum est, inuiolatos eos dimittit. Dum hæc apud Troiã aguntur, disseminata iam per uniuersam Græciam fama, omnes Pelopidæ in unum cõueniunt, atq; interposita iusiurandi religione, ni Helena cum abreptis redderetur, bellum se Priamo illaturos confirmant. Legati Lacedæmona redeunt, de Helena eius q; uoluntate narrãt. Dein Priami filiorum q; eius aduersum se dicta gesta q;, grande præconium fidei erga legatos Antenoris præferentes. Quæ ubi accepere, decernũt uti singuli in suis locis atq; imperij opes belli parent. Igitur ex consilij sententia, opportunus locus ad conueniendum, & in quo de apparatu belli ageretur, Argi Diomedis regnum delígitur. Ita ubi tempus uisum est, primus omnium ingẽti nomine uirtutis atq; corporis Aiax Telamonius aduenit, & cum eo Teucer frater. Dein haud multò pòst Idomeneus & Meriones, summa inter se iuncti concordia. Eorum ergo secutus comitatum, ea quidem quæ antea apud Troiam gesta sunt ab Vlysse, cognita quã diligentissimè retuli. Et reliqua quæ deinceps insecuta sunt, quoniam ipse interfui, quàm uerissimè potero, exponam.

Antenor legatorum saluti consulit.

Decretum de bello Troiano.

Igitur post eos quos suprà memorauimus, Nestor cum Antilocho & Thrasymede (quos ex Anaxibœa susceperat) superuenêre. Eos Peneleus insecutus cum Leito Archesilao consanguineis. Dein Prothenor & Clonius, Bœotiæ principes. Item q; Schedius & Epistrophus, Phocenses. Ascalaphus, & Ialmemenus, Orchomenij. Tũ Diores & Meges, ex Phyleo genitus. Thoas ex Andræmone, Eurypilus Euemonis, Orchomenius & Leontheus. Post quos Achilles Pelei & Thetidis, qui imbutus bellis ex Chirone dicebatur. Hic in primis adolescẽtiæ annis procerus, decora facie, studio rerum bellicarum omnes iã tum uirtute & gloria superabat. Neq; tamen aberat ab eo uis quædã inconsulta, & effera morum impatiẽtia. Cùm eo Patroclus & Phœnix, alter propter coniunctionem amicitiæ, alter custos atq; rector eius. Tlepolemus, dein Eutraphates. Insecuti sunt Phidippus & Antiphus, insignes armorum specie, auo Hercule. Post hos Protesilaus Iphicli, cum Podarce fratre. Affuit & Eumelus Pheræus, cuius pater Admetus quondam uicaria morte cõiugis, fata própria pertulerat. Podalyrius & Machaon, Thracenses, Aesculapio geniti, acciti ad id bellum ob solertiã medicæ artis. Deinde Pæantis filius Philoctetes, qui comes Herculis, post discessum eius à dijs sagittas diuinas industriæ præmium consecutus est. Nereus pulcher ex Syme. Ex Athenis Mnestheus, & Aiax Oili ex Locride. Ex Argis Amphilochus Amphiarai, & Sthelenus Capanei, & cum his Eurialus Mecistei. Deinde ex Aetolia Thessandrus Polinicis. Postremò omnium Demophoon atq; Achamis fuêre, cũcti ex origine Pelopis. Sed eos quos supra memorauimus, plures alij ex suis quisq; regionibus, partim ex regum comitibus, alij ipsius regni participes insecuti sunt, quorum nomina sigillatim exponere haud necessarium usum est. Igitur ubi Argos omnes uenêre, Diomedes hospitio cunctos recipit, necessariaq; præbet. Deinde Agamemnon grande auri pondus Mycenis apportatum per singulos dispartiens, promptiores animos omnium ad bellum quod parabatur, facit. Tum communi consilio super conditione belli, iusiurandum interponi hoc modo placuit.

Græcorum duces.

Achilles.

Argis conuenerunt Græci apud Diomedem.

Inimicitiæ contestatio.

hoc modo placuit. Chalcas filius Thestoris, præscius futurorum, porcum marē in mediū forum afferri iubet, quem in duas partes exectum, orienti occidentiq; diuidit, atq; ita singulos nudatis gladijs per medium transire iubet. Deinde mucronibus sanguine eius oblitis, adhibitis etiam alijs ad eā rem necessarijs, inimicitias sibi cum Priamo per religionem confirmant, neq; prius se bellum deserturos, quàm Ilium atq; omne regnum eruissent. Queis perfectis pulcrè lauti, Martem atq; Concordiam multis immolationibus sibi adhospitauere. Dein in templo Iunonis Argiuæ rectorem omnium declarari placuit. Igitur singuli in tabellis quas ad deligēdum belli principem, quem cuiq; uideretur, acceperant, Punicis literis nomen Agememnonis designant. Ita consensu omnium secundo rumore, summam belli atq; exercitus in se suscipit: quod ei propter germanum, cuius gratia id parabatur bellum: & propter magnam opum uim, quibus præter cæteros Græciæ reges magnus atq; clarus habebatur, meritò acciderat. Dein duces præfectosq; nauium Achillem, Aiacem, Phœnicemq; destinant. Præponitur etiam campestri exercitui Palamedes cū Diomede & Vlysse, ita ut inter se diurnas, uigiliarumq; uices dispartiant. His peractis, ad parandas opes atq; instrumenta militię, singuli in sua regna discedūt. Interim belli studio ardebat omnis Græcia, arma, tela, equi, naues, atq; hæc omnia toto biennio præparantur: quum iuuentus partim sua sponte, alij æqualium ad gloriam æmulatione ad munia militiæ festinarent. Sed inter hæc sum ma cura, uis magna nauium præcipuè fabricatur, scilicet ne multa millia exercituum undiq; uersum in unum collecta, incuria nauigandi tardarentur. Igitur peracto biennio ad Aulida Bœotiæ (nam is locus delectus fuerat) singuli reges pro facultate opū, regniq; instructas classes præmittunt. Ex queis primus Agamemnon ex Mycenis naues cētum, aliasq; sexaginta, quas ex diuersis ciuitatibus quæ sub eo erant, cōstruxerat, Agapenorem præfecit. Nestor nonaginta nauium instructā classem. Menelaus ex omni Lacedęmone naues sexaginta. Mnestheus ex Athenis quinquaginta. Elephenor ex Euboia triginta. Aiax Telamonius ex Salamina XL. Diomedes ex Argis LXXX. nauiū classem. Ascalaphus & Ialmenus Orchomenij, naues XXX. Oileus Aiax XII. Item ex omni Bœotia Archesilaus, Prothenor, Peneleus, Leitus, Clonius, naues, L. Ex Phocide Schedius & Epistrophus, XL. Dein Thalpius & Diores cū Amphimacho & Polyxino ex Elide, alijsq; ciuitatib. regionis eius, naues XL. Thoas ex Aetolia XL. Męges ex Dulichio & ex insulis Echinadib. XL. Idomeneus cū Merione ex omni Creta classem nauiū LXXX. Ex Ithaca Vlysses XII. Protheus Magnus XL. Tlepolemus ex Rhodo, alijsq; insulis quæ circa eū erāt 8. Eumelius XI. Ex Pelasgicis L. Nireus ex Syme 3. Podarces & Protesilaus ex Philaca, alijsq; quibus præerāt locis, naues XL. Podalyrius & Machaon 30. Philoctetes ex Methone alijsq; ciuitatib. naues septē. Eurypilus Orchomeneus XLII. Guneus XX. Leonteus & Polypœtes, ex suis regionibus XL. Ex insulis Nisyro, Caprate, Coo, Eutraphrates, Antiphus & Phidippus 30. Thesandrus Polinicis quem suprà memorauimus, ex Thebis naues L. Calchas ex Arcadia XX. Mopsus ex Colophona XX. Epeus ex insulis Cycladibus, XXX. Easq; magna ui frumenti, alijs quoq; necessarijs cibi gratia replent. Quippe ita ab Agamēnone mandatum acceperant, scilicet ne tanta uis militum necessariorū penuria fatigaretur. Igitur inter tantum classium apparatum, equi atq; currus bellici locorū conditione multi, sed pedestri militis pars maxima. Ob eam causam, quia per omnem Greciam multo maior egestate pabuli, equitatus usus prohibetur. Præterea fuēre multi, qui ob artis peritiam necessarij nauium apparatui credebātur. Per idem tempus Lycius Sarpedon, neq; precio, neq; gratia Phalidis Sidoniorum regis allici potuit, ut uirtutis societatē militiæ nostrę aduersus Troianos sequeretur. Quippe quem iā Priamus donis amplioribus, ijsq; postea duplicatis, fidissimum sibi retinuerat. Omnium autem classium numerus

Agamemnon Imperat. Græcorū designatus.

Græcorū classis enumeratio

rus,quem ex diuersis Græciæ regnis contractũ suprà expositimus,toto quinquennio instructus præparatusq; est. Ia quum nulla iam res profectionem nisi absentia militis retardaret, cuncti duces ueluti signo dato, uno atq; eodem tempore Aulida confluunt.

Interim in ipsa nauigandi festinatione Agamemnon, quem à cũctis regem omnium declaratum suprà docuimus, longius paulò ab exercitu progressus, forte conspicit circa lucum Dianæ pascentem capream: imprudensq; religio- *Superstitio.*
nis quæ in eo loco erat,iaculo transfigit. Neq; multò pòst ira Dianæ ob mutationem aëris corporibus pertentatis,lues inuadit:atq; interim indies magis magisq; sæuiens,multa millia fatigare, & promiscuè pecora atq; exercitum grauare.Prorsus nullus funeri modus,neq; requies: uti quidq; malo obuiam fuerat,uastabatur.Quibus rebus soliciti,ducib.mulier quædã Deo plena Dianæ irã † ratur.Eam namq; ob necem capreæ,quia maximè lætabatur, sacrilegij pœnas ab exercitu expetere:nec leniri, priusquam author tanti sceleris filiam natu maximã,uicariam uictimã immolasset. Quæ uox ut ad exercitum uenit, omnes duces Agamemnonem adeũt. Eum quippe primo orare, recusantẽq; ad postremum cogere,uti malo obuiam properaret. Sed ubi obstinatè renuere uidẽt,nec ulla ui queunt flectere, plurimis conuicijs insecuti,ad postremũ regio honore spoliauêre:ac ne tanta uis exercitus sine rectore profusius, ac sine more militiæ uagaretur,præficiunt ante omnes Palamedem.Dein Diomedem & Aiacem Telamonium. Quartum Idomeneum. Ita peræquationem numeri atq; partium,quadripartitur exercitus. Neq; interim ullus finis uastitatis. Tum Vlysses simulata ex peruicacia Agamemnonis iracundia, ob id do- *Vlysses Iphi-*
mum demigrationem confirmans,magnum atq; insperabile cunctis remedi- *geniam perdo-*
um excogitauit.Profectus namq; Mycenas, nullo consilij participe,falsas lite- *lum adducit in*
ras tanquam ab Agamemnone ad Clytemnestram perfert, quarum sententia *exercitum.*
hæc erat Iphigeniam(nam ea maior natu erat) desponsam Achilli:eumq; non prius ad Troiam profecturum,quàm promissi fides impleretur. ob quæ festinaret,eamq; & quæ nuptijs usui essent, maturè mitteret. Præterea multa pro negotio eminentia argumenta locutus,fidem fecerat. Quæ ubi accepit Clytemnestra,tum propter gratiam Helenæ, tum maximè quod tam celeberrimi nominis uiro filia traderetur,læta Iphigeniam Vlyssi committit.Isq; confecto negotio,paucis diebus ad exercitũ reuertitur, atq; ex improuiso in luco Dianæ cum uirgine conspicitur.Quis cognitis, Agamemnon affectione paternę pietatis motus,ne tam illicitò immolationis sceleri interesset, fugam parat. Eumq; re cognita Nestor,longam exorsus orationem, ad postremũ in suadendi genere,in quo præter cæteros Græciæ uiros iucũdus acceptusq; erat,à proposito cohibuit.Interim uirginem Vlysses & Menelaus cum Calchante(quibus id negotium datum erat)remotis procul omnibus,sacrificio adornant,cũ ecce dies fœdari,& cœlum nubilo tegi cœpit.Dein repentè tonitrua,corrusca tiones,fulmina, & præterea terræ marisq; ingens motus, atq; ad postremum confusione aëris ereptum lumen.Neq; multò pòst imbrium atq; grãdinis uis magna præcipitata:inter quæ tam tetra,nulla requies tempestatis. Menelaus cùm his qui sacrificium curabant, metu atq; hæsitatione in diuersa agebatur. Terreri quippe primo subita cœli permutatione,idq; signum diuinum credere.Dein ne cœptũ omitteret, detrimẽto militum cõmoueri. Igitur inter tãtam animi dubitationem,uox quædã luco emissa,aspernari numẽ sacrificij genus, & ob id abstinendum à corpore uirginis:misereri namq; eius deam.Cæterùm pro tanto facinore satis pœnarum Agamemnoni à cõiuge eius post Troianã uictoriam comparatum:itaq; curarent id, quod in uicem uirginis oblatũ animaduerterent,immolare. Deinde cepere uenti atq; fulmina,aliaq; quæ in magno cœli motu oriri solent,† consenescere.Sed cùm hæc in luco agunt,Achilles literas seorsum missas sibi à Clytemnestra,cum auri magno põdere accipit, *Diana Græcorum exercitũ peste infestat.* *† forte legendum, testatur.* *Iphigenia immolari prohibetur.* *† forte consenescere.*

in quibus ei filiam atq; omnem domũ suam cõmendauerat. Quas postq; perlegerat, & Vlyssis consilium patefactum est, omissis omnibus, propere ad lucũ pergit Achilles, magna uoce Menelaum, & qui cum eo erãt, inclamans, ab inquietudine Iphigeniæ cohiberent sese, comminatus perniciem omnibus, nisi paruissent. Mox attonitis his atq; stupefactis, ipse superuenit, reformatoq; iã die uirginem abstrahit. Interim deliberantibus cunctis quid nam, & ubi esset, quod immolari iuberetur, cerua forma corporis ad miranda, ante ipsam aram intrepida consistit. Eam prædictam hostiam rati, oblatamq; diuinitùs, cõprehendêre, moxq; immolant. Quibus peractis, sedata lues, instarq; æstiui temporis cœlum reseratum est. Cæterùm uirginẽ Achilles, atq; hi qui sacrificio præfuêre, clàm omnibus regi Scytharum, qui eo tempore aderat, commendauêre. At ubi duces sedatam uim mali animaduertere, uentorumq; flatus nauigandi prosperos, atq; æstiuam maris faciem, omnes læti Agamemnonem adeunt, eumq; interitu filiæ permœstum cõsolati, honorem regni rursum concelebrãt. Quę res pergrata atq; accepta per exercitum fuit. Eum quippe optimum consultorem suum, quem non secus quàm parẽtem miles omnis percolebat. Sed Agamemnon siue eorum quæ præcesserant, satis prudens, siue humanarum rerum necessitatem animo reputans, ob id aduersus infortunia firmissimus, dissimulato quod ei acciderat, honorem suscipit, atque eo die duces omnes in conuiuium ad se deducit. Dein haud multis pòst diebus, exercitus ordinatus per duces, quum opportunum iam tempus nauigandi ingrueret, ascendit naues repletas multis preciosissimis rebus, quæ ab incolis regionis eius offerebantur. Cæterùm frumenta, uinum, aliaq; sibi necessaria, Anius & eius filiæ præbuêre, quæ Cenotropę & diuinæ religionis antistites memorabãtur. Hoc modo ex Aulide nauigatum est.

DICTYS CRETENSIS DE BELLO TROIANO,

LIBER SECVNDVS.

Græcorũ cum Mysis prælũ in portu.

POSTQVAM ad Mysiorum regionem uniuersas classes uenti appulêre, propere omnes signo dato, naues littori admouerunt. Dein egredi cupientibus, à custodibus loci eius obuiam itum est. Eos namq; Telephus, qui tum Mysiæ imperator erat, quò omnis regio ab incursione maritimorum hostium defensaretur, littori præfecerat. Igitur ubi descendere prohibentur, neq; prius permittitur terram attingere, quàm regi qui nam essent, nunciaretur. Nostri primò quæ dicebantur negligere, & singuli nauibus egredi. Dein postquam à custodibus nihil remittebatur, & summa ui resisti ac prohiberi cœptum est, duces omnes manu iniuriam uindicandam rati, arreptis armis euolant nauibus. Incensiq; ira custodes cædere, neque uersis his in fugam parcere, sed uti quisq; fugientem comprehenderat, ob truncare. Interim ad Telephum, qui primi fuga Gręcos euaserant, ueniunt, irruisse multa hostium millia, eosq; cæsis custodibus littora occupasse. Multa præterea pro metu suo adijcientes nunciant. Dein re cognita, Telephus cum his quos circum se habebat, alijsq; qui in ea festinatione conduci potuêre, propere Græcis obuiam uenit, ac statim condensatis utrinq; frontibus, ui magna concurritur. Dein uti quisq; in manus uenerat, interficitur: cùm interim his atq; illis ex causa suorum perculsis, uehementius inuicem instaretur. Sed in ea pugna Thesandrus, quem Polynicis suprà memorauimus, cõgressus cum Telepho, ictusq; ab eo cadit, multis tamen hostium antè interfectis. In quibus Telephi comitem, quem rex ob industriam uirium atq; ingenij inter duces habe-

ees habebat, strenuè dimicantem obtrũcarat. Atq; ita paulatim elatus secundo belli euentu, & ob id maiora uiribus aggressus, interficitur. Atq; eius cruentum corpus Diomedes, quod ei iam tum à parentibus ceptum cum eo societatis ius perseuerabat, humeris extulit: idq; igni crematum, quod superfuerat, more patrio sepeliuit. At ubi animaduerterat Achilles & Aiax Telamonius, magno suorum detrimento cruentum belli trahi, exercitum in duas partes dispartiunt. Ac pro tempore cohortati suos, tãquam restauratis uiribus acrius hostes incurrunt: ipsi duces principesq; certaminis, quũ modò insequerentur fugientes, modò ingruentibus semet instar montis opponerẽt. Atq; ita omnino primi, aut inter primos bellantes, præclaram iam tum uirtutis suæ famam apud hostes atq; inter suos effecẽre. Interim Teutratius, ex Teutratio & Auge genitus, frater Telephi uterinus, ubi animaduertit Aiacem tanta aduersum suos cum gloria dimicantem, properè ad eum se conuertit, ibiq; pugnando ictus telo mox occubuit. Eius casu Telephus nõ mediocriter perculsus, ultionemq; fraternæ mortis expetens, infestus Aiacem inuadit: atque fugatis quos aduersum ierat, quum obstinatè Vlyssem inter uineas, quæ loco adiunctæ erant, insequeretur, præpeditus trunco uitis ruit. Id ubi Achilles procul animaduertit, telo iaculatus femur sinistrum regis transfigit: At Telephus impigrè surgens, ferrumq; ex corpore trahit, & protectus concursu suorum, ab imminenti periculo liberatus est. Iamq; diei plurimùm processerat, cùm utraque acies intẽta prælio, sine ulla requie ab iugi certamine strenuis aduersum se ducibus fatigaretur. Namq; nostros multorum dierum nauigatione aliquãtum exhaustos, maximè præsentia Telephi exanimauerat. Is namq; Hercule genitus, procerus corpore, ac pollens uiribus, diuinis patris uirtutibus propriã gloriam æquiparauerat. Igitur aduentante nocte, cunctis cupiẽtibus, requies belli facta est. Ac M. f. ad domum, nostri ad naues digrediuntur. Cæterùm in ea pugna multi immortalium interfecti utriusq; exercitus, ac uulnerati pars maxima. Prorsus nulli aut perpauci clades belli expertes. Deinde insecuta die legati inuicem de sepeliendis qui in bello ceciderant, mittuntur. Atq; ita inducis interpositis, collecta corpora atq; igni cremata sepeliũt. Interim Tlepolemus, & cum fratre Antipho Philippus, quos Thessalo genitos, nepotes Herculis suprà memorauimus, cognito Telephũ in his locis imperitare, fiducia cognationis ad eum ueniunt, eiq; qui nam essent, & quibus cum nauigassent, aperuêre. Deinde multa inuicem consumpta oratione, ad postremum nostri acrius incusare, quòd tam hostiliter aduersum suos uersaretur. Agamemnonem namq; & Menelaum Pelopidas, non alienos generis sui, eum exercitũ contraxisse. Dein quæ circa domũ Menelai ab Alexandro cõmissa essent, raptumq; Helenæ docẽt: atq; decere eum, cùm propter consanguinitatẽ, tum præcipuè ob scelus uiolati communis hospitij, Græcis ultrò adferre auxilium, in quorũ gratiam ipsius etiam Herculis, plurima laborum monumenta, per totam Græciam existerẽt. Ad ea Telephus, etsi dolore uulneris immodicè afflictabatur, benignò tamẽ respondens, ipsorum potius ait culpa factũ, quòd amicissimos & iunctos sibi generis affinitate, regno suo appulsos ignorauerit: premittendos etenim fuisse, per quos cognito eorum aduentu obuiã ire gratulantem oportuerit: atq; amicè hospitio receptos, donatosq; muneribꝰ. quũ commodum ipsis uideretur, remittere. Cęterũ militiam aduersum Priamum recusare: Astiochen enim Priami filiam sibi matrimonio iunctã, ex qua Eurypilus genitus arctissimũ affinitatis pignus intercederet. Deinde properè populariꝰ. uti ab incepto desisterẽt, nunciari iubet: atq; ita nostris liberã egrediẽdi nauibus potestatẽ permittit, ac pro tẽpore cohortari suos. Tumq; Tlepolemus & qui cũ eo uenerãt, Eurypilo traduntur: hiq; peractis quæ cupierãt, ad naues pergũt, nũciantq; Agamẽnoni ac reliquis regibus pacem concordiamq; cum Telepho. Quæ ubi accepêre, apparatũ belli læti omittũt. Dein ex cõsilij sententia Achil-

Græci cum Telepho pacem faciunt.

les cum

les cum Aiace ad Telephum perueniunt, eumq; iactatum magnis doloribus consolati, ut uiriliter incommodum ferret, precabantur. At Telephus ubi aliquantum requies doloris intercesserat, Grecos incusare, quod ne nunciũ quidem aduentus sui præmisissent. Dein percontatur qui nam & quanti Pelopidæ in ea militia essent: doctusq; multis precibus orat, ut ad se omnes ueniant. Verùm nostri facturos se quæcunq; uellet pollicíti, desiderium regis reliquis nunciauêre. Igit omnes Pelopidæ, præter Agamemnonẽ & Menelaum, in unum congregati, ad Telephũ ueniunt, multumq; gratulationis & lætitię præsentia sua regi obtulêre. Ac deinde muneribus largiter donati, hospitio recipiuntur. Necq; tamen miles reliquus qui apud naues erat, munificentiæ regis expers erat. Nanq; ex numero nauium frumentum, aliaq; necessaria affatim portabantur. Cęterùm rex ubi Agamemnonem fratremq; eius abesse animaduertit, multis precibus Vlyssem deprecatur, uti ad eos accendos pergeret. Hi-taq; ad Telephum ueniunt, ac more regio inuicem acceptis datisq; donis, Machaonem & Podalyrium Aesculapij filios uenire ac uulneri mederi iubẽt: qui inspecta cura, properè apta dolori medicamina imponunt. Sed ubi tritis aliquot diebus, tempus nauigandi remorari, ac uentis aduersantibus mare indies magis magisq; sæuire occipit, Telephum adeunt, eumq; de opportunitate temporis consulunt: atq; ab eo docti, initio ueris ex his locis ad Troiam nauigandi tempus esse, reliqua aduersa, cunctis uolentibus Bœotiam reuertũtur. Ibiq; subductis nauibus, singuli in regna sua hyematum discedunt. Interim in eo ocio regi Agamemnoni cum Menelao fratre exercere discordias uacuum fuit, ob proditam Iphigeniam. Is nanq; author, & ueluti causa tãti luctus eius credebatur. Per idem tempus, ubi de cõiuratione uniuersæ Gręciæ apud Troiam compertum est, authoribus nuncijs secutis Barbaris, qui mercandi gratia, per omnem Hellespontum cõmutare merces cum accolis sueti, ultro citroq; uagabantur, metus atq; mœror uniuersos inuasere, cum singuli, quibus ab initio Alexandri facinus displicuerat, malè actũ aduersus Greciam, & ob id paucorum prauitate in communem perniciem præcipitatum iri testarentur. Inter quæ tam solicita, magna cura plurimi ex ordine secti, ad contrahenda ex finitimis regionibus auxilia, ab Alexandro alijsq; pessimis consultoribus dimittũtur: eisq; mandatur, uti quamprimùm expedito negotio remearent, quod ea gratia maximè à Priamidis festinabatur, uti propere instructo exercitu, tẽpus profectionis antecaperent, atq; omne quod parabatur bellũ, in regiones Græciæ transportaretur. Quum hæc apud Troiam geruntur, Diomedes incepti eorum certior factus, magna celeritate per omnem Græciam peruagatus uniuersos duces conuenit. Eisq; consilium Troianorum aperiens, monet atque hortatur, ut quamprimùm instructi rebus bello necessarijs, ad nauigandum festinarent. Necq; multò pòst re cognita, Argos ab omnibus conuenitur. Ibi Achilles regi indignatus, quod propter filiam renueret profectionem, ab Vlysse ad gratiam reductus est. Is namq; diu mœsto ac luctu obsito Agamemnoni insinuans, quæ circa filiam eius euenissent, animum atq; ornatum magis reformauit. Igitur cunctis præsentibus, quanquã à nulla officia militiæ negligebãtur, præcipuè tamen Aiax Telamonius, & Achilles cum Diomede curã maximã, studiumq; importandi belli susceperant. Hisq; placet, uti præter contractã classem, naues quibus loca hostilia incursarent, præpararentur. Ita diebus paucis quinquaginta nauiũ classem instructã omni genere cõpingunt. Cæterùm ab incepto militiæ eius, octauo iam anno ad hoc usq; tempus consumpto, initium noni acceperãt. At ubi instructæ omnino classes, & mare nauigij patiẽs, neq; ulla res impedimẽto erat, Citas, qui fortè mercãdi gratia eò appulerãt, cõductos mercede, duces profectionis eius delegêre. Per idẽ tempus Telephus dolore uulneris eius, ꝙd in prælio aduersum Gręcos acceperat, diu afflictatus cũ nullo remedio mederi posset, ad postremũ Apollinis oraculo monitus, uti Achillem

Græcorum duces Telephum conueniunt.

Agamẽnonis et Menelai dissidium.

Troiani se ad bellũ parant.

Telephi uulnus sanatur.

Achillem atq; Aesculapij filios adhiberet, propere Argos nauigãs. Deinde cũ ctis ducibus causam aduentus eius admirantibus, oraculum refert: atque ita oratione sibi prædictum remedium ab amicis negaretur. Quę ubi accepere, Achilles cum Machaone & Podalyrio adhibentes curam uulneri, breui fidem oraculi firmauêre. Cæterùm Gręci multis immolationibus deos adiutores in cepto inuocantes, Aulida cum præfectis nauibus ueniunt. Atq; inde propere nauigare incipientes, dux Telephus ob acceptam gratiam factus. Ita ascensis nauibus, uentos nacti ex sententia, paucis diebus ad Troiam peruenêre. Per idem tempus Sarpedon Lycius Xanthi & Laodamiæ filius, frequẽtibus numcijs à Priamo accitus, cùm magna armatorum manu aduentabat. Is ubi animaduertit procul magnam uim classium admotam littori, ratus ut negotiũ erat, propere suos instruit, Græcosq; egredi incipientes inuadit. Neq; multo post Priamidæ recognita, arreptis armis accurrunt: cùm interim Græci infestis hostibus, & omni modo instantibus, neq; egredi sine pernicie, neq; arma capere turbatis omnibus, & ob id cuncta impedientibus possent. Ad postremum tamen, hi quibus in ea festinatione armandi semet potestas fuit, confirmati inter se inuicem, acriter hostes incurrunt: Sed in ea pugna Protesilaus, cuius nauis prima omnium terræ admota erat, inter primos bellando, ad postremum telo Aeneæ ictus ruit. Occidere etiam duo Priami filij, neq; reliqua multitudo utraq; ex parte cladis eius expers fuit. Cæterùm Achilles & Aiax Telamonius, quorum uirtute Græci sustentabantur, magna gloria dimicantes, metum hostibus, & fiduciam suis effecêre. Neq; amplius resisti aduersum eos poterat, quin paulatim decedentibus his quos aduersum ierant, ad postremũ cuncti fugarentur. Ita libero ab hostibus tempore, Græci subductas naues, atque in ordinem positas tutò collocant. Dein ex omnibus Achillem atque Aiacem Telamonium, quorum uirtute maximè fidebant, custodes deligunt: eisq; tutelam classium atq; exercitus per latera atq; cornua distribuentes, tradũt. Igitur ordinatis dispositisq; omnibus, Telephus, cuius ductu ad Troiam nauigatum est, magna sui apud exercitum gratia domum discedit. Neq; multò post circa Protesilai sepulturam nostris occupatis, nihilq; tali tẽpore hostile metuentibus, Cygnus, cuius haud procul à Troia regnũ erat, cognito aduentu nostro, clàm atq; ex insidijs Græcos inuadit: eosq; ancipiti malo territos, sine ullo ordine ac disciplina militari fugere coẽgit. Dein propere reliqui, quibus non ea humatio mandata erat, re cognita, armati contrà eunt. In quibus Achilles congressus cum rege, eumq; & magnã uim hostium interfecit. Mox in fugam conuersis reliquis, nostri quoq; hoc modo liberati sunt. Cæterùm so licitis ducibus, & multorum clade ob crebras hostium incursiones anxijs, decernitur, uti primùm finitimas Troiæ ciuitates cum parte exercitus adeant, easq; omni modo incursent. Ita omnium primam Cygni regionem inuadunt, uastantq; circum omnia. Sed ubi Metorensium ciuitatem, quæ regni caput, filiorumq; Cygni altrix memorabat, nullo resistente inuasêre, atq; ignem subijcere cœperũt, ciues eius multis precibus lachrymisq; orare, ut ab incœpto desisterent: per omnia humana atq; diuina nixis genibus deprecãtes, ne delicta pessimi ducis ciuitatem innoxiam, ac paulò post fidam sibi luere paterentur. Hoc modo per miserationem seruata ciuitas. Cæterùm regios pueros Cobim & Corianum, eorumq; sororem Glaucen, expetẽtibus Græcis tradidêre. Quã nostri Aiaci, ob fortia facta eius, excepta reliqua præda, habendam concedũt. Neq; multò post Metorenses supplices & cum pace ad Græcos perueniunt: amicitiam, & omnia quę imperassent, facturos polliciti. Quis perfectis, Gręci Cyllam aggressi expugnauêre. Neq; tamẽ Coronem quę haud procul aberat cõtingunt, in gratiã Mæandrinorũ, qui cõtermini ciuitatis eius, fideles atq; amicissimi nobis ad hoc tẽpus permãserãt. Eadẽ tẽpestate oraculũ Pythũ Græcis perfertur, concedendũ ab omnibus, ut per Palemedẽ Apollini Scamandrio sacrificium

Telephi uulnus sanatur.

Græcorũ cum Troianis pugna prima.

Cygni prælium & mors.

Græci finitimos Troiæ regiones incursant.

sacrificium exhiberetur. Quæ res multis grata ob industriam & amorem uiri, quem circa omnem exercitum exhibebat, nonnullis ducum dolori fuit. Cæterùm immolatio centum uictimarum, sicut prædictum erat, pro cuncto exercitu exhibebatur, præeunte, Chryse loci eius sacerdote. Interim re cognita Alexãdri congregata armatorum manu, ad prohibendum uenit. Quem quidem Aiaces duo, priusquam ad templum appropinquaret, interfectis plurimis fugauêre. Sed Chryses, quem sacerdotem Smynthij Apollinis suprà diximus, utriusq; exercitus offensam metuens, quisquis partium ad eum uenerant, cùm his se adiunctum esse simulabat. Interim in eo sacrificio Philocteta, haud procul ab ara templi eius astans, morsu serpentis fortè contingitur. Dein ab omnibus qui animaduerterant, clamore sublato, Vlysses accurrens serpentem interficit. Neque multò pòst Philocteta cum paucis, uti curaretur, in Lemnum insulam mittitur. Namq; in ea sacri Vulcani antistites inhabitare ab accolis dicebantur, soliti mederi aduersum uenena huiusmodi. Per idem tempus Diomedes & Vlysses consilium de interficiendo Palamede ineunt, more ingenij humani, quod imbecillum aduersum dolores animi, & inuidiæ plenum, anteiri se à meliori haud facilè patitur. Igitur simulato quod thesaurũ repertum in puteo cum eo partiri uellent, remotis procul omnibus, persuadent, ut ipse potius descenderet. Eumq; nihil insidiosè metuẽtem, adminiculo funis usum deponunt: ac properè arreptis saxis, quę circum erant, desuper obruunt. Ita uir optimus acceptusq; in exercitu, cuius neque consilium unquam, neque uirtus frustra fuerat, circumuentus à quibus minimè debuerat, indigno modo interijt. Sed fuêre, qui eius consilij haud expertem Agamemnonem dicerẽt, ob amorem duci in exercitum, & quia pars maxima regi ab eo cupiens, tradendum ei imperium palàm loquebantur. Igitur à cũctis Græcis, uelut publicum funus eius crematum igni, aureo uasculo sepultum est. Interim Achilles ministras, & uelut officinam belli proximas Troię ciuitates ratus, sumptis aliquot nauibus, Lesbum aggreditur, ac sine ulla difficultate eam capit, & Forgaritam loci eius regem, multa aduersus Græcos hostiliter molitum, interficit. Atque inde Diomedæam filiam regis cum magna præda abducit. Dein Pyrrham & Hierapolim urbes refertas diuitijs, cũctis suorum poscentibus, ui magna aggressus, paucis diebus sine ulla difficultate excindit. Cæterùm qua pergebat, agri referti iugi pace, deprædati, omnibusq; uexati rebus: neq; quicq; quod amicum Troianis crederetur, non euersum atq; uastatum reliquit. Quibus cognitis, finitimi populi ultro ad eum cum pace accurrêre: ac ne uastarentur agri dimidium fructuum pacti, dant fidem pacis, atq; ab eo accipiunt. His actis, Achilles ad exercitum regreditur, magnam uim gloriæ atq; prædæ apportans. Eodem tempore rex Scytharũ cognito aduentu nostrorum, cùm magnis donis aduentabat. Cæterùm Achilles haud contentus eorum quæ gesserat, Cylicias aggreditur: ibiq; Lyrnesum paucis diebus pugnãdo, cœpit. Interfecto deinde Factione, qui his locis imperitabat, magnis opibus naues replet, abducens Astynomen Chrysis filiam, quæ eo tempore regi denupta erat. Properè inde Pedasum expugnare cœpit, Lelegonum urbem. Sed eorum rex Brises ubi animaduertit in obsidẽdo sæuire nostros, ratus nulla ui prohiberi hostes, aut suos satis defendi posse, desperatione suffugij salutisq; attentis cæteris aduersum hostes domum regressus, laqueo interijt. Neq; multo pòst capta ciuitas, atque interfecti multi mortales, & abducta filia regis Hippodamia. Per idẽ tempus Aiax Telamonius Thracũ Cherronesum omni modo infestabat. Sed ubi rex eorum Polymnestor, uirtutem atq; gloriam uiri cognouit, diffidẽs rebus suis, deditionẽ occœpit. Tumq; Polydorus Priami filius, quem rex recens natum clàm omnibus alendum ei transmiserat, merces pacis ab eo traditur. Aurum etiam, aliaq; huiusmodi dona ad conciliandos hostium animos, affatim prębebantur. Dein frumentum per omnem exercitum totius anni pollicitus, naues

Chryses sacerdos.

Philocteta à serpente morsus.

Palamedis interitus.

Achilles finitimas urbes depopulatur.

Aiax Telamonius Cherronesum & Phrygiam infestat.

oneraria-

onerarias, quas ob id Aiax secum habuerat, replet: multisq; execrationibus amicitiam Priami aduersum Græcos renuens, in pacẽ fidẽq; receptus. His actis Aiax iter ad Phrygias conuertit: ingressusq; eorũ regionem, Teuthrantem dominum locorũ solitario certamine interficit. Ac post paucos dies expugnata atq; incensa ciuitate, magnam uim prædæ abstrahit, abducẽs Tegemessam filiam regis. Igitur ambo duces multis uastatis atq; expugnatis regionibus, ipsi clari atq; magnifici ingẽti nomine per diuersa loca, atq; quasi de industria, eodem tempore ad exercitum remeauêre. Deinde per præcones cõductis in unũ cunctis militibus, ducibusq;, progressi in medium, singuli laborem suorum, atque industriæ documenta in cõspectu omnium exposuêre. Quę ubi Græci animaduertere, fauore ingenti ac laudibus eos prosecuti, mediosq; statuentes, ramis oleæ coronauêre, Dein consilium de diuidenda præda cœptum: Nestore & Idomeneo in decernendo optimis authoribus. Itaq; cunctorum sententia, ex omni præda quã Achilles asportauerat, excepta Factionis coniuge, Astynome, quam Chrysis filiam suprà docuimus, ob honorem regium Agamẽnoni obtulêre. Ipse etiam Achilles præter Brisei filiã Hippodamiam, Diomedeam, quoq; sibi retinuit, quod eiusdem ætatis atq; alimoniæ non sine magno dolore diuelli poterat: ob id iam antea genibus Achillis obuolutæ, ne separarentur magnis precibus orauerant. Cęterùm reliqua præda uiritim ob singulorũ merita distributa est. Dein quæ Aiax asportauerat Vlysses & Diomedes rogatu eius in medios intulêre. Ex quibus auri atq; argenti quantũ satis uidebatur, Agamemnoni regi datur. Ac deinde Aiaci ob egregia laborum facinora Teuthrantis filiam Tegmessam concedũt. Ita diuisos in singulos quæ superfuerant, frumentum per exercitum dispartiunt. His actis, fidem pacti quod cũ Polymnestore intercesserat, traditumq; Polydorum refert. Ob quæ à cunctis decernitur, ut Vlysses cum Diomede profecti ad Priamum, Helenam cum abreptis reciperent, atq; Polydorum regi traderent. Igitur his per gentibus, Menelaus, in cuius gratiam id negotiũ gerebatur, legationis officium paritercum supradictis capit. Itaq; habentes Polydorum ad Troianos ueniunt. Sed ubi animaduertere populares electos, ac magni nominis uiros aduentasse, properè senes omnes, quorum cõsilium haberi solitum erat, in unum ducunt, Priamo à filijs domi retento. Igitur reliquis præsentibus Græcorum, Menelaus uerba facit: Secũdò iam se ob eandẽ causam uenisse, cùm multa alia aduersum se domumq; suam admissa, tum magno cum gemitu filiæ orbitatem per absentiam coniugis quæri. Quę cũcta ab amico quondã & hospite, non secundũ meritũ suum euenisse. Eam seniores lamentationẽ immodicã cũ lachrymis accipientes, ad omnia quæ ab eo dicebãtur, tanq; iniuriæ eius patientes, annuêre. Post quæ Vlysses medius astans, huiuscemodi orationem habuit. Credo ego uos Troiani principes satis compertum habere, nihil temerè Græcos, nihil inconsultum incipere solere: ac semper ijs iam tũ à maioribus prouisum atq; elaboratũ, uti facta gestaq; eorũ laus potiùs q̃ culpa sequeretur. Et ut præterita bene consulta omittã, iam hoc licet recognoscere: iniurijs contumelijsq; Alexãdri paulò antè læsa Græcia, non ad uim, neq; ad arma decursum est, quod iracundiæ refugium esse solet. Nã de consilij sentẽtia, legati ad recipiendam Helenã, ut meministis, cũ Menelao uenimus. Quibus præter superbas uerborũ minas & insidias occultas, nihil à Priamo atq; ab eius regulis remissum. Imperfecta igitur re, ut opinor, cõsequẽs fuit arma capere: iusq; per uim extorquere, quod amicè impetrare nequitũ est. Itaq; pacto exercitu totius Græciæ, atq; tot egregijs atq; inclytis ducib. ne sic quidẽ pl̃iũ aduersũ uos inire cõsiliũ fuit: sed imitati morẽ, modestiamq; solitã, iteratò uos ob eandẽ causam oratum uenimus. Cætera in manu uestra sita Troiani. Neq; nos pigebit cõsuluisse uobis, si modò sana mẽs est, decretis salubrib. priora malè consulta corrigere. Per deos immortales reputate animis uestris, quanta clades, & ueluti cõtagio huiusce exempli

Prædæ diuisio.

Græcorum altera ad Troianos legatio.

Vlyssis ad Troianos oratio.

empli orbem terrarũ occupatura sit. Quis enim posthac, ubi uirile ingeniũ est, recordatus Alexandri facinus, non omnia susceptа & insidiosa ab amico metuere cogetur? aut quis frater fratri aditum patefaciet? Quis hospitẽ aut cognatũ non tanq; hostẽ cauebit? Deniq; si hoc, quod haud spero, probaueritis, omnia fœderis iura ac pietatis apud Barbaros Græcosq; clausa erunt. Quocirca Troiani principes, bonũ atq; utile est, Græcos receptis uniuersis quæ per uim extorta sunt, amicè, atq; uti par est domum mitti, neq; opperiri ut duo regna inter se amicissima, manus conserãt. Quę cũ considerò, dolendã mehercule uicem uestrã puto, qui innoxij & culpæ eius uacui, tot tantiq;, paucorũ libidine paulò pòst alieni sceleris pœnas subire cogemini. An uos soli ignoratis, ut affectæ sint amicæ atq; uicinæ uobis ciuitates, uel quæ residuis indies præparentur? Nam captum Polydorum, atq; apud Græcos retineri, cognitũ uobis est: qui, si Helena cum abreptis nunc saltem reuocetur, inuiolatus Priamo restitui poterit. Alioquin bellum differri non potest: neq; finis bellandi fiet, quin aut omnes Græciæ duces ad eruendam ciuitatem ueitram, qui singuli satis idonei sunt, mortem obierint: aut quod magis spero cõfore, capto Ilio, crematoq; igni, posteris etiam impietatis uestræ exemplum relinquatur. Quapropter dum adhuc res integra uobis in manibus est, etiam prouidete. Postquam finem dicendi fecit, magno silentio cunctis uti in tali negotio fieri solet, alienã sententiam expectãtibus, cùm se quisq; minus idoneum actorem crederet, Panthus apud eos clara uoce ait: Vlysse uerba facis, quibus præter uoluntatem mederi rebus potestas nulla est. Dein post eum Antenor: Omnia quę memorata à uobis sunt, scientes prudentesq; patiemur: neq; uoluntas bene consulendi abest, si potestas concederetur. Sed ut uidetis, summæ rei potiuntur illi, quibus cupita utilitate potiora sunt. Quæ ubi disseruit, mox per ordinẽ duces omnes qui ob amicitiam Priami, quiq; mercede conducti auxiliarem exercitũ duxerant, introduci iubet. Quis ingressis, Vlysses secũdam orationem exorsus, iniquissimos appellare uniuersos, neq; dispares Alexandri: quippe qui à bono honesto q; elapsi, authorem pessimi sceleris sequerentur. Neq; ignorare quenquam quin si tam atrox iniuria probanda sit, fore uti malo exemplo disseminato per mortales, ipsos etiam qui haud lõgè abessent, similia aut gratiora hisce sequerentur. Ea ut erant atrocia, cuncti taciti reputare inter se animo: atq; ita exemplum huiuscemodi abhorrentes, indignatione rerum permoueri. Dein solito more perrogatis seniorum sententijs, pari consensu omnium, Menelaum indignè passum iniuriam decernitur: solo omnium Antimacho in gratiam Alexãdri, aduersum cunctos reclamante. Ac statim, qui de omnibus nunciatum ad Priamum mitterentur, electi duo: hiq; inter cætera quæ mandata erant, etiam de Polydoro docent. Ea ubi rex accepit, maximè consternatus filij nuncio, ante ora omnium corruit. Deinde à circumstantibus refectus paulisper, erigitur: atq; ire in consiliũ cupiens, à regulis cohibitus est. Ipsi namq; relicto patre cõuentum irrumpunt, ad id tempus, quo Antimachus multis in contumeliam Græcorum iactis probris, tum demũ dimitti Menelaum aiebat, si Polydorus restitueretur. Postremò, eundem casum atq; exitum utriusq; custodiendum. Aduersum quę cunctis silentibus, Antenor resistere, ac ne quid huiusmodi decerneretur, magna ui repugnare. Sed postquam inuicem multa consumpta oratione, certamen eorum ad manus processerat, omnes qui aderant, inquietũ ac seditiosum Antimachum pronunciãtes, è curia proiecère. Sed ubi Priamidę egressi sunt, Panthus Hectorem obsecrans (nam is inter regulos cùm uirtute tum consilio bonus credebatur) hortari, ut nunc Helena potissimum, cum Græci supplices ob eam causam uenissent, cum amicitia redderetur. Neq; parum Alexandro ad explendum amorẽ, si quem circa Helenã habuerat, transactum. Quocirca uersari ante omniũ oculos oportere præsentium regum Graiorum eorumq; fortia facta, ac recẽs partam gloriam erutis amicissimis Troiæ

Vlyssis ad Paridis συμμαχ. oratio.

ciuitatibus

ciuitatibus. Ob eam etiam causam Polymnestorem exemplũ admissi abhorrentem, ultrò Gręcis Polydorum tradidisse. Ex quo etiam uerendum, ne quid per tale commentum finitimæ regiones, pernicioſa cõsilia aduersum Troiam molirentur. Nihil exploratum neq; fidum esse: insidiosa cuncta, atq; aduersa in obsidione fore. Quę si omnes ita uti res est, animo reputarent, neq; ulterius differendos legatos paterentur: & Helena cum gratia remissa, maius atq; arctius amicitiæ pignus inter duo regna coalesceret. Quæ ubi accepit Hector, recordatione fraterni facinoris tristior aliquantum, fusisq; cum mœrore lachrymis, Helenam tamen prodendam minimè rebatur: quippe supplicem domus, & ob id fide interposita tuendam. Si qua autẽ cum ea abrepta docerentur, restituenda cuncta. Namq; pro Helena Cassandram, uel Polyxenam, uel quæ legatis uideretur, nuptum cum prędarissimis donis Menelao tradendã. Ad ea Menelaus iracundè atrox: Egregiè hercule nobis actũ est, si quidẽ proprio spoliatus, cõmutare matrimoniũ arbitrio meorũ hostium cogor. Aduersum quẽ Aeneas: Ac ne hæ quidẽ concederentur, cõtradicente ac resistente me, reliquisq; qui affines amicisq; Alexandro in rẽ eius cõsulimus. Sunt enim, atq; erunt semper, qui domũ regnumq; Priami tueant: neq; amisso Polydoro, orbitas Priamũ insequet, tot talibusq; filijs superstitibus. An solis qui è Græcia sunt raptus huiusmodi concedunt? Quippe Cretæ Europã à Sydone, Ganymedẽ ex hisce finibus atq; imperio rapere licuerit? Medeã ignoratis ne à Colchis in Colchorũ fines transuectã? Et ne primum illud rapiendi initiũ prætermittã, Io ex Sydoniorum regione abducta, Argos meauit. Hactenus uobiscũ uerbis actum. Ac nisi mox cum omni classe ex hisce locis aufugeritis, iamiam Troianã uirtutem experiemini. Deorũ quippe ope atq; auxilio, iuuentus perita belli abundè nobis est, atq; indies auxiliorum crescit numerus. Postquam finẽ loquendi fecit, Vlysses placida oratione: Iam Hercule ulterius, ait, differre inimicitias haud integrum uobis est. Date igitur belli signum, atq; ut in inferendis iniurijs, ita in inchoando prælio fite authores: non sequemur lacessiti. Talibus inuicem consumptis uerbis, legati consilio abeunt. Ac mox per populum disseminatis, quæ aduersus legatos Aeneas dixerat, tumultus oritur, scilicet per eum uniuersam Priami domum odio regni eius, & pessimo intercedendi exemplo euersum iri. Igitur ubi legati ad exercitum reuenêre, cũctis ducibus dicta gestaq; Troianorum aduersum se exponunt. Itaq; decernitur, uti Polydorum in conspectu omnium, atq; ante ipsos muros necarent. Neq; ulterius dilatum facinus: quippe productus in medium, uisentibus ex muris pleriscq; hostium lapidib. ictus, fraternæ impietatis pœnas luit. Ac mox unus ex preconibus nunciatum Ilienſibus mittitur, ut Polydorum sepeliendum peterent. Missusq; ad eam rem Idæus, cum seruis regis, fœdatum ac dilaniatum lapidibus Polydorum matri eius Hecubæ refert. Interim Aiax Telamonius, ne quid quietum finitimis Troiæ regionibus, atque amicis relinqueretur, hostiliter eas aggressus, Botyram, Cyllamq; ciuitates diuitijs nobiles, capit. Neq; contentus his, Gargarum, Marisbam, Geniten, Scepsim. Lariſſam, miranda celeritate depopulatur. Dein doctus ab incolis, multa huiuscemodi pecora in Idæo monte stabulari, exposcentibus qui cum eo erant cunctis, cito agmine montem ingressus, interfectis gregum custodibus, magnam uim pecorum abducit. Deinde nullo omnium aduersante, cunctis quà pergebat in fugam uersis, ubi tempus uisum est, cum magna præda ad suos conuertit.

Hectoris conſilium.

Aeneæ oratio.

Vlyſsis reſponſum.

Polydorus lapidatur.

Aiacis Telamonij incurſio in finitimos Troiæ fines.

Per idem tempus Chryses, quem sacerdotem Smynthij Apollinis suprà docuimus, cognito filiam suam Astynomen cum Agamemnone degere, fretus religione tanti numinis, ad naues uenit, præferens Dei uultus, & quædam ornamentorum templi eius, quo facilius recordatione præsentis numinis uenerario sui regibus incuteretur. Dein oblatis auri atq; argenti donis plurimis, redemptionem filiæ deprecatur: deprecans uti magnificarent præsentiam Dei,

Chryſes filiam ſuã à Græcis repoſcit.

qui secum oratum eos ob sacerdotem proprium ueniſſet. Præterea cõmemorat, quę indies aduersum se ab Alexandro, eiusq; cõsanguineis, ob exhibitam à se paulò antè immolationem, inimica hostiliaq; pararentur. Quæ ubi accepere, reddendam filiam sacerdoti, neq; ob id accipiendum præmium, uniuersis placet. Quippe cum per se amicus, fidelisq; nobis, tum præcipuè ob religionem Apollinis nihil non meriti, credebatur. Namq; iam multis documentis ac fama incolarum, obsequi numini eius per omnia destinauerant. Quę postquam Agamemnon accepit, obuiam cunctorum sententijs ire pergit. itaque atroci uultu exitium sacerdoti cõminatur, ni recederet: perditum senem atque extrema metuentẽ, imperfecto negotio ab exercitu dimittit. Tali modo conuentu dissoluto, singuli reges Agamemnonem adeunt, eumq; multis probris

Græcorũ Ducum contentiones.

insectantur: quippe quod ob amorem captiuæ mulieris, seq;, &, quod indignissimum uideretur, tanti numinis Deũ contempturi habuissẽt, ac mox uniuersi execrati deseruêre. Ob idq; & memores Palamedis, quem gratum acceptumq; in exercitu haud sine consilio eius, Diomedes atq; Vlysses dolo circũuentum, necauissent. Cæterùm Achilles in ore omnium, ipsumq; & Menelaum contumelijs lacerabat. Igitur Chryses ubi iniuriam perpetuus ab Agamemnone, discessit: neq; multi fluxêre dies, incertum alió ne casu, an uti omnibus uidebatur, ira Apollinis, morbus grauissimus exercitũ inuasit. Principio

Exercitus Græcorũ peste laborans.

grassandi facto à pecoribus: deinde malo paulatim magis magisq; ingrauescente, per homines dispergitur. Tum uerò uis magna mortalium corporibus fatigatis pestifera ægritudine, infando ad postremum exitio interibant. Sed regum omnino nullus, neq; mortuus hoc morbo, neq; tentatus est. Cęterũ postquam nullus morbi modus, & indies plures intereunt, cuncti duces conuerso iam in se quisq; timore, in unum coĕunt. Ac dein flagitare Calchanta, quem futurorum præscium memorauimus, uti causam tanti mali ediſſerat. Ille enim perspicere se originem huiusce morbi, sed haud liberum esse quicquam eloqui: ex quo accideret, ut potentissimi regis contraheret offensam. Post quæ Achilles reges singulos adijt, ut interposita iurisiurandi religionę confirmarent, nequaquam se ob eam causam offendi. Hoc modo Calchas, ubi cunctorum animos in se conciliauit, Apollinis iram pronunciat. Eum namq; ob iniuriam sacerdotis infestum Græcis, pœnas ab exercitu expetere. Dein perquirente Achille mali remedium, restitutionem uirginis pronunciat. Tum Agamemnon contestans, quod mox accidit, concilio tacitus egressus, cunctos quos secum habuit in armis esse iubet. Id ubi Achilles animaduertit, commotus rei indignatione, simul pernicie defessi exercitus anxius, defunctorũ corpora miserandum in modum confecta, undique in conuentu ante ora omnium proijci fecit. Quo spectaculo adeò commoti reges gentesq; omnes, uti aduersus Agamemnonem à cunctis pergeretur, duce atq; authore Achille: & si perstaret suadere, exitio uindicandum. Quæ ubi regi nunciata sunt, pertinaci animo ab amore captiuæ nullo modo seiungi, apparatus experiri, nihil de

Troiani Græcos inuadunt.

sententia remittendum destinauerat. At postquam Troiani cognouere conflagrationẽ corporum assiduam, crebrasq; sepulturas animaduertentes: doctiq;, etiam reliquos incommodo cladis eius debiles agere, cohortati inter se arma capiunt, ac properè cum manu auxiliari effusi portis, pergunt aduersum. Ac dein per campos exercitu bipartito, Troianis Hector, Sarpedon auxiliaribus duces facti. Tum nostri, uisis contrà hostibus, armati atq; instructi pro negocio simplicis formæ aciem composuêre, circa cornua diuisis ducibus. Dextrum Achilles cum Antilocho, alterum Aiax Telamonius cum Diomede curabant: Medios accepere Aiax Oileus, & Idomeneus dux noster. Hoc modo exercitu utrinq; compositò, pergunt obuiam. At ubi in manus uentum est, cohortati suos quisq;, acie conflixêre. Tum uerò aliquantulum tracto certamine, plurimi utriusq; partis cadunt, præcellentibus in ea pugna Barbarorũ Hectore

ctore & Sarpedone, Græcorum Diomede cum Menelao. Dein nox communis amborum requies, diremit prælium. Igitur reducto exercitu, corpora suorum cremata igni, sepeliunt. Quis perfectis, Græci statuunt inter se, Achillem, cuius in aduersis Græcorum casibus solicitudo præcipua uidebatur, regem omnium confirmare. Sed Agamemnon anxius ne decus regium amitteret, in concilio uerba facit: Sibi maximè cordi esse exercitus incolumitatem: neq; ulterius differre, quin Astynome parenti remitteretur, maximè si restitutione eius instantem perniciem subterfugerent. Nec quicquam deprecari amplius, modò in locum eius Hippodamiam, quæ cum Achille degeret, uicarium munus amissi honoris acciperet. Quę res, quanquam atrox omnibus & indigna uideretur, tamen connuente Achille, cui id præmium pro multis atq; egregijs facinoribus fuerat, effectum habuit. Tantus amor erga exercitum, curaq; animo egregij adolescentis incesserat. Igitur aduersa cunctorum uoluntate, neq; tamen quoquam palàm recusante, Agamemnon tanq; ab omnibus concessa res uideretur, lictorib. uti Hippodamia ab Achille abstraheretur imperat: hiq; breui iussa efficiunt. Interim Astynomen Greci per Diomedem atq; Vlyssem cum magna copia uictimarum, ad fanum Apollinis transmisere. Dein perfecto sacrificio, uis mali leniri paulatim uisa, neq; amplius attentari corpora: & eorum qui ante fatigabantur, tanquam sperato diuinitus leuamine, relaxari. Ita breui per uniuersum exercitum salubritas uigorq; solitus renouatus est. Mittitur etiam Philoctetæ Lemnum, portio eius prædæ, quam Greci per Aiacem atq; Achillem aduectam, inter se uiritim distribuerant.

Chryſæ filia redditur.

Cæterùm Achilles memor iniuriæ supradictæ, abstinendum publico consilio decreuerat, odio maximè Agamemnonis. Abolitoq; amore quem circa Græcos habuerat, scilicet quod eorum patientia post tot bellorum uictorias, ac facta fortia, Hippodamia, cõcessum pro laboribus præmium, per iniuriam abducta esset. Dein uenientes ad se duces, aditu prohibere: neq; cuiquam eorum ignoscere, qui se aduersus Agamẽnonis cõtumelias, quũ defenderet, licèret, deseruissent. Intus igitur manens, Patroclum & Phœnicem, hunc morum magistrum, alterum obsequijs amicitiæ charum, & aurigam Autumedontem secum retinebat. Per idem tempus apud Troiam exercitus sociorum, quique mercede conducti auxiliares copias adduxerant, tempore frustrato, seditione odio, an recordatione suorum, bellum non occipiebant. Quod ubi animaduerterit Hector, coactus necessitate, militibus apud arma esse iubet, ac mox ubi signum daretur, sequerentur se. Igitur postquam tempus uisum est, & omnes in armis nunciabantur, iubet egredi ipse dux atq; imperator militiæ. Res postulare uidetur, eorum reges qui socij atq; amici Troię, quiq; ob mercedem auxiliares diuersis ex regionibus contracti Priamidarum imperiũ sequebantur, edicere. Primus igitur portis erumpit Pandarus Lycaone genitus, ex Lycia: Dein Ippothus Pylei ex Larissa Pelasgidarum, Agamas ex Thracia. Post quos Euphemus Træzenius Ciconis imperitans, Philemenes Paphlagonius patre Melio gloriosus. Dius & Epistropus filij Numaganorum regis. Sarpedon Anthio genitus, rector Lyciorum. Ex Iole Monathes, & Amphimachus, Nomionis Decalanti filius. Menethles genitore Telameneo. Meonean tus Hispoliti Lycius, quem sibi Sarpedon, quod præter cæteros regionis eius consilio atq; armis pollebat, participem bellicarum rerum asciuerat. Phorcis & Ascanius Phryges. Fronius Midonis ex Mysia, Pyregamus Pæonis. Ampius & Adrastus Meropo geniti, ex Agrestina. Asirus Hirtacus. Dein alter Asirus Dimantho genitus, Hecubæ frater ex Phrygia. Hos omnes quos memoraui mus, secuti multi mortales inconditis moribus, ac dispari uocis sono, sine ullo ordine aut modo, prælia inire soliti. Quod ubi nostri animaduertêre, in campum progressi, more militiæ aciem ordinant, magistro ac præceptore componendi Mnestheo Athenienſi: ordinante autem eo gẽtes atq; regiones

Achillis ira.

Troianarũ cõpiarum duces enumerantur.

singulas, seorsum manente Achille cum Mirmidonum exercitu. Is namq; ob illatam ab Agamemnone iniuriam, & abductam Hippodamiam, nihil animi remiserat: tamen maximè indignatus Achilles quod reliquis ducibus ad cœnam deductis, solus contemptui habitus intermitteretur. Cæterùm ordinato exercitu, ac tum primùm omnibus copijs aduersum se instructis hostibus, ubi neutra pars committere audet, paulisper in loco retentis militibus, tãquàm de industria utrinq; receptui canitur. Iamq; Græci regressi ad naues, arma deponere, ac singuli per loca solita corpus cibo curare occæperant: quum Achilles vltum iri cupiens iniurias, ignaros consilij sui nostros, & ob id ocioſe agentes, clàm inuadere tentat. Aut ubi Vlysses à custodibus, qui eruptionem eius præsenserant, rem comperit, propere duces circumcursans cum magna uoce monet, atq; hortatur uti armis arreptis tuererentur sese. Dein consilium, inceptumq; Achillis, singulis aperit. Quo cognito, clamor ingens oritur, festinantibus ad arma cunctis, ac seorsum singulis sibi consulentibus. Ita Achilles præuerso de se nuncio, ubi in armis omnes sunt, neq; conata procedere queunt, intentato negotio ad tentoria regreditur. Ac mox duces nostri rati repentino suorũ clamore moueri Ilienses, & ob id noui quid negotij incepturos, augendæ custodiæ causa, mittunt duos Aiaces, Diomedem atq; Vlyssem. Hiq; inter se regionem, qua hostibus aditus erat, dispartiunt. Quæ res non frustra eos habuit. Nam apud Troiam Hector causam tumultus eorum cupidus per scisce-re, filium Eumedis Dolonem multis præmijs promissis q; illectum, uti ad postremum exploratum res Græcorum egrederetur, emittit. Isq; non longè a nauibus auidis ignota cognoscẽdi, dum cupit susceptí negotij fidem complere, in manus Diomedis qui eum locum cũ Vlysse custodiebat, deuenit. Ac mox ab his comprehensus refert cuncta, atq; occiditur. Dein diebus aliquot in ocio tritis, productio utriusq; exercitus præparatur. Diuisoq; campo inter se qui medius inter Troiam & naues interiacet, ubi tempus bellandi uidebatur, magna cura uniuersus miles instructus armis, utrinq; procedere. Deinde signo dato, densatis frontibus, conflixere acies compositæ, Græcis ac singulis per distributionem imperia ducũ exequentibus: contrà, sine modo atq; ordine Barbaris ruentibus. Cæterùm in ea pugna interficiuntur multi mortales utriusq; partis, quum neq; instantibus cederetur: & exemplo strenuissimi cuiusq; qui iuxtà steterat, æquiparare gloriã festinarent. Interim uulnerati grauiter ex ducibus, bello decedere coacti sunt: Barbarorum, Aeneas, Sarpedon, Glaucus, Helenus, Euphorbus, Polydamas: Nostrorum, Vlysses, Meriones, Eumulus. Cæterùm Menelaus fortè conspicatus Alexãdrũ, magno impetu irruit: quem euitans, nec diutius sustinere ausus Alexander, fugam capit. At ubi procul animaduertit Hector, concurrens cum Deiphobo, comprehendere fratrem, eumq; uerbis maledictisq; acrioribus insecuti, ad postremum cogunt, uti progressus in medias acies, eundem Menelaũ cõquiescentib. cæteris, solitario certamine lacesseret. Igitur producto ad bellandum Alexandro, progressoq; ante aciem, quod signum lacessentis uidebatur, postquam procul animaduertit hunc Menelaus, demum occasionẽ inuadendi inimicissimi sibi maximè oblatam, etiam ratus, iamq; cõfidens omnium iniuriarũ pœnas lui sanguine eius, omnibus animis aduersum pergit. Sed ubi eos contrà tendere paratos armis atq; animis uterq; exercitus animaduertit, cuncti signo dato, recedunt. Iamq; uterq; pleno gradu aduersum incedens, intra iactum telí peruenerant: quum Alexander præuenire cupiens, simulq; ratus primo iaculí euentu locũ uulneri inuenturũ, præmittit hastam, eaq; illisa clypeo facilè incussa est. Dein Menelaus magno impetu iaculatur, haud sanè casu dissimili. Namq; parato iam ad cauendũ, ictumq; declinante hoste, telũ humi figitur. At ubi nouis iaculis manus utriusq; redarmatæ sunt, pergunt cõtrà. Tũ demũ Alexãder ictus femur, cadit. Ac ne mox hosti ultionẽ cũ summa gloria cõcederet, pessimo exemplo

Achilles Græcis insidiatur.

Dolonis mors

Prælium.

Alexandri & Menelai duel lum.

interceſſum

interceſſum eſt. Nam quum ad interficiendũ eum educto gladio irrueret Menelaus, ex occulto ſagitta Pandari uulneratus, in ipſo impetu repreſſus eſt. Igitur à noſtris clamore orto, ſimulq; cum ira indignãtibus, quod duobus adeſſent ſe ſeorſum, quorum maxime gratia conflatũ eſſet bellum, decernentibus, repẽtè à Troianis peſſimo more intercederetur. Rurſus globus Barbarorum ingruens, Alexandrum è medio rapit. Interim in ea permixtione animorum, dum noſtri hæſitant, Pandarus procul aſtans, multos Græcorum ſagittis configit. Necq; prius finis factus, q̃ Diomedes atrocitate rei motus, progreſſusq; cominus telo hoſtem proſterneret. Hoc modo Pandarus certaminis fœdere uiolato, atq; interemptis multis, ad poſtremum pœnas ſceleratiſſimæ militiæ luit. Cæterũ corpus eius liberatũ ex acie, Priamidæ igni cremant, reliquiasq; ſocij ſibi traditas Lycij in ſolũ patriũ pertulêre. Interim uterq; exercitus ſigno dato manus conferunt: pugnantesq; ui ſumma atq; ancipiti fortuna, bellum ad occaſum ſolis producunt. Sed ubi nox aduentabat, utrinq; reges ſubducta haud longè acie, cuſtodiis idoneis exercitus communiêre. Ita per aliquot dies tempus bellandi opperientes, militem frequentem apud arma fruſtra habuêre. Namq; ubi hyems aduentare, & imbribus crebris compleri cœpere campi, Barbari intra muros abeunt. At noſtri nullo palàm hoſte ad naues digreſſi, munia hyemis diſponunt: mox bipartito campo qui reliquus non pugnæ opportunus erat, utraq; pars aratui inſiſtere. Dein ſerere frumenta, aliaq; quæ tẽpus anni patiebatur. Interim Aiax Telamonius inſtructo milite quem ſecum adduxerat, habens etiã nonnullos de exercitu Achillis, ingreſſus Phrygiæ regionem, multas hoſtiliter uaſtat & capit ciuitates: ac poſt paucos dies præda ductus, ad exercitum uictor redijt. Iiſdem ferè diebus Barbari noſtris per conditionem hyemis quietis, ac nihil hoſtile ſuſpicantibus, parauêre eruptionem. Quis Hector dux atque audendi author factus. Is namque omnes copias inſtructas armis cum luce ſimul porta educit, ac potinus curſu pleno ad naues tendere omnes atque inuadere hoſtes iubet. At Graij infrequentes, tum incurioſi ab armis turbati, ſimul & à fugientibus, quos primùm hoſtis inceſſerat, quo minus arma caperent impediti, tum cęſi multi mortales, iamq; fuſis qui in medio fuerãt, Hector ad naues progreſſus, ignem in proras iacere, ac ſæuire incendijs cœperat, nullo noſtrorum auſo reſiſtere. Qui territi atque improuiſi tumultu exangues, genibus Achillis prouoluti, auxilium renuentis, tamen obuoluebantur. Ita repentè mutatio animorum noſtros atque hoſtes inceſſerat. Interea Aiax Telamonius aduenies, cognito apud naues Hectore, magna armorum ſpecie ibidem apparuit. Deinde moleſtia urgens hoſtem, multò ſudore ad poſtremum à nauibus extra uallum detrudit. Tum iam cedentibus acrior inſiſtens, Hectorem qui aduerſum eum promptius ſteterat, ictum immani ſaxo, ac mox conſternatum eijcit. Sed eum concurrentes, undique plurimi multitudine ſua tectum, bello atque Aiacis manibus eripiunt, ſemineceṁq; intra muros ferunt, malè proſpera eruptione aduerſus hoſtes uſum. Cæterùm Aiax ſæuior ob ereptam è manibus gloriam, ſumptis iam Diomede, & cum Idomeneo, Aiace altero, territos diſperſosq; hoſtes ſequi: ac fugientes nunc telo eminus proſternere, modò apprehenſos obterere armis, prorſus nullo qui in ea parte fuerat, intacto. Inter quæ tam trepida Glaucos, Hoppolomus, Sarpedon atq; Steropus, ad morandum hoſtem pauliſper auſi reſiſtere, mox uulneribus grauati, locũ amiſere. Queis uerſis in fugam, Barbari nullam ſpem reliquã ſalutis rati ſine rectoribus, nec uſquam certo ordine palantes, effuſiq; ruere ad portas. Eoq; arcto ac properantium multitudine impedito ingreſſu, quum ſuper alium alius ruinæ modo præcipitarentur, ſuperuenit cum ſupradictis ducibus Aiax. Tum magna uis Barbarorum trepida impeditaq; inter ſe, cæſa extinctaq;. In quibus filiorum Priami Antiphus & Polites. Ac modò Neſtor, atque Euphemus, Troẽmus

Pãdari mort.

Troianorum eruptio.

Hector ab Aiace uulneratus.

dux egregius Ciconum. Ita Troiani paulò antè uictores, ubi aduentu Aiacis, fortuna belli mutata est, uersis ducibus pœnas luere militiæ inconsultæ. At postquam aduentante uespera, signũ nostris receptui datum est, uictores, lætique ad naues regressi sunt. Mox ad Agamemnonem cœnatum deducuntur. Ibi Aiax collaudatus à rege, donis egregijs honoratur. Neq; reliqui duces facta gesta q; uiri silentio remittunt. Quippe singuli extollentes uirtutem, memorant fortia facta, euersas ab eo tot Phrygiæ ciuitates, abductas q; prædas. Et ad postremum, in ipsis nauibus aduersum Hectorem egregiam pugnam, libe ratas q; igni classes. Neq; cuiquam dubium, quin ea tempestate, tot egregijs ac pulcherrimis eius facinoribus spes omnes, atq; opes militiæ in tali uiro sisterentur. Cæterùm proras nauium duarum, quibus illatus ignis eam partem tantummodo consumpserat, Epeus breui restituit. Tumq; Græci rati postma lam pugnam Troianos ulterius nihil hostile ausuros, quieti ac sine terrore degêre. Per idem tempus Rhesus de Eroneo genitus, haud alienus à Priami amicitia, pacta mercede cum magnis Thracum copijs aduentabat. Is inciden te iam uespere paulisper moratus apud Oen insulam, quæ ante positam ciuitatem continenti eius adiungitur, secundam circiter uigiliam ingressus Troianos campos, explicitis q; tentorijs ibidem opperiebatur. Quod ubi Diomedes, atque Vlysses, uigilias in ea parte curantes, procul animaduertere, rati Troianos à Priamo exploratum missos, arreptis armis, mox presso gradu circumspicientes omnia, pergunt ad eum locum. Tum fatigatis ex itinere custodibus, & ob id somno pressis, ij q; & interius progressi, in ipsis tentorijs regem interficiunt. Dein nihil ultra audendum rati, currum eius, & cum egregijs insignibus equos ad naues ducunt. Ita reliquum noctis in suis quisque tabernaculis requiescentes transigunt. Ac lucis principio reliquos duces conueniunt, eos facinus ausum expletum q; docent. At mox rati Barbaros incensos cæde regis affore, iubent omnes frequentes apud arma agere, opperiq; hostem. Neque multò pòst Thraces uiri expergefacti è somno, ubi regem interemptum fœda ac miseranda facie intra tentoria animaduertere, & uestigia abducti currus manifesta sunt: raptim ac sine ullis ordinibus, ut quẽque sors conglobauerat, ad naues euolant. Quibus procul uisis, nostri conferunt inter se, atq; imperia seruantes eunt obuiam. Sed Aiaces duo aliquantum in aciem progressi, primos Thracum inuadunt atque opprimunt. Dein reliqui duces ut quisque locum ceperat, cedere singulos: & ubi conferti steterant, bini aut amplius congregati, impetu suo dissoluêre. Ac mox dispersos palantes q; interficere, prorsus uti nullus reliquus cædis fieret. Ac statim Graij extinctis: qui aduersum ierant, signo dato ad tentoria eorum pergunt. Ac illi qui custodes castris relicti soli superfuerant, uisis contrà hostibus terrore ipso miserandum in modum effœminati, omnibus omissis ad mœnia confugiunt. Tum undique uersus nostri ingruentes, arma, equos, regias opes, & ad postremum uti quidq; sors dederat, præripiunt. Hoc modo uictores Graij deletis cum Imperatore Thracibus, onusti præda ac uictoria, ad naues digrediuntur. Quum interim Troiani ex muris respectantes, neq; quicquam pro socijs ausi, intra mœnia tamen trepidabant. Igitur Barbari tot iam aduersis rebus fracti legatos inducias postulantes, ad Græcos mittunt. Ac mox nostris conditionem approbantibus, interposito sacrificio fidem pacti firmauêre. Eodem ferè tempore Chryses, quem sacerdotem Smynthij Apollinis suprà memorauimus, ad exercitum uenit, actum gratias super his quæ in se, recepta filia à nostris, benignè gesta erãt. Ob hæc q; tam magnifica, simul & quod Astynomen honorifice habitam cognouerat, reductã secum Agamemnoni tradit. Neq; multò pòst, Phyloctetа cum his qui partem prædæ ad eum portauerant, Lemnum regreditur inualidus, etiam tum neq; satis firmo gressu. Interea concilium Græcis agentibus, Aiax Telamonius in medium progressus,

Rhesi mors.

Thracum cædes.

Chryses filiam Agamemnoni reddit.

Græcorum ad Aiacẽ legatio.

greſſus, docet oportere mitti ad Achillem precatores, qui eum imperatorum uerbis atq; exercitus peterent, ut remitteret iras, ac repeteret ſolitam cum ſuis gratiam. Minimè quippe aſpernandum talem uirum: nunc uel maximè quum ſecundis rebus Græci, uel paulò antè uictores, non ob utilitatem, ſed honoris meritò, gratiam eius peterent. Inter quę deprecari etiã Agamemnonẽ dare operam, ſimulq; uoluntatem agendo negotio adhiberet. Namq; tali tẽpore in cõmune ab omnib. conſulendũ, preſertim procul è domo, locis alienis atq; hoſtilibus. Neq; enim tã inter grauia bella undiq; uerſus inimicis regionibus, q; concordi tutos fore. At ubi finẽ loquendi fecit, cuncti duces collaudauêre cõſilium uiri, ſimulq; prædicantes ad cœlum tollere, ſcilicet quod cùm uirtute corporis, tum ingenio uniuerſos anteiret. Poſt quæ Agamemnon docere, ſe & antè ad reconciliandum Achillem multos miſiſſe, & nunc nihil aliud cordi eſſe. Ac mox ipſum Vlyſſem atq; Aiacem orare, ſuſciperent negotium, atq; ad eum nomine omnium irent: maximè quod Aiax cognatione fretus, impetraturus ueniam faciliùs credebatur. Igitur his operam ſuam pollicentibus, ituros ſe unà Diomedes ſponte ait. His actis, Agamemnon afferre hoſtiam lictores iubet. Ac mox ſublatam ſuper terram, quum eam duo quibus imperatum erat, ſuſpenſam tenerent, gladium uagina educit, eoq; bifariam excisam hoſtiam in conſpectu uti diuiſerat, collocare. Dein ferrum ſanguine oblitum manu retinens, inter utranq; ſacri partem medius uadit. Interim Patroclus cognito quod parabat, in concilium ſuperuenit. At rex, ſicut ſuprà diximus, tranſgreſſus, ad poſtremum iurat, inuiolatã à ſe in eum diem mãſiſſe Hippodamiã. Neq; cupiditate ulla, aut deſiderio læſum, ſed ira, qua plurima mala conficiuntur, eouſq; proceſſiſſe. His addit, cupere ſe prę terea, ſi etiã ipſi uideret, filiarum quæ cordi ei eſſet, in matrimoniũ dare: decimamq; regni omnis partẽ, ac talenta quinquaginta doti adiungit. Quæ ubi accepêre, qui in concilio erant, admirari magnificentiã regis, maximeq; Patroclus. Qui cùm oblatione tantarũ opum tũ præcipuè lætus, quod intacta Hippodamia affirmaretur, ad Achillem uenit, eiq; uniuerſa geſta actaq; refert. Dein ubi rex ea quæ audierat, uolutare animo ac deliberare ſecum ipſe occœpit, ſuperuenit cũ ſupradictis Aiax. Tũ ingreſſos eos, ac benignè ſalutatos, ſedere hortat, iuxtaq; ſe Aiacẽ. Qui tẽpus loquendi nactus familiariter, & ob id liberius incuſare atq; increpare, quòd in magnis diſcriminibus ſuorum nihil iracundię remiſerit, potueritq; cladẽ exercitus perpeti, quum multi eum amici, plurimi etiã affiniũ obuoluti genib. precarent. Poſt quem Vlyſſes, illa quidem deorum eſſe ait. Eorum autem, quæ in concilio acta eſſent, ordine expoſito: quæ etiã Agamemnõ pollicitus, quæq; iuraſſet. ad poſtremũ orat, ne preces omniũ, neúe oblatas nuptias aſpernaret. Moxq; eorũ omnium, quę unà offerebant, enumerationẽ facit. Tum Achilles longã orationem exorſus, primùm omniũ acta geſtaq; ſua exponere. Ac dein admonere, quantas ęrumnas pro utilitate pertulerit, quas ciuitates aggreſſus ceperit. Cunctis interim requieſcentibus, ipſe anxius, ac dies noctesq; bello intentus: & quũ nec militib. ſuis, neq; ſibi ipſe parceret, apportatas nihilominus predas in cõmune ſolitum redigere. Pro queis ſolũ omnium electum, qui tam inſigni iniuria dehoneſtaret: ſolum ita contemptum, à quo Hippodamia tot laborum precium per dedecus abſtraheretur. Neq; in ea culpa ſolum eſſe Agamemnonẽ, ſed maximè cæteros Græcos, qui immemores beneficiorum, contumeliã ſuam ſilentio præterierint. Poſtq; finem loquẽdi fecit, Diomedes ait: Præterita omittẽda ſunt, neq; oportet prudentem meminiſſe tranſactorũ, quando ea etſi maximè cupias, nequeas reuocare. Interea Phœnix, & cum eo Patroclus, circumſtantes, genas atq; omnem uultum iuuenis, manusq; adoſculari, contigere genua: rediret in gratiã, atq; animos remitteret, cùm propter præſentes qui eum oratum ueniſſent, tum præcipuè ob benemeritũ de ſe exercitum reliquũ. Igit Achilles præſentia talium uirorũ, precib. etiã familiarium,

Conſiliũ de Achille placãdo

ac recordatione innoxij exercitus tandem flexus, ad postremùm facturum se quæ uellent respondit. Et hortatu Aiacis tum primùm post malā iracundiam Græcis mixtus, consilium ingreditur, atq; ab Agamemnone regio more salutatur. Interea reliquis ducibus fauorem attollentibus, gaudio lætitiaq; cōpleta cuncta sunt. Igitur Agamemnon manum Achillis retentans, cum eo & reliquos duces cœnatum deducit. Ac paulò post quum læti inter se inuitarent, rex Patroclum quæsiuit ut Hippodamiam cum ornamentis quæ dederat, ad tentoria Achillis deduceret: isq; libens mandata efficit. Cæterùm per id tempus hyemis sæpe Græci atq; Troiani singuli, pluresue, ut sors euenerat, inter se sine ullo metu in luco Thymbræi Apollinis miscebantur.

DICTYS CRETENSIS DE BELLO TROIANO,

LIBER TERTIVS.

Græcorum arma.

NTerim per totam hyemem dilato cōditionibus in tempus bello, Græci cuncta quæ in tali ocio militia poscebat, intenti animo summis studijs festinabāt. Namq; pro uallo multitudo uniuersa uarijs bellandi generibus per duces populosq; instructa, & ob id more optimo diuisis ad officia sua quibusque, hinc iaculis hastarum fabricatis, neq; pondere aut mensura inferioribus, & quibus ea non erant præustis fustibus: illinc alij sagittis certantes inter se inuicem, ad multum diem exercēre. Alij saxis utebantur. Sed inter sagittarios maximè anteibant, Vlysses, Teucer, Meriones, & Menelaus. Neq; dubium, quin inter hos iam præcelleret Philoctetes: quippe Herculis sagittarum dominus, & destinata feriendi arte mirabilis. At Troiani cum auxiliaribus lassiores militia, neque exercitum solliciti, secordius agitare. Ac sæpe sine ullo insidiarum metu, hi aut illi multis immolationibus Tymbræo Apollini supplicabant. Hisdem ferè diebus nuncius apportatur,

Asiani à Priamo deficiunt.

uniuersas propè Asiæ ciuitates desciuisse à Priamo, atq; eius amicitiam execrari. Nāq; facinoris exemplo suspectis iam per uniuersos populos, gentesq; circa hospitium, omnibus rebus, simulq; omnibus præljs Græcos uictores cognitum, & euersio multarum in ea regione ciuitatum animis hæserat. Ad postremùm, graue odium filiorum, regniq; eius incesserat. At apud Troiam fortè quadā die Hecuba supplicante Apollini, Achilles uolens uisere cerimoniarum morem, cùm paucis comitibus superuenit. Erant præterea cum Hecuba matronæ plurimæ, coniuges principalium filiorum eius, partim honorem atq; obsequium reginæ tribuentes: reliquæ tali obtentu pro se quæq; rogaturæ, supplicaturæq;: etiam Hecubæ filiæ innuptæ, Polyxena, & Cassandra, Minerua atq; Apollinis antistes, nouo ac barbaro redimita ornatu, effusis hinc atq; inde crinibus precabatur, suggerente ei Polyxena apparatum sacri eius.

Achilles Polyxenæ amore captus.

At tum fortè Achilles uersis in Polyxenam oculis, pulchritudine uirginis capitur. Auctoq; in horas desiderio, ubi animus non lenitur, ad naues discedit. Sed ubi dies pauci fluxerunt, & amor magis ingraueſcit, accito Automedonte, aperit ardorem animi: ad postremum petit, uti ad Hectorem uirginis causa iret. Hector uerò daturum se in matrimonium mandat, si sibi uniuersum exercitum proderet. Dein Achilles, soluturum se omne bellum Polyxena tradita, pollicetur. Tum Hector, aut proditionem ab eo confirmandam, aut filios Plisthenis atq; Aiaces interficiendos, alioquin nihil de tali negocio se ausurum. Ea ubi Achilles accepit, ira concitus exclamat, se eum quum primum tempus bellandi foret, primo prelio interempturū. Dein animi iactatione faucius, huc atq; illuc oberrans, interdum tamen quatenus præsenti negocio utendū esset, consulta

consultare. At ubi Automedon iactare animo, atq; indies magis magisq; æstuare desiderio, ac pernoctare extra tentoria animaduertit, ueritus ne quid aduersum se, aut in supradictos reges moliretur, Patroclo atq; Aiaci rem cuncta aperit. Hi dissimulato quod audierant, cũ rege cõmorantur. Ac fortè quodã tempore recordatus sui, cõuocatis Agamemnone & Menelao, negocium, ut gestum erat, desideriumq; animi aperit. A' quibus omnibus, ut bono animo ageret, respondet: breui quidem dominum eum fore eius, quam deprecando non impetrauerit. Quę res eò fidem habere uidebatur, quoniam iã summa rerum Troianarum propè occasum erat. Omnes nanq; Asiæ ciuitates execratæ amicitiam Priamidarum, ultrò nobis auxilium societatemq; belli offerebant. Quibus à ducibus nostris benignè respondebatur, satis sibi esse præsentium copiarum, neq; auxiliorum egere: Amicitiam sanè quàm offerrent, ultrò suscipere, uoluntatemq; eorum fore gratam omnibus. Scilicet quia fluxa fides, & animi parum spectati, neq; tam subita mutatio sine dolo credebatur. Iamq; exactis hybernis mensibus uer ceperat, quum Graij edicto prius uti omnis miles in armis esset: mox signo belli edito, exercitum per campos productum ordinant. Neq; à Troianis segnius agebatur. Igitur ubi utrinq; acies instructæ aduersum processere, atq; intra teli iactum uentum est, cohortati suos quisq; manus conserunt, in medio locatis equitibus, & ob id primis congressis. Tumq; primum reges nostri atq; hostium, ascensis curribus bellum ineunt, ascito sibi quisq; auriga ad regendos equos. Sed primus omnium Diomedes inuectus Rhesi equis, Pichecmum regem Ciconum hasta fronte ictum, interficit. Deín cæteros, quos ob uirtutem rex secum stipatores habuerat, conglobatos inter se atque usos resistere, partim telo eminus funditus, alios curru per medios concito humi obterit. Dein Idomeneus adhibito equis Merione, Agamanta Thracum regem curru deijcit, ruentiq; telo occurrit, atq; ita interficit. Sed ubi Hector situs in parte alia, medios suorum fundi accepit, dispositis satis strenuis ubi pugnabat, accurrit auxilio laborantibus, Glaucum & Deiphobum & Polydamanta secum habens. Nec dubium, quin deleta à prædictis regibus ea pars hostium foret: ni aduentu suo Hector nostros ulterius progredi, & fugere suos cohibuisset. Ita Græci prohibiti cæde reliquorum, represso gradu aduersum eos qui superfuerant constitere. Ac mox cognito per uniuersum exercitum prælio in ea parte, reliqui duces confirmati, ubi quisq; pugnauerat, undiq; eò confluunt. Densatur utrinq; acies, & prælium nouatum est. Igitur Hector ubi plurimos suorum adesse, & satis tutum se intelligit, tollit animos. Deín clamore magno singulos suorum nomine appellans, confidentius in hostem pugnare hortatur: ac progressus intra aciem, Diorem & Polyxenum, alios q; satis impigrè pugnantes uulnerat. At ubi Achilles eum ita in hostem promptum animaduertit, simul subuenire his quos aduersum bellabat cupiens, & memor paulò antè repulsæ in Polyxena, contrà tendit. Progressusq; in medio Philemonem Paphlagonum regem impedimento sibi oppositum, comínus fundit, non alienum sanguinis Priamidarum. Perhibebatur quippe hic etiam ex his, qui affines Agenoris originem propriam memoria repetebant. A' quo etiam Amalixonem genitam, postquam adoleuerat, deductam in matrimonium Dardani. Cæterùm Hector postquam ad se agmine infesto tendi uidet, causam odij recordatus est: non ulterius impetum uiri experiri ausus, ex acie subterfugit: eumq; Achilles insecutus quantum acies hostium patiebatur, ad postremum iaculatus, aurigam eius interficit, postquam Hector per aliam partem relicto curru aufugerat. Dein ereptum sibi è manibus inimicissimum omnium dolens, rursus uehementius sæuire, extractoq; ex corpore aurigæ telo, fundere obuios, ac prostratos quum alios inuaderet desuper proculcans, subterere. Inter quæ tam trepida cunctis fugientibus, Helenus quæsitum ex occulto locum uulneri ubi nactus est, ma-

Prælium.

Hector Achillem fugit.

Achilles uulneratus.

num Achillis procul atq; impouisus sagitta transfigit. Ita uir egregius, cuius aduentu territus, fugatusq; Hector, multiq; mortales cum ducibus extincti, laniatiq;, ex occulto uulneratus, eo die finem bellandi fecit. Interim Agamemnon, & cum eo Aiaces duo, inter cæteram stragem ignotorum, nacti plurimos filiorum Priami interficiunt. Agamemnon, Arsacum cum Deiopete, Archemachum, Laudacũ, & Philenorem: Aiax Oilei & Telamonius Mulium, Astymenen, Doriclũ, Hippodamanta. Aut in alia belli parte Patroclus & Lycius Sarpedon locati in cornibus, nullis propinquorũ præsentibus, signo inter se dato solitarij certaminis, extra aciem processere. Moxq; telis aduersum iactis, ubi uterq; intactus est, curru desiliunt, atq; arreptis gladijs pergunt obuiam. Iamq; crebris aduersum se ictibus cõgressi, neq; uulneratus quisquam, multum diei consumpserant. Tum Patroclus amplius audendum ratus, colligit in arma sese: & cautius contectus, ingressusq; hostem complectitur, manu dextra poplitem succîdens. Quo uulnere debilitatum, atq; exectis neruis inualidum propulsat corpore, ruentemq; interficit. Quod ubi animaduertere Troiani, qui iuxtà steterant, gemitu magno clamorem tollunt. Relictisq; ordinibus signo dato, arma in Patroclũ cõuertũt: scilicet Sarpedonis interitum publicam cladem rati. At Patroclus præuiso hostium agmine, telum positum humi propere rapit, compositusq; in armis audentius resistit. Tum ingruentem Deiphobum hasta cominus tibiam ferit, atq; excedere ex acie cogit, interfecto prius Corgatione fratre eius. Neq; multò pòst, aduentu Aiacis tuti reliqui. Quum interim Hector edoctus quæ acciderant, superuenit, ac mox conuersam suorum aciem pro tempore restituit, increpatis ducibus, ac plerisq; ex fuga reductis. Ita præsentia eius animi tolluntur, & prælium incenditur. Tum uerò inclytis ex utraq; parte ducibus, confirmatoq; exercitu confligunt acies nunc hinc nunc inde cedentibus instantes: & ubi acies nutauerat, præsidijs ac currentibus. Interea utriusq; exercitus cadunt plurimi, neq; fortuna belli mutatur. Sed postquam miles bello intentus per multum diem, magis magisq; fatigatur, & diei uesper erat, utrisq; cupientibus, pugna decessum est: Tum apud Troiam circa Sarpedonis cadauer cunctis deflentibus, ac præcipuè fœminis, luctu atq; gemitu omnia completa sunt. Quis non alij casus acerbissimi ne interitus quidem Priamidarum præ desiderio eius cordi insederat, tantum in eo uiro præsidium, & interfecto spes ablata credebatur. At Greci in castra regressi, primùm omnium Achillem reuisunt: eumq; de uulnere percun-

tagentem, forte legendum.

ctati, ubi sine dolore agerent uident, læti ad postremum narrare occipiunt Patrocli fortia facta. Dein reliquos qui uulnerati erant, per ordinem circumeunt ita inspectis omnibus ad tentoria sua quisq; digreditur. Interim Achilles regressum Patroclum extollere laudibus. Dein monere, uti reliquo quoq; bello memor rerum quas gesserat, hostibus uehementiùs ingrueret. Hoc modo nox consumit. At lucis principio corpora suorũ quisq; collecta, igni cremant, dein sepeliunt. Sed postquã dies aliquot triti, & uulnerati cõualuerãt, arma expedire & producere militem placet. Sed Barbari more pessimo, neq; quicquam compositum, nihilq; aliud quàm turbata atq; insidiosa cupientes, clàm atq; ante tempus egressi, prælium præuertere. Tumq; effusi ruinæ modo, clamorem inconditũ, simulq; tela in hostes conijciunt, semiermes etiam tum atque incompositos. Cæsi ita nostrorum multi, in quis Archesilaus, Boëtius, & Schedius, Cryseorũ uterq; duces optimi: cæterũ uulnerata pars maxima. Meges etiã & Agapenor, Arcadiæ inter quæ tam fœda, tantaq; indignatione rerum, Patroclus fortunã belli uincere aggressus. Dum hortatur suos, atq; instat hostibus, promptior quã bellandi mos est, telo Euphorbij ictus ruit. Statimq; Hector aduolans eum opprimit, ac desuper uulnerib. multis confoditi moxq; nititur abstrahere prælio, scilicet insolentia gentis suæ illudere cupiens, per uniuersa genera dehonestamenti. Quod ubi Aiaci cognitum est, relicto ubi

Patrocli mors

pugnabat,

pugnabat, properè accurrit, iamq; eripere cadauer occipientem proturbat hasta. Interim Euphorbius à Menelao & Aiace altero, summo studio circũuentus, scilicet author interempti ducis, morte pœnas luit. Dein occipiẽte uespera, prælium dirimitur, male & cum dedecore plurimis nostrorum interfectis.

Sed postquam utrinq; reducta acies, & iam in tuto miles noster erat, cuncti reges ad Achillem conueniunt, deformatum iam lachrymis, atq; omni supplicio lamentandi. Qui modò prostratus humi, nunc cadaueri superiacens, adeò reliquorũ animos pertentauerat, ut Aiax, qui solandi causa astiterat, nihil luctui remitteret. Patrocli uerò mors non tantum gemitum illum cũctis incussérat, sed præcipuè recordatio uulnerum per loca corporis pudibundi. Quod exemplum pessimum per mortales, tum primùm proditum est, nunquam antea Græcis solitum. Igitur reges multis precibus, atq; omni consolationis modo tandem Achillem flexũ, humi exigunt. Dein Patrocli corpus elotum, mox ueste circumtegitur, maximè ob tegenda uulnera, quæ multis modis impressa, haud sine magno gemitu cernebantur. His actis, Achilles monet, uti custodes uigilias agerent: curarentq; ne hostes detentis circa funus nostris, more soluto irruerent. Ita per distributionem officia quisq; procurantes, igni plurimo in armis pernoctãt. At lucis principio placet, uti ex omni ducum numero quinq; in montem Idam uaderent syluam cæsum, quo Patroclus cremaretur. *Patrocli funus.* Decretum quippe ab omnibus erat, ut funus eius publicè curaretur. Iêre igitur Ialmenus, Ascalaphus, Epios, & cũ Merione Aiax alter. Moxq; Vlysses & Diomedes, busto locum dimetiuntur, quinq; hastarũ longitudine, totidemq; in transuersum. Aduecta deinde ligni copia bustum extruitur, impositumq; desuper cadauer igni suppositò cremant, exornatum iam decore omni precio sæ uestis. Id namq; Hippodamia & Diomedea curauerant: quarum Diomedea nimium iuueni & omni affectu dilecta erat. Cæterũ paucis pòst diebus, refectis ex labore uigiliarum ducibus, cùm luce simul exercitus in campum productis, per totum diem in armis agit, operiens Barbarorũ occursum. Qui muris despectantes, postquam nostros paratos ad prælium uident, eo die certamen distulere. *Prælium.* Ita occasu solis Græci ad naues regressi. At uix principio diei Troiani, rati etiam tunc incompositos Græcos, armati portis euolant temerè & cum audacia, ut antea soliti: instantesq; circa uallum, certatim tela iaciunt crebra magis quàm cum effectu, nostris tantum ad euitandos ictus compositis. Igitur ubi ad multum diem Barbari intenti iaculis fessi, nec ita uehementes animaduerterunt, ex parte una nostri erumpunt, incursantesq; sinistrum latus, fundunt, fugantq;, neq; multò pòst ex alio latere abnuentibus iam Barbaris, ac sine ulla difficultate uersis. Ita plurimi Barbarorum, ubi uertêre terga, fœdè euicti in bello, & ab insequentibus proculcati, ad postremum dispereunt. In quis Asius Hirtaco genitus, & cum Hippoireo Phileus, Hiralis Asius, Sesto regnantes. Eodem die uiui à Diomede capiuntur duodecim, ab Aiace quadraginta. Capti etiam Pysus & Euander, Priamidæ. In ea pugna Græcorum Ceneus interfectus, rex Scythiæ. Vulneratus etiam Idomeneus, dux noster. Cæterùm ubi Troiani muros ingressi clausere portas, & finis standi factus est: nostri spoliata armis hostilia cadauera, apportataq; in flumen præcipitant memores paulò antè in Patroclum insolentiæ Barbarorum. Dein captiuos omnes, uti quenq; ceperant in ordine, Achilli offerunt. Isq; uino multo sopita iam fauilla, reliquias in urnam collegerat. Decretum quippe animo gerebat secum, in patrium solum uti abiret: uel si fortuna in se casum mutaret, una atque eadem sepultura cum charissimo sibi omnium contegi. Itaque eos qui oblati erant, deduci ad bustum, unà etiam cum Priami filijs: ibidemq; seorsum aliquantum à fauilla iugulari iubet, scilicet inferias Patrocli manibus. Ac mox regulos dilaniandos canibus obijcit, confirmatq; se non prius desinere pernoctando humi, quàm authorem tanti luctus sui sanguine

uindi-

uindicasset. Nec multi transacti sunt dies, quum repentè nunciatur, Hectorem obuiam Penthesileæ cum paucis profectum. Quæ regina Amazonum, incertum præcio an bellandi cupidine auxiliatũ Priamo aduentauerat. Gens bellatrix, & ob id à finitimis indomita, specie armorum inclyta per mortales. Igitur Achilles paucis fidis adiunctis secum, insidiatum propere pergit, atque hostem securum iam sui præuortit. Tum ingredi iam flumen accipientem, circumuenit: ita eum, & omnes qui comites regulo, dolos huiuscemodi ignorauerant, ex improuiso interficit. At quendam filiorum Priami comprehensum, mox excisis manibus ad ciuitatem remittit, nunciatum quæ gesta erant. Ipse cùm cæde inimicissimi, tum memoria doloris ferox, spoliatum armis hostem, mox constrictis in unum pedibus, uinculo currui postremò adnectit. Dein ubi ascendit ipse, Automedonti imperat, daret lora equis. Ita concito curru per campum, quà maximè uideri poterat, peruolat, hostem mirandum in modum circumtrahens. Genus pœnæ nouum, miserandumq; At apud Troiam ubi spolia Hectoris desuper è muris animaduertêre, quæ Græci præcepto regis, ante ora hostium prætulerant: & ille qui excisis manibus acerbissimæ rei indicium in seipso pertulerat, rem ut gesta erat, differuit: tantus per totam ciuitatem luctus atq; clamor editur, ut aues etiam consternatæ uocibus, ex alto decidisse crederentur, nostris cum insultatione reclamantibus. Mox ex omni parte cunctis clamantibus, urbs claditur. Fœdatur regni habitus, atque in modum lugubrem, funestumq;, obducta facies ciuitatis: quum sicut in tali negocio assolet, repentè concursus trepidantium fieret in eundem locum: ac statim sine ulla certa ratione per diuersum fuga, nunc planctus crebri, modò tota urbe silentium ex incerto. Inter quæ & spes extremas, multi credere cum nocte simul Græcos mœnia inuasuros, excisurosq; urbem, secures interitu tanti ducis. Nonnulli etiam pro confirmato habere, Achillem exercitum, qui duce Penthesilea Priami rebus auxilio uenerat, partibus suorum adiunxisse. Postremò omnia aduersa, hostilia, fracta, ablatasq; opes, nullam salutis spem habere, interempto Hectore. Quippe is solus omnium in ea ciuitate aduersum tot millia, imperatoresq; hostium, uaria semper uictoria certauerat, fortiorq; felicior cunctis ducibus nostris. Cui fama bellandi inclyto per gentes, nunquam tamen uires consilio superfuerant. Interim apud Græcos, ubi Achilles ad naues rediit, & cadauer Hectoris in ore omnium est, dolorem quem ob Patrocli interitum paulò antè perceperant, nece metuendi hostis sedatur: & ob id præcipua lætitia circumscribitur. Ac tum uniuersis placet, uti in honorem eius, quoniam abesset hostilis metus, certamen ludis solitũ celebraretur. Neq; minus tamen reliqui populi, qui non certaturi spectandi gratia conuenerant, instructi armis, paratiq; adessent, ne qua scilicet hostis, quamuis fractus rebus solito tamen insidiandi more irrueret. Igitur Achilles uictoribus præmia quæ ei uidebantur maxima, statui imperat. Et postquam nihil reliquum erat, reges omnes ad considẽdum hortatur, ipse medius, atq; inter cæteros excellior. Tum primùm quadrijugis equis Eumelus ante omnes uictor declaratur. Bigarum præmia Diomedes meruit. Secundò post eum Menelaus. Cæterùm ad certandum, qui sagittarum arte maximè præualebãt, Meriones atq; Vlysses, duos erexêre malos. Quis religatum linum tenuissimum, atq; extransuerso extentum, utriusq; capiti annectebatur: media columba parte dependebat, eius contingendæ certamen maximum. Tum reliquis incassum tendentibus, Vlysses cum Merione destinatum confixêre. Quibus quum à reliquis fauor tolleretur, Philocteta, non columbã, se uerùm id quo religata esset, sagitta excisurum promittit. Admirantibus deinde difficultatem regibus, fidẽ promissi non felicius, quàm solertius cõfirmauit. Ac diruptò uinculo, columba cum maxima populi acclamatione decidit. Præmia certaminis eius Meriones atq; Vlysses tulêre. Achilles duplici extra ordinem munere Philoctetam donat.

Penthesilea.

Hectoris mors

Hectoris laus.

In honorẽ occisi Patrocli certamen fit.

Cursu

Cursu longo certantibus, Oilei Aiax uictor excipitur. Post quem secundus, Polipœtes. Duplici campo Machaon, singuli Euripilus, saltu Tlepolemus, disco Antilochus, uictores abeunt. Præmia luctandi intacta permansêre. Quippe Aiax arripiens, medium Vlyssem deiecit: qui ruens, pedibus eius circunuoluitur, atq; ita præpedito obligatoq; nexu, Aiax penè iam uictor ad terram cadit. Cestibus, reliquo quoq; manuum certamine idem Aiax Telamonius palmam refert. Cursu in armis postremò Diomedes præualuit. Dein ubi præmia certandi persoluta sunt, Achilles primò omnium Agamemnoni donũ quod ei honoratissimum uidebatur, offert. Secũdò Nestori, Idomeneo dein tertiò. Post quos Podalirio & Machaoni. Dein reliquis pro meritò ducibus. Ad postremum eorum socijs, qui in bello occiderant. Hisq; mandatum, uti quum tempus fuisset, donum ad necessarios eorum perferrent. Postquam certandi præmiorumq; finis factus, & iam diei uesper erat, ad sua quisque tentoria discessere. At lucis principio, Priamus lugubri ueste miserabile tectus: cui dolor non decus regium, non ullam tanti nominis ac famæ speciem reliquam fecerat, manibus uultuq; supplicibus ad Achillem uenit. Quo cum Andromacha non minor quàm in Priamo miseratio. Ea quippe deformata multiplici modo, Astyanacta, quem nonnulli Scamandrum appellabant, & Laodamanta, paruulos admodum filios præ se habens, regi adiumentum deprecandi addidetat, qui mœroribus senioq; decrepitus filiæ Polyxenæ humeris innitebat. Deinde sequebantur uehicula plena auri atq; argẽti, præciosęq; uestis, quum super murum spectantes Troiani, comitatũ regis oculis prosequerentur. Quo uiso, repentè silẽtium ex admiratione oritur. At mox reges auidi noscere causas aduentus eius, procedunt obuiam. Priamus ubi ad se tendi uidet, protinus in os ruit, puluerem reliquasq; humi purgamenta capiti aspergens. Deinorat, ut miserati fortunas suas, precatores secum ad Achillem ueniant. Eius ætatem fortunamq; recordatus Nestor, dolet. Contrà, Vlysses maledictis insequi, & commemorare, quæ apud Troiam in concilio ante sumptum bellum ipse aduersum legatos dixerat. Ea postquam Achilli nunciata sunt, per Antomedontem acciri iubet, ipse retinens gremio urnam cum Patrocli ossibus. Igitur ingressis ducibus nostris cum Priamo, rex genua Achillis manibus cõplexus: Non tu mihi, inquit, causa huiusce fortunæ, sed deorum quispiam, qui postremam ætatem meam quum miserari deberet, in hasce ærumnas deduxit, confectam iam, ac defatigatam tantis luctibus filiorum. Quippe hi fisi regno per iuuentutem, quum semper cupiditates animi quoquo modo explere gestiunt, ultro sibi, mihiq; perniciem machinati sunt. Neq; dubium, quin contemptui sit adolescentiæ, senectæ ætas. Quod si interitu meo reliqui huiusce modi facinoribus temperabunt, me quoq;, si uidetur, exhibeo pœnæ mortis. Cui misero confectoq; mœroribus, omnes ærumnas, quibus nunc depressus infelicissimum spectaculum mortalibus præbeo, cum exiguo spiritu simul auferes. Adsum ultrò, nihil deprecor. Vel si ita cordi est, habe in custodia captiui tatis. Neq; enim mihi quicquam iam superioris fortunæ reliquum est. Quippe interfecto Hectore, cuncta regni concidere. Sed iam Græciæ uniuersæ ob meorum malè consulta, satis pœnarum filiorum sanguine, ac meis ærumnis persolui. Miserere ætatis: ac deos recordatus, retorque animos ad pietatem. Concede paruulis saltem, si non animam parentis, sed cadauer deprecãtibus. Veniat animum recordatio parentis tui, omnes curas, uigilias q; in te, tuamq; salutem impendentis. Sed illi quidem cuncta secundum sua uota perueniant, longeq; aliter neq; mei similem senectam degat. Interea dum hæc commemorat, paulatim animo deficere, ac dissoluí membris: dein obmutescere cœpit. Quod spectaculum longè miserrimum, omnibus qui tum aderant, dolori fuit. Deinde Andromacha paruulos filios Hectoris ante Achillem prosternit:

Priamus Achillẽ supplex adit ob corpus Hectoris.

ipsa

ipsa fletu lamentabili orans, uti sibi cadauer coniugis intueri saltem concederetur. Inter hæc tam miseranda, Phœnix cum Nestore Priamum sustollere, atque uti animum reciperet, hortari. Tum rex ubi aliquantum refouit spiritum, nixis genibus, atq; utraq; manu dilanians caput: Vbi nunc illa est, ait, quæ apud Græcos præcipua erat misericordia? An iuxta solùm Priamũ circumscribitur? Iamq; omnibus dolore permotis, Achilles, Decuisse (ait) filios eum suos initiò ab eo quod admiserint facinore, cohibere: neq; ipsum concedendo, tanti delicti participem fieri. Cæterùm ante id decennium non ita defessum senecta fuisse, ut suis despectui esset. Sed obsedisse animos eorum desiderium rerum alienarum: neq; ob mulierem solum unam, sed Atrei atq; Pelopis diuitijs inhiantes, raptum res more incondito perrexisse. Pro quis æquissimum esse, eiusmodi pœnas, uel etiam grauiores pendere. Namq; ad id tempus Græcos secutos morem in bellis optimum, quoscunq; hostium pugna conficerent, restituere sepulturæ solitos. Contrà, Hectorem supergressum humanitatis modum, Patroclum eripere prælio ausum, scilicet ad illudendum, ac fœdandum cadauer eius: quod exemplum pœnis ac supplicijs eorum eluendum, ut Græci reliquæ posthac gentes memores ultionis eius, moremq; humanæ conditionis tuerentur. Nom enim Helenæ, neque Menelai gratia exercitum relictis sedibus, paruulisq; procul à domo, cruentum suo hostiliq; sanguine inter ipsa belli discrimina huiusmodi militiam tolerare. Sed cupere dignoscere, Barbari, Græci ne summa rerum potirentur: quanquam iustam causam fuisse inferendi belli, etiam pro muliere. Namque ut ipsi raptu rerum alienarum lætarentur, ita maximè dolori esse his qui amiserint. Ad hæc multa infausta detestandaq; Helenæ imprecari: confirmareq;, se capto atque euerso Ilio, ante omnes, tanti admissi pœnas sanguine eius expetere: ob quam patria, parẽtibusq; carens, Patroclum etiam, solitudinis suæ leuamen maximum, amiserit. Dein consultatum cum supradictis ducibus surgit. Quis omnibus una atque eadem sententia est, scilicet uti acceptis quæ allata essent, corpus exanime concederet. Quod ubi satis placuit, singuli ad sua tentoria discedũt. Moxq; Polyxena ingresso Achilli obuoluta genibus eius, sponte seruitium sui pro absolutione cadaueris pollicetur. Quo spectaculo adeò commotus iuuenis, ut qui inimicissimus ob mortem Patrocli Priamo, eiusq; regno esset: tum recordatione filiæ, ac parentis, ne lachymis quidem temperauerit. Itaq; manu oblata, Polyxenam erigit, prædicta prius, mandataq; cura Phœnici super Priamo, ut delectaretur. Sed rex nihil se luctus, neq; præsentium miseriarum remissurum ait. Tum Achilles confirmare, non prius cupitis eius satisfacturum, quàm mutato in melius habitu, cibum etiam secum sumeret. Ita rex ueritus, ne quæ concessa uidebantur, ipse recusando impediret, omnia quæ imperarentur, facienda decreuit. Igitur ubi excussus comis puluis, totusq; lautus est, mox à iuuene, ipse & qui cum eo uenerant, cibo inuitantur. Dein ubi satietas omnes tenuit, hoc modo Achilles disseruit. Refer iam nunc mihi Priame, quid tantum causæ fuerit, cur deficientibus quidem uobis copijs indies militaribus, ingraueſcentibus autem calamitatibus atq; erumnis, Helenã tamen in hodiernum retinendam putetis? neq; uelut contaginem infausti omnis repuleritis: quàm prodidisse patriam, parentes, & quod indignissimũ omnium est, fratres sanctissimos, cognoueritis? Nanq; hi execrati facinus eius, ne in militiam quidem nobiscum coniurauerunt: scilicet, ne quam audire incolumem nollent, ea per se reditum in patriam quæreret. Eam igitur quum cerneretis malo omnium ciuitatem intrauisse uestram, non eiecistis? Non cum detestationibus extra muros prosecuti estis? Quid illi senes, quorũ filios pugna indies conficit: nonne adhuc præsenserũt, eandem extitisse causam tantorum funerum? Itáne ergo diuinitus uobis euersa mens est, ut nullus in tanta ciuitate reperiri posset, qui fortunã labentis patriæ dolens, de pernicie publica cum exitio

Causæ belli Troiani.

Achillis uerba ad Priamum.

exitio eius transigat? Ego quidem ætatis tuæ contemplatione, atq; harũ precum, cadauer restituam. Neq; unq; cõmittam, ut quod in hostibus reprehenditur, crimen malitiæ ipse subeã. Ad ea Priamus renouato fletu quàm miserabili. Non sine decreto diuûm aduersa hominibus irruere, ait. Deũ quippe authorem singulis mortalibus boni maliq; esse: neq; quoad beatũ esse licitũ sit, cuiusq; in eum uim inimicitiasq; procedere. Cæterùm se diuersi partus quinquaginta filiorum patrem, beatissimũ regum omnium habitũ, ad postremùm Alexandri natalẽ diem: quẽ euitare, ne diis quidẽ percinentib. potuisse. Nãq; Hecubam fœtu eo grauidã, facem per quietẽ edidisse uisam: cuius ignibus cõflagrasse Idam, ac continuante flamma deorum delubra cõcremari, omnemq; demum ac cineres collapsam ciuitatem, intactis, inuiolatisq; Antenoris atq; Anchisæ domibus. Quę dum denunciata ad perniciem publicã spectare aruspices præcinerent, internecandum editum partũ placuisse. Sed Hecubã mores fœmineæ miserationis, clàm alendũ pastoribus in Idã tradidisse, in id dextram dedisse. Eum iã adultũ cum res palàm esset, ne hostẽ quidẽ, cuius sæuissimũ ut interficeret, pati potuisse: tantæ scilicet eum fuisse pulchritudinis atque formæ. Quẽ coniugio deinde Oenonæ iunctum, cupidinẽ desideriumq; maximum cœpisse uidendi regiones, atq; regna procul posita. Eò itinere abductam Helenam, uenusto aspectu decorã, urgente ac instigante quodã numine, cunctorum ciuium animis, sibi etiã lætitiæ fuisse. Neq; cuiq;, quum orbari se filio, alioúe consanguineo cerneret. nõ acceptam tamen: solo omnium aduersante Antenore. Qui mox post Alexãdri reditum, filiũ suum Glaucũ, qui tunc eius comitatũ sequutus erat, abdicandũ à penatibus suis decreuerit, uir domi belliq; prudentissimus. Cęterũ sibi, quoniã ita res ruerent, optatissimum appropinquare naturæ finem, omissis iã regni gubernaculis atq; cura. Tantũ sese in Hecubæ filiorumq; recordatione cruciari, quas post excidium patriæ captiuas, incertum cuius domini fastus manerent. Dein omnia quæ ad redimendũ filiũ aduecta erant, ante cõspectum iuuenis exponi imperat. Ex quis, quicquid auri atq; argenti fuit, tolli Achilles iubet: uestib. etiã, quod ei uisum est, reliquis in unum collectis, Polyxenam & cadauer tradit. Quo recepto, rex in gratiam ne impetrati funeris, an si quid Troiæ accideret, securus iam filiæ, complexus Achillis genua, orat uti Polyxenam suscipiat, sibiq; habeat. Super qua iuuenis aliud tempus, atq; alium locum, tractatumq; fore respondit. Interim cum eo reuerti iubet. Ita Priamus recepto Hectoris cadauere, ascensoq; uehiculo, cum his qui se tum comitati fuerant, ad Troiam redijt.

Priami responsio fata accusantis.

DICTYS CRETENSIS DE BELLO TROIANO,

LIBER QVARTVS.

Ed postquam Troianis palàm est, regem perfecto negocio inuiolatum, atq; integro comitatu regredi: admirati, laudantesq; Græciæ pietatem ad cœlum ferunt. Quippe quis ita animo hæserat nulla spes impetrandi cadaueris: ipsum & qui cum eo fuissent, retineri à Græcis, maximè ob Helenæ quæ non remitteretur, recordationem. Cæterùm uiso Hectoris funere, cũcti ciues sociq; accurrentes fletum tollunt, diuellentes comam, fœdantesq; ora laniatibus in tanta populi multitudine. Neq; quisquam in uirtute sua, spei bonę fiduciam ponere, illo interfecto qui inclyta per gentes fama rerum militarium: in pace etiam præclara prudentia, ex qua nõ minorem quàm reliquis artibus gloriam adeptus erat. Interea sepeliere eum haud longè à tumulo Ili regis quondam. Dein exorto quàm maximo ululatu, postrema funeris peragunt: hinc fœminis cum Hecuba deflẽtibus, hinc reclamantib. uiris Troianis, & ad postremum

Hectoris funus.

postremum sociorum gentibus. Quæ per dies decem concessa bellandi requie, ab ortu solis usq; ad uesperam per Troianos gesta, nullo usquam remisso lugendi officio. Interim per eosdem dies Penthesilea, de qua ante memoratum, cum magna Amazonum manu, reliquisq; ex finitimis populis superuenit. Quæ postquam Hectorem, interemptũ cognouit, perculsa morte eius, regredi domum cupiens: ad postremum multo auro atq; argento ab Alexandro illecta, ibidem operiri decreuerat. Dein exactis aliquot diebus, copias suas armis instruit, ac seorsum à Troianis, ipsa suis modo bellatoribus satis fidens in pugnam peregit, cornu dextro sagittarijs, altero peditibus instructo, medios equites collocat. Cõtrà quos à nostris ita occursum, ut sagittarijs Menelaus atq; Vlysses, & cum Teucro Meriones: peditibus, Aiaces duo, Diomedes, Agamemnon, & Tlepolemus, & cum Ialmeno Acalephus opponerentur. In equites ab Achille & reliquis ducibus pugnaretur. Hoc modo instructo utrinque exercitu, conflixere acies. Caduntq; sagittis reginæ plurimi, neque à Teucris secus bellatũ. Interim Aiaces, & qui cum his erant pedites, contra quos steterant cædere, ac restantes detrudere umbonibus, moxq; detrusos obtruncare. Neq; quoad deletæ peditum copiæ, finis fit. Achilles inter equitum turmas Penthesileam nactus, hasta petit: neque difficilius quàm fœminam equo deturbat, manu comprehendens comam, atq; ita grauiter uulneratam detrahens. Quod ubi uisum est, tum uerò nullam spem in armis rati, fugam faciunt. Clausisq; ciuitatis portis, nostri reliquos quos fuga bello exemerat, insecuti obtruncant: fœminis tamen abstinentes manũ, parcentesq; sexui. Dein uti quisque uictor interfectis quos aduersum ierat, regrediebatur, Penthesileam uisere seminecem, admirariq; audaciam. Ita breui ab omnibus in eundem locum est concursum, placitumq;, uti quoniam naturæ sexusq; conditionem superare esset ausa, in fluuium, reliquo adhuc præsentiente spiritu, aut canibus dilanianda iaceretur. Achilles interfectam eam sepelire cupiens mox à Diomede prohibitus est. Is namq; percontatus circumstantes, quidnam de ea faciendum esset, consensu omnium pedibus attractam in Scamandrum præcipitat: scilicet pœnam postremæ desperationis atque amentiæ. Hoc modo Amazonum regina deletis copijs, quibus cum auxiliatum Priamo uenerat, ad postremum ipsa spectaculum dignum moribus suis præbuit. At sequenti die Memnon Tithoni atque Auroræ filius, ingentibus Indorum atq; Aethiopum copijs superuenit, magna fama. Quippe in unum multis millib. armatorum uario genere insignium, spes etiam uotaq; de se Priami superauerat. Namq; omnia circum Troiam, & ultra quæ uisui patebant, uiris atque equis repleta, splendore insigniũ refulgebant. Eos omnes è iugo Caucasi montis ad Troiam duxit. Reliquos neq; numero inferiores, impositò Phala duce atq; rectore, mari misit. Qui appulsi Rhodum, ubi animaduertêre, insulam Græcis sociam, ueriti ne re cognita incenderentur naues, ibidem operiebantur. Ac mox diuisi in Camiram & Galisam urbes opulentas. Neq; multò post Rhodij Phalam incusare, quod paulò antè euersa ab Alexandro Sydone patria sua, auxilium ei à quo læsus sit, ferre cuperet. Quoq; animos exercitus permouerent, confirmare, haud dissimiles Barbarorum uideri eos, qui tam indignum facinus defenderent: multa præterea quæ accensura uulgus, & quæ pro se factura essent, disserere. Quæ res haud frustra fuit. Phœnices namque qui in eo exercitu aderant, plurimi permoti querelis Rhodiorũ, dein cupidine diripiendarum rerum quas secum aduexerant, Phalam lapidibus insecuti necant: distributiq; per supradictas urbes, aurum, atq; reliqua prædæ inter se dispartiunt. Interim exercitus qui cum Memnone uenerat, positis patulos per locos castris (nam intra mœnia haud facilè tanta uis hostium retineri poterat) diuersi suo quisque genere exercebantur. Neq; in eadem arte simplex atque idem modus, sed ut quenque regionis suæ mos assuefecerat, ita telis in

Penthesilea cũ Græcis cõgressa occiditur.

Memnon ad Troiam proficiscitur.

lis in alium modum formatis. Scutorum etiam & galearum multiformis speci es, horrendam belli faciem præbuerant. At ubi triti aliquot dies, & miles bellum cupit, simul cum luce exercitus omnis signo dato in prælium ducitur, cumq; ijs Troiani, & qui intra mœnia socij fuerant. At contrà Græci instructi pro tempore operiri, debilitati aliquantum animo, metu ingẽtis atq; incogniti hostis. Igitur ubi intra teli iactum uentum est, tum uerò Barbari clamore ingenti ac dissono, ruinæ modo irrumpunt. Nostri confirmati inter se, satis impigrè uim hostium sustentauêre. Sed postq; acies renouatæ, atq; in ordinem reformatæ sunt, & iam hinc atq; inde tela cepere, cadunt utriusq; exercitus plurimi. Neq; finis fit, quoad Memnon curru uectus, adhibito secum fortissimo quoq;, medios Græcorum inuadit, primum quenq; obuium fundens aut debilitans. Ita iam plurimis nostrorum interfectis ducibus, ubi fortuna belli uersa, neq; spes reliqua nisi in fuga est uictoriam concessere. Eo die incensæ deletæq; naues omnes forent, ni nox perfugium laborantium ingruens hostes ab incepto cohibuisset. Tanta in Memnone bellandi uis peritiaq;, & nostris aduersæ res. Igitur Græci postq; requies est, perculsi inter se, ac summæ rerũ diffidentes, per uniuersam noctem quos in bello amiserant, sepeliêre. Dein consilium futuri certaminis aduersum Memnonem ineunt: ac placet sorte eligi nomen ducis, cum eo bellaturi. Tunc Agamemnon Menelaum excipit & Idomeneum. Reliquorum sors agi cepta, Aiacem Telamonium uotis omnium deligit. Ita refectis cibo corporibus, reliquum noctis cum quiete transigunt. At lucis principio, armati instructiq; pro negocio, pugnã aggrediuntur. Neque segnius à Memnone actum, cũ quo Troiani omnes. Ita hinc atq; inde ordinato exercitu, prælium initum. Tum plurimi utriusq; partis, ut in tali certamine, cadunt, aut icti grauiter prælio decedunt. In quo bello Antilochus Nestoris obuius fortè Memnoni interficitur. Moxq; Aiax ubi tempus uisum est, inter utranq; aciem progressus, lacessit regem, prædicto prius Vlysse & Idomeneo, ut à cæteris se defenderẽt. Igitur Memnon ubi ad se tendi uidet, curru desilit, confligitq; pedes cum Aiace, magno utriusq; partis metu atq; expectatione. Tum dux noster summa ui umbonem scuti eius telo aliquantũ perforatum, uiribus ingruens, impulit uertitq; in latus. Quo uiso, regis comites accurrere, Aiacem exturbare nitentes. Tum Achilles ubi à Barbaris intercedi uidet, pergit contrà, & nudatum scuto hostis iugulum hasta transfigit. Ita præter spẽ interfecto Memnone, animi hostium commutantur, & Græcis aucta fiducia. Iam Aethiopum uersa acie, nostri instantes cædunt plurimos. Tũ Polydamas renouare prælium cupiẽs, circũuentus ad postremũ, atq; ictus inguina ab Aiace interficitur. Glaucus Antenoris aduersum Diomedẽ astãs, Agamẽnonis telo cadit. Tũ uerò cerneres hinc Aethiopes cum Troianis per omnẽ cãpum sine ordine atq; imperio fugientes, multitudine ac festinatione inter se implicari, cædere, ac mox palãtib. equis proculcari. Hinc Græcos resumptis animis sequi, cædere, impeditos dissoluere, atq; ita cõfodere laxatos. Redundãt circũ muros campi sanguine, & omnia, quà hostis ingruerat, armis atq; cadauerib. repleta sunt. In ea pugna Priami filiorum Atreus & Achion ab Vlysse interfecti sunt: Drapsis, Bias & Corintha ab Idomeneo: ab Aiace Oilei, Ilioneus cum Philenore. Item Thiestes & Thelesites à Diomede. Ab Aiace uerò altero, Antiplus, Agaphus, Agathõ atq; Glaucus: & ab Achille Asteropeus. Neq; prius finis factus, quàm Græcos satias, & ad postremum fatigatio incessit. At ubi à nostris in castra recessum est, missi fuêre à Troianis, qui peterẽt eorũ qui in bello ceciderant, corpora humandi ueniam. Ita collectos suos quisq; igni cremãt, & more patrio sepeliunt, seorsum à cæteris cremato Mẽnonẽ: cuius reliquias urna conditas, per necessarios regis remisere in patrium solum. At Græci lautum bene cadauer Antilochi, iustis factis Nestori tradunt: eumq; orant, ferre æquo animo fortunæ belliq; aduersa. Ita ad postremum corpora sua quisq; cu-

Memnon Græcos prælio fudit.

Memnonis mors.

Aethiopum fuga.

rantes,uino atq; epulis per multam noctem Aiacem simulq; Achillem laudi-

Troianorum desperatio.

bus celebrant,atq; ad cœlum tollunt. At apud Troiam ubi requies funeri ū est, non iam dolor ex casu Memnoni,sed metus summæ rei,& ad postremum desperatio incesserat:cū hinc Sarpedonis interitus,inde insecuta paulò post Hectoris clades spes reliquas animis abstulissent:neq; quod postremū per Memnonem fortuna auxilium obtulerat,reliquum iam existeret.Ita confluentibus in unum tot aduersis,curam omnem exurgendi amiserunt. Atq; post paucos dies Græci instructi armis,processere in cāpum,lacessentes,si auderent,ad bellandum Troianos.Quis Alexander dux cum reliquis fratribus militem ordinat,atq; aduersum pergit.Sed priusquam ferire inter se acies,aut iaci tela cepere,Barbari solutis ordinibus fugam faciūt: cæsiq; eorum plurimi,aut in flumē præceps dati,cum hinc atq; inde ingruere hostis, atq; undiq; adepta fuga esset.Capti etiam Lycaon & Troilus Priamidę,quos in medium productos,Achilles iugulari iubet:indignatus nondum sibi à Priamo super his quæ secum tractauerat,mandatum.Quæ ubi animaduertêre Troiani,tollunt gemitus:& clamore lugubri Troili casum miserandum in modum deflent,recordati ætatem eius admodum immaturam: qui in primis pueritiæ annis cum uerecūdia & probitate, tum præcipuè forma corporis amabilis atq; acceptus popularibus,adolescebat. Dein transactis paucis diebus,solenne Thymbræi Apollinis incessit,& requies bellandi per inducias interposita. Tunc utroq; exercitu sacrificio insistente,Priamus tempus nactus, Ideum ad Achillem super Polyxena cum mandatis mittit. Sed ubi Achilles in luco ea quæ illata erant tum ab Ideo,separatim ab alijs recognouit, cognita re apud naues suspicio alienati ducis,& ad postremum indignatio exorta est. Nanq; antea rumorem proditionis dementer ortum per exercitum in uerum traxerant. Ob quæ simul,uti concitatus militis animus leniretur, Aiax cum Diomede & Vlysse ad lucum pergunt. Hiq; ante templum resistunt, opperentes si egrederetur,Achillem, simulq; uti rem gestam iuueni referrent. De cætero etiam deterrent,ne colloquium clàm cum hostibus haberet. Interim Alexāder cōpositis iam cum Deiphobo insidijs,pugione cinctus Achillem aggreditur,confirmator ueluti eorum quæ Priamus pollicebatur.Moxq; ad aram Apollinis, quo ne hostis dolum persentisceret,auersusq; à duce,assistit. Dein ubi tempus uisum est,Deiphobus amplexus inermem iuuenem, quippe in sacro Apollinis nihil hostile metuentem,exosculari,gratulariq; super his quæ concessit, neq; ab eo diuelli aut omittere.Quo Alexandro librato gladio procurrēs aduersus hostem, per utrunq; latus geminato ictu transfigit.At ubi dissolutum uulneribus animad uertere,parte alia quàm ueniunt proruunt.Re ita maxima, & super uota omnium perfecta,in ciuitatem recurrunt. Quo uiso Vlysses: Non temerè est,inquit,quòd turbati ac trepidi repentè prosiliêre. Dein ingressum lucum,circūspicientesq; uniuersa, animaduertunt Achillem stratum humi exanguem atque etiam leminecem. Tum Aiax:Fuit(inquit)confirmatum,ac uerum etiam per mortales,nullum hominū existere potuisse, qui te uera uirtute superaret: sed uti palàm est,tua te inconsulta temeritas perdidit. Deinde Achilles extremum adhuc retentās spiritum:Dolo me atq; insidijs, inquit, Deiphobus atq; Alexander Polyxenæ gratia circumuenere.Tum expirantem eum duces amplexi cum magno gemitu,atq; exosculati,postremū salutāt. Deniq; Aiax eximem iam humeris sublatum,luco effert. Quod ubi animaduertêre Troiani omnes simul portis proruunt, eripere Achillem nitentes, atque auferre intra mœnia scilicet more solito,illudere cadaueri eius gestientes.Contrà Græci cognita re,arreptis armis tēdunt aduersum:paulatimq; omnes copiæ productę, ita utrinq; certamen breui adoleuit. Aiax tradito his qui secū erant cadauere, dein infensus Asium Dimanthis Hecubæ fratrem,quem primum obuium habuit,interfecit.Dein plurimos,uti quēcq; intra telum fecerant.In quis,lastes &

Achillis mors.

Amphi-

Amphimachus reperti, Cariæ imperantes. Iamq; duces Aiax Oilei, & Menelaus adiuncti, fundunt plurimos, atq; in fugam cogunt. Quare Troiani cæsis suorum plurimis, nusquã ullo certo ordine aut spe reliqua resistendi, dispersi palantesq; ruere ad portas, neq; usquam nisi in muris salutem credere. Quare magna uis hostium ab insequentibus nostris obtruncatur. Sed ubi clausis portis finis cædendi factus est, Græci Achillem ad naues referunt. Tuncq; reflentibus cunctis ducibus casum tanti uiri, plurimi militum haud dolere, neq; uti res exposcebat, tristitia cõmoueri. Quippe queis in animo hæserat, Achillem sæpe cõsilia prodendi exercitus iniisse cum hostibus. Cæterùm interfecto summam militiæ orbatam, & adẽptum spei quàm plurimum, cui egregio belli ne honestam quidem mortem, aut aliter quàm in obscuro oppetere licuerit. Igitur propere ex Ida apportata ligni uis multa, atq; in eodẽ loco, quo antea Patroclo, bustum extruunt. Dein posito cadauere, subiectoq; igni, iusta funeri peragunt, Aiace præcipuè insistente, qui per triduum continuatis uigilijs haud prius obire destitit, quàm reliquiæ coadunarentur. Solus namque omnium penè ultra uirilem modum interitu Achillis consternatus est, quem dilectum præter cæteros animo summis officijs percoluerat: quippe quum amicissimum, & sanguine coniunctum sibi, tum præcipuè plurimum uirtute cæteros antecedentem sciret. Contrà apud Troianos lætitia atq; gratulatio cunctis incesserat, interfecto quàm metuendo hoste. Alexandriq; commentum laudantes ad cœlum ferunt, scilicet quum insidijs tantũ perfecerit, quantum in certamine ne auderet quidem. Inter quæ tam læta, nuncius Priamo superuenit, Eurypilum Telephi ex Mysia aduentare, quem rex multis antea illectum præmijs, ad postremum oblatione Cassandræ confirmauerat. Sed inter cætera quæ ei pulcherrima miserat, addiderat etiam uitem quandam auro effectam, & ob id per populos memorabilem. Cæterùm Eurypilus uirtutibus multis clarus, Mysiæ instructus legionibus, summa fama lætitiaq; à Troianis exceptus, spes omnes Barbaris in melius conuerterat. Interim Græci Achillis ossa urna condita, adiunctaq; simul Patrocli, in Sygæo sepeliêre. Cui sepulchrũ etiam extruendum ab ijs qui in eo loco habitabant, mercede Aiax locat, indignatus iam Græcis, quod nihil in his dignum doloris iuxta amissionem tãti herois animaduerteret. Per idem tempus Pyrrhus, quem Neoptolemum memorabant Achille genitum ex Deidamia Lycomedis, superueniens, offendit tumulum extructum iam ex parte maxima. Dein percontatus exitium patris, doctusq;, Myrmidonas gentem fortissimam & inclytam bellandi, armis atq; animis confirmat. Impositoq; faciendo opere Phœnici, ad naues atq; tentoria parentis uadit, ibi custodem rerum Achillis Hippodamiam animaduertit. Moxq; cognito aduentu eius, in eundem locum à cunctis ducibus concurritur: ut animum æquum haberet, deprecantur. Quis benignè respondẽs, nec sibi ait ignoratum esse, omnia quæcunq; diuinitus fierent, forti animo pectoreq; patienda, neq; cuiquam super fatum uiuendi concessam legem. Turpem nanq; ac detestandam uiris fortibus conditionem senectæ, contra imbellibus optabilem. Cæterùm sibi eò leuiorem dolorem esse, quòd non in certamine neq; in luce belli Achilles interfectus esset, quo fortiorem nõ optasse quidem quenquam existere nunc, uel præteritum, excepto uno illo Hercule. Addit præterita, solum uirum dignum ea tempestate, sub cuius manib. excindi Troiam deceret. Neq; tamen abnuere, quod infectum à patre relictum esset, à se atq; à circumstantibus perfici. Postquam finem loquendi fecit, in proximum diem certamen pronunciatum: duces omnes, ubi tempus uisum est, solito ad Agamemnonem cœnatum ueniunt. In quis Aiax cum Neoptolemo, Diomedes, Vlysses & Menelaus. Hiq; inter se eundem locum cœnandi capiunt. Interim inter epulas plurima iuueni partis fortia facinora enumerare, uirtutẽq; eius cõmemorando efferre laudibus. Quis Pyrrhus non mediocriter lætatus,

Eurypilus uenit Troianis suppetias latus.

Pyrrhus in Græcorũ castra uenit.

accensusq; industria, se omni opere conari respondit, quo ne indignus patris meritis existeret. Dein ad sua quisq; tentoria quietum abeunt. At postero die simul cum luce iuuenis castris egressus, offendit Diomedem cũ Vlysse. Quos salutatos, quid causæ ad se ueniendi foret, rogat: hicq; aiunt, interponendã diem moram ad reficiendos milites cum eius animo, è longo maris itinere torpentibus etiam nunc membris, & ob id neq; aquam satis firmo nisu, ut solitis uiribus agerent. Itaq; ex eorum sententia biduum interpositum est. Quo trãsacto, omnes duces regesq; suis quisq; militibus instructis exercitum ordinãt, atq; in pugnam uadunt. In quis Neoptolemus regens medios, circum se Mirmidonas atq; Aiacem statuit, quem affinitatis meritò parentis loco percolebat. Interim Troiani uehementer pauere, maximè quòd in suis indies deficientibus auxilijs, nouus aduersum se miles pararetur cum memorando duce. Tamẽ Eurypili hortatu arma capiũt. His nãq; adiunctis secũ regulis copias suas
Prælium. Troianis mixtas, porta educit: atq; ita ordinata acie medium se locat. Tum primùm Aeneas aspernato certamine intra muros manet, execratus quippe Alexandri facinus cõmissum in Apollinem, cuius sacra is præcipuè tuebatur. Sed ubi signum bellandi datum est, manus cõserunt, magnaq; ui utrinq; decerta-
Eurypili mors. re, caduntq; plurimi. Interim Eurypilus obuium forte nactus Peneleum, proturbat hasta atq; interficit. Inde multò fæuior Nerea aggressus mox obtruncat. Iamq; obturbatis qui in acie steterant, medios aggrediebatur. Cùm Neoptolemus re cognita, cominus aduolat, deiectumq; curru hostem, & ipse desiliens, gladio impigrè interficit. Tũ ablatã propere cadauer, atq; ad naues iussu eius perlatum. Quod ubi animaduertêre Barbari, quibus spes omnis in Eurypilo fuerat, sine certo ordine atq; rectore fuga præliũ deserunt, atq; ad muros reuolant. Tum plurimi eorum in fuga interfecti. Postquã uerò hostibus fusis ad naues reuertêre Græci, ex consilij sententia Eurypili cremata ossa, atque urnati etiã per suos Nereus atq; Peneleus, seorsum singuli. At postero die per
Helenus Græcis sese dedit. Chrysen cognoscitur, Helenum Priami fugientẽ scelus Alexandri, apud se in tẽplo agere: moxq; ob id missis Diomede & Vlysse tradidit sese, deprecatus prius, uti sibi partem aliquam regionis in qua reliquam uitam degeret, semotam ab alijs concederent. Dein ad naues ductus, ubi concilio mixtus est, multa prius locutus. Non metu, ait, se mortis patriam parentesq; deserere: sed deorum coactum auersione, quorum delubra uiolari ab Alexandro, neque se, neque Aeneam quisse pati. Qui metuens Græcorum iracundiam, apud Antenorem agere: senemq; parentem, de cuius oraculo imminentia Troianis mala cognouisset, ultrò supplicem ad eos decurrere. Tunc nostris festinantibus secreta dignoscere, Chryses manu uti silentium ageretur, significat atque Helenum secum abducit. A quo doctus, cuncta Græcis ut audierat, refert. Addit præterea tempus Troiani excidij, idq; à ministris Aenea atq; Antenore fore. Tum recordati eorum quæ Calchas dixerat, eadem cuncta congruentiaq; animaduertunt. Dein postero die, egresso utrinq; milite ad bellandum, plurimi Troianorum cadunt, sed ex socijs tamẽ pars maxima. At uerò ubi à nostris uehementius instatur, & omni opera bellum finire in animo est, signo dato dux duci occurrit, atque in se prælium conuertunt. Tum Philocteta progressum Alexandrum lacessit, si auderet sagittarum certamine. Ita consensu utriusque partis Vlysses atque Deiphobus spacium certaminis definiunt. Igitur primus
Alexandri mors. Alexander incassum sagittam contendit. Dein Philocteta insecutus, sinistram manum hosti transfigit, reclamantiq; per dolorem dexterum oculum perforat. Et iam fugientem insecutus tertio uulnere per utrunq; pedem traijcit, fatigatumq; ad postremùm interficit. Quippe Herculis armatus sagittis, quæ infectæ hydræ sanguine, haud sine exitio corpori figebãtur. Quod ubi animaduertere Barbari, magna ui irruunt, eripere Alexandrum cupientes: multisq; suorum

siorum interfectis à Philocteta, negotium tamen peragunt, atq; in ciuitatem reportant. Tumq; Aiax Telamonius insecutus fugientes, aduscq; portam pergit. Ibiq; cæsa uis hostium multa, quum festinantibus inter se Troianis, & singulis euadere inter primos cupientibus, magis in ipso aditu multitudine sua detinerentur. Interim multi eorum qui primi euaserant, super muros siti, collecta undiq; eiusmodi saxa, super clypeum Aiacis deijcere, congestamq; plurimam terrã desuper uoluere, scilicet ad depellẽdum hostẽ. Cùm supra modum grauaretur egregius dux, facilè scuto decutiens, haud segnius imminẽre. Deniq; Philocteta, eos qui in muris locati erant, eminus sagittis perturbat, multosq; interficit. Neq; secus à reliquis in parte alia, res gestæ. Atq; eo die excisa, uerisq; mœnia hostium forent, ni nox iam ingruens nostros ab incepto cohibuisset. Qui ubi ad naues regressi sunt, lęti Philoctetę facinoribus: & ob id maximã animo fiduciam gestantes, summo fauore ac laudib. ducem celebrant. Qui simul cũ luce, adiunctis sibi reliquis ducibus, in prælium egressus, hostes metu suo adeò terruit, ut uix se mœnibus defensarent. Interim Neoptolemus apud tumulũ Achillis, postq; in authorẽ paternæ cædis uindicatum est, initiũ lugendi sumit, & unà cum Phœnici atq; omni Myrmidonum exercitu, comas sepulchro deponit, pernoctatq; in loco. Per idem tempus filij Antimachi, de quo supra memorauimus, adiuncti Priami rebus, ad Helenũ ueniunt, eumq;, ut in amicitiã cum suis redeat, deprecati sunt. Vbi nihil proficiunt, ad suos remeantes, Diomedi atq; Aiaci alteri itineris medio occurrunt. A quibus comprehensi, perductiq; ad naues, qui nam essent, & rem omnem ob quam uenerãt, expediunt. Tum nostri recordati patris eorum, & quæ aduersum legatos nostros dixerit, molitusq; sit, tradi eos popularibus, atq; ante conspectum Barbarorum produci iubent, dein lapidibus iniectis necari.

Neoptolemus Achillis parentat.

Antimachi filij necantur.

Interim Alexandri funus per partem alienã portæ ad Oenonen, quæ ei ante raptum Helenæ nupserat, necessarij sui uti sepeliretur, perferunt. Sed fertur Oenonen uiso Alexandri cadauere, adeò commotam, uti amissa mente obstupefieret, ac paulatim per mœrorem deficiente animo, concideret: atq; ita uno eodemq; funere cum Alexandro contegitur. cæterùm apud Troiam, ubi hostis muris infestus, magis magisq; sæuit, nec iam resistẽdi ex mœnibus spes ullo terius est, aut uires ualent, cuncti proceres seditionem aduersus Priamum extollunt, atq; eius regulos. Deniq; accito Aenea filijsq; Antenoris, decernunt inter se, uti Helena cum his quæ ablata erant, ad Menelaum duceretur. Quod postquam Deiphobus cognouit, traductam ad se Helenam matrimonio sibi adiungit. Cæterùm ingressus concilium Priamus, ubi multa ab Aenea contumelioſa ingesta sunt, ad postremùm ex consilij sententia iubet Antenorem ad Græcos cum mandatis belli deponendi ire. Qui ex muris signum ostendens legationi, ubi à nostris recessum est ad naues uenit. Vbi benignè salutatus, atque exceptus, summum fidei beneuolentiæq; erga Græciã testimoniũ capit: maximeq; à Nestore, quod Menelaum insidijs Troianorum appetitum, consilio suo atq; auxilio filiorũ seruauerit. Pro quibus euersa Troia, multa præclara pollicerí, hortariq; uti dignũ memoria, p amicis aduersum perfidos moliretur. Tum longã exorsus Antenor orationẽ: Semper, ait, princeps Troiæ pœnã ob malè cõsulta diuinitùs consecuti. Dein subiungit Laomedõtis aduersum Herculẽ famosam periuriã, insecutamq; eius atq; regni euersionẽ. Qua tempestate Priamus admodũ paruulus atq; expers omnium quę gesta erant, petitu Hesione, regno impositus est. Tum iam inde malè desipientẽ, cunctos sanguine & iniurijs infectari solitum prauum, insuetum atq; appetentẽ alieni. Quo exemplo ueluti cõtagione pessima imbutos filios eius, neq; sacro, neq; profano abstinuisse. Cæterũ se eadẽ stirpe qua Priamum, Græcis cõiunctũ, animo semper ab eo dissensisse. Hesionam quippe Danai filiam Electrã genuisse, ex qua ortus est Dardanus, qui Teucri filiæ iũctus Erichthonium dedit. Eiusdem est

Deiphobus Helenam ducit in matrimonium.

Antenor de prodẽda urbe Græcos adit.

Tros, ex eo Ilus, Ganymedes, Cleomestra & Assaracus. Atq; ex eo Capys Anchisæ pater. Ilum deinde Tithonum & Laomedontẽ genuisse. Ex Laomedonte Icetaonem, Clytium, Lampum, Timœtem, Bucolionem atq; Priamum genitum. Rursusq; ex Cleomestra Lyersum genitum. Cæterùm Priamum cuncta iura affinitatis proculcantem, magis in suos superbiam atq; odium exercuisse. Postquam finem loquendi fecit, postulat uti quoniam à senibus legatus pacis missus esset, darent ex suo nomine cum quibus super tali negotio differaret. Electiq; Agamemnon, Idomeneus, Vlysses atq; Diomedes. Qui secreti ab

Proditionis Aeneæ merces

aliis proditionem componunt. Præterea placet, uti Aeneæ, si permanere uellet in fide pars prædæ & domus uniuersa eius incolumis maneret. Ipsi autem Antenori dimidium bonorum Priami, regnumq; uni filiorum eius quem elegisset, concederetur. Vbi satis tractatum uisum est, Antenor ad ciuitatem dimittitur, referens ad suos composita inter se longè alia. In quis donum Mineruæ parari à Græcis, eosq; cupere recepta Helena, acceptoq; auro bellũ omittere, atq; ad suos regredi. Ita composito negotio, Antenor, traditoq; sibi Talthybio, quo res finem acciperet, ad Troiam uenit.

DICTYS CRETENSIS DE BELLO TROIANO.

LIBER QVINTVS.

ANtenore Talthybioq; ciuitatem ingressis, cuncti populares socijq; cognita re, properè concurrunt, cupientes dignoscere quæ apud Græcos actitata essent. Quis Antenor in proximum diem relata differt atq; ita dimisso conuentu disceditur. Tum inter epulas, cum Talthybius interesset, filios suos monere Antenor, nihil his in uita custodiendum, quàm ut antiquissimam ducerent, cum Græcis amicitiam. Dein singulorum probitatẽ, fidem atq; innocentiã cõmemorando admirari. Ita finito conuiuio tum disceditur. At lucis principio, cunctis iam in concilio expectantibus audire si quis modus tantis malis fieret, cum Talthybio ipse uenit. Neq;

Antenoris ad Troianos oratio.

multò pòst Aeneas, dein Priamus cum residuis regulis. Deniq; ubi ea quæ à Græcis audierat, iussus est dicere, hoc modo disseruit: Graue Troiani principes, uosq; socij, graue bellum nobis excitasse aduersum Græciam, grauius uerò multoq; durius mulieris causa effectos quam amicissimos, qui inde iã à Pelope orti, affinitatis etiã iure nobis coniuncti sunt. Nãq; si præterita mala summatim attingere oporteat. quando ciuitas nostra depressa ærumnis ad requiẽ emerserit, unq; nobis defuere fletus? aut socijs imminutæ calamitates? Quando non amici, propinqui, parentes, filij denique in bello amissi? Et ut ex me relinquorũ luctuũ memoriam recẽseam, quid'nam in Glauci filio tolerauí? Cuius interitus quanq; acerbus mihi, non tamen ita dolori fuit, quàm tempus illud quo adiunctus Alexãdro, ad raptũ Helenæ comitatũ sui præbuit. Sed præteritorũ satis, futuris saltem parcendum ac consulendũ est. Græci homines custodes fidei ac ueritatis, principes beneuolentiæ atq; officiorum. Testis his rebus Priamus, qui in ipso strepitu discordiarũ, fructũ tamẽ misericordiæ eorũ tulit. Neq; inferendo bellũ quicq; prius tentatum ab his, quàm perfidiam in ipsa legatione, insidias equè à nostris experti sunt. In qua re (dico enim quod sentio) Priamus eiusq; filij authores: in his etiam Antimachus: qui recẽs amissis liberis, iniquitatis suæ pœnas luit. Hæc omnia in gratiã gesta Helenæ, eius scilicet mulieris, quam nec Græci quidem recipere gestiunt. Retineatur igitur in ciuitate ea fœmina, ob quã populi amici etiã, aut nõ infesti huic regno. Nõne spõte supplices ut iã recipiãt rogabimus? nõ omni modo faciemus læsis iã toties per nos

per nos? Non infuturum saltem recõciliabimus tales uiros? Ego quidem abibo iam hinc, & discedam longius, neq; committam ulterius, ut interim malis nostris. Fuit tempus quo manare in hac ciuitate iucundũ erat, socij, amici, propinquorũ salus, patria denicq; incolumis attinuere in hunc diem. Cõtrà nunc quid horum non imminutum aut in totũ sublatum nobis est? Non feram me cum his morari, quorum opera cuncta mihi cum patria concidêre. Et eos quidem quos in bello fortuna eripuit, utcunq; iam sepeliuimus, concedentibus ultro ueniam hostibus, sed postq; deorum aræ atq; delubra sanguine humano per scelus infecta sunt, hoc etiam amisimus? Quippe, quis maiora supplicia post mortẽ charissimorũ quam in ipsa amissione subeunda sunt. Quæ ne accidant, nunc saltẽ prouidere. Auro atq; huiusmodi alijs præmijs redimenda patria est. Multę in hac ciuitate dites domus, singuli pro facultatibus in medium consulamus. Postremò offeratur pro uita hostibus, quod mox interitu nostro ipsorum futurum est. Templorum etiam, si necesse erit ornamentis, pro incolumitate patriæ utendũ est. Solus suas opes intus custodiat Priamus, solus diuitias potiores suis ciuibus teneat. His etiam quæ cum Helena raptæ sunt, incubet. Ipse uiderit quem ad finem utendum putet, patriæ calamitatibus. Nos uicti iam sumus malis nostris. Hæc atq; alia cum lachrymis eo differente, cuncti simul gemitum edunt, tendentesq; ad cœlum manus, annuere tot aduersis rebus, Priamũ singuli uel inter se omnes, finem miseriarũ deprecantes. Ad postremũ uno ore patriam redimendã clamant. In quis Priamus dilanians caput fletu quàm miserabili, non solùm iam odio, uerùm suis hostẽ effectum, quippe cui diis non amicus antea, non denicq; ciuis inueniri posset, qui ærumnis iustis ingemisceret. Namq; optasse hæc non nunc demum, uerùm uiuus Alexandro atq; Hectore agi cœpta. Sed quoniam præterita reuocare nulli cõcessum est, præsertim habendam rationem spemq; futuris adhibendam. Se nanq; omnium quæ haberet ad redemptionem patriæ potestatem dare: quàm rẽ Antenori agendam committere. Cæterùm se quoniam iam odio suis esset, abire è conspectu, consentientẽ his quæ inter se decernerent. Tum separato rege, placet ut Antenor ad Græcos redeat exploratũ uoluntatẽ certam, adiunctusq; ei Aeneas. Ipsa composita re discceditur. Sed media fermè nocte Helena clàm ad Antenorẽ uenit, suspicans tradi se Menelao, & ob id irã derelictæ domus metuens. Itaq; eum orat, uti inter cætera sui quoq; apud Græcos cõmemorationẽ faceret, ac pro se precaretur. Cæterùm, ut cognitũ est, post Alexandri interitũ inuisa ei apud Troiam fuêre omnia, desideratusq; ad suos reditus. At lucis ini tio quibus imperatũ erat, ad naues ueniunt, decretum ciuium cũctis narrant. Itaq; cum quis antea ad confirmanda quæ tẽpus manebat, secedunt. Ibi cùm multa de republica ac summa rerũ differerent, uoluntatemq; Helenæ docent. ueniamq; orãt. Et ad postremũ cõfirmant inter se proditionis pactionẽ. Dein ubi tẽpus uisum est, cũ Vlysse & Diomede ad Troiam ueniũt, cohibito Aiace ab Aenea, scilicet ne qua insidijs opprimeretur talis uir, quẽ solũ Barbari non secus q; Achillẽ metuebant. Igitur postq; duces Græciæ in ciuitate conspecti sunt, cuncti ciues tollunt spe animos, existimãtes finẽ belli atq; discordiarum. Itaq; properè senatus habitus, ubi nostris præsentibus decernit, primũ omniũ Antimacho ex omni Phrygia exulãdũ, scilicet authori tanti mali. Dein super conditione pacis tractari cœptũ. Inter quæ strepitus repentè ex Pergamo, ubi regio Priami erat, clamorq; ingens editur. Quare turbati qui in consilio erant, foras prosiliũt, credẽtes insidias à regulis solito more fieri. Itaq; in tẽplum Mineruæ properè cõcedunt. At paulò post, ex his qui ex arce descẽderant, cognoscitur Alexãdri filios quos ex Helena susceperat, casu cameræ extinctos: hicq; erat Bunomus, Corinthus atq; Idus. Quare consilio dato, duces nostri ad Antenorẽ abeunt, ibiq; acceptis epulis pernoctãt. Prẽterea cognoscunt ab Antenore ẽditũ quondã oraculũ, Troianis maximo exitio ciuitatiq; fore, si palladiũ

Priami lugubri oratio.

Antenor et Aeneas ad Græcos ueniunt ut prodituri.

Alexandri ex Helena filij ruina oppressi.

quod in templo Mineruæ esset, extra mœnia auferretur. Namq; id antiquissimum signum cœlo lapsum, qua tempestate Ilus templum Mineruę extruens, prope summum fastigij peruenerat: ibiq; inter opera cum necdum tegmen superpositum esset, sedem sui occupauisse, idq; signum ligno fabrefactum esse. Hortantibus dein nostris uti secum ad ea omnia enitterentur, facturum se quę cuperēt respondit. Atq; his prædicit, publicè se in concilio super qualitate eorum quæ postularuti essent, exercitum deserturum, scilicet ne qua suspicio sui apud Barbaros oriretur. Ita composito negotio, cum luce simul Antenor ac reliqui proceres ad Priamum uadunt, nostri uerò ad naues redeūt. Dein ubi iussa pueris Alexandri facta sunt, post diem tertium Idęos supradictos duces accitum uenit. Quis præsentibus Lampus, cæteriq; quorum consilium præualebat, multa disserere atq; docere ea quæ ante gesta essent, temerè & inconsultè, non per se, quippe qui contempti despectiq; à regulis, arbitrio alieno agerēt. Cæterùm quòd arma aduersum Græcos tulissent, non sponte factum. Namq; qui sub imperio alieno agerent, expectādum his atq; exequendum esse nutū eius qui teneat. Ob quæ dignum esse, Gręcos data uenia cōsulere his, qui semper authores pacis fuerint. Cæterùm à Troianis ob malè consulta satis pœnarum exactum. Dein multò hinc atq; inde habito sermone, ad postremum de modo pręmiorum agi cœptum. Tum Diomedes quinq; millia talentorū auri atq; argenti totidē optat. Pręterea tritici centena millia, eaq; per annos decē. Tum silentio habito à cunctis, Antenor, non Gręcorū more agere eos aduersum se ait, sed barbaro. Nam cum impossibilia postularent, palàm fieri prætextu pacis bellum eos instruere. Cęterùm auri atq; argenti tantū ne tum quidē priusquā in auxilia conducta dilaceraretur, ciuitati fuisse. Quòd si permanere in eadā auaritia uellēt, superesse Troianis, uti clausis portis incēsisq; intus deorum ædificijs, ad postremū idē sibi cum patria exitium peterēt. Cōtrà Diomedes: Non ciuitatē uestrā consideratū Argis uenimus, uerūm aduersum uos dimicaturi. Quocirca siue etiā nūc bellare in animo est, parati Græci: siue, ut ais, igni dabitis Ilium, nō prohibebimus. Quippe Gręcis affectis iniuria, quoquo modo ulcisci hostes suos finis est. Tū Panthus in proximū diē deliberandi ueniam orat. Ita nostri ad Antenorē abeūt, atq; inde in ædē Mineruæ. Interim cognoscitur in apparatu rerum diuinarum portētum ingens. Namq; compositā sacrorū consueta, mox subiectus ignis non cōprehendere, neq; cōsumere uti antea, sed aspernari. Quare turbati populares, simul uti fidem nuncij noscerēt, ad arā Apollinis confluunt, atq; ibi superpositis extorum partibus, ubi flāma admota est, repentè cuncta quæ inerant disturbata, ad terram decidunt. Quo quidē spectaculo perculsis atq; attonitis omnib. subitò aquila stridore magno immittit sese, atq; extorū partē eripit, moxq; superuolās, ad naues Græcorum pergit, ibiq; raptū omittit. Id uerò Barbari iam nō leue aut in obscuro, sed palā pernicioſum credere. Interim Diomedes cum Vlysse dissimulantes quæ gerebantur, obambulare in foro, circūspicientes laudantesq; præclara opera ciuitatis eius. At apud naues auspicio tali motis omnium animis, Calchas ubi bonū animū gererent hortatur, breui quippe dominos fore eorū quæ apud Troiam essent. Cæterū Hecuba re cognita, placatum deos egreditur, præcipuè Mineruam atq; Apollinē. Quis tū dona multa uictimasq; opimas admouet: sed in adolēdo quæ sacra aris reddebant, eodē modo restinguí ignes, ac repētè interire uisi. Inter quæ tā solicita, Cassādra Deo plena, uictimas ad Hectoris tumulum transferri inferriq; iubet: deos quippe aspernari iam sacrificia, indignatos ob cōmissum paulò antè scelus in Apollinē. Ita tauris qui immolati erāt, adrogum Hectoris, sicuti imperatū est, apportatis, moxq; igni subiecto, cōsumunt cuncta. Inde ubi iam uesper erat, domū discessum est. Atq; eadē nocte Antenor clàm in tēplum Mineruæ uenit, ubi multis precibus mixtis Theanæ (quæ templi sacerdos erat) persuasit, uti Palladium sibi traderet: habiturū nanq; magna eius

Portentum in sacrificio.

gna eius rei præmia. Ita perfecto negotio ad nostros uenit, hisq; præmissum ostert. Id Græci obuolutum bene, quo ne intelligi à quoquam posset, uehiculo ad tentoria Vlyssis per necessarios fidosq; suos remittunt. At lucis principio postq; senatus coactus, & nostri ingressi sunt, Antenor ueluti iracundiã Græcorum metuens, ueniam orare eorum quæ aduersum eos pro patria exercitus dissensisset. Dein Vlysses, nõ se his moueri neq; indignari, sed quod finis in tractando non adhiberetur: maxime cum opportunum ad nauigãdum tempus breui præteruolet. Tum multò inuicem habito sermone, ad postremum binis millib. talentorum auri atq; argẽti rẽ decidunt. Quod ut ad suos referrẽt, Græci ad naues abeunt. Ibi conductis ducib. cuncta quę gesta sunt, exponunt Palladium etiã ablatum per Antenorem docent. Dein ex omnium sententia reliquus miles rẽ cognoscit. Ob quæ placet uniuersis, mitti Mineruæ donum q; honoratissimum. Tum accitus ad eam rem Helenus, cuncta quæ antè gesta erant, non secus ac si præsens fuisset, ordinè exponit: additq; finem iã aduenisse Troianorum rerum. Quippe quo maximè sustentaretur, summũ ciuitatis Palladium fuisse: quo ablato, exitium ingruere. Cæterum donum Mineruę fatale Troianis esse, equũ ligno fabrefactum forma ingenti, cuius magnitudine muri soluẽdi essent, adnitente atq; ministro Antenore. Dein recordatus parentẽ Priamum residuosq; fratres, fletum edit miserabilem, consternatusq; per dolorem atq; obstupefactus ruit. Tum Pyrrhus collectum eum, refectumq; animi ad se deducit, custodesq; addit, ueritus ne qua per eum hostibus quæ gesta erant patefierẽt. Quod ubi Helenus persensit, Pyrrhum uti bonum animũ geret hortatur, securum sui secretorumq;. Namq; se cum eo etiam post patriæ excidium multis tempestatib. in Græcia moraturum. Itaq; ut Heleno placuerat, multa materies quæ apta huiusmodi fabricæ uidebatur, per Epeũ atq; Aiacem Oilei aducta. Interim firmatores pactæ pacis ad Troiã eunt. Decẽ lecti duces, Diomedes, Vlysses, Idomeneus, Aiax Telamonius, Nestor, Meriones, Thoas, Philocteta, Neoptolemus atq; Eumelias. Quos ubi in foro animaduertêre populares, læti animos tollunt, finẽ iam ærumnarum credentes. Itaq; singuli pluresúe uti quisq; occurrerat, benignè adeũt, salutãtes gratulantesq; exoscultanẽ. Tum Priamus pro Heleno orare Græcos, multisq; adhibitis precibus, cõmendare charissimũ sibi, & inter cæteros dilectũ magis propter prudentiã. Dein ubi tẽpus uisum est, conuiuium publicè cœptũ est in honore ducum, ascitæq; pacis, Antenore deseruiente Græcis atq; omni modo benignè exhibẽte cuncta. At lucis initio senes omnes in ædẽ Mineruæ conueniunt. In quis Antenor refert missos à Græcis super conditionibus prædictæ pacis, decẽ lectos uiros. Quos ubi deduci in senatũ placuit, & dextræ inuicẽ datæ atq; acceptæ sunt, statuunt inter se uti proximo die, campi in medio atq; in ore omnium aras statuant, in quis fidẽ pacis iusiurandi religionibus firmarent. Quis perfectis, Diomedes atq; Vlysses iurare occipiunt, permansuros se in eo quod sibi cum Antenore conuenisset, testesq; in eam rem louẽ summum, Terramq; matrem, Solẽ, Lunam atq; Oceanum fore. Dein excisis in partes duas hostijs quę ad eam rẽ admotę erãt, ita ut pars ad Solem, residuum ad naues spectaret, per medium trãseunt. Dein Antenor in eadẽ uerba placitum cõfirmat. Ita perfecto negotio, ad suos quisq; abeunt. Cęterùm Barbari Antenorẽ summis laudibus efferre, uenientemq; singuli quasi Deũ uenerari. Solùm quippe omniũ credere authorem pacis eius, ascitæq; cum Gręcis amicitię. Ita sopito iam inde bello, passim uti quisq; partium uoluerat, nunc Græci cũ Troianis, rursusq; hi apud naues amicè agêre. Interim ubi fœdus interuenerat, cũcti Barbari sociique q bello residui erãt, gratulantes interuẽtu pacis ad suos discedunt, nõ opperientes quidẽ prędia tantorum discriminũ atq; ærumnarũ, scilicet ueriti ne qua pacti fides apud Barbaros dissolueretur. Interim apud naues, uti Heleno placuerat, equus tabulatus extruit per Epeum fabricatorẽ eius operis. Cui edi

Palladium ex Troia exportatur.

Equus Troianus.

Sophisma circa iusiurandũ.

Equus Troianus fabricatur, & in urbẽ ducitur.

to in immensum, ima quæ sub pedibus erant, rotis interpositis suspenderat, sci licet quò à tractu motus facilis foret: unde offerri donum Mineruæ maximũ, omnium ore agitabatur. Cęterùm apud Troiam auri atq; argenti prædictum pondus per Antenorẽ atq; Aeneã summo studio in ædem Mineruæ portabatur. Et Gręci, postq; auxilia sociorum dimissa cognitum est, impensius pacem atq; amicitiam agitauêre, nullo post Barbarorũ interfecto aut uulnerato, quò magis sine ulla discordiarũ suspitione apud hostes forent. Dein equum compactum affabrè confixumq; ad muros mouent. Nunciatum Troianis, ut cum summa religione susciperent, Mineruæ scilicet sacrum dicatumq;. Quare magna uis hominum portis egressa, summa lætitia sacrificioq; donum excipit, at trahitq; propius mœnia. Sed postquam magnitudine operis impediri per portas ingressum animaduertêre, consilium destruẽdorum desuper murorum capiunt, neq; quisquam secus præ tali studio decernebat. Ita inuiolatum multis tempestatib. murorum opus, Neptunicq;, ut perhibetur, atq; Apollinis maxima monumenta, †multo delectu ciuiũ manib. dissoluuntur. Sed postq; maior pars operis eius deiecta est, consulto à Græcis intercessum, confirmantib. non se passuros intra mœnia duci equũ, priusq; prædicti pondus auri atq; argenti susciperent. Ita intermisso opere, semiruptisq; mœnibus, Vlysses cunctos ciuitatis Troianæ artifices ad reficiendas naues conducit. Cõposita dein uniuersa classe, ubi cuncta nauigia instructa, & præmium persolutum est, iubent nostris peragere cepta. Itaq; destructa murorum parte, cum ioco lasciuiaq; inducxêre equũ, fœminis inter se atq; uiris certatim attrahere festinãtib. Interim Gręci ubi cuncta nauib. impositа sunt, incensis omnib. ad Sigęum secedunt, ibiq; noctẽ operiunt. Fessis dein uino multoq; somno Barbaris, quæ utraq; per lætitiam securitatemq; pacis interuenerant, nostri multo silẽtio ad ciuitatẽ nauigant, seruãtes signũ quod igne elato Sinon, ad eam rem clàm positus, tulerat. Moxq; omnes postq; intrauerẽ mœnia, diuisis inter se ciuitatis locis, ubi signũ datũ, magna ui cædere eos quos sors obiecerat atq; obtruncare passim per domos atq; uias, loca sacra atq; profana. Et si qui persensĕrat, priusquam armati aut aliquid pro salute capere possent, opprimere. Prorsus nulla requies stragis atq; funerum, cum palàm in ore suorũ liberi parentesq; magno inspectãtium gemitu necarentur: moxq; ipsi qui spectaculo charissimorum interfuerãt miserandum in modũ interirent. Neq; segnius per totam urbẽ incẽdijs gestũ, positis prius defensoribus domui Aeneæ atq; Antenoris. Interim Priamus recognita, ad arã Iouis Aedificialis cõfugit. Multiq; ex eo loco ad reliqua deorũ tẽpla: Cassandra in ædẽ Mineruæ. Sed postq; uniuersos qui in manus uenerant fœdè atq; multos obtruncauere, occipiente luce domũ in qua Helena erat aggrediuntur. Ibi Menelaus Deiphobũ, quẽ post Alexandri interitũ Helenę matrimoniũ intercepisse, suprà docuimus, exectis primò auribus, brachijsq; ablatis dein naribus, ad postremũ truncatũ omni ex parte fœdatumq; summo cruciatu necat. Post quæ Priamũ Neoptolemus, sine ullo ætatis honorisq; delectu retinentẽ utraq; manu ad arã iugulat. Cæterũ Cassandrã Aiax Oilei ex sacro Mineruæ captiuã abstrahit. Hoc modo cõsumptis cũ ciuitate Barbaris, deliberatio initia super his qui ad deorũ aras auxiliũ uitæ implorauerãt: decretumq; ab omnibus, uti per uim auulsi necarentẽ. Tantus dolor iniuriæ, & ob id studiũ extinguẽdi nominis Troiani incesserat. Ita cõprehensi qui cruciatũ prædictæ noctis subterfugerant, trepidantes uice pecorũ interficiunt. Dein more belli, per tẽpla ac semiustas domos populatio rerũ omniũ, ac per dies plurimos ne quis hostium euaderet, studiũ inquirẽdi. Interim ad coaceruandum auri atq; argenti materiã opportuna loca destinantur, & alia ob preciosam uestẽ. Igitur ubi satietas Troiani sanguinis tenuit, & urbs incendijs cõplanata est, initiũ soluendæ per prædã milites capiũt: primò à captiuis fœminis pueriscq; adhuc imbellibus. Itaq; ex his prima omnium Helena sine sorte Menelao conceditur. Dein

† videtur legẽdum, nullo.

Troia euertitur.

Prœda diuiditur.

Dein Polyxena suadente Vlysse, per Neoptolemum Achilli inferias missa. Agamemnoni Cassandra datur, postq; forma eius captus, quin palàm desiderium fateret, dissimulare nequiuerat. Aetram & Clymenā, Demophoon & Acmas habuêre. Reliquorū sors agi cœpta, atq; Neoptolemo Andromacha euenerat adiunctis etiam eius filijs in honorē tāti ducis. Vlysſi Hecuba obuenit. Hactenus nobilium fœminarū cessêre sæuitia. Alij, ut quenq; sors contigerat, prędā, aut ex captiuis, quantū pro merito distruebatur, habuere. Interim super Palladio ingens certamen inter se ducibus exortū. Aiace Telamonio expostulante in munus sibi, pro his quę in singulos uniuersosq; uirtute atq; industria sua cō tulerat. Quare coacti penè omnes uti ne læderetur animus tāti uiri, cuius præclara facinora uigiliasq; pro exercitu in animo retinebant, cōcedunt Aiaci, cō tradicentibus solis omnium Diomede atq; Vlysse: sua quippe opera in ablatū contrà insinuantibus. Contrà Aiax adfirmare, nō labore aut uirtute eorū rem gestā: Antenorē nanq; contēplatione cōmunis amicitiæ abstulisse. Verū Diomedes honori eius per uerecundiam cedēs, à certamine destitit. Igitur Vlysses cum Aiace summa ui cōtendere, atq; inuicē industrię meritis expostulare adnitentibus cum Vlysse Agamemnone & Menelao, obseruatam paulò antè opera sua Helenam. Nāq; post captū Ilium, Aiax recordatus eorum quæ tantis tēpestatibus propter mulierē perpessi expertiq; essent, primus omnium interfici eam iusserat. Iamq; approbantibus consilium Aiacis multis bonis, Menelaus amorē cōiugij etiamnū retinens, singulos ambiendo orandoq; ad postremum perfecerat, ut interceſſu Vlyſſis Helena incolumis sibi traderet. Ob quę ueluti iudicio amborū merita spectantes (cum etiamnū bellū in manibus atq; hostiles multæ nationes circūstreperent, nullo delectu uirorū fortiū, spretisq; Aiacis tot egregijs facinorib. ac frumēti quod ex Thracia aduexerat, per totū exercitū distributione) Vlyſſi palladium tradunt. Quare cuncti duces qui memores uirtutū Aiacis, nihil ei præferendū cēsuerant, quiq; secuti gratiā Vlyſſis impugnauerant talē uirū, studio in partes discedūt. Interim Aiax indignatus, & ob id uictus dolore animi, palā atq; in ore omniū ultionē se sanguine eorū à quis impugnatus esset, exacturū denunciat. Itaq; ex eo Vlysses, Agamēnon, Menelaus custodiā sui agere, & quò tutiores essent, summa ope inuigilare. At ubi nox aderat, descendentes uno ore omnes, lacerare utrunq; regē, neq; abstinere maledictis: quippe quis magis libido desiderium q; in fœmina, q; summa militiæ potiora forent. At lucis principio Aiacē in medio exanimē offendunt perquirētesq; mortis genus, animaduertere ferro interfectū. Inde ortus perduces atq; exercitus tumultus ingēs, ac dein seditio breui adulta, cū ante iam Palamedē uirum domi belliq; prudentissimum, nunc Aiacem inclytum tot egregijs pugnis, atq; utrosq; insidijs circūuentos ingemiscerēt. Ob quæ supradicti reges ueriti ne qua uis ab exercitu pararetur, intus clausi firmatiq; per necessarios manent. Interim Neoptolemus aduecta ligni materia, Aiacem crematire liquiasq; urna conditas in Rhetæo sepeliendas procurat. Breuiq; tumulū extructum cōsecrat in honorem tanti ducis. Quæ si ante captum Ilium accidere potuissent, pfectò magna ex parte promotæ res hostium, ac dubitatū de summa rerū fuisset. Igitur Vlysses ueritus uim offensi exercitus, clàm mari aufugit: ita palladium apud Diomedē manet. Cæterùm post abscessum Vlyſſis, Hecuba quo seruitium morte absolueret, multa ingerere maledicta, imprecariq; infausta omnia in exercitum. Quare motus miles, lapidibus obrutā necat sepulchrumq; apud Abydum statuitur, appellaturq; Cynomessa, ob linguę proteruiam imprudentemq; petulātiam. Per idem tempus Cassandra Deo repleta, multa in Agamemnonem aduersa pronunciat. Insidias quippe ex occulto cædemq; domi per suos cōpositam. Præterea uniuerso exercitui profectionē ad suos incōmodam exitialemq;. Inter quæ Antenor cū suis Grecos orare, omitterent iras atq; urgente nauigij tēpore in cōmune consulerent. Præterea omnes du-

Certamē inter Græcos duces de Palladio.

Aiacis mors.

Hecuba lapidatur.

Cassādra Græcis infausti rei ditum prædicit.

nes ducès ad se epulatum deducit: ibiq; singulos quàm maximis donis replet. Tum Græci Aeneæ suadent, ut secum in Græciam nauiget. Ibi nanq; ei simile cum cæteris ducibus ius, regniq; eandem potestatem fore. Neoptolemus filios Hectoris Heleno concedit. Præterea reliqui duces auri atq; argenti quantum singulis uisum est. Dein consilio habito decernitur, uti per triduũ funus Aiacis publicè susciperetẽ. Itaq; exactis diebus, cuncti reges comam apud tumulum eius deponunt. Atq; ex in contumelijs Agamemnonem, fratremq; agere, eosq; non Atridas, sed Plisthenidas, & ob id ignobiles appellare. Quare coacti simul, ut odium sui apud exercitum per absentiam leniretur, orant ut sibi ire è conspectu eorum sine noxa concederent. Itaq; consensu omnium primi nauigant, deturbati expulsiq; à ducibus. Cæterùm Aiacis filij Achantides Glauca genitus, atq; Eurysaces ex Tegmessa Teucro traditi. Dein Græci ueriti, ne per morã interuentu hyemis, quæ iam ingruebat, à nauigando excluderentur, deductas in mare naues, remigibus reliquisq; nauticis instrumẽtis cõplent. Atq; ita cum his quæ singuli, præda multorum annorum quæ fuerant, discedunt. Aeneas apud Troiam manet, qui post Græcorum profectionem cunctos ex Dardano atq; ex proxima peninsula adit, orans ut secum Antenorem regno exigerent. Quę postquam præuerso de se nuncio Antenori cognita sunt, regrediens ad Troiam, imperfecto negotio aditu prohibetur. Ita coactus cum omni patrimonio à Troia nauigat, deuenitq; ad mare Adriaticum, multas gẽtes Barbaras interim præteruectus. Ibiq; condit cum his qui secum nauigauerant ciuitatem, appellatam Corcyrem Melenam. Cæterum apud Troiam post quam fama est Antenorem regno potiri, tum cũcti qui bello residui, nocturnam ciuitatis cladem euaserant, ad eum confluunt, breuiq; ingens coalita multitudo. Tantus amor erga Antenorem, atq; opinio sapiẽtiæ incesserat. Fitq; princeps amicitiæ eius rex Gebrenorum Oenidus.

Funus Aiacis.

Græcorum à Troia discessio.

Hæc ego Gnosius Dictys, comes Idomenei conscripsi, oratione ea quã maximè inter diuersa loquẽdi genera cõseq; ac cõprehẽdi potui, literis Punicis, à Cadmo Danaoq; traditis. Neq; sit mirũ cuiq;, si quãuis Græci omnes, tamen diuerso inter se sermone agũt, quãdo ne nos quidẽ unius eiusdemq; insulæ, simili lingua, sed uaria permixtaq; utamur. Igitur ea quæ in bello euenêre Græcis ac Barbaris, cuncta sciens, perpessusq; magna ex parte, memoria edidi. De Antenore eiusq; regno quæ audiui, retuli. Nunc reditũ nostrorũ narrare libet.

DICTYS CRETENSIS DE REDITV GRÆCORVM, LIBER SEXTVS.

POstquam impositis, quæ singuli bello quęsierãt, ascẽdêre ipsi solutis anchoralib. nauigant. Dein à puppi secundante uẽto, paucis diebus peruenêre ad Aegeum mare. Vbi multa imbribus uẽtisq;, & ob id sæuiente mari indigna experti, passim ut fors tulerat, dispalant. In quis Locrorũ classis, perturbatis per tẽpestatẽ officijs nautarũ, & inter se implicatis, ad postremũ fulmine cõminuta & incẽsa est. At rex Locrorũ Aiax, postq; natando euadere naufragiũ enisus est, reliq; p noctẽ tabulis, aut alio ex naufragio leuamine fluitãtes, ubi ad Eubœã deuenêre, Chœradib. scopulis appulsi pereunt. Eos nãq; re cognita, Nauplius ultũ ire cupiẽs Palamedis necẽ, p noctẽ igni elato ad ea loca deflectere, tanq; ad portũ coẽgerat. Per idẽ tẽpus Oeax Nauplij filius, Palamedis frater, cognito Grẽcos ad suos remeare, Argos uenit. Ibi Aegialẽ atq; Clytẽnestrã falsis nũcijs aduersũ maritos armat, p dicto ducere eos secũ uxores Troia p̃latas his. Præterea addidêre ea qb. mobile suapte natura ingeniũ muliebre

Locrorũ naufragium.

liebre magis aduersum suos incederentur. Ita Aegiale aduenientẽ Diomedẽ, per ciues aditu prohibet. Clytemnestra per Aegistum adulterio sibi cognitum, Agamemnonem insidijs capit, eumq; interficit. Breuiq; denupta adulte- *Agamemnonis mors.*
ro, Erigonem ex eo edit. Interim Talthybius Orestem Agamemnonis filium manibus Aegysti ereptum, Idomeneo qui tum Corinthum agebat, tradit. Eo Diomedes expulsus regno, & Teucer prohibitus Salamine a Telamone, scilicet quod fratrem insidijs circumuentum non defendisset, conueniunt. Interim Mnestheus cum Aetra & Clymena filia eius ab Athenienſibus recipitur. Demophoon atq; Acamas foris manent. Cæterùm ubi plures eorum qui mare insidias q; suorum euaserant, apud Corinthum fuêre, consilium habent, uti iuncti inter se, singula aggredentur regna, belloq; aditum ad suos patefacerent. Eam rem Nestor prohibet, suadens, tentandos prius ciuium animos: neque committendum, uti per seditionẽ Græcia omnis intestinis discordijs corrumperetur. Neq; multò pòst cognoscit Diomedes Actoliam ab his qui per absentiam eius regnum infestabant, eo nomine multis modis afflictari. Ob quæ profectus ad ea loca, omnes quos authores iniuriæ repererat, interficit: metuq; omnibus circumlocis iniecto, facilè à suis receptus est. Inde per omnẽ Græciã fama orta, suos quisq; reges accipiunt: summam in his qui apud Troiam bellauerant uirtutem, neq; in resistendo cuiusquam uires satis idoneas existimantes. Ita nos quoq; cum Idomeneo rege, Cretam patrium solum summa gratulatione ciuium remeauimus. Dein ubi Orestes trãsactis pueritiæ annis, officia uiri exequi cœpit, orat Idomeneũ, ut secum ex ea insula quàm plurimos mitteret: cupere namq; se Athenas nauigare. Itaq; collecto numero eorum quos idoneos credebat, Athenas uenit, auxiliumq; ab his contrà Aegistum orat. Dein oraculum adijt: responsum refert, uti matrem, & cum ea Aegistum interficiat. Ex quo fore, uti regnum patrium reciperet. Huiusmodi nomine armatus cum prædicta manu ad Strophum uenit. Is namq; Phocensis, cuius filiam in matrimonium Aegisti denupserat, indignatus quod spreto coniugio priore, Clytemnestram superduxerit, & regem omnium Agamemnonẽ interfecerit, ultrò ei auxilium aduersum inimicissimum obtulerat. Ira conspirati inter se, cum magna manu Mycenas ueniunt. Statimq;, Aegistus aberat, primò Clytẽnestram interficiunt, multosq; alios qui resistere ausi erant. Dein cognito Aegistum aduentare, insidias ponunt, eum circumueniunt. Inde per omnẽ Argiuorum populum dissensio animorũ exorta, quod diuersa inter se cupientes, ad postremum in partes discederet. Per idem tempus Menelaus appulsus Cretã, cuncta super Agamemnonẽ regnoq; eius cognoscit. Interea per omnem insulã postq; cognitum est Helenã eò uenisse, multi undiq; uirilis ac muliebris sexus confluunt: ambientes dignoscere, cuius gratia orbis penè omnis ad bellũ conspirasset. Vbi inter cætera Menelaus refert, Teucrũ expulsum patria, ciuitatem apud Cydrũ Salaminã nomine condidisse. Multa etiã apud Aegyptũ miranda refert: & Canopi gubernatoris sui, qui ibi morsu serpentis perierat, extructum magnificum monumentum. Dein ubi tempus uisum est, Mycenas nauigat: ibiq; multa aduersum Orestẽ molitus est. Ad postremum multitudine populariũ cohibitus, ab eo quod cœperat negotio destitit. Inde placet cunctis, Orestẽ super eo facinore causam dicere apud Athenienses, ubi Areopagitarum iudicium seueriſsimum per omnem Græciam memorabatur. Apud quos dicta causa iuuenis absoluitur. Erigona, quę ex Aegisto edita erat ubi fratrem absolutum intelligit, uicta dolore immodico, laqueo interijt. Mnestheus liberatũ Orestẽ à patricidij crimine, purgatumq; more patrio cunctis remediis quæ ad obliuionẽ huiusmodi facinoris adhiberi solita erant, Mycenas remittit, ibiq; regnũ ei cõcessum. Dein transacto tẽpore accitu Idomenei Cretam uenit. Neq; multò pòst Menelaus ibi multa in patruum seuerè per eum in gesta, quod sibi per dissensionẽ populariũ multis modis periclitãti, ipse etiam

Oreſtes Athenas nauigat.

Clytemneſtræ & Aegyſti mors.

Oreſtes de nece matris causam dicit.

insidiatus

insidiatus esset. Ad postremum interceſſu Idomenei uterq; recõciliatus, Lacedæmonam discedit. Ibi Menelaus, sicuti conuenerat, Hermionem Oresti in matrimonium despondit. Per idem tempus Vlysses Cretam appulsus est, duabus Phœnicum manibus, mercedis pacto acceptis. Nanq; suos cum socijs atque omnibus quæ ex Troia habuerat, per uim Telamonis amiserat: scilicet infesti ob illatam per eum filio necem, uix ipse liberatus industria sua. Percunctanti q; Idomeneo, quibus ex causis in tantas miserias deuenisset, erroris initium narrare occipit. Quo pacto appulsus Zimarũ, multa inde per bellũ quæsita præda nauigauerit: appulsusq; ad Lotophagos, atq; aduersa usus fortuna, deuenerit in Siciliam: ubi per Cyclopẽ atq; Lestrigonã fratres, multa indigne expertus, ad postremũ ab eorum filijs Antiphate & Polyphemo plurimos sociorum amiserit. Dein per misericordiam Polyphemi in amicitiam receptus, filiam regis Arenen, postquam Elpenoris socij eius amore peribat, rapere conatus. Vbi res cognita est, interuentu parentis puella ablata per uim, exactus per Aeolos insulas deuenit ad Circen, atq; inde ad Calipso, utranq; reginam insularum: in quis morabantur, & quibusdam illecebris animos hospitum ad amorem sui illicientes. Inde liberatus, peruenerit ad eum locum, in quo exhibitis quibusdam sacris, futura defunctorum animis dignoscerentur. Post quæ appulsus Sirenarum scopulis, ubi per industriam liberatus sit. Ad postremum inter Scyllam & Charibdim mare sæuissimum, & illata sorbere solitum, plurimas nauium cum socijs amiserit. Ita se cum residuis in manus Phœnicum per maria prædantium incurrisse, atq; ab his per misericordiam reseruatum. Igitur uti uoluerat, acceptis à rege nostro duabus nauibus, donatusq; multa præda, ad Alcinoum regem Phæacum remittitur. Ibi ob celebritatẽ nominis per multos dies benigne acceptus, cognoscit Penelopen à triginta illustribus uiris diuersis ex locis in matrimonium postulari. Hiq; erant à Zacyntho, Echinadib, Leucadia, Ithaca. Ob quæ multis precibus persuadet regi, uti secum ad uindicandam matrimonij iniuriam nauigaret. Sed postquam deuenere ad eum locum, paulisper occultato Vlysse, ubi Telemachũ rem quæ parabatur, edocuere, domum ad Vlyssem clàm ueniunt. Ibiq; uino multo atq; epulis iam repletos procos, ingressi interficiũt. Dein per ciuitatẽ Vlyssem aduentasse, populatibus cognitum est. A' quis benignè & cum fauore exceptus, cũcta quę domi gesta erant cognoscit. Aut supplicijs meritos, aut donis afficit. De Penelope, eiusq; pudicitia præclara fama. Neq; multò pòst precibus atq; hortatu Vlyssis Alcinoi filia Nausica Telemacho denubit. Per idẽ tẽpus Idomeneus dux noster apud Cretam interijt, tradito per successionem Merioni regno, & Lacertę Triennio postq; filius domum redijt, uitæ finem fecit. Telemacho ex Nausica natum filium Vlysses Ptoliporthum appellat. Dum hæc apud Ithacam geruntur, Neoptolemus apud Molossos naues quassatas tẽpestatibus reficit. Atq; inde, postq; cognitum est ab Acasto expulsum regno Pelea, ultum iri cupiens iniurias aui, primò exploratũ duos quàm fidissimos, & incognitos illis locis, Chrysippum & Aratum, Thessaliam mittit. Hiq; cuncta quæ gerebantur, insidiasq; ei paratas per Acastum ab Ascandro non alieno Pelei cognoscunt. Is namq; Ascandrus iniquitatẽ tyranni euitans, ad agrum Pelei concesserat: notusq; adeò eius domus, ut inter cætera originẽ etiã nuptiarum Pelei cum Thetide Chironis filia, Chrysippo atq; Arato narrauerit. Qua tẽpestate multi undiq; reges acciti domum Chironis, inter ipsas epulas nouã nuptam nouis ac magnis laudibus ueluti deam celebrauerant, parentẽ eius Chirona appellantes Nerea, ipsamq; Nereidam. Et ut quisq; eorum regnum qui conuiuio interfuerant, choro modulisq; carminum prævalluerat, ita Apollinem, Liberumue: & ex fœminis plurimas Musas cognominauerunt. Vnde ad id tempus conuiuium illud deorum appellatũ est. Itaq; ubi cuncta quæ uoluerant cognouêre, ad regem redeunt, eiq; singula per ordinẽ narrãt. Ob quæ coactus Neoptolemus ad

Vlyßis oberrationis.

Idomenei mors.

Neoptolemi reditus.

Deorum conuiuium.

mus aduerso mari, & multis regionis eius prohibentibus, classem exornat, ascenditq; Ipse dein sæuitia hyemis multum mari fatigatus, appulsusq; ad Sepianum littus quod propter saxorum difficultatem nomen huiusmodi quæsiuerat, omnes ferè naues amittit: uix ipse cum his qui in eodem nauigio fuerant, liberatus. Ibi Pelea auum repperit occultatum spelunca abdita & latebrosa: ubi senex uim atq; insidias Acasti euitans, assiduè nepotis desiderio, nauigantes, & si qui forte eò appulsi essent, speculari cõsueuerat. Dein ubi cuncta domus fortunarumq; edoctus essent, consilium aggrediendi hostis inire occipit: cum forte cognoscit filios Acasti Menelippum & Plisthenem uenatum profectos, dein uenisse ad ea loca. Itaq; mutata ueste Locrum simulans, iuuenibus offert se; hisq; cupitum sui interitum refert. Ob quæ iunctus his uenando, ubi seorsum à cæteris Menalippum uidet, eumq; ac paulò pòst fratrem eius insecutus interficit. Ad quorum inquisitionem seruus quidam Cirmas nomine, perquã fidus prosectus, in manus iuuenis deuenit. Comprehensusq;, Acastum affore nunciat, atq; ita occidit. Itaq; Neoptolemus mutata ueste Phrygia, tanq; filius Priami Nestor, qui captiuus cũ Pyrrho ad ea loca nauigauerat, Acasto obuiã uenit, eiq; quisnã esset indicat: & Neoptolemũ in spelũca fatigatũ nauigio, somnoq; iacere. Ob quæ anxius Acastus, opprimere cõ inimicissimũ cupiẽs, ad spelunc̃ pergit: atq; ipso aditu à Thetide, quę ad ipsa loca quęsitũ Pelea uenerat, re cognita reprimitur. Dein cũctis quæ aduersum domum Achillis iniquè & aduersum fas gesserat enumeratis, increpatus, ad postremùm intercessu suo manib. iuuenis liberat: persuadẽs nepoti, ut ignoscere potius, neq; sanguine ulteriùs ulcisci cuperet ea quæ antecesserãt. Itaq; Acastus ubi se prẽter spẽ libertatũ animaduertit, spõte in loco cũcta regni Neoptolemo tradit. Inde iuuenis cum auo & Thetide, reliquisq; qui secum nauigauerant, summam regni adeptus, in ciuitatem uenit. Ibi à cunctis popularibus, qui iuxta inhabitantes sub imperio eius agebãt, benignè ac cum gratulatione exceptus, amorem sui breui confirmat. Hæc ego à Neoptolemo cognita, memorię mandaui, accitus ab eo qua tempestate Hermionem Menelai in Matrimonium susceperat. Ab eo etiam de reliquijs Mẽnonis cognitũ est mihi, uti tradita eius ossa apud Paphũ his qui cum Pallante duce Mẽnonis mari ad Troiam profecti, ductore interfecto, ablataq; præda, ibidẽ morabant. Vtq; Himera (quã nõnulli materno nomine Hemerẽ appellabãt) soror Mẽnonis ad inuestigandũ cadauer fratris, eò profecta, postq; reliquias repperit, & de intercepta præda Mẽnonis palã ei factũ est, utrunq; recipere cupiens, interessu Phœnicũ, qui in eo exercitu plurimi fuerãt, optionẽ rerũ omnium ac seorsum fratris acceperit, prælataq; sanguinis affectione, recepta urna Phœnicẽ nauigauerit. Delata dein ad regionem eius Phalonem nomine, sepultisq; fratris reliquijs, nusquã cõparuerit. Cuius opinio exorta tripartita est. Seu quod post occasum solis cũ matre Hemera è cõspectu hominũ excesserit. Siue supra modum dolore affecta fraternæ mortis, ultrò præceps ierit: uel ab his qui incolebant, ob eripienda quę secũ habuerat, circũuenta interierit. Hęc de Mẽnone eiusq; sorore cõperta mihi per Neoptolemũ. Post quæ profectus Cretã anno post nomine publico, cũ duobus aliijs ad oraculũ Apollinis remediũ petitũ uenio. Nanq; nulla certa causa eximprouiso tanta uis locustarũ insulã eam inuaserat, uti cuncta fructuũ quæ in agris erãt, corrũperentur. Itaq; multis precib. supplicijsq; respõsum editur, diui nalia ope animalia interitura, insulamq; prouẽtu frugũ breui redundaturã. Dein nauigare cupiẽtes ab his qui apud Delphos erãt prohibemur: importunũ nãque & pernicioſum tẽpus esse Lycophron & Ixeus, qui unà ad oraculũ uenerant, contemptui habentes ascẽdunt nauem, medioq; ferè spacio fulmine icti intereũt. Interim ut diuinitùs prædictum erat, eodẽ ictu fulminum sedata uis mali, immersaq; mari, & regio omnis repleta frugib. Peridẽ tẽpus Neoptolemus cõfirmato iam cũ Hermione matrimonio, Delphos ad Apollinẽ gratulatum,

Neoptolemus Acasti F. interficit.

Neoptolemus patrio regno potitus.

De Meminone eius sorore.

Dictys ob locũ custas ingruẽtes Apollinem consulunt.

latum, quod in authorem paternæ cædis Alexandrum uindicatũ esset, profici scitur, relicta in domo Andromacha, eiusq; filio Laodamãta, qui reliquis iam filiorum Hectoris superfuerat. Sed Hermione post abscessum uiri, uicta dolore animi, neq; pellicatum captiuæ patiens, parentem suum Menelaum accitũ mittit. Cui multa conquesta super iniuria prælatæ sibi à uiro captiuę mulieris, persuadet uti filium Hectoris necet. Andromacha re cognita, instãtis periculi uim subterfugit, auxilio popularium liberata. Qui miserati fortunam eius, ultrò Menelaum cõtumelijs prosecuti, uix à pernicie uiri retẽti sunt. Interim Oreste aduenies rem cunctã cognoscit, hortaturq; Menelaũ, uti incœpta perageret. Ipse dolens præreptũ sibi à Neoptolemo Hermionæ matrimoniũ, insidias aduenienti parare cœpit. Ita primo ex his quos secũ habebat quã fidissimos, speculatũ de aduentu Neoptolemi, Delphos mittit. Quis cognitis, Menelaus euitare huiusmodi facinus cupiens, Spartam concedit. Sed illi qui præmissi erant, regressi, Neoptolemum Delphis esse negant. Quare coactus Oreste, ipse ad inquisitionẽ uiri profectus, alio quo ierat die remeat: ut sermo hominum ferebatur, imperfecto negotio. Deín post paucos dies fama perfertur interemptum esse Neoptolemum, eumq; sermone omnium circumuentũ insidijs Orestis, per populũ disseminatur. Ità iuuenis, ubi de Pyrrho palàm est recepta Hermione, quæ sibi antea desponsa erat, Mycenas discedit. Interim Peleus cum Thetide cognito nepotis interitu, ad inuestigationem eius profecti, cognoscunt iuuenem Delphis sepultum. Ibi, ut mos erat, iusta persoluunt: cognoscuntq; in his locis interisse, ubi uisus Orestes negabatur. Ea res per populum haud credita, adeò præsumpta antè iam opinio de Orestis insidijs cuncto rum animis inhæserat. Cæterùm Thetis ubi Hermionem Oresti iunctam uidet, Andromacham partu grauidam ex Neoptolemo, Molossos mittit domũ Orestem, eiusq; coniugem de interimendo fœtu uitans. Per idem uerò tẽpus Vlysses tertius crebris augurijs, somnijsq; aduersis, omnes undiq; regionis eius interpretandi somnia peritissimos atq; solertissimos conducit. Hiscq; refert inter cætera, uisum sibi sæpius simulachrũ quoddam, inter humanũ diuinũq; uultum formæ perlaudabilis, ex eodem loco repentè edi. Quod cõplecti sum mo desiderio cupienti sibi, porrigentiq; manus, responsum ab eo humana uoce, sceleratam huiusmodi coniunctionem, quippe eiusdem sanguinis atq; originis: nanq; ex eo alterum alterius opera interiturũ. Deín percontanti sibi uehemẽtius, cupientiq; causas eius rei perdiscere, signum quoddam mari editũ, interuenire uisum: idq; secundum imperium eius in se iactum, utrunq; dissuxisse. Quam rem cuncti qui aderant exitialem uno ore pronũciant, addunt q; caueret ab insidijs filij. Ita suspectus patris animo Telemachus, agris qui in Cephalenia erãt relegatur: additis ei quàm fidissimis custodibus. Præterea Vlysses secedens in alia loca abdita semotaq; somniorũ uim euitare nitebatur. Per idem tẽpus Telegonus, quem Circe editum ex Vlysse apud Aeæam insulam educauerat: ubi adoleuit, ad inquisitionem patris profectus, Ithacã uenit, gerens manibus quoddam hastile, cui quidem summitas marinæ cuiusdam turris osse armabatur, insigne scilicet insulæ eius in qua ipse genitus erat. Deín edoctus ubi pater Vlysses ageret, tãdem ad eum uenit. Ibiq; per custodes agri susspectior primo aditu prohibitus, ubi uehementius perstat, è diuerso repellitur, clamare occipit, indignum facinus prohiberi se à parentis cõplexu. Ita ditum Telegonũ ad inferendã uim regi aduentare, acrius resistitur: nulli quippe compertum, esse alium etiam Vlyssi filium. At iuuenis ubi se uehementius, & per uim repelli uidet dolore elatus multos custodum interficit, aut grauiter uulneratos debilitat. Quæ postquam Vlyssi cognita sunt, existimans iuuenẽ à Telemacho immissum, egressus foras lanceam quam ob tutelam sui gerere consueuerat, aduersum Telegonum iaculatur. Sed postquam huiusmodi ictũ iuuenis casu quodam subterfugit, ipse in presentem insigne iaculum mittit, fe-

Neoptolemi mors.

De morte Vlyssis.

licissimum

liciſſimum caſum uulnerantis contemplatus. At ubi eo ictu Vlyſſes concidit gratulari cum fortuna, confiteriq; optimè ſecum actum, quod per uim externi hominis interemptus, patricidij ſcelere Telemachum chariſſimum ſibi libè rauiſſet. Dein reliquum adhuc retentans ſpiritum, iuuenem percontari, quisnam, & ex quo ortus loco, qui conſilio belloq; inclytum Vlyſſem Laërtis filiũ interficere auſus eſſet. Telegonus tum cognito parentẽ eſſe, utraq; manu dilanians caput, fletum edit quàm miſerabilem, maximè diſcruciatus ob illatã per ſe patri necem. Itaq; Vlyſſi, uti uoluerat, nomen ſuum matris, inſulam quoq; in qua ortus eſſet, & ad poſtremùm inſigne iaculi oſtendit. Ita Vlyſſes ubi uim ingruentium ſomniorum, prædictum ab interpretibus uitæ exitum recordatus eſt, uulneratus ab eo quem minimè crediderat, triduo pòſt mortem obijt, ſenior & iam prouectæ ætatis, neq; tamen inualidus uirium.

Dictys Cretenſis de bello Troiano, at de reditu Græcorum. FINIS.

CORNELIVS NEPOS,

SALVSTIO CRISPO, S.

QVum multa Athenis curioſè agerem, iuueni hiſtoriam Daretis Phrygij, ipſius manu ſcriptã, ut titulus indicat, qui de Græcis & Troianis memoriæ cõmendauit. Quam ego ſummo amore complexus, continuò tranſtuli. Cui nihil adijciendum uel diminuendum rei formidandæ cauſa putaui, alioquin meam eſſe poſſet dubitari. Optimum ergo duxi, ita ut fuit, uerè & ſimpliciter perſcripta, ſic eam ad uerbum in latinitatem tranſuerterem, ut legentes cognoſcere poſſint, quomodo res geſtæ eſſent, quas Dares Phrygius memoriæ commendauit: qui per id tempus uixit, & militauit, quo Greci Troianos oppugnarent. Minimè Homero credendum, qui poſt multos annos natus eſt. De quo Athenis iudiciũ fuit, cum pro inſano Homerus haberetur, qui deos cum hominibus belligeraſſe deſcripſit. Sed hactenus iſta. Nunc ad pollicitum reuertamur.

DARETIS PHRYGII DE EXCIDIO TROIÆ,

HISTORIA, COR. NEPOTE interprete.

PElias rex in Peloponneſo Aeſonem fratrem habuit. Aeſonis filius erat Iaſon, uirtute præſtans: & qui ſub ipſius regno erant, omnes eos hoſpites habebat, & ab his ualidiſſimè amabatur. Pelias autem rex ut uidit Iaſonem acceptum eſſe omni populo, ueritus eſt, ne ſibi iniurias faceret, & ſe regno eijceret. Dicit Iaſoni, Colchis pellem inauratam arietis eſſe, dignã eius uirtute, ut eam inde auferret, omnia ſe ei daturum pollicetur. Iaſon ubi audiuit, ut erat animo fortiſſimus, & quia loca omnia noſſe uolebat, atq; clariorem ſe exiſtimabat futurum, ſi pellem inauratam Colchis abſtuliſſet, dicit Peliæ regi ſe uelle eò ire, ſi uires ſociſq; non deeſſent. Pelias rex Argum architectum uocari iuſſit, & ei imperat ut nauem ædificaret quàm pulcherrimam, ad uoluntatem Iaſonis. Per totam Græciam rumor cucurrit, nauem ædificari, in qua Colchos eat Iaſon, pellem auream petiturus. Amici & hoſpites ad laſo-

De Argonautarum nauigatione.

nem uenerunt,& pollicentur se unà ituros. Iason illis gratias egit,& rogauit ut parati essent. Quum tempus superuenisset, Iason literas ad eos mittit, qui erant polliciti se unà ituros,& illico cõuenerunt ad nauẽ, cui erat Argo. Pelias rex quibus opus fuerat nauí imponi iussit: & hortatus est Iasonẽ, & quí cũ eo ibant, animo forti ad perficiendum irent quæ conati essent. Ea res claritatem Græcis & ipsis factura uidebatur. Demonstrare eos qui cum Iasone profecti sunt, non uidetur nostrum esse: sed qui uolunt eos cognoscere, Argonautas le gant. Iason ut ad Phrygiam uenit, nauem admouit ad portũ Simoëntis. Dein-

Laomedon cur Græcos Phrygiam adire noluerit.

de omnis exercitus de nauí ad terram descendit. Laomedonti regi nunciatũ est, mirãdam nauim in portum Simoëntis intrasse, & in ea multos iuuenes de Græcia aduectos esse. Vbi audiuit Laomedon rex, commotus est, & considerauit commune periculũ esse, si consuescerent Græci ad sua littora nauibus ad uentare. Mittit itaq; ad portum qui dícant, ut Græci de finibus eius díscedant: sin edicto suo non audientes essent, sese armis eos eiecturum de suis finibus. Iason & qui cum eo erãt, grauiter tulerunt crudelitatẽ Laomedontis, sic se ab eo tractarí, quum nulla ab eis iniuria facta esset: simul timebant multitudinẽ Barbarorũ, si contrà imperiũ conarentur permanere, ne opprimerentur: quumq; ipsi non essent parati ad præliandum, nauim conscenderunt, à terra discessere,

Herculis ad Troiam expeditio.

Colchos profecti sunt, pellem abstulere, domũ reuersi sunt. Hercules grauiter tulit à rege Laomedonte contumeliosè sese tractatũ, & eos qui unà profecti erant Colchos, cùm Iasone statim Spartam ad Castorẽ & Pollucem uenit. Agit cum his, ut suas iniurias defendãt: ne Laomedon impunè ferat, quod illos à terra & portu prohibuisset. Multos adiutores futurus, si se accõmodassent. Castor & Pollux omnia promiserũt se facturos, quæ Hercules uellet. Abhís Salaminam profectus, ad Telamonẽ uenit: rogatq; eum ut secum ad Troiam eat, & ut suas suorumq; iniurias defendat. Telamon promisit se in omnibus rebus paratũ esse, quæ Hercules uellet facere. Inde in Phrygiã profectus est ad Peleum, rogatq; eum ut secũ eat ad Troiam: pollicitusq; est ei Peleus se iturum. Inde ad Nestorẽ profectus est, rogatq; eum Nestor quid ueniret. Hercules dicit, quod dolore commotus sit, uelle exercitum ducere in Phrygiam. Nestor Herculẽ collaudauit, operamq; suam pollicitus est. Hercules ubi omnium uoluntates intellexit, naues quindecim parauit, milites elegit. Vbi tempus datũ est proficiscendi, literas ad eos quos rogauerat misit, ut cum suis omnibus uenirent. Quum ergo omnes unanimiter cõuenissent, in Phrygiã profecti sunt: & ad Sigæũ noctu accesserunt. Inde Hercules, Telamon, & Peleus exercitum eduxerunt. Ex nauibus qui præsidio essent, Castorẽ, Pollucem, & Nestorem reliquerunt. Laomedonti regi nunciatum est classem Græcorum ad Sigeum accessisse, & ipse statim cum equestri copia ad mare uenit, cœpitq;

Troia capta ab Hercule.

præliari. Hercules ad Ilium erat, & imprudentes qui erant in oppido, urgere cœpit. Quod ubi Laomedonti nunciatum est, urgeri ab hostib. Ilium, illico reuertitur: & in itinere obuius Græcis factus, ab Hercule occiditur. Telamon prius oppidũ Iliũ introijt. Cui Hercules uirtutis causa Hesionem Laomedontis regis filiam dono dedit. Cæteri uerò filij qui cum Laomedonte erant, occiduntur. Priamus in Phrygia erat, ubi eũ Laomedon pater eius exercitui præfecerat. Hercules & qui cum eo uenerant, prædam magnam fecerunt, & ad naues deportant. Inde domum proficisci decreuerunt. Telamon Hesionã secum conuexit. Hoc ubi Priamo nunciatũ est, patrem occisum, ciues ereptos, prædam euectam, Hesionam sororem dono datam, grauiter tulit Phrygiam contumeliosè tractatam esse à Grajis. Ilium petit cũ uxore Hecuba, & liberis Hectore, Alexandro, Deiphobo, Heleno, Troilo, Andromacha, Cassandra, Polyxena. Nam erant ei etiam alij filij ex concubinis nati, quos nemo ex regio genere dixit esse, nisi eos qui essent ex legitimis uxoribus. Priamus ut Ilium uenit, ampliora mœnia extruxit, & ciuitatem munitissimam reddit.

Priamus rex Troiæ.

Et mul-

Et multitudinem militum ibi esse fecit, ne per ignorantiam opprimeretur, ita ut Laomedon pater eius oppressus est. Regiam quoq; ædificauit, & ibi Iouis aram, statuamq; consecrauit, tunc quando Ilio portas fecit: quarum nomina sunt hæc, Antenoride, Dardanie, Ilia, Scęa, Catumbria, Troiana. Et postquam Ilium stabilitum uidit, tempus expectauit. Vt uisum est ei iniurias patris ulcisci, Antenorem uocari iubet, dicitq; ei, se uelle legatum in Gręciam mittere, ut conqueratur graues sibi iniurias ab his qui cũ exercitu uenerant, factas. Idem in Laomedõtis patris nece, & in abductione sororis Hesionæ, regniq; prædatione pertulisse: quæ omnia æquo se animo passurum, si tamen Hesiona ei redderetur. Antenor, ut Priamus imperauit, nauim conscendit, & profectus, uenit in Magnesiã ad Peleum. Quem Peleus hospitio recipit triduo, die quarto interrogat eum ad quid uenerit. Antenor dicit quæ à Priamo mandata erant, ut Graios postularet, ut Hesiona tantum redderetur. Hæc ubi Peleus audiuit, grauiter tulit, eo quòd ad eum pertinere uidebatur: iubet eum de finibus suis discedere. Antenor nihil moratus, nauim ascendit, sed in Bœotiam iter fecit. Salaminam aduectus est ad Telamonem: rogare cœpit eum, ut Priamo sorotem redderet, dicens non esse dignũ, in seruitute habere regis filiam. Cui Telamon respondit, nihil à se Priamo factum: quod uirtutis causa donatum sit, se nemini daturum, ob hoc Antenorem de insula discedere iubet. Tunc nauem conscendit, & in Achaiam peruenit. Inde ad Castorem & Pollucem delatus, cepit ab eis postulare, ut Priamo satisfacerent, & Hesionem sororem redderent: Castor & Pollux negauerunt iniuriam ab eis Priamo factam esse, & Laomedontem eos priorem læsisse. Antenorem discedere iubent. Inde Pylum ad Nestorem uenit, dixitq; ei de qua causa ueniret. Qui ut audiuit, cœpit Antenorem obiurgare: cur auderet in Græciã uenire, cum à Phrygibus prius Græci læsi essent. Vbi Antenor audiuit nil se impetrasse, & contumeliosè Priamũ tractari, nauim conscendit, domum reuertitur. Priamo regi demonstrat, quomodo ab unoquoque illorum tractatus sit: simulq; hortatus est regem, ut eos bello prosequatur. Continuò Priamus filios uocari iubet, & omnes amicos suos Antenorem, Anchisen, Aeneam, Vcalegontem, Talantũ, Lampotẽ, Panthum, & omnes filios qui ex concubinis nati erant. Qui ut conuenerunt, dicit se Antenorem legatum in Græciam misisse, ut hi qui patrem suum necauere, in hoc sibi satisfacerent, Hesionam remittendo: illos aũt contumeliosè tractasse Antenorem, & nihil ab eis impetrasse. Verùm quoniam suam uoluntatem facere noluissent, uideri sibi, exercitum in Græciam mitti, qui pœnas reciperet ab eis, ne Barbaros Græci haberent in risu. Hortatusq; est Priamus liberos suos, ut huius rei principes forent, maximè Hectorẽ: Erat enim maior natu: qui cœpit dicere, se uoluntatem patris executurũ, & Laomedontis aui sui necem, & quascunq; iniurias Gręci Troianis fecissent uindicaturum, ne id impunitum Graijs foret. Sed uereri, quod non perficere possent quod conarentur, multos adiutores Græciæ futuros, Europam bellicosos homines habere: Asiã semper in desidia uitã exercuisse, & ob id classem non habere. Alexãder cœpit cohortari, ut classis prępararet, & in Gręciã mitteret: se rei principem futurũ, si pater uellet: in deorũ benignitate se cõfidere, uictis hostibus laude adepta, de Græcia domũ redituru esse. Nam sibi in Ida sylua quum uenatũ abisset, in somnis Mercuriũ adduxisse Iunonem, Venerem, & Mineruam, ut inter eas de specie iudicaret. Et tunc sibi Venerem pollicitã esse, si suam faciem speciosam iudicaret, daturam se ei uxorem, quæ in Græcia speciosissima uideretur. Vnde sperare deberet Priamus, Venerem adiutricem Alexandro futuram. Deiphobus placere sibi dixit Alexandri consilium: & sperare Græcos Hesionam reddituros, & satisfacturos, si ut dispositum esset, classis in Gręciam mitteretur. Helenus uaticinari cœpit, Graios uenturos Ilium euersuros, parentes & fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi uxorem de Græcia abduxisset:

Priamus Antenorẽ in Græciam mittit ad res repetẽdas.

Priamus suos conuocat ut in Græciam mittat ultum iniurias.

Hectoris sententia.

Paridis iudicium.

xisset. Troilus minimus natu, non minus fortis quàm Hector, bellum geri suadebat, & non deberi terreri uerbis Heleni, quod omnibus placuit: classem cõparari, & in Græciam proficisci. Priamus Alexandrum & Deiphobũ in Pæoniam misit, ut milites eligerent, & populum ad concionem uenire iuberent. Commonefacit filios, ut maiores natu minoribus imperarent. Monstrauit quas iniurias Græci Troianis fecissent, ob hoc Antenorem legatum in Græciam misisse, ut sibi Hesionam sororem redderent, & satis Troianis facerent. Antenorem contumelioſè ab eis tractatum: nec quicquam ab his impetrare potuisse. Ob hoc placere sibi, Alexandrum mitti cum classe in Græciam, qui aui sui mortem & Troianorum iniurias ulciscatur. Antenorem dicere iussit, quomodo in Græcia tractatus esset. Antenor hortatus est Troianos, ne horrescerent ad debellandam Græciã fortes & alacriores suos fecit. Paucis demonstrauit, quæ in ipsa Græcia gesserat. Priamus dicit, si cui displiceret bellum geri, suam uoluntatem ediceret. Tunc Panthus Priamo & propinquis prodit ea quæ à patre suo Euforbio audierat, dicens: Si Alexander uxorem de Græcia adduxisset, Troianis extremum exitium futurum. Sed pulchrius esse in otio uitam degere, quàm in tumultu libertatem amittere, & periculum inire. Populus Panthi authoritatem contẽpsit: Regem dicere iussere, quid fieri uellet.

Alexandri in Græciam nauigatio.

Priamus dixit naues esse præparandas, ut eatur in Græciam. Vtensilia quoq; populo non desse ad eam rem faciendam, iussitq; ut ire parati essent. Populus conclamauit per se moram non esse, quo minus regis præceptis pareatur. Priamus illis magnas gratias egit, concionemq; dimisit. Ac mox in Idam syluam misit, qui materiam succiderent, naues ædificarent. Hectorem in superiorem Phrygiam misit, ut exercitum pararet: & ita profectus est. Cassandra postquã audiuit patris consiliũ, dicere cœpit quę Troianis futura essent, si Priamus perseuerasset classem in Græciam mittere. Interea tempus superuenit, naues ædificatæ sunt. Milites superuenerunt, quos Alexander & Deiphobus in Pæonia elegerant. At ubi uisum est posse nauigare, Priamus exercitum suum allocquitur. Alexandrum exercitui imperatorem præficit, mittit cum eo Deiphobum, Aeneam, Polydamantem. Imperatq; Alexandro, ut primùm Spartam accedat, Castorem & Pollucem conueniat, & ab his petat, ut Hesiona soror reddatur, & satis Troianis fiat. Quod si negassent, continuò ad se nunciũ mitteret, ut exercitum possit in Græciam mittere. Posthęc Alexander in Græciã nauigauit, adducto secũ duce eo qui cũ Antenore iam prius nauigauerat non multos ante dies, quibus Alexander in Græciam nauigauit. Et antequam in insulam Citheream accederet, Menelaus ad Nestorem in Pylum proficiscens, Alexandro in itinere occurrit, & mirabatur regiam classem quò tenderet. Vtrinq; occurrentes aspexere se inuicem, insciĳ quò quisq; iret. Castor & Pollux ad Clytemnestram ierant, secum Hermionam neptem suam Helenę filiam adducentes. Argis Iunonis dies festus erat his diebus, quibus Alexander in insulam Citheream uenit, ubi ad fanum Veneris & Dianæ sacrificauit. At hi qui in insula erant, mirabantur classem regiam, & interrogabant ab illis qui cum Alexandro uenerant, qui essent uel ad quid uenissent, respondere, à Priamo rege Alexandrum legatum missum ad Castorem & Pollucem, ut eos conueniret. Helena uerò Menelai uxor, quum Alexander in insula esset Citherea, uoluit eum uidere. Qua de causa processit ad oppidum, quod est Helena: peruenitq; ad mare ubi Dianæ & Apollinis fanum est, ubi rem diuinam Helena facere disposuerat. Quod ubi Alexandro nunciatum est, Helena ad mare uenisse, conscius formæ suæ, in conspectũ eius ambulare cœpit, cupiens eã uidere. Helenæ nunciatum est, Alexandrum Priami regis filium ad Helenam oppidum, ubi ipsa erat, uenisse, quem etiam illa uidere cupiebat. Et quum se utriq; respexissent, ambo forma sui incensi, tempus dedere, ut gratias inuicem referrent. Alexander imperat, ut omnes sint in nauibus parati. Nocte classem

Helenæ raptus.

soluunt,

solurunt, de fano Helenam eripiunt, secum ducunt, & cum ea aliquas mulieres rapiunt. Dum oppidani uidissent Helenam raptam, diu pugnauêre cum Alexandro, nec Helenam eripere ualuêre. Quos Alexander fretus multitudine sociorum superauit, fanum expoliauit, homines secum inde quàm plurimos captiuos duxit, nauí imposuit, & statim classem soluit, domum reuerti dí sposuit. In portum Tenedon peruenit, ubi Helenam mœstam alloquio mitigauit, patríq; rei gestæ nuncium misit. Menelao postquam in Pylo nunciatũ est, cum Nestore Spartam profectus est ad Agamemnonem, fratrem misit Argos, rogans ut ad se ueniant. Interea Alexander ad patrem suum cum magna præda peruenit, & rei gestæ ordinem refert. Priamus gauisus est, sperans Græcos ob hanc causam recuperationis Helenæ sororem Hesionam reddituros, & ea quæ à Troianis inde abstulêre. Helenam mœstam consolatus est, eamq; Alexãdro uxorẽ dedit. Vt aspexit Cassandra Helenã, uaticinarí cœpit, memorans ea quæ antè prædixerat. Quam Priamus abstrahi & includi iussit. Agamemnon postquam Spartam uenit, fratrem consolatus est, & placuit, ut per totam Græciã conquesturi mitterentur ad conuocandos Græcos, & Troianis bellum indicerent. Conuenêre autem hi: Achilles cum Patroclo, Tlepolemus & Diomedes. Postquam Spartam accessêre, decreuêre iniurias Troianorum persequí cum exercitu. Agamemnonem imperatorẽ & ducem præficiunt. Tunc legatos mittunt per totam Græciam, ut armati ad Athenienſem portum cum nauibus uenirent, ut inde pariter ad Troiam proficiscantur, ad defendendas suas iniurias. Càstor & Pollux iêre, postquam audierunt Helenam sororem suam raptam, nauim ascendêre, & secuti sunt. Quum in littore Lesbio nauim soluerent, maxima tempestate correpti, nunquam eos comparuisse creditum est. Postea dictum est, eos immortales factos. Itaq; Lesbios, nauibus eos usq; ad Troiam quæsitum esse, neq; horum uestigia inuenta, renunciasse. Dares Phrygius qui hanc historiam scripsit, ait se militasse usque dum Troia capta esset: hoc se uidisse, quum inducíæ essent, pariter prælio interfuisse, à Dardanis autem dixit se audiisse, quum interrogaretur, qua facie & natura fuissent Castor & Pollux. Fuere autem alter alteri similis, capillo flauo, oculis magnis, facie pura, benè figurati, corpore deducto. Helenam similem illís, formosam, animo simplici, blandam, cruribus optimis, notam inter duo supercilia habentem, ore pusillo. Priamum Troianorum regem uultu pulchro, magnum, uoce suaui, aquilino corpore. Hectorem blesum, candidum, crispum, strabum, pernicibus membris, uultu uenerabili, barbatum, decentem, bellico sum, animo magnum, ciuibus clementem, dignum & amorí aptum. Deiphobum & Helenum similes patrí, dissimiles natura: Deiphobum fortem, Helenum clementem, doctum uatem. Troilum magnum, fortissimum, pulcherrimum, ætate ualentem, fortem, cupidum uirtutis. Alexandrum candidum, longum, fortem, oculis pulcherrimis, capillo flauo & molli, ore uenusto, uoce suaui, uelocem, cupidum imperij. Aeneam rufum, quadratum, facundum, affabilem, fortem in cõsilio, pium, uenustum, oculis hilaribus & nigris. Antenorem longum, gracilem, uelocibus membris, uersutum, cautum. Hecubam magnam, aquilino corpore, pulchram, mente uiríli, iustam, piam. Andromacham oculis claris, candidam, longam, formosam, modestam, sapientem, pudicam, blandam. Cassandram candidam, mediocrí statura, ore rotũdo, rufam, oculis micantibus, futurorum præsciam. Polyxenam candidam, altam, formosam, collo longo, oculis uenustis; capillis flauis & longis; compositam membris dignis, digitis prolixis, cruribus rectis, pedibus optimis, quæ forma sua omnes superaret, animo simplici, largam, dapsilem. Agamemnonem albo corpore, magnum, membris ualentibus, facundum, prudentem, nobilem, diuitem. Menelaum mediocrí statura, rufum, formosum, acceptum, gratum. Achillem pectorosum, ore uenusto, membris ualentibus, magna ui brachiorũ, benè crispatum,

Castoris et Pollucis interitus.

Troiani belli personarum descriptio.

ſpatum,clementem,in armis acerrimum,uultu hilari, largum,dapſilem,capillo mirteo.Patroclum pulchro corpore,oculis cæſijs, uiribus magnis,uerecundum,rectum, prudentem,dapſilem. Aiacem Oileum, quadratum,ualentibus membris,aquilino corpore,iucundum,fortem, ſagacem. Aiacem Telamonium ualentem, uoce clara, capillis nigris,coma criſpa, ſimplici animo,inhoſtem atrocem.Vlyſſem firmum,doloſum,ore hilari,ſtatura media, eloquentem,ſapientem.Diomedem fortem,quadratum,corpore honeſto, uultu auſtero,in bello acerrimũ,clamoſum,crebrò calidum,impatientem,audacem. Neſtorem magnum,naſo longo,longum, latum, candidum, conſiliarium, prudentem.Proteſilaum corpore candido,uultu honeſto, uelocem,confidẽtem, temerarium. Neoptolemum magnum, uiroſum,ſtomachoſum,bleſum,multu bonum,aduncum,oculis rotundis, ſuperciliоſum. Palamedem gracilem, longum,ſapientem,animo magno,blandum.Podalirium craſſum,ualentem, ſuperbum,triſtem.Machaonem magnum,fortem,certum,prudentem,patientem,miſericordem.Merionem ruſum,mediocri ſtatura, corpore iucundo,uitioſum,pertinacem,crudelem,impatientem.Briſeidam formoſam,nec alta ſtatura,candidam,capillo flauo & molli,ſupercilijs iunctis, oculis uenuſtis, corpore æquali,blandam,uerecundam,animo ſimplici,& piam. Sic igitur claſſe ornata Græci Athenas peruenerunt. Agamemnon ex Mycenis cum nauibus numero centum. Menelaus ex Sparta nauibus numero ſexaginta. Archelaus & Protenor ex Bœotia nauibus numero quinquaginta. Aſcalaſus & Ialmenus ex Orcomeno,nauibus numero triginta. Epiſtrophus & Schedius ex Phocide, nauibus numero quadraginta. Aiax Telamonius ex Salamina adduxit ſecum Teucrum fratrem,Bublationem, Amphimachum, Dorium, Theſium,Poliſenum,nauibus numero quadraginta. Neſtor ex Pylo nauibus numero LXXX. Thoas ex Aetolia nauibus numero LX. Aiax Oileus ex Locris nauibus numero XXXVII. Anthippus,Phidippus, Thoas ex Alcedone nauibus numero XXX. Idomeneus & Meriones ex Creta nauibus numero LXXX. Vlyſſes ex Ithaca nauibus numero XL. Emeleus ex Pyrgis,nauibus numero X. Proteſilaus & Protarchus ex Phylaca, nauibus numero XL.Podalirius & Machaon Aeſculapij filij Ectrici nauibus numero XLII. Achilles cum Patroclo & Myrmidonibus ex Pithia, nauibus numero L.Tlepolemus ex Rhodo nauibus numero IX. Eurypilus ex Orcomeno, nauibus numero LX. Xanthippus & Amphimachus ex Clide,nauibus numero XII. Polybetes & Leontius ex Lariſſa,nauibus numero XL. Diomedes Eurypilus,Stenelaus ex Argis, nauibus numero LXXX. Philocetes ex Meliboea, nauibus numero VII. Cuneus ex Cypro nauibus numero XXI. Proteus ex Magneſia, nauibus numero XL. Agapenor ex Arcadia, nauibus numero XL. Mneſtheus ex Athenis, nauibus numero L. Creneus ex Pylo, nauibus numero uiginti duabus. Hi,fuere duces Græcorum,numero ſexaginta nouem,qui adduxere naues numero MCXL. Poſtquam Athenas uenêre,Agamemnon duces in concilium uocat, collaudat,hortatur,ut quam primum iniurias ſuas defendant. Rogat, ſi cui quid placeat:ſuadetq;,ut antequam proficiſcerentur, Delphos ad Apollinem conſulendum de tota re mittant:cui omnes aſſentiuntur.Huic rei Achilles præficitur, & cum Patroclo proficiſcitur. Priamus ut audiuit quia hoſtes parati ſunt, miſit per totam Phrygiam qui finitimos adducant exercitus,domicq; milites, comparat, qui magno animo ſe defendant. Quum Achilles Delphos ueniſſet,ad oraculum pergit: & ex adyto reſpondetur,Græcos uicturos,decimoq; anno Troiam capturos. Achilles,res diuinas,ſicut imperatum eſt, fecit. Et eo tempore uenerat Calchas à Teſtore natus,& diuina dona pro Phrygibus, à ſuo populo miſſus, Apollini portabat. Simulq; conſulit de regno rebusq; ſuis. Huic ex adyto reſpondetur, ut cum Argiuorum claſſe militum contra Troianos proficiſcatur,

Nauiũ enumeratio.

Achilles Delphos proficiſcitur.

Calchas.

scatur, eosq; sua intelligentia iuuet, ne uel inde prius discedant quàm Troia capta sit. Postquam in tanum uentum est, inter se Achilles & Calchas responsa contulere: gaudentesq; hospitio, amicitiam confirmant, Athenas una proficiscentes perueniunt. Vt Achilles eadem in concilio refert. Argiui gaudent, Calchantem secum recipiunt, classem soluuunt. Quum eas tempestates ibi retinerent, Calchas ex augurio respõdit ut hinc reuertantur, & in Aulidem proficiscantur. Profecti perueniunt. Agamemnon Dianam placat, dicitq; socijs suis ut classem soluant, ad Troiam iter faciant. Vtuntur duce Philocteta, qui cum Argonautis ad Troiam fuerant. Deinde applicant classem ad oppidum, quod sub imperio Priami regis erat, & id expugnant, prædaq; facta, proficiscuntur. Post ueniunt Tenedon, ibi omnes occidunt. Agamemnon prædam diuidit, concilium uocauit. Inde legatos ad Priamum mittit, si uelit Helenam reddere, & prædam quam Alexander fecit restituere. Legati eliguntur Diomedes & Vlysses, ad Priamum ueniunt. Dum legati mandato parent, mittuntur Achilles & Telephus ad prædandum Mysiam. Ad Teuthrantem regem ueniunt, prædamq; faciunt. Teuthras cum exercitu suo superuenit, quem Achilles fugato exercitu uulnerat: quem iacentẽ Telephus clypeo protexit, ne ab Achille interficeretur. Eo tempore Telephus adhuc puer erat, à patre Herc*ule progenitus, à Teuthrante rege hospitio susceptus est. Diomedem regem ferunt eo tempore uexatum, cum equis potentibus & feris ab Hercule interfectum, Teuthrantiq; regnum tradidisse totum: ob hoc eius filium Telephum ei suppetias uenisse. Quod quum Teuthras intelligeret, nunc se eodem uulnere mortem effugere non posse, regnum suum & Mysiam uiuus Telepho tradidit, & eum regem ordinauit. Mortuum Telephus magnificè sepeliuit. Achilles ut nouum regnum conseruet, suadet: & plus iusto exercitum adiuturum, sic commeatus frumento quotãnis ex eo regno aduehat, quàm si ad Troiam dimicaturus accedat. Itaque Telephus remanet. Achilles cum magno prædæ commercio ad exercitum Tenedon reuertitur, Agamemnoni & socijs rem gestam narrat: illi collaudant industriam eius. Interea legati missi ad Priamum ueniunt, mandataq; Agamemnonis referunt, postulantes ut Helena & præda reddatur, satisq; regi fiat, ut pacificè discedant. Priamus iniurias Argonautarum commemorat, patris interitum, Troiæ expugnationem, & Hesionæ sororis seruitutem. Denique Antenorem legatum, quàm contumeliosè ab eis tractatus sit. Pacem repudiat, bellum indicit, Græcorum legatos de finibus propelli iubet. Legati in castra Tenedon reuertuntur, renunciantes responsum. Res consulto geritur. Aderant uerò ad auxilium Priami aduersus ductores duces Græcorum, hi cum exercitibus suis, quorum nomina & prouincias insinuandas esse duximus. E Celia, Pandarus, Amphidrastus. De Colophonia, à suis Carijs, Amphimachus, Mnestheus. De Lycia, Sarpedon, Glaucus. De Larissa, Hippothous & Cupesus. De Cironia, Remus. De Thracia, Pyrus & Alcamus. De Pæonia, Paractemesus, Teropeus. De Phrygia, Ascanius, Xantippus, Portius. De Fliconea, Eufemeus. De Bœotia, Sanias, Asimaus, & Foricus. De Buctino, Epistropolis & Boccius. De Palaconia, Phillominus. De Aethiopia, Pirses & Memnon. De Thracia, Heseus & Archilogus. De Agrestia, Adrastus & Amphius. De Auzonio, Epistrophus. His ductoribus & exercitibus, qui cuncta paranda pararent, præfecit Priamus principem & doctorem Hectorem: deinde Deiphobum, Alexandrum, Troilum, Aeneam, Memnonem. Dum Agamemnon consulit de tota re, & ex Cormo aduenit Nauplij filius Palamedes, cum nauibus triginta: ille se excusauit, morbo affectum Athenas uenire non potuisse: qui ueniret, quum primum potuerit. Illi gratias agunt, rogantq; eum in consilio esse. Deinde quum Argiuis non constaret, exeundi ad Troiam clàm noctu an interdiu facerent, Palamedes sic iam

Legati Græcorum ad Priamum missi, ut repeterent Helenam.

Priamus Græcorum legatos repudiat.

Troiani duces.

detractionem reddit in lucem, in Troiam excensionem fieri oportere, & ma-
num deduci. Itaque omnes ei assentiuntur, consulte Agamemnonem exerci-
tui præficiunt. Legatos ad Mysiã, cæterosq; locos mittunt, ut exercitui cõmea
tus supportandos curent, Hesiodum, Demorantem, & Anium. Deinde exer-
citum ad concionem uocat, collaudat, imperat, hortatur: monet diligenter, ut
Græcorum ad Troiam appulsio. dicto audientes essent. Signo dato naues soluunt, tota classis ad latitudinem
accedit ad Troiam, littora Troiani fortiter defendunt. Protesilaus in terrã ex-
cursionem facit, fugat, cædit. Cui Hector obuiam uenit, & eum interfecit, cæ-
teros proturbat: unde Hector recedebat, ibi Troiani fugabantur. Postquam
magna cædes utrinque facta est, aduenit Achilles, totum exercitum in fugam
conuertit, redegitq; omnes in Troiam. Nox prælium dirimit. Agamemnon
exercitum totum in terram ducit, castra facit. Postero die Hector exercitum
ex urbe educit, & instruit. Agamemnon contrà acri clamore occurrit, prælio
acre atque iracundum geritur. nam fortissimus quisque in primis cadit. He-
ctor Patroclum occidit, & spoliatum ex acie accepit, Merionemq; persequi-
tur & occidit. Quem quum similiter spoliare uellet, Mnestheus superuenit, &
Hectorem in fœmore uulnerauit. Qui saucius multa millia occidit: & festina-
uisset Argiuos in fugam uertere, nisi obuius illi Aiax Telamonius superue-
nisset. Aduersus quem quum congrederetur, cognouit eum esse de sanguine
suo: erat enim de Hesiona sorore Priami natus. Hoc pacto Hector à nauibus
ignem reuocari iussit, & utrique se inuicem remunerauere, & amici discessere.
Postera die Græci inducias petunt. Agamemnon Protesilaum magnifico fu-
nere effert, cæterosq; sepeliendos curat. Achilles Patroclum plangit, Argiui
Palamedis seditio. suos. Achilles Patroclo ludos funebres facit. Dum inducie sunt, Palamedes
non cessat seditionem facere: & indignum aiebat, Agamemnonem regem es-
se qui exercitui imperaret. Ipse coram exercitu multa sua ostendit studia ex-
cursionem facit, castrorum munitionem, signi dationem, uigiliarum circuitio
nem, librarum ponderumq; dimensionem, exercitusq; institutionem. Hæc
quum à se orsa essent, non æquum esse, ut quum à paucis imperium datum A-
gamemnoni esset, eum omnibus qui postea uenissent, imperare, quum præser-
tim omnes signum uirtutis expectassent in ducibus suis. Dum Achiui de im-
perio inter se uicissim certant, prælium post biennium repetitũ est. Agamem-
Prælium. non, Achilles, Diomedes, Menelaus exercitũ educunt. Contrà Hector, Troi-
lus, Aeneas occurrunt. Fit magna cædes, ex utraq; parte fortissimi cadunt. He
ctor Boëtem, Archilochum, Protenorem occidit: nox prælium dirimit. Aga-
memnon duces omnes in consiliũ uocat: suadet, hortatur, ut omnes in aciem
prodeant, & maximè Hectorem prosequantur, qui de his aliquos fortissimos
duces occidit. Mane aũt facto, Hector, Aeneas, Alexander exercitũ educunt.
Prælium. Omnes duces Argiuorũ prodeunt. Fit magna cædes. Multa millia ex utroq;
exercitu mittuntur Orco. Menelaus & Aiax Alexandrũ persequuntur. Quos
respiciens Alexander, sagitta Menelai femur transfigit. Ille dolore cõmotus,
pariter cum Aiace Locro nõ cessauit eum persequi. Quos ut uidit Hector in-
stantes fratrẽ suum persequi, suppetias laturus uenit cum Aenea. Quem Ae-
Prælium. neas clypeo protexit, & de prælio ad ciuitatem abduxit. Nox prælio dirimit.
Achilles cum Diomede postera die exercitum eduxit. Contrà Hector & Ae-
neas aciem dirigunt. Fit magna cædes. Hector Orcomeneum, Oramenen,
Palamonen, Epistrophum, Shedium, Delpenorem, Dorium, Polyxenum,
duces occidit: Aeneas Amphimachum, & Oërium: Achilles Euphemium,
Hippotem, Asterium: Diomedes Xantippum, Mestem. Agamemnon ut uí-
dit duces fortissimos cecidisse, pugnam reuocauit. Troiani læti in castra reuer
tuntur. Agamemnon sollicitus, duces in consilium uocauit: hortatur: ut forti-
ter pugnarent, neq; desisterent, quoniam maior pars ex suis exuperata sit, spe-
rare

rare se exercitum ex Mysia quotidie superuenturum. Postera die Agamemnon totum exercitũ, & omnes duces in pugnam prodire coëgit. Contrà Troiani duce Hectore aciem direxerunt. Fit magna cædes, acriter ex utraq; parte pugnatur, multa millia hinc & inde cadunt: nec differebatur pugna, ita ut continuis octuaginta diebus animosè pugnatum sit. Agamemnon ut uidit multa millia quotidie occîdi, nec sufficere mortuos sepelire, misit legatos ad Priamum, ut inducias ad triennium peterent. Vlysses & Diomedes legati ad Priamum ueniunt, inducias sicut imperatum est postulant, ut suos funerarent, uulneratos curarent, naues reficerent, exercitum compararent, commeatum conuehérent. Vlysses & Diomedes noctu ad Priamum legati uadunt, occurrit illis ex Troianis Dolon. Qui quum interrogaret, quid ita armati ad oppidum uenissent: dixêre se, ab Agamenone legatos ad Priamũ missos: Quos ut Priamus audiuit uenisse, & desiderium suum exposuisse: in consilium omnes duces cõuocat. Quib: refert, legatos uenisse ab Agamemnone; qui inducias ad triennium peterent. Hectori iuspectũ uidetur, quod tam longum tempus postulassent. Primus dicere imperat, quid cuiq; uideat, omnibus placitũ est, inducias ad triennĩ dare. Interim Troiani mœnia renouant, suos saucios curant, & mortuos cũ ingenti honore sepeliunt. Tempus pugnę post triennĩ superuenit. Hector & Troilus exercitum educunt. Agamemnon, Menelaus, Diomedes, etiã ipsi exercitũ educunt: fit magna cædes. Hector in prima acie Philippum & Xantippum duces interficit. Achilles Liconium & Euforbiũ occîdit. Et cætera ex plebe multa millia ex utraq; parte cadunt: acriter pugnatur diebus continuis triginta. Priamus ut uidit multos de suo exercitu cecidisse, mittit legatos ad Agamemnonem, ut inducias peterẽt mensib: sex. Et ex consilij sententia Agamemnon concedit inducias. Vt autem prælij tempus aduenit, acriter per duodecim dies pugnatur. Multi duces fortissimi hinc & inde cadunt, plures uulnerantur, plurimi in ipsa curatione moriunt. Agamemnon mittit ad Priamum legatos, & triginta dierum inducias postulauit, ut funerare mortuos suos possit. Priamus consulte fecit, annuitq;. At ubi tempus pugnæ superuenit, Andromacha uxor Hectoris in somnis uidit, Hectorem non debere eo die in pugnam procedere: & quum ad eum ipsum referret, hęc muliebria uerba abijcit. Andromacha mœsta misit ad Priamum, ut illum prohibeat ne ea die pugnaret. Priamus Alexandrum, Helenum, Troilum, & Aeneam in pugnam misit. Hector ut ista audiuit, multum increpans Andromachã, arma ut proferret popposcit, nec retinere se ullo modo potuit. Tum planctu fœmineo oppidum concitat; ad Priamũ in regiam cucurrit, refert ea quæ in somnis uiderat, uelle Hectorem ueloci saltu in pugnam ire. Proiectaq; ad genua, astante filio suo Astyanacte, eum reuocare mandat. Priamus in pugnã omnes prodire iussit, Hectorem retinuit. Agamemnon, Achilles, Diomedes, Aiax Locrus, ut uidere Hectorẽ in pugna non esse, acriter pugnauerunt, multosq; duces Troianorũ numero occidere. Hector ut audiuit tumultũ, Troianosq; in bello nimis laborare, prosilijt in pugnã. Statimq; Idumæum obtruncauit, Hiphilum sauciauit, Leonteũ occidit, Stenelei iaculo femur figit. Achilles ut respexit multos duces eius dextera cecidisse, animum in eum dirigebat, ut illi obuius fieret. Considerabat enim Achilles, nisi Hectorẽ occideret, plures de Græcorum numero eius dextera peituros. Prælium interea acre collidit. Hector Polybœten ducem fortissimũ occidit: dumq; eum spoliare cœpit, Achilles superuenit. Fit pugna maior, & clamor ab oppido & à toto exercitur surgit. Hector Achillis femur sauciauit. Achilles dolore accepto, magis eum persequi cepit, nec destituit nisi occideret. Quo interempto, Troianos in fugã uertit, & maxima cæde eos usq; ad portas sequitur. Cui tamen Memnon restitit, & inter se acriter pugnauerunt: læsi utriq; discessere. Nox prælium diremit. Achilles saucius de bello redit. Noctu Troiani Hectorẽ lamentabant. Postera

Prælium.

Inducię ad triennium.

Prælium.

Inducię.

Andromachę somnium de morte Hectoris.

Hectoris mors

stera die Memnon Troianos eduxit, contra Græcorum exercitum. Agamemnon exercitum consuluit, suadetq; inducias duorum mensium postulare, ut suos unusquisque sepelire possit. Legati ad Priamum proficiscuntur: desiderium prosecuti sunt, duorum mensium inducias accipiunt. Priamus Hectorem suorum more ante portas sepeliuit, ludosq; funebres facit. Dum inducíæ sunt, Palamedes iterum non cessat de imperio conqueri. Itaq; Agamemnon seditionem excitat, & dicit se de ea re libenter laturum, ut quem uellet, imperaret. Postero die populum ad concionem uocat, negat se unquam cupidum imperij fuisse: animo æquo se accipere, si cui uellent dare: sufficere sibi exercitum Troiæ. Sed tamen Mycenis regnum habere. Iubet dicere, si cui quid placeat. Palamedes prodijt, suum ingenium ostendit. Itaq; Argiui imperium ei libenter tradunt. Palamedes Argiuis gratias agit, imperium accipit, administrat. Achilles uituperat imperij commutationem, inducíæ exeunt. Palamedes ornatus exercitum instruit, hortatur. Contrà idem fecit Deiphobus: pugnatur acriter à Troianis. Sarpedon Lycius cum suis impressionem in Argiuos facit, cædit, prosternit. Obuius ei fit Tlepolemus Rhodius: sed instando, pugnandoq; malè uulneratus cadit. Secundo Perses Admestæ filius prælium restituit, diuq; cum Sarpedone cominus pugnando, occiditur. Sarpedon quoque uulneratus de prælio recedit. Itaq; per aliquot dies prælia fiunt. Ex utraque parte multi ductores occidunt, sed plures à Priamo. Troiani legatos mittunt, inducias petunt, mortuos utrosq; sepeliunt, saucios curant, fide data ultrò citroq; in oppidum & castra Argiuùm commeant. Palamedes Agamemnonem, Demophoontem, & Athamantem ad Thesidas mittit. Quos legatos Agamemnoni præfecerat, ut commeatus compararent, & frumentum de Mysia à Telepho acceptum supportent. Hi subueniunt seditioni, Palamedis proditionem narrant. Palamedes molestè fert. Agamemnon ait molestè non ferre, sua uoluntate esse factum. Naues, onerandas curant. Palamedes castra munit, turribus circundat. Quærunt Troiani, quare exercitum exerceant, cur murum urbis diligenter instaurent, fossam & uallum addant, cæteraq; diligenter comparent. Postquam autem anni dies uenit quo Hector sepultus est, Priamus & Hecuba, Polyxena, cæteriq; Troiani ad Hectoris sepulchrum profecti sunt. Quibus obuius fuit Achilles, Polyxenam contemplatur figit animum, amare eam uehementissimè cœpit. Tunc ardore compulsus, odiosam in amore uitam consumit, & ferebat ægrè ademptum imperium Agamemnoni, sibiq; Palamedem præpositum cogentem. Igitur Phrygio fidelissimo seruo mandata dat ad Hecubam, & ab ea sibi uxorem Polyxenam poscit: si dederit, se cum suis Myrmidonibus domum rediturum. Quod quum ipse fecerit, cæteros idem facturos. Seruus proficiscitur ad Hecubam, conuenit, mandata dixit. Hecuba respondit uelle, hoc pacto, si Priamo uiro suo placeat: dum ipsa cum Priamo agat, seruum reuerti iubet. Agamemnon cum magno comitatu ad castra reuertitur. Hecuba cum Priamo de conditione Achillis loquitur. Priamus respondit, fieri non posse, non quod eum indignum uel affinitate extremum æstimet, sed si ei dederit, & ipse discesserit, cæteros Graios non discessuros: & iniquum esse filiam suam hosti coniungere. Quapropter si id fieri uellet, pax perpetua fiat, exercitus discedat, fœderum iura sanciantur. Si id factum sit, se illi libenter filiam daturum. Itaq; Achilles ut constitutum erat, seruum ad Hecubam mittit, ut sciat quid cum Priamo egerit. Hecuba Priami narrat omnia mandata: seruus hæc Achilli refert. Achilles in uulgo queritur, in unius mulieris Helenæ causa totam Græciam Europamq; uastatam esse, tanto tempore tot millia hominum periisse, libertatem mancipatam esse: undè oportere fieri pacem, & exercitum reducere. Annus circumactus est. Palamedes exercitum ducit, & instruit Deiphobus contrà. Achilles iratus in prælium non prodit. Palamedes occasione ductus, impressionē in Deiphobum facit,

Palamedes imperiū affectat.

Tlepolemi mors.

Achilles Polyxenā adamat.

facit,eumq; obtruncat:prælium acriter insurgit, ab utrisq; multa millia hominum cadunt.Palamedes in prima acie uersatur:hortaturq;,prelium ut fortiter gerant.Contrà eum Sarpedon currit, eumq; Palamedes interfecit. Eo facto lætus in acie uersatur. Cui gloriantí Alexander parí sagitta collum transfigit. Phryges animaduertunt,telà conijciunt, atq; ita Palamedes occiditur. Rege occiso,Argiui cedunt cuncti,impressionẽ faciunt,in castra confugiũt. Troiani persequuntur,castra oppugnant,naues incendunt. Achilli nunciatum est, dissimulat.Aiax Telamonius fortiter defendit, nox prælium dirimit. Argiui in castris Palamedis scientiam,æquitatem, clementiam, bonitatem lamentabantur. Troiani Sarpedonem & Deiphobum miserabiliter deflent. Nestor qui maior natu erat,noctu ductores in concilium uocat,suadet hortari,ut imperatorem eligant:& si eis uidetur,eundem Agamemnonem minima cum discordia fieri posse. Item commemorat, dum fuerat imperator,quod res prospere gestæ sint,satis felicem fuisse exercitum.Si cui quid aliud uideatur, dicere suadet.Omnes assentiuntur,Agamemnonem summum imperatorem pręficiunt.Postero die Troiani alacres in aciem prodeunt. Agamemnon contrà exercitum educit: prælio commisso uterq; exercitus inter se fugantur. Post quam maior pars diei transijt,in primis prodijt Troilus,cædit,deuastat, Argiuos in castra fugat.Postera die exercitum Troiani educunt contra Agamemnonem. Fit magna cædes, uterq; exercitus inter se pugnant, prælium acriter surgit.Multos duces Argiuorum Troilus interfecit. Pugnatur continuis diebus septem.Agamemnon inducias petit in duos menses.Palamedem magnifico funere effert, cæteros q; duces ac milites sepeliendos curat.Interea Agamemnon inducię fiunt,mittit ad Achillem, Vlyssem, Nestorem, & Diomedem,ut rogent eum in bellum prodire.Achilles autem mœstus,qui iam destinauerat in bellum non prodire,ob id quod promiserat Hecubæ, aut certè minus pugnaturum,quoniam Polyxenam intensissimè amabat, cœpit malè eos accipere qui ad eum uenerant: dicit se debere perpetuam pacem expostulare,pugnam negat.Agamemnoni renunciatur, quod ab Achille actum sit, illum pertinaciter negare. Agamemnon duces in consilium uocat,exercitum quid fieri debeat consulit, imperat dicere quid cuique uideatur. Menelaus hortatur fratrem suum, ut exercitum in pugnam produceret:nec debere terreri, si Achilles se excusauerit: sed tamen persuasum ei ut in bellum prodeat, nec ueteri si noluerit. Commemorare cœpit,Troianos non habere alium uirum fortem sicut Hector fuit. Diomedes & Vlysses dicere cœperunt, Troilum non minus quàm Hectorem,uirum fortissimum esse. Diomedi & Vlyssi Menelaus resistens,bellum geri suadebat.Calchas ex augurio respondit, debere pugnare,quòd superiores Troianis fient. Tempus pugnæ superuenit. Agamemnon,Menelaus,Diomedes, Aiax, exercitum ducunt contra Troianos.Fit magna cædes,pugnatur acriter,uterque exercius in se sæuiunt. Troilus Menelaum sauciat, multos interficit, cæteros paulatim persequitur, nox prælium dirimit. Postera autem die Troilus cum Alexandro exercitum educit. Contrà omnes Argiui prodeunt, acriter pugnatur.Troilus Diomedem sauciat:in Agamemnonem impressionem facit,& ipsum sauciat, Argiuos cædit.Per aliquot dies pugnatur acriter, multa millia hominum ex utraque parte trucidantur. Agamemnon ut uidit maiorem partẽ exercitus se quotidie amittere,neq; sufficere posse,petit inducias per sex menses.Priamus concilium cogit,indicat Argiuorum desideria. Troiani renuunt debere dari tàm longo tempore inducias, sed potius impressionem fieri, naues incendi. Priamus quid cuique uideatur, dicere imperat. Omnibus placitum est, debere fieri quod Argiui postulant. Priamus inducias dedit. Agamemnon honorificè suos sepeliendos curat,Diomedem,Menelaum sauciatos curat. Troiani suos æquè sepeliunt.Dum inducię sunt, ex consilij sententia Agamemnon ad A-

Palamedis mors.

Achilles irâtus pugnam detrectat.

Prælium.

Prælium.

Inducię.

chillem proficiscitur,ut eũ ad pugnam persuaderet. Achilles tristis rogare cœpit,se non proditurum,sed pacem peti oportere. Conqueri cœpit quod Agamemnoni nihil negare possit, tamen quum tempus pugnæ superuenisset, se milites suos missurum,ipsum excusatum habere. Agamemnon ei grãtias condignas egit. Tempus pugnæ superuenit. Troiani exercitũ suũ educunt. Contrà Argiui prodeunt. Achilles primò Myrmidones instruit, ad Agamemnonem paratos mittit,fit pugna maior, acerrimè sequitur. Troilus enim in prima acie Argiuos cædit,Myrmidones uerò fugat, impressionem usq; ad castra Argiuorum facit. Multos hinc inde occîdit,plurimos acriter sauciat. Aiax Telamonius obstitit. Troiani uictores in oppidum reuertuntur. Postera die Agamemnon exercitum educit,omnes duces & Myrmidones prodeunt. Contrà uerò Troilus in aciem lætus exiuit. Prælio commisso uterq; exercitus inter se dimicat,acriter pugnatur,multa millia hominũ ex utraq; parte cadunt. Troilus Myrmidones persequitur,sternit,fugat. Agamemnon ut uidit ex suis partibus multos occisos, inducias in dies triginta petit, ut suos funerare posset. Priamus inducias dedit,suosq; sepeliendos curat. Tempus pugnæ superuenit. Troiani exercitum educunt. Contrà Agamemnon omnes duces in pugnam coẽgit. prælio commisso fit magna cædes,acriter pugnatur. Postquam primum tempus diei transijt,prodit in primo Troilus,cædit,prosternit. Argiui fugam cum clamore fecerunt. Achilles ut animaduertit Troilum iracundè sæuire,& Argiuis insultare, simulq; sine intermissione Myrmidones prosternere,procedit in bellũ. Quem Troilus continuò excepit,sauciat. Achilles de prælio saucius redit,pugnatur continuis diebus sex. Die septimo ũtrumq; exercitus prælio facto inter se fugantur, Achilles qui aliquibus diebus uexatus in pugnam non prodierat,Myrmidones instruit. Hortatur,alloquitur,ut fortiter impressionem in Troilum faciant. Postquam pars diei transit, prodit Troilus ex equo lætus. Argiui maximum clamorem faciunt. Myrmidones ut peruenere,impressionem in Troilum faciunt,de quorũ numero multi à Troilo occiduntur. Dum acriter pugnatur,equus Troili uulneratus corruit, Troilum implicitum excutit. Tum citò Achilles aduenies eum occîdit,& de ipso prælio eum trahere cœpit, quod Achilles interuentu Memnonis complere non potuit. Aduenies enim Memnon, & Troili corpus eripuit,& Achillem uulnere sauciauit. Achilles de prælio saucius redit. Memnon insequi eum cœpit cum multis. Quẽ Achilles ut respexit,substitit: curato uulnere, & aliquandiu præliatus, Memnonem multis plagis occîdit, & ipse uulneratus ab eo ex prælio recessit. Postquam ductor Persarum occisus est, reliqui in oppidum confugêre,prælium nox dirimit. Clausis portis,postera die à Priamo legati ad Agamemnonem missi sunt,qui dierum uiginti inducias peterent: quod Agamemnone concessit. Priamus igitur Troilum, Memnonemq; magnifico funere effert: cæterosq; milites utrique sepeliendos curant. Hecuba mœsta, quod duo filij eius fortissimi Hector & Troilus ab Achille interfecti essent, consilium muliebre temerarium init ad ulciscendum dolorem. Alexandrum filium accersit,hortatur ut se & suos fratres uindicaret,insidias Achilli faceret, & eum nec opinantem occidat: quoniam ad se miserit, & rogauerit ut sibi Polyxenam daret in matrimonium,se ad eum missuram Priami uerbis,ut pacem fœdusq; inter se confirmarent. Constituunt in fano Apollinis Tymbræi,quod est ante portam, eò Achilli uenienti, collocuturoq; insidias collocari,sibi satis uisum esse si eum occiderit. Quod tentaturum se Alexander promisit. Noctu eliguntur de exercitu fortissimi, & in fanum Apollinis collocantur,signum accipiunt. Hecuba ad Achillem, sicuti conduxerat, nuncium mittit. Achilles lætus Polyxenam amans,postera die ad fanum se constituit uenturum. Interea Achilles consequenti die cum Antilocho filio Nestoris ad constitutum uenit,simulq; tanũ Apollinis ingrediebatur. Vndiq; insidias

Prælium.

Prælium.

Inducię.

Prælium.

Troili mors.

Memnonis mors.

De Achillis morte.

dias fieri Paris hortatur, tela coniiciunt. Achilles cum Antilocho brachio sinistro chlamyde inuoluto, enses exerere. Exinde Achilles multos occidit. Alexander Antilochum interemit, ipsumq; Achillem multis plagis confodit. Ita animam ex insidijs, nequicquã fortiter faciens, amisit: quem Alexander feris & uolucribus proiici iubet. Hæc ne faciat, Helenus rogat, & suis tradi. Quorum corpora accepta Argiui in castra tulere. Agamemnon eos occisos magnifico funere effert: Achilliq; sepulchrum ut fieri liceret, à Priamo inducias petit, ibiq; ludos funebres facit. Deinde concilio prouocat Argiuos, alloquitur, ut ea quæ Achillis essent, Aiaci propinquo eius cõmendarent. Tunc sic Aiax ait: Quũ filius Neoptolemus ei supersit, neminẽ æquius habere quàm eũ oportere ad pugnã accersiri, eiq; uniuersa quæ patris erant restitui. Concilio inde placuit, ut detur negotiũ Menelao: qui Scyrum proficiscitur ad Lycomedem auum eius, imperatq; ut nepotem suum mittat. Quod Lycomedes Argiuis libenter concessit. Postquam inducíæ transactæ sunt, Agamemnon exercitum eduxit, instruit, hortatur. Contrà Troiani ex urbe prodeunt, prælium cõmittit. In prima acie Aiax nudus uersatur, clamore magno orto. Multi ex utraq; parte cadunt. Alexander arcum tetendit, multos interficit, Aiacis latus nucũ transfixit. Aiax saucius Alexandrum persequitur: nec destitit, nisi eum occideret. Aiax fessus uulnere in castra refertur. Sagitta exempta moritur. Alexandri corpus ad urbem portatur. Diomedes uirili animo impressionẽ in hostes facit. Phryges fessi ad portas confugiunt, quos Diomedes usq; in urbem persequitur. Agamemnon exercitum circa oppidum duxit, & tota nocte circa murum sedit, alterna uice uigilias agit. Postera die Priamus Alexandrũ magnifico funere effert: quem magno ululatu Helena prosecuta est, quoniam ab eo honorificè tractata sit. Quam Priamus & Hecuba ut filiam aspexêre, & diligenter curauêre, quod nunquam Troiam despexisset, nec Argiuos desiderasset. Postera die Agamemnon exercitum cœpit ante portas instruere, & Dardanos & prælium prouocare. Priamus contrà iussit urbem munire, & interim subsistere usque dum Pentesilea cum Amazonibus superueniret. Pentesilea postea superuenit, exercitum contra Agamemnonem eduxit. fit prælium ingens per aliquot dies, diu pugnatur. Argiui fugantur in castra, opprimuntur. Cui uix Diomedes obstitit, alioquin naues incendissent Argiuorum, & uniuersum prælium deuastassent. Prælio dirempto, Agamemnon in castris sese continuit. Pentesilea uerò quotidie prodit, deuastat Argiuos, in bellum prouocans. Agamemnon ex consilio castra muniuit, & in bellum non prodiuit, usq; dum Menelaus ueniret. Menelaus à Scyro uenit, arma Achillis Neoptolemo filio eius tradit. Quæ quum accepisset, in Argiuorum castris uehementer circa patris tumulum lamentatus est. Pentesilea ex more prælium instruxit, & usq; Argiuorum castra processit. Neoptolemus Myrmidonũ princeps, contrà aciem duxit. Agamemnon exercitum instruit, pariter concurrũt. Neoptolemus stragem fecit, occurrit Pentesilea, & fortiter in prælio uersatur. Vtriq; per aliquot dies acriter pugnauerunt, multos utriq; occiderunt. Pentesilea Neoptolemum sauciat. Ille dolore accepto, Amazonum ductricem Pentesileam obtruncat. Eo facto totum exercitum Troianorum in urbem fugere fecit. Statim Argiui cum omni exercitu murum circundant, ita ut foras Troiani exire non possent. Hoc postquam Troiani uidere, Antenor, Polydamas, Aeneas ad Priamum ueniunt. Agunt cum eo, & consilium quærunt, ut deliberent quid de fortunis futurum sit. Priamus consilium conuocat, quid postularent, iubet eos dicere, & quid desiderent. Antenor memorat, principes defensoresq; Troiæ, cæterosq; natos eius cum aduenis ductoribus interfectos: Argiuorum principes remanere fortissimos, Agamemnonem, Menelaum, Neoptolemum, non minus fortissimum quàm pater eius fuit: Diomedem, Aiacem Locrum, cæterosq; complures summæ prudentiæ, Nestorem, Vlyssem,

Alexandri & Aiacis mors.

Pẽtesilicæ prælium & mors.

Antenor pacẽ suadet.

sem. Contrà Troianos clausos & obsessos, & penè contritos. Suadet potius es se, ut Helena his reddatur, & ea quæ Alexander cum socijs attulerat: & pax fiat. Postquam multis uerbis de pace concilianda satis fecerunt, surgit Amphimachus filius Priami, adolescens fortissimus: malisq; uerbis Antenorẽ adortus est, eosq; qui consenserant, improperare eis facta eorũ: suadere potius educendum exercitum, & irruptionẽ in castra faciendum, usq; dum uincant, aut uicti pro patria occumbant. Postquam finem fecit, exurgit Aeneas, lenibus mitibusq; uerbis Amphimacho repugnat, ab Argiuis pacem patendam magnopere persuadet. Postquã dicendi finis factus est, Priamus magno animo surrexit, ingerit multa mala Antenori & Aeneæ: eos belli appetendi ductores fuisse, ut legati in Græciam mitterentur, quum ipse quoq; Antenor legatus redierit, & renunciauerit se contumeliosè tractatum esse, & ipse bellum suaserit. Deinde Aeneam, qui cum Alexandro Helenam, & prædam de Argiuis non modicam extraxit: quapropter certum sibi esse, pacem non fieri. Statimq; imperauit, ut hi omnes parati essent, ut quum signum daret portis irruptionem facerent, aut uincere moriũe sibi certum esse. Hæc postquam locutus est, concilium dimisit. Amphimachum secum duxit, dixitq; ei: uereri se ab his qui pacem suadebant, ne oppidum prodant, eosq; habere multos in plebe qui unà sentirent, opus esse eos interfici. Quod si hoc factum fuerit, se esse patriam defensurum, Argiuosq; superaturũ. Simul rogat ut sibi fidelis & audiens, paratusq; cum armatura esset, ut sine suspicione fieri possit. Simulq; suasit Amphimachus, ad cœnam eos uocari, diuinamq; rem facturum, & ita insidijs circumueturum. Amphimachum ita se facturum promisit, & ab eo discessit. Eodem die conueniũt Antenor, Polydamas, Vcalegon, Amphidamas, Dolõ: dicunt se mirari regis pertinaciam, quum patriam & comites perire malit quàm pacem facere. Antenor ait, se inuenisse quod sibi & illis in commune prospiciat, si sibi fides seruaretur. Omnes fidem obstringunt. Antenor ut uidit se obstrictum, mittit ad Aeneam, dicens, patriam esse prodendam, & sibi suisq; cauendum esse: ad Agamemnonem de his rebus aliquem esse mittendum, qui id sine suspicione curet: maturandum esse. Animaduertisse Priamum iratum, quia ei pacem suaderit, de concilio surrexisse, & uereri ne quid noui consilij ineat. Itaq; omnes promittunt: statimq; Polydamantem, qui ex his minimè inuidiosus erat, ad Agamemnonem clàm mittunt. Polydamas in castra Argiuorum peruenit, Agamemnonem conuenit, dixitq; ea quæ suis placerent. Agamemnon clàm nocte omnes in concilium conuocat, & refert ea quæ audiuit: quid cuiq; uideatur, dicere iubet. Inde omnibus placitũ est, ut fides proditorib. seruaretur. Vlysses & Nestor uereri se dixêre, hanc rem subire. Neptolemus hos refutat, inter se certant. placitum est, signum à Polydamante exigi. Et idipsum per Sinonem ad Aeneam, & Anchisem, & Antenorem mittit. Sinon ad Troiam proficiscitur. Et quia nondũ claues portæ Amphimachus custodibus tradiderat, signo dato Sinon uocem Aeneæ & Antenoris audiendo confirmatus, Agamemnoni renunciat. Tunc placitum est omnibus fidem dari fœdere firmari, iureiurando stringi, eo pacto ut si oppidum proxima nocte tradidissent, Antenori, Aeneæ, Vcalegoni, Polydamanti, Doloni, nec non liberis, consugibus, propinquis, amicis, suisq; omnibus fides seruaretur, & sua causa omnia sibi liceat habere. Pacto confirmato, iureiurando adstricto suadet Polydamas, noctu exercitum ad portam Scæam adducãt, ubi extrinsecus caput equi sculptum est, ubi præsidia habere, noctu Antenorem Anchisem exercitui Argiuorum portam reseraturos, eisq; lumen prolaturos. Id signum eruptionis fore dicunt, quòd ibi præsto forent qui ad regem eos ducant. Postquã pacta data sunt, Polydamas in oppidum redijt, rem peractã denunciat, dicit Antenori & Aeneæ, cæterisq; quibus placitum erat, ut suos omnes adducant, & noctu Scæam portam aperiant, lumen ostendant, exercitum inducant. Antenor

Priamus negat pacem petẽdã: suspectos habet Antenorẽ & Aeneam.

Antenor de urbe prodenda agit.

nor & Aeneas noctu ad portam præsto fuêre, Neoptolemum susceperunt, ex ercitui portam reserauêre, lumen ostendêre, fugam præsidio sibi suisq; omnibus præuidêre. Neoptolemus præsidium dat. Antenor eum in regiam duxit, ubi Troianis positum præsidium erat. Priamum persequitur, quem ante aram Iouis Hercei obtruncat. Hecuba dum fugit cum Polyxena, Aeneas occurrit: Polyxena ei se tradidit, quam Aeneas ad patrem Anchisem abscondit. Andromacha & Cassandra in ædem Mineruæ se occultant, tota nocte nõ cessant Argiui deuastare, prædamq; facere. Postquam dies illuxit, Agamemnon omnes duces in arcem conuocat, dijs gratias agit, exercitũ collaudat, omnemq; prædam iubet in medio reponendam quam omni exercitui æquè partitus est: simulq; exercitum consulit, an placeat Antenori & Aenèæ, qui patriam prodiderint, fidem seruari. Exercitus omnis conclamat, placere sibi: conuocatisq; omnibus, uniuersa quæ erant reddiderunt. Antenor rogat Agamemnonem, ut sibi loqui liceret. Agamemnon dicere iubet. Mox ut loqui cœpit, primo omnibus Graijs iuuenibus gratias egit, simulq; commemorat Helenũ & Cassandram pacem semper patri suasisse, Achillemq; suasu Heleni sepulturæ condítum fuisse. Agamemnon ex consilij sententia Heleno & Cassandræ libertatem reddidit. Helenus Agamemnonem pro Hecuba & Andromacha deprecatur, commemoratq; semper ab his esse dilectum. etiam his ex consilij sententia libertas concessa est. Interea prædam omni exercitui diuisit, dijs gratias egit, hostias immolauit, & quinto die statuit iter pergere. Vt autem dies profectionis aduenit, tempestates magnæ exortę sunt, & per aliquot dies remansêre. Calchas respondit, inferis satis factum non esse. Neoptolemo in mentem uenit, Polyxenam, cuius causa pater eius perierat, in regia non esse inuentam. Agamemnonem poscit, conqueritur, exercitum accusat, Antenorem accersiri iubet, imperat ut diligenter eam inquireret, inuentãq; ad se adduceret. Mox Antenor ueniens ad Aeneam, & Polyxenam ab eo absconsam suscipiens, ad Agamemnonem eam duxit. Agamemnon Polyxenam Neoptolemo dedit, quam accipiens ad tumulum patris iugulauit. Tunc Agamemnon iratus Aeneæ quod Polyxenam absconderat, cum omnibus suis patria protinus discedere iubet. Aeneas cum suis proficiscitur, Antenori terram tradidit. Agamemnon profectus est de urbe, uictoria sibi cõcessa. Helena post aliquot dies mœsta magis quàm antè, domum reportatur cum suo Menelao. Helenus cũ Cassandra sorore, & Andromacha Hectoris fratris uxore, & Hecuba matre, Cheronesum petit. Hactenus Dares Phrygius quæ gesta sunt literis mandauit: nam ipse ibidem cum Antenoris factione remansit. Pugnatum est annis 10. mensibus 6. diebus 12. Ad Troiam corruere ex Argiuis, sicut Dares scribendo tradidit, 886. millia. Ex Troianis usq; ad oppidum proditum, 676. millia. Aeneas nauibus profectus est, in quibus Alexander in Græciam ierat, numero 22. Quem omnis ętas secuta est hominum, in millibus tribus & 400. Antenorem sequuti sunt duo millia & quingenti. Helenũ & Andromacham mille ducenti. Hucusq; Daretis historia perscripta est. Qui Troianorũ, Græcorum principes occidêre, denotantur: Hector Protesilaũ, Patroclum, Merionẽ, Bœtem, Archilochum, Protenorem, Deipenorem, Dorium, Polyxenum, Phidippum, Xantippũ, Leonteum, Polibœtum, Carpedontẽ, Lepodemon, Luforẽ, Epistrophum, & Schedium, Maimentũ, Palamonem: Aeneas Amphimachũ, Nireum: Alexãder Palamedem, Antilochum, Aiacem. Aiax Telamonius, & Alexander, mutuis uulneribus se occidêre. Qui etiam Græcorũ & Troianorum duces occidêre, literis subter notantur. Achilles Auphemium, Hippotũ, Plebeum, Asterium, Liconium, Euforbium, Hectorem, Memnonẽ: Neoptolemus Pentesileam, Priamum, ad tumulum patris Polyxenam iugulauit: Diomedes Xantippum, Mnestheum, Epistrophum Orcomenum.

Troia à quibus prodita: & euersa.

Dictys Cretensis atque Daretis Phrygij de bello Troiano historiarum, FINIS.

TRY

TRYPHIODORI AE-
GYPTI DE ILII CAPTIVITATE LI-
BER. GVILIELMO XYLANDRO AVGV-
STANO INTERPRETE.

QVo tandem durum post tantos fiue labores, (uir.
Desierit bellū, tū quas Argiua Miner
struxerit insidias, opus ut fabricaue
Perniciē Troiæ, quæñā cōtētio priscis. Crit ingēs,
Tanta uiris, belli decertatiq; tumultus,
Fert cantare animus: Tu nobis ordine Diua.
Facundis memora expediens ista omnia uerbis,
Calliope, & celeri totam rem carmine pande.

Iam tunc in decimum sese porrexerat annum,
Inueterata, feraq; auidissima semper Enyo.
Cædis, Troianos inter, sortesq; Pelasgos.
Iamq; adeò multis parte ex utraq; peremptis.
Nemo præterea ualidam insurgebat in hastam,
Aut hostile mimax rigido caput ense petebat,
Thoracum strepitus cessauerat, ipsa peribant
Contorta, antè cauos clypeos portantia lora,
Nec scutum metuebat acutæ cuspidis ictus:
Iamq; remissi arcus, & spicula uana iacebant.
Quin & equos miserè uacua ad præsepia Solos,
Deiectis ad terram oculis, miserabile, cernas
Emissos oculis frustrà plorare iugales.
Iliad. 6. Aurigas alios lacrymisq; requirere ademptos.

Ipse Menætiaden tā tū quoq; magnus Achilles,
Ad Stygias charum cæsis comitauerat undas,
Antiloch q; senex lugebat funera Nestor.
At proprio ualidum confossus uulnere corpus,
Sanguine Væsano hostilem madefecerat ensem,
Aiax Aeacidæ propter Telamonius arma.

Hectora raptatum fœdè sua Pergama circum,
Parte alia Troës deflebant: nec tamen illis.
Tantum intestino languebant corda dolore:
Luctibus externis sedenim quoq; respondebant,
Fataq; multigenûm sociorum tristia flebant.
Fundebant Lycij lacrymas Sarpedone cæso,
Freta Iouis thalamis quem mater adulion altum.
Miserat, auxilium ut Teucris, socia armaq; ferret,
Clauiurum dulcem Patrocli uulnere uitam.
Et regis Thraces ululabant funera Resi,
Lethalis somnus quem captum in nocte dolosa
Prodidit, ac sæuo mactandum præbuit hosti.
At nati cædem miserata Aurorà cruentam,
Memnonis, abiecit cœlestem mœsta nitorem.
Quo solet ante ortum terras conspergere Solis?
Dum croceo nubes, ac summos lumine montes.
Imbuit: & nubis se atro uelauit amictu.
Tunc & Amazonides à Thermodonte feroci
Innuptæ, teneræ quæ propter prælia mammæ.
Fœcundam extrudunt toto tenus orbe papillam,
Plangebant armis præclaram Penthesilcam.

In uarios ueniens quæ cœtus Martis anheli,
Fœminea multos dextra dare terga coëgit,
Ipsas ad naues nubem repulitq; uirorum.
Solus at Aeacides congressum illius Achilles,
Sustinuit, ualida & traiectam comminus hasta.
Ad manes misit, cum uitaq; exuit armis.

Incolumis tantos inter sed Troia labores,
Stabat adhuc, manibus structis innixa Deorum.
Turribus, immotis suffultaq; fundamentis.
At mora difficilis fessos angebat Achiuos.
Iamq; sub extremos languore affecta labores,
(Indefessa licet prò charis usq; Pelasgis.)
Conatu cimassum Pallas sudauerat omni:
Si non Deiphobi fastum, raptosq; Hymenæos.
A Troia fugiens uates uenisset ad ipsos.
Afflicto pariter qui gratificatus Atridæ,
Iam seram patriæ prædixit adesse ruinam.
Ergò Heleni monitis afflati numine, Graij
Longorum demum finem struxêre malorum.
Venit & à Scyro pulcris præstante puellis,
Filius Aeacidæ, & præclaræ Deidamiæ.
Is teneras nondum pictus lanugine malas.
Virtutem primis patris ostendebat in armis,
Ille etiam Danais simulacrum adferre uolebat.
Intactum, charæ quod munus Palladis esset.

Tunc & consilijs Tritonidos actus i pectus,
Quo peritura capi simulacro Pergama possent:
Magnæ molis Equum solita uafer arte struebat.
Materiam Phrygia iam deturbârat ab ida.
Arboribus cæsis, naues undè antè Phereclus,
Condiderat Paridi, cladis primordia tantæ.

Ad latera ergo cauans uterum latissima uastū,
Solerti molem iustam scrutatus amussi.
Aptauit, qualis aubias quæ per maris undas,
Remorum duplici propellitur ordine nauis.
Erectum fixitq; polita ad pectora collum.
Purpureamq; comam fuluo permiscuit auro,
Quæ sublimis in incurua ceruice fluebat,
In cristæ morem uincto de uertice nexa.
Ex gemmis gemmos oculorū hinc condidit orbes,
Beryllo ex glaucoq;, ex sanguineoq; Amethysto.
Ergò commisto duplici splendore colorum
De lapidum facies fulgebat tota nitore,
Purpureo glaucos radios cum lumine spargens.
Protinus & malis dentes solido ex argento,
Infixit: fræni summa hos mordere putares.
Affabrè torti, & stridenti mandere morsu.
Ore quoq; in magno tacitum uitalibus auris,
Occultauit iter: nec caua semita nares.
Transibat: per quam uitam qui sustinet aër,

Ad

Ad Danaos in Equo posset penetrare latentes.
Extulit & gemmas aures cana tempora propter,
Arrectas, lituí sonitumq; audire paratas.
Tum spinam ingenti construxit, & ilia dorso,
Flexilia, instabiles iuncta & coxendice clunes.
Laxa per ultima, sed uestigia cauda fluebat.
Vitis ut intortis quæ passim effusa flagellis,
Luxuriat, manibusq; suis ceu proxima prendit:
Nec uerò genibus quanquam uelocibus essent,
Aptatiq; pedes, celerem ad cursumq; parati,
Corripuere uiam prorsus: cessare necessum,
Inceptiq; erat expectanda occasio tanti.
Non adeò terræ insistens erat ungula inermis,
Splendida sed totam uoluucro testudo tegebat.
Firma, & quæ duro uix robore cederet æri.
Ianua quæ claudi posset dehinc, atq; recludi.
Scalaq; conduntur: magno in latere † edita ut illa
Fortia Græcorum cæcis abscondere tutò
Corpora, tùm rursus latebris emittere posset:
Conspicua hæc, necnõ gradibus firmissima iunctis
Argutis sus deq; uia & scandentibus esset.
Purpureis uarie frænum quoq; floribus ornans
Splendida multo ebore exornauit demde lupata,
Argenteq; mistar nitido circumdedit ære,
Candida ne cultu ceruix, maleq; carerent.
Ergò ut equum tandem perfecit dira minantem,
Inde rotas pedibus ualidas subiecit, apertos
Per campos ductus celer, utq; agitabilis esset,
Ac non difficili transiret tramite tractus.
Iamq; ita terribilis mole, & pulcherrimus unà
Effulgebat equus: non illius ipse Gradiuus,
Cum specie si uitam opifex animamq; dedisset,
Aspernaretur ualidùm conscendere tergum.
Hunc alto est septus muro, ne fors quis Achiuûm,
Conspectum ignarus fraudis combureret ipsum.
Ergò Mycenæi propè nauẽ Agamemnonis illi
Vitantes Turbam populi, strepitumq; uirorum,
Concilium proceres magnis de rebus agebant.
Tum Dea præconem facie mentita sonorum.
Consulto astabat bello inclyta Pallas Vlixi,
Vngebatq; uiri roseo Dea nectare uocem,
Atqui consilia hic animo diuina uolutans.
Primùm ceu fatuus, simulisq; ibi mente carenti,
Atq; immota solo defigens lumina stabat.
Mox subitò (ueluti partus in fine dolorum,
Quum licet emissos in lucem cernere fœtus)
Sermonum rumpens conceptus ille sacrorum,
Intonuit grauiter, tanquam quæ ex fonte perenni,
Melliflua fluctus niuis almo fudit ab ore:
O socij, magni iam rem perfecimus æstus,
Humanis manibus, sed enim suadente Minerua.
Vos autem manuum confisi in robore semper,
Prudentes constanti animoq;, & pectore forti.
Adsitis: neq; enim tam longo hìc tempore frustrà
Tot tolerasse decet sine fructu & sine labores,
Effectu incepti intereaq; senescere nullo.
Sed decet aut semper memorandũ ostendere factũ,
Dedecus infandum uel morte abolere cruenta.
Spes nobis certæ, longè quæ uincimus hostes:
Si modò non passer, uterusq; figura Draconis,
Excidit, in platano uidi memoresq; manetis,
Et teneros pullos, misera & cum prole parentem
Captatam memori iam nunc quoq; mente tenetis.
Et quamuis per tot Calchas iam æstulit annos:
At tamen ipsa Heleni monstrant oracula Trois.
Certa quod in promptu iam sit uictoria nobis,
Ad capienda ultroq; uocat nos Pergama uates.
Fidite nunc ergò mihi, Equi properemus in aluũ,
Fortiter: ut uastum uideant, formaq; decorum.
Troës opus, propriumq; malum mirẽtur, & illud
Gaudentes intra peritura ut Pergama ducant.
At uos nauales alij laxabitis oras;
Igne accedentes tentoria propria uasto,
Protinus Iliacæ linquentes littora terræ.
Confecto in patriam reditu maris æquor arate,
Donec de specula uicino in littore nobis.
Collectis unà, portumq; tenentibus, ignis
Signa dabit reditus seri iub uesperis horas.
Et tunc adnixi ualidis insurgite remis,
Absit pigricia, & uani procul indè timores.
Sint, quos degeneres terret nox horrida mentes;
Vos patrius pudor ad uirtutem acendat, & armet:
Neue suæ laudis pudeat quem, quilibet hinc ut
Accipiat propriæ uirtutis præmia digna.
Dixit, & è cœtu discessit: fortia cuius
Iussa Neoptolemus surrexit primus honorans,
Vt cursu pullus properat per roscida prata.
Exultansq; nouis phaleris, lætusq; iuuenta,
Flagraq; præuertit sessoris dura minasq;.
Tydeides comes huic Diomedes protinus ibat,
Miratus natum uirtute referre parentem.
Insequitur Cyanippus: cum generosa Comætho,
Tydeos instabili thalamorum iure potita.
Aegialẽ peperit, quem mox sua fata tulerunt.
Irarum stabat uoluens in pectore fluctus,
Deiphoboq; necem meditabatur Menelaus,
Raptorem uxoris cupiens reperire secundum.
Post hos rex Locrorum Aiax surgebat Oileẽ,
Tum prudens, neq; adhuc scelerato pectus amore,
Perculsus: sequitur uariatus tempora canis.
Idomeneus, Cretæ qui regia sceptra tenebat.
Nec non Nestorides comes his ibat Thrasymedes,
Et certo clarus Teucer Salaminius arcu,
At insignis equorum Eumelus laude Pheræus,
Ipse adeò uates Calchas, qui Pergama tandem
Fraude sciebat Equi post tot capienda labores.
Nec uerò extremum belli fugêre periclum.
Demophoon, Acamasq;, Aegidæ semine nati,
Ortygidesq; Anticlus, equi in penetralibus imis.
Tristia pòst cuius luxerunt funera Græci.

† al. abdita

Peneleusq;, Meges, simul Antiphates, Agapenor,
Et cum fratre suo Peliæ genus Eurydamante.
Amphidamas arcu clarissimus: ultimus inde,
In proprium descendit opus uersutus Epeus.
Ergò adiutricem uenerati Pallada uotis,
Occultas in equi se corripuêre cauernas.
Heroës: uerùm his oculos Dea glauca Minerua
Perfusam ambrosia superorum præbuit escam,
Ne tota insidias Troianis luce struentûm
Languentes infesta fames depasceret artus.
Vt quondam gelido nebularum frigore obortâ
Nix condensato conspersit ubi aëre terras,
Quæ liquefacta in aquas, magno flumine uoluit:
Attonitæ subitò montani fluminis omnes,
Diffugêre feræ sonitu, saxa omnia saltu.
Præcipiti, & magno linquentes summa tumultu,
Antrorum obscuras quærunt terrore latebras.
Ingenti & tacitæ salebrosi fornice saxi,
Iam resident, trepidumq; tremit formidine pectus,
Et pauidis expectant strepitus dum cesset aquarũ.
Haud secus inclusis ligno, cæcis latebris,
Immensæ Danais augebant pectora curæ.
Ipse immanis Equi, atq; utero graue põdus habẽtis
Obscuram sapiens portam claudebat Vlisses,
Ianitor occultæ fraudis fidissimus, mq;
Supremo sedem capite is speculator habebat.
Atridæ interea Græcos iussêre ministros
Molem grandis equi lapidum circumdare uallo
Ne posset cerni: quod (quamuis esse uolebant,
Conspicuum potius, delectantemq; uidendo)
Perfecêre tamen, quia Regis iussa monebant.
Iam nox obscura terras inuoluerat umbra,
Iuerat mq; atras uix alma fugata tenebris:
Cùm ualidas Graij præconis uoce iubente,
Certatim toto statuunt in littora naues:
Stuppea soluentes uolucris retinacula classis,
Tum uerò ut tædis & uasto protinus igni.
Propria combussêre Ithaci tentoria iussu,
Littore læta dabant Rhæteo uela relicto
Tundentes remis Helles Athamantidis equor.
Solus sponte sua, sua plagis membra notatus,
Proditione Sinon pollens, & fraude relictus
Insidias erat ut Troiæ, clademq; pararet.
Vt uenatores uarijs quum linea furtim.
Vincula composuêre feris fraudemq;, necemq;,
Montibus in summis, per saltus siue sonantes:
Subter densa latet tunc arbusta unus eorum,
Insidiasq; feris molitur retia seruans.
Sic & uulneribus compunctus membra dolosis
Ac finides Troiæ cladem, interitumq; struebat,
Manabat largus falso de uulnere sanguis,
Perq; humeros, atroq; madentia membra cruore.
Nec minus interea per noctem incendia lucent
Argolica immenso populantia castra fragore,
Et tremulo ad cœlum uoluẽtia uortice fumum.
Flammarum celeres Vulcanus quippe procellas,
Excussit, flammis uires simul addidit ipsa
Alma Deûm Regina, perennes quæ fouet ignes.
Vt primum gelidam pepulêre crepuscula noctẽ
Indice Dardanidis castrorum incendia fumo,
Fama loquax primum sub Solis nunciat ortum.
Panduntur portæ subitò peditesq;, equitesq;
Mœnibus effundunt sese, campisq; propinquant,
Exploraturi si fors qua lateret Archiuûm.
Turma per insidias. Priamo quoq; Dardanidarum
Iungentes celeres desueta sub esseda mulos.
Exibant cum rege senes: neq; tarda senectus,
Natorum dulci incensos retinebat amore,
Quos Danaûm Sæuo incolumes à Marte relictos:
Sperabant lætæ uicturos tempore pacis,
Tranquillam tutosq; attingere posse senectam.
Mox uerò summi immitis Iouis ista uoluntas,
Gaudia multiplici pensauit inania luctu.
Ergò ut equi uidêre Phryges mirabile textum,
Obstupuêre omnes, circumfusiq; steterunt.
Mirati molem, multaq; opus arte paratum,
Robore præstantem quales, formaq; uidentes.
Quando Aquilam picæ circũstrepuêre loquaces.
Continuò incerto uaria est sententia uulgo,
Pars etenim bello confecti corpora longo.
Exosi quoq; quum Danaorum opus esse uidêres,
Præcipitare iubent sublimi à uertice montis,
Aut molem ancipiti infestam uiolare securi.
Aſt alij fabrica persuasi protinus arte.
Iusserunt superis statui uenerabile munus.
Alterius Danais belli signum, atq; laboris.
Atq; ea Dardanidæ uario aũ murmure pensant,
Interea nudus, uariataq; uulnere membra.
Multiplici ægra trahens in campo cõspicitur uir,
Vibices cuius turgentes sanguine multo,
Monstrabant celeris uestigia tetra flagelli.
Ad Priami sese ergò pedes mox ille uolutans,
Supplicibus genua amplexus clementia palmis,
Talic fallaci est regem sermone precatus:
Argolicis miserare equidem de classibus unum,
Et Phrygios ausum ferro infestare penates,
At cuius possit seruari Troia salute.
Maxime Dardanidûm rector. Nã me quoq; Graijs
Iandudum uehemens infensum iniuria fecit.
Qui me, nulla adeò reuerentes numina Diuûm,
Supplicio affecêre graui nil tale merentem.
Crudeles nimium semper, nimiumq; maligni,
Sic etiam magna nigrati Briseide adempta.
Eripuêre suæ uirtutis præmia Achilli,
Teq; Philocteta desertum à classe tuorum
Afflictum morsu iam t emnos dente Hydræ,
Haud secus indigna Palomeden morte necârunt,
Et quas de nostro sumpserunt corpore pœnas:
Quippe inhoneſto fugæ socios dare terga uetabã,
Turpiter infesto nolens discedere bello,

Ergò

Ergò multiplici pertusum uerbere corpus,
Vestéq; nudárunt, & diris membra flagellis,
Hostili laniatum in littore deseruerunt.
Tu miserere igitur rex felicissime nostri,
Iuráq; supplicibus qui dat, uenerare Tonantem,
Scilicet hoc prohibe, ne me lætentur Achiui.
Inter Dardanidas peregrino & supplice cæso.
Pro quibus hoc uerè meritis ego spondeo, uobis
Haudquaquam posthac Graiorum bella timenda.
Hunc Priamus contrà dictis affatur amicis:
Pone metum, non te permixtum Troibus, ultrà
Fas sperare necem, aut sæuos trepidare Pelasgos,
Liber ab illorum fastu iam quippe superbo.
Noster eris posthac, nostræ acceptissimus urbi.
Amissos hinc iam patriæ obliuiscere fines,
Lætorum capiat nec dulcis amor thalamorum.
Verùm age ueraci sermone edisse re nobis,
Hæc immanis equi quapropter condita moles.
Horrenda aspectu, nec non nomenq;, genusq;,
Et quibus ad Troiam uenias dic hospes ab oris.
Ille metu posito, falso hæc de pectore contrà:
Cuncta, inquit, uero tibi rex sermone fatebor,
Iamdudum nobis quando hæc aperire uolebam.
Argos mi patria est, nomen teneoq; Simonis,
Ac simus meus est genitor maturior æui.
Fatalem sed equum Græcis inuenit Epeus.
Is si nanq; loco steterit immotus eodem,
Mox capienda dabunt Argiuis Pergama fata.
Sin illum intactum accipiat Tritonia templo,
Certatim fugient, uanum linquentq; laborem.
Ergò agite, atq; omni mox uentum à parte catenis
Nobile opus læti sublimem ducite in arcem.
Talia dicentem chlæna rex ipse, togaq;
Vestiri iubet, & monitis parere Simonis.
Ergò secta boum certatim tergora collo,
Nectunt, innumeris circùm uinctamq; catenis.
Per campos rotulis molem uelocibus amplos,
Impositam traxêre, Pelasgo milite fœtam.
Ante illos hilari resonabat tibia cantu,
Et cithareæ lucis celebrabant gaudia festæ.
Heu nimium ingenti captas caligine mentes,
Væsanorum hominum, sortisq; ignara futuræ.
Pectora: qui stolida sectantes gaudia uana.
Ludunt lætitia, & dum spe lactantur inani,
In propria ignorant stulti se impingere clade.
Ergò pernicies ultrò inuitata suprema,
Arsuram infelix Teucris comes ibat in urbem.
Carpentes gelido in Simoëntis littore flores,
Ornabant propriæ cladis quoq; colla coronis.
At uerò tanto sub pondere terra gemebat,
Ferro armatarum uertigine scissa rotarum.
Attriti insonuêre datis mugitibus axes,
Stridebant restes ualidæ, atq; intensa catena
Voluebat nigra mixtum caligine fumum.
Exoritur clamorq; uirûm, fremitusq; trahentûm,
Quo strepitu cœlum, atq; omnis concussa fragore.
Vmbrifera insonuit celsis cum quercubus Ida,
At sonitu Xanthi curua intremuêre fluenta,
Et nox elata est superas Simoëntis ad auras.
Quin Iouis excelso tuba tum de uertice cœli.
Intonuit tractæ Teucris præconia cladis.
Non mimus interea miseri sua damna trahebant,
Et spacia immenso superabant longa labore,
Prata per, & uario diuulsos flamme campos.
Insequitur sublimis equus, cultuq; superbus,
Insigni, & Diuûm exultans ad templa propinquas
Ipsa manus femori imponens tum Pallas equino,
Impulit, atq; citum feruenti in tramite mouit.
Ergò æquans celeri Troianorum agmina cursu,
Veloci iaculo non segnior ille ruebat.
Vt tandem miseræ portis allabitur urbis,
Haud equidem tantam portarum angustia molem
(Ampla licet per se) perituræ immiserit urbi,
Ni facilem ingressum Diuûm Regina parasset.
Ipse adeò magno portarum emota tridenti,
Limina disiecit, turresq; euulsit ab altis.
Sedibus, atq; immisit equum Neptunus ouantem,
Troades interea per totam protinus urbem.
Matronæ, & sponsæ, iuxta innuptæq; puellæ,
Ducebant lætas circum sua damna choreas,
Aut fatalis equi celebrabant carmine laudes.
Ast aliæ tutus quò posset ab hymbribus esse,
Illi purpureos tunc instrauêre tapetas.
Inde aliæ teneræ soluentes stamina mitræ,
Pulchrè contextis ornârunt floribus ipsum.
Deq; cade quædam depromens diuite uimum,
Infecitq; croco permiscens læta, solum
Sparsit odorato circum illum fœmina Baccho.
Miscetur clamorq; uirûm, & strepitus muliebris,
Conclamant pariter pueri, effœtiq; senecta.
Non secus Oceani quales de littore quando
Turba sonora gruum gelidæ sub tempore brumæ.
In morem choreæ cyclo circumsalientes,
Ingrato curuis cantu clangunt ab aratris.
Sic magno resonante omnem clamore per urbem,
Marte grauem molem ducebant Troës ad arcem.
At uerò è thalamo Priami se filia regis,
Obiicibus ruptis diuino numine pulsa.
Propipuit: qualis ueloci bucula cursu,
Infestus duro quam crabro terruit ictu,
It præceps, neq; iam consueta aut pabula cordi.
Aut fidus pecoris potis est reuocare magister,
Non dulces herbas, non pinguia pascua quærit,
Sed grauiter crabronis acuto saucia telo,
De grege deserta fugiens procul errat in umbra.
Talis fatidico mentem concussa tumultu,
Cassandra, & sacri stimulis agitata furoris.
Laurea concutiens ingentem serta per urbem
Infremuit, nec ei charorum cura parentum,
Nec mouêre animum uicino sanguine iuncti,
Nec iam uirgineum menti est seruare pudorem.
Nec tam Threiciam concussit Mœnada densis,
Diuina in syluis montani fistula Bacchi.
Quæ furijs hinc inde ardentia lumina torquet

Nudum concutiens caput, atq; hederacea serta,
Dum Deus in sano stimulos sub pectore uersat.
Quàm diuina recens Cassandræ insania mentem,
Perculit immensa rabie fera corda fatigans.
Ergò caput manibus, pulsans, & pectora crebris,
Et flauos lacerans formoso in uertice crines,
Insana tandem proclamat talia uoce:
O miseri Troës quid non tolerabile munus,
Festinatis equi peritura sistere in arce,
Perniciem patriæ quæ uos insania cœpit?
Supremæ ne adeò noctis properatis in umbras,
Excidium Troiæ, longi finemq; laboris.
Quæ feret, & claudet lethali Pergama somno?
Hoc manus hostilis ligno occultatur Achiuûm,
Iamq; patent Hecubes euentu somnia uero,
Quæ parere accensam, atq; incëdia uasta uomentë
Visa facem, totam flammisq; euertere Troiam.
Scilicet Argiuûm supremos Marte latentes,
Illa duces moles ingenti gestat in almo.
Quos, simul obscura terras nox texerit umbra
Ad cladem cinctos nostram fulgentibus armis,
Fundet equus, sæuoq; implebit Pergama partu.
Extrema illi ergò tentabunt prælia sortes,
Protinus & misera uastabunt omnia cæde.
Ergò leuare grauem tam diro fœmina partu,
Nulla ualebit equum, nulla obstetricis obire.
Munera, nec fœtum claustris laxare uirilem,
Lucinæ officio fungetur scilicet ipsa
Quæ nostram Pallas subuertit funditus urbem,
Cuius consilijs eadem quoq; Machina structa est:
Illa grauem soluet uentrem, partuq; leuabit,
Et nostra implebit crudeli Pergama fœtu.
Et tunc purpureo capta fluet agmine in urbe
Sanguinis effusum Pelagus, cædisq; fluenta,
Diraq; fœmmeis nectentur uincula Palmis,
Captiuæ innumeræ seruitum Troades ibunt,
Tristiaq; absument euersam incendia Troiam.
Heu mihi cũ quanto licet hæc memorare dolore.
O pàtria, ô quondã toto urbs celeberrima mundo,
Iam iam puluis eris, iam te Vulcanius ignis.
In tenues uertet cineres, structosq; deorum.
Iam ualidos manibus muros, iam Laomedontis
Funditus ingenti eruta fundamenta ruina,
Insultans tenues disperget uentus in auras.
Heu quàm dira manent chari nos fata parentes.
Te genitor Troiæ cernentem incendia Pyrrhus,
Hercæi miseranda Iouis iugulabit ad aram.
Teq; canem mater Diuorum immota uoluntas.
Natorum efficiet tristi de clade querentem,
Quorũ ingens quondam fuerat tibi gloria partus.
Non procul à patria te diua Polyxena cæsam.
Ad tumulum hostilem debinc lamentabor Achillis,
Nec miseranda tamen tibi sors ea contigit usq;:
Felix morte tua soror, & secura malorum,
O utinam lacrymas tristi dum fundo sepulcro,
Argolico liceat mihi uulnere claudere uitam.
Nam quid opus uita? nisi quod me ad fata reseruet.
Dura magis, fluctuq; exerceat usq; malorum,
Heu procul à patriæ tumulanda ut dulcibus oris.
Reginæ Graiûm cogar seruire maligne,
Insidias ipsi quæ iam molitur Atridæ.
Sed nos ô miseri iandudum credite Teucri.
(Si non pernicie potius cognoscere uestra
Est animus, quæ uera cano, quæ certa recordor.)
Pestiferamq; animis iamdudum pellite nubem,
Quos tenebris Ate, & dira caligine cæcat,
In molem inuisam ualidas uibrate secures.
Aut occultantem fallacibus arma cauernis.
Insidiasq; uirũm uiolentis urite flammis,
Ille rogus nostros consumet protinus hostes.
Tunc conuiuia mî celebrabitis, atq; choreas,
Et pro libertate mihi, ostensaq; salute.
Crateras grato statuetis pectore læti.
Talia fatidico iactabat pectore in auras,
Irrita, nec miserorum ulli tunc credita Teucrũm.
(Scilicet huic quæuis uera ut prædicere posset,
Virgineo Phœbus dederat correptus amore.
Quem Cassandra simul fallaci fraude fefellit.
Ipse fidem nati cunctam indignatus ademit,
Nequis credere ei posset quæcunq; mouenti.)
Quam mox corripuit genitor sermone minaci:
Ecquis te rursum uates uæsana malorum,
Perfrictæ frontis, malus irrita talia Dæmon,
Attulit audacter mendaci uoce canentem.
Non tua mens unquam à rabioso libera morbo,
Necatur est animus maledictis turpibus unquam.
Nunc affecta etiam mærore ob gaudia nostra,
Venisti, inuidiam lingua testata procaci,
Dum libertatem post tot Saturnius annos
Reddidit, & Danaos à Troia reppulit hostes.
Non hastæ infestum longæ uibrantur in hostem,
Amplius, aut arcus neruo stridente trahuntur,
Iamq; silent enses, atq; irrita spicula tandem,
Et cætus amat, & dulces uictoria Musas.
Non natum genitrix bello iam luget ademptum,
Nec mulier mittens in prælia dura maritum,
Occisum iuuenem crudeli uulnere plorat.
At suscepit equum Troiæ patrona Minerua.
Tu uerò è thalamo erumpens, mendacia uana
Vaticinare, tuæ memorans incommoda Troiæ,
Atq; urbem infestas sclerato insana labore.
Iprocul hinc, sacros nec pollue pessima cœtus,
Iam nobis cordi cantus, lætæq; choreæ.
Dum non Sæuus adest qui terreat amplius hostis,
Fatidicæq; tuæ posthac nil uocis egemus.
Dixit, cũ in thalamos lymphata mente puellã,
Inuitam licet, atq; à patre tacere coactam.
Iussit contemnens ueracia dicta reduci.
Quæ simul ad lectũ thalami in penetralia uenit,
Concidit, atq; suis cum fatis fata suorum.
Plorauit recitans: patriæ tristumq; ruinam,
Iamq; animo cernens populantes Pergama flammas.

Nec

Nec minus instabant operi, molemq; sacratã.
Dardanidæ infestam sistebant Palladis arce.
Tum uerò superis cadit omnes uictima ad aras,
Et creber tenues effertur nidor in auras:
Cœlicolæ auersi pompam renuêre sacrorum.
Tum totam celebrant conuiuia læta per urbem.
Luxuriaq; omnis nimio Troia ebria fastu,
Stultitia, & uino pariter, somnoq; sepulta.
Et nimium temerè curis secura relictis,
Ipsa urbis commissa fuit custodia paucis:
Oceani quoniam Sol se iam merserat undis,
Et nox obscura peritura inuoluerat umbra,
Pergama, & extrema miseros caligine Teucros.
Versuta interea corpus mentita senile,
Tyndarida è thalamis uerbis Cytherea dolosis,
Euocat, insidias molitaq; talibus infit:
Te Menelaus equo nunc occultatus aceruo,
Ad se sponsa uocat, ueniæ poscitq; maritus.
Quem circũ proceres Troiæ insidiantur Achiuũ.
Propter te tantos unam tolerantq; labores.
Ergò age, nec Priami teneat te cura, nec ipse
Deiphobus sponsus, nec Teucrum terreat ullus,
Pone metum, & propera, siquidẽ te protinus ipsi
Iam pro te reddam mala tot passo Menelao.
Hæc memorans Venus in tenues eu nuit auras.
Ast Argiua dolis Helene seducta, cubile
Haud mora Deiphobo fragrãs comitãte reliquẽs,
Troadibus Diuæ ad templum spectantibus ibat.
Quæ simul ad sacram uenit Tritonidis arcem,
Splendida ueloci tetigitq; Palatia gressu,
Constitit, Heroum prægnantis pondere molis.
Attonitis lustrans oculis mirabile textum.
Ter circum ingentem celeres Ledæa per orbes
Iuit equum, inclusos lasciua uoce lacessens,
Uxorum referens arguta nomina uoce.
Heroum, grauida gestabat quos equus aluo.
Illorum immensus penetrabat pectora luctus,
Et lacrymas magno taciti mærore premebant.
Tyndaride audita gemuit Menelaus Atrides,
Et uix se tenuit, quin mutua uerba referret.
Fleuit & audita Diomedes Aegialda,
Penelopes nomen pectus percussit Vlissis.
Nomine at Anticlus percepto Laodamiæ,
Insanis nimij stimulis agitatus amoris.
Os solus stultè nociturа ad uerba resoluit,
Exitio Danaos incauta uoce daturus.
At manibus sapiens mox interrupit Vlisses,
Iniectis, inhibens properantem fundere uerba.
Labra aũt uinclis numitibus improba stringens,
Continuit manibus ualidis: captiuus at ille
Euitare uolens contuncta silentia morti,
Iniectas exire manus, & soluere fauces.
Tentabat uinclis, partes agitatus in omnes:
Vi multa instabat contra Laërtius Heros,
Non prius absistens quam guttur futile palmis.
Elisit, Stygias animamq; eiecit ad undas.

Quem tacitis lacrymis lugentes inde Pelasgi,
In femore occultè tumulârunt intus equino,
Membra eius chlæna iam frigida morte tegentes.
Sic alios forsan quoq; decepisset Achiuũm.
Irritans Helene fallacibus improba uerbis,
Si non occurrens toruo Tritonia uultu.
Cœlitus, ipsa suo iussisset cedere templo,
Sola, hæc terribili Pallas sermone minata:
Perfida, te'ne adeò nimium scelerata libido,
Et Veneris fraudes, inconcessiq; Hymenæi.
Moliri hæc indigna iubent, stimulantq; furentem?
Nec mentem Atridæ tangit tibi cura mariti.
Nec natæ Hermiones misereris iniquæ relictæ,
Auxilium Teucris nunquam non ferre paratæ?
Discede, & celsi repetens tabulata cubilis,
Indice cum flamma classes operire tuorum.
Talia commemorans fraudes auertit inanes,
Tyndaridos, thalami monetãq; in claustra remisit.
Interea stolidi nocte aduentante superbos
Exercêre choros cessârant iam quoq; Teucri,
Credentes placidæ languentia membra quieti,
Desierant lætam cytharæ resonare per urbem.
Iamq; aliquis Troum somno, uinoq; sepultus,
Captabat stratus supra cratêra soporem.
Pocula sponte sua ad terram quoq; multa cadebãt,
Detentis somno ex manibus, terramq; rigabant.
Per terras ibant coniuncta silentia nocti.
Nec latrare canes auditi, cuncta silebant,
Protinus & cladem Troiæ tacita aura uocabat.
Ipse adeò sortem Graiorum, fataq; Teucrũm.
Exactæ iusto pensans examine libræ,
Lancibus imponens paribus diuersa talenta.
Ambigui Martis Saturnius arbiter æquus,
Contulit, ac Stygium Troas depressit ad Orcum.
Interitum prono portendens pondere, fatum,
Graiorum contrà uictriciaq; extulit arma.
Protinus ad Lyciæ fragrantia templa recessit,
Extremam Troiæ miseratus Apollo ruinam.
Ilicet Aeacidæ iuxta sublime sepulcrum,
Exhibuit signum lucenti lampade Graijs,
Aesimides, tacita monuitq; recurrere classe.
Peruigil ipsa etiam è celso formosa cubili,
Purpureo socios hortata est Tyndaris igni.
Haud secus ac rutila splendens quũ Cynthia flãma
Aurata cœli facie connexa serenat:
Non equidem densis cùm se primùm excrit umbris
Cuspidis excisa in morem sua cornua monstrans:
Sed Sphæram nitida quũ complens splendida luce,
Attrahit oppositos radios de lumine fratris.
Haud alias Helene quoq; tũ pulcherrima flãmas,
Formosa obscurum tendebat in aëra dextra.
Ergò iubar flammæ Graij sublime uidentes
Iudicium reditus promissum, protinus omnem,
Detrudunt falso properantes littore classem.
Tum toto ualidis insurgunt robore remis,
Optatam belli cupientes tangere metam.

Sic tum remigiũ præstantes Marte subibant,
Et læto tumidum pelagus rumore secabant.
Atq; dabant uentis uelocia uela secundis,
Donec ad Iliacum rector Neptunus aquarum.
Remigio classem deduxit præpete littus,
Vnde prius tacita laxârant fraude rudentes.
Ast equitum retrò turmæ mansêre relictæ,
Mutuus hinnitus Teucris ne forsan equorum.
Signa daret, somnoq; excussis proderet hostem.
Nec minus armati uasto se robore promunt,
Argolici reges, cæcas linquuntq; cauernas.
Grandis equi, & gratas tandẽ egrediũtur in auras.
Sicut apes dulci fragrantem mellis odore.
(Occultæ artis opus, & inenarrabile textum)
Perfecêre cauâ quando intus in arbore ceram,
Iam stridentẽ illæ linquunt examine quercus.
Floriferos magnoq; obducunt agmine campos.
Spiculaq; in quosuis uibrant sua prætereuntes.
Sic & equi claustris postquam erupêre solutis,
Heroẽs Danaûm, Teucros simul agmine facto
Inuasêre, & ad huc thalami in penetralibus ipsis,
Captantes mollem multos per membra quietem.
Aeterni diris somni immersêre tenebris,
Ipsa adeò effuso tum sanguine terra natabat.
Immensus ferijt Teucrorum sydera clamor.
Palantûm, & cursu cædem fugientium inani,
Ilios & sonitu tremuit concussa cadentûm.
Illi crudeli grassantur cæde per urbem
Horrendo strepitu, sæuorum more Leonum,
Sanguineq; undantes consternunt strage plateas.
Immanes referunt perq; ipsa cadauera gressus,
At tristi patriæ casu intra tecta domorum
Troades audita, percepta clade sucrum,
Accensæ longo pars libertatis amore.
Ad cædem miseris præbebant colla maritis,
Pars prolem quærulæ lugebat hirundinis instar.
At iuuenem tenera florens ætate maritum,
Cæsum sponsa, ut adhucq; recenti morte tremẽtẽ.
Conspexit, statuit Stygias comes ire sub umbras,
Vincula uictoris potius quam ferre superbi,
Ad cædem mouitq; inuitum Dardanis hostem,
Cumq; suo obtinuit sponso commune sepulcrum.
Multæ prætereà tantorum mole malorum,
Necdum perfectam prolem, uitaq; carentem.
In lucem ingenti fractæ terrore dederunt,
Ante suum tristesq; edentes tempus abortus,
Clauserunt misero cùm fœtu tempora uitæ.
Tunc adeò immanis cupidissima credis Enyo,
Sanguinis effusi grato se Nectare pascens.
Per Troiam rapidi saltabat turbinis instar,
Pernox, ingenti belliq; horrenda tumultu.
Quàm iuxta infestum caput inter sidera condens,
Argiuos stimulabat Eris: quin ipse Gradiuus.
Auxilium sæuis præstabat serus Achiuis,
Successu ancipiti in partem procliuis utranq;.
Edidit horribilem sublimi Pallas ab arce
Concutiens summi scutum Iouis Aegida, uocem,
Intonuitq; æther sæuam Iunonis ob iram.
Terraq; Neptuni ualido commota tridente,
Intremuit, magnumq; dedit concussa fragorem.
Ipse equidem tanti trepidus terrore tumultus,
Ad superas Pluton timidum caput extulit auras.
Condita sub terras Numitia regna relinquens.
Namq; uerebatur iussis ne forte Tonantis.
Irati, nimiumq; accensa mente furentis.
Mercurius cunctos homines demitteret Orco,
Vsq; adeò immensi quassabant omnia motus,
Et populabatur Troianos maxima cædes.
Nanq, alios Scææ ad portas confugientes.
Astantes cæco mittebant Marte sub umbras,
Ast alius lecto dum quæritat arma relicto,
Occultè hostili confossus concidit hasta.
Quidam & in umbrosis sæuum abditus ædibus hostem,
Hospitis in morem ratus esse excepit amicum,
Stultus, nec pariter contrà est acceptus ab illo,
Sed tulit hospitij tristissima, præmia lethum.
At residens alius supremi culmine tecti,
Occidit imprudens insperati nece teli.
Pars infelici domiti sua pectora Baccho,
Attoniti strepitu, & tanto dum murmure somno
Excussi, domibus properant descendere celsis,
Scalarum immemores lapsu cecidêre deorsum.
Præcipiti, & prono fregerunt impete colla,
Atq; ita uertebris rupta ceruice solutis.
Eructauerunt anima comitante Lyæum.
Multi etiam frustrà ceciderunt agmine facto,
Pugnantes, nec non multi de turribus altis.
Quas petiêre fuga, sese hoste instante dederunt,
In præceps, supremo adeuntes Tartara saltu.
Angustam pauci per portam deniq; sese,
Eripuêre neci furtim, miserêq; procellis.
Iactatam patriam tantis, tantisq; periclis,
Deseruêre suam, ueluti in uasto æquore nauim
Cùm fera tempestas immani turbine fregit,
Arripiunt tabulas passim, remosq;, forosq;
Et uitam pro se seruat sibi quisq; natando.
Haud aliter pauido fugiebant agmine Teucri.
Certim, & timidis conferti passibus ibant,
Se tristi patriæ subducebantq; ruinæ.
Tum uerò miseranda atro plenissima tabo,
Innumerisq; cadaueribus repleta uideres.
Orba uiris, tristiq; undantia Pergama cæde.
Nam nec apud duros quidquam clementia Graios,
Repperit ulla loci, neq; Teucrûm parcitur ulli.
Peruigil immani cladis Bellona flagello.
Horrendo strepitu per Troiam grassabatur,
Sufficiens animos Danais, uiresq; ministrans.
Illi crudeli uastabant omnia dextra,
Nec uenerabantur superorum cæde furentes.
Numina, sed fuso fœdabant protinus aras,
Sanguine, lætiçq; altaria debita tabo.
Quin etiam immiti miserandos uulnere pronos,
Mactauêre senes, & gestu supplice flexis.

Orantes

Orantes genibus ueniam (miserabile) iniquæ
Dimisêre neci, neq; eos effœta senectus
Iuuit, nec capiti reuerentia debita cano.
Et multos miserè lacrymantis matris ab ipso.
Expertes culpæ rapuerunt ubere natos,
Cædentes propter peccata ignota parentum.
Lacq; suo frustrà nutrix dum præbet alumno
Inferias rapto miserè libabat ad ortum.
Ergò canes rapidi simul, aëriæq; uolucres
Effuso ingluuiem saturabant sanguine uentris,
Passim per plateas q; cadauera strata uorabant,
Aëriæ prædam uolucres clangore petebant,
Corpora raptantes sed cæsa canes ululabant,
Sæui, nec Dominis parcebant fortè repertis.
Deiphobi interea (Paridis post funera fratris
Tyndarida iniustis sibi iunxerat ille hymenæis.)
Indomito ad sedes gradientes Martis ruebant,
Armipotens Laërtiades, & rex Menelaus.
Quales brumali miseras sub nocte cruentat
Cædelupi fido quando custode carentes,
Deprædantur oues, morsu laniantq; uoraci.
Spem dominq; gregisq;, et mania ouilia linquunt.
Sic illi innumeros (duo tantùm quilibet) hostes,
Congressi infesta miserunt cæde sub umbras.
Tunc exorta recens dubio est certamine pugna,
Nanq; illi superare domũ, & magno impete tectis
Irruere instabant, aditum ferroq; parabant:
Desuper è thalamis torquebant Troës in ipsos
Saxaq; & aduersos stridentia spicula in hostes.
Armati galeis capita hi sed enim, clypeisq;,
Protecti subeunt, & in ædes protinus ipsas,
Irrumpunt aditu facto, tum sæuus Vlisses
Obuia disiectis compescuit agmina portis.
Parte alia in lagans sese subducere morti.
Quærentem frustra, deprensum deniq; Atrides.
Deiphobum mediam rigido ferit ense sub aluum,
Intestina solo effudit quo uulnere, & Epar,
Iam studijsq; gubernandorum oblitus equorum,
Deposuit tumidos uitæ cum lumine fastus.
At tremebunda Helene bello repetita, maritum.
Mente sequebatur dubia iam læta, peracto,
In patriam gaudens bello se posse redire:
Iam pudor urgebat malè conscia pectora culpæ.
Ergò recordata ut patriam est uerosq; penates,
Vix tandem, & uanitãquam sub imagine Somni,
Occultos imo genitus de pectore duxit.
Cõfestim Senio, & magnorum mole laborum,
Aeacides Priamum Pyrrhus, patris ulus Achillis.
Interitum, Hercæi Iouis obtruncauit ad aram,
Nil precibus motus regis, nil supplice gestu,
Nec ueneratus auum est æquæuum Pelea, canam
Cæsaream effœto deturpans sanguine: at illam
Quantumuis sæuus, tamen est miseratus Achilles.
Dire Neoptoleme, atqui eadem te fata manebant,
Ad sacram infelix ueracis Apollinis aram,
Templa profanantem quum te diuina sacerdos.
Ense sacro uindex confossum ad Tartara misit.
Flebat & excelsa de turri præcipitatum,
Funestis puerum manibus crudelis Vlissi,
Andromache crebris ululatibus Astyanacta:
Intactæq; pedes sub Palladis acer Oilei,
Aiax oppressit Cassandram confugientem,
Indignata dea est, & uim, facimusq; perosa.
Auertit solitum à Danais Ioue nata fauorem,
Vnius ob noxam cunctis infensa Pelasgis.
Ast ætate grauem cædi Cytherea cruentæ,
Anchisam eripuit longam miserata senectam,
Aeneamq; unà, natum Anchisæq;, suumq;,
Quos procul à patria concessit diua colendos.
Ausoniæ fines, siquidem Iouis illa uoluntas,
Et superis stabat certa hæc sententia Diuis,
Progenies Veneris regnum ut sine fine teneret,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Tum genus & natos præclari Antenoris ipse,
Hospitis humani recolens seruauit Atrides.
Officia, atq; animo memori benefacta reuoluens,
Mansuetæ mensa exceptum seq; esse Theanûs.
Non procul à patria te Laodice quoq; uita,
Defunctam, paulo tellus suscepit hiatu.
Non te Thesides Acamas, non ullus Achiuûm,
Captiuam duxit, patriæ sed Imqueris oris.
Nõ equidẽ cunctos captæ memorare tumultus,
Eualeam Troiæ, cædis tantæue procellas.
Vos ô Pierides manet hic labor: ipse Camenis,
Imponam lætum defunctus munere finem,
Tempus equi quoniam collum iam soluere anheli:
Nam simul ac Pelagi nitidũ caput extulit undis,
Clara albescentem conspergens aëra luce,
Funestæ rupit noctisq; Aurora tenebras.
Graij exultantes successu & Marte secundo,
Victores totam lustrabant protinus urbem,
Ne quis fors Troum populari à cæde lateret:
Incolumis: multis letalia uincula prensis.
Iniecêre, uelut pisces salsu mare propter,
Quando in littora effundit piscator arend.
Egeritur domibus tum Troia gaza superbis.
Mox splendore suo classem ornatura Pelasgam,
Ex thalamis uiduisq; effertur maxima præda,
Captiuasq; suis cum natis Troadas inde.
Ad naues ducunt. Rapidum post turribus altis,
Immisêre ignem, Neptuni structaq; dextra,
Pergama, in exilem flammis uertêre fauillam,
Ciutbus ipsa suis ita facta est Troia sepulcrum.
Diruta conspiciens populantem pergama flãmã,
Ingemuit falso ploratus sub flumine Xanthus.
Inde Polyxenam iugulantes ponè sepulcrum,
Aeacidæ, effuso placârunt sanguine manes.
Tum uerò prædam, captiuas sorteq; læti,
Partiti inter se, finiti præmia belli,
Ingenti spoliorum onerantes pondere naues.
Argiui, patriam Troia petière relicta,
Finito obstreperum remeantes per mare bello.

FINIS, Tryphiodori Latinitate donati.

DIO-

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ, LIBER VNDECIMVS, INCERTO Interprete.

DEcimus ante hunc in totius summæ contextu liber, rerum earum quæ ante traiectionem Xerxis in Europa gestæ, quæq; per conciones in communi Græcorum conuentu apud Corinthios de Gelonis societate erga Græciam tractatæ fuêre, deductu expositioneq; conclusus est: in hoc uerò perpetuam historiæ seriem deducentes, ab exercitu Xerxis ordiemur, in Græciam traiecto: tum in annum præcedentem terminabimus, quo Athenienſium copiæ duce Cimone Cyprum inuasêre. Præfecto igitur Athenienſibus Calliade, Consules apud Romanos creati sunt Spurius Cassius, & Proclus Verginius trigesimus, Olympiade quinta & septuagesima, in qua stadio uicit Asylus Syracusanus. Hac itaq; tempestate Xerxes rex hac impulsus causa, contra Græcos arma mouit. Mardonius Persa, regis † gener, rerũq; eius administrator, uir admodum singulari calliditate, & robore præstanti corporis, summa inter Persas admiratione habebatur. Hic elato spiritu, & ætatis feruore sultatus, magnas semper res appetere, magnisq; aspirare imperijs: quoque id assequeretur, uarias assiduè uarijs artibus quærere, moliriq; uias. Quare Xerxi persuasit, uti Græcorum uires afflictare, sibiq; subiugare eos populos contenderet, assiduos infestissimosq; Persici nominis hostes. Xerxes igitur in eã sententiam adductus, ac Græcas gentes uno tempore bello opprimere uniuersas, funditusq; euertere Græciam tentans, legatos ad Carthaginenses misit, qui unà cum eis de re cõmuniter gerenda tractarent: atq; inter eos ita compositum, uti Græciæ incolas ipse suis copijs inuaderet: Carthaginenses uerò, cum essent magnis copijs coactis, eodem tempore aduersus Græcos, qui Italiam Siciliamq; tenerent, proficiscerentur. Igitur uti cõuenerat, Carthaginenses magna collecta pecunia, multos ex Italia Liguſtica, itẽ ex Gallia & Iberia milites mercede conducunt. Præterea ex uniuersa Lybia & ipsa Carthagine delectu habito, ciuiles copias conscripsere. Quibus omnib. parandis triennio consumpto, exercitum coẽgere militum ad trecenta millia, naues ducentæ extructę. Parte ex alia, Xerxes ob Carthaginensiũ studiũ excitatus, certatim in rerũ bellicarũ apparatu tantũ eos uicit, quantò maiori gentiũ imperio superabat. Naues ubiq; per loca maritima sibi subiecta, Aegyptumq; & Phœniciam & Cyprũ ædificari iubet: itẽ per Cilicią, Pamphiliãq;, adhęc per Lyciã, Cariã, Myſiam, Troada, & per Helleſponti ciuitates, & Bithyniã, & Pontũ, quibus triennio (uti Carthaginenses fecerant) cõparatis, naues longas extruxit supra mille ducentas. Cui rei pater eius Darius, magno adiumento fuit, qui ante mortem ingentes conscripserat copias, & magnam materiam ad classis ædificationem parauerat. Nam ab Atheniẽsibus olim in Marathone superato Dattide, contra uictores animo impacato, grauiter indignabatur. Verùm cũ iam proficisci, & Græcis arma inferre properaret, substitit morte interceptus. Xerxes itaq;, ceptis parentis simul & hortatu Mardonij (ueluti dictum est) impulsus, Græcos expugnare contendebat. Vbi cuncta quæ ad expeditionem requirebantur parata uidet, ducibus nauium mandat, uti naues undique in Cymen cõuehant, & Phocesam: ipse uerò ex omnibus prouincijs suis æquitatu pedítatuq; coacto, ex Susis proficiscitur. Simulac in Sardis ingressus est, præcones in Græciam dimittit, mandans, uti singulas quasq; urbes adeant, & à Græcis regio iussu, aquam terramq; deposcant. Inde partito exercitu, numerum qui ad iungendum ponte Helleſpontum, quiq; ad montem Atho effodiendum satis,

Historia annis ab orbe condito 3485.

Mardonius Xerxẽ in Græcos incitat.

† γαμβρὸς ἢ ἀνεψιὸς κατὰ γένος.

Xerxis copiarũ apparatus.

Legati præmissi αἰτεῖν ὕδωρ καὶ γῆν.

satis uisus est, eò mittit: ea re conspicatus simul tutum militibus & quàm breuissimum ingressum patefactum iri, simul se sperãs perterrefacturum Græcos uel ipsa in primis tantorum operum admiratione. Qui ergo ad id missi fuerãt, multitudine ad opus ardenti, celeriter rem confecere. Græci audita Persarum innumerabili manu, mille in Thessaliam armatos mittunt, qui aditus ad Tempe occuparent. Dux autem Lacedæmoniorum erat tum Synetus, Atheniensium Themistocles: qui per singulas ciuitates legatos postulatum mittunt, uti milites deligant, quos communi munere ad aditus Græciæ tuendos mittant. Properabant enim ciuitates omnes Græcas bello implicare, & uarijs distributos continere præsidijs: ut communicato inter se officio, Persis ab uniuersa simul Græcia resisteretur. Postquam uerò compertum eis fuit, Thessalorum, & eorum qui finitima aditibus loca incolebant, maximam partem nuncijs regijs aquam terramq; tribuisse, desperata ad Tempe custodia domum regressi sunt. Hic uerò nõ ab re fiet dinumerare, qui Græcorum secuti sint Barbaros, ut merito notato uituperio inuisi sint cum dedecore & ignominia communis libertatis proditores. Aenianes igit, Dolopes, Milesij, Perrhæbi & Magnetes Barbaris adhæsere, cum adhuc præsidium in Tempe consisteret. Achæi deinde, Phthiotæ, Locri, Thessali, & pleraq; Bœotiorum discedente præsidio, ad Barbaros defecere. Qui Isthmon tenebant, cum reliquis Græcis in officio perstantes, in communi conuentu decreuere, Græcos dijs deuouendos decimandos que, quicunque Persicas tenuissent partes, si belli illius uictores euasissent. Ad eos uerò qui armis abstinere uelle uidebantur, mittere legatos placuit, qui eos ad belli munia pro cõmuni libertate capienda concitarent. Horũ alij quidẽ illico præsenti animo in societatem adducti. nonnulli se in tẽpus cõgruum idẽ facturos pollicebantur: re uerò magis saluti suæ prospicientes, moram trahendo, belli exitus expectare uolebant. Ab Argiuis tum legati in commune cõsilium missi, referunt se simul cum reliqua Græcia labores & arma suscepturos, si aliqua in ea re pars imperij ipsis deligneẽ. Quibus ita respõnsum: Si quidẽ grauius ducerẽt sub Græco imperatore pro libertate pugnare, quàm Barbaro domino seruire, eos ad id cõsultò armis abstinere: sin per ambitionẽ Græciæ imperium sibi postulent, æquum fuisse, prius à se gesta edidisse, quę talem gloriam poscere uiderentur. Post hæc legatis Græciam peruadentibus, & aquam terramq; deposcentibus, uniuersæ Græciæ ciuitates respõdendo declararunt quanto cõmunem libertatem studio spiritusq; cõplecterentur. Xerxes uerò ubi iunctum Hellespontum accepit, & montẽ Athon effossum, illico ex Sardibus profectus per Hellespomtum iter facit: productus in siccum, copias per pontem traducit in Europã: tum per Thraciam ducens, cõplures adsciscit sibi ex Thracibus & finitimis milites. Vbi in locum, cui nomen Doriscо, peruentum est, classem illuc acciri iubet, ut utraq; in uno loco iunctas munitius copias haberet. Numerumq; uniuersi exercitus illic recensere placuit, in quo supra octingenta millia hominũ pedestris exercitus conscripta traduntur: naues longas simul omnes plus mille ducentis, quarum trecentę & uiginti græcę, rege nauium corpora præbente, Græci eas milite & remige complentibus: reliquæ omnes barbaræ. Harum ducentę ab Aegyptijs, à Phœnicibus trecentæ instructæ: Cilices octoginta: Pamphilij quadraginta: totidem Lycij: ad hæc à Caribus octoginta: à Cyprijs centum & quinquaginta. Ex Græcis uerò, Dores illi qui iuxta Cariam habitant, unà cum Rhodijs & Coïs, misere quadraginta: Ione s cum Chijs & Samijs, centum: Aeoles cum Lesbijs & Tenedijs, quadraginta. Hellespontij octoginta, cum his qui loca circa Pontum tenent. Insulani quinquaginta. Insulas enim omnes quæ intra Cyneas & Triopum Sunium q; continentur, rex sibi ante societatem præoccupatas adiunxerat. Eo itaque numero triremium classis extabat, pręter eas octingentæ & quinquaginta ad equos portandos paratæ, onerariæ tria millia. Dum itaque Xerxes in re-

Athos mons effoditur.

Quinam Græcorum Xerxi adhæserint.

Xerxis copiæ

censendo exercitu apud Doriscum detineretur, consultoribus Græcię ubi renunciatum esset, Persarum copias propius accessisse, placuit classem in Artemisium Eubœæ illico nauigare, conspicati eum locum maximè ad occurrendum hostibus idoneum: tum Thermopylas armatorum prę̣sidium quod satis esset ad angustias & aditus occupandos, & arcendos ab ingressu Græciæ Barbaros, missum nam maturandum censebant, eos qui Græcorum partes sequerentur circumuenire, & contentis uiribus sociorum salutem tueri. Classis tum uniuersæ præfectus erat Eurybiades Lacedæmonius. Militib. qui ad Thermopylas missi fuerant, dux datus Leonidas Spartiatarum rex, uir utiq; uirtute & rei militaris peritia admodum præclarus. Hic accepto ad id imperio, mille solum ex omni exercitu delectis, iubet uti se in expeditionem sequantur. Ephoris admonentibus, paruam admodũ ab eo aduersus tãtas copias nauium uim delectam, imperantibusq; uti maiorẽ assumeret, perplexè & intricato sermone respondit, ad prohibendos ab ingressu Barbaros eum utiq; numerum satis esse militum: ad eam uerò rem quam paratum ibant efficiendam, haud plurib. indigere. Hoc obscuro responso accepto, interrogant, num quippiam præclari facinoris sibi commentum esset, quò eos ducat, quodq; exequi properet percontantibus subintulit ille, se muniendi aditus titulò illos utiq; ducturum: reuerò ad oppetendam pro communi libertate mortem. Quæ si mille solí quos delegerat, secum proficiscantur, Spartam nempe eorum cæde fore clariorem: sin uniuersi Lacedæmonij eò contendere perrexerint, nomen Lacedæmoniũ funditns periturum: neminem enim eorum ausurum fugere. Mille itaque Lacedæmonij ei dati, Spartiatę trecenti, & cum eis ex reliqua multitudine ad tria millia. Quatuor militum millibus Leonidas assumptis, in Thermopylas proficiscitur. Proficiscenti nunciatur Locros, qui finitima aditibus loca incolunt, aquam terramq; Barbaris tribuisse, atq; ab eis aditus occupatos teneri. Hi uerò aduentu Leonidę percepto, reuocata sententia, Græcis adiungunt: ac mille Locrenses, totidemq; Milesij, Phocensiumq; non multò pauciores mille, una cum illo in Thermopylas contenderunt: nec nõ & ex altera Thebanorum factione ad quadringẽtos. nã Thebani de Persarũ societate interdiuersa sentiebãt. Hęc itaq; militũ summa habetur, qui Leonida duce in Thermopylas profecti sunt, ibiq; ad tolerandam Persarum uim se compararunt. Xerxes autem recensito copiarum numero, inde cum uniuerso progreditur exercitu. Procedẽti uerò cum pedestribus copijs Achanthopolim, adnauigat iuxta cursum tenens classis uniuersa: inde per locum effossum in alterũ mare itinere breuissimo ac tuto cursu trajciuntur. Vbi in Cliacum sinum perlatus est, nũciatur aditus omnis insideri ab hostibus: cuius occasionis occupãdæ gratia exercitu cucto miserat ad ea loca milites, quos ex Europa sibi socios asciuerat, ducentis millibus haud admodũ pauciores: ita ut præter nauales copias non minus decies cẽtenis millibus dux esset. Reliqua uerò turba quæq; nauibus longis, quę quę onerarijs, alijsq; ad reliquum apparatum portandum coactis uidebatur, nil superiori numero cẽsebat inferior. Quare minime utiq; mirãda sunt ea quæ de multitudine à Xerxe ducta, memoriæ prodita inueniunt. Ferũt enim flumina, quæ perpetuis aquis fluere & inundare solita erãt, multitudinẽ tantã illinc aquam petentem, alueo exhausto destituisse, pelagiq; conspectum consortis nauium malis in syluarum morem sublatum. Copiæ igitur ab Xerxe coactæ omnium utiq; habentur maximæ, quas ulla unquam ullius historię memoria retulerit. Persis itaq; apud fluenta Sperchij in statione locatis, Xerxes nũcios in Thermopylas mittit, qui simul explorarẽt quo animo bellũ aduersum se susceptũ gererent: simulq; edicerent, regem iubere uti ab armis discedant, tutiq; ac incolumes in patrias sedes remeent, sociosq; se Persis & eorum rebus præbeant, quod si fecissent, se per eosdẽ nũcios polliceri Grecis, nec minus daturũ agros lõgè his quos nũc incolerẽt ampliores uberioresque. Hoc nũcio audito

Leonidæ ad Thermopylas profectio.

Xerxes ad Thermopylas nuncios mittit

Leonida,

Leonida, ita nunciantibus respõsum est: Se siue regis socij fiant, utiliores cum armis futuros: siue pugnare cogantur, cum armis certaturos generosius pro libertate. nam de regione & agro, quem se rex eis daturum polliceretur, uelle hoc à se discerent. Græcis patrium atque innatum morem, non malis artibus, nec̃ per ignauiam & ignominiam, sed uirtute solum sibi, quod incolãt, atque agros parare, partosq; eadem uirtute tueri. Rex accepto per nuncios Græcorum responso, Demaratum Spartiatam, qui ex patria exul ad eum profugerat, ad se illicò accersiri iubet: irridensq; responsum quod dederant, à Lacone quæsiuit, num uelocius Græci equis suis insectantibus essent profugituri, an tanti possent exercitus conspectum ferre? Demaratum regi ita respondisse aiunt: Virtutẽ Græcorum tibi, rex, haud incognitam existimarim, quippe qui Barbaros à te deficientes Græcis soleas militibus & robore debellare: neque existimes eos qui pro imperio tibi tuendo acrius quàm Persæ bella gerere soleãt, pro libertate sua retinenda aduersus Persas ignauius pugnaturos. Quæ dicta Xerxes præ fastu contemnens, sese sequatur iubet, ut Lacedæmonias coràm cernat fugientes: atq; educto ex statione exercitu in Thermopylas contendit, aciemq; in præsidium Græcorum instruit, primosq; ibi omnium ad certamen adoriendum Medos esse iubet, seu quòd robore corporis cęteris pręstare uiderentur, siue id fore ratus, ut eo prælio Græci omnes delerẽtur: hęrebat enim adhuc animis Medorum grauis indignatio, & haud uetusta memoria rei malè gestæ, & cladis acceptæ ducibus progenitoribus suis, qui in Marathonis pugna fuerant à Græcis obtruncati. Dum itaque Medis maiorum suorum cladem cõmemorat, alios occisorum fratres, alios nepotes appellans, hortatur, meminissent uelint iniuriæ parentibus, fratribus, sanguini, quin & nomini suo crudeliter illatæ, eorumq; manes id maximè à suis exposcentes ulcisci parent. Medi itaq; prima fronte, ut dictum est, instructi, impetu facto, in præsidium Thermopylarum irruunt. Leonidas uerò suos opportunè instructos in angustissimas aditus fauces producit. Orta utrinque atrox pugna, Barbaris regem suæ uirtutis spectatorem testẽmque habentibus, Græcos accẽdente libertatis periclitantis memoria: duce præterea unumquenque nominatim appellante, & in pugnam adhortante: atque in summum periculum res adducta erat. Nam confertissima acie cum cominus telis res gereretur, ac ultro citróque uulnera inferentur, constantibus ubique in ordinibus ac constipatis armis, permultum tempus anceps pugna stetit Græcis uirtute & scutorum longitudine præualentibus: uix tandem à Medis cedere ceptum inclinari'que acies inchoata: magna iam eorum parte cęsa, multisq; per uulnera confectis, superata Medorũ acie, Cesij & Saræ in pugnã succedunt, integri & recentes aduersus defatigatos incursantes: qui haud tamen diu pugnæ periculum sustinentes, à Leonidę militibus cæsi, in fugam uertuntur. Nam Barbari scutis & peltis breuibus obtecti, ad apertam campi pugnam motu corporis aptiores erãt: in angustijs uerò certantes, non facilè poterant constipata hostium corpora, & magnis defensa scutis petere: ipsi cõtrà leui armatura tecti, ictibus & telis iaculantiũ patebant. Xerxes tandem cernens aditus cadaueribus suorum stratos, nec uirtutẽ Græcorũ à Barbaris tolerari posse, lectissimos ex Persis mittit, eos qui immortales inuiolabilesq; appellabantur, quiq; corporis robore uidebantur reliquã multitudinẽ longè antecellente. Breuis quoq; cetaminis aduersus eos Græcis dimicatio fuit: tamq; fundi, fugereq; cœperant, cum nox interueniens prælium diremit, magna iam Barbarorum cęde facta, paucis in Leonidę exercitu desideratis. Postero die Xerxes alium longè atq; animo cœperat, exitum pugnę habitum indignans, ex omnibus ordinibus deliberat quenq; deligere animo uiribusq; prestantem. Quibus coactis in aciem structis, multa eos antè precatus, adiurat, si ui irrumpant, Græcosq; ex aditu pepulerint, magnis se donis ac præmijs eos cumulaturum: fugientibus gladios obiecturum, nec̃ ullam uitę

Prælium ad Thermopylas

ſpem relicturum, mortẽ fugę prędium eis fore: Hi itaq; ſimul armis collectis, agmine facto in Græcam aciem feruntur. Leonidæ milites contrà ſeſe colligẽtes, ſcutis, corporibus in muri ſpeciem conſertis, acerrimè irruenti hoſti reſiſtere, mirè pugnã tolerare, atq; adeò dimicandi ſtudio obnixè ferri, ut nec ſibi ad ſubſidia ſuccedi, nec quicquam laboris aut periculi diminui ac remitti pareren tur ſed perpetuo atrociq; rerum diſcrimine & anguſtia adducti, ſuo quiſq; per ſtando loco, multos ex Barbarorum delectu ſternunt, ac mutua inter ſe pericli tatione certantes ordines, nil alter alteri cõcedere. Veteranis addebat animos pudor expertæ militiæ, ſimul & diſcrimen diminuendæ famæ: uereri nanq;, ne uigor roburq; iuuentæ minores ſibi pares faceret. Iuniores acerrima conſtantia perſiſtere, dimicando ueteranorũ peritiam & gloriam periculo uirtutis ſtudentes aſſequi. In tanta itaq; contentione gloriæ periclitantibus Græcis, delectus Barbarorum funditur, atq; in fugam uertitur: fugientes armati ſtrictis gladijs occurrunt, atq; circumſtantes agmine ſtipato eos à fuga in hoſtes conuertunt, ac prælium inſtaurare cogunt. Hac re perculſo rege, ueritoq;, ut par erat neminem deinde fore qui pugnam tentare auderet, Trachinius quidam eius regionis incola, cui montana diuerticula tramitesq; occulti locorum uſu opti mè noti erant, ad Xerxem accedit, ſollicitoq; ac multa meditanti pollicetur ſe per anguſtias quaſdam montium incognitas & occulta ſtrata, quos ſibi traditurum: ac quodam conſtituturum loco, unde Græcos pugnę intentos à tergo adorirentur, hoc demum pacto eos utrinq; circumuentos facilè inde pelli ac deleri poſſe. Quo audito, rex admodum lætatus, amplis præmijs Trachinium afficit: tum illico uiginti millia delectorum qui eum ſequantur, tradit. Hac re uulgata (nec enim per multitudinem celari potuit) quidam ex his qui inter Perſas aderant, cui Tyriſtiadi nomen erat, genere Cumanus, honeſtis moribus & mente ad bonum inſtituta, ex uigilijs Perſarum noctu elapſus, ad Leonidam ſe proripit, quæ à Trachinio acta fuerant ignorantibus aperit. Quo percepto, Græci circa noctis medium concilio conuocato, de ingruenti periculo & rerum ſumma inter ſe multa conſultare cœperunt. Erant qui ſentirent confeſtim ad reliquos ſocios diſcedendum eſſe, aditusq; que relinquendos: nec aliam retinendæ ſalutis uiam uſquam ſibi penitus patere: neque manendum ut ab hoſtibus circumueniantur: fieri enim non poſſe ut manentes euaderent. Tum Leonidas Lacedæmoniorum dux, immortali iam ſibi ac ſuis gloria animo cõcepta, reliquos omnes diſcedere iubet, ſeſe ad meliora patriæ tempora, maioresq; fortunæ impetus cum alijs Græcis reſeruent: ſibi cum Lacedæmonijs loco perſtandum: neq; ulla ratione creditum præſidium deſerendum. Decere enim duces ac principes Græcię prędantius aliquid & difficilius cæteris aggreſſos, fortiter occumbere. Hac ſentẽtia habita, reliqui omnes ſeſe inde mox proripiunt. Leonida uerò illic cum ciuibus relicto, cœpta ingẽtia atq; inaudita incredibiliaq; animo obuerſabantur. Cum paucis itaq; (ſolos enim Theſpios retinuerat, qui omnes non plus quingentis erant (ad oppetendam pro libertate Græciæ per clariſsimum facinus mortem ſe comparat. Interea qui cum Trachinio miſsi fuerant, per auia circumducti, in ſummum tandẽ collem ſtatuuntur. Quo factum eſt, ut Græcorum prędidium inter utraſque copias iam medium, iam undique circum obſeſſum teneretur. Tum Græci deſperata ſalute, gloriam uitæ prędferentes, una uoce ducem precantur, ut in media hoſtium caſtra erumpere, animásque dimicando fortiter effundere liceat, antequam ſe circumuentos Perſis compertum ſit. Leonidas accenſos ſponte ad facinus iam conceptum, milites pro uoto nactus, iubet uti properè ita prandeant, tanquam ſint apud inferos cœnaturi: ipſe ſtatim hoc iuſſu cibũ ſibi afferri poſcit. Sic enim curatis corporibus eos fore robuſtiores, laboremq; & belli pericula maiori adituros audacia, & pertinaciori animo toleraturos. Poſtquã autem ſe quiſque perfeſtinè curaſſet, atq; expediti omnes duci aſtitiſſent, hortatur

Trachinius Xerxi uiam monſtrat ad opprimendos Spartiatas.

tatur, ut se sequuti, in castra hostium irrumpant, quoscunq; obuios obtruncẽt: inde sese ad regis prętorium conferant: sibi nanque regis primum opprimendi (si fortuna faueat) consilium esse. His accensi auditis milites, noctu constipato agmine in castra Persarum, pręcedente Leonida, feruntur Barbari inopinata ac repentina re perculsi, ex tabernaculis passim tumultuantes se rapiunt: atque eos qui cum Trachinio missi fuerant, rati perijsse omnes, uniuersasq; adesse Græcorum copias, intráque stationem irruisse, consternato pallentes animo ferebantur. Quare magna eorum à Leonidæ militibus ubique cædes edebatur, atque à suis plerique propter ignorationem rei pro hostibus necabantur, tumultu per uniuersa castra excito: nocte quoque rerum prospectum prohibẽte, erroreque illum adiuuante, ingens promiscuè uarijs in locis strages feruebat. Nam in summa rerum trepidatione, exciti omnes, dum sibi quisque timeret, alter alterum utcunque obstantem cædebant, cum neque tempus neq; locus, quid esset, discernendi daretur: nec qui quo se ordine reciperent, cuiusue iussu, quo duce conferrent, ad quæ signa confugerent: nec ad nomina uocarentur, neque omnino pauore omnia perturbante, mentem colligere sisteréque possent. Quod si tunc in prętorio rex constitisset, haud dubium esse potest, quin foret inter cæteram turbam, nullo obstante, à Græcis interemptus, atque eo momento tantum belli incendium oppressum restinctum'que cessasset. At uerò Xerxes ad tumultus illico principium inde prosilierat, ac se citissimè receperat ex periculo. Græci uerò in prætorium irrumpẽtes, deprehensam illic obtruncant turbam ferè omnem: ac regem ubiq; quęrentes, quantum tutè noctu & impunè licuit, per omnem stationem uictores euagantur. Exorta die, ac patefacto rerum prospectu, cum Persę Græcos cernerent admodum ratos, contempta, uti erat pręter spem, paucitate, consistere cœperunt: nec contrà tamen aduersum hostem tendere audent, uirtute & audacia eorum deterriti, ac lateribus circumglobati, & undiq; à tergo procul adorientes, confodiũt iaculis & sagittis uniuersos. Qui itaq; cum Leonida in Thermopylas fuerãt ad aditus tuendos missi, hunc uitæ exitium sortiti, interiere: quorum uirtutem nemo satis unquam profectò poterit admirari: quibus una mens extitit adeò ad mortem usq; obnixa, ne patria instituta desererent, quibusq; sua sponte offerre animas intrepidè pro communi Græciæ salute summa uoluptas fuit, ac fortiter & honestè interire, q̃ turpi seruitute ignauam uitã trahere. Nec cuipiam sanè id dubium esse potest, rem tam repentinã & inopinatam, tamq; insolentis audaciæ Persis intulisse stuporem, & consternationem ingentem animi. Quis enim Barbarorum tam incredibile facinus potuisset suspicari? Cui uenisset in mentem quingentis numero hominibus tantum animorum fiducię esse, ut decies centena millia adoriri nihil uererentur? ita ut ne in posterum quidẽ cuipiã spes tanti per uirtutem nominis, tantiq; exempli gloriam assequẽdi relicta sit: qui utiq; uiri intra hostium munitiones innumera circumuenti multitudine, defatigatis uincendo corporib. animo cecidere insuperato, in ipsa quoq; morte uictores. Itaq; hi soli omnium qui memorantur, uicti illustriores euaserunt, quàm alij qui honestissimas uictorias reportarunt. Nam non ex rerũ euentu, sed quo consilio, quo'ue delectu quid fiat, uirtutem perpendere, fortesq; & illustres inde uiros spectare oportet. Illius nãq; fortuna, huius ratio & discretio rerum dominatur. Quis nam enim eis uiris præferri, uel itẽ conferri dignus est quos cũ nec pro parte hostiũ millesima haberent, tantus egit spiritus, ut incredibili multitudini uirtutẽ opponere suam ausi fuerint? haud sanè crediderim tãti agminis superandi fiducia ducti, sed ferocitate inuicta, illustribus animis tentantes omnium tẽporum superiorũ superare memoriam: pugnamq; sibi tũ cũ Barbaris fore putantes, certamen uerò gloriæ indiciumq; cuiusdam ueluti decursi spectaculi cum omnibus post orbẽ conditũ seculis, & omni re gesta quæ ulla unq; admiratione digna sit iudicata. Soli nanq; post hominũ memoriam

Leonidas castra Xerxis inuadit.

Spartiatarũ exitus & laudatio.

patrias leges tueri, quàm proprias retinere animas maluerunt, maiora suis uiri bus minimè pericula recusantes adire, honestissimum in primis non solũ, sed etiam propè necessarium illis esse arbitrati, qui uirtutis nomen præ se ferant, animi magnitudinem & excẽllentiam sui paribus ausis comprobare. Nec iniuria quidem istos quis existimarit communis potius libertatis Græcorum extitisse authores, eisq; præponendos qui postea cæteris Xerxem prælijs superarunt. nam Barbari tam præclaro tamq; inauditæ audaciæ facinore perculsi, animos in bella deinceps propè consternatos ferebant. Græcis contrà ad parem gloriam suorum, studia spiritusq; intus accendebantur. Postremò solos istos uidetur ad immortalitatem transtulisse uirtutis excellentia, supra omnẽ priscã memoriam. Quare non ab historicis solis, uerùm à poëtis q; plurimis, eorũ fuerunt laudes decantatę. Inter quos Simonides clarus cantilenarũ author, huius rei summam protulit commendationem, dicens, Eorum qui in Thermopylis cecidere, fors gloriosa, mors preclara, sepulchrum ara, monumenta maiorum, exitium cõmendatio. Sepulchri titulus talis, quem nulla unquam delere potuerit eluuies, neq; uetustas rerũ omnium cõsumptrix, ex hominum bonorũ abolere memoria, fanum nominis Græci. famulorũ receptaculũ, cui Leonidas attestatur Spartiatarum rex ingens uirtutis documentum relinquens, æternumq; decus. Nos uerò de horum uirorum uirtute satis loquuti, ad propositum reuertamur. Xerxes destituto, ut dictum est, aditu potitus, sed prouerbio Cadmea ipsa uictoria uictus, paucis admodum hostibus cæsis, amisit magnum militũ suorũ numerũ, aditibus difficultatibusq; terrestribus, expeditione pedestri in potestatẽ redactis, strato sibi iam per terrã itinere, statuit naualis belli fortunã experiri. Accersito igitur statim ad se Megabate classis prefecto, iubet ut contra Græciam classem nauiget ac uniuersis simul naualibus copijs instructa classe pugnã cũ hoste ineat. Ille regis extẽplò imperata exequitur. ex Epidne Macedonica soluens cum uniuersa classe, ad Magnesiæ nauigat extremã orã, quę Sepiada appellatur. Magna illic ex uentorũ uis & maris procella, triremes discussit supra trecentas, earum uidelicet, quæ ad equos portandos erant extructæ, reliquarum quoque magnum admodum numerum. Vbi pacatus uentorum impetus extitit, remenso itinere quo contenderat, rursus in Magnesię fauces & recessus remis reuehitur. Inde trecentas item triremes emittit, mandans ducibus, uti circumuecti in dextram Eubœæ, contendant circumsistere hostem, & undique fugam occupare incautis. Græci uerò in anchoris se firmarant in Artemisio Eubœæ, quorum classis uniuersa ducentis octoginta triremibus ad summum coacta erat: quarum centum & quadraginta ab Athenienſibus instructæ, reliquas cætera Græcia collegerat. Hinc classi præfectus erat Eurybiades Spartanus: quæ uerò ad classem pertinebant, à Themistocle Athenienſe curabantur. Hic uir ob singularem prudentiam, & præcipuam militiæ disciplinam, magna non apud cæteros solum, uerùm & apud ipsum Eurybiadem authoritate habebatur: omnésque eius ueluti auspicatò cuncta gerentis, spémque rerum retinentis, intenti parebant imperio. Dum autem inter nauium duces de certamine nauali quo potissimum loco foret, in eundem disceptaretur: cæteris que omnibus uideretur illic persistendum, nec ullo pacto obuiam prodeundum, sed aduentantem hostem constipata, uti erat in statione, classe operiendum, solus Themistocles aduersa sentẽtia ferebatur, docebatq; in re maritima expedientissimũ esse, semper classe instructa in hostẽ intẽtum ferri, sic nanque collectis uiribus, ordine composito nauiganti bus, cuncta marisconsilia patere, subsidia q; præsto adesse: tum hostem sparsis uiribus acie per tumultum incomposita uagantem ex diuersis longè portubus, diuerso tempore in altum euocatum, nil firmum posse aut constans habere, incertosq; suorum alterum alterius, quod esse necesse foret, consilij dissipatis ordinibus temerè prodeuntes uno incursu cautè instructeq; inuadentis, ut

Xerxes statuit classe pugnare.

Themistoclis laus.

res per

res perturbatæ fortunæ casibus obnoxiæ aguntur, facilè opprimi posse. Themistoclis sententia tandem superante, Græci uniuersa classe instructa, nauigãt in hostes. Cum itaque ex diuersis Barbari portub. euocati, cogi cœpissent, naues Themistoclis principiò ad uaria loca discurrentes, obseruato nauigantis hostis itinere, multas occursu interceptas suppressere: pleraſque itẽ conserto certamine superatas. ad continentẽ usque sunt insectatæ. Collecta interea utri usque partis uniuersa classe, ac pugna atroci inita, nonullæ utrinque naues captę: pugnatumq; donec neutra in parte uictoria inclinãte, nox inuergẽs prælium diremit: quã illicò tẽpestas atrox subsecuta est, feruẽtibusq; admodũ pertinacius procellis, naues extra portus in statione deprehẽsas cõplures afflixit, ita ut ab numine aliquo susceptas Græcorũ partes sustentari constaret: ut multitudine Barbarica ad pauciorem numerũ redacta, Græcorũ nauigia ad bellũ maritimũ contrà tolerandũ ferè paria fierent. Quare Græcis perpetuo successu rebus in omnibus fiducia certior atque animus augebat. Barbari cõtrà aduersa ubique fortuna deterriti, reddebant ad pericula timidiores. Demũ uerò sese coacta rursus undique classe colligẽtes, cũ omniũ simul nauium instructa acie contendere in hostes parant: nec Græcos usquã uis tãta cõterruit: sed triremib. Atticis in ordinũ fronte collocatis, ad quinquaginta numero, Barbaros cõtrà accincti, intrepideq; expectãt: eoq; loco res perinde prope atque ad Thermopylas pugnatũ fuerat, geri cœpta est: conãtib. itẽ Persis eruptione per medios Græcos facta, in Euripũ traijcere, Græcis aduersũ angustias & fauces Euboeæ obsidentib. Ac cõfecto in muri speciem cõmunientibus agmine, pugna ibi atroci cõmissa, multas utræque partes amisere triremes. Nocte rursus intercipiente, in portus quisque suos reuehi coacti sunt. Cęterum in utraque pugna ferunt Athenienses dextrũ cornu tenuisse, idipsum apud Barbaros Sydonijs datũ. Post hęc Græci cognita quę apud Thermopylas accepta fuerat clade, idq; pro cõperto habẽtes, aditu patefacto, Barbaros illicò Athenas inuasuros, consternatis mœrore animis, in Salaminẽ sese statim recipiunt: ibiq; in summa rerũ sollicitudine uexabant omnes. Vbi rem ad summũ discrimẽ adductam conspexere Athenienses, turbam uniuersam imbellem, mulieresq; quæ Athenis initio belli relictę fuerant, cętera q; ad usum necessaria nauibus imponẽtes, cũcta in Salaminẽ conuexêre. Princeps uerò Persicæ classis explorato hostium, inde quo steterant loco, discessu, extẽplo cum omni classe soluit in Eubœam. Ibi primùm ciuitatẽ Isticorum adortus, ui capit: depopulatisq; agris, regionẽ uniuersam uastare pergit. Dum hæc gerunt, Xerxes à Thermopylis discedẽs, per Phocensium fines iter facit, dextra læuaq; latè per irreparabilẽ multitudinis inauditę impetũ, uastæ tempestatis in morem, urbes expugnationibus uastando, agros passim depopulando, in prędamq; omnia agendo: uicos, ædificia, & quicquid ubique magnificè extructũ, speciosęq; excultum occurrisset, cuncta denique incẽdijs ruinaq; proterẽdo. Phocẽses Græcorũ partes sequuti cum haud ad pugnã aduersus tantam uim pares haberentur, relictis oppidis, cũ omni plebe in inuia & difficultates Parnasi se cõiecere. Xerxes deinde Dorienſium ingressus agros, abstinere ibi prędа omnes iubet: nihilque eis iniuriæ passus est inferri, quòd socio nomine partes eius adiuuarẽt. Inde parte copiarum in Delphos dimissa, mandat ut incẽso Apollinis adyto, reposita quęque illic spolient. Ipse uerò reliquũ exercitũ in Bœotiam traducẽs, eis in locis castra ponit. Eos qui ad spoliandũ oraculare tẽplum missi fuerãt, ad Palladis usque prouidæ prouectos tẽplum, repentina quędã atque incredibilis nimborũ illic uis, procellaq; uentorũ irruens obruit, creberrimis cum tonitru ueluti ex æthere irato fulminib. erũpentibus: tum turbine saxorũ mirę magnitudinis, per imbrẽ in exercitũ pręcipitãte, collisos aceruatim Persas exanimari promiscuè cõtigit. Quo deorũ immortalium exterriti portẽto, cẽq; celerrima inde fuga se omnes q; cladi saperfuerãt, proripiunt. Quare Delphicũ oraculare tẽplum diuina quadam

Græcorum cũ Xerxianis pugnæ nauales.

Delphici templi sacrilegi tempestate afflicti.

quadam prouidentia depeculationem effugit. Delphici uerò huius prodigij à dijs immortalibus editi, memoriam posteris tradendam censentes, ingens trophæum erexerunt iuxta Palladis prouidæ, ubi id apparuerat, templum, in quo elogium hoc inciſum posuere:

Me belli memorem uicti, testemq; superbum,
Delphi constituunt, munera grata Iouí.
Numine qui Phœbí Medas fregêre phalanges,
Aere coronatum restituêre adytum.

Xerxes uerò per Bœotios traducens, agris Thespiensium uastatis, cum in Plateas uenisset, desertaq; loca cultoribus cerneret, incendio cuncta diruere pergit. Nam eius incolæ loci, ingruente belli tumultu, cum familijs rebusq; omnibus migrarãt in Peloponnesum. Inde in agros profectus Atheniensium, depopulationibus cuncta persequitur. Athenas ipsas eruere ac solo æquare, templa igne delere adoritur. Dum hæc ab Xerxe, geruntur, classis regia direptis Eubœæ rebus omnibus, in Atheniensium maritima quoq; pariter prosternendo traijcit. Per idem tempus Corcyræi sexaginta triremibus instructis, tanto immunes bello circa Peloponnesum uersabatur, hac uti eorum sermo ferebat, de causa prohibiti, quòd ascẽsum Maleæ extremaq; superare nequirẽt. Vtí nonnulli scriptores tradidere, eo potius consilio id factum, belli tanti momenta obseruando, ut Persis uictoribus integrum sibi esset aquam terramq; tribuere. sin ad Græcos inclinasset uictoria, sese ad auxilium illis illicò paratos ostenderent. Vbi uerò Atheniensibus qui apud Salamina coacti erant, renunciatũ esset, regionẽ suam igne uastatã, templumq; Palladis erutũ, mœror immensus rerum cuiusq; suarum urbisq; deformatę desiderio fractos admodũ deiecit animos, iam propè desperato patrij deinde soli uisendi tẽpore: nec non & reliquã passim Græcorum turbam, similis imagine periculi in maiorem trepidationẽ conuersam, pauor ingens inuasis, cum sese intra Pelopõnesum undiq; stostiũ propè copijs obsessos cernerent. Ob quam rem cõsilio omnium habito, statutum est, uti inter se duces agitarent decernerentq;, quo potissimum loco naualis pugnæ fortuna sibi tentanda foret. Multæ ac uariæ in ea re sententiæ prolatæ. Pelopõnesijs, utpote qui saluti solum suæ prospectum ibant, uidebatur id post omnia cõsilia tutissimũ, penitus ad Isthmum reuocatis uiribus omnibus, belli summam statui oportere, loci illius naturàm sibi firma ad salutem cuncta præstare, nullam ibi fraudibus & ludibrio fortunæ patere uiam, si sæuius aduersari cœpisset. Vbi rem iam in malã addùci spem cerneres, licere illico laborantibus ex periculis elabi, recq; incolumi pro arbitrio in Peloponnesum, locum munitissimum atq; tutissimum sese recipere. Hanc demum in tãta angustia & rerum trepidatione rectè consulẽdi summam esse: quòd si intra angustissimã insulam Salaminem constipati alias perstare pergerent, id non sine summo ac propè certo cladis suæ periculo fieri posse, cum in certamen adductis inter pugnandum ob frequentiam multitudinis loci angustijs coarctatam, nil expeditum penitus daretur: nec alteri alteris prout res posceret, auxilio esse ualerent. Themistoclis uerò sententia erat, belli fortunam apud Salaminem tentandã: in angustis enim locis meliore cõditione futuros, quibus cum paucis carinis, aduersus multas simul naues esset confligendum. Cõtrà in Isthmi statione nil penitus haberi præsidij, uerùm certissima in eo loco ad pugam ineundam tolerandam ue incommoda præstari: nihil æquum pugnantibus suis cum hostibus fore, multitudine paucitatem (nempe in aperto æquore deprehensam) de fatigãte. Hæc & pleraq; alia in eum modũ, pro re opportunè sapienterq; disserendo, reliquos egit omnes in sententiam suam. Hoc igitur cõmuni consulto de pugna apud Salaminẽ gerenda decreto, duces Græci properè aduersus Persas ad periculũ & certamẽ sese cõparant. Eurybiades uerò probata Themistoclis sentẽtia, mox populũ in eõcionẽ uocat, ibiq; multa uariè, graui appositoq; sermone

Græcorũ deliberatio de loco pugnæ naualis.

sermone percurrens, hortari turbã, accendereq; ad incumbens periculũ adeun
dam nequicq; pergit Iam pauor occuparat mentes omnium, tumultusq; salu-
tis in discrimen adductæ obstruerat aures Quippe multitudo prorsus sibimet
animis diffisa, exercitus Carbarici fortitudine, neq; animo consistere, neq; du-
cum admonita imperiaq; audire sustinebat, sed sibi quisq; in summa rerũ trepi-
datione consulẽs, ex Salamine in Peloponnesum properat trajicere, postposi-
to cuiuscũq; alterius cõsilij proposito. Nec minorẽ pedestribus copijs tãta uis
hostium terrorẽ incusserat, simul internecio fortissimorũ uirorum ad Thermo
pylas facta frangebat animos. Tum calamitas Athenarum ante oculos obuer
sabatur, plurimumq; spei consternatis ademerat. Tum Græciæ cõsultores per
cipientes turbæ tumultum, occupatis iam alius pauore animis, penitus irreuo
cabilem: Isthmum muro claudere statuunt. Ad quam rem cum haud segniter
quæ necessaria uidebant, aduecta essent, maturecq; opus, tum incitato omniũ
studio, tum multitudine operantium surgeret, ad quadraginta stadia murus
munitioq; illa porrecta est: omnisq; aditus cq; lato à Lecheo in Cenchreos spa-
tio patebat, eo septus opere claususq; extitit Tumultuante uerò iam in statio-
nibus apud Salaminẽ classe, cum omnes iam propè desperatio præcipites age-
re cepisset, Themistocles ubi percepit omnia miscerí, nec ducẽ classis Eurybia
dem iam usquã audiri, nec turbatæ multitudinis impetũ cohiberi posse: cõspi-
ceretq; simul in angustijs & locorũ difficultatib. apud Salaminẽ plurimũ ad ui
ctoriam consequendã momenti & facultatis præstari, tale iniit consilium. Quẽ
dam ad id delectum, clàm per proditionis speciem ad regem ire iubet, nuncia-
req; illi, Græcis consultõ statutũ, naues omnes ex Salamine in Isthmũ traduce
re, copiasq; illic cogere omnes cõtendere: rex alioquin ad audita facilis suopte
ingenio, tum maximè pro tẽpore ad credendũ pronus, uiro fidẽ perinde ac ue-
ra nuncianti adhibet: summaq; ope & celeritate prohibendum ratus, ne mari-
timæ pedestribus Græcorum copiæ iungerentur. Aegyptias naues extemplò
ad obsidẽdos Salaminis exitus, & Megaridis regionis properare: reliquã clas-
sem iubet in Salaminem contedere, ibiq; cum hostibus cum primùm cõflige-
re. Erant autem triremes regiæ classis, uti ex gentibus inter se finitimis consue
tisq; instructæ, ita deinceps certo ordine conciliatæ, quo propter consuetudi-
nem ad sese mutuo tuendos, auxilio prõptiores haberentur. Instructa hoc or-
dine classe, cornu dextrum Phœnices tenuere, in sinistro Græci qui partes Per
sarum adiuuabant locantur. Tum duces Ionum uirum quendam Samium ad
Græcos clandestinè mittunt, qui certiores faciat eos, quo rex consilio, quo ue
ordine res omnes properet: secq; simul ac pugna cœpisset, à Barbaris defectu-
ros. Cum itaq; Samius ille per occulta itinera clã ad Græcos peruenisset, cun-
ctaq; aperuisset, Themistocles re & consilio sibi ex sententia succedente læta-
bundus, multitudinem ad belli fortunam accendit. Græci nuncio Ionum reuo
catis animis, ac in spem nouam sublatis, rerum alioquin conditione necessitu
dineq; ad dimicandum uel inuitos cogente, à Salamine feroci spiritu soluen-
tes, in hostem contendunt. Atq; illicò ab Eurybiade & Themistocle acies in-
strui cœpta, sinistrum cornu Lacedæmonijs & Athenienſibus datum contra
Phœnicem ab hoste aciem: magna enim tum Phœnices in rebus nauticis glo-
ria, diuulgebantur: tum multitudine nauium, tum singulari nauigandi peritia à
superioribus suis accepta, assiduoq; deinceps usu acta. Aeginetæ & Megaren
ses in dextro cornu stetere: nam hi post Athenienſes cæteros nauigatione an-
tecedere putabantur: tum eos constabat acerrimè pertinacissimeq; dimicatu-
ros, cum nihil sibi penitus urgẽte fortuna, inter cæteros Græcos reliquũ esset
quò profugere possent. mediam aciem reliqua Græcorũ multitudo suppleuit.
Rebus itaq; hac ratione cõparatis, & acie instructa, mox enauigãt, faucesq; &
exitus inter Salaminẽ & Heracleã ductos occupãt. Rex duci classis suæ impe-
rat, uti nihil cũctatus, hostes inuadat. Ipse loco q̃dã præeminẽti à regione Sala-

Themistoclis cum Xerxianis pugna & victoria naualis.

minis delecto, sese collocat, ueluti in theatro, unde belli congressus omnis spectari poterat. Persæ itaque principiò dum per tractus patentes uagari nauigãdo licuit, ordines quisque suos seruauere, nauigia lato per maria agmine porrigentes. Vbi uerò in angustias cogi cœperunt, eo tractu tantam aciem minimũ capiente, naues nõnullæ ab ordinibus suis exclusæ, cursum cum reliquis haud tenere potuerant: peruertíq; ob eam causam omnia, dispergíq; coacta. Dux uerò ante uniuersam aciem præuectus, ueluti regi spectanti gratificabundus, cũ hostibus pugnam primam conserit: ac strenuè pugnando cadit. naue in illo cõgressu eius suppressa. Perturbatio ingens classem Barbaricam cœpit exagitare. Nam sublato primo duce, ad multos imperium redierat: ac uaria pro se quisque imperando, distrahebant permiscebantq; agmina: nec ultra ob eam rem progredi audientes, remis in obuersa puppe adductis, in æquor apertum se recipiunt. Athenienses cognita Barbarorum trepidatione ac tumultu, cõcitatis remis in hostem feruntur, alias rostris impetẽtes subfodiunt, quarundã tabulata armamentaq; discussis per impetũ cõpagibus, auulsere, nonnullis remigiorum alas detersere. Pleræq; Barbaricæ classis triremes, laus in fuga detectũ, rostris impetentibus offerẽtes, à multis undique petitę, trãsfodiebantur. Quo fiebat, ut cum puppẽ obuertere fugæ hostibus instantibus tempus non daretur, cũq; celeberrimè remis auersis se eximere periculo festinarent. Nauibus itaque Phœniceis ac Cypriis ab Athenienſi classe fusis in fugamq; uersis, Cyliciæ ac Pamphylię, nec nõ et Lycię, quę cohęrentes illis loco steterãt, principio quidẽ acriter pugnantes, simul ac classis totius robur profligatũ fugere conspexere, ipsę quoque pugna periculoq; excedere properant. In altero uerò cornu, cum acerrimè pugnaretur, per aliquãtum temporis anceps pugna fuit. Postquam Athenienses fugatis in continentem Phœnicibus & Cypriis, in altum ad reliquam classem rediere, haud horum iam uim sufferre ualẽtes Barbari terga uertunt: multasq; in ipsa fuga naues amittunt. Ita profligata passim per mare Barbaries à Gręcis, iusta acie uictoribus, magna clade prosternitur. Ex eo certamine quadraginta naues in Gręcia classe desideratæ, Barbarorum supra ducentę dissipatę atque deletę, pręter eas quę cũ militibus integro quęque nauigio captæ fuere. Rex uerò præter spem uictus atque indignans, Phœnicas fugę principes, eosq; pręcipuè qui fugiendi initium fecerãt, omnes necat: reliquis minitans, se parẽ in tẽpus eorum meritis pœnã inuenturũ. Qui rębus minis perterriti, extẽplò in Atticam contendunt: mox nocte interuergente in Asiam soluerunt. Themistocles uerò cũ eam sibi maritimæ rei uictoriam, haud iniuria quidem, uendicare uideretur, ad copias pedestres, ut eius quoque expeditionis sibi gloriam compararet, statim consilia conuertit, alteramq; nequaquam utique prædicta inferiorem astu fallaciam cõminiscitur. Perterrefactis enim Græcis, nec audentibus penitus aduersus tot hominum millia pedestri acie dimicare, consilium capit quonam pacto tantas hostium diminuat copias. Pædagogum itaque natorũ suorũ instructum ad regem mittit, qui nunciet illi properare Græcos ad fretum nauigare, pontemq; dissoluere. Quo rex nuncio perturbatus admodum, num facili erat (uti suprà dictum est) ad credendum ingenio, pauore corripitur, ne occupato à Gręcis mari, reditum in Asiam intercluderetur. Itaque statuit quàm primum trajicere ex Europa in Asiam, relicto ibi Mardonio cum robore equitum peditumque, quorum numerus nihilo quadringentis millibus habebatur inferior. Hæc à Themistocle duo reperta militaris astutiæ consilia, maximum rebus Gręcis atque uictoriæ tantæ momentum attulere. In hunc itaq; statum res Græcæ adductæ gerebantur. Nos uerò iam res in Europa eo tempore gestas persequuti, ad externa deinde quędam digredie mur. Carthaginenses nanque principio cum Persis confœderati, per idem tempus, uti dictum fuit, ingentem rerum bellicarum fecerant apparatum ad debellandos, uti inter eos & regem conuenerat, Græcos, qui Siciliam incolebant

incolebant. Igitur ubi parata sibi fuere omnia, ducem belli deligunt Himilconem, qui tum inter eos admirabili ingenio, rerumq; peritia bellicarum præstare uidebatur. Hic accepto aditoq; imperio, cum copias omnes pedestres nauticasq; coëgisset, Carthaginem proficiscitur, exercitum pedestrem ducēs, haud trecentis millibus pauciorem: naues longas supra duo millia, exceptis onerarijs, & his quæ ad uectigalia portanda statutæ erant, quarum multitudo plus tribus millibus habebatur. Dum itaq; Libycū pelagus pernauigaret, exagitante classem procella & uentorum ui, plerasq; ex his quæ ad portādos equos & currus paratæ erant, naues amisit. Inde in Siciliā tendens, Panormi portus occupat. Tum de bello actū esse, ait: id uereri se admodum, ne maris beneficio & occursu tempestatis Siculi periculum deuitarent. Ibiq; tres dies commoratus in curando recreandoq; exercitu, refectis quoq; tantisper rebus quas tāpestas abstulerat, afflictaueratue, copias aduersus Himerā duxit itinere pedestri, ad nauigante ad littus ac pariter adsequente classe. Vbi ad dictam urbem uentū est, bina castra muniri iubet, altera nautico, altera pedestri militi opportuna. Tum naues longas subduci curat omnes, fossaq; profunda & uallo ligneo circumcludi. Castra pedestris exercitus in urbis conspectum aduersa fronte constituit, ea munitione à nauali uallo ad colles usq; imminētes urbi producta. Postremò parte ad occasum spectāte circum undiq; munitibus obsessa, uenalia omnia ex onerarijs nauigijs exponit. Rebus ita cōparatis, reliquos omnes qui ad id uidebantur expediti, cum nauigijs in diuersa statim dimisit ad frumentū & commeatus ex Lybia & Sardibus conuehenda. Ipse cum robore exercitus expedito, mox urbem inuadit: agmenque Himerensium primùm offendens, qui extra progressi occurrebant hosti, primo incursu per uim fusum, intra mœnia multa cum eorum cæde compulit. Qua clade accepta, cæteros omnes qui in urbe constiterant, perculsos pauor atque animi consternatio summa trepidatione, minimáque spe uariè exagitare cœpit: quod simulac percepit Theron Acragantinorum præfectus, qui cum magno satis præsidio ad tuendam Himeram antea missus fuerat, simul periculo dubius, animusq; militum diffisus, illicò Syracusas ad Gelonem nuncios mittit, qui rem quo in discrimine sit, narrent: postulentq; quàm celerrimè fieri posset, auxilium iam fluctuantibus ferre properet. Gelo parato atq; expedito iam pridem exercitu, cum desperationē Himerensium per nuncium accepisset, nihil cunctatus, extemplò ex Syracusis copias omnes cum summa celeritate educit, peditū quinquaginta millia, equitū ad quinq; millia: magnisq; itineribus uiæ spacio correpto, simul ac oppidanis se ostendit, animos omnium à terrore omnium hostium in spē reuocauit & pristinam fiduciam. Castra q̄ proximo potuit mœnibus urbis loco deligit, eaq; uallo fossaq; profunda circundat, tum dimittit equites omnes ac cōpescendos & auertendos undiq; hostes: qui uagi ac dispersi per agros & loca finitima populabundi ferebātur, pabuliq; & rerū necessariarū gratia cuncta infestabant. Equitatus igitur Syracusius, repente effuso cursu raptus, palantibus latè, nihilq; minus q̄ hostē expectātibus Carthaginēsibus Barbaris occurrūt: alios alibi uagantes, diuersis ut quenq; libido necessitasq; agebat, rebus intentos occupant: sine ullo prorsus agminis belliue ordine, dissipatos, undiq; agitare pergunt: tantumq; numerum quot quisq; potuit, supra decem millia ferūt tum capta, intraq; urbem missa. Quę prima Gelonis cœpta in summa laude & admiratione apud omnes habita, ingentem ei authoritatem compararunt, ac deinceps Himerenses confirmato animo contemnere hostem ludibrioq; terrorem quisq; suum habere. Post hæc Gelo intrepidè atq; fiducia constanti, uti cœperat, cætera prosequitur. Portas itaq; quas timore hostium Theron munitionibus obstruxerat, omnes per contemptum patefieri iubet, aliasq; insuper quasdā aperiri, qua sibi ad emergentes occasiones patēre promptissima cōmoditas uidebat. Atq; in rebus omnib. Gelo militari disciplina & bellicis artibus admodum

Carthaginensium in Sicilia expeditio.

Himilco Himerā obsidet.

Gelo Carthaginenses fundit.

admodum præstans, meditari ac consultare secum cœpit, quonam pacto per fallacias & astu bellico hostes eluderet, copiásque omnes funditus absque discrimine & periculo suo euerteret. Quod eius consilium euentus quidem fortuitus adiuuit. nam rerum statu diligentissimè perspecto, cum naues hostium incendio absumere imprimis esset consultum (in eo nanque facto, rerum demum summam omnium belliq; fortunam sibi uerti) accidit ut eodem tempore Amilcar res de more nauticas procuraturus Neptuno magnis hostijs perigere sacra pararet: tum quoque ex agris equites nuncium quendam forte intinere interceptum, adducunt ad Gelonem, qui epistolas ab Amilcare ad Selinuntos gerebat, in quibus continebatur uti ad quem diem scripserat, ad eum sine ulla mora equites procinctos mitterent. Cum dies qua Amilcar erat sacrificaturus illa esset, eadem misit Gelo equites suos, iubétque uti noctu per loca circumuecti proxima, simul ac dies illucesceret, ad nauales hostium munitiones accedant, tanquam Selinuntiorum socij sint, & simulac intra uallum fuerint admissi, cum primùm obtruncare properent Amilcarem. Mox ad naues incendendas irrumpant. Cum his simul certos dimittit speculatores, in proxima promontoria, quibus mandat, simul ac intra septa hostium conspexerint acceptos equites, certum indicio signum extollant. Ipse simul exorta die exercitum admonitum facit signi de specula à suis prodendi. Equites itaque sub ortum solis ad maritimas Carthaginẽsium copias, ut iussum fuerat, peruecti, statim intra munitiones à custodibus nihil doli ueritis, pro socijs admittuntur.

Amilcaris mors. Qui repentè cursum in Amilcarem sacrificantem citato, inter sacra deprehensum obtruncant: mox ex aris in naues ignem rapiunt, omniaq; cæde atq; incẽdio cõplent. Eodẽ tempore signo à speculatoribus dato, Gelo uti erat ad obseruandam occasionẽ intẽtus, instructa iam ad id tẽpus uniuersa acie, q̃ citissimo agmine potest, ad Carthaginensium castra cõtendit. Phœnicũ duces ubi uenire ad se hostes cõspexissent, illicò arma expediunt, ac castris effusi, cõtrà occurrere properãt, signisq; collatis pugnã ferocissimè inire parant, tubis utrinq; signum dimicandi resonantibus, sua quisq; tela in hostẽ restringere, uti uirũ inuadere, clamore uicissim sublato, utraq; alterno impetu cõtẽdere acies, uocis magnitudine aduersos deterrere. Iam magna ubiq; clades edebat, certamenq; anceps utranq; aciem, nunc huc nunc illuc fluctuantem urgebat, cum repentè flamma in naues latè correpta, atq; in altum multa cũ fumi nebula erũpens, omnium oculos à pugna ad id quod esset mali incertiq; periculi imminẽs conuertit. Turbatis noua re inter certandũ hostib. mox alius atq; inde alius attulerat nuncius, Amilcarẽ cæsum, naues incẽsas altè uoce clamitãs. utrũq; audientibus animos Græcis addebat, spemq; uictoriæ iam certã significabãt lætis clamoribus. inde audacius atq; atrocius barbaros urgere Carthaginẽses. Fractis animis uictoria ac re desperata, uertuntur in fugã. Græci fugientes insectãtur, atq;

Gelonis de Carthaginẽsibus uictoria. imperatoris edicto, ne quis uiuus caperetur, fœda ac miserabilis palantium cædes edebat: nec antea cædẽdi finis factus, q̃ centũ & quinquaginta millia cęsa cõcidissent. Reliqua multitudo in locũ quendã natura munitũ sese recipiẽs, primã cõuersi cõfertis animis ac collecto per desperationẽ robore, acriter hosti insectãti resistere: mox ubi loco arido se deprehẽsos percipiunt, urgẽte siti, dedere se uictoribus coguntur. Gelo itaq; clarissima pugna uictor, cũ bellicæ rei peritia atq; astu cõsecutus id crederet, magnis ubiq; in cœlũ laudib. extollebatur, summaq; habebat authoritate, non apud Siculos tantũ, uerùm quocũque rei tam pręclarę fama peruenerat. nullũ nãque ducem memoria proditum est, ante eum unq; tam callido consilio rem gessisse, neque in una acie tantũ hominum numerum cecidisse, tantumq; eadem item captum. Quapropter nonnulli scriptores hanc illi pugnę haud imparem existimarunt, quę à Græcis est ad plateas decertata, Geloniscq; fallaciam consilijs Themistoclis minimè postabẽdam. Tum laudis principatũ propter utrorũque uirtutis claritatẽ, partim istis,

Gelonis laus.

partim

partim illis, pro suo quisq; studio tribuere cõtendunt. Nam cum Grecorũ Siculorumq; pariter ante initã pugnã, Barbarica utrinq; hostium acies sola multitudine perterruisset, ac pene fregisset animos, prima à Siculis certamina tẽtata, primaq; ex Sicilia in Greciam diuulgata Gelonis uictoria, spem simul Grecis fiduciamq; iam propè relapsam, ad priscę uirtutis audaciã reuocauit. Vtriusque prętera exercitus imperatores, dispari lõgè fortuna iactati, haud dubiũ rei utriusq; gestę discrimẽ uidẽtur prębuisse. nam Xerxẽ cõstat cũ multis millibus Grecia fugatũ potius q̃ uictũ excessisse. Carthaginensium uerò nõ duces modò cęsos, uerùm iusta acie collatis signis, pugnãdo à Siculis ita profligatos ordines deletasq; copias omnes, ut ne nuncius quidem cladis (ut ita dixerim) tantę multitudinis superfuerit. Imperatores item ambos omniũ in Grecia clarissimos, Pausaniam atq; Themistoclẽ, malè post ea gesta acceptos: alterũ ob ambitionẽ nimiam proditionisq; insimulationẽ necatũ à suis ciuib. alterũ extra Greciã penitus eiectũ, & ad Xerxẽ inimicissimũ tandẽ confugere, & apud eum exulẽ uitã degere coactũ. Gelonem cõtrà, parta uictoria, assiduis clariori busq; indies munerib. ac meritis à Syracusano populo ornatum, in regno consenuisse, magnaq; in omnium admiratione habitũ, mortẽ obijsse: atq; adeò gratia apud suos ciues memoriaq; ualuisse, ut tribus deinceps per successionẽ ducibus, perinde ac hęreditario iure cõstitutis ex ea familia imperiũ ciuitatis continuatũ fuerit. De his itaq; iam satis. Nec enim hi quibus per uirtutẽ & res præclarè gestas haud dubium glorię nomẽ partũ uidetur, fuerãt apud nos meritis laudibus fraudãdi. Deinceps uerò ad continuandã superioribus narrationem reuocabimur. Eodẽ nanq; die cõpertum est à Gelone debellatos hostes, & in Thermopylis Leonidam cum socijs dimicando, intra Xerxis castra occubuisse: ueluti quoddã de industria numẽ id curasset, clarissimamq; hinc uictoriam illinc glorioßissimã mortem eodẽ tẽpore, pari momento rerum, pariq; uirtutis exẽplo subijci, ambiguo pręferendę laudis iudicio cõstituisset. Cõfecto ad Himeram pręlio, 20. naues lõgę ex omni numero incẽdium euasere. Quas Amilcar ad exercitum cõmoda rerumq; necessariorũ usum deduci fecerat: quę dum pugnarẽt acies, omniaq; igne rapi uiderẽtur, & iam uel cęsi, uel capti forẽt ferè omnes, remis periculo subtractę sunt: cumq; ex profligata acie multi ad eas cõfugerent, quantũ quęq; numerũ capere poterat fugientium, repletę uiris, in patriam reuehebantur. Has medio in cursu tẽpestas atrox irruens, discussit atq; hausit omnes: ex quo naufragio pauci admodũ parua quadã scapha erepti tẽpestati, Carthaginem peruehuntur: ciuibus suis affatu breuissimo nunciant, copias quę in Siciliam traiecerant, funditus periisse omnes. Carthaginenses uerò tanta tamq; inexpectata strage obruti, repentè consternatis adeò atq; attonitis trepidare animis, circum omnia suspectare, nihil tutum firmumq; habere ut in singulas noctes ad custodiam urbis circa mœnia uigilias agerent, tanquã sibi id compertum esset, Gelonem illicò cum omnibus copijs Carthaginẽ traiecturum. Tum tota passim ciuitas propter occisorũ multitudinem luctu publico sordidata mœrore: cõploratio quoq; familiarium passim exaudiri, resonare ædes fletibus lamentisq; miseris, amissos quisq; suos complorare, alij fratrum, alij filiorũ desiderio impacatè lugere, pueri parentibus orbati cuncta misericordia replere, calamitatẽ solitudinemq; suam deplorãtes, frustra miserabili uoce genitores quisq; suos ex morte uocare, auxilio sese destitutos omni, fletu inexpleto, ululatuq; fortunã ipsam clademq; urbis exasperare. Carthaginẽses igit̃ ueriti ne Gelo expedita profectione accelerãs, Libyam occuparet, statim legatos ad eum mittũt, uiros qui in magistratu essent potẽtißimos quosq; qui mitigando uictorem cũ eo de rerum summa agerent, consultarentq; quid ad rem suam conduceret. Gelo parta uictoria, equites qui Amilcarem oppresserant, magnis exornat donis, reliquisq; quorum egregia ac fortia facta extabant, unicuiq; pro meritis præmia ampla largè distribuit. Lectis spolijs, quæcunq;

cunq; ſpecioſa præſtãtiq; forma reperta fuerint, ſecerni, ſeruariq; ſeorſum mãdat, ſtatuens ipſa Syracuſanis templis ornamento diſponere: reſiduorum partem Himeræ diſtributam, præſtantiſsimis quibuſq; templis reliquit. Quod deinde reliquum fuit, unà cum captiuorum turba, cõputatum in militum ſocio-rum capita diuiſit, pro cuiuſq; ordine militiæ & exercitus numero diſtribuendi ratione ducta. Ciuitates autem eos quos ſibi ſors dederat pro ſeruis habuere, publicaq; per eos opera & labores exercebant: quorum maxima Acragãtinis multitudo cum obtigiſſet, urbem agrosq; ſuos eorum opera excoluere. tantus nanq; numerus eis captiuorum erat, ut plæriq; inter eos priuati, quingentos in uinculis haberent. Cuius tantæ multitudinis cauſam præbuere tum milites Acragãtini, qui ex bello in patriam cum captiuorum ſorte ſua rediere: tum quod inclinata iam acie multi Barbari in loca mediterranea, maximeq; in tra Acragantinorum fines confugerant. Quibus omnibus uiuis captis, Acragantina urbs repleta eſt: quorum magnus numerus in publicum relatus eſt, et ad lapides excidendos addictus. Ex quibus non deorum modò maxima extruxere templa, uerùm & cloacas, ad educendas ex urbe aquas, tanta magnitudine conſtruxere, ut ſit ſpectabilis ſtructura, licet propter utilitatem contemnatur. His uerò extruendis operibus præfectus fuit quidam uir nomine Phæax, qui propter ſtructuræ & ædificij excellentiam id conſecutus eſt, ut cloacas illas Phæcas cognominarent. Conſtruxere item Acragantini magnis impenſis natatoriam ſeptem ſtadia circumuectam, uiginti cubitos profundam. In quam cum fluuiales aquæ riuuliq; fontium elicerentur, tum pabulo loci, tum aquarum temperamento gigni atq; ali piſces primùm cœpti: poſt, per tempus mirum in modum aucti, piſcinam eam fecere, quæ non ad uſum ſolum ſatis, uerum etiam ad delitias piſces ſuppeteret, cignorum quoq; phalanges in eam deuolantes, ibiq; uerſatæ, conſpectu pulchrum atq; amœnũ locum reddebãt: tandem curſu temporum diu neglecta cõputruit, collapſaq; eſt. Agrum præterea totum, innata pręſtantẽ ubertate, uitibus paſsim conſitum, omnigenisq; refertũ arboribus ſparſere, ita ut plurimũ inde fructus uectigalium q; demeterẽt. Gelo dimiſsis ſocijs, ciues ſuos Syracuſas in ſedes patrias reduxit: ob ſingulare mq; clementiã & comitatẽ nõ ciuib. modò ſuis chariſsimus, uerũ apud omnes Siciliæ populos in ſumma erat authoritate & gratia, cum tantũ eius ductu captiuorũ ſe numerũ habere cernerẽt, ut uniuerſa propè Libya uideretur intra eam inſulã capta teneri. Vbi ea geſta ciuitates circũ percepere, quæcũq; partes aduerſas tutatę fuerãt, legatos illico ad eum mittũt, qui detrectati hactenus ab ſe impij ueniã petãt, polliceanturq; ſe deinceps quicquid imperatũ fuerit, paratos obſequi. Ille ſe omnib. facilẽ & comẽ prębẽs, oblitusq; iniuriæ, ſocietatẽ cũ eis iunxit, ac reb. ſecundis adeò moderatè ac humanè nõ in eos modò uſus eſt, uerũ etiã Carthaginẽſes, olim tã infenſos acerrimosq; hoſtes. Nã cũ eorũ legati ad ſe ueniſsẽt, orarentq; multis cũ lachrymis, uti de meritis ſuis iniuriæq; ignoſceret, ac meminiſſe uellet rerũ humanarũ, pacẽ ea cõditione cõceſsit, ut pecuniã eo bello cõſumptã Siculis reſtituerẽt, ad duo millia argẽti talẽta: duas inſuper impat naues ſibi inſtructas mitti, quas in pacis cõpoſitæ teſtimonium & certũ pignus fœderũ ſtatui ęquũ eſſet. Carthaginẽſes ſalute rerum ſuarũ in tãta hoſtis uictoria præter ſpẽ impetrata, nihil de poſtulata pecunia detrectãt. Inſuper coronã auream Damaratæ Gelonis cõiugi ſpondẽt adiecturos: ea em ab illis orata, magno ad pacẽ impetrandã patrocinio fuit: cẽtumq; auri talẽtis ab illis coronata, nũmi cudit qui ab ipſa uocatus eſt Damaretius: cõſtabat autẽ hic decẽ Atticis drachmis. idẽ à Siculis ob quinquaginta, quib. pẽdebat, põdo, dictus eſt quinquaginta libriũ. Igitur Gelo prudẽter ad æquũ & bonũ cuncta cõmodeq; adminiſtrando, modeſtia quadam ſingulari clementiaq; natura, gratiam ſibi omnium conciliabat: maximo nãq; ſtudio nitebatur, etiam ſingulos quoſq; priuata ſibi munificentia deuinctiſsimos haberet, quo uel publica authoritate,

Acragantina urbs captiuorum operis exornata.

thoritate, uel priuata gratia per officium multitudinis iam sibi meritis obnoxium quàm maximas cogeret copias: moxq; uti in animo erat Græcis se coniungere contra Persas. Cumq; iam cuncta ad id haberet expedita, nauesq; pro cinctus copijs conscendere pararet, quidam ex Corintho naue aduecti nunciant ei, nauali pugna collatis signis cõserta, Græcos apud Salaminem uicisse, Barbaricas uires mari penitus deletas, omnia hosti in fuga esse: Xerxem cum parte copiarum ea clade accepta, diffisum cœptis, Europa excessisse. quo audito uoti compos, mox ab incepto destitit: militum nihilominus officium promptosq; ad parendum animos excipere aliqua gratia confirmareq; studens, comitia edicit, mandans omnib. uti eò armati ueniant. Ipse uerò nõ solum armis nudo corpore, uerum absq; tunica interiori, solo tectus pallio in concionẽ prodit: tum uitam ibi suam explicare omnem, singulasq; res cœpit à se gestas erga Syracusios accurata ratione, causis unicuiq; adiectis, declarare. Cũq; singula quæq; nutu signisq; apertis tota cõcio cõprobaret, mirarẽturq; admodũ quod nudũ corpus armatis obtulisset, ut si cui libuisset eius interficiendi iam idonea facultas prẽberet, tantũ à tyrãnidis suspicione abfuit, tamq; indignus quẽ tyrãni loco iraq; insectaret uisus, ut sublata in unum mox omnes uoce lætis clamoribus benefactorẽ quisq; suum, liberatorẽ patrij soli, regẽ rerum unicũ salutarẽt. Concione dimissa, rebusq; pro re cõpositis, inde discedit Gelon. Moxq; ad extruenda Cereri & Proserpinæ tẽpla ex manubijs hostium spolijsq; summo ornatu, ingenti impẽsa magnificentia miroq; artificio curãm negotiumq; omne deinceps cõuertit: simulq; tripodẽ 16. auri talẽtis eductum, in Delphos mittit, quem Apollini in tẽplo dedicat, pro gratia numinis & benæ rei gestæ habẽda, & in posterũ cõcilianda. Post hæc in Aethna quoq; Cereri templũ noua luna ædificare ingredit, quod extremo fato interpellatus reliquit imperfectũ. Eodẽ tẽpore claruit inter Lyricos poẽta Pindarus. Hæc fermè sunt, quæ digna memoratu eo anno gesta fuere. Præfecto autẽ Athenis Xantippo, Rom. Consules delegere, Q. Fabium Syluanũ, & Seruium Cornelium Tricesimũ. Eodẽ tẽpore reliquiæ classis Persicæ, quæ ex prælio apud Salaminem gesto aufugerant, circa Cumã uersabãt, exceptis Phœnicib. qui, uti dictũ est, regijs minis se subripuerant, ibiq; hybernis actis, ubi æstas spirare cœpit, Samũ uersus Ionia euitata nauigãt, quò suprà quadringẽtę naues cõuectæ sunt. Quæ quidẽ Ionas iam ueluti à se alienatos & inclinatis in aduersas partes animis, obseruãdo, urbes uitabant, quarũ fidẽ suspectã habebant. In Græcia uerò post rem apud Salaminẽ bello nauali prospere gestã, cũ Athẽnienses eius uictoriæ haud obscuri authores haberent, atq; ob eam rẽ elatis animis, nulli iam dubium esset, eos deinceps Lacedæmonijs rerũ naualium haud sponte cõcessuros principatũ: id Lacedæmonij præcauẽtes, summa ope nitebant superbiam Athenienſium deprimere, & extenuare gloriam. Quare cũ iuditium de his qui cæteris fortius ac prẽclarius pugnassent, propositum esset & suffragia, quibus plurimum ualebant, obtinuere inter iudicia, primas eius uictoriæ partes urbi Aeginitarum decerni: inter uiros uerò Amniæ ciui Athenienſi, germano Aeschyli poẽtæ, palmã fortitudinis dari: quod cũ triremis unius esset præfectus, certamẽ iniisset primus, Persarumq; primã nauẽ, qua classis prẽfectus totius uehebatur, impetu facto, magna ui pugnando discussisset ipse, hostium prẽfecto in ea interempto. Athenienſibus autem ob id uirtutem gestaq; sua haud merito loco habita grauiter ferentib, Lacedæmonij ueriti, ne eius indignatione rei cõmotus Themistocles, cõsilium aliquod aduersum se reliquosq; Græcos machinaretur, cõgeminatis eum donis præ omnibus qui fortiter fecissent, ornatũ cõciliant: quẽ quòd minimè fuerant à Themistocle recusata, populus indignatus, eum magistratu abdicat: in cuius locũ Xanthippus Amphronis dux suffectus. Diuulgata iam passim Athenienſiũ à reliquis Græcis secessione, legati simul à Persis Græcisq; mittuntur Athenas. Persæ duci Athenienſiũ exponũt, Mardoniũ ducem

Athenienſium et Lacedæmoniorum cõcordia labefactatur.

ducẽ Athenienſibus polliceri, ſi partes Perſicas ſequi uelint, agrum quocunq; Græciæ loco delegerint, ſe daturum. Tum mœnia ſimul ac templa reſtauraturum, ciuitatémque permiſſurum liberam ſuis legibus inſtitutisque uti. Lacedæmoniorum legati contrà multa commemorando, demum hortari, ne priſcam prudentiam ſuam uanis pollicitis pellici ſinerent, rerumq; momenta ſuarum temerè fidei Barbaricæ credere uellent, ſed retinere potius ac tueri pergant antiquam cum Græcis cognatis finitimis'que eodem cælo, eiſdem moribus consuetis ſocietatem amicitiámque. Barbaris ita ab Athenienſi ſenatu reſponſum, nullum tam felicem Perſis eſſe agrum, nullam tantam auri quantitatem offeri poſſe, qua ad Græcos deſerendos prodendòſque impellere ualerent Athenienſium animos. Lacedæmonios hortantur, ne quam principio ſuſcepiſſent Græciæ curam defenſionémque, deinceps relinquere, ac potius eo quo egregiè cœpta animo, eam gerere ac proſequi ſtuderent: ſe pro rerum ſuarum ſummā nunc poſtulare, uti quàm celerrimè cum omnibus copijs in agrum Atticũ traijciant: certis compertum ſignis habere, Mardonium, ubi renitentes ſibi Athenienſes acceperit, illico exercitum Athenas contraducturum: quod haud ſecus ac rati ſunt, accidit. Nã Mardonius in Bœotia cum copijs in ſtatione poſitus, primò ciuitates in Peloponneſo ad defectionem ſollicitando, tẽtauit pecunijs optimatum omnium ac principum animos. Poſtea reſponſo Athenienſium audito, grauiter commotus, copias omneis in Atticum agrum inducit. Nam præter eos quos à Xerxe acceperat, magnam inſuper concitauerat ipſe multitudinem ex Thracia, Macedonia, reliquisq; ſocijs gentibus, ad ducenta armatorum millia. Cum itaq; tantum in ſe irrumpere exercitum cernerent Atheniẽſes, mittunt tabellarios auxilium à Lacedæmonijs imploratũ. Cumq; id differretur. irruẽtibus in Atticum agrum Barbaris, re deſperata, rurſus Athenienſes correptis liberis & coniugibus, cæteriſq; rebus quæ celeriter efferri poterant in naues, relicta patria, comportant omnia: rurſusq; in Salaminem confugiunt. Mardonius uerò infenſa atq; impacata in eos furens ira, diripit uaſtátque regionẽ uniuerſam: mox ad urbem conuerſo impetu, monumenta, ædes, templa, & quicquid primo excidio ſuperfuerat, nulli rei parcẽdo, cuncta prorſus ſubuertit. Interea dum Mardonius Athenas agmine furenti contenderet, conſenſu habito cultorib. conſultoribus Græciæ uiſum eſt, accerſitis coactiſq; ſecum Athenienſibus, una cum omnibus copijs in Platæas contendere, ibiq; pro libertate belli fortunam experiendam, ubi extremum periclitari commodiſſimum eſſet: dijs uota publicè nominanda, ſi uicerit, eadem die uictoriæ ad numinis gratiam propitij omnem Græciam libertate fruituram, certamenq; liberum, ludosq; libertatis in Platæis edituros. Cum itaq; in Iſthmo ea decretæ rei cõditione adducti ſtetiſſent omnes, cõuentum'que inter eos eſſet, ſtatuunt in ea ſtatione multitudinem iam coactã iureiurando, ad proſequendum bellũ adigere, & religione compeſcere, eo potiſſimum conſilio, uti cunctorum in unum coirent cõſti parentur'que animi: tum ea adacti religionis neceſſitudine, ueluti ſecura iam humanarum rerum mente, generoſius audaciús'que periicula quæq; ſubirent. Iuſiurandi uerò forma expreſſa erat, qua unumquẽq; nominare neceſſe erat, ſe non grauiori diſcrimine habiturum, cariorue loco uitam quàm libertatem penſurum: duces deinde ſuos, neq; dum uiuerent uncq;, neq; in mortis neceſſitudine politos deſerturum: tum ſocijs in pugna cæſis, ſepulchrum pro uiribus paraturum. Sin bello barbarico uictor euaſiſſet, nullum in eo periclitatam urbem euerſurum: templáque igne, uel alia quacunq; ui diruta, nuſquam ulla reſtauraturum: ſed eas ruinas pro monumentis Barbaricæ ſuperbiæ furorisque impijſimi, poſteris relicturum. Iureiurãdo demum eis uerbis adacta multitudine, per Citheronẽ in Bœotiam traijciunt: tum in planiciẽ prouecti, ad radices eius iuxta fluenta caſtra ponunt. Dux erat Athenienſium Ariſtides, ſed apud Pauſaniam Lacedæmonium ſumma imperij uerſabatur, qui tum

Mardonius Atticam inuadit.

Græcorum de reſiſtẽdo barbaris coniuratio.

quitum Leonidæ pueri tutor erat. Mardonius simulac hostium copias comperit in Bœotiam tendere, educto Thebis exercitu, ad Asopum fluuium properat, ibiq; castra munit fossa profunda, uallo'que ligneo circumducta. Cæterum Græcorum erat numerus centum millium, Barbarorum ad quingẽta millia hominum. Tumq; Persæ nocty effusa per campum acie, citato cursu certamen adoriuntur: præmissoq; ad castra Græca equitatu, dum furioso agmine procursarent, multa ui irruptionem tẽtantes, hunc impetum Athenienses primi excipiunt, uti erant ante alios excita & uigili sollicitudine procincti. Concurrentibus deinde alijs, grauis atroxq; pugna committitur. Tum reliqui Græci quoscunq; Barbaros contrà instructos, ut suo quisq; loco cornuq; pugnando steterat, tandem in fugam uertunt. Solos Megarenses, quibus aduersus equitum præfectum, roburq; Persici equitatus certamẽ obuenerat, urgebat ad modum pugnæ moles: nec tamen locò cedebant. Cæterũ in re ardua nuncios ad Athenienses & Lacedæmonios mittunt, uti quàm celerrimè laborantibus aciei iam nutanti succurrant. Quo audito, Aristides delectos Athenieosium, qui circa eum stipati pugnabant: illicò Megarensibus occurrere, auxiliumq; ferre iubet: Hi collectis armis citato cursu in Barbaros feruntur: trepidantemq; Megarensium aciem periculo incumbenti liberant. Ibiq; cæso equitum Persarum duce, magnaq; eorum deleta multitudine, reliquos in fugam uertunt. Ita Græcis hoc primum pugnæ certamen felix, ueluti per omen quoddam fiduciam simul atq; initium reliquæ uictoriæ obtinẽdę attulit. Post hæc relicta planicie, castra in locum munitiorẽ, situq; ad uictoriam magis idoneo mutãt. Nã à dextris excelso claudebantur pręruptoq; colle, sinistram fluuius Asopus pręterlabens cingebat: medio inter hæc campo satis natura munito stationem copiasq; locant. Situ locorum circum omnia tuta præstabantur. Græcis itaq; singula quæq; consilio prudentiaq; maturantibus, maximum ad assequendã uictoriam inter cætera momentum locorum angustiæ contulere. Nam cum per angusta producere ordines expediręq; aciem cũ hostibus minimè liceret, nec magnas simul copias breuis tractus admitteret, multa millia belli munere uacare oportebat. Ea itaq; loci munitione opportunitate freti, Pausanias & Aristides expediti iubẽt copias, educũt ac pstationis cõmodo acie instructa in hostes procedũt. Mardonius eisdẽ angustijs cõpulsus confertã instruere phalangem, q̃ cõmodè ualet ordines in acie disponit. Tum clamore, Barbarico more sublato fertur in Græcos. Sequebaṫ circũsistebatq; inuadentẽ ad corporis defensionẽ delectissima iuuẽtus: agmine stipato Lacedęmonios uti cõtrà instructi steterãt adorit, ibiq; strenuè pugnãdo magnã Gręcorũ stragẽ fecit. Resistẽtibus intrepidè ferociterq; Lacedæmonijs, nec usquã periculũ declinantib. passim cadebãt Barbari: donec Mardonius cũ fortissima secũ manu in bello cõstitit: sustinere Barbari cõtentè certaminis molẽ. Cęterũ simul ac cecidisse Mardoniũ fortiter pugnantẽ diuulgatũ est, electosq; secũ omnes partim cæsos, alios uulnerib. cõfectos, fractis animis in fugã uertunt. Quos cũ Gręci palãtes insectarentur, pars intra uallũ cõpulsi, ex reliqua multitudine Gręci qui cũ Mardonio militauerãt, intra Thebarum mœnia se recepere, reliquos ad quadraginta millia cogẽs Artabazus, uir inter Persas præclarus uirtute audaciaq; præcipua in alteram partem furtim subfugiendo duxit, ac confestim discedens inde, breuibus itineribus in Phocidas proficiscitur. Exercitu Barbarorũ eo modo profligato, atq; in diuersa per fugam dissipato, Gręci pariter quacunq; fugientem uident hostem diuisis in partes totidem copijs insectari properant. Atheniensium, Plateensium, ac simul Thespiensium acies, eos qui Thebas profugerãt, persequunt. Corinthij, Sicyonij, Phliasijq;, nõnulli præterea alij eas premẽbãt copias, quæ cum Artabazo fugiebat. Lacedęmonij cum reliquo exercitu uallum & munitiones adoriuntur, raptimq; ad omnia simul loca impellere obsistẽtes Barbaros, atq; irrũpere conant. Thebani ad se fugientes intra mœnia ac

Græcorum pugna Plateensis cum Mardonio.

cipiunt recreantq; tum directa acie insectantib. Athenienſib. ire obuiam prò-perant. Certamen ſub mœnibus atrox cõmittitur: Thebanis ſtrenuè pugnantibus, haud pauci ex utraq; acie cadunt. Cæterum ab Athenienſibus tandẽ ſuperati, intra urbem compelluntur. Deinde Athenienſes ad aciem Lacedæmoniorum reuerſi, ſimul cũ illis eos qui intra caſtra ſe tuebant Perſas expugnant. Vbi cum acerrimè pugnaretur utrinq;, Barbaris ex loco munito petẽtibus hoſtem, Græcis uallo munitionibusq; per iniquos acceſſus ſubeuntibus, multi perire incautius victoriæ ſtudio pugnantes, nec parua multitudo telis transfigi, nihilo tamen ſecius dimicando utriq; obnixè perſiſtere, hi laudis, illi ſalutis quoad ualeant, retinendæ gratia mortem intrepidè oppetere. Poſtremò neq; uallum (quanquam munitiſsimum) neque Barbarorum manus ſtrenuè reſiſtentes, Græcorum impetum uimque ſufferre ualuit, ſed undique ex propugnaculis pulſi cedere, munitionesq; impulſu hoſtiũ deſerere coacti ſunt. Certabant enim inter ſe duces Græcorũ æmulatione laudis: Lacedæmonij atq; Athenienſes ſuperioribus quiſq; victorijs, & rebus proſperè geſtis elati, necnon & uirtute quiſq; ſua cõfiſi. Captis tandem ui caſtris, re iam deſperata ac propè extrema, Barbari orare, uti victis captisq; tantũmodo uiuere liceret: nihil eius ab infenſo hoſte miſeris, re nihilominus adhuc dubia eſt impetratum. Nam dux Græcorum Pauſanias cõperta hoſtium multitudine, cum ſe uinci numero cerneret, uerebatur ne per miſericordiam parcendo, ipſis quippiam aduerſi pararetur. Vnde edicto propoſito, ne unus quiſpiam caperetur, incredibilis breui tempore, nihil prorſus in deſperatione reſiſtentium ſtrages edita eſt: uixq; tandem cæſis iam ad centũ millia, à cæde ceſſatum. Hoc euentu pugnæ potiti Græci, ad ſuos qui in acie ceciderant ad 10000. ſepeliendos ſtudia cõuertunt. Tum ſpolia hoſtium in capita militum diſtributa: mox de his qui fortiter & præclarè feciſſent, ratio iudiciumq; habitũ. Ac decernẽte Charitide, inter ciuitates Spartæ, inter uiros Pauſaniæ uerò Lacedæmonio, uirtutis honos eſt declaratus. Artabazus coactis ex fuga ad quadraginta millia Perſis, per Phocida & Macedoniam profectus, exploratiſsimo inceſſu cautiſsimaq; uia proficiſcebatur, maximis tamen itineribus accelerans, ſaluos & incolumes eos omnes in Aſiam perduxit. Græci uerò decima ſpoliorum delecta, aureum tripodẽ inde cõficiunt, atq; in Delphos miſſum dedicant, in quo hoc elogium incîdi fecerant:

Hunc tibi dant Graiæ tutores Phœbe ſalutis,
Seruitium genti qui repulére ſuæ.

Inſcripſere rurſus Lacedæmonis, qui in Thermopylis ceciderant, communi titulo hoc:

Millibus hi contra pugnarunt Marte ducenis,
Ex Peloponneſo millia bina duo.

Priuatim uerò ipſis hoc inſcriptum:

Dic hoſpes Spartæ nos te hic uidiſſe iacentes,
Dum ſanctis patriæ legibus obſequimur.

Ab Athenienſi quoq; populo ſepulchra eorum qui bello Perſico ceciderãt, ornata ſunt: ac tum primùm funebres ludi & certamen inſtitutum ad ſepulturam, fieriq; cœptum. Lexq; etiam lata, uti rhetores præcipui laudes eorum edocendas & geſta commemoranda ſuſciperent, qui publica ſepultura donati eſſent. His peractis, Pauſanias imperator recreato exercitu, curatisq; corporib. cõtra Thebas caſtra tẽdit, authoresq; prioris ſocietatis depoſcit omnes ad ſupplicium. Thebanis multitudine ſimul hoſtium uirtuteq; perterterritis ac conſternatis, ipſi authores defectionis præcipui, haud quicq; recuſantes, dedũtur. Quos omnes Pauſanias ſupplicio affectos, necat. Eodẽ quoq; die quo pugnatũ eſt ad Platęas, in Ionia graui cũ Perſis certamine à Græcis cõflictũ eſt. Quod deſcripturi, ab ipſo rurſus initio rẽ ordiẽdã duximus. Leotychidas igit Lacedæmonius, & Xãtippus Atheniẽſis, exercitus naualis duces, poſt prælium ad Salaminem

laminẽ certatũ, classem apud Aeginã cõtrahũt: ibiq; aliquot cõmorati dies, in Delũ nauigant cũ ducentis quinquaginta triremibus. Cumq; illic in statione manerẽt, legati à Samijs ueniunt, orantes, uti Græcos qui Asiam incolunt, imperio Barbarico oppressos, in libertatem uendicare uelint, concessu primatũ cum ducibus coacto. Legatis Samĩ auditis, una omnium sententia decretum est, ad liberandas ut postulabatur, ciuitates proficiscí: statimq; ex Delo soluũt. Duces Persicæ classis apud Samum cum nauibus stantes, comperta nauium Græcarum aduersarum se omnium nauigatione, Samo classem omnem abducunt: inde in Micalen Ioniæ recepti, nauigia omnia subducunt. Cumq; ea conspicerẽt ad pugnam haud prorsus parata, uallo & profunda fossa circunducta locum muniunt, nihilo segnius interim ex Sardibus & finitimis undiq; populis copias pedestres comisere. Coactusq; inde exercitus militum ad centũ millia: rerum simul omnium ad bellum facultatem sibi comparant, rati quamprimum Ionas ad hostem defecturos. Leotychidas uerò instructa classe uectus, nauẽ ad Barbaros, qui apud Micalen coacti manebant, præmittit: præconemque in ea imponit, qui uocis amplitudine tonoq; proclamandi exercitum omnem Græcum superabat. huic mandat, uti littoribus hostium adnauigans, iuxtà quanta possit uoce, ut hostes audiant, intonet: Ad Platæas debellatum esse, Persas ibi profligatos, stratam'que prorsus aciem, Græcorm potestate per uictoriam teneri omnia: Deletis ita funditus hostium copijs, iam aduentare Græcam iuuentutem instructa acie, nec abesse procul ad reparandam Græcis in Asia ciuitatibus libertatem. Id à Leotychida & collegis consilo callido, bellicæq; artis astutia memorabili tentatũ: ratis, Græcos omneis, qui cum Persis haud sponte militabant, ea uoce audita, ueluti cõtigit, illico defecturos, magnoq; tumultu Persarum castra turbatũ iri. Nam prẽcone nauibus subductis hostium obnauigãte, ac magna uoce quæ iussus fuerat extollẽte, Persas repentè perculsos, pauor ingens simul & suspicio penitus perturbauit, nec Græcis deinceps amplius fidere. At uerò Græci qui cum Persis in statione erant, conueniunt undique simulq; conspirant omnes: Leotychidas collegæ'que explorati locis, cõparato exercitu copias exponũt. Postera die, cũ arma expedirent instrueretúrque acies, rumor cœpit repẽtè increbescere, Persas à Græcis ad Platæas profligatos. Quo perciti Leotychidas & collegæ aduocata concione milites ad pugnã accẽdunt, atq; inter multa alia ad concitãdos ordines, adductã uictoriam ad Platæas læto clamore proponũt, cuius lætitia spẽq; elatis animis maiorẽ fore pugnaturis militibus audaciam prospiciebant. Mirum lanè atq; incredibile admodum, res incertis omnibus euentu cõprobata. Nã cõpertum est utrasque eadem die acies instructas, & ad Platæas, & ad Mycalen cõflixisse: quare uisus est Leotychidas nondũ audiuisse uictoriam: sed sua spõte lætum nuncium fugiendo, ad decipiendos arte hostes id fecisse. Nam locorum illorum interualla, certo argumento sunt, nuncium eius tam breui tempore minimè perferri potuisse. Cæterum duces Persarum haud iam quicquam Græcis fidentes, arma eius dempta, socijs tradunt: conuocatáq; multitudine, Xerxem nunciant cum magna manu iam aduentare, haud procul illinc castra posuisse. Atque ita accensi omnium ad periculum parabantur animi. Instructa tum utrinque acie, atque in certamen expedita, cum in conspectum hostium ueniissent Persæ, contempta primùm paucitate, mox clamore sublato, in aduersos feruntur. Tum Samij Milesij'que ad ferendũ Græcis auxilium haud segnes, copias educere omnes: alius alium hortari, communi inuicem studio quamprimum sese socijs ostendant properare: rati, Græcis conspecta sociorũ manu ad ferendum auxilium festinantium, audaciam simul ac spem animos e recturã: quod primùm secus accidit, ac putarant: ac propè pernicioſi causa fuit erroris. Nã Græcos suspitio inuasit, Xerxẽ coacto ex Sardib. exercitu, suis eo agmine subsidio aduẽtare atq; in se ferri. Itaq; cõspecta aduẽtantiũ acie, ingẽti

Samij à Leotychida & Xãtippo auxilia postulant aduersus Persas

terrore corripiuntur, tumultuq; per exercitũ & aciem repẽtè exorto, diuersi in-
Græcorum cũ Persis pugna ad Mycalen. ter se ac trepidãtes, alij ad naues cõfestim concedendũ cẽsere: alij stipato agmi
ne strictisq; gladijs, imperterritè perstandũ, haud hosti cedendũ. Dũ hęc inter
se tumultuarẽtur, Persarũ acies instructa repẽtè haud procul conspecta est, in-
fensis telis, miro ac terribili agmine iactatis in cœlũ uocib. irrũpẽs. Cumq; iam
nullũ Gręcis cõsilij ulterius capiendi spacium daret, ad impetũ Barbarorũ ex-
cipiendũ, necessitas acuit instruitq; omnes. Pugna inita, cum ab utraq; acie fe-
rociter atq; obnixà dimicaretur, res diu periculo ancipiti gesta, crebrique cade
bant utrinq;. Post ubi Samia Milesiáq; manus in aciem Græcam accepta, con-
ferere arma cœpit, auctis Græcorum uiribus, Barbari fracto animo in fugam
uertuntur: magna inde cędes editur. Leotychidæ & Xãtippi milites profliga-
tis acpalantibus instantes, ad castra usq; terga cædendo insectantur. Inclinata
iam acie, Aeoles & plerique alij ex Asia cum Græcis uictoribus in Barbaros cõ-
uersi, inter mediam fugam irruebant: mirum nãq; libertatis desiderium ciuita-
tes Asię cœperat. Vnde nulla neq; finitimorum memoria, neq; fœderum reli-
gione continebãtur: sed quos quisq; Barbaros sibi obuios habuit, promiscuè
necabat, cum alijs Gręcis uictoriam prosecuti. In hac acie Persarum ad quadra
ginta millia cæsa: qui superfuere, partim in exercitum, partim in Sardis conce-
sere. Xerxes accepta Platæensi strage, tum fuga suorum ad Mycalen, partẽ co
piarum in Sardibus relinquit, qui Gręcis irruentib. occurrerent, ipse tumultuã
ti perculsoq; animo cum reliquo exercitu proficiscitur, itineribus per Ecbata-
nos actis. Leotychidas uerò & Xãtippus Samũ adnauigãt, & Iones Aeolesq;
in societatẽ recipiunt. Post hæc eos hortãtur, uti relicta Asia migrare uelint in
Europã: pollicẽturq; populis qui Medorũ partes tutati sunt, ex Gręcia eiectis,
agros & sedes eorũ se eis daturos. In Asia remanẽtibus, finitimos circũ fore un
dicq; hostes, qui imperio & copijs semper essent superiores: tũ remotos nimio
interuallo socios haberi, ad auxilia pro re maturè ferẽda. His auditis, Iones Ae
olésq; statuunt recta monẽtibus obsequi, sesèq; ad nauigandũ cum illis in Eu
ropam cõparant. Huius rei pœnitentia capti Athenienses, contrà rursum con
sulere ac suadere nitũtur, ne sedes suas iam paratas temerè pro spe dubia dese-
rant: se semper uel solos, si reliqua Græcia recusarit, auxilia promptè laturos:
suspicabantur enim Ionas, ubi in communem Gręcię consuetudinem & habi
tationem recepti fuissent, per obliuionẽ uel contemptum non amplius Athe-
nas, uti originis suæ principiũ ac metropolim, ueneraturos. Vnde Iones reuo-
cata sententia, negant se Asiam sedésq; suas antiquas relinquere posse. His per
actis, Græcorum copiæ discinduntur, Lacedęmonijs in Laconiam nauiganti-
bus, Athenienses unà cum Ionibus & Insulanis in Sestum ferũtur. Xantippus
statim ex nauigationis cõgressu urbe oppugnata, Sestum capit: præsidióq; ibi
imposito, suos in sua quenque dimittit. Ipse cum ciuibus suis Athenas regredi
tur. Bellum igitur quod Medicum appellatũ est, uno anno perfectũ, hoc euen
tu pacatũ est. Inter scriptores autẽ Herodotus supra tẽpora Troiana repetẽs, o
mnia fermè quę passim gesta in continenti fuere, nouem uoluminibus cõpre
hendit. Cęterum in pugna ad Mycalen à Gręcis aduersus Persas habita, & Se-
sti oppugnatione, scribendi finem fecit.

In Italia autẽ Romani aduersus Volscos pugnãtes, eos superant, magna eo
rum cęde edita. Spurius uerò Cassius, qui præcedentis anni consulatum gesse
rat, regnum & dominationẽ affectasse cõuictus extinguitur. Hic itaq; annus
ea gesta habuit. Præfecto Athenis Demosthene: Romę consulatũ adiere, Fa-
bius, & Lucius Aemilius Mamercus. Horũ magistratu magna quędã pax Sici
lię insulã habuit, depressis ac penitus fractis Carthaginẽsium uiribus. Gelone
præterea optimo principe res Siculas opportune & cõmode administrãte, sta-
tu communi legib. optimis composito, comparatáq; eius studio uectigalium
rerúmq; ad usum omnium singulis quibusq; ciuitatibus copia. Cum uerò Sy-
racusij

tacuſij funebrem pompam priſco more ſupra modum ſumptuoſam lege exco luiſſent, ſumptuſq; in funeribus conſuetos preſcripto modo coërcuiſſent, adiectis etiam in lege expreſsisq; funerum actionibus, Gelo rex cupiens populi uoluntatem in omnibus ſequi, ſuoq; exemplo plebis ſcita comprobari, legem quam de ſepultura tulerant, in ſe ipſum ſeruauit. Nam morbo acri correptus, cum iam de uita & ſalute deſperaret, Hieroni fratri natu maiori regnum tradit. Cæterum de ſepultura & funere ſuo ante omnia legauit, ne uſquam diſcedere tur à lege: eoq; mortuo, ille qui ſucceſsit in regnum, ita uti iuſſerat, pompam eduxit. Cadauer eius in uxoris agro conditum, loco Nouem turres dicto, operum turris uel aggeris mira magnitudine, ac immenſo labore molium ſtrues extabat. Vniuerſa uerò ciuitas funus comitata, ad eum uſq; locum perduxit, qui ab urbe ducenta aberat ſtadia. Eo illic condito, populus illi ſepulchrum elegans mirificiq; operis extruxit, titulisq; heroicis Gelonis nomen commendauit. Ea monumenta fuere poſtea à Carthaginenſibus diruta: quum Agathocles per inuidiam erutas turres ſolo æquauit. Verùm neque publica Carthaginenſium inimicitia, neque priuata Agathoclis prauitas, neque alia ullius rei uis, Gelonis unquam potuit delere memoriam, gloriámque offuſcare: quippe quam ſuſceptam uera & immortalis hiſtoriæ teſtificatio commendauit, eius nomen æternitati prædicando. Eſt enim æquum, ſimúlque uitæ communi conducibile, malos eos qui poteſtatem geſſerunt, literarum monumentis uituperari: probos contrà, æternis commendatos laudibus illuſtrari. Nam maiorum æmulatione & memoria, plerunq; poſteritas ad communem beneficentiam incitatur. Gelo igitur ſeptem annos regnauit: Hieron ſucceſſor eius undecim & menſes octo. Cæterum in Græci poſt uictoriam ad Platæas partam, Athenienſes ex Trœzene & Salamine liberos uxoresq; ſuas Athenas in patriam reuehunt. ſtatimq; curam omnem ad cingendam mœnibus urbem conferunt: nec minus ad ea quæ ad defenſionem requiruntur comparanda, ſtudij atq; operæ datum eſt. At uerò Lacedæmonij moti per æmulationem admodũ, perculſiq; gloria Athenienſium, quam nautico adeptam certamine, haud ambiguè præ ſe ferebant, ſuſpectas eorũ res incrementaq; habere cœperunt: qua ſolicitudine acti, ab extruendis eos mœnibus prohibere ſtatuunt: cõfeſtimq; legatos Athenas mittunt, qui uerbis conſulant, minimè oportere ea tempeſtate mœnibus eam urbem muniri: id enim communi Græcorum ſaluti non modò non conferre, ſed maximè periculoſum eſſe. Si enim maioribus rurſus copijs Xerxes in Græciam tranſieciſſet, urbes occupaturum extra Peloponneſum ueluti ad rem ſuam munitas: ex quibus aſsidua eruptione reliquos ubiq; populos infeſtando, ac ſenſim debilitando, facilè poſſet Græcas res expugnare. Cumq; non audirentur legati in ſenatu, ad artifices ſe corripiunt, iubentq; eueſtigio inde diſcedant, opusq; relinquant. Tum dubitantibus Athenienſibus, quo potiſsimum in ea re facto opus eſſet, Themiſtocles in ſumma tum apud eos gratia & authoritate habitus, conſulit rem tum ſilentio diſsimulent: nam ſi ui contendere perrexerint, Lacedæmonios cũ Peloponneſijs exercitu inducto, facilè per uim munitiones opusq; impedituros. Percunctantibus inde legatis, quod tandem ſibi reſponſum efferrent, retulit tecto ambiguoq; ſermone, ſe propediem cum quibuſdam alijs Lacedæmonem legatum aditurũ, ibiq; tum de hac munitione Lacedæmonios ipſos docturum. Tum primoribus clàm nunciat, ſi legati fortè interea ex Lacedæmone pariter inſpectum exploratúmque miſsi fuiſſent, eos detineant, donec ipſe ex Sparta redierit: nihilo interea minus uiribus omnibus opus cœptum, quãta poterunt celeritate proſequantur: hac demum uia eos monet uoti compotes fore. Huic promptè cõſilio parent Athenienſes. Tum legati cum Themiſtocle Spartam mittuntur. At uerò Athenienſes cum ſumma feſtinatione ſtudioq; omnium mœnia extruunt, nulli neq; ædificio neq; ſepulchro parcunt. Pueri paſsim mulieréſque,

Gelonis laudes.

Lacedæmonij Athenienſium muros reſici prohibent.

hoſpites ſimul & ſeruitia operi proueh endo adhibentur, nulli ætati, nulli item conditioni eo labore uacare datur, omnes idem ſtudium exercet. Cumq; opificum multitudine ſimul & uniuerſi populi feruore ſupra quàm cuiquam credibile eſſet, opus eductum creuiſſet, Themiſtocles à principibus Lacedæmoniorum accitus, cum ei obiurgando munitionem obiçerent, id ipſe conſtanter negare cœpit, obſecrariq; ne uano rumori temerè fidem adhibere uellent, quin potius legatos fide probata mitterent Athenas, ita quicquid id eſſet, per eos re inſpecta certiores futuros: ſeſe inde collegasq; ſuos eius in fidem rei obſides offerre. His perſuaſi Lacedæmonij, Themiſtoclem collegasq; ſub cuſtodia haberi iubent. Tum legatos Athenas mittunt, clariſsimos uiros, quibus inſpicere cura ſit, quid facto opus eſſe cenſeant. Dum hæc ab eis tempore inter conſultandum labente quæruntur, per eam moram Athenienſes rem feſtinè prę occupatam maturant, murumq; circumundiq; ductum urbi perficiunt. Cę terùm Lacedæmoniorum legatos, qui cõtumelioſè minacibusq; uerbis Athenas, producto iam muro intrarant, in uincula conijciunt, eisq; aſſerunt, non antea inde relaxandos, quàm qui cum Themiſtocle ſeruarẽtur, contrà remiſſos accepiſſent. Hac itaq; arte Lacones deluſi, legatos Atheniẽſium pro recipiendis ſuis, dimittere coacti ſunt. Cæterùm hac Themiſtocles aſtutia mœnibus patriæ celerrimè expeditéq; circũdatis, magnã ſibi ciuium gratiam cõciliauit.

Athenarũ muri reficiuntur

Per idem tempus Romani bellum Aeſculanis Tuſculaniſq; intulere, atque acie cum Aeſculanis confligentes, eos ſuperant, magna multitudine hoſtium cæſa, tum Tuſculum ui pugnando capiunt.

Anno exacto Athenis præfectus eſt Adimantus. Romæ creati Conſules, Marcus Fabius Silanus, & Lucius Valerius Publius: quo tempore Themiſtocles aſtu ſolertiáque paſsim per res geſtas celebrata, non apud ciues modò, uerùm & per uniuerſam Græciam in maximo honore & authoritate habebatur: qua gloria ſublatus, alijs multo callidioribus ad principatum laudis ſibi comparandum uſus eſt artibus, quæ plurimum imperio, patriæ, rebus Athenienſium momenti eſſent collaturæ. Nam ubi nunc Piræum cernitur, cum nulla tunc illic portus commoditas haberetur, ſed eo ſolum pro nauium ſtatione Athenienſes uterentur, cui nomen tum Phalericum, anguſto admodum, excogitat ibi portum Piræum extruere, opus quidem ad educendum patuo ſumptu, rerúmque modico apparatu indigens, quo nihilominus pulcherrimus ampliſsimúſque omnium, qui in Græcia haberentur, portus efficeretur: eo nãq; Athenienſibus adiecto, ſperabat Athenas maris imperium ſibi facilè uendicaturas. Nam multa triremium corpora tum ædificata habebant. In bellis præterea naualibus aſsiduè ferè uerſati, magnã in re maritima peritiam gloriam'q; ſibi compararant. Ionas prę terea arbitrabatur, propter cognationẽ ſem per fore priuata quadã uoluntate & ſtudio addictos Athenienſibus: reliquis deinde Grę cis, qui Aſiam incolerent, recuperaturos libertatem Athenienſes, atque eo beneficio illorum animos ſibi perpetuò deuicturos. Inſulanos inſuper omnes tantis opibus, tantáque maris poteſtate perculſos, haud cunctanter eiſdem adhæſuros, copijs'que inſtructis uel ad inferendum, uel ad toleran-dum bellum plurimum ſubſidij collaturos. Inde Lacedæmonios inſpiciebat, pedeſtribus uiribus inſtructiſsimos, plurimúmque ea re præpollere cernebat. Cæterùm à certaminibus nauticis cùm imperitia, tum natura quoque abhorrere. Cum hæc itaque cuncta ratione diligentiſsima coniectaſſet, decreuit excogitatam rem cunctis clàm ſilentio tegere: nam ea diuulgata, id pro comperto habebat, Lacedæmonios imperij coaleſcentis æmulos haud id facilè paſſuros, illicóque opus ſumma ope prohibituros. In conuentu itaq; communi procedens, ciuibus denunciat, ſe res quaſdam magnas excogitaſſe, quæ ad ſtatum & incrementum Reipublicæ maximè pertinerent, quibus

Piræũ à Themiſtocle extruitur.

quibus exequendis consultorem pariter ac authorem sese offerret. Cæterùm diuulgari eas sine periculo certo magnoq; detrimento non posse: eius generis esse, ut nisi quàm paucissimorum fidei commendari minimè expediret. proinde à populo postulare, uti duos quoscunq; summa in republica fide uiros deligant, eis se rem omnem aperturum. Multitudine rationibus istis adducta, duo ueluti iussérat à populo ad id delecti, Aristides & Xantippus, non propter eorum singularē solum integritatem, uerùm etiam quòd istis de gloria & præstantia uirtutis cum Themistocle summum certamen gerebatur. Quamobrem abalienatis ab eo animis, eius consilia gestáque omnia per æmulationem obseruabant. Cum itaque his priuatim Themistocles cuncta exposuisset, populo referunt, excogitata Themistoclis & præclara esse, & ad reipublicæ statum magno momēto accedere, tum admodum facilia. Ingens primùm eius uiri admiratio mouit omnes: mox ex admiratione suspicio orta solicitare populū cœpit ne huiusmodi artibus & inuentis conciliando sibi plebis gratiam, ad quandam dominationis uim ea uia aspiraret. Iubent præterea, uti quæcunque concepisset consulta, cunctis palàm proderet. Ille nihilo secius in sententia tegenda perstare, miniméque esse expediens ea diuulgari, etiam atque etiam asseuerare. inde multo magis rursus magnanimitatem uiri populus constantiámque admirari: iubétque, uti uerbis ambiguis tectis'ue id conceptum significet, siquidem uel eo pacto censeat tutò, & cum re intimari posse: tum ueluti quæsiuerit, quo'nam pacto quod cogitasset, perficeretur, cum singulatim sententiæ in senatu percunctatio rogatioq; fieret, decretumq; esset, eum quæ ad rempublicam spectarent dixisse, factuq; facilia, tandem iam consentiente & unà cum senatu decernente populo, facultas ei potestásque data est, uti quicquid uellet exequeretur. Atque unumquenque ex eo conuentu discedentem, eius uiri uirtus haud parua mouebat admiratione, ibántque suspensis animis, prospectantes eius finem effectúmque consilij. Themistocles igitur accepto à populo rei prosequendæ facultate, cum rerum omnium copiam artificúmque ministeria satis ad id parata haberet, statuit rursus per astum fallere Lacedæmonios. Iam enim pro comperto habebat, ueluti in mœnium olim ædificatione obstare atque obnixè impedire studuissent Lacedæmonij, haud secus in portus constructu molestos Athenienſium consultis fore, quá que liceret occursuros cœptis, ac summa ope cuncta interturbare conaturos. Re itaque secum pertractata, statuit legatos mittere ad Lacedæmonios, qui doceant rebus Græciæ communibus maximè conducere: quin prorsus necessarium esse, uti portum quendam idoneum aduersus futuras deinceps incursationes tumultusq; Persarum sibi præparent. Hac re Lacedæmonijs per legatos proposita, dum diu consultatione implicarentur ambigua, nec ad extructionem portus prohibendam, hac re præpediente, magnopere intenderent, ille opus aggreditur. Cui cum omnes unà studijs accensis incumberent, incredibili celeritate portum amplissimum extruunt. Extructo portu, populum hortatur, uti singulis annis ad numerum nauium quum haberent uiginti, alias noua ædificatas materia adijcerent triremes: tum edicto proponerent, quicunque illuc migrare uoluisset, eos à uectigalibus & reipublicæ laboribus immunes liberosque fore: priuilegijs'que eisdem artifices eò confluentes munirent, uti turba hominum quàm plurima per commoditatem allecta, undique in urbem commigraretur, artificum multitudine quàm maxima munirentur. Nihil his duabus rebus ad maritimas opes parandas augendásque magis utile, magisque necessarium iudicabat. Et Athenienses quidem hisce rebus uacabant. Lacedæmonij uero Pausaniam, quo imperatore ad Platæas pugnatum fuerat, classi præficiunt, mandántque uti ad liberandas urbes Græcas properet, quæcunque Barbaricis adhuc occupatæ præsidijs ditione Persica tenerentur. Hic itaque ductis ex Peloponneso quinquaginta triremibus, triginta de-

inde Athenienſium adiectis, quas Ariſtides ductabat, primò in Cyprum nauigat, ibique ciuitates omnes quas præſidia Perſica tenebant, oppreſſas eas ſeruitute liberat: Inde in Helleſpontum ſoluens, Byzantium capit, quod à Perſis tenebatur; præſidiaq; ibi Barbarorum deprehenſa partim necat, alios inde eijcit, fugatq; Barbariem omnem, urbi libertatem reuocat: pleroſque etiam ibi Perſas, quos uiuos ceperat, inſignes uiros, Gangyllo Eretrienſi in cuſtodiam tradit: eos, uti ipſe ferebat, ad ſupplicium ſeruaturus, re uerò ipſa Xerxi per eorum reſtitutionem gratificaturus. Nam clàm per occultos internuncios & uarijs artibus amicitiam cum rege cõtraxerat, filiamq; illi rex ſuam deſponderat uxorem, ut Græcos ſibi proderet. Huius rei Artabaxus interpres & internuncius fuerat, magnámque pecuniæ uim tranſmiſerat occultè Pauſaniæ: cuius largitione bonorum animos ad honeſtatem affectos tentaret, atque peruertere niteretur ſtudia libertatis. Cæterùm detecta res tandem eſt, atque ipſe ſuppliciò affectus hoc modo. Nam cum cibo menſiſque Perſicis delectaretur, contempto patrio more, cum tyrannico faſtu in ſubditos inſoleſceret, indignari omnes atque ægrè ferre: hique in primis, quibus inter Græcos aliqua principatus dignitas præterebatur: unde cum & milites in exercitu, & qui ex eadem gente quique ex eadem urbe eſſent, inter ſe morum deprauationem huiuſmodi per colloquia cum indignatione iactarent, & Pauſaniæ inſolentiam deteſtarẽtur: Peloponneſij demum eo relicto, nauigãt in Peloponneſum: tum per legatos Spartam miſſos, Pauſaniam accuſant. Ariſtides uerò Athenienſis, hanc occaſionem oblatam arripiens, aperto ſermone atque benigno ciuitates in conuẽtibus & communi colloquio effetus, lenire, multa docere, pleraq; ſuadere: ita ea in cunctos affabilitate uſus, priuata quoſque uoluntate conciliat Athenienſibus. Necnon etiam caſus quidam plurimum partes Athenienſium his quæ narrabo cauſis, reddidit meliores. Compoſita nanque Pauſaniæ ita res erat, ut quicunque epiſtolas ad regem tuliſſet, neminem redire inde permitteret, neca ret omnes, neque ullum occultę indicium rei ſineret extare. Quod quidam ex tabellarijs animaduertens, rem ſecum reputando, uti erat ſuſpicatus, epiſtolas ſibi creditas aperit: certiórque inde fit legendo, de tabellariorum nece iam ſuſpecta, ac ſtatim eas ad Ephoros affert. Hi uerò, quod epiſtolæ obſignaculis reſeratis ſibi allatæ fuiſſent, haud temerè fidem adhibendam putant: tum poſtulãtibus rem certiori indicio ſibi probari oportere, tabellarius pollicetur ſe proditurum Pauſaniam ipſum, haud ambiguè idemmet, quod in epiſtolis contineretur, confitentem. Profectus igitur in Tenarium, atque in templo Neptuni conſidens, duplici circum ſeſe tabernaculo ſepit, atque in altero ſe collocat, in altero Ephoros cum quibuſdam alijs Spartiatis occulit. Mox Pauſanias illuc ad eum properat, & percontanti quæ nam cauſa eum ad deorum aras ſupplicem confugere compuliſſet, ille reſpondens, conqueri multa cepit, & eum accuſare, quòd in epiſtola mandaſſet ſe à Perſis necari. Tum Pauſanias multa profari, pœnituiſſe eius rei ſe, ueniámque orare: tum obſecrare obteſtarique, uti ea occulta eſſe ſinat, amplam ſpem immenſáque illi dona, ſi id fecerit, pollicetur. Hoc peracto, diſceſſere à colloquio. Ephori uerò quique cum eis erant, comperta palâm ueritate, rem cum ſilentio habent. Cęterùm haud multo pòſt cum iam Lacedæmonia poteſtas unà cum Ephoris rem perſequi iudicio ſtatuiſſet, Pauſanias id præſentiens, in templum Palladis æneum confugit. Dubitãtibus tum Lacedæmonijs, num fas eſſet ſupplicem abſtractum ab aris depoſci ad ſupplicium, fama eſt Pauſaniæ matrem id templum petiſſe, taciturnámque intraſſe, neque quicquam præterea illic agitauiſſe, quàm laterem, quem tectum ſecum attulerat, in limine templi depoſuiſſe: móxque hoc peracto, domum ſe recepiſſe. Tum Lacedæmonios matris iudicio & facto admonitos, aditus templi omnes muro obſtruxiſſe, atque ita per inediæ neceſsitatem conſumpta uita, expiraſſe Pauſaniam. Eius cadauer his quorum intererat, permiſ-

Pauſaniæ regi Perſarum fauet.

Pauſaniæ mors.

ſum

sum sepeliri. Verùm numen ob uiolatam supplicum salutem succensuit. Nam cum Lacedæmonij Delphos ad oraculum capiendum misissent, à deo responsum fuit, oportere eos deæ supplicē restituere. Quod cum nullo pacto à se ita uti iussum erat, fieri posse cernerent, Spartiatæ per multum tempus ambigua sententia quid potissimū facto opus esset, solliciti ferebantur. Consilio demū ad eam rem, quà licuit, inito, statuas duas Pausaniæ æreas extruxere, quas in templo Palladis pro supplice constituerunt. Nobis uerò quibus in initio institutum est, per uniuersam narrationem uniuscuiusq; uiri probitatem & gloriā laudibus, quoad possumus, meritis prosequi: improborum contrà scelera turpitudinemq; digna detestatione conficere, Pausaniæ prauitas & proditio minimè est silentio prætereunda. Nam cui mortalium satis huius uiri insania posset esse admirationi, cuius cū clarissima in Græciam merita extarent, uictoria ad Platæas omnium saculorum memoria digna, tum pleraque alia præclara sa cinora, cui rei, quo consilio tantis gestis partam gloriam, & incomparabilem authoritatem posthabendam abijciendámque duxit, nomen sibi uirtute illustrarum, laudúmque & meritorum congestā undique gratiam, diuitijs simul & delicijs Persarum effœminato animo restingui, ac turgissimo impurissimó que scelere profanari passus est, quippe rebus secundis extra sese raptus, fragilitatem & austeritatem Laconicam contemptui habere: licentia uerò, luxu, delicijsque Persicis propense abuti: quem tamen minimè omnium, si quicquam egregij animi tenuisset, decebat, patrio ritu spreto, Persicos mores, quos sibi subegerat, alioquin & uirtuti pernicioſos induere. Nec enim profectò, quod aliijs referentibus per uanam opinionem acceperim, sed quod ipse experientia multa didicerim, id pro rato asseuerare aulim: patriam Græcorum uitæ frugalitatem ab apparatu Persico, haud mediocri ad uirtutem discrimine dissentire. Innata igitur uitio prauitas, ingeniúmque suapte natura scelestum, non solum digno confecit eum supplicio, uerùm etiam pessimam causam præbuit, extorquendi à ciuibus suis, quod in manu tū erat maritimi imperij. Nam conspecta inter socios ueluti per utriusque collationem, Aristidę grauitas & administrandi fides, tum singularis in subditos facilitas, mitissimi quoq; modestissimique mores, omníque uirtute consuetudo refertissima, pepulere omnium animos, ueluti uno adductos ob æquitatem studio, Athenienſium imperium in se accipere, eisque perinde ac optimis ducibus sponte adhærere. Vnde prætoribus ex Sparta ad eos missis, nihil iam amplius obsequi, eorum imperata detrectare, contemnere iussa, nihil prorsus audire uelle, sed Aristidem omnes inspicere, obnoxiè imperāti adesse, promptè eius imperia capessere, atque ita sine periculo atque discrimine, scelere illius, istius uerò uirtute, maritimum à Lacedæmonijs est translatum Athenas imperium.

Pausaniæ uitu peratio.

Aristidæ iusti tia.

Aristides igitur iam haud dubiè totius clessis Græcæ princeps, statim consulit & hortatur socios, ut aduocato communi conuentu, in eo declarent ac statuant, in Delo publicum sibi ærarium esse, pecuniásque omnes undique coactas illic reponi iubeant: tum aduersus suspectam deinceps belli Persici eruptionem sese munire uelint: proinde singulis urbibus uectigalia pro cuiusque facultate imperent, ita ut inde ad quingenta sexaginta talenta exigantur. Socijs ad ea consentientibus, cum ad rationem uectigalium distribuendam delectus in primis ipse esset, adeò æqua sorte eam rem deduxit, ut ab uniuersis urbibus, quicquid ipse constituerat, absque ullius discrepatione comprobatum sit, ratúmque ac sanctum habitum. Quo negocio cum rem omnium prorsus difficillimam ac penè incredibilem uideretur assecutus, in summa iustitiæ & æquitatis est habitus ueneratione, Iustique inde cognomen adeptus est. Vno itaque & eodem tempore incomparabilis Pausaniæ impietas rei Græcorū maritimæ ciuibus suis abstulit imperium. Præcla-

ra cantrà Aristidæ uirtus in omni genere, idem imperium, quod ante id tempus attingere minimè potuerant, Athenienſibus conciliauit. Hæc igitur eo anno geſta fuere.

Præfecto Athenis Phædone, Olympiade ſeptuageſima ſexta, qua ſtadio uicit Scamãdrius Mitylenæus: Romæ conſulatũ gerebant Cæſo Fabius, & Spurius Furius Manilius. Ea tempeſtate Leotychidas rex Lacedæmoniorum, anno regni ſui uigeſimo ſecundo mortem obijt. Cui ſuccedens Archelaus, geſto duos & quadraginta annos regno, interijt. Item Anaxilas Rhegij & Zanclis tyrannus abſumitur morte, cum in ea dominatione decem & octo annos expleſſet, eam tyrãnidem adijt Micythus, cum liberis mortui nondum per ætatẽ ad regendũ idoneis, crederetur in tẽpore eandẽ reſtituturus. Hiero Syracuſanorũ rex poſt Gelonis mortẽ, fratrẽ Polyzelum cernẽs plurima apud Syracuſanũ populũ pollere gratia, atq; fore ſuſpicatus regni inſidiatorẽ, properat eũ emedio amouere. Milites itaq; mercenarios exteri generis conducit, corpusq; & munitiones regni ſatellitum multitudine ſtipat, eo ratus regni ſedem ſibi ſore tutiorem. Cum uerò Sibaritæ à Crotoniatis obſiderentur, auxiliumq; à Syracuſanis imploraſſent, magna militum multitudine conſcripta, Hiero exercitum cogit, quem Polyzelo fratri tradit, eo conſilio, ut ſi cum Crotoniatis conſereret, interficeretur. Polyzelo exercitum recuſante, ob dictam fratris ſuſpitionem, ira accenſus Hiero, fugientem ad Theronem Acragantiorum tyrannum inſequitur, atq; ad eum expugnandum ſeſe comparat. Poſt hæc Thraſydæus Theronis filius Himerenſium urbi præfectus, cum inſolẽtius & grauius æquo in eam urbem gereret imperium. Himerenſium prorſus à ſe animos abalienauit. Qui cum ad patrem accedere, filiumq; accuſare minimè auderent, eum haud idoneum æquum'ue in ea cauſa iudicem ſibi fore rati, ad Hieronem legatos mittunt, qui de intolerabili Thraſydæi in ſe imperio conquererentur: offerrentq; ſe urbem ei tradere ſtatuiſſe, atq; aduerſus Theronem unà cum eo in expeditionem profecturos. Hiero hac re arbitratus Theronis unà cum eo in expeditionem profecturos. Hiero hac re arbitratus Theronis poſſe ſibi uoluntatem cum pace conciliari, Himerenſes ei prodidit, conſultaq; eorum clàm indicauit. Quæ cum Thero diligenter inueſtigaſſet, remq; omnem uti ſignificata per Hieronem fuerat, comperiſſet, Hieroni conciliatur, & Polyzelo priſtinam fratris reparat beneuolentiam & gratiam. Himerenſium uerò, eos qui aduerſum ſe conſilia cœperant, comprehenſos, quæ maxima turba erat, omnes iugulat. Hiero autem Cathanẽſes Naxiosq; urbibus ſuis eijcit, coloniasq; eò deducit, quinq; hominum millia ex Peloponneſo conciens, adiectis totidẽ Syracuſijs. Cathaneamq; immutato nomine appellauit Aethnam, atq; agrum illis non ſolum Cathanenſem, uerum etiam magnam finitimi partem ſorte diuiſit, ſuppletis illic decem millibus colonorum. Hoc autem ab eo idcirco properatum, ut idonea ſibi ad emergentes neceſsitates ſubſidia quàm paratiſsima forent: ſimulq; ut ex urbe decem millium colonorum à ſe condita, præmia laudesque heroicas aſſequeretur. Naxios uerò & Cathanenſes patria exutos, in Leontinos tranſcripſit, eamque illis ſedem inſtituit: iuſsitq; uti cum incolis & ciuibus urbem colerent. Thero Himerenſibus iugulatis, cernens ea re urbem cultoribus exhauſtam, Dores eò colonos ducit: tum ex alijs gentibus, quicunque illuc immigraſſent, inter ciuium nomina ſcribi mandat, ac pro ciuibus haberi. Hi quidem mutuis inter ſe muneribus præclarè rempublicam adminiſtrãtes, ad octo & quinquaginta annos uſq; progreſsi ſunt. Poſt id tempus haud multo Carthaginenſes eam urbem à ſtirpe euertêre, quæ ad noſtram uſq; ætatem uaſtata, cultoribusq; penitus deſerta permanſit.

Dromodide Athenis præfecto, Cõſules à Romanis creati, Marcus Fabius, & Gneus Manlius. Eo tempore Lacedæmonij cum ablatum ſibi per tumultũ & iniuriam, ut uidebatur, imperium maritimũ haud æquo animo pati poſſent ira impa

ira impacabili flagrantes, grauibus Græcos qui à se defecerant minis terrere, atque intentare, se pro meritis habituros eorum curam, fidemq; proditam supliciis dignis exacturos. Conuocato itaque senatu, consultare inter se cœperunt de bello Athenienſibus inferendo, rei maritimę recuperandi causa. Tum communi pariter conuentu habito à iunioribus & plerisque alijs, contentioſè agebatur, recuperandum omnino amissum imperium, eo recuperato, asserentes magnas sibi inde pecunias & ingentia uectigalia prouentura: tum studia passim omnium ad rempublicam maiora fore, ac magis excitata, intentaq; magis munijs urbis: præterea priuatas familias haud mediocrè ad locupletandum, diuitiasq; parandas incrementum, per maritima negocia susceptura. Commemorabant quoq; antiquum oraculum, quo Deus iubebat eos cauere, ne claudum imperiū gererēt: nihilq; aliud indicari oraculo, nihil aliud intelligi deum uoluisse asserebāt, quàm quod præsenti discrimine uersaretur. Claudum tum maximè sibi imperium geri, quod duo imperandi iura soli cum habere soliti essent, altero iam priuati, ueluti membro mutilata maiestate, reliquū ferrent claudicando. Cum itaque ab omnibus fèrè ciuibus in hanc propè sententiam iretur, delatáque rursus ad senatum re, nemo credere posset quempiam in senatu fore tantæ audaciæ, qui contra illam sentiret, aut quippiam aduersus conari tentaret: senator quidam, cui nomē Oetimarides, ex genere Herculis, magna propter singularem uirtutem inter ciues habitus authoritate, contrà consulere ac suadere ingressus est, rei maritimæ curam atq; imperium Athenienſibus permittendum. Spartanis nequaquam usui esse, rerum maritimarum solicitudine uexari, nihil sibi inde formidandum, nihil graue incumbere posse. Cúmque in hanc, tametsi aliena principiò penitus ab re & omnium opinione uideretur, multas atque ipsam rem explicantes differendo rationes attulisset, præterquam cuipiam credibile uideretur, senatui populóque persuasit. Tandem Lacedæmonij re inspecta, cernentes & Oetimaridem nihil ad gratiam fictè, nihil imperitè uel dissimulanter, sed seuerè atque apertè quæ ad Rempublicam præstarent proloquutum, cœptum de bello Athenienſibus mouendo consilium relinquunt. Athenienses uerò in initio graue sibi bellum cum Lacedæmonijs pro re maritima fore rati, multas ad id triremes ædificant, magnúmque pecuniæ numerum congerunt, clementérque & benignè socios in omnibus muneribus & gestis habere studeant. Audita deinde Lacedæmoniorum sententia, timore eius belli sublato, ad augendam excolendámque urbem mox studia conuertêre.

Lacedæmonij de bello Athenienſibus inferendo consultant.

Præfecto Athenis Acatestoride, Romæ Consules declarati Caius Fabius, & Titus Virginius. Horum tempestate Hiero Syracusarum rex, cum legati ad eum ex Cumis Italiæ imploratum uenissent auxilium aduersus Tyrrhenos maris dominos, à quibus tum expugnabantur: contracta societate cum eis, ac bellum commune suscipiens, triremes quæ ad eam rem satis uidebantur, eis subsidio mittit: earumq; prætores Cumas aduecti, cū eius urbis incolis agmen iungunt: in aciemq; unà descendentes, cum Thyrrenis confligunt: ingentiq; certamine conserto, uictores Siculi compressere Tyrrhenas uires. Tū Cumanis terrore simul & periculo liberatis, Syracusas repetunt.

Hiero Cumanis fert auxilium.

Menone rē Athenienſium gerente, Romani Consules creant Lucium Aemilium Mamercum, & C. Cornelium Lentulū. In Italia tum bellū feruebat inter Tarentinos & Iapygas. nā diu atq; assiduè de finibus agri inter se certantes, diuersis ultro citroq; perciti causis, per leuia perpetuò certamina contēdere, alterniscq; uicissim iniurijs alteri alterorū uires irāq; lacessere, q̄ magis in dies ac magis utrinq; uastari priuatis direptionib. agri. Crescēte paulatī p priuata mutuo bella et cędes mutuas, q̄ crebro edebant, utriusq; populi discordia publica tandē maiestas utriusq; in irā partē q; iniurię fracta, nec iā turmatim ꝓcurſare, sed palā ad decernendū iusta acie sese utrinq; uiribus omnibus cōparant. Iapy

Tarentinorū & Iapygum bellum.

ges igitur

ges igitur habito suorum delectu, magnum finitimorum socio nomine numerum adsciscunt, exercitumque ad uiginti hominum millia complere. Tarentini audita exercitus in se armati multitudine, delectum ciuium habent. Tum à socijs Rheginis magnam accipiunt manum. Degressis utrisque in aciem, conseritur atrox pugna: in qua cæsis iam acie pleriſque, uix tandem Iapyges uictoria potiuntur. Victi ac profligati hostes, in duas partes fuga directa, diuersi rapiuntur: pars Tarentum agmine præcipiti, pars Rhegium contendunt. Iapyges confestim duo similiter agmina ad terga fugientium cædenda dirigunt. Alterum Tarentinos premere properat, quibus cum breue spacium fugę daretur, magna occurrentium & resistentium multitudo cæditur. Qui Rheginis insistebant, tanta prępcipites contentione sunt insectati, ut cum illis simul intra mœnia irruperint, atque illo impetu momentóque sunt urbe potiti.

Anno post ea gesta, prefectus est Athenienſibus Chares. Romę creati Consules, Titus Minutius, & C. Oratius Pulcher: tũ apud Helios agebatur Olympias septuagesima septima, in qua stadio uicit Dandes Argiuus. His magistratum gerentibus, Tero Acragantinorũ princeps interijt, sextodecimo sui principatus anno: cuius filius Thrasydæus imperium suscepit. Theronis itaq; mortui memoria ob singularem imperandi modestiam, & pręclaram uirtutem (nã in concilianda sibi ciuium per bonas artes gratia, uitam omnẽ consumpserat) heroicis laudibus & ornamentis immortalibus est commendata. Eius filius etiam dum pater uiueret, nimia ferocia crudelitq; ac carnifico spiritu feruebat: mortuo patre iam per imperij licẽtiam & ingenium fœdum, discussis legibus urgere cœpit dominatione dira patriam. Ex qua re abalienatis mox à se subditorum animis, nihil sibi fidum habere nihil tutum: perinde ac inter hostium insidias assidua solicitudine uexari, circũspicere omnia, singula quęq; pro suspectis ducere, uita eius inhumanitq; mores cunctis passim summo odio haberi. Inde haud diu pòst, innatæ prauitatis & ingenij mali prędmia digna retulit, rebus electis suis, uitaq; uiolẽtissimè rupta. Nam post mortem Theronis, multis militibus mercede conductis, delectuq; Acragantinorum atq; Himerensium habito copias coẽgit ad uiginti millia hominum equitum peditumq;, quos ad uersus Syracusanos in expeditionem ducere pararet. Hiero coacto atq; instructo haud impari exercitu, contra Acragantem proficiscitur, ibiq; certamen atrox conseritur: ac Grecorum pleriq;, uti Græci Græcis aduersi ordine instructo dimicabant, cecidere. Superiores in ea pugna Syracusij fuere, quorum ad duo millia desiderati sunt: hostium uerò supra quatuor millia cæsa. Hoc congressu, rebus suis afflictis Thrasydęus iam sibi diffidẽs, imperio excedit, & ad Megarenses profugit, cognomento Myseos, ibique mortem sibi ipse conscisciuit. Acragantini populari statu rem suam componentes, per legatos ad Hieronem missos pacem impetrant.

Thrasidæi cũ Hierone bellum.

In Italia Romanis aduersus Veientanos feruente iusta acie, ad Crumerum pugnatum est: in qua Romani uicti, magnaq; eorum multitudo (ueluti quidã authores sunt) cecidere. qua pugna Fabios trecentos eadem gente ortos, & eadem (uti nomen quoq; unum indicat) familia, constat omnes propè ad internicionem eius familiæ cecidisse. Hæc igitur eo anno gesta fuere.

Trecentorum Fabiorũ mors

Præfecto Athenis Prexiergo, Romani Cõsules creant, Aulum Virginium costum, & C. Seruilium Structum. His Cõsulibus Elei prius per multa tẽpora multis sparsi urbibus, cum uaria loca incolerent, unam ex omnibus urbem cõflant, commigrantq; undiq; in eam omnes, quam Elim nominant. Lacedęmenij uerò cernentes Spartę nomen & gratiam solitam ob ducis Pausanię impurissimam proditionem, admodum reiectam ac fœdè pollutam, tum famam Athenienſium clarã esse, quòd nullus eius urbis ciuis proditione dãnatus ẽsset, conabantur artibus omnibus, parem nomini Athenienſi calumniam inuerere. Cum itaq; Themistoclis authoritas & fides plurimùm pollere uideretur, eiusq;

eiusq; nomen celebre ac uirtute illustratum, proditionis eum insimulant: crimini dantes, quòd ei cum Pausania summa consuetudo amicitiaq; fuisset, unà cum eo commune de prodenda Xerxi Græcia consilium iisse. Multa præterea ad hæc disserere: æmulos eius hortari atq; incitare: ad eum accusandum tabellas iudiciaq; prodidere quædam: quibus ostendebatur, Pausaniam concepta iam intra se Græciæ proditione, insidias illas, consiliaq; omnia Themistocli communicasse, uarijsq; eum propositis præmijs adduxisse, uti cõmuni uoto atq; arte rem aggressi prosequerẽtur. Themistoclem tum quidem haud cõditionem accepisse: sed neq; uirum amicum, quod paris propè criminis fuit, tãti sceleris reum prodere uoluisse. Cęterum tametsi tantis authoribus accusaretur Themistocles, sese eo crimine cum clarissimè purgasset, per iudicia absolui tur: ac initiò quidem, post iudicium illud plurima eius uiri gratia apud Athenienses poilebat: quippe ciuibus summè propter clarissima gesta charus erat. Post uerò quosdam timòr & suspicio potentiæ ipsius, pleroscq; etiam glorię inuidia rerum gestarum meritorumq; omnium oblitos fecit. Eius itaq; potentiã & elationem deprimere, tum obscurare & demoliri prudentiæ nomen nituntur. Primum suffragijs ex lege in eum exactis, quod Ostracismum uocitatum est, ipsum ex urbe ejciunt: hoc nanq; iudicij genus lege sanctum Athenis habebatur. Post deletos à Pisistrato tyrannos, res ita per legem agebatur, ut unusquisq; ciuium nomen illius in testa scriberet, qui par potentiam ad popularem statum euertendum proximus uideretur, in quem plures demũ testæ fuissent scriptę, eum patrio solo excedere, & quindecim annos exiliũ agere cogebant. Hoc uerò ab Athenienſibus cautum institutumq; uidebatur, non utiq; tam ad puniendum prauitatem, quàm ad reprimendam coercẽdamq; potentum ambitionem, superbiæq; occurrendum, ut exilio fracti discerent in ordinem inter ciues consistere. Themistocles itaq; ea suffragiorũ lege patria eiectus, cõfugit Argos. Audita re Lacedæmonij eam uoti assequendi sibi à fortuna oblatã occasionem rati, ad inurendã Themistocli, quod uidelicet quęritabãt, calumniã, legatos rursus Athenas ad accusandum eum denuò mittũt, sontem esse, quod cum Pausania de proditione cõspirasset: tum oportere, aiunt, in publicas Græciæ iniurias animaduerti nõ iudicio seorsum priuato Athenienſium cuiusquã ne populi: uerùm in commmuni Græcorum conuentu eas causas cognoscendas, qui ea tempestate Spartæ cogi consueuerat. Tum uerò Themistocles percipiens Lacedæmoniorum studia ad eum calumniandum, gloriámque Athenarum deprimendam atq; obscurandam, obnixius intenta, nec Athenienſes minori contentione cernens ad deprecandam culpam paratos, suspicatus est sese proditum iri, in communem consensum iudicio q; sistendum. Alia ex parte consideratis iudicijs quæ iam quidem ab iustitia aliena & corrupta ad gratiam & libidinem Lacedæmoniorum uersari cœpta erant, quod & ex multis alijs, tum ex iudicio nuperrimè in se habito compertum habebat: ex his præterea quæ de Athenienſibus & Argiuis iudicarant: adeò nanq; eius iudicij principes inuidia in Athenienſes flagrasse constabat, ut cum plures reliqua Græcia tota Athenienſium triremes in bellum armatæ ueniſſent, nullo tamen è ceteris præstantiori honore merito'ue dignas cẽsuissent: his rationibus exemplisq; deterritus Themistocles, haud fidendum rebatur: nihil in iudicibus tuti prę sidij, nihil fidei firmæ, quo recti quicquã sperari posset, prospiciebat: prę sertim quod ex desperatione prima Athenis habita, indicia quædam & argumẽta ad accusationem secundam captarent Lacedæmonij. In defensione nanque illa Themistocles epistolas à Pausania ad se missas confessus est, quibus eum solli citatum constabat ad conspirandum, & proditionem communi negocio prouehendã: atq; hoc maximo tũ iudicio & argumẽto fretũ concesisse, Pausaniã non tantopere suasionib. adhortationibusq; apud se usurũ fuisse, nisi in primis ueritus esset, sese pro sua dignitate & solita cõstantia, cœpta quęcũq; sua interruptum

Themistocles relegatur in quindecim annos.

rupturum. His itaq; deterritus, ueluti dictum est, rationibus, ex Argis profugit ad Admetum Molossorum regem. ad aras itaq; Vestæ confugiens, supplicem se præbuit. Rex illum principiò benignè ut amicum excepit, charumq; habebat: & hortabatur bona spe esset, in se fidem omnem ponat, sibi deinceps salutem eius curæ summæ fore. Cæterùm ubi à Lacedæmonijs solennis legatio ad Admetum uenit, quæ eum palàm dedi ad supplicium deposceret, appellans tem proditorem, euersorem ac pestem Græciæ: sin dedere recusaret, sibi bellũ ab uniuersa indici Græcia, expectandumq;. Rex hinc minis perterritus, illinc misericordia & religione supplicis tactus, ignominiamq; proditionis deuitare in primis studens, hortatur Themistoclem, ut quàm raptissimè clàm Lacedæmonijs inscijs se inde proripiat: magnumq; auri pondus ad auxilium fugæ cõmeatumq; tribuit. Ille undiq; eiectus, accepto auro, rege cũcta ei quo tutò facileq; se eripere posset, suppeditante, noctu ex Molossis profugit. Nactus uerò inter fugiendum duos iuuenes genere Ligures, negociationibus & mercaturæ operam dantes, ac propterea marium itinerisq; expertos, cum his fugit. Lacedæmonios latuit per nocturna raptus itinera: & iuuenum beneuolentia, duce & opera solerti, in Asiam tandem peruenit. Quò cum uenisset, ad quendam suum priuatum hospitem uetustumq; amicum se recepit, nomine Lisythidem fama celebri, & opibus potentissimum: maximam uerò Lisythides Xexis regis familiaritatem & gratiam sibi conciliauerat, quòd in traiectu & profectione exercitui uniuerso cibaria commeatusque tribuisset. Hac itaq; cum rege fretus consuetudine & gratia, tum maximè cupiens hospitis salutem tueri, Themistocli pollicetur, se cunctis in rebus auxilio futurum. Postulanti tum Themistocli, uti se ad regem duceret, principiò recusauit: uereri maximè se, ne ad pœnas & supplicia ob gesta & malè merita in Persas, deposceretur. Vbi uerò rem secum diligentius tractasset, considerans quid potius esset, uoluntati hospitis parêre statuit: consilioq; quodam solertiæ mirè inito, illum incolumem, tutoq; per omnia Persidis, quà transiturus erat loca perduxit. Nam cum Persis esset consuetudo, mosq; iam pridem institutus, si quis ad regẽ pellicem duxisset, eam curru obtectam uehere undiq; clauso, neq; occurrentem quempiam impedimento esse, seu quid id foret scrutari uel percunctari, neq; eius quæ deueheretur aspectum petere auderet: hac arte & occasione arrepta, Lisythides rem aggreditur. Fabricato magnis sumptibus curru, ac speciosissimis uelis undiq; circumtecto, Themistoclem illi imponit ita tutissimo expeditissimoq; itinere saluus ad regem perducitur. Quo cum primum cautè & circumspectè sermonem habet, fidemq; ab eo exigit, se nullam uim uel iniuriam uiro inferri passurum: tum eum ad regem adducit. cui cum præbuisset rex sui alloquendi facultatem, ac ab eo didicisset, nullam à se Persis illatam iniuriam, supplicio ac pœna liberat. Cum uerò præter opinionem se ab hoste salutem impetrasse cerneret, securusq; deinceps confidere cœpisset, in maiora cursus his causis periculo reuoluitur. Mandane filia erat Darij, eius qui magos deleuerat, germana Xerxis soror: huic ingens apud Persas authoritas & gratia habebatur, quæ filijs interemptis orbata, quo tempore classis Persica afflicta est à Themistocle, mœrore inde impacato, necem filiorum lugens, magnam sui conciuerat in multitudine misericordiam, propter extremam orbitatis calamitatem. Hæc itaq; cũ audisset Themistoclem illuc aduenisse, repentè iniuria rapitur, ueste lugubri, miserabilis multis lachrymis fratrem precari atq; instare, ne suorum natorũ cædem sinat inultam: à fœuissimo hoste, quẽ in manu haberet, supplicium sumat. Pòst ubi se non audiri percipit, ad optimos quosq; Persarũ se confert, ambitq; precibus omnes, postulans Themistoclẽ per eos ad supplicium deposci. Multitudine concitata, concursuq; in curiam facto cum magnis turbæ clamoribus Themistocles deposceretur, rex respondit, se principibus Persarum de ea re iudicium instituturũ: tũ quicquid illi iudicassẽt, id permissurũ. Quod cum omnibus

Themistoclis fuga.

Themistocles ad Xerxẽ peruenit.

bus æquum uideretur, assensi discedunt Dato temporis iusto ad iudicium parandum interuallo, Themistocles interea linguam Persicam didicit: ac sermone Persico sese de obiectis criminib. purgans, pro insonte habitus pœna libera tur. Rex uiri salutem gratam habens, præclaris eum donis ornat: nam uxorem ei tradit ex Perside genere honesto ortam, formáq; præstantem, tum moribus pudicis & honestate præciptua. Domesticam pręterea ad seruitia & ministeria multitudinẽ addit, omnimodámq; supellectilem, ac reliquos qui ad usum & delitias facerẽt sumptus suppeditat: tres nanq; eius ditioni subiecit urbes, quæ ad necessitates uitæ subministrandas habebantur idoneæ: Magnesiam ad flumen Mæandrum sitam, omnium Asiæ totius urbium frumento feracissimã, qua sibi panem conficeret. Myonta ad obsonium, piscium copia, quippe quæ mari iuncta sit, præstantem. Lapsacum agro uitibus consita cultam, unde uino affluueret. Themistocles itaque terrore iam liber, eo quem sibi Græci incusserant, atque ab his (facinus sanè detestabilis ingratitudinis, & extremæ propè nequitiæ) patria expulsus, quos meritis incomparabilibus ornarat, exceptus cõtrà ex fuga ab his quos maximè læserat, eas urbes incolebat, uitam in summa rerum fructuúmque omnium copia tranquillam ducens. Pòst in Magnesia moritur, dignóque ac præstanti sepulchro fuere cõdita eius ossa: monumẽta cuius ad hæc usque tẽpora extantia conspiciuntur. Sunt inter scriptores qui dicant, Xerxem, cum rursus in Græciam copias traijcere cuperet, multis orasse atque adduxisse Themistoclem, uti secum ad id bellum proficisceretur: neq; renuisse regis iussa, Themistoclem, sed eo pacto annuisse, rege iureiurando adacto, quod in Græcos absq; Themistocle non duceret copias: móxque iuramento prolato, taurum sacrificantis more iugulasse, atque illico poculum tauri no sanguine plenum hausisse, confestimque expirasse. Ita ea arte Xerxem à profectione instituta reuocatum iurisiurãdi religione, eo mortis genere Themistoclem honestissimè prudentissiméque sese incumbenti ignominiæ subduxisse, ac fidem in rebus Græcis integerrimè à se ministratis suam ostendisse constantissimam. Nobis autem isthæc latius prosequenda sunt, cum ad mortẽ peruenerimus præstantissimi omnium Græcorũ uiri: de quo iam à multis quę situm comperi, num ob iniuriam patriæ reliquæue Græciæ illatam, culpæ conscius ad Persas confugerit: an magis conciues sui, cæterique Græci clarissimis eius in se beneficijs obnoxij, per ingratitudinem coëgerint benefactorẽ suum extremos labores pati, atq; insperata subire pericula. Quod si cui sine inuidia ingenium uiri gestáq; præclara contemplari libet, diligẽtérq; rem perquirere, compertũ utiq; habebit, hunc uirum omnium quos in ducibus prædictis rerũ memoria celebramus, lõgè pręstantissimũ. Quapropter cuiq; pręfecto dignũ uidebitur admiratione, quod tanta rerum gestarũ gloria clarum, támq; excellẽti ingenio uirum, ciuitas spontè à se eijcere properarit, tantóq; ciue carere quã uti maluerit, tum maximè, cum eius operam tẽpestas postulare uideretur. Nã cum res Spartana pollens ingénsq; constaret præ cæteris, atq; Græciæ classis uniuersæ imperium summum esset pe nes Eurybiadem, cuius alterius artibus consilijsq; potuisset ex illorum manibus ea gloria extorqueri: quem præterea alium memoriæ proditũ legimus, qui unius solum facinoris admiratione duci bus imperatoribusq; reliquis omniũ seculorũ pręferri cunctis meruerit, quiq; urbem suam Græcis urbibus, Græcos Barbaris dederit esse superiores? Cui unquã imperatori pauciores rei bene gereddæ occasiones, ac grauiora simul pericula sese obtulere? Hic aduersus coactam in Græcos totius Asiæ potestatem, re tum demum Græca periclitante, pro sua patria instructus, atq; in certamen descendens, uictoriam pugnando adeptus est: hic opera sua consilijsq; rem atque opes patriæ in pace firmauit & auxit mirum in modum: hic bello periculosissimo incũbente, eam liberauit. Huius unius cõsilium de ponte diruendo, pedestres hostium copias dimidia ob eam rẽ parte sublata repressit: quo Græcis

pugna

Themistocles apud Persas accusatus absoluitur.

Themistoclis mors.

Themistoclis laudes.

pugna tolerabilior,ac uictoria facilior est habita. Itaq; si rerum ab eo gestarum magnitudinem cõtemplari libet,& singula quęq; discutere, haud obscurè cõstabit,cum spretũ iniuria eiectumq; à ciuibus,tum ciuitatem(cui per illius præclara facinora ingens gloria parta fuerat,quęq; meritò ut doctissima omnium honestissimaq; putaretur)in eum ciuem sæuissimas sententias exercuisse. Igit circa Themistoclis uirtutes laudesq; commendandas,quanq; latius admodũ idcirco tamen euagati sumus, quòd indignum uidebatur, tam egregias & incomparabiles uiri uirtutes silentio præterire.

Per idem tempus Mycithus in Italia Rhegij & Zanclis dominus urbẽ Teuxonta condidit.Præfecto Athenis Demotione,à Romanis Cõsules creati,Publius Valerius Publicola,& C.Appius Rufus.His cõsulibus Athenienses imperatorem deligunt Cimonem Mylciadis,cui exercitũ satis magnum tradunt iubentq; uti in maritima Asiæ traducat,ac urbibus nominis Græci socijs auxilium ferat:si quas adhuc Persicis præsidijs opprehendat,eas uindicet in libertatem.Hic assumpto exercitu,classem cõscendens, propter Byzantium nauigat contra urbem Eiona,quam pugnando capit. Scyrum quoq;,quam Pelasgi & Dolopes incolebant,obsidione expugnat. Hanc Athenienſibus uendicat,agrumq; sorte ducta diuidit: His gestis, res maiores animo aggressus, nauigat in Pireum:& delectis assumptisq; inde alijs triremibus ad priorem classem,cõgestisq; uectigalibus & commeatu, quantum ad rem satis uidebatur, inde cẽtentis triremibus soluit. Postremò ascitis reliquis ab Ionibus cunctisq; cæteris,trecentas duxit.Hac itaq; classe coacta, nauigat in Cariam:ibiq; eo uersante,maritimę urbes,quæcunq; à Gręcis incolebantur,illicò defecere à Persis,uno fermè momento omnes:in quibus uerò diuersis incolæ gentibus habebantur,præsidiaq; Persica,eas per uim adigens obsedit, urbibus Cariæ in potestatem redactis. In Lyciam deinde trajciens, populos sibi simili arte & bello adductos recipit:tum socijs nauis imperat, his qui semper in societate & officio permanserant,classemq; maiori auget numero. Cæterum Persæ delectu exno minis sui populis habito, copias pedestres parãt:tum nauticum ex Phœnicia, Cypro, Ciliciaq; exercitum cogũt. His dux & imperator creatus Tithraustes, spurius. Vbi uerò Cimoni satis exploratum fuit, classem Persicam apud Cyprum uersari, confestim in Barbaros nauigat, pugnámque haud trepidè cum ducentis quinquaginta nauib. aduersus trecentas quadraginta cõserit. Cumque acriter pugnaretur, utraq; classe fortiter ac strenuè dimicante, tandem ad Athenienses uictoria inclinata est,ac pleræq; hostium naues discussæ periere, supra centum cum uiris ipsis captæ: reliquæ incolumes in Cyprũ se recipiunt, ibique milites relictis in statione nauigijs uacuis,in terram confugiunt:ita naues defensorib. uacuæ,in manus hostium integræ omnes ueniunt. His gestis, Cimon satis ea confectum uictoria ratus,properè cum tota classe in copias hostium pedestres tendit,quæ ad Eurybantem fluuium in castris agebant:consilióque per fraudem ludificandi hostes inito,tum parata occasione,fortissimos quosque ex suis in naues Persicas quas cœperat constructis,tiarisque & reliquo ornatu Persico componit,tum ad Barbaros nauigare iubet.Barbari ueluti adnauigante quàm nuperrimè emissam nouerant,sua classe,figuris nauium & ornamentis ipsi suis decepti, triremes suas aduẽtare crediderunt. Cum iam nox esset,Cimon milites in littus exponit,qui pro amicis accepti, repentè in castra Barbarica irrumpunt: tumultúque per stationem inter Persas ingenti excitato,Cimonis milites obuios quosque cædunt: alterum Barbarorum ducẽ Pheredatem, regis fratruelem in tabernaculo occupatum obtruncant: reliquam turbam uariè miscentes,alios necant,uulnerant alios. Postremò omnes reinopinata perculsos attonitósque in fugam uertunt. Omnino autem error & ignorantia talis Persas tenebat, ut plerique ignorarẽt quinam essent qui ipsos inuadebant, nec cuipiam id ab exercitu Gręco fieri credibile erat, cũ nullas iam pedestres

Cimonis gesta

Cimonis naualis uictoria de Persis.

pedestres copias usquã Græcos parauisse compertũ haberent-uerùm Pisidas finitimos sibi iam pridem infensos opinabantur manu clàm coacta tale facinus adortos.ita hostium agmen à continente instare credentes,ad naues confugiebant,ueluti ad amica & proxima in re tam ancipiti præsidia.Cæterũ nocte inualescente,atq; obscurante passim omnia,cum nullo lumine lunæ tunc umbra appareret,confusione ordinum,& incognita rei causa, maiori tumultu cuncta miscebantur:atq; ita uexatis undiq; Barbaris, ingens cædes passim edebatur. At uerò Cimon milites antea præmonitos fecerat,quo primum loco facem sublatam uidissent,eò cucurrerent omnes. Tum ueritus,ne sparsis militibus, & ad cædem prædamq; intentis, aliquid aduersi (uti res belli fert) oboriretur, id signum ad naues in tempore extulit:quo conspecto,mox milites dimissa prædæ cura,illuc undiq; omnes reuocantur. Postera die trophæũ eius rei erigitur:inde duabus uictorijs clarissimis,altera pedestri,altera nauali certamine potiti,nauigant in Cyprũ:res sanè admiratione digna. nam ad hæc usq; tempora est inauditũ,res tanta una die terra mariq; confectas.Cimon uerò peritia rei militaris simul & uirtute diuulgata, rerum optimè gestarũ fama celebre passim nomẽ habebat.Nec inter ciues modo,sed per uniuersam Græciam eius facta extollebantur.trecentis namq; triremibus,& nauibus quadraginta hostem pugnando spoliarat.Captiuos supra uiginti millia ducebat, ingentem præterea pecuniam.Cęterum Persæ rebus suis duplici clade afflictis, alias rursus triremes ædificant,multo prioribus plures: quippe quibus Atheniensium opes & incrementa formidini iam esse cœperant.ex eo namq; tempore res Athenienses magna simul pecunia, & gloria bello & uirtute parta, maximè pollere & uigere cœperunt.Populus Athenienſis decimã ex eis spolijs delectam deo dedicat:inscriptionemq; loco ubi ea reposita sunt,talem incidi iussere.

Postquam Asiam Europa Pontus distinxit,& urbes
Mars hominum cœpit exagitare ferus,
Nullum tale aliquid terraq; mariq; patratum
Contigit,ut quisquam uincat utrumq; simul.
Hi in Cypro Medorum acies cœpere,mariq;
Centum Phœniceas abripuere rates,
Milite completas.quo facto,plurima belli
Regna manu capiunt,gloria parta manu.

Hæc igitur anno eo gesta fuere.Cæterum præfecto Athenis Phædone,Romæ delecti consulatum adiere Lucius Furius Mediolanus, & Marcus Manilius Bassus.Ea tempestate ingens quædam & incredibilis calamitas rebus Lacedæmonijs irruit. Nam in Sparta complures domus magnis terræmotibus concussæ,funditus corruere:supraq; uiginti millia Spartanorum fama est,rui nis obtritos interisse: ac deinceps assiduè per multum tempus urbe ita terræmotu concussa,ruentibus ædificijs,multa mortalium corpora cadentium murorum mole obruta expirasse: tum rerum opumq; & supellectilis cuiusq; generis haud parua per domos quantitas soli tremore absumpta. His malis ueluti numine quodã infesto & supplicia sumente,affligi uidebantur. Alijs præterea periculis ab hominibus agitati fuerunt propter hasce causas. Spartanorum seruí & Messenij Lacedæmonijs iampridem infensi, principiò iras silentio & quiete habere,opibus & uirtute Spartanorum deterriti.Post ubi magnã eorũ per terræmotus interisse multitudinẽ resciuêre,sublatis animis,contempta reliquorum paucitate,sæuire palàm cœpere:ac confœderati,uiribus conIunctis bellum cæteris Lacedæmonijs inferre.Archidamus uerò Lacedæmoniorum rex,prudentia sua ruinis terræmotuum ciues suos eripuit,& bello inuadentibus hostibus generosè & impigrè occurrit.Nam cum primũ terræmotus concussio sæuire atq; urbem premere cœpisset, primus omnium, ereptis

Spartæ terræmotus.

omnium ex urbe generum armaturis, in campos sub apertum cœlum properauit: reliquisq; ciuibus mandat idem faciant, ac sequantur. Cui cum paruissent Spartiatæ, hoc consilio, qui terræmotuũ ruinis superfuerãt, seruantur omnes. His itaq; coactis atq; instructis, Archidamus contra eos qui à se defecerant, arma mouere parat. Cæterum Messenij cum Seruis coniuncto agmine, primum Spartam adoriuntur, se facilè eam euersuros rati, quòd defensoribus desertam audierant. Vbi compertum habuere, eos qui terræmotibus superfuerant, cum Archidamo rege instructos armis, ac pro tuenda patria adesse ad periculum omne paratos, ab incœpto destitere. Tum quendam Messeniæ locũ munitum occupantes, inde assiduis ruptionibus incessere Laconicam. At uerò Spartiatæ ad Athenienſium opes confugiunt, subsidiaq; ab eis impetrant: necnõ à reliquis socijs undiq; coacta manu, parem hostibus exercitũ cogunt. ac principiò quidẽ multo superiores hostibus uires habuere. Post uerò suspicione perculsi, ne Athenienses transirent eo bello per proditionem ad Messenios, eos à socijs eius belli armis dimittunt, asserentes sibi reliquorum sociorũ copias ad incumbens periculũ propulsandũ satis fore. Athenienses dimissi, sese ignominiosè contemptos rati, taciti tum quidem abire. Post uerò graui in Lacedæmonios indignatione concepta, abalienatis iam palàm animis, magis ac magis indies odio atq; ira accendi. Ita hinc inimicitiarum atq; discordiæ exorta origo, pòst adeò paulatim coaluit, ut ipsas etiam ciuitates ad extrema odia & pericula excitarit: quæ bella pòst inter se grauissima concitantes, uniuersam penè Græciã magnis ac uarijs calamitatibus afflictauere. Verũ de his in tempore idoneo seorsum singula quæq; prescribere in animo est. Cæterum Lacedæmonij tum contra Ithomem cum manu sociorum profecti, eam obsedere. Serui uero infensis prorsus in Lacedæmonios animis, Messenios socia manu adiuuabant: nunc quidem uictores, nunc uincti certare. Eoq; bello cũ nec decerni, nec componi inter eos posset, decẽ annos uariè sese uexarunt mutuis iniurijs & cladibus. Post ea gesta Athenis præerat Theagenides: Romæ consules creati Lucius Aemilius Mamercus, & Lucius Studius Iullus, Olympiade septuagesima octaua, qua stadio uicit Parmenides Posidonius. Ea tempestate inter Argiuos & Micenæos bellum his de causis ortum est. Mycenæi

Inter Argiuos & Mycenæos bellum.

ob antiquam patriæ suæ dignitatẽ & gloriã sublati, subesse ac parêre Argiuis cum reliquis in Argia urbibus indignabantur. Cæterum seorsum suis legibus atq; institutis componentes sese, nulla in re Argiuos audire: contendere insuper de Iunonis sacris & templis, agonemq; Nemæũ postulare sibi decerni. Ad hæc cum Argiuis decretum esset, principio ad Thermopylas cum Lacedæmonijs minimè arma iungere, nisi sibi pars quędam in ea re imperij designaretur, Soli Micenæi in ea expeditione cum Lacedæmonijs militauere. Postremò pernitus suspicio inuaserat Argiuos, ne fortè crescentibus opibus, antiquo eius urbis argumento gloriæ Mycenæi in certamen de imperio Argiuis uenirent.

His de causis infensi illis Argiui, iampridem cupiebant urbem euertere. Tunc uero occasionem rei conficiendæ sibi oblatam rati, cum Lacedæmonias res afflictas admodum cernerent, nec ullo pacto posse eos saluti suæ periclitanti intentos, Mycenæis auxilia mittere, ex agris undiq; & socijs urbibus copias cogunt: quas ad bellum expeditas ducunt in Mycenæos, & acie iusta pugna commissa eos fundunt, atq; intra mœnia compulsos includunt, urbemq; obsidere pergunt. Cæterum Mycenæi per aliquod tempus haud segniter obsidentibus resistere: diuturno tamen bello fracti, defatigatis animis, cum subsidia à Lacedæmonijs eò mitti nequirent (quippe qui suo bello occupati, ac terræmotu afflicti, extrema patiebant pericula) nec alios haberent socios, unde spes daretur, deserti auxilijs ui capiuntur. Argiui urbe potiti Mycenæos omnes seruitute damnant, decimamq; eorum dijs dedicant: tum Mycenas euertunt. Ita urbem seculis & temporibus priscis felicem, magnorumq; eductri-

Mycenarum euersio.

cem

tem uirorum, præclaris gestis celeberrimam, ea extremum calamitas obruit, quæ ad ætatem usque nostram deserta habitatoribus permansit. Hæc eo anno gesta traduntur. Præfecto Athenis Lysistrato, à Romanis consules creati, L. Pinarius Mamertinus, & P. Furius Philosophus. Eorum temporibus Hiero Syracusanorum rex cum Syracusas accersisset filios Anaxilæ Zanclis quondam domini, magnis eos donis ornatos commonefacit, docetq; quanta à Gelone in eorum parentem beneficia collata fuerint: tum hortatur, cum iam uirili ætate uigerent, ratione cum Myceto tutore suo ducta, dominationis sibi ius administrationemq; suscipiant. Hi Rhegium regressi, ita uti monuerant, rem properant. Accitus ad rationem reddendam Micythus, uir castissima & integerrima uita conuocatis patrijs adolescentulorum amicis, rerum adeò omnium calculum integrum syncerumq; produxit, ut summa ipsius integritatis & fidei admiratio inuaderet omnes: adolescentesq; pudore & pœnitentia eius rei ducti, postulare, atque obtestari eum uti ei rursus placeret, dominationis ut prius curam susciperet, sesecq; parentis loco gubernaret, cæteraque quæ ad principatum pertinerent gereret, atque haberet, ueluti antea consueuerat: quibus tamen Micythus haud est assensus. Cæterum cum diligentissimè cuncta restituisset, rebus suis nauì impositis, Rhegio cum summa omnium beneuolentia discedit, populo eum comitante. Tum soluens in Græciam, Tegæis Arcadiæ exceptus, uitam cum laude traduxit. Hiero Syracusanorum rex Catanæ interijt, titulisq; & monumentis heroicis eius memoria ornata est, quippe qui eam urbem condiderat. Hic cum undecim annos regnasset, Thrasybulo fratri regnum reliquit, qui annum unum Syracusios rexit. Præfecto Athenis Lysania, Romani consules creant Appium Claudium, & T. Curtium Capitolinum. Horum magistratus tempore Thrasybulus Syracusanorum rex, regno eiectus excidit. Quibus de rebus mihi per singula quæque historiam deducere aggresso, hic opus est superiora breuiter tempora repetere, atque ab ipsis initijs rem ita uti acta est explicare. Gelo singulari uirtute atque bellicis artibus longè superior cæteris ducibus, fallacia & arte inaudita Carthaginenses circumuenit, & acie iusta pugnando cum strage ingenti debellauit Barbaram multitudinem, ueluti supra dictum fuit. *Gelo.*

Tum uictoriæ licentia modestissimè in uictos usus, atque erga populos finitimos prorsus in omni re singulari præstans humanitate, magnam sibi & gratiam & authoritatem apud Siculos comparauit. Hic in summa omnium charitate ob præcipuam benignitatem habitus, uitam cum tranquillitate traduxit. Cui in regno Hiero successit, cæteris fratribus maior natu, haud quaquam pari natura, uel simili regendi, & subditos gubernandi prudentia: quippe qui flagrabat auaritia, animus alioquin ferox, & ad uim paratus, atque à puritate & honesto bonoq; penitus alienus. Quibus uitijs plerique subditorum lacessiti, iam pridem ab eo defecissent, nisi Gelonis recens memoria & maiestatis reuerentia, quam summè Sicilia omnis colebat, eorum impetus uoluntatesq; coercuisset. Hierone mortuo, Thrasybulus suscepto regno, precedentem se regem omni improbitatis, parauitatisq; genere superauit. Nam uiolento uir animo atque carnifici, plerosque ciues iniuria, crudeliterq; necauit: nonnullos quoq; haud paruum numerum falsis criminationibus perculsos, profugere compulit, atque eorum diuitias, resq; omnes ueluti damnatorum retulit in ærarium Rhegium. Postremò, eorum quos iniuria læserat, odio & formidine ductus, cum iure sibi infensos multis suis demeritis haud ambigeret, magnam mercede militum multitudinem conscribit, eo se præsidio aduersus ciuiles seditiones & insultus munitum satis fore ratus: tum indies magis ciuibus infestus, alios contumelijs, nonnullos cæde opprimendo, coëgit tandem crudelitate intolerabili concitos à se deficere. Ita Syracusij delectis inter se ad id ducibus, dominationem excutere plebe uniuersa concitata, ac se in li- *Hiero.* *Thrasybulus iniustitia sua imperiũ amittit.*

bertatem uendicare aggrediuntur: tum rebus paratis, signoq; per duces dato, capiunt arma pro libertate omnes. Cæterum Thrasybulus cernens uniuersam ciuitatem contra se armatam, primùm uerbis adhortando tentat seditionem componere: ubi uerò animos accensos adeò, & implacabili raptos ira sensit, ex Catina confestim uirorum præsidia, quos illic colonos Hiero instituerat, atque ex reliquis socijs magnum numerum accersit: mercenarios inde complures adijcit, exercitumq; cogit ad quindecim fermè hominum millia. His coactis, eam urbis partem occupat, quæ Achradina dicitur: insulam quoque munitionibus tutam, inde per eruptiones assiduo bello defectores lacessere, urbem perterrefacere. Cæterum Syracusij principiò partem urbis Itycam nomine insederant, ex qua rem adorti legatos Gelam, Acragantem, & Salinuntem mittunt, ad hæc Himeram, & ad mediterraneas insuper Siculorum ciuitates, orantes, uti ad liberandas Syracusas subsidia mittere maturarent. Qui benignè à cunctis auditi fuere: subsidiaq; illico delecta illuc mittunt, alij copias pedestres, alij equestres, nonnulli naues longas, omni ad bellum instructas apparatu: ita breui Syracusijs coactus est haud mediocris exercitus: tum classe instructa, & in altum educta, exercituq; pedestri expedito Syracusij pugnandi copiam hosti terra mariq; faciunt, eumq; utrinque prouocant. At uerò Thrasybulus socijs destitutus, nihil usquam sibi, nisi in solis mercenarijs, spei reliquum cernens, in Achradina & insula dominium sibi tuebatur, reliquam urbis partem Syracusij obtinebant. Pòst hæc Thrasybulus nauali bello inuadens hostes, pleraque triremes amisit: cum reliquis confugit in insulam. tum copijs pedestribus pariter ex Achradina eductis, acie instructa cum socijs pugnam init sub mœnibus urbis: qua uictus, magno suorum militum numero cæso, rursus intra Achradinam ui compellitur. Postremò dominatione desperata, legatos ad Syracusios mittit: rebusq; inter se compositis, conditione imposita, atque in fidem acceptus, inde discedens, Locros abijt. Syracusij itaque ciuitate hoc pacto liberata, mercenarijs permittunt libere Syracusis discedant. Reliquas præterea respublicas dominatione uel præsidijs occupatas, reuocant in libertatem, statumq; popularem ubique constituunt. Ex eo tempore longa deinceps pace fruens, magna ad felicitatem adepta est incrementa, statuq; populi annos fermè sexaginta deducta est, usque ad Dyonisij dominationem. Thrasybulus itaque cum regnum optimis artibus adeptum familiæ suæ accepisset, per improbitatem & scelera turpiter amisit: cumq; Locros confugisset, reliquum ibi ætatis statu priuato consumpsit. Dum hæc in Sicilia geruntur, Romæ tum primum creantur quatuor Tribuni plebis, C. Sicinius, & L. Numitorius, ad hæc M. Duillius, & Spurius Acillius. Anno elapso Athenis præfectus est Lysitheus: Romæ consules creati, L. Valerius Publicola, & T. Aemilius Mamercus. Horũ tempore in Asia Artabanus, qui plurimum apud regem Xerxem poterat, stipatorumq; eius princeps erat, init consilium Xerxis necandi, regniq; in se transferendi. rem hanc Mithridati eunucho & cubiculario regio communicat, in quo summam fidem habebat positam. Qui Artabani cognatus, alioquin etiam amicus, insidijs eius assensus est. Ab hoc itaque Artabanus clàm intra cubiculum regium noctu admissus, Xerxem obtruncat: tum eodem animo fraude parata, regis filios petit, qui ea tempestate tres supererant: Darius natu maior, & Artaxerxes, qui ambo in regia uersabantur: tertius Hystaspes, qui tunc absens Satrapiam Bactrianorum gerebat. Artabanus igitur noctu adhuc obscurante ad Artaxerxem properat, eiq; nunciat à Dario fratre parentem necatum, regnumque occupatum iri hortari ante quàm frater principatum adeat, rexque declaretur, rei suæ maturæ consulat, nec seruire fratri per negligentiam & desidiam, quam Persis fortiter ausus imperare malit: regnumque ipse præoccupans, fratris patri-

Artabanus Xerxem occidit.

cidæ

cidæ scelus ulciscatur: tum se ad id facinus perpetrandũ regios stipatores pollicetur adhibiturũ adiutores. His itaq; adductus Artaxerxes, cateruis satellitũ stipantibus, fratrem repente incautum adoritur, atq; interimit: Quod cernens Artabanus, per insidias cœpta consilia ubiq; sibi succedere, liberos suos ad se accersit, docetq; iam tempus adesse, quo regnũ audendo sibi uendicent: tum gladio stricto inuadens Artaxerxem, uulnerat. Ille percussus, cum non letale uulnus esset, sese ocyus Artabano fuga subripit: nec quicquam uulnere impeditus, re commutata, Artabanum insectari; & meritis supplicijs affligere pergit; quem per opportunas torturas disceptum necat. Ita tantis præter spem omnium insidijs liberatus Artaxerxes, ultusq; parentis necem, patricida scelestissimo crudelissimoq; necato, Persarum potitur regno. Hoc itaque Xerxes fato absumptus traditur, cum Persis regnasset annos supra uiginti. Suscepto Artaxerxes regno, annos quadraginta regnat. Præfecto Athenis Archedemide consules à Romanis creati; A. Verginius & T. Minutius. Olympias tum agebatur nona & septuagesima, in qua stadio uicit Xenophon Corinthius. Eorum tempestate Thasij ab Athenienſibus deficiunt, de metallis contendentes: & ab Athenienſibus obsessi, coacti sunt iterum in illorum uenire ditionem. Aeginetas quoq; rebelles sibi obsidere aggressi Athenienſes; Aeginæ parant obsidionem. Ea namq; urbs persæpe maritimis certaminibus, re strenuè gesta, superbè turgebat, pollens opibus, magnamq; triremium multitudinem paratam habebat. Quibus rebus confisa per æmulationem, semper quacunq; in re ab Athenienſibus dissentiebat. Ducto itaq; in eam exercitu, uastant ubiq; agrum: ipsamq; Aeginam obsidentes, ui expugnare properant, atque euertere. Nam opibus & potentia sublati, non iam solita ut prius humanitate socios habere, nec faciles cuiquam se præbere, sed per uim atque superbiam crudeliter imperium in omnes agitare. Vnde plericq; ex socijs intolerabili imperio pressi, inter se de defectione consultare conspirareq; cœperunt: nonnulli præterea spreto communi conuentu, priuatis iam consilijs res suas gerere. Dum hæc ita geruntur, Athenienſes maris iam passim domini, decem millia colonum in Amphipolim transcribunt, partim ex ciuibus, alios ex socijs delectos, agrumq; eis sorte describunt, quantum Thracibus ipsis per uim & bella eripuerant. Postea uerò ipsis in Thraciam ascendere adortis, pessimũ facinus obtigit: quippe necati omnes ab Helena gente periere, quicunque agrum antea Thracum occuparant. Præfecto Athenis Tlepolemo, Romani consules creant, T. Quintium, & Q. Seruilium Structum. Ea tempestate Artaxerxes rex Persarum ab ipsis recentis regni primordijs, omnes facinoris in parentem admissi conscios supplicijs uarijs necat: tum quæcunque ad regni statum pertinere, reiq; suæ conducere prospicit, omnia componit. Nam satrapas, quorum suspecta in se fides, atque animus haud beneuolus erat, subuertit omnes tum conuocans, ac deligens ex amicis eos quos nouerat sibi summè affectos satrapas, illis distribuit: simul ad uectigalia, fructus, commeatuũq; omnium facultatem cogendam, tum ad constituendum exercitum studium intendit. Rerumq; omnium apparatu constituto, ac singulis quibusq; regni partibus commodissimè diligentissimeq; administratis, re passim digesta prudentissimè, magnam apud Persas authoritatẽ gratiamq; consequutus est. Cæterũ Aegyptij Artaxerxis morte audita, quibusq; periculis, quantoq; tumultu res Persicæ fluctuarent, ad libertatem uendicandã ea occasione accenduntur. ac confestim coactis copijs, & exercitu instructo à Persis deficiunt: tum eiectis ex Aegypto quæstoribus, prætoribusq; Persicis omnibus, regem sibi creant quendam, nomine Inaro. Hic itaq; suscepto regno, primùm milites ex incolis loci deligit, tum mercenarios ex alienigenis undiq; quantos ualet aggregat. Ita comparato ingenti exercitu, legatos Athenas mittit de iungenda cum eis societate: polliceri in primis, si Aegyptijs libertatem recuperassent,

Aeginæ euersio.

Artaxerxis regnum.

Aegyptij à Persis deficiunt.

rassent,id regnum fore deinceps illis commune,plurimasq; pro tanto beneficio se gratias relaturos. Athenienses uerò conspicati, rebus suis id maximè conducens,tutumq; esse,ut quocunque daretur, Persicas opes, potentiamq; tantam compressam minorem redderent, tum Aegyptios sibi ad quoscunq; fortunæ euentus ad præsidia paratos, adscitosq; haberent, trecentis triremibus decernunt Aegyptijs auxilium ferre. Igitur ad classem summo apparatu, summaq; ope intenti, nil temporis intermittunt. Artaxerxes comparata Aegyptiorum defectione,bellumq; tanto apparatu construi, multitudine sibi agendum censuit: ita numero militum obrui posse Aegyptios. Statim itaque ex omnibus satrapijs delectum habet,tum naues mandat uarijs in locis ædificari, cæteraq; ad bellum necessaria summa cura comparat. Dum hæc in Asia, Aegyptoq; geruntur, in Sicilia cum nuper Syracusij dominatione liberi, reliquæq; eius insulæ urbes adepta libertate fruerentur, magna eo loco ad felicitatem incrementa prodibant. Nam in summa pace cum agrum uberrimum incolerent,Siculi fructuũ copia,res quisq; suas,domesticamq; facultatem,breui diuitijs opibusq; auxere: regionemq; eam omnem cultoribus atque omni pecudum genere,cæterisq; ad felicitatem bonis referssere,quippe quibus summa frugum omnium iugiter solo fœcundissimo surgeret ubertas, & res coalescerent,nihilq; inde ad bellicos sumptus exoneretur. At uerò postea rursus in bella & seditiones incidere, quibusdam causis, ad quas iam narrandas accedo. Sublata Thrasybuli dominatione,conuentum omnium conuocarant: in quo de communi republica & statu populari multa consultantes,una omnes sententia decreuere statuam colosseam Iouí liberatori extruere: tum singulis annis sacra Libertati solennia peragere, claraq; magnis præmijs certamina eo die proponere, qua tyranno eiecto, patriam liberarant. Dijs autem inter certamina quadringentos quadraginta tauros immolare, quos ad commune ciuium conuiuium impendere statuerant:tum magistratus omnes prisces ciuibus distribuere, & familijs uetustis. Nam nouos homines alienigenas, qui à Gelone fuerant adscripti ciuitati, indignum ducebant ad munera publica & honores ciuiles admitti::seu quod parum meritos censerent,siue quod incertæ fidei morumq; aliorum uiris haud temerè credendam rem putarent,ne forte per occasionem rursus dominationis ambitione, cui iampridem assueuerant,sub uno principe militiam exercentes,tentarent aliquid innouare: quod quidem nihilominus accidit. Nam Gelo supra decem millia alienigenarum, quibus mercede ad bella conductis usus fuerat,in ciuitatem accipi,& inter ciuium nomina recenseri iusserat, quorum septem millia ad eam usque tempestatem supererant. Hi se magistratuum honore excluſos, nullo pacto uolebant æquo animo ferre:consilioq; inter se habito conspirantes deficiunt à Syracusijs,occupantq; armis partem urbis Achradinam, & insulam, loca duo ingenti muro munita. Syracusij rebus suis perturbatis, excitoq; nouo tumultu, reliquum urbis insident: tum eam partem, quæ ad platæas & locos apertos uergebat, muro claudunt, multisque sese circum tuentur munitionibus illico namque defectoribus undique excursus, pabuliq; uias facile intercludunt:quo breui in difficultatem & inopiam commeatus, rerumq; omnium ueluti per obsidionem adducti sunt.Erat inquilinorum manus multitudine Syracusijs inferior, cæterum peritia militari atque artibus bellicis multo præstabant: unde per insultus & eruptiones cuncta urbi infesta reddentes, premere undique ciues si qua concurrere, & particularia miscere certamina contigisset,uictores ubique pugnæ redibant. Obsessis itaque exitibus euagatione agrisq; & pabulatu prohibiti,rursum difficultate premebant:tum annonæ urgebat penuria,commeatusq;. Ac res quidem in Sicilia eo statu deductæ uertebantur.Præfecto Athenis Conone, Romæ consulatum gerebant, Q.Fabius Iubilanus,& Tyberius Aemilius Mamercus. Ea tempestate Artaxerxes

Syracusana seditio.

Persarum

Persarũ rex bello, quod aduersus Aegyptios parabat, ducem præfecit Achæmenem Darij filium, alumnum suum. Huic tradidit pedestres equestresq; copias ad trecenta millia, mandauitq; uti bello Aegyptios expugnare properet. Hic fines Aegypti ingressus, iuxta Nilum castra posuit: ubiq; refectis recreatisq; ex itineris labore militibus quæ ad pugnam necessaria erant comparari, expediriq; omnia iubet. Cæterum coactis ex Libya & Aegypto copijs, Aegyptij expectabant auxilia Athenienſium sociorum. Interea nauigant cum ducentis nauibus in Aegyptum Athenienses, iunctaq; & instructa cum Aegyptijs acie, in Persas feruntur. Inito certamine, obnixe ferociterq; dimicabatur utrinq; : ac per aliquantulum tempus urgente multitudine, res Persarum superior apparebat. Haud diu id passi Athenienses, collectis uiribus, impetu facto, cornu sibi aduersum loco pellunt: multisq; necatis, reliquam Barbarorum multitudinem cum multa rursus cæde fundunt. Cæso tandem suorum magno numero, Persæ in locum sese recipiunt, cui Leucotycho nomen habetur. Cæterùm Athenienses suis uiribus potiti uictoria, Barbaros in præfatum usq; locum insectari summa ope ad conficiendos internicione adniti, nusquã ab obsidione diuerti. At uerò Artaxerxes audita suorum strage quosdam confestim familiares, amicosq; suos, cum magna pecunia mittit in Lacedæmoniam, qui tentent ac moueant Lacedæmonios ad inferendum bellum Athenienſibus, ratus ea re necessarium Athenienſi classi fore, relictis Aegyptijs ad tuendam patriam reuocari. Vbi uerò neq; pecunias acceptas, neq; postulatis suorum præbitas à Lacedæmonijs aures comperit, desperato inde auxilio, atque ea spe frustratus Artaxerxes, alias rursus copias comparat: quibus duces præfecit Artabazum & Megabyzum, uiros omni uirtute præstantes, quos rursus contra Aegyptios ire in expeditionem iubet. Præfecto Athenis Euippo, Romani consules creant, Q. Seruilium & Spurium Posthumium Album. Eisdem temporibus in Asia Artabazus & Megabyzus bellum Aegyptijs illaturi, ex Perside proficiscuntur cum pedestribus equestribusq; copijs ad trecenta millia hominum. Vbi in Ciliciam & Phœnicem uentum est, pedestres copias itinere defatigatas recreant. Tum Cyprijs, Phœnicibus, & Ciliciæ incolis mandant, uti quàm propere naues ædificent. extructas exinde trecentas triremes, nautis doctissimis, militibusq; robustissimis instruunt, & armis, telis, reliquisq; rebus ad belli nauales usum necessarijs munitũt: atq; ita in eo rerum apparatu, exercendis militibus, quo ad quæq; belli pericula & artes assuescerent, audaciaq; maiori ferrum terra mariq; tractare discerent, eum prope totum annum uersati. Athenienses interea qui tuebantur Aegyptum, fugatos ex Memphi hostes, ac conclusos in Leucotycho obsidebant. Quibus cum ferociter atq; indefatigatè Barbari resisterent, nec capi locus ulla ui posset, annum & ipsi integrum in ea obsidione consumpsere. In Sicilia uerò Syracusij contra inquilinos, quos defecisse suprà diximus, bellum impacatè gerentes, assiduis oppugnationibus Achradinam insulam adoriebantur: tum bello nauali defectores fortunam tentare ausos superant. Pedestri uerò acie ex urbe pellere nequibant, defensos munitione locorum. Postremò eductis in apertum copijs, cum iusta acie certamen consertum gereretur, ferocia ingenti pugnantibus utrinque ordinibus, ac sponte pericula ipsa adorientibus, diu ancipiti re quàm plurimi ex utraque parte cecidere. Syracusijs tandem uictoria cessit. Peracto prælio, populus Syracusanus delectos uiros ad sexcentos numero, quorum uiribus & uirtute ea pugna deuicta fuerat, coronis donarunt, præmia certaminis insuper unicuique argenti nummum distribuentes. Simulac isthæc gesta fuere, Domitius Siculorum Imperator indignatus, atque infensus incolis Catanæ, quòd agro Siculis per iniuriam ablato fruerentur, contra eos arma mouit. Ab Syracusijs similiter eisdem bellum infertur. nam hi communi inter se sorte obtinuerant agros, & illuc ab Hiero-

Persarum cũ Aegyptijs prælium in Aegypto.

Syracusani pe regrinos suos acie uincunt.

ne principe ueluti in coloniam ducti, belli munera prosequebantur. Catanenses itaq; contrà instructi procedere ausi, cum multis iam in prælijs superati, fractis animis iam amplius sese tueri minimè possent, agro tandem & urbe simul coacti sunt cedere, tum eam quæ nunc Aethna uocitatur condunt urbem, cui antea Enneosiæ nomen habebatur. Veteres uero Catanæ incolæ iam reuocati, per multa postea temporum curricula patrias sedes incoluere. His rebus gestis, quicunq; Hierone imperante proprijs ex urbibus eiecti, ad id usq; tempus exularant, auxilio sociorum in pristinas quisq; patriæ suæ sedes restituuntur: eosq; inde ejiciunt, quicunq; per uim & iniuriam alienis locis, aut urbibus insederant. Horum ex numero erant Gelôi, Acragantini, Himerenses: proximè his Rhegini, cũ Zanclis, qui filijs Anaxilæ domini ex imperio & urbe ejectis, patriæ libertatem recuperarunt. Posthæc Gelôi Camarinam exædificantes, deductis eò colonis, denuò agros sorte distribuunt. Postremò ciuitates fermè omnes ad delendos hostes consurgentes, edicto decretoq; communi aduersus inquilinos aduenasq; colonos proposito, sese in sua iura reuocarunt. Tum reductis exulibus, ciuitates ciuibus priscis unicuiq; suas restituere, simul alienigenas omnes, qui per uim & potentiam aliena loca usurpauerant, non sua, incolas Messanæ constituere. Tumultus itaq;, seditionesq; omnes, quæ per Siciliam solitæ erant frequentes concitari, hoc modo sedatę sunt. Vrbibus quoq; singulis cura fuit lapsas leges & respublicas iampridẽ abalienatas, pro suo cuiq; iure & prisco more instaurare: tum quicquid publici relictum agri accepere, per ciuium capita quæq; suis distributa sorte tradunt. Præfecto Athenis Torylla Thessalo, à Romanis consules creati, Q. Fabius, & T. Quintus Capitolinus. Horum magistratus tempore in Asia Persarum imperatores per Ciliciam circumlati construxerunt naues trecentas, quibus omni bellico apparatu instructis, copias pedestres per Syriam & Phœniciam terrestri itinere ducunt, adnauigante simul secundum profectionem ad littora classe. simulac Memphim Aegypti peruentum est, illico totis uiribus ad soluendam Leucotychi obsidionem contendunt. Quæ cum primùm in hostium conspectũ uenerunt, soluta est, perterrefactis repentè tanta multitudinis ui, atq; inde fugatis Aegyptiorum Athenienſiumq; copijs. tum inito prudenti consilio collatis signis dimicare detrectant, atq; arte debellare conantur. Nauibus itaq; Athenienſium procul ad insulam, quæ Prosopitis dicitur, coactis, ibiq; in statione positis, fluuium circumfluentem fossis in aduersum erutis deduxere, insulamq; illam aqua subducta siccam undiq; continenti restituere. Simulac naues repentè solo incidisse conspectæ sunt, Aegyptij quidem re penitus desperata, consternatis animis destituunt Athenienses, & ad Persas transfugiũt. Athenienses præsidio sociorum destituti, cum naues suas ad bellicos usus prorsus incommodas cernerent, igne subiecto concremant omnes, ne carinis inter gris in hostium manus uenirent: tum nulla circumstantis se periculi difficulta te aut terrore perculsi, constantibus animis sese uicissim hortari, pristinam uirtutem ac præclara gesta commemorare, postulare omnes ab omnibus ne in partam clarissimis sæpe certaminibus gloriam suam quippiam indigni decoris admittant. unde uirtute præstantiores illis, qui pro Græciæ salute ad Thermopylas occubuere paratis aderant animis ad manus cum hostibus conserendas. Imperatores uerò Persarum Artabazus & Megabyzus, conspecta omnium incredibili audacia, ueriti ne cum obstinatis iam salute abiecta ad mortem pugnando uiris multa ne quicquam suorum millia amitterent, fœdus cum Athenienſibus certa conditione ineunt: permissumq; uti absque periculo incolumes Aegypto excedant. Athenienses audacia & uirtute simul salutem consequuti, relinquunt Aegyptum. Tum per Libyam profecti, in Cyrenen, inde tandem in patriam salui præter spem redeunt. Dum hæc geruntur,

Perſæ Aegyptum inuadunt.

geruntur, Ephialtes Simonidis Athenis dux populi, concitat plebem aduersus Areopagitas: populoque suadet, ut per decreta abrogent collegij ius, iudiciumque Arepagitarum: eaq; prisca patriæ, clarissimaque instituta euertant. qui tamen nil potuit efficere, haud tanta diu impune abusus temeritate, sed nocte quadam interemptus, authore necis incomperto, sublatusq; è medio res innouare destitit. Reuoluto anni tempore, Athenis Philocles præfectus est: Romæ delecti consulatum adiere, A. Posthumius Regulus, & Spurius Furius Mediolanus. Horum temporibus Corinthijs & Epidaurijs bellum aduersus Athenienses exortum, & agitari cœptum est. Quos contra Athenienses arma expediuere, pugnaque atrox commissa, in qua uictores Athenienſium milites tandem hostem strauere. Tum instructa ingenti classe, contra populos qui Alienses dicuntur, in Peloponnesum trajciunt, magnumque hostium conserendo manus numerum cædunt. At uero conuersi Peloponnesij, coacta ingenti manu prælium cum Athenienſibus committunt, apud locum Cecryphaliam dictum: in quo rursus Athenienſium uictoria fuit. Hoc successu rerum sublatis animis, cum Aeginetas conspicerent prioribus gestis in superbiam elatis à se dissentire, statuerent cum eis bello decernere, classis ingens ad bellum instructa eò missa, nec tum Aeginæ urbis incolas peritia singulari, & certaminum naualium gloria confisos, pertenuere Athenienſium opes, sed triremes, quas prius satis paratas habebant, adiectis compluribus alijs nuper ædificatis, instructisq;, bello nauali confligunt. Superati, septuaginta triremes amittunt: fractisq; ea calamitate animis, uiribusque diffisi, rursus in Athenienſium ditionem redire coacti sunt, uectigalesq; facti eorum. Hæc omnia duce Leocrate gesta fuere, Athenienſibus in Aeginetas bello nouem menses exagitato. Interea dum hæc geruntur, Deucetius in Sicilia rex Siculorum, genere admodum clarus, atq; ea tempestate opibus plurimum pollens, urbem Menænon condidit, finitimum ei agrum colonis illuc deductis distribuit. Tum contra Morgantinam urbem haud ignobilem ducens exercitum, eam pugnando capit: inde clarum nomen, gloriam magnam inter cognatas sibi gentes adeptus est. Annuo tempore lapso, Athenis præfecto Bione, Romæ creati sunt consules, P. Seruilius Structus, & L. Libutius Alba. Horum temporibus inter Corinthios & Megarenses orta de finibus controuersia, eas urbes ad arma mouit. Principiò quidem agros Mutius uicissim depopulationibus uastare: pauci interdum, crebroq; inter se manus conserere, paruaq; ciere certamina, crescere in dies magis magisq; ira atque discordia. Megarenses rebus suis in dies relabentibus, diffisi uiribus, & formidine Corinthiorum, societatem cum Athenienſibus iungunt. Vnde æquata iam cum hostibus ope, nihil cedere, nihil trepidè facere, cuncta audere contrà cœperunt. Cumque Corinthij cum Peloponnesijs magnas copias in Megarenses expediuisset, ab Athenienſibus subsidia Megaram missa: quibus dux erat Myronides, uir admirabili uirtute. Expeditis utrinque armis, cum iam diu obnixè ferociterq; certatum esset, atque uiribus paribus, ancipitiq; diu certamine utraque constaret acies, uicêre tandem Athenienses, magnamq; hostium cædem edidere. Paucos rursus post dies in Cimolia consecto prælio, rursus Athenienses secunda uictoria potiuntur, cæso hostium magno numero. Transactis rursus paucis post id diebus, tertium certamen atrox committitur.

Athenienſes Aeginetas ſubigunt.

Deucetius Siculorum rex.

Inter Corinthios Megarẽſes de finibus controuerſia.

Hic aliquid deesse uidetur in Græco exemplari.

Phocenses aduersus Dores arma mouere, qui à Lacedæmonijs originem ducunt, tresq; urbes incolunt, Cyntinium, Erybium, & Erinæum sub collem Parnasum sitas. Ac primùm quidem Dores ui superant, urbesq; eorum subi-

Phocenſiũ & Dorum bellũ.

gunt ſuæ ditioni. Poſt hæc Lacedæmonij Dorenſibus, quòd à ſe orta eſſet ea gens, Nicomedem Cleomenis ducem cum copijs auxilio mittunt: qui mille quingentis Lacedæmonijs aſſumptis, cum aliorum populorum delectu, ad decem millia hominum contraxit. Hic igitur Pliſtonactis regis ætatem pueri lem agentis tutor, eas copias in expeditionem duxit auxilio Dorienſibus. Quo in bello ſuperatis Phocenſibus, urbes receptas in libertatem uendicat, Dorienſium inde populos cum Phocenſibus componit. At uerò Athenienſes, cum apud Phocenſes bellum, Lacedæmoniorum opera pacatum audiſſent, eaq; re geſta, eos in patriam reuerſuros còmpertum eſſet, ſtatuunt ea quæ rebantur regredi uia agmen procedens inſequi, atq; in itinere fatigatos inuadere. Igitur expeditione adducta, aſſumptis Argiuis & Theſſalis cum nauibus quinquaginta, & militibus ad quatuordecim millia in naues impoſitis ad hoſtes contendunt, itineraq; per Geraniam occupata obſident. Lacedæmonij uerò cognito Athenienſium conſilio, per Bœotiam profecti, contendunt in Tanagram. Cumq; Athenienſes eò properaſſent, inſtructa utrinq; uniuerſa acie, inſtigatis animis, atrox pugna committitur. Theſſali inter pugnandũ tranſeunt ad Lacedæmonios, & nihilominus Argiuis & Athenienſibus pugnantibus, quàm plurimi in utraque acie cadunt, nocte inter cipiente prælium diremptum. Poſt hæc cum Athenienſibus magna cibariorum copia ueheretur ex Attica, Theſſali tempus adeſſe rati facinoris adoriendi, noctu corpora curant, moxq; cibariorum uectoribus obuiam properant. Hi ab Athenienſium præſidio, quod uectigalia tuebatur, re nondum cognita, pro amicis admittuntur: ibiq; multa pro cibariorum defenſione certamina conſerta fuere. Theſſali principiò ab hoſtibus imprudentibus amicè excepti, ut quis cuiq; proximè occurrebat, omnes obtruncant: inſtructiq;, perturbatis atque incautis ingruentes, pleroſque cædunt. Huius rei nuncio his perlato, qui in caſtris erant Athenienſibus, concurſus confeſtim fit ad defendenda cibaria. Theſſalos facinori intentos, eaq; re incautos adorti repentè, ab incœpto repellunt, atque ingenti cæde conficiunt. Cumq; Lacedæmonij Theſſalis implorantibus auxilium inferrent, inſtructis iam utrinq; copijs, iuſtaq; expleta acie, totis uiribus res geri cœpta: exercitu utroq; obnixè, ac ſumma contentione dimicante crebrî cadere utrinque. Tandem cum anceps euentus pugnæ fuiſſet, accidit ut Lacedæmonij & Athenienſes de uictoria contenderint. Ac tunc quidem cum nox ſuperueniſſet, & uictoria anceps fuiſſet, mutuis inter ſe legationibus miſsis, quadrimeſtres inducias componunt. Anno elapſo, Athenis præfecitur Mneſithides: Romæ cõſules creati, L. Luctatius, & T. Veturius Cichorinus. Horum temporibus Thebani debilitatis ac depreſsis rebus ſuis, propter Xerxis regis habitam cum illis ſocietatem belli, ſumma ope nitebantur priſcas uires quocunque modo, uetuſtamq; patriæ gloriam recuperare. Cumq; ita ab uniuerſa Bœotia ſe contemptos dolerent, nec iam amplius audiri, ſed ubique ſua detrectari imperia indignarentur, poſtulant à Lacedæmonijs, uti totius Bœotiæ imperium uendicent ſuæ urbi: quod ſi feciſſent, ſe pro eo munere & gratia bellum priuatum ſuis copijs & uiribus contra Athenienſes pro eis ſuſcepturos, nec iam deinceps ulla neceſsitate eos cogi poſſe ad copias extra Peloponneſum eius rei gratia educendas. Tum Lacedæmonij quod à Thebanis offerebatur, ad rem ſuam maximè pertinere rati, urbemq; Thebarum contemplantes, ſi potentiæ incremento, opibusq; plurimum poſſet, ueluti propugnaculum quoddam ſibi aduerſus Athenienſes futuram, cum iam tum in Tanagra exercitum magnum expeditumq; haberent: Primùm mœnia ambitumq; Thebarum ampliorem ducunt, tum reliquas Bœotiæ urbes Thebanis ſubeſſe, eorumq; ueluti poſtularant parere imperio cogunt. Athenienſes uerò contrà rati munitiones illas Lacedæmoniorum ſubruere properandum, ſibi magnas copias cogunt, ducemq;

Thebani cum Lacedæmonijs fœdus faciunt.

cemque eis præficiunt Myronidem Calliæ. Hic numero ciuium qui satis ad rem uidebatur delecto, nunciat eis, statuitq; diem, qua proficisci ex urbe inten deret. Vbi tempus illud aduenit, cum nonnulli ad eam diem uenire neglexis sent, assumptis his qui in tempore parati aderant, expedire properat trajcere in Bœotiam. Cui cum nonnulli ex militum tribunis & amicis multa comme morando suaderent, reliquos qui tardassent operiendos, Myronides pruden ti simul, & ad rem prosequendam prompto ingenio præditus, illis respondet, id minimè expedire, duci nihil cunctandum esse. Quo uerbo innuit, eos qui sponte sibi moras in profectione quæsissent, neque constanter usquam, ne que strenuè pugnaturos, sed formidolosè omnia habituros animo ignauo, pe ricula pro patria ignaue subdituros. Qui uerò ad diem statutam prompti ue nissent, quiq; arma præsto struxissent, eorum iam præstantem constare auda ciam: nec uerendũ esse, ne ordines in acie dati ab his usquam deserantur, nus quam in pugna loco cessuros: quod ipsa re comprobatum est. Nam paucis admodum militibus in expeditionem ductis, cæterum robore uirtuteq; præ stantissimis, in Bœotiam profectus aduersus multiplicem pro sua paucitate exercitum, in aciem descendere & pugnam conserere, parua cum multis ma nu nihil cunctatus, hostes aduersos profligauit. Hoc autem certamen nulli re rum ab Athenienſibus ante ea gestarum tempora magnitudine ac gloria ce dere uidetur. Nam neque uictoria in Marathone habita, neque res ad Plateas aduersus Persas feliciter gestæ, neque alia quæcunque Athenienſium præcla ra facinora uidentur, ulla in re huic pugnæ anteponenda, qua Myronides Bœotios superauit. Superiora namq; ab se gesta, alia cum Barbaris conserta, alia communi sociorum munere & auxilio perpetrata fuere. In hac uerò acie, sola Athenienſium manus periclitata, dimicauit aduersus ferocissimos uni uersæ Græciæ populos. Nam Bœotij siue in adeundis ac subeundis toleran disq; belli periculis, atque in ferenda rerum omnium difficultate nulli Græ corum genti constat inferiores haberi. Pòst namque Thebani ipsi circa Leu ctra & Mantineam soli aduersus Lacedæmonios omnes, sociosq; simul in structos, in aciem descendere ausi, magnam uirtutis gloriam adepti sunt: tum Græciæ totius principes ac duces præterquam cuipiam credibile esset, facti. Eius uero pugnæ tam & si clarissimæ, scriptorum nemo neque laudes, neque modum, neque ordinem commendauit. Myronides igitur clarissima pugna Bœotijs superatis uictor, superioribus Athenienſium ducibus uel clarissimis gloriam haud imparem adeptus est, Themistocli, Milciadi & Cimoni. Myro nides igitur parta uictoria, Tanagram ui capit, eiusq; circum mœnia subruit: tum Bœotiam excurrens excingit, uastataq; ubique uniuersa, prædaq; milita bus distributa, magnis eos opibus explet. Bœotij uastatione agri sui cõmoti, conueniunt undique omnes, exercituq; magnis copijs coacto, in expeditio nẽ prodeunt. Pugna in uinetis Bœotiæ cõmissa: utraq; acie obnixi ad consi stendum resistendumq; animis accensa, in noctem usque pugnatum, uixq; tandem uirtute Athenienſium inclinata, fusaq; Bœotiorum acies. Mox ui ctor Myronides, cunctas Bœotiæ urbes, Thebis exceptis, in ditionem acci pit. Post hęc rex Bœotia profectus, Locros Oppuntios petit. Quos quum pri mo impetu repentè cœpisset, obsidibus indè acceptis, in Pharsaliam trajcit. ea qua Locros, celeritate & uirtute Phocẽses expugnat. Obsidibus quoq; ex his delectis, in Thessaliam tendit, eos criminatus proditionis patratę: imperansq; ut exules quos ipsi expulerant, reciperent. Pharsalijs imperata detrectantibus urbem obsidione urgere parat: quam cum pugnando capere minimè posset, nihilominus persistere. Pharsalij per multum tempus obsidionem tolerauere. Postremò de re Thessalica prorsus desperans, Athenas redijt. Myronides igi tur breui tempore clarissimis rebus gestis, magnisq; inter ciues laudibus effe rebatur.

Myronidis ui ctoriade Bœo tijs.

rebatur. Hæc eo anno gesta sunt. Præfecto Athenis Callia: apud Helios acta est Olympias octuagesima prima, qua stadio uicit Polymnastus Cyrenæus: Romæ consulatum gerebant, Seruius Sulpitius, & Volumnius Auentinus.

Tolmidæ Athenienſis expeditio in Laconicam.

Ea tempestate Tolmides nauticis Athenienſium copijs præfectus, uirtutis & gloriæ Mironidę æmulatione stimulatus, haud animo qui escere: assiduè mul ta secum cogitando, uarijs machinationibus intentus esse, si qua præclari cuiuspiam facinoris aggrediendi uia patefceret, quo aliquam sibi præcipui nominis, & gloriæ dignitatem parare liceret. Cùm itaque ante ea tempora Laconicum agrum nemo inuadere ac depopulari tentasset, id ipsum tentatu præclarum arbitratus, populum concitat atque accendit ad diripiendā Spartiatarum regionem: pollicitus, si mille armati sibi in nauibus adjcerentur, cum ea manu & Laconicam depopulaturum, & Spartiatarum, gloriam depressurum. Assentiente populo Athenienſi, cum plures cuperet callidè per artem educere ciues, huiusmodi consilium inijt. Erat omnium opinio, ad summam quam postularat copiarum, eum ætate & robore corporis prestantissimos delecturum. At uerò Tolmidam mens alia agebat, nec mille solùm qui permissi essent, sed maiorem turbam sibi concitaturus, progreditur in exercitum: ac singulos quosque ætate & robore præstantes adiens, unicuique priuatim denunciat se delecturum eum ad bellum, quod pararetur: longè prestantius uni cuiq; esse, sese sponte ad expeditionem paratum offerre, quàm delectus lege ueluti per extorsionem coactum ad arma expedienda trahi. Vbi supra tria millia hac arte eduxisse se uidet ultro ad nomina danda, reliquos q; cerneret haud iam ad id promptos, tunc mille sibi permissos à populo ex reliqua multitudine deligit. Vbi uerò cætera sibi ad expeditionem parata uidet, cū quinquaginta triremibus & quatuor armatorum millibus portu soluit: mox in Laconicæ Mothonem nauigans, locum illum illicò capit. Tum Lacedæmonijs eò confluentibus auxilio, discedit inde: atq; in urbem Gythium contendens, ubi naualia Lacedæmonijs habebantur, eam quoque urbem ui capit, nauigia q; Lacedæmoniorum ibi deprehensa incendio absumit. Tum agros ubique uastat: inde mox soluens, Zacynthum Cephaloniæ petit. Hac quoque pugnando capta, tum percursis, atque in ditionem acceptis cunctis passim Cephaloniæ urbibus, in loca ulteriora trauectus est. quo cursu in Naupactum fertur, quam eodem congressu repentè sibi subigit: atq; eò colonos ducit Messeniorum, claros quosq; uiros in fidem & amicitiam à se acceptos, qui à Lacedæmonijs dimissi eiectiq; fuerant. Ea namque tempestate Lacedæmonij, Ilotis & Messeneis bellum intulerant, per quod utroque populo in potestatem redacto, eos qui ex Ithoma sub fœdus & fidem deditos acceperant, dimisere omnes, quemadmodum suprà dictum fuit. Cæterum ex Ilotis quoscunque defectionis authores deprehendere potuerant, supplicio omnes affecerunt, reliquos pro seruis habuere. Præfecto Athenis Sosistrato, creati sunt à Romanis consules, P. Valerius Publicola, & C. Claudius Regulus. Horum magistratu Tolmida circa Bœotiam uersante, Athenienses Periclem Xantippi uirum optimum, exercitus imperatorem creant, eiq; triremes quinquaginta cum mille armatis datæ, mandatumq; ut in Peloponnesum nauigaret. Hic magna Peloponnesi parte direpta eo cursu, pòst in Acarnaniam transuectus propter Oeniadas, nauigando urbes ad partes eas omnes in ditionem suam compellit. Complurimi itaque eo anno populi, sub Athenienſium imperium & ditionem concessere: tum uirtute & peritia militari nomen Athenienſium auctum admodum, & magna laude celebratum est. Præfecto Athenis Aristone, Romani consules creant, Q. Fabium Bibulanum, & L. Cornelium Curetinum. Eodem tempore inter Athenienses & Peloponnesios pax in quinquennium fœderibus firmata, Cimone Athenienſe ad ea patranda & componenda

Periclis in Peloponnesum expeditio.

da decreto authore. Cæterũ in Sicilia inter Aegestæos & Lilybæos pro agro ad Maxarum fluuium posito, atroci certamine conserto, multi utrinque cecidere: quam ob cladem ab armis & discordia tum maximè discessum est. Post uerò ciuium adscriptionem per urbes factam, agro pro sorte rursus remenso, ac distributo, cum multorum illic nomina promiscuè admissa utrinque & adscripta forent, feruescere rursus dissidia passim, urbesq; intestino morbo laborare cœperunt, seditionibus ciuilibus uexari, & populares ubique miscerí tumultus, quæ labes ac pernicies Syracusijs in primis inualuit. Nam Tyndarides quidam nomine, uir facinorosus, atque incredibili audacia tumens, initio quidem inopes plerosque sustentans per alimenta & cæteras uitæ necessitates, illis suppeditando cuncta propense, sibi maximè obnoxios fecerat, adeò ut ad occupandam tyrannidem, ad quam aspirabat, sibi fidos ac promptos ministros, adiutoresque haberet. Post hæc, cum res comperta fuisset, ipsum affectasse regnum, capitis legibus damnatur. Cumque à iudicio in uincula duceretur, qui ab eo ali & nutriri consueuerant, stipato agmine adoriuntur eos à quibus abducebatur, manusq; conserere cœperunt. Qua re tumultu in urbe excitato, primores ciuium in unum conueniunt, eosq; rerum innouatores unà cum Tyndarione raptos ad supplicia necant. Cumq; hæc persæpe pericula emergere cœpissent, ac iam multos ambitio mortales, libidoq; occupandæ tyrannidis indies stimularet, Syracusanus populus Atheniensium instituta imitari ac sequi compulsus est, legemque ferre persimilem, qualem illi de suffragijs olim & ostracismo tulerant. Nam apud Athenienses ita statutum habebatur: unumquemque ciuem oportebat nomen illius ciuis testæ inscribere, qui sibi per opes & potentiam uel aliam rem proximus ad arripiendum tyrannidem uisus fuisset: apud Syracusios uerò itidem in foliio oliuæ potentissimi cuiusque ciuis nomen scribi iubebatur: dinumeratis deinde huiusmodi folijs, in quem plurima conscripta comperissent, eum quinquennio exulare iubebant. eo namque exilij spacio existimabant plurimorum potentum repressum iri insolentiam. Postremò uerò non ad puniendа scelera, flagitiaq; transgressorum id supplicij genus instituerant, uerùm potius ad debilitandas opes, & frangendam potentium audaciam, tum prohibenda huiusmodi hominum incrementa intenderant. Cæterum Athenienses hoc instituti genus ex ipsius rei casu ostracismum, Syracusij uerò Petalismum uocarunt. Hæc itaque lex per multum tempus seruata apud Athenienses ualuit, apud Syracusios breui post rogationem eam abrogari oportuit, huiusmodi causis. Nam cum initiò potentissimus quisq; & opulentissimus ea lege ex urbe pelleretur, tum qui plurima gratia & authoritate præstabant inter ciues, quique sua uirtute & prudentia plurimum moderari rem ciuilem dirigereq; potuissent, ea lege perculsi à negocijs reipublicæ, & dignitate magistratuum aberant, eoq; metu uitam priuatam agere. publicis itaque muneribus & curis uacui, ad ocium q; priuatum traducto studio omni, securam uitam degere: simulq; ad opes fruendas, quibus abundabant, conuersi, in delitias & luxum subitò lapsi sunt. Tum demum destituta bonis uiris ac defensoribus repub. pessimus quisque audacissimusq; sibi magistratus deposcere, munera publica adire, ingerere sese, multitudinem concitare malis artibus, ac tumultu cuncta miscere, alias ex alijs semper intenti res nouas adoriri. Postremò seditionibus rursus excitatis, cum iam plerosque discordia & bella intestina stimularent, ciuitas in nouas factiones distrahi, assiduisq; tumultibus æstuare, uexariq; grauiter cœpta est. Nam plebis concitatores ignobili genere, flagitioso q; ingenio ingens multitudo cũcta occuparant: ac nouorũ hominum

Aegestæorum & lilybæorũ pugna.

Tyndarides Syracusijs seditiosus.

Ostracismus Syracusijs institutus.

num rem ubiq; turbantiũ intolerabilis quædam conspiratio, uertebat omnia. Postremò plericq; pro uetustis & honestis patriæ moribus, pernicioſa quædã & ab æquo bonoq; aliena instituta ausi inducere, priscum uiuendi modũ omnem demoliti sunt. ex pristina uetustate immutata urbis species, opes quidẽ diuitiasq; pace adiuti, ingenioq; ad id intento coegere maximas. Cæterũ nulla inter eos concordiæ cura, nullium de iustitia seruanda consilium, nihil æqui bonique ratio pendi, nullus denique cæteris in rebus prauitatis socordiæq; modus. Quapropter Syracusij legis Petalismi pœnitẽtia ducti, prorsus eam haud multo post tempore, quàm edita fuerat, usi abrogant, atq; eò res Siculæ adductæ uertebantur. Præfecto Athenis Lysicrate: Romæ consules creati, C. Nautius Rutilius: & L. Minutius Carutianus. Horum temporibus Pericles Athenensium imperator, transuecto in Peloponnesum exercitu, agros Sycionios diripit. cui cuncta uastanti cum Sycionij copijs uniuersis undiq; eductis occurrissent, conserta cum eo pugna funduntur. Tum plerisq; in fuga cæsis, Pericles reliquos intra mœnia inclusos obsidere atq; oppugnare parat: igitur oppugnatione mœnia adortus, cum nulla ui eam se capere posse cerneret, præsertim Lacedæmonijs rursus obsessis auxilia mittentibus, è Scyone discedit, inde traijciens in Acarnaniam, agrum Oemadorum excurrens depopulatur. Ingenti inde coacta præda, relinquit Acarnaniam. Post hæc in Chersonesum delatus agrum, illum mille ciuibus sorte distribuit. Interea dum hæc geruntur, à Tolmide altero duce in Eubœam profecto Naxiorum ager mille alijs ciuibus est distributus. In Sicilia uerò Tyrrhenis infestantibus atq; prædantibus mare, Syracusij prætorem classis sibi quendam Phaylum deligunt: quem nauibus instructis in Tyrheniam nauigare iubent. Hic itaq; classe, primo cursu insulam, nomine Aethaliam depopulatur: tum magna pecunia clam à Tyrrhenis accepta, in Siciliam redijt, cum nil memoria dignum ea expeditione edidisset. Quem Syracusij in iudicium tractum, & pro proditore iudicatum, abire in exiliũ coẽgere. Alterum item pro hoc ducem sibi creant, nomine Apellem, quem rursus contra Tyrrhenos mittunt cum sexaginta triremibus. Hic excursa primùm Tyrrheniæ maritima ora, uertitur in Cyrnam, quæ ea tempestate Tyrrhenorum imperio & ditione tenebatur. Ibi plurima depopulatus insulæ loca, post Aethalia pugnando capta, Syracusas repetit cum ingenti præda, & magno captiuorum numero, rebusq; alijs ad uarios usus commodis, haud paucis quidem. Post hæc Ducetius Siculorum dux, urbes omnes quæ eiusdem gentis incolas habebant, exempta Hybla, in unam & communẽ duxit ad stipendia contributionem. Cumq; acri & ingenti uir ingenio esset, ad facinora promptus adorienda, nouis ac magnis animo rebus insistebat: tum ex ære Siculorum publico ingentes sibi compilando diuitias, magnam inde potentiã, magnãq; pecuniæ uim contraxerat: qua subnixus facultate, ipsas Neas, quæ eius patria erat, in æquum campum translatã constituxit. Præterea iuxta templum earũ, quæ Palicæ appellabantur, urbem haud ignobilem condidit, quam à dicta appellatione sumpto Dearum nomine, Palicam appellari instituit. At uerò postquam de dijs istis hoc loco mentio nobis incidit, indignum nempe esset, singularem uetustatẽ excellentiamq; eius templi ob res in eo incredibiles, atq; unicum miraculũ eorum quæ Crateres dicuntur, silentio præterire. Fabulantur namq;, templũ hoc tum uetustæ excellentia memoriæ, tum ueneratione religionis cæteris omnibus longè præferendum, quòd multa in eo rari admodũ, & diuina quadam perseuerantis uirtute miraculi, quod fidẽ propè omnem exuperet, adhuc extare traduntur. Primùm crateres ibi quosdam conspici magnitudine haud prorsus modũ excedenti, uerùm profundita tis inenarrabilis: ex qua scintillas immensi incendij interdũ erumpere, alios ixta interdũ natura uideri lebetibus persimiles multo igne concalefactis ebullientibusq;, feruentẽ inde aquam extumescere, & eructari. speciem namq; fer-

uoris

Periclis in Peloponnesum expeditio.

Ducetius Siculorum dux.

De Palicis.

uoris aqua inde eiecta, ueluti feruens, præ se ferre conspicitur. necdum tamen quicquã eius rei explorando compertum habetur, quod nemo adhuc tentare ausus sit. Tanta enim admiratione illius æstuatio humoris eniti uidet, ut haud dubium sit, diuina quadam ui, necessitateq; naturæ interius excedentis effundi. Sulphuris odorẽ perspectum late aqua abundeq; fumans emittit. Cæterũ hiatus profunditatis stridorem subter, ingentemq; rugitum, fremore ab imis horribili perrumpit. quodq; his omnibus est admirabilius, neque supereffunditur, neq; subsistit aqua, impetumq; & uim expulsi fluctus in excelsum subla ta ferre uidetur obstupescendam. Cum itaq; tam diuino spectaculo, tamq; arcanis miraculis, perinde ac quodam habitatum numine, templum illud cunctis passim habeatur admirationi, sanctissima per ipsum, summæq; obstricta religioni iuramenta depromi solent, exploriq; fides & integritas dictorum. Periuros illicò deus ultor supplicio repentino corripit. Nam nonnullos templo compertũ est discessisse, luminibus ob periuriũ excæcatis. Cum itaq; summa ibi numinis præsentia cuiusdã, metusq; deũm locum illum religione seuera tueatur, sic ubi quibusdã de aliqua re ardua & inextricabili discordia & disceptatio intercidat, uel aliqua forte quis ui superioris potentiæ urgeatur iniuria hoc adactis iureiurando disceptantibus, res quoq; discernitur, ac ueluti in quoddam Diuini iudicij examen librata perpenditur. Est aũt hoc templum ex certis quibusdam temporibus asylum tutissimũ & inuiolatissimũ, supplici busq; quocunq; infortunio uel calamitate oppressis, uel his qui in dominos ingratos, uiolabundosq; inciderint seruis, plurimũ subsidij præbet. Nam qui eò confugerint, nulli domino quacunq; conditione seu ui, alioue quouis pacto licet eos abducere: sed ibidem intactos permanere inuiolatosq; oportet, donec per certos amicos & arbitros equi & boni persuasi, & adducti domini, tum iureiurando de conuentis adacti, & promissis seruandis per fidem eo modo firmatã admittantur. Neq; ullus adhuc memoriæ proditus inuenitur, qui eam fidem supplicibus præstitam irrumpere sit ausus. Atq; ita deorum timor quodcunq; seruis iuratum, atq; in fidem sponsum fuerit, per dominos infraudatum, inuiolatumq; seruari compellit. Est aũt hoc templum in speciosissimo campo, planitie æqua positũ. De his itaq; nobis hæc satis dicta sint: deinceps uero ad narrationem superioribus scriptis continuandam reuocemur. Ducetius itaq; cum Palicam urbem condidisset, muroq; eam circummuniuisset satis firmo, finitimũ colonis eius agrum diuisit. Quæ quidẽ cum ubertate agri, tum multitudine incolarum breui mirum in modum coaluit, creuitq; nec diu quidẽ ea felicitate perfrui ualuit, uerùm paulo pòst eruta, euersaq; est: & usq; ad nostra tempora sine cultoribus & incolis uasto solo & inhabitato permansit: de quibus rebus suo deinceps loco & tempore sumus scripturi. Res itaq; Siculæ eo statu uertebantur. Cæterum in Italia iam euersa à Crotoniensibus Sybari, anno post ea tempora 58. Thessalus collectis Sybariensium reliquijs, denuo Sybarim ab ipsis erigit atq; extruit fundamentis, quam inter duo flumina, Sybarum & Crathium ponit: qui fertilitate agri breuiter ad opulentiam prouecti, urbe sex annis possessa, inde eiecti Sybare excessere. Quas res sequẽti libro singula quæq; satis explicando, perscribere aggrediemur. Prefecto Athenis Antidoto, à Romanis cõsules declarati, L. Posthumius, & M. Horatus. His magistratu fungentibus, Ducetius Siculorum dux Aetnã occupat, principe eius per fraudem necato: tum in agrum Acragantinorũ copias traijciens, Mortyum præsidio Acragantino munitum oppugnare adoritur. Huic Acragantinis opem ferentibus, expedito agmine occurrit, cõsertaq; pugna uictor utroq; castris spoliat. Pòst ingruente hyeme diuisi, in domos quisq; suas redi ere. At uerò Syracusij Bolconem ducẽ, qui eius fugæq; amissi certaminis author ferebatur, perinde ac si cũ Ducetio clàm cõspicasse, indeq; rem ex cõposito agere uideretur, in iudiciũ tractũ damnarunt, eumq; pro hoste & proditore necarunt.

Vrbs palica.

Sybaris urbs.

Bolconis mors.

necarunt. Aestate iam spirante, ducem alterum creant: cui exercitu satis magno ad id dato mandant, uti Ducetium bello deleat. Hic ductis in expeditionem copijs, Ducetium deprehendit, in castris quæ circa nomas posuerat commorantem. Expeditis utrinque armis, ac pugna conserta, cum plerique ex utraque acie caderent, uix tandem ui Syracusiorum Siculi uicti, in fugam uertuntur, plurimaque eorum inter fugiendum cædes facta, maior uerò ex fuga pars in loca Siculorum munita incolumes euasere: cæterum paucis admodum in eadem cum Ducetio rerum spe, atque fortuna uersari placuit simul. Dum hęc geruntur, Acragantini Motyum castellum à suis qui cum Ducetio in expeditionem aggregabantur occupatum, oppugnando capiunt: tum copias inde ad Syraculios uictores traducere properant. Ibi iam armis iunctis communi munere bellum gerere cœperunt. At uerò Ducetius amissa pugna, rebus suis fractis, tum militibus partim eum deserentibus, partim subdola fide tempus obseruantibus, si quà per occasionem & insidias uitam eius excipere daretur, adductus in desperationem, incertis passim consilijs agitabatur. Postremò cernens eò rem adductam, ut si qui adhuc secum remanserant amici, iam tandem pararent sibi manus inijcere. præoccupare ipse omnium consilia properat, noctuque sese inde propipiens è manibus, citato cursu Syraculas aduehitur. Nocte adhuc obscurante in forum Syracusiorum concedit: atque ad aras consistens, supplex totius ciuitatis populique efficitur: tum sese regionemque cuius fuerat dominus in manus ac fidem Syracusiorum tradidit. Cæterum concursu per multitudinem in forum, rei nouitate & admiratione facto, magistratus in concionem omnes uocantur: ibique de Ducetio quid potissimum esset agendum, rogitari atque agitari cœptum. In quo nonnulli qui ad populum habere concliones consueuerant, consulere multa, & suadere nituntur, eum pro hoste habendum, proque sceleribus admissis ad supplicia abstrahendum. Qui tum aderant è senatu principes, quibus plurimum gratiæ & authoritatis erat inter ciues, illis contentè aduersari, nihil penitus tam fœdi dedecoris cõtrà ius fasque admittendum, supplici suo salutem nullo pacto uiolandam, fortunæ magnopere uim considerandam, deùm in ea re uersari rationem. In primis id cauendum ne numinis ira per impietatem irritetur: nec in ea quidem, quid Ducetius sua culpa meruisset, uerùm quid Syracusani populi poscerent iura, quid mores, quid antiqua instituta deceret, inspiciendum: necare eum, qui à fortuna deiectus iaceat, nulla prorsus laude dignũ haberi: uerùm deûm religionem inuiolatam seruari, simul & supplici per fas salutem defendi: hoc in primis ad populi Syracusani maiestatem spectare. Hac sententia prævalente, à populo uniuerso uoce una acclamatum est, Supplicem saluum esse oportere. Ducetium igitur ita supplicio liberatum, Syracusij Corinthum relegant: ibique iubent, relíquum ætatis agat. quæque ad uitam necessaria requiri uidebantur, ei satis abunde liberaliterque suppeditant. Nos uerò cum iam ad annum præcedentem scribendo peruenerimus, quo Atheniensiũ copiæ in Cyprum Cimone duce traiectæ fuerũt, ueluti in initiò polliciti fueramus, huic libro finem imponemus.

Ducetij casus

LIBRI VNDECIMI FINIS.

Diodori

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ Liber duodecimus.

SI cui uarias humanarum rerum uices incertamq; fortunam mente contemplari libuerit, haud sanè mediocri, singula quæq; inspiciendo, admiratione meritò capietur, cum nullum penitus ex his quæ à nobis bona putantur, purum compererit, atq; sine omni prorsus molestia sincerum mortalibus unquàm obtigisse: contraq; nullum malum quod prorsus omni utilitate careat. Cuius rei satis aperta licet documenta ex his quæ suprà narrata sunt exemplis colligere, singula quæq; percurrenti, negocijs præcipuè in quibus summa rerum pericula sunt exagitata. Nam Xerxis Persarum regis exercitus in Græciam traiectus, principiò propter innumerabilem armatorum uim, Græcos quidem haud frustra, uanoq; necessitudinis ultimæ pauore perculsit. Quippe quibus aut extremum dimicando, sua coniugum & liberorum libertas, salusq; manu tutanda erat: aut cedentibus ea demum fortuna, seruitutisq; conditio subeunda, quã Græcæ in Asia urbes Barbarica ui subactæ experiri impositam coguntur. Eo bello tantis opibus parato, tanta illato ui, tam deniq; insperato rerum deinde euentu, soluto non solum pauore, summisq; periculis Græcia liberata constitit, uerùm clarissimam & immortalem ex inaudita uictoriæ magnitudine gloriam consecuta est: tantasq; simul diuitias unaquęq; Græciæ ciuitas ex ea pręda contraxit, ut rebus quorumcunq; passim locupletatis stupor ingens populos inuaserit, cunctis supra modum admirantibus quónam pacto tantam opum molem, tantasq; uires fortuna possessoribus extorquere, atq; in aduersam partem traducere sustinuerit. Ex eo namq; tempore in 50. sequentes annos, perpetua Græcis ad felicitatem populis incrementa prouenere. Tum bonæ artes omnes, opum ui prosequente uirtutis præmia, & dignitatem honestante, doctrinæ mirũ in modum excoli, coalescereq; cœperunt, clarissimisq; & excellentissimis cuiusq; artis disciplinæq; autoribus artificibusq; seculum illud primum floruisse memoriæ proditum est, quo Phidiæ sculptoris in educendis rerum simulachris acumen illud propè diuini opificij enituit. Disciplinarum quoq; institutio, eruditioq; haud mediocriter exculta coaluit. Philosophiæ præcipuus honor habitus: necnon & eloquentiæ facultas in dignitate fuit passim quidem apud Græciæ populos omnes, at uerò Athenis in primis: quo tempore Socraticæ disciplinę professores, Platonis deinde Aristotelisq; traditio uiguit: eloquentia Pericles & Isocrates, eiusq; discipuli excelluere. Nec minoris excellentiæ uiri temporis eius militari disciplina, clarissimis gestis, famaq; nobilissima recensentur, Miltiades, Themistocles, Aristides, Cimon, Myronides, ac pleriq; alij: quorum singula cuiusq; nomina recensere frustra, præsentis historiæ succincta narratio non permittit. Athenienſium in primis præclara facinora, uirtutumq; laudes ad inuidiam usq; prouectæ, passim per uniuersum orbem terrarum pro maximis celebrantur. Nam tanta opum ui, tantoq; imperio res eorum subnixa constitit, ut uiribus ipsi suis absq; ulla Lacedæmoniorũ ope, subsidioue Persarum, magnas terra mariq; persæpe copias pugnando prpfligarint: atq; minabundũ illud, formidatũ ceruicib. Græciæ, Persicũ imperium adeò concussum labefactatũq; & depressum reddiderę, ut in fœderum compositione conditionibus pro arbitrio impositis, Barbaros assentiri coegerint, contra rem dignitatemq; tanti imperij, ut Græcas urbes in Asia conditas libertati legibusq; suis restitutas dimitterent, eaq; imperij parte cederent. Quorum omnium singula quęq; diligentius diffusiusq; ex

Xerxis in Græciam expeditionis utilitas

plicando, memoria, duobus uoluminibus, hoc uidelicet quod iam ingressi conteximus, & superiori proximè conscripto extat commendata: nunc uerò deinceps ad propositum prosequendum conuertemur, resq; in diuersis orbis partibus uariè gestas explicare pro uiribus conabimur, unicuiq; de more nobis ab operis huius initijs susceptо, tempus quo facinus quodq; gestum, traditum præstruendo. Superiore uolumine à Xerxis expeditione in Græciam, ingressi uaria per orbem terrarum gesta memoratu digna procurrendo deduximus, historiæ seriem in annum proximum, illi uidelicet quo populus Athenienſis in Cyprum duce Cimone copias traiecit. In hoc uerò ab ipsa eadem dicti populi eodem duce expeditionis in Cyprum traiectione, sumpto scribendi exordio, rerum seriem suo cursu deducentes, ad bellum usq; contra Syracusios ab Athenienſi populo decretum prouehemur. Athenis igitur pręfecto Euthidemo, Romæ consules creati, L. Quintius Cincinnatus, & M. Fabius Iubilanus. Horum temporibus Athenienses bello pro Aegyptijs contra Persas susceptо, cum naues omnes in insula Prosopitide amisissent, breui pòst id intermisso tempore, rursus statuunt contra Persas alia causa bellum restaurare: Græcarum uidelicet urbium, quæ in Asia sitæ erant, libertate uendicanda. Instaurata igitur ducentarum triremium classe, rebusq; cunctis ad bellum paratis, Cimonem Miltiadis filium ducem creant: mandantq;, ut quàm properè in Cyprum classe traiecta, Persis bellum inferat. Cimon itaq; nauibus magna militum ui completis, uectigaliumq; & rerum omnium apparatu compositо, populi iussa secutus, Cyprum remigijs petit. Eadem tempestate Persicas copias ductabant, Artabazus classis prætor, qui trecentas triremes in Cypro habebat in statione dispositas: Megabixus circa Ciliciam ad trecenta peditum millia in castris contracta tenebat. Cimon igitur obnauigatu maris tractu, cum nullum sibi hostem obuium prodire cerneret, Cypro applicans, iam nauticæ rei, ut uidebatur, dominus, Ceteum, Malumq;, oppida ui expugnat: tum singulari aduersus uictos humanitate usus, aliorum animos populorum clementia pellicere, & ad defectionem sollicitare pergit. Post hæc cum triremes ex Cilicia & Phœnicia missas in eam insulam auxilio properare audisset, classe instructa, cursuq; maris undiq; explorato, ubi commodum opportunumq; uidet, inuadit adnauigantem hostem: atq; ipso congressu magno nauium suppresso numero, centum cum ipsis uiris integras capit. Reliquam turbam effuso cursu fugientem in Phœniciæ usq; ortam uariè insectatus exagitauit. At illi mox ubi notum littus attigere, relictis quibus eò uecti euaserant nauibus, in terram desiliunt: atq; in ea loca sese trepidi recipere properant, ubi Megabizus copias in castris habebat. Ast Athenienses appulsa ad terram classe, milites illico in continentem exponunt, fuga hostem properantes auertere. Pugnaq; ibi per tumultum conserta, dum acriter utrinq; ab his pro uictoria, ab illis pro salute in extrema spe dimicaretur, Anaxicrates alter classis prætor, ferociter pugnando uirtute heroica iaculo traiectus concidit. Reliqui pugna obtenta uictores, magna cæde hostium edita, redeunt ad naues.

Cimonis in Cyprum expeditio.

His gestis, Athenienses retro conuerso cursu, Cyprum petunt. Hæc igitur gesta traduntur primo eius initi belli anno. Præfecto Athenis Pedieo, Romani consules creant, M. Valerium Lactucam, & Spurium Verginium Triceſimũ. Horum temporibus Cimon classis Athenienſis prætor, maris uictoria imperioq; potitus, Cyprias urbes in potestatem cunctas redigere molitur. Cum uero Salominem firmissimo Persarum præsidio defensam teneri, magnamq; ibi telorum uim, tum omnis armorum generis facultatem ingentem contractam pro comperto haberet: oppidum præterea copia frumenti immensa, rerumq; omnium incredibili apparatu munitissimum contemplatus, si uiribus caperetur, deliberat eam ad rem maturè peragendam ad momenta adiectarum, statuit cum primum eam expugnationem tentare. Nam tantæ urbis expugnatione,

pugnatione, sperabat reliquam Cyprum facilè totam in deditionem & potestatem uenturam, tum Persarum deinceps fiduciam, audaciamûe simul eo facto perculsis animis, ac re in discrimen adducta, se compressurum. Quibus cum nulla Salaminis succurrendi uia pateret, Athenienſibus iam mare passim obsessum, occupatosq; aditus tenentibus, ea re fore ut per proditionem & perfidiam officij iurisq; socialis desertores haberentur: atq; deinceps eo exemplo fide labefactata, apud reliquos socios plus in fidei inconstantia periculi, quàm in opibus præsidij societatibus afferre existimarentur. Postremò Cypro tota per uim in potestatem redacta, summa belli illius momenta, quod haud secus obtigit, pro arbitrio collibraturum, remq; ex æquo iam præoccupatam inclinaturum, quò potissimum libuisset. Ita Salamine in obsidione occlusa, singulis diebus Athenienses oppugnationẽ tentare, cuncta ad uim moliri. Cæterum milites, & urbis præsidia, telorum missiliumq; copia, cæterisq; rebus bellicis affatim muniti, facilè ex muro pugnantem, iniquo loco ac munitionibus subire conantem, hostem submouere: contrà passim intrepidè impigreq; obsistere locis omnibus, prout res postulabat, armatis adesse, ac consistere corporibus. Artaxerxi uerò regi audita Cypri periclitatione, remq; in arduum & graue discrimen adductam uerti, consilio inito cum amicis de bello illo quid statuendum esset, id potissimum uisum est maximeq; ad rem facere, cum primùm pacem cum Græcis componere. Quo decreto, scripsit illico ducibus & satrapis Cypri, ut quocunq; pacto, quàm commodè liceret, rem cum Græcis componerent. Literis acceptis, Artabazus & Megabizus legatos confestim Athenas de pace tractaturos mittunt. Pacem ab hoste quæsitam haud negarunt Athenienses, legatosq; ad componenda & ferienda fœdere decernunt, quibus summa eius rei transigendæ potestas, summumq; ius permittitur. Eius legationis dux ac principes constituitur Callias, Hipponici filius. Impositæ igitur paci conditiones, & fœdere firmatæ inter Athenienſem populum, sociosq; nominis Athenienſis, & Persas. Quarum hæc fermè capita traduntur. Colonias omnes in Asia Græcas, liberas, ac suis legibus permitti: satrapæ Persarum nulli intra maris tractus ultra trium dierum iter excurrere licere: nauem nullam longam inter Phaselida & Cyaneas nauigaturã. Hæc dum à rege & præfectis seruata essent, Athenienses nunquam intra cuiusquàm regionis fines, quæ sub ditione regia teneretur, ulla occasione arma illaturos. Compositis obsignatisq; fœderibus, Athenienses extemplò copias à Cypro abducunt, insigni uictoria parta, clarissimaque fœderum sanctione, ac conditione hosti potentissimo expressa, impositaq;. Per idem tẽpus dum Cimon apud Cyprum commoraretur, morbo correptus, interijt. Præfecto Athenis Philisco, Romæ consules creati, T. Romulius Vaticanus, & C. Veturius Cicherinus. Helij Olympiada egere octuagesimam tertiam, qua stadio uicit Crisson Himerensis. Horum tempestate Megarenses decreta iam inter se ab Athenienſibus defectione, legatos ad Lacedæmonios de societate cum eis iungenda mittunt. Quo facto commoti Athenienses, copias in agrum Megarensium immittunt: illi passim excursis locis omnibus, possessiones rapinis diripere, cuncta promiscuè populationibus incendijsq; miscere pergunt, prædamq; ingentem undiq; contractam abducunt. Tum oppidanis agro spoliato ac direpto succurrere properantibus, pugna committitur: in qua uictores Athenienses effusam se propipientem fuga compellunt. Præfecto Athenis Timarchide, Romani consules creant Spurium Tarpeium, & A. Asterium Phontinium. Horum temporibus Lacedæmonij in Atticam irrumpentes, magnam agri partem depopulationibus uastarunt, ac quodã castello oppugnationibus tentato, regressi sunt in Peloponnesum. Tolmides uerò Athenienſium imperator Cheroniam capit: cuius facti ira conuersi Bœotij, contracta manu per insidias Tolmiden adoriuntur. atrox pugna circa Coroniam committitur:

Athenienſium cum Perſis fœdus.

Megarenſes ab Athenienſibus deficiunt.

Tolmides à Bœotijs occiſus.

tur: in qua sæuiente certamine, Tolmides in medijs hostibus pugnando necatur: reliqui exercitus partim cæsi, alij uiui capti distrahuntur. Hac strage accepta, coactus est Athenienſis populus urbes omnes Bœotiæ, quas captas sub ditione tenebant, pro captiuorum redemptione, libertati legibusq; suis restituere. Prefecto Athenis Callimacho, Romę consules creati, Sextus Quintius Trigeminus. * Horum tempestate debilitatis Athenienſium opibus ob cladem in Bœotia pro Cheronia acceptam, multæ urbes ab Athenienſibus defecere, maximè quòd Eubœæ incolæ rebus nouis studebant. Quo tumultu Pericles creatus imperator, cum magna manu in Eubœam trajcit: ibiq; capta per uim Estieænsium urbe, ciues eius omnes patria sede ejjcit. Quo facto, reliquos omnes pauore perculsos, atque consternatis animis, rursus sub Athenienſium ditionem redire coëgit, imperatis ut consueuerant accipere fœderibus, re composita in triginta annos, Callia & Charete compositionis eius authoribus, pacemq; firmantibus. In Sicilia inter Syracusios & Acragantinos his de causis exortum bellum fractis Ducetij Siculorum domini opibus, cum ipse iam extremum diffusis saluti suæ Syracusas ad populi misericordiam confugisset, supplex urbis factus, culpæ supplicio à populo ea conditione absoluitur, ut Corinthi relegatus habitaret, ibiq; reliquam ætatem agere pergeret. Ille breui intra fines datos Corinthi commoratus, rupit conuenta & pacta relegationis: rumore ficto, sibi satis & oraculo deûm datum, ut pulchrum littus in Sicilia conderet. Cum iam magnam hominum multitudinem conciuisset, quos illuc colonos ducere parabat, in insulam cum illis nauigat. Rem cum eò nonnulli Siculi suscipiunt, operamq; adhibent, in quibus fuit & Archonides princeps Erbitanorum. Dum itaque horum cura ad pulchrum littus ædificandum intenta perstaret, Acragantini simul inuidia & odio ueteri Syracusiorum stimulati, simul & occasione data illos accusantes, quod Ducetium communem amborum hostem inexplorato ad id Acragantinorum (quod uti que æquum fuerat) consilio dimisissent impunitum, bellum Syracusijs intulere. Quo indicto, Siculo inter se urbes dissentire, ac diuersa sequi cœpere, Aliæ, partes Acragantinas tueri, Syracusias aliæ. magna inde utrinque manus armatorum contracta, populis ipsis ueluti contentione quadam in arma ruentibus, sua quenque studia rapiebant animo intenso in aduersum hostem. Copijs itaque eductis, castra è regione posuere ad Himeram fluuium. Tum acie instructa in pugnam collatis signis descendentes, ferociter dimicare cœperunt. Victoria tandem Syracusiorum fuit, cæsiq; in ea acie Acragantinorum supra mille. Post pugnam legati ab Acragantinis pro compositione missi, pacem à Syracusano populo impetrant. Dum eò res Siculæ uertuntur, in Italia Thuriorum his de causis urbs condita traditur, Superioribus temporibus cum Græci in Italia urbem Sybarim condidissent, ubertate ac fœcunditate soli factum est, ut breui res & opes eius coalescerent. Hac inter duo flumina posita, Crathium, Sybarimq;, à quo nomen acceperat oppidum, eius incolę amplo simul & frugum feracissimo incumbentes agro, ingentes inde diuitias & opulentiam miram congessere: tum plerisque alienigenis in ciuitatem & munera ciuilia ascriptis, adeò res prouecta est, ut multo reliquas Italiæ urbes antecedere opum ui putaretur. nec non etiam populi numero, & multitudine exuperabat, ut trecenta millia ciuium ea tempestate capita illic recensita tradantur. in qua Telys quidam populi dux, cum in magna plebis esset gratia, authoritateq; præstaret, potentissimum quenq; calumniari apud populum, atque uarijs criminibus accusando dilacerare cœpit, donec tandem uoti compos, Sybaritis persuasit, ut quingentos ex ditissimis ciuibus ejjcerent urbe, fortunasq; & opes eorum in publicum redigerent. Quo facto, fugata magna ciuium uis, qui uago errabundi exilio, Crotona petunt: ibiq; ad aras in foro erectas supplicum more confugiunt. Quo audito, Telys legatos ad Crotoniatas mittit,

Syracusanorum & Acragantinorum bellum.

Sybaritarũ et Crotoniatarũ bellum.

mittit, qui iussu suo postulent, ut uel exules dedãt: uel si id renuant, exin sibi indici bellum, armaq; & uim expectent. Conuocato senatu, cum inter se consultare, multaq; agitare pergerent, num dedi Sybaritis exules præstaret, an bellum contra potentiores suscipiendum esset, senatu populiq; concione uaria & ancipiti sententia hærente, primùm quidem plebis animi ad dedendos supplices inclinari uidebantur, pauore belli perculsa multitudine. Post hęc Pythagora philosopho rogantibus consulente, atq; multa obtestante, supplices, incolumi Deûm fide ad quam confugerant, esse protegendos, reuocata sententia, bellum pro supplicum salute tutanda suscipiendum decernunt. Ita armato in se & iam aduentanti hostium Sybariensium agmini trecentis millibus stipato, Crotoniatæ centum millibus obuiam ire properant, Milone gladiatore duce: qui conserta pugna, uigoris corporei inuicto robore cornu hostiũ contra se in acie instructum, primus in fugam uertit. Hic uir sexies in Olympia uictor, robur habens naturæ corporis consentaneum, fertur, coronis Olympiacis ornato corpore, in Olympicis uictorijs partis, in eam aciem descendisse: Herculisq; ritu, leonis spolio clauaq; armatus: qui cum uictoriæ causa fuisset, admirationi fuit ciuibus. Fusis uerò hostibus, cum Crotoniatæ per iram, iam irritatis animis, neminem capi uiuum iussissent, quoscunq; in fuga comprehensos necant. unde maior tanti exercitus pars cęsa interijt. qui urbem ingressi, eam diripiunt: cunctisq; passim uastatis, cultoris uacua loca desertaq; reddunt, quæ annis post eam cladem octo & quinquaginta, Thessali eò concedentes, restaurauere, atq; incoluere: qui paulo pòst rursus à Crotoniatis quinque annis desertam, rursus reliquere, pòst secundam restaurationem per eadem subiecta tempora. Præfecto Athenis Callimacho, rursus extrui & cohabitari cœptum est: quę breui pòst in alterum locum translata, altero quoq; nomine impositio, mutauit appellationem. Cuius authores fuisse Lampo & Xenocritus, hoc modo traduntur. Ab his enim qui secundò patria eiecti profugerant Sybaritis, in Græciam legati ad Lacedæmonios & Athenienses missi sunt, postulatum ut reducere eos in patrias sedes, secumq; sibi ut placeret, eam sibi urbem ex parte coloniam facere uellent. A Lacedæmonijs auditi frustra, nihil impetratum. Res Athenienſibus placuit: moxq; decreto eis auxilio, decem naues completas, Sybaritis subsidio mittunt, quas Lampo & Xenocritus ductabant. Missis quoq; per Peloponnesi urbes præconibus, edicto proponi ac promulgari fecerunt, urbem se communem his facturos, qui eò commigrare uoluissent. Cui plericq; assentirentur, oraculo Apollinis maximè adducti: percunctatis namq; responderat, tale quærendum, quo sibi conderent urbem, solum, ubi aquam mensura sumptã potarent, cibum contrà sine mensura caperent. In Italiam itaq; nauigant, atque Sybarim delati, loca passim omnia scrutari pergunt, sicubi uestigia loci à deo iussi per oraculi interpretationem se offerrent. Cumq; haud procul Sybari inuestigatione sollicitis foris occurrisset, cui Thuriæ nomen erat, latices erumpentes ærea fistula procul fundens, quam accolæ medimnam, modiumue appellare consueuerant, re simul & nomine ad omen & interpretationem oraculi prouecti, eum locum sibi à Deo ostensum ac iussum iudicant. quem mox circumacto muro communiunt: urbemq; ibi condentes, eam fontis nomine Thuriam uocant. Tum urbis spacium in longum porrectũ, in quatuor platæas, & fori loca distribuunt, quorum unum Heraclæam appellant, alteri Aphrodisiadis nomen dant, tertium Olympiada, & reliquum Dionysiada uocitari instituunt. Per latitudinem uero tribus rursus foris spacia locis diducunt, nominaq; singulis imponunt, alteri Heroa, alteri Thuria, tertio Thurinam. Interualla uerò inter hoc intermissa domicilijs extructis replent: uidebaturq; ea urbs & specie commoda, & eleganti admodum opificio educta. Cæterum breui tempore concor-

Milo Crotoniata.

Thuriæ urbis conditio.

dia nulla Thurios continere ualuit, sed graui & sæua admodum seditione res eorum uexari, discerpiq; cœpit. Nam Sybaritæ incolæ uetusti primos quosq; magistratus, summasq; dignitates per usurpationem, ueluti hæreditario sibi iure debitas inter se partiri, ab onere abesse, contributiones, reliquaq; dispendij & bonorum munia posterioribus & nouis ciuibus prosequenda demandare. Tum ad sacra Deûm mysteriaq; peraganda mulieres patricias, antiquæ originis ciues primò deligi, primoq; instituit loco: post has secundo nouam ut bis restauratæ prolem, ueluti deteriori iure progenitam. Ad hęc agrum mœnibus finitimum, eoq; commodissimum pro sorte cuiq; dimensum possidere, remotiore nouis hospitibus pro colendi incommoditate distributo. Animis itaq; dictæ iniquitatis indignatione commòtis, sæuiente iam discordia, cum noui adscriptiq; ciues, antiquis & numero plures, & re superiores, uiribusq; præstarent, tumultu excito, uetustos Sybaritas fermè ad internicionem cunctos ferro absumunt: ipsiq; deinceps urbẽ, iam libera administratione obtentam, disponere pergunt. Cumq; agro & optimo & amplo supra cultorum ususq; sui modum abundarent, accersitis ex Græcia multis eò frequenter colonis, Reipub. munia digerebant, agrumq; rursus æqua sorte dimensum, per capita distribuere. Cæterum illi rempub. præstanter agrumq; colendo, magnas breui diuitias, opumq; uim cumulauere: atque amicitia cum Crotoniis societateq; conciliata, res summas optimis artibus administrabant. Populari statu ciuitatem constituentes, in decem tribus ciues omnes distribuere. Quibus à gente cuiq; sua sunt indita cognomenta: tres quidem ex colonis à Peloponneso accitis, appellarunt Arcades: totidem ex locis extra Peloponnesum sitis, ex una & eadem gente ductas, Bœotiam, Amphictyonida, Dorida: reliquas quatuor ex alijs, diuersisq; nationibus ladem, Athenaidem, Euboidẽ, Neliotin. Tum delegere communi consulto, qui uiuendi modum sibi præscriberet,

Charondas legislator.

legislatorem Charondam quendam, uirum in primis natura optimum, tum singulari rerum peritia humanarum diuinarumq;, & summa sanctissimæ cuiusq; disciplinæ institutione præditum. Hic inspectis diligentissimè cuiusque gentis legibus & institutis, optima quæq; ex illis ad rem, (uti sapientia præstabat) deligendo, & in unum ueluti corpus redigendo, ea pro legibus seruanda ipsis mandauit: quibus multa quoq; adiecisse à se inuenta, excogitataq; memoriæ proditum est: quorum haud equidem incongruum duxerim, ad historiæ legentiumq; satisfationem, isthic inserere commendationem.

Charondæ leges.

Primùm igitur si quis nouercam filijs proprijs superinduxisset, eum censuit à consilio senatuq; patriæ penitus submouendum: nunquam ab eo existimans patria consilia recta ac salubria sperare posse, qui liberis olim proprijs malè consuluisset. Eos inquit quibus primę nuptiæ secundis auspicijs succesissent, ea perfunctos felicitate, iam in expleto satis priore animo conquiescere oportere: sin infelices primas expertus quid haud abstiterit, semel admonitum idem secundis tentare, rursusq; eodem errore pergere, hominis id esse dementis, ac prorsus insani.

Secundum: si qui illatæ à se calumniæ crimine doloq; conuicti in manus uenissent, per urbem miryca circumuectari coronatos, & cunctis sic circumpassim ciuibus palàm ostentatos innotescere, peruulgato supplicij probro, & ueluti pernicioſissimo flagitij genere contaminatos mores gererent, exagitari. fuisseq; nonnullos hac culpa tum iudicatos, quibus manus sibimet ipsis sponte afferre, uitamq; rumpere, quàm in tanta probri ignominia usquã conspici, iucundius uisum est. Cuius legis seueritate calumniatores omnes tandem, pernicioſissimum sanè societati humanæ genus hominum, cum urbe fugati excesissent, ita deinde rẽpub. tali peste uitioq; purgatã, felici æquabiliq; administratione eductã coaluisse. Scripsit quoq; Charondas legẽ de cõsuetudine

ne ciuium prauorum,& confabulatine,profectò elegantem, à cæteris scilicet legumlatoribus prætermissam.Nam considerata humanæ mentis inconstantia,& leuitate animorum,nonnunquam compertum, uiros quantumuis bono & modesto ingenio natos, bonisq; educatos artibus, flagitiosorum consuetudine & amicitia paulatim ab honestatis procul uia auersos,in uitia & improbitatem corruisse: tum ipsam flagitij labem ueluti pestilentiam quandam contagio sensim irrepere in cœtus hominum,ex paruo primùm initio,pòst uiribus sumptis latius manando:iam populum uniuersum(quod sæpe conspectum est)in uitium trahere,uitamq; humanam deformare,atq; ita ueluti tetro morbo infectis proborum mentibus, uirtutem honestatemq; demoliri. Obuia namque patet,ac lubrica ad libidinem uia,facileq; delabitur per uoluptatem in flagitium prona mortalitas. unde pleroscq; constat continentiæ principiò spectatæ,& probis moribus uiros, quibusdam pòst clandestinis uoluptatis libidinisq; illecebris sensim delapsos à probitate, demũq; ueluti expugnata ingenij uirtutumq; integritate, pellectos in teterrima fœdissimaq; flagitia, uitam præcipitasse.Huic occursum esse pesti ac labi cupiẽs legislator,uel eius originem procul auertere à rep.uel exortam in ipsis primordijs extinguere & eradicare,ciues suos à familiaritate & consuetudine perditum,lege prohibuit actionemq; prauæ consuetudinis constituit,grauiq; eius delicti reis imposita mulcta,licentiam coërcuit, reliquos à delinquendo ratus deterrimum iri metu pœnæ. Tulit præterea legem alteram longè superiore potiorẽ,quæ à priorib quoq; legumlatoribus fuerat omissa: liberos ciuium omnes in ipso ludo & primis literarum rudimentis instituendos tradi, conductis ad id mercede & ære publico præceptoribus,lege iussit.Prospexerat namq;, multis iam priidem exemplis admonitus,pleroscq; uel optimo natos ingenio fore, qui rei familiaris angustia pressi,dum priuatæ mercedis præceptoribus tribuendæ inopia desisterent, ob eam singulari & tam opportuna priuarentur institutione. literarum enim scientiam cæteris disciplinis legislator haud immeritò quidẽ præferendam duxit.Huius namq; præceptis,institutisq;,quàm plurima,quæ *Literarum laudes.* ad uitæ usum maximè necessaria putantur parari,suffragia, decreta, consulta, epistolas,pacta,leges,conuenta,cæteraq; huiusmodi omnia, quibus uitæ societatisq; humanæ ratio potissimum continetur, resq; passim mortalium corroboratæ simul & excultæ consistunt. Cui enim tanta ingenij facultas suppetit,ut dignis laudibus literarum disciplinam institutionemq; se prosequi possе confidat, quibus solis uita defuncti uiuentibus cõmemorantur: tum quos longissima procul terrarum interualla separatos tenent, hi literarum sese mutuis ueluti internuncijs salutant,uisunt.cum absentibus amicis tanquam præsenti consuetudine mutuis colloquijs perfruuntur:tum ad bella siue inter gentes quascunq;,seu inter reges sedanda,quid idoneum,quid magis accommodatum literarum munere posset excogitari? Fœderibus commendandis, pactis,conuentis,promissis testes primi accersuntur,cæteraq; omnia quibus seruandis summa opus est fide,ipsis tutò commendantur: illæ cõmendata quæcunq; excipientes,æterna integritate,& inconcussa fide custodiũt. Postremò sanctissimas sapientissimorum uirorum sententias, oracula Deũm, philosophorum inuenta,disciplinarum denicq; omnium præcepta ac monumenta humanarum diuinarumq; rerum,solæ literarum ædes repostа conseruant: atq; à uetustatis & temporis uoracitate defensa,ueluti diuina quadã tuendo ui, posteris ex ordine deinceps per succedentia secula, demum æternitati commendant.Vitam nobis à natura datam haud ambigi negariue potest:uerum beate uiuendi rationem à literarum eruditione sumptam, euidentissimis probatur argumentis:unde ciues illiteratos tanquàm summis quibusdam priuatos bonis,simul increpando commonuit,simul subsidio opportunè cauto

leuauit, impoſita erudiendi lege, Quod munus cura, ſumptu, impenſaq; publica, ueluti ad remp. maximè neceſſaria dignum duxit. Itaq; tanto eſt ſuperiori bus legumlatoribus præferendus, qui medicos publica mercede conducendos ad morbos ciuium curandos ſanxere, quanto animæ eductio, & exornatio ingeniorum, corporeæ ſaluti præſtantior probatur. Itaq; illi corpora curanda cenſuerunt. at hic animas imperitia laborantes curauit. Et medicorum quidem nullam unquàm nobis accidere optamus neceſsitatem: uerùm cum eruditoribus, diſciplinæq; præceptoribus uſqueadeò uerſari, totamq; conſumere ætatem iuuat, perinde ac ab illo abhorreat ſollicitudinis munere, hoc pro mutua gratia complectatur natura mortalium. Prædictis uerò ambabus legibus atteitatos poëtarum plerunq; uerſus conſtat, De ſceleratorum familiaritate & conſuetudine ſcriptum accepimus, quem ſocijs flagitioſis delectari conſpexerim, eum qualis ſit, haud percunctari perrexerim, cum eum ſodalibus eſſe perſimilem miniме dubitarim. Legem uerò de nouerca datam, aiunt legislatorem Charondam in quadam legum conſcriptione inter alia multa his ſcriptã tradidiſſe: Qui liberis ſuis nouercam ſuperduxerit, eum neq; ullo dignitatis loco, precijue uirum habeto, neque ulla ciuium conſuetudine communicare, fruiq; ſinito: quippe qui malum alienum rebus ipſe ſuis intulerit. Si proſpere, inquit, tibi coniugiũ fortè ſucceſſerit, primùm eo ſucceſſu contentu conquieſcito. Sin aduerſum obtigerit, furioſi nempe eſto, idem malum ſecunda explo ratione tentare uelle. Nam qui bis ab aſſequenda re in ſuis negocijs fallitur, demens is meritò exiſtimatur. Iam cum ſcribat Philemon comicus de ijs qui ſæpe nauigant, hæc uerba Miror non equidem quod nauigauit, ſed quod bis nauigauit: idem poſsit quis pronunciare non eſſe mirandũ ſi quis duxit uxorem: ſed ſi quis bis duxit. Preſtat enim ſeipſum bis mari committere quàm fœminæ. Quantas enim quamq; ſæuas in familijs optimis diſcordias nouercarũ ſeditione excitatas accepimus? parentes cum filijs digladiatos, & ad extremã feritatem & crudelitatem furentium more prolapſos. Inde multa perſæpe in theatris teterrima fœdiſsimaq; facinorum ſimulacra conſpicimus à tragœdis effingi. A Charonda item lex altera, fauore digna, traditur conſcripta, de tutela & educatione orphanorum. quam ſi quis ex uerborum ſuperficie & cortice perpendere interpretariq; uelit, nihil excellens aut approbandum continere uidebitur. Vbi uerò profundius inſpectionem duxeris, ac diligentius res ipſa introrſum ad medullam perquiratur, ſapientiſsimo conditam conſilio, ſingulariq; admiratione dignam iudicaueris. ſcriptum enim reliquit, orphanorũ fortunas, & bona hæreditaria eorum tutelæ adminiſtrationiq; permitti debere, quibus ex paterno genere proxima cognatio duceretur, orphanos illos educandi curam tradi maternis cognatis. Enimuero ex uerbis iſtis nulla in lege perpendit neq; prudentiæ præcipua ratio, neq; cautionis ullius ſingularis habita diligentia. uerùm altius ac perſpicacius inſpicienti dignum laude admirabili uidebitur inſtitutum, ac ſumma ſapientia pro re cautum. Nam cauſas inueſtiganti cur alijs opum & patrimonij curam. alijs uerò uitæ eductionem infantium credi ſtatuerit, ſingularis quædam & propè diuina conditoris prouidentia & cautio occurret, ad utriuſq; rei incolumitatem protegendam excogitata. Cognatos nempe maternos, quibus nullũ ius in hæreditate tractanda permiſſum eſſet, ſubmota per id auaritiæ occaſione, & irritamento ad eundæ per fraudem pecuniæ, nunquàm fruſtra ſine aliqua ſpe adduci poſſe ad inſidias pueris moliendas. Paternis item cognatis pariter inſidiandi facultate erepta: quippe quibus nulla corporis uitæq; contrectatio, nullum arbitrium datum ſit. Cæterum fortunarum patrimonijq; quod ad ſe peruenturũm intelligunt, ſi hæres ipſe uel morbo, uel alio caſu abſumptus, uita deceſſerit, curam geſturos diligentiorem, fideq; magis incolumi pecuniam tractaturos: ueluti ſi ſors uel caſus aliquis tulerit, ſpes proprias proſecutos. Alteram item legem

gem de his tulit, qui in prælijs signa ordinesq; destituissent, quiue prorsus arma pro patria capere recusassent. Huiusmodi uirorum ignauiam, cæteri legũ conditores, mortis supplicio coercendam censuere: huic uerò placuit, huiusmodi uiros uestibus muliebribus indutos, medio in foro sisti, terq; eodem singulis diebus ante omnium ora suggesto, eodemq; ornatu consistere. Qua quidem lege simul clementiæ & humanitati satisfactum uidetur, quod à cæteris legibus crudelius exactum est: simul quo huiusmodi animos hominum ab ea mollitia & fœminea liceret timidate sensim reuocari in audaciam, probri adiectione prudentissimè excogitatum haud auferendo, sed expiando patriæ, & conciliando res, ut decet, prauas. Longè namque mortem præstat oppetere, quàm tantam ignominiæ calamitatem diutius in media patria experiri: tamque abiecto ludibrio ciuibus suis, uulgoq; uitam perpetuò obnoxiam trahere. Et hoc fieri conueniebat, ut eo morbo animi seu naturæ uitio, siue mollicie consuetudinis laborantes, in deteriorem mortis conditionem adducti, primùm desperatione quadam, & doloris insania pauorem abijcerent: pòst, laboribus & periculis assuescendo, exuerent insitam prorsus ignauiam: ac iam impigra ad ferrum & certamen manu, prompti patriæ discriminibus occurrere, alienæ mox laudis æmuli, gestis etiam gloriam quærere, acceptamq; ignominiam uirtutis attestatione diluere certarent. Tum legum seueritate, earundem legum sanctionem lator ipse corroborauit. A legis namq; scripto iussit, ne ullo pacto discederetur, licet omnino male scripta foret. Sed corrigi permisit si qua correctione egeret. Nam à legum conditore sua cohiberi consulta ac scita, authoritati sancientis subiecta teneri, æquum censuit. Id uerò priuato cuique licere prorsus absurdum, tametsi utilius consulenti: atque hoc modo potissimum, ne cui (quod fieri solet in iudicijs rerum capitalium) licentia occasio ne pateret per argutias pro commodo exquisitas interpretandi leges, uariasque pro ratis uerbis sententias inducendi prohibuit, neu cauillationibus interpretum, legum seueritas & maiestas distraheretur: unde fuisse inter criminum capitalium nonnullos accusatores, qui coram iudicio causam agendo, dum à iudicibus in reum uendicari postulassent, districtius dixissent, aut uirum in eo casu, aut legem seruari necesse esse. Charondam itaque ferunt mira suprà quã credi aut dici posset prudentia, de legum moderatione & interpretatione cauisse. Nam cum perspexisset in plerisque circum ciuitatibus à multitudine admittentium, pro suo cuiusque commodo leges interpretando distrahi, iamq; totum prope prisci ea re iuris columen concussum labare, deflexamque prorsus uariè legum seueritatem haud posse consistere, inde sæuas in uulgo excitari seditiones, uariosq; tumultus: singulare quiddam admirabileq; supra modum & elegans, quo tali flagitio occurreretur, excogitasse: sanxisseq;, si quem cuiuspiã legis abrogandæ libido seu necessitas adduxisset, ei collum laqueo inductum primùm circumdare: tum sic ornatum in concionem ad postulandam à populo legis emendationem prodire oportere, ibiq; expectare, donec à populo de legis mutatione quid sentiret decerneretur. Vbi comitia mutandam probassent, tum ille nouæ legis author solueretur. Sin hanc legis correctionem concio repudiasset, tum mox ibidem nouo rogatori laqueo quo uinctus accesserat, guttur perfringendum. Tam seuera & terribili de legibus abrogandis cautione constituta, supplicij discrimine nouos legislatores deterrente, nemo de illius legis abrogatione ne uocem quidem audebat emittere. Vnde apud Thurios in toto prorsus post ea scita temporum cursu, tres ad summum abrogatas tradunt propter errores & iniquitates quasdam, quæ ad abrogationem pro æquando iure consultandam plebem perpulêre. Lex erat, si cui quis oculum eruerit, oculum reo pariter eruito. Monoculo aliquis oculum, quo solo inspiciebat, effodit, qui tractus in iudicium, cum lege in eum ageretur, altero priuatus oculo satisfeciſe iuri se arbitrabatur. At

qui excæcatus, luce carebat, haudquaquam par illato damno reum perpendisse supplicium cernens, multa passim conqueri: rem indignam sanè, neq; in ulla iustè, beneq; administrata repub. tolerandam, eum qui ciuem quempiam excęcauerit, si lege puniatur, haud sanè per eam iusta pœna & pari quam intulisset calamitate puniri: æquum igitur esse, monoculum, cui luce ablata, tenebrosa uita degenda sit, ambo excæcatori sui lumina exterebrare, si parem pendere de merito pœnam oporteat. Ita monoculum dolore simul ereptæ lucis, & iniquitate rei perpulsum, in mediam concionem se duci iussisse: ibiq; primùm multa uitam luce desolatam conquestum: tum singulos quosq; appellando ciues, calamitatemq; suam miserè deplorando, totam concionem in misericordiam commouisse. Demum à populo postulare ausum, uti legem, cuius iam iniquitatem experiretur, abrogare contenderent. Postremò collo iussu legis laqueo inductum, consultanti plebi obtulisse: atq; ea impetrasse consultatione, ut lege priore antiquata, noua emendatior subrogatur, eoq; modo laquei necem euasisse.

Secunda lex modificata, qua ius uxori permittebatur à uiro, ubi uisum esset, discedere, uiroq; alteri, cuicunq; collibuisset, consuescere. Cuiusdam uerò ætate prouecti coniux iunior cum esset, eo relicto, alteri iure legis iuncta, consuescit: ille facti indigni ira percitus, populo Thurienſi consuluit, legem emendari, & hoc adijci, ut quæ uirum reliquisset, nuberet cui uellet, modo ne iuniori quàm prior esset: pariterq; si coniugem uir eiecisset, nullam dehinc eiecta iuniorem sibi iungere liceat. Qui cum in consultando sapientissimè ac eloquentissimè pro re differuisset, impetrata legis emendatione, laquei periculo sese exemit. Quo facto coniux eius iuniori prohibita iungi, rursus ad relictum uirum redire coacta est.

Tertia lex emendata, quæ de puellabus hęredibus, scita quoq; à Solone, sic iubebat filiæ hęredi, coniugari primum genere: itemq; puellam hęredem proximo cognato debere adiudicari, qui cũ consuescere eam oporteret, aut quingentas exponere drachmas gratis dotis nomine dono dandas inopi hæredi. Orphana quædam honesto loco nata, hæresq; relicta, cum summa rerum omnium penuria urgeretur, nec propter inopiam rei familiaris nubere posset, ad populum confugit: multisq; cum lachrymis solitudinem deplorando suam, extremamq; inopiæ conditionẽ, ob quam cunctis despectui esset, multa conqueſta: mox orare supplex, ac postulare cœpit, uti legis seueritas mitigaretur, scribiq; pro quingentarum contributione drachmarum: lege nubere oportere, proximo addictam cognato uirginem, in spem hæreditatis relictam. Lege, prout petebatur, emendata, populi suffragijs misericordia victi, puella quoq; orphana laquei supplicium, quod ob legis correctionem illi imminebat, hac ratione effugit. Qui uerò proxima necessitudine ducebatur, uir locupleſ inopem mulierem extrema sorte hęredem, lege coactus uxorem duxit nuptijs indotatis. Reliquum nobis deinde est, edisserere mortem Charondæ, in qua singulare quod atq; penè incredibile contigisse, memoriæ proditum est. Quadã die ferunt, cum in agrum exiuisset gladio accinctus propter latronum incursationes, atque in regressu suo conuocata fortè concione populi consedereturq; ibiq; tumultus excitari misceriq; plebem, & agitari uariè cœptum per facinorosos & seditiosos uiros audisset, immemor gladij ad latus pendentis, properat in concionem. At cum lege à se cautum, capitaleq; iudicatum esset, ne quis causa in concionem cum armis prodiret: ibi mox ab æmulis suis notatus criminis obiectione. Ea enim occasione oblata haud cessarunt quidam ex eis, repentè procul inclamantes: Leges, inquiunt, quas condidisti, nobisq; composuisti Charonda, primus præuaricari adortus es. Minimè hercle, inquit: quin ratam faciam. confestimq; stricto gladio sibimet, conspicientibus omnibus,

Charondæ mors inaudita

bus,iugulum aperuit.Fuerunt inter scriptores, qui facinus istud Diocli Syracusiorum legumlatori adscriberent. Cæterũ cum iam satis in declarandis Charondæ latoris legum gestis uersati uideamur, libet paulisper pauca quædam de Zaleuco legumlatore percurrere,cùm propter horum inter se uirorum uitæ morumq; similitudinem, tum quod in tam finitimis ambo ciuitatibus floruere.Zaleucus ganeris ex Italiæ Locris originem duxit,uir clara stirpe, optimo ingenio præditus, disciplina admirabili, Pythagoræ philosophi discipulus.Hunc itaq; ob spectatam probitatem,& integerrimam uitæ castimoniam apud ciues in magna obseruatione & authoritate habitum, populus elegit ad rem componendam,& leges urbi condendas. Qui quidem ad munus sibi demandatum prosequendum sese comparans, initium à dijs immortalibus conscribendi fecit. Nam in præfatione totius summæ conscriptarum legum, mox in ipso ingressu ait oportere eos quibus urbs una incolenda sit,ante omnia opinari ac credere Deos esse:tum ad contemplandum cœlum conuertere mentem,orbisq; compositionem inæstimabilem, & tantum ornatum aduertere,ac singula quæq; iudicio rationeq; discernendo,tantam molem,rerumq; tam consentaneam passim speciosissimamq; uarietatem, tam æquabiles cursus,tam denicq; immensum tamq; incomprehensibile opificium, neq; incerto casu deduci,neq; ullo artificio uel ope humana parari potuisse: itaq; uenerari Deos,& in primis coli, ueluti primos scilicet mortalium, summosq; benefactores:à quibus solis proles,diuitiæ,uirtutes, bona denicq; omnia humanitati propinarentur,tum animũ omni improbitate & labe expiatum purumq; præstare.Quippe deos haudquaquam numine læto ad polluta flagitiosorum sacra muneraq; inspicere uelle: cæterum iusta & innocentia mortalium instituta,proboq; mores,tota diuinitate complecti.Ciuibus ita in ipsis exordijs ad religionem & deorum cultum excitatis,subijciens prosequendo iubet,ne cui ciui cum ullo mortalium discordia implacabilis, ubi contigerit, iraue geratur diuturna:uerum sic inimicitias,ubi contingeret,cum unoquoq; suscipiendas tanquam sint breui rursus in concordiam & beneuolentiam redituri: sin quẽ secus pergentem conspexerint,hunc pro indomito & ferò,agrestisq; & inhumani ingenij habendũ,censendumue. Principes ab insolentiæ & faitus intumescentia magnopere dehortatus est,ne ad amicitiã odiumue ferrent iudicia. In reliquis uerò particularibus rebus, lege singulas quasq; cohibendo multa admodum sapienter atq; elegantissima subtilitate ingenij excogitata conseruit.Nam cum apud cæteras gentes mulieribus delicta cunctis argentea multa redimendi ius fiat,hic argutissima quadam pœnæ pensione, earum compressit intemperantiã. Quibus sic præscripsit:Mulierem,inquit,liberam una non plus pedissequa comitari debere, nisi cum tumulenta fuisset: nec urbem noctu egredi, nisi cum mœchos adire pararet: neq; aureis circumponi ornamentis,neq; contextis indumentis,arteq; laboratis uenustari, nisi cum scortari atq; amatorem sibi moliri studuerit: neq; uiros annulis aureis splendescere, neq; stomachosia ueste contegi,nisi cum lenocinari,aut adulteria committere niterentur.Atq; ita facillimè pœnæ genere,ultuperio scilicet probri, perniciem deliciarum omnem atq; intemperantiæ labem coërcuit, exculpsitq; licentiæ procacitatem,maxima impudentiæ irritamenta.Nemo enim tam perditæ libidinis inueniri poterat,qui domestica attestatione & proprio suę turpitudinis testimonio,uellet se perpetuo inter ciues probro ludibrioue damnare. Cæterum pleraq; alia de conuiuijs & sodalitatibus, cæterisq; rebus, quarum usus ambiguæ in uita æstimationis habebatur,lege compescuit.Quæ singula persequi prolixum nimis,& remotius quàm ut liceat nobis ab incœpto digredi. Itaque ad continuandam deinceps superioris narrationis seriem, sermonem

De Zaleuco legislatore.

conuertemus.

conuertemus. Præfecto enim Athenis Lysimachide, Romani consules creârunt T. Menenium, P. Sestium Capitolinum. Horum temporibus Sybaritæ, qui seditionis euaserant cædem, iuxta fluuium Tarenta congregati, sibi domicilia extruxere: eaq; loca simul commorati, per aliquod tempus incoluere: postea à Brutijs inde electi, dissipati, deletiq; sunt. Cæterum in Græcia Athenienses Euboea potiti, electis urbe Estiensibus, propriam eò coloniam deduxere, Pericle duce. Transcriptis itaq; illuc mille colonis, urbem simul agrumq; pro sorte distribuere. Profecto Athenis Praxitele, quarta & octuagesima Olympias acta est, qua stadio uicit Crison Himerensis: Romæ Decemuiri designati ad leges populo conscribendas, P. Claudius Regillanus, T. Minutius, Spurius Veturius, C. Iulius, C. Sulpitius, P. Sestius, Romulus Spurius, Posthumius Caluinius: ab his leges conditæ. Horum tempestate Thurij cum Acragantinis bellum gerentes, infensi infenso hosti certare, utrinq; mutuis depulationibus agros uastare, terra mariq; cuncta infensa reddere, crebrò per leuia certamina inter se pugnam telis & iaculis lacessere: nihil tamen dignum memoratu ea contentione patratum traditur. Præfecto Athenis Lysania, à Romanis Decem rursus uiri legum conditores creati sunt, Appius Claudius, M. Cornelius, L. Minutius, C. Sergius, Q. Publius, Manius Rabuleius, Spurius Veturius: à quibus haud absolui legum conscriptio ualuit. Vnus namq; eorum perditus amore cuiuspiam uirginis, ingenuæ quidem, sed rei familiaris inopia à nobilitatis fauore & patrocinio deiectæ, principiò pecunia pudicitiam puellæ tentare adortus est. Vbi nihil muneribus, pollicitisue perfici uidet, maiorem ui rem pergit assequi: nactusq; uirum quendam ad id idoneum, cum eo componit, ut cum ficta calumnia puellam seruam suam asserat. at que repetat. Ille causa in iudicium prodita, eam ueluti seruam suam accusare, iusq; eius uindicandę sibi à magistratu fieri postulare. Puella ad magistratum adducta, corrupto iudicio per fraudem traditur ueluti mancipium in manus recipientis. Quam acceptam cum calumniator pro serua abduceret, ac pater uirginis præsens multa principiò renitendo, ac graui animi indignatione & dolore tantam iniuriam repellere certando, ubi nullum usquam iam retinendæ filiæ præsidium adesse uidet, abducentem cum filia sequi. Tum permeantes fortè iuxta macellum quoddam iter tendunt: hic correptam bipennem, quæ fortè in foribus hærebat, pater in caput filię librat: ibiq; eam necat, ne tam indignam contumeliam experiri cogeretur. Simul eo patrato, confestim ex urbe in castra se proripit, quæ in Algido posita stabant, cui nomen erat Ipsancho. Mox aduocata militum concione, multa lachrymando, multisq; querelis calamitatem suam filięq; iniuriam deplorando, commouit concionem omnem misericordia, iraq; & indignatione tam impuri sceleris, & intolerabilis superbię. Accensi omnes, misero fauere, armisq; sumptis ad iniuriam ulciscendam properant. Noctu urbem ingressi, collem Auentinum occupant. Vbi lux effusa rem palàm fecit, cognita militum ira & seditione, Decemuiri collegam manu tueri cœptant: atq; iuuentute collecta, acies utrinq; instructa, ferro decertare parant. Cum itaq; ingens ac dira dimicatio futura uideretur, tum optimates ac patres, prospecto periculi discrimine, graui admodum, & propè extremo, legatis internuncijsq; ad utrosq; missis, rem componere moliuntur: summoq; studio instare, multa orare, obtestariq;, ut ab intestina discordia desisterent, nec patriam ipsi suam grauibus calamitatibus obruere pergerent. Postremò parte utraq; adducta, his conditionibus & fœderibus inter se rem componunt: primùm decem tribunos plebis debere creari, quibus summa præ cæteris magistratibus potestas daretur, ueluti protectoribus communis ciuium libertatis: tum ex his qui in annum crearentur consulibus, alterum prorsus ex plebe deligẽdi populo ius esset. Hoc aũt statutũ est ad comprimendã patritio

Romæ uirgo à patre, uidelicet Virginiæ necata.

Romæ tribuni plebis creantur.

rum

rum & nobilitatis superbiam, cui semper plebs infensa aduersabatur. nam generis claritate, maiorumque suorum memoria, & famæ gloria sublatis animis, ueluti specie quadam dominij ius sibi, potestatemque rei totius usurpabant. In fœderibus item id adiectum, uti tribuni plebis exacto sui magistratus anno, mox totidem alios in annum sequentem designarent: quod si prætermissent, illico uiui concremarentur. Vbi forte tribunos in designandis magistratibus discordia remoraretur paulo diutius, nihilominus eo temporis interuallo ueteribus imperium prorogaretur, donec consentu alios creassent. Ita his fœderibus comprobatis, Romæ consules creati Ancus Horatius, & L. Valerius Turpinius. Ea tempestate cum Romæ iuris conscriptio ea seditione interpellante perfici nequisset, consulibus eius exequendæ munus potestasque data est: quod ab ipsis actum fuit. Nam ex duodecim tabulis decem iampridem à Decemuiris absolutæ habebantur: reliquum duabus consules suppleuere. Absoluta iuris quo nunc utuntur Romani, conscriptione, duodecim tabulis æreis eam consules incidi iussere, quas inter rostra in foro ante curiam confixere. Ipsa uero conscriptio legum breuis admodum, nullaque uerborum superfluitate compacta, nempe admirabilis ad hæc usque tempora incolumi sculptura perdurauit. Dum hæc agerentur, uniuersi fermè orbis terrarum gentes, pace composita fruebantur. Nam Persæ cum Græcis duo diuersis temporibus fœdera percusserant. Primum cum Atheniensibus & sociis eorum, quo in fœdere conuentum erat, ut urbes in Asia Græcæ, libertati suisque legibus permitterentur. Alterum postea cum Lacedæmonijs, per quod, pacto superiori soluto, dicte urbes sub imperium Persarum rediere. Similiter inter Græcos pax ubique agebatur, inducijs inter Athenienses & Lacedæmonios ad triginta annos pactis. Tum quoque res Siculas tranquillo statu fœdus tenebat, ictum iam pridem inter Gelonem & Carthaginenses. Ipsæque urbes in Sicilia Græcæ summam imperij, & rerum administrationem sponte penes Syracusios esse permisere. Iamque Acragantini rem cum Syracusijs composuerant post amissam pugnam ad flumen Himeram, necnon & gentes Italæ, Celtæque populi arma posuerant. Item Hiberia tota, reliquæque propè totius orbis terrarum gentes bello passim abstinebant: unde nulla usquam bellica facinora memoratu digna, ea tempestate patrata traduntur. Quando res gentium cunctas ubique pax una, tacita ducebat tranquillitate, conuentus, spectacula, ludi, deorum supplicationes, & sacra celebrari certamina, passim præmijs laudi uirtutique propositis exerceri, cæterisque tum maximè iocundis negocijs operam dari, studiaque mortalium intenta rebus esse, quæ temporum felicitas & quies afferre solet humanæ societati. Præfecto Athenis Timocle, Romæ consules creati Laricinus Hermenius, & Titus Stertinius Structo. Horum temporibus Samij cum Milesijs de pace contendentes, eam in bellum uerterunt. Qua in re Samij cum perspectum palàm haberent Milesiorum partes ab Atheniensibus gratia maiori sustentari, mox ab eis desciscunt. At illi Periclem iam antea ducem creatum, cum triremibus quadraginta contra Samios mittunt. Hic educta classe, ubi Samum applicuit, urbe in potestatem redacta, res ibi statu populari componit: tum octoginta talenta, totidemque obsides Samijs imperat. Quos acceptos Lemnijs tradidit custodiendos. Ipse paucis post diebus, re passim pacata, compositisque omnibus Athenas redit. Orta deinde graui seditione, cum alij statum popularem retinere adniterentur, alijs contra optimatum administratio placeret magis, certantibus atque altercantibus inter se ciuibus, ingens urbem tumultus cœpit agitare. Cæterum illi quibus popularis status erat infensus, in Asiam profecti, in Sardis ad Pissuthnem quendam eiusdem loci satrapam, parti suæ implorant ab eo auxilium, qui septingentos eis milites tradit, sperans ea re Samum in suam ditionem peruenturam. Eo militum præsidio accepto. Samij noctu nauigantes, clandestinè insidijs

Duodecim tabulæ.

Samiorũ cum Milesijs bellũ

sidijs aduersarijs urbem ingrediuntur, opitulante patrum factione: uiribusq; cunctis iam superiores, facilè Samo, rebusqúe omnibus potiuntur: mox aduersam factionem urbe ejciunt, obsides deinde suos furto Lemnijs subreptos, abducunt. Tum sese undique remqúe Samiam præsidijs firmantes, contractis uiribus, iam palàm se Athenienſium hostes nulla dissimulatione ostendunt. Illi rursum Periclem ducem creantes, traditis illi sexaginta nauibus, contra Samios tendere iubent. Rebus paratis, Pericles in hostem profectus, contra septuaginta triremes conflixit. Qua in pugna deuictis Samijs, nihil cunctatus, quinq; & uiginti naues accersit à Chijs & Mitylenæis: cum ea classe Samum obsidere pergit. Paucis pòst diebus parte copiarum ad obsidionem relicta, cum classis reliquo nauibus quibusdam Phœnicibus, quas auxilio Samijs mittere Persas audierat, obuiam occurrit. Samij explorata Periclis profectione, tempus idoneum adesse rati reliquæ classis inuadendæ, mox agmine facto in eam erumpunt, consertaq; pugna hostem fundunt. Parta inde uictoria, sublatis etiam animis iam contendere cœperunt. Pericles itaque audita suorum strage, confestim accepto cursu, conuersus ingentem undique nauium classem contrahit: cum iam sibi certum constituisset, conterere, & euertere funditus hostium classem. Accrescenti uires simul undiq; propere accedunt: sexaginta triremes ab Athenienſium missæ, triginta à Chijs & Mitylenæis. Ingenti igitur ui, manuq; constipatus, terra mariq; parat obsidionem: assiduisq; oppugnationibus hostem fatigat. Tum machinas & expugnationū instrumenta primus omnium qui ante sua tempora urbem expugnarunt extruxit, arietes puta scorpionesq; cuiusplam Artemonis Clazomenij artificio fabricatos. Summa igitur ope, summisq; uiribus obsidionem prosecutus, deiectis iam per tormenta mœnibus, urbem tandem ad deditionem compulit. Qua potitus, affectis supplicio defectionis eius authoribus & principibus, ducenta talenta Samijs imperat æstimatione consumptæ in obsidione pecuniæ: tum naues eis omnes adimit, & subruit. Postremo statu populari illic constituto, redijt in patriam. Cæterum inter Athenienses & Lacedæmonios fœdera olim in triginta annos icta, ad ea usque tempora sancta inuiolataq; permansere. Hæc itaque eo anno gesta traduntur. Præfectò Athenis Myrichide, Romæ consules creati L. Iulius & M. Gigatius: apud Helios Olympias octogesima quinta, qua stadio uicit Crison Himeræus secundum. Horum temporibus in Sicilia Ducetius, urbium quondam Sicularum dux, Collatinorum patriam condidit: compluribusq; colonis eò adductis, imperium Siculorum sibi uendicare properabat. Cæterum morbo sublatus è medio, uita defungitur. Syracusiorum iam tum magnæ opes, & formidolosum imperium latè patebat. Siculas namque urbes omnes, excepta Trinacia, ditioni suæ subiectas tenebant. Hanc quoque sibi iungere statuentes, copias ad id comparant. Trinacias enim opes habebant admodum suspectas, ueriti, ne quondam fortè tum uirium magnitudine, tum communi eiusdem generis nomine & studio Siculorum gentis sibi cognatæ uendicarent imperium. Quippe iampridem urbs illa uirorum roborum & multitudine munitissima, inter Siculas urbes principatum semper obtinuerat: tum optimatum fœcunda ciuium, præclara uirtute & ingenti præstantium spiritu ingens, pollensq;, haud facilè iniuriæ patère, neq; ui parua opprimi poterat. Vnde delectu undiq; ex urbibus socijs, & ex ipsis Syracusis habito, contractis uiribus omnibus, exercitum in eam trajciunt. At Trinacij socijs, externoq; præsidio destituti, per alias urbes, quæ Syracusio imperio parebant, ingens commisere certamen. Intrepidè namq; ferociterq; periculi sæuitiam tolerantes, cæsa hostium magna turba heroicè dimicando, mortem omnes oppetière: nec minus pleraq; sociorū pars, animis inuictis, propria manu uitam effudere, ne ceptiuitatis contumelias, uictorisq; per licentiam ludibria experiri cogerentur. Syracusij uictores prostratis

Pericles Samios cogit adde ditionem.

Syracusani Trinacios euertunt.

prostratis à se iam palàm penitusq; profligatis his qui antea habebant inuicti, populo inde omni, incolisq; in prædam & seruitutẽ adductis, urbem euerterunt: ex præda uerò & manubijs optima quæque in Delphos mittunt, eas deo gratias pro uictoria adepta referentes. Præfecto Athenis Glaucide, à Romanis consules creati T. Quintius & Agrippa Phurius. Horum tempore prouecta re Syracusana, auctisq; opibus prædicto successu, centum triremes ædificant Syracusij, numerumq; conduplicant equitum. ratio quoque pedestrium copiarum habita, neque ad pecuniam contrahendam segnior opera data. Cuius gratia, contributiones auctæ, maioraq; stipendia subiectis urbibus Siculis imposita, imperataq;. Hoc autem ab eis factum, quod iampridem uniuersam Siciliam sibi subigere meditarentur. Dum hæc gererentur, bello, quod Corinthiacum appellatum est, in Græcia his causis est initium datum. Epidamnij ad Adriam in colle positi, à Corcyrensibus eò quondam Corinthijsq; deducti coloni, seditione concitata, inter se tumultuari cœpere. tum pars potentior plerosque factionis aduersæ urbe fugat: qui in unum congregati, accitis quoq; ad id commune facinus Illyrijs, Epidamnum nauibus contendunt: tum educto exercitu Barbari, magnaq; ui occupato uastatoq; agro, ad urbem oppugnandam properant. Epidamnij uiribus haud pares hosti, legatos Corcyram mittunt postulatum, an illi cognatæ urbi Corcyrenses auxilium mittere uellent, à quibus cum nihil impetrari posset, mox ad Corinthiorum opes se conferunt. Quibus cum iuncta societate urbis suæ totam originem in eam retulere, dedicaruntq; se illi populo, eam solam sibi metropolim constituentes: simulq; postulauere, ut urbem iam exhaustam prope cultoribus supplerent. Cæterum Corinthij Epidamniorum miserti, simulq; Corcyræis iam pridem infensi, quòd soli ex colonis sacra consueta metropoli mittere contemnerent, decernunt Epidamnijs auxilium ferre: ac protinus transcriptis familijs eò colonos deducunt: militumq; præsidio misso, satis ad urbem tuendam, rem undique communiunt. Quarum rerum Corcyræi ira & indignatione commoti, classem quinquaginta triremium militibus instructam, cum duce in eos mittunt. Appulsis ad urbem nauibus, dux imperat, uti exules intra mœnia recipiant. Tum legatis ad Corinthiorum præsidium missis, postulant, ut de colonia malint iudicio inter se quàm armis decernere. Renuentibus Corinthijs bellum conditum, inde nauticas utrinque uires parari cœptum, socia auxilia contrahere studio dimicandi uicissim contendere.

Corinthiaci belli origo.

Bellum itaque istud, quod celebri nomine Corinthiacum appellatum est, tali causa accensum traditur, Romanis tum aduersus Volumnios bellum gerentibus. Huius initio paruis leuibusq; concursationibus lacessendo magis missilibus, iaculisq;, quàm conserendo pugnam, discrimen protelabant: postremò iusta acie copijs omnibus utrinque certatum: Romanis uictoria cessit, maxima hostium parte cæsa. Præfecto Athenis Theodoro, Romæ consules creati M. Genucius, & Agrippa Curtius Chilo. Eorum temporibus gens Cappadocum in Italia cepit originem, id sortita cognomentum à fertilitate & planicie campi iuxtà finitimi. Cæterum in Asia qui Bosphoro Cimmerio præerant reges, cognomento Archeanactidæ dicti, duos & quadraginta regnarunt annos. post in regno succedens Spartacus, annos septem regnauit. In Græcia bello inter Corinthios & Corcyræos accenso, ac iam tum feruescente, magna ui nautica comparata, Corinthij statuunt belli naualis fortunam experiri. Nauibus itaque septuaginta, quas rerum omnium instructissimas habebant, in hostem nauigant: quibus Corcyrei cum triremibus octoginta obuiam profecti, conserto certamine, uictores euadunt: moxq; expugnata Epidamno, captiuos omnes alienigenas tentant, Corinthios uictos in custodiam tradunt. Amissa nauali pugna, Corinthij fracto animo, nauigant in Pelo-

Corcyræorũ de Corinthijs uictoria.

in Peloponnesum. Cæterum Corcyræ redacto in potestatem circum passim sua loca maris tractu, socios Corinthiorum bello incessere pergunt: agros depopulando, prædam undique agendo: omnia hosti infensa reddunt.

Corinthiorum & Corcyræorum apparatus bellici.

Annuo tempore elapso, Præfectus Athenis est Euthymenes: Romæ tres tribuni consulari potestate creati, Aulus Sempronius, Lucius Attilius, Titus Quintius. Horum tempore Corinthij iam nauali prælio strati, classem alteram idoneam ædificare adoriuntur, ad quam rem magna materiæ ui comparata, tum epificibus undique ex finitimis urbibus mercede conductis accitisque, summa ope studióque triremes, arma, telorum missiliúmque omnifariorum copiam ingentem extruunt. Postremò rerum ad usum belli omnium summo sese apparatu comparant, quasdam naues extemplò noua materia ædificant, reliquas quæ attritæ erant, resarciunt, nonnullas à socijs accersunt urbibus. Nec magis interea à Corcyræis cessatur, nil usquam belli parandi cura, diligentia, opera ceditur hosti. Quo iam constabat apertè, bellum tanta utrinque contentione, tanta ui paratum, magna olim incendia daturum. Interea dum hæc gĕruntur, ab Athenienſibus Amphipolis habitata, ac deducta colonia est. Coloni partim ex ciuibus, partim ex finitimis castellis delecti.

Præfecto Athenis Nausimacho, Romani Consules crearunt Titum Quintium, & M. Geganium Mamercum: apud Helios acta octogesima sexta Olympias, qua stadium uicit Theopompus Thessalus. Horum tēporibus Corcyrenses audita hostium contra se armatorum ui, legatos Athenas mittunt implorantum rebus suis auxilium. Quod idem cum à Corinthijs obnixè peteretur, conuocato populi consensu, legati audita tum re per suffragia ducta, Corcyræis adesse, sociósque eos relictis Corinthijs habere decernunt. Nec mora, decem mox triremes iustructas mittunt auxilio. Post ubi res postularet, plures se missuros pollicentur. Cæterum Corinthij non consequuti societatem Athenienſium, suis opibus ad nonagita naues compleuere: sexagintáque sociorum acceptis, centum & quinquaginta nauium classem construunt. Præfectores deligunt ex optimatibus gratissimos quosque. Rebus omnibus comparatis, in urbem Corcyram contendunt, certi cum primùm liceret nauibus cum hoste confligere. Corcyræis ubi nunaiatum est, hostium classem haud procul abesse, cursú'que cito aduentare, nihil cunctati cum centum & triginta triremibus, connumeratis Athenienſibus, hosti obuiam ire properant. Cõserta pugna, dum atrociter dimicaretur, initio res Corinthiorum superior esse: post uti inter certandum uiginti naues Athenienſium repentè per altum aduentare Corcyræis perspectæ sunt, quas sibi in secunda societate transmiserãt, deterriti hostes cedere, ac Corcyræa consistere acies, atque inualescere cœpit: uiribúsque iam superior, premere hostem. Postera die cum cunctis uiribus in aciem Corcyræi descendissent, atque obnauigantes ad certamen prouocarent hostem, Corinthij haud soluere stationibus ausi, pugnam detrectant.

Corcyræi Corinthios uincunt.

Præfecto Athenis Antiochide, Romæ Consules creati M. Fabius, & Posthumius Ebutius Vlecus. Horum tempestate Corinthij iniquo admodum ferentes animo, quòd Athenienſis populus iuncta cum Corcyræis manu, contra se bellum suscepissent, superioríſque uictoriæ fuissent authores, par aliquid mulctæ uice contra eos moliti, urbem Potidæam coloniam suam, ut desciſceret ab eis, impulere. Pari modo Perdicas Macedonum rex Athenienſibus iampridem infensus, Chalcidenses ad defectionem hortatus, adduxit, ut urbibus maritimis destitutis, in unam omnes undiq; commigrarent, cui nomen Olyntho. Nunciata Potidæorum defectione, mox Athenienses triginta naues instructas eò mittunt, mandant'que, ut agro passim direpto, urbem pugnent, depopulenturque. Qui mittebantur, iussa populi secuti, Macedoniam remigijs petunt, urbiq; Potidææ parant obsidionem. Tum militum duo millia à Corinthijs missi auxilo obsessis. Quo Athenis cognito, par militũ manus

nus obsidentibus contra hostium missa subsidia mittitur. Conserta pugna ad Isthmum Palenijs proximum, uictrice Athenienſium acie, cecidere hostium supra trecenti: inde Potidęi arctius in obsidionẽ inducti, uehementer urgeri. Interea dum hęc geruntur, in Propontide conditur urbs ab Athenienſibus, quam Letanum uocitari placuit. In Italia Romani missis in Ardea colonis, agrum sorte diuisere.

Præfecto Athenis Charite, à Romanis Consules creati Q. Phurius Fosus, & M. Papirius Crassus. Horũ tẽporibus in Italia inter Thurios, cum in eam urbẽ uarijs ex uarijs gentibus urbibusq; coloni cõmigrassent, orta contentione, disceptari contentiosius cœptũ: quęriq; cuius potissimũ gentis, urbis ue colonias eam appellari fas esset, quęue pręcipuè conditorẽ colere. Nã & Athenienses eam coloniã sibi uendicabant, contẽdentes plurimos habitatores Athenis eò uenisse. Cęterũ Peloponesij populi haud paruã proferre multitudinẽ, si numero censendũ, sibi palã Thuriorũ conditionẽ, colonięq; deberi conditionẽ titulosq; adscribi: sibi quoq; itidẽ postulare, nõnulli clarissimi potentissimiq; uiri, quorũ cõmune munus, & magna pręterea ad coloniã condedã collata afferebantur pręsidia. Ingens ac uehemens agebatur inter se disceptantiũ altercatio, dum sibi quisq; talẽ properat ac nititur usurpare dignitatẽ. Postremò his sine finẽ dissentiẽtibus, Thurij ueluti in re ambigua, nec humano ingenio satis explicabili, in Delphos percontatũ mittunt, quẽ eis deus conditorẽ decerneret oraculo. Responsum accepere, conditorẽ urbis Apollinẽ scribendũ. Hoc modo pacata altercatione & explicato dubio, conditorẽ suum declarãt Apollinẽ: seditioneq; sedata, plebs in pristinã concordiam conciliatur. In Græcia ue rò Lacedęmoniorũ rex Archidamus, cũ duos & quadraginta regnasset annos interijt: cui succedens Agis, annis septem & uiginti regnum continuauit.

De Thuriorũ conditoribus contentio.

Prefecto Athenis Apseude, Romę Consules creati T. Verginius & Proclus Geganius Macerinus. Horum tẽporibus Spartacus Bosphori rex, anno regni sui decimo septimo acto, interijt. Seleucus regnum susceptit, regnauitq; annos quatuor. Cęterũ Athenis Meto Pausanię filius, uir magnæ singularisq; in Astrologia eruditionis, tabulã quæ nouemdecennalis circuli inscribitur, expo- suit, eius ingressu tertia decima die mensis Scirophorionis Athenis dein instituto. In eo autẽ annorũ numero in eundẽ statũ reuertuntur, quasiq; magni anni orbẽ conficiunt. Quapropter à nonnullis cursus ille Metonis annus inueniendi, quadã admirabili indagatione rẽ ipsam assecutus. Astra enim motũ & signi ficationes efficiunt eius descriptioni congruentes. Itaq; ad tẽpora usq; nostra Græcorũ plerisq; nouemdecennali tabula & ratione usi nusquã aberasse deprehenduntur à ueritate. In Italia Tarentini Sitis oppidi ueteribus colonis patria excedere, & aliò migrare coactis, nouos ex proprijs capitibus colonos transcribunt: urbemque, cui nomen dant Heracleam, condunt.

Metonis tabula Astronomica.

Præfecto Athenis Pythodoro, Romę Consules creati, T. Quintius, & Titus Memmius: apud Helios agebatur Olympias septima & octogesima, qua stadio uicit Sophron Ampracienſis. Ea tempestate Spurius Manius affectati regni conuictus, necatur. Cęterum Athenienses apud Potidęam iusta acie cũ hoste certamine conserto, uictoriam adepti, imperatorem in pugna amisere: mox alterum creatum, nomine Phormionem, ad exercitum mittunt. Hic castris ad mœnia positis, urbẽ perpetua oppugnatione fatigare. contrà perstanter hostis uim oppidani excipere impigre, atq; indefesse periculis adesse: inde deferri, diuturnaq; fieri obsidio. Thucidydes Athenienſis inde orsus historiã, bellum inter Lacedęmonios & Athenienses gestum scripsit, quod Peloponnesiacum est appellatum. Huius nanq; belli incendia octo & uiginti uariè deducta annis, deflagrauere. Cæterum à Thucidyde duorum & uiginti annorũ gesta, uoluminibus octo cõscripta traduntur: ut nonnullis id diuidere placuit,

Thucidydis historia.

nouem uoluminibus. Præfecto Athenis Euthydemo, Romæ tres tribuni cõ-
sulari potestate creati, Manius Aemilianus Mamercus, & Caius Iulius, & Lu-
cius Quintius. Horum temporibus inter Athenienses & Lacedęmonios est
ortum bellum illud ingens, & celebratum uarijs cladibus uarijs utriusque po-
puli, quod Peloponnesiacum est appellatum, omnium quæ ulla unquam tra-
diderit historia, diuturnissimum. Cæterum huic nostræ historiæ conueniens
uidetur, ac pro modo in initio & deductione operis posito necessarium, cau-
sas prius tam grauis támque diuturnæ discordiæ exponere. Athenienses igi-
tur iam ad maritimi imperij summam uendicandam aspirabant, ac per licentiã
quandam depositam communi contributione Græciæ in Delo pecuniam in-
Peloponnesia ci belli causa. de ablatam comportarunt Athenas, eámque Periclis fidei & curæ custodien-
dam crediderunt. Vir ille tum generis antiquitate, tum fama, acumine quo-
que ingenij, & acrimonia differendi ciues longè cęteros anteibat: qui aliquan
to pòst tempore cum magnam pecuniæ eius partem priuata authoritate expẽ
disset, peteretúrque deinde uti populo rationem redderet, mœrore animi inci
dit in morbum, diffisus eius à se crediti rationem assignari posse: cui tanta ob
eam rem mœstitia & ægritudine languenti, Alcibiades sororis filius tum or-
phanus, qui apud eum puerili adhuc ætate educabatur, cõsilium sese ab ea mo
lestia liberandi patefecit. conspiciens nanque patrui nimium mœrorem, per-
cunctari cœpit, quæ nam tantę molestiæ causa accidisset. Retulit ille, diem sibi
dictam, qua de pecunia accepta sese defenderet: id nunc quærere atq; medita-
ri se, qua uia rationem posset reddere. At ille, inquit, non quidem quo reddas
rationem patrue, sed quo non reddas, est ineundum consilium. Quæ pueri di-
cta Pericles complexus, exinde meditari cœpit, atque eniti summa ope, quo
pacto populum Athenienſium aliqua graui implicaret expeditione. Sic nan-
que opinabatur, disturbata tumultu ciuitate, tum curis omnium ciuium à reli-
quis negocijs ad belli terrorem & trepidationem conuersis, se facilè subterfu-
giturum calculum rationémque pecuniæ. Huic consilio casus quidam acces-
sit, rémque prouexit ex sententia, his causis. Sepulchrum Palladis conficiẽ-
dum Phidiæ fabro locatum fuerat: cui tum operi exequendo curandóque præ
fecere Periclem Xantippi. Quidam uerò ex ministris & cooperarijs Phidiæ
subinstructi, & ab inimicis Periclis adducti, ad aras deorum cõfugere Cumq;
propter rei admirabilitatem prouocarentur, dixerunt se ostensuros, ingens pe
cuniæ sacratæ æs à Phidia clam sacrilegio subreptum teneri, id'que patratum
adiutore tum locati operis præfecto Pericle. Conuentu itaque ob eam rem
congregato, Periclis aduersarij populo suadent, ut Phidiam comprehendi iu-
beat. tum ipsi Periclem sacrilegij indicati insimulare pergunt. Adhæc Anaxa-
goram eruditorem, quòd Periclis præceptor esset, calumnijs lacessere ac crimi
nari, quòd de dijs impiè sentiret. Quibus calumnijs implicare Periclem ea-
dem disciplina imbutum & eidem impietati obnoxium ostendere, uiribúsque
omnibus & quacunque arte tentare per inuidiam illius uiri excellentiam glo-
riámque calumniari. Tum Pericles intellecta uulgi natura, ubi belli pericula
laboresq; publici impendeant, tum maximè uirtuti optimisq; artibus locum
dari pro ingruente necessitudine requiri, magnicq; probitatem fieri. In pace ue
rò per ocium & inuidiã cuncta promiscuè miscente uulgi proteruia, et lasciuia
mẽtes uacuas inuoluẽte, tum maximè bonos & uirtutẽ contẽptui esse, ubi nul
lus usquã eius appareat usus: tũ ut cuiusq; nomẽ opesq; emineant, ita inuidiæ
popularis proximũ fieri, & offendi multitudinem alieno succesſu, iniurięq; &
criminibus uulgi obnoxiũ uiuere. Vnũ demũ rebus suis salubre cõsilium cer-
nens, statuit cum primũ quacũq; occasione oblata liceret, ciuitatẽ in quoddã
graue bellũ inijcere: ita ut admonẽte periculo uirtutis memor populus, tũ Pe-
riclis opera indigẽs, à moliendis sibi calũnijs, & prosequendo iudicio ad maio
rem curã auerteretur, neq; tẽpus aut ociũ rationis daret de pecunia exquirẽda.

Decretum

Decretum iampridē Athenienſibus erat, foro commeatibus & portubus arce re Megarenſes: qui demū eius rei difficultate cōpulſi, ad Spartiatarum auxilia confugere. Lacedęmonij Megarenſium poſtulatis aſſenſi, repentè legatos re propalā facta, miſere ex cōmunis omnium conuentus ſententia, qui iuberent Athenienſibus tolli atq; abrogari decretū, quod contra Megarenſes tuliſſent: ſin id recuſaretur, bellū detrectantibus indicerent denunciarentq;: Lacedęmonios cum ſocijs opibus, iura cōmunia libertatemq; Greciæ contra uim inturiasq; eorū defenſuros. Populi conſenſus ad ea legatorū poſtulata audienda habetur. Ibi Pericles eloquentia uir longè cęteris omnibus acriore & uehementiore ſpiritu, in concionē prodiens, populo ſuadet, decretū nullo pacto, quod ab eis legatis poſtulabatur, poſſe abrogari, re populi maieſtate q; urbis ſeruata: quæ nam, inquit, confeſsio certior, quod ſeruitutis acceptę teſtimoniū atq; ini tium magis apertū dari poteſt, q; ubi cogaris Lacedęmoniorū iuſſu conſilia capere, ac ueluti imperatis parendo, re tua relicta, quod alteri uiſum fuerit ſequi? Iam accēſis animis conſulere pergit, ut quę quiſq; in agris haberet, omnia propere congerant intra mœnia: nec uereri eos oportere, cū rei maritimę potiantē, imperioq; maris potiti ſint, bellū cum Lacedęmonijs ultro laceſſentib. ſuſcipere: tum de bello ſingula quęq; prudentiſsimè nunc diſputando, nunc confutādo exponere ſociorū multitudinē, quanta q; reliqui copijs nauticis eſſent ope ſuperiores, oſtendere. Adhęc uim pecunię ex Delo Athenas translatę cōmemorare, quę quondā ex cōmuni urbium cōtributione fuerat conflata ex decē millibus talentorū, æris cōmunis quatuor olim millia in Propylęorū conſtructione & obſidionē Potidęorū abſumpta. Tū exuectigalib. & ſtipendijs ſocio rum quadringenta & ſexaginta quotannis afferri. Præter hæc omnia pōpę ornatus, ſpolia q; & manubias Medicas quingētūm talentorū eſtimatione habere: in operibus quoq; et tēplis magnam ſacrę ſupellectilis, repoſtarumq; rerū facultatē docere, ſtatuamq; Palladis quinquaginta talētis aureis ueluti ſuprema uenerationē excultā conſtare. His omnibus ubi aliqua belli urgere perrexerit neceſsitas, fas eſſe à deo tantiſper acceptis ueluti ſubſidio quodā, ad rerū ſummam ſuſtentandā uti, dū parta pace ciuibusq; cōpoſitis, res ipſę diuturna quiete coaleſcētes, ac ad felicitatē prouectę, pecuniam ueluti mutuo à dijs acceptā, cumulatè reſtituere ualeant. Hac ærarij opulentia declarata, ſubiungit militū ad duodecim millia eis parata adeſſe, prętер ſocia auxilia & eorum manus, qui diuerſis diſpoſiti in preſidijs haberentur: quorum multitudinem cum colonorum delectu ſupra decem & ſeptem millia cenſeri, triremes adeſſe trecentas. Lacedæmonios contrà premi pecuniæ caritudine, tum rebus nauticis longè inferiores. His omnibus ita percurſis, cum ciues iam ad bellum accendiſſet, hortari mox populum pergit, ne maieſtatem, quam tueri ſuis opibus egregiè liceret, ſuam, Lacedęmoniorum patiantur imperio peſſundari, legatorum poſtulata ſequi deſiſtant: quod facilè eſt acrimonia dicendi cōſequutus, quam q; ob cauſam Olympius cognomento appellatus eſt. Horum meminit Ariſtophanes ueteris comœdiæ author, qui Periclis ætate poēta floruit, ubi inter alia ſcripta ſic habetur.

Pericles Athenienſibus bellū ſuadet aduerſus Lacedæmonios.

Si uultis diſcere hanc quo pacto perierit, primum quidem initium dedit Phidias infortunij. Poſt Pericles, ueritus ne malo implicaretur eodem, excuſſa Megarici decreti parua ſcintilla, tantum incendit bellum, ut eius fumo Græci omnes ſint lachrymati, quiq; illic, quiq; hic ſunt.

Item in alijs Eupolis poēta: Pericles Olympius fulminacat, intonabat, confundebat Greciam: Suadela quædam labijs inſederat, adeò imprimabat, & ſolus oratorum ſtimulos intus relinquebat, auditoribus immiſſos.

Peloponneſiaci belli talibus fuiſſe initium cauſis, Ephorus ſcripto tradit. Hoc itaq; modo cum inter duas potentiſsimas Græciæ urbes iam diſcordia ſęuire, atq; odia flagrare cœpiſſent, Lacedæmonij cōuocato Peloponneſiorum

conuentu, bellum Athenienſibus inferre decernunt, confeſtímque ad regem Perſarum legatos mittunt, qui iuncta cum eo ſocietate, auxilia implorarent: tum ad ſocios in Italiam & Siciliam miſsis legationibus, ducentas ab eis triremes impetrãt: tum ipſi unà cum Peloponeſo robore contractis undiq; copijs pedeſtribus, alióque rerum bellicarum apparatu inſtructa acie, primi bellum intulere. Platæenſium urbs in Bœotia erat libera, ſuiſque legibus ciuium arbitrio adminiſtrata, cui ſocietas olim cum populo Athenienſi contracta, uetuſto iure ſeruabatur. In hac nonnullos ciues eius libertatis demoliendæ libido cœperat: ea re cum Bœotijs tractata, pollicentur ſe ditioni imperioq; Thebanorum, traditurósque illis urbem Plateas, ſi militum eò præſidia miſerint, quorum freti auxilio, rem perpetrarent. Trecentos itaque milites delecta uirtute Bœotij properant eò tranſmittere, quibus intra mœnia noctu acceptis, authores proditionis urbem tradunt in poteſtatem. At uerò Platæenſes, Athenienſium ſocietatem integra & incolumi fide tueri pergẽtes, initio quidem copias omnes Thebanorum illic adeſſe rati, legationem mittunt ad eos, qui mœnia arcémque occuparant, orantes, ut per inducias & fœdera rem componere liceret. Vbi uerò exorta luce paucitas hoſtium conſpicata apparuit, mox conuerſi Platæenſes ad tuendam manu libertatem, repentè accingũtur. Commiſſa inuiſs pugna, principio Thebana uirtus ſuperior, hoſtem multa cæde premere: pòſt ubi ex faſtigijs domiciliorum, in quæ pueri domeſticáque turba conſederant, deuoluti tegulæ, iactaríque undique pondera cœpere, crebríſque ictibus paſsim haud incaſſum iaciendo in agmen, ſtipatim obruere hoſtem, haud iam pari certamine coacta Thebanorum manus cedere fugereq; cœpit. Alij mox extra mœnia exilientes, euaſere: nonnulli intra quoddã ſeſe domicilium cũrecepiſſent, ab oppidanis ibidem obſeſsi, tandem ſeſe dedere coacti, in manus hoſtium uenere. Thebani re ab his qui euaſerant nunciata, confeſtim cum omnium copijs properè in expeditionem prodeunt: cúmque eos qui in agris uerſabantur omnes, ueluti re inopinata, repentino curſu, incautos imparatóſque paſsim offendiſſent, diuerſis iam agminibus factis, alios uiuos necant, alios in prædam ducunt captiuos. Totus uerò ubique ager cæde, uaſtationibus rapinis infeſtari, tumultúque cuncta feruescere, nihil intactum relinqui. Tum Platæenſes legatis ad Thebanos miſsis, poſtulant uti agro ſuo excedant, ſeq; pro ea re captiuos eis relaxaturos. Eo pacto re compoſita, Thebani receptis captiuis, tum reſtituta Platęenſibus præda, Thebas reuertuntur. Platęenſes ea re commoti, legatos Athenas mitunt, imploratum auxilium. Ipſi autem tantiſper ex agris pleraque intra mœnia congerunt. Athenienſes audita Platæenſium uexatione, extemplò magnam militum manum eò traducunt: hi properè profecti, cum Thebanos iam inde digreſſos haud aſſequi, quod cupiebant, potuiſſent, quicquid in agris reliquum comperiunt, intra urbem comportant, cęterámque turbam imbellem transferunt Athenas. Lacedęmonij iudicantes ob eam rem fœdera ab Athenienſibus rupta, copias ingentes undique contrahunt ex Lacedęmonia & reliquis Peloponneſijs, ſociorúmque populis. Socij uerò Lacedæmonijs tunc habebantur Peloponneſij omnes, demptis Argiuis qui à munijs belli uacabant: extra Peloponneſum Megarenſes, Ambraciotę Leucadij, Phocenſes, Bœotij, Locrenſes, & plerique eorum qui ad Eubœam populi uergebãt. Item ex reliquis Amphiſſenſes. Cæterum Athenienſium ſocietatem ſequebantur, qui maritima Aſiæ incolebant, Cares, Dores, Iones, Helleſpontij, Inſulaniq; omnes, præter Meli & Theræ incolas. Adhæc Thraces, exceptis Potidæis & Chalcidenſibus. Prętерea Meſſenij, qui Naupactum tenebant, & Corcyrenſes alij omnes pedeſtrem manum miſere: prędictas itaque gentes utraq; ciuitas ſibi ſocietatis iure conciliarat: cęterum Lacedęmonij coacto magno exercitu, Archidamo regi imperium tribuere, qui cõfeſtim copijs præcinctis in Atticã irrumpit: ibi caſtella oppugnationib. adoriri, paſsim diſcur

Lacedæmonij Platæas occupare conãtur

Lacedæmoniorum Athenienſiumq; ſocij.

discurrendo prædã undiq; agere, cuncta'q; uastando ꝓgredi pergit, iamq; magnam agri partẽ populationib diripuerant, cum populus Atticus irritatis animis iraq; agri sui accensus, corã impunè uastari omnia, exuriq; cernens, in aciẽ descendere, atq; occurrere hostium petulantiæ statuunt. At Pericles dux, quẽ penes imperij summa erat, reuocare properat in arma ruentes, iuuentutẽ orare uti rem silẽtio habeant, polliceri se propediẽ sine suo periculo ex Attica Lacedæmonios eiecturũ: mox centũ triremes instrui iubet, quibus magna iuuentute cõpletis, prętorẽ Carcinum, nonnullosq; alios creat, tum confestim in Peloponnesum ut traijciant, iubet: qui properè deuecti, totã propè maritimę oræ partem depopulando uastandoq; agros, excurrunt, nonnullaq; castella ui capiunt, tumultu reliqua pauoreq; concutere. Quo metu perculsi Lacedęmonij quamprimũ ex Attica copias reuocant ad muniendã contra uim hostium Peloponnesum. Hac arte liberata manib. hostiũ Attica, Pericles magnã apud ciues multa cũ laude adeptus est laudẽ & authoritatẽ: quippe quẽ ducibus Lacedæmoniorũ omni genere belli posse opponi cõspicerent. Prefecto Athenis Apollodoro, Romani Cõsules crearunt M Geganium & L. Sergium. Horum tẽpestate dux Athenienſium haudquaq; finibus Peloponnesijs excesit, bello ue destitit, sed passim undiq; prędã agendo, uastatis agris omnia diripere, hosti infensus ubique esse, castra oppugnare. Accedentibus deinde haud multo pòst quinquaginta triremibus Corcyra missis, multò ferocius ac latius euagari, tumultuari armisq; miscẽdo omnia, nihil inuiolatũ, nihil depopulationib, tutũ relinquere, ac maximè eam maritimę orępartẽ, cui Litus nomẽ habet infense uastare, uillas in ea & diuersoria ędificiaq; incẽdio euertere. Deinde in Methonã urbẽ Lacedęmoniæ nauigãs, pręda ex agro undiq; acta, oppidũ ipsum ui oppugnare adorit. Ibi Brasidas Spartanus adolescẽti quidẽ adhuc æta ta, uerũ uiribus corporeis & audacia plus q̃ uirili prędituſ, Methonã conspicatus in expugnationis periculum adductam, assumptis secum quibusdã Spartanis, agmine stipato per medias hostiũ acies & stationes uiam manu facit: multisq; qui obsistere irrumpenti conarentur, cęsis, intra oppidum euasit. Perstantem deinde in obsidione Athenienſium exercitum, Brasidas in dies magis strenuè dimicando, nullisq; periculis usquã cedendo, spe uictoriaq; frustrari, donec amissa loci per uim capiendi fiducia, Athenienses intra naues se recipiunt. Ibi Brasidas uirtute & fortitudine sua liberata periculo Methona, apud ciues Spartanos gratiã authoritatẽq; sibi cõparauit, tum illius egregiè fortissimeq; ausi facinoris memoria & laude elatus, persæpè in temporibus deinceps subsequutis admirabili audacia dimicãdo, ingentẽ fortitudinis gloriã retulit. Cæterum Atheniẽses circũuecta & ad Heliam appulsa classe, prędã undiq; ex agris agunt: tũ Pheriam castellũ Heliorum oppugnationib. & obsidione adoriunt. Helijs auxilio accurrẽtibus congressi contrà, uictores fundunt hostẽ: magna cæde facta, Pheriam per uim capiunt. Post hęc cum iam contractis uirib. omnibus Helios instantes instructa acie haud ultra sufferre ualerent, intra naues cõpelluntur. Deinde abnauigantes in Cephaloniam, populis illis acceptis in societatẽ, Athenas uersus remigia torquent. His gestis, Athenienses Cleopompum ducẽ crearunt: cui datis triginta nauibus, mãdant ut nauigans in Eubœã, præsidio partes eas tueatur, Locris auferat arma. Ille eductis properè nauibus, maritima Locridis rapinis & depopulationibus excurrere pergit, oppidumq; Thronium oppugnando, obsidione capit: tũ Locrenſium copias cõtrà instructas, in aciemq; descendentes profligat, inserta iuxta urbẽ Alopã pugna: post hęc in insulã Locridi adiacentẽ, cui nomẽ extat Talanta, pro obstaculo Locridi proposito munijt, assiduis inde eruptionib. & excursibus infestaturus oppidanos, & eius incolas loci. Per idẽ tẽpus Atheniẽsis populus Aeginetas urbe omnes eijciunt, crimini dãtes, quòd Lacedęmoniorũ fauerẽt partes. Ex ciuib.

Athenienſes Laconicam uastant.

Brasidæ uirtus.

Cleopompus Athenienſium dux.

uerò ſuis eò colonas trāſcribūt: quibus deductis agrū urbemq; ſorte diſtribuere. Cæterū à Lacedæmonijs ea quę Thurę æ loca appellant, Aeginetis urbe expulſis in habitaculū dant ex ēplo Athenienſium, qui Meſſenijs antè ſimiliter à ſe eiectis, Naupactū tribuerant habitandū. Inde Pericles dux ab Athenienſib. cū exercitu ad bellū Megarenſib. inferendū miſſus, in expeditionē ꝓficiſcitur, depopulatusq; agrū, & poſſeſſionib. eorū direptis & uaſtatis. cū ingēti præda rediit Athenas. Porte alia Lacedæmonij cum Peloponeſijs cęterorumq; ſocio rum p̄ſidio ſecunda expeditiōne in Attica irrūpunt: excidioq; arborū, quib. tota paſsim regio cōſita florebat, cuncta ꝓſternunt: cum uillas ubiq; uaſtant, incēdijs ædificia euertunt, ac ſolū fermè totum ꝓculcatum ꝓtritumq; deformāt: ea tantūmodo parte intacta, quæ Tetrapolis appellat: ab huius uiolatione abſtinuere, quòd ꝓauos ſuos eius loci habitaculis & hoſpitio exceptos olim, acceperant tum Euryſtheum inde bello adortos ſuperaſſe. æquum nāq; uidebat his qui maiores ſuos beneficijs affecerant, pares ab nepotib. eorum gratias referri. Cęterum Athenienſibus in aciem deſcendere, manusq; cum hoſte conſerere, haud fuit animus: uerùm intra mœnia ſe continentes, computreſcente ueluti per ſitum & immobilitatem corporum temperamento, auraq; ſpirabili in

Athenienſes peſte infeſtātur.

fecta, in peſtilentem morbum incidere. Nam recepta in urbem fugientium undiq; p trepidationē omnis generis ingenti multitudine, cum ꝓpter angustiam loci p habitacula incommodè, ac paſsim ſine ullo ordine ꝓmiſcuè cōſtipati eſſent, uarijq; uarijs uitæ modis haud ſine cauſa incidebant in morbos. quippe cōuolutum ex colluuie, & corruptū tetrumq; olentē ſpiritum trahentes, concreto iam exæſtuanti circū undiq; p quandā p̄focationē æthere, intra p̄cordia acceptu dirum uirus concipiebāt. Cum itaq; nulla illis tam ferocis hoſtis ex agro abigendi facultas adeſſet, rurſus ingenti nauium numero claſſem inſtructā duce Pericle ꝓperare iubēt in Peloponeſum. Hic excurſa direptaq; maritimæ oræ magna parte, tū nonnullis urbib. populatione uaſtatis, Lacedæmonios rurſus ex Attica coēgit excedere. Poſt hęc cū res ſuas admodū afflictas cernerent, agros arborum excidio uaſtatos, deſolata circum loca omnia: populi p̄terea ingentem ſtragem incredibilemq; numerum peſtilentia abſumptum, magno p-

Periclem multant abdicāt que, & iterū reſtituunt Athenienſes.

culſi pauore Athenienſes, ꝓpè iam uirib. ſuis diffidere cœpere. Proine Periclē utpote quē belli illius authorē cauſamq; putarēt, odio infenſiſq; animis habere, quare eum ęꝓprimū magiſtratu abire iubēt. Poſt quaſdā leues eius criminādi occaſiones nacti, talētis 80. mulctāt. Deinde legatis ad Lacedęmonios ꝓpace impetrāda miſsis, ubi nuſq; p̄beri poſtulatis aures uident, rurſus angustia & neceſsitate rerū coacti, Periclē ducē creant. Hæc itaq; eo anno geſta tradunt.

Pericles moritur.

Prefecto Athenis Epamīnūda, Romę cōſules creati L. Papyrius, & A. Cornelius Macerinus. Horū tēporib. Athenis Pericles dux interijt, uir ſanè genere & opulētia, adhæc acrimonia facundiæ, reiq; p̄itia militaris lōgè prēſtantior reliquis ciuib. At uerò ſumma populū Athenienſem Potidæę per uim capiendæ libido inuaſerat: quā ob rē Agonem ducē cum his copijs, quas antea ductabat Pericles, eò miſere, qui cū claſſe uniuerſa rebus iam quę ad obſidionē requirebant paratis (machinas nanq; & inſtrumēta expugnandi omnifaria, telorumq; & armaturæ uariæ uim ingentem nauibus impoſitam ſecum attulerat: itē frumenti uectigaliumq; quanta copia ſatis eſſet) Potidæam appulſus, rem

Potidæa obſidentur ab Athenienſibus.

aſſequi molit, aſsiduis oppugnationib. indies urbem adoriri, multumq; in ea re fruſtra temporis conſumere, nec ulla tamē dabatur oppidi per uim potiendi ſpes aut uia. Obſeſsis nanque formido captiuitatis, uires quoque ad ſe defendendum addebat, eo'que acrius facilius'que reſiſti, quàm oppugnandi iniquo certamine ab hoſtibus tentato, oppidani ex mœnibus tutè dimicantes ſubeuntia exportu agmina facilè oprimebant: muro'que ſubmouebant, fruſtra irrumpere conantes. Morbus autem obſeſſores uexans, multos conficiebat, & exercitus animos deſpondebat. Agno uerò cernens in eam

obſidionem

obſidionem plus quàm mille talenta ab Athenienſibus mutuò ſumpta, tũ populum in Potidæas ira grauiſsima accenſum, quòd à ſe primi omnium ad Lacedæmonios deſciuiſſent, haud ullo pacto ſoluere obſidionem iniuſſus audebat, inde in cœpto perſtare, & quanquam id difficillimum uideretur, nihilominus obſidendo pergere, milites ad uim urbi inferendam pro uirili cogere. Vbi uerò ciuium pleroſq; partim oppugnationibus interemptos, partim morbo abſumptos uidet, relicta ad obſidionem exercitus parte, Athenas remigio petit, amiſsis iam ſupra mille militibus. Agnone diſcedente iam tum prorſus defecerat oppidanis annona: iamq; extrema famis neceſsitate urgente, cum cuncta ſibi deſperatione plena cernerent, Potidææ per præcones hoſti nunciari iubent de obſidione ſoluenda, quam uocẽ proclamantis milites in caſtra proculditã (quippe iam uarijs defatigati malis, tædioq; ita laboris incaſſum, uti rebãtur, ſuſcepti, ꝓrſus relanguẽtes) ueluti opẽ cuiuſq; oblatã grata ſalutatione excepere, deinceps de cõpoſitione inter eos agi cœptũ eſt. His demũ cõditionibus res cõpoſita: Potidæatas uiros cum ſingulis, mulieres cum duabus ueſtibus omnes urbe diſcedere oportere, nihil præterea extra mœnia exportare licere. Hac conditione pacta, Potidæatæ cum uxorib. & liberis, uti conuenerat, omnes urbe excedũt. Inde ad Chalcidẽles Thraciæ ſe cõferũt, à quib. benigne excepti, per habitacula diſtributa collocant. Ab Athenienſi uerò populo exciuib ad 1000. coloni Potidęam trãſcripti ſunt, quib. urbẽ agrumq; cuiq; ꝓ ſorte diſtribuere. Phormio deinde dux ab Athenienſib. creatus, cum 20. triremib. inſtructis, populi iuſſu in expeditionẽ ꝓficiſcit, qui Peloponẽſum circũnauigando quæſtus, cõq; ꝓperè cõtendit in Naupactũ: ubi potitus Criſæo ſinu, illinc Lacedæmoniorũ nauigia arcere, hoſtẽq; ea maris nauigatione & libertate excludere tẽtat. Cæterũ illi delectu habito, Archidamũ cum magna manu inſtructa, quo maius piculũ impẽdere, diſcrimenq; rerũ maturius implorare auxilia cerneret, eò ꝓperare iubent Hic permeata Bœotia, reundiq; explorata, copias in Platæas traducit. Ibi ꝓcincto iam ad uaſtandũ agrum exercitu, prius hortari ac ſollicitare eo pauore ad defectionẽ Platæenſes cœpit. Pòſt ubi id fruſtra à ſe tẽtatũ uidet, ſigno repẽtè agminib. dato, paſsim ꝑ agros effuſi milites, omnia diripere, uillas uicosq; depopulationib. uaſtare, diuerſis locis eruere ædificia: poſtq; hęc ad urbẽ cõuerſo agmine dux illã mox uallo munitionibusq; circũ obſtruere ꝓperat, ratus Platęenſes frumẽti penuria & difficultate rerũ neceſſariarũ coactos, tandẽ ad deditionẽ ꝓduci poſſe. nihilo tamẽ ſecius tormẽtis machinisq; adactis, mœnia cõcutere ꝑgit, atq; aſsiduis oppugnationib. nihil uacui ocij tẽporisq; intermittẽdo tẽtare irruptionẽ, nulli occaſioni abeſſe. Pòſt ubi oppugnãdo ui nulla capi poſſe oppidũ cernit, relicto in munitionib. idoneo exercitu cũ reliquis copijs in Peloponẽſum regreditur. Cęterũ Athenienſes Xenophontem & Phanomachũ duces creant, quibus mille militib. traditis, iubẽt in Thraciam ꝓficiſcatur. Hi pòſt ubi in Pactolum Botticæ uentũ eſt, agrũ excidio uaſtare ꝑgunt, annonamq; adhuc in ſegete uirentẽ diſcerpunt, ꝓculcantq; frumẽta ſurgetia. Ad eum tumultũ Olynthiorum iuuẽtute armata, Bottianisq; auxilio ꝓperãte, pugna cum illis inita, ꝓſligantur Athenienſes: ubi & duces & maiorem copiarum partem cęſam amiſere. Simul dum hęc gerunt, Lacedęmonij ab Ambraciotis exorati, bellũ Acarnanib. intulere. Cnemo duce, mille in eam expeditionẽ milites miſsi, cũ paucis nauib. Dux igit cõtracta ſibi ex ſocijs magna manu, copias in Acarnaniam trajicit: atq; iuxta oppidũ, cui Strato nomen extat, caſtra poſuit. At Acarnanes cõtractis uirib. cõuerſi, per inſidias incautũ hoſtẽ excipiunt, multaq; cæde facta, Cnemum ducem ui pulſum, copias abducere cogunt intra Oeniadarũ fines. Per idẽ tẽpus Phormio Athenienſium prætor cum 20. fortè triremib. enauigans, in 47. Lacedæmniorum naues incidit, conſertaq; cum eis pugna, nauem imperatoriam claſsis hoſtilis ſuppreſsit, ac pleraſq; ex alijs diſcuſſas, nauigationi reddidit inutiles, captis 12 cum ipſis uiris reliquas

Potidæatæ Athenienſibus ſe dedunt.

Phormio Lacedæmonios uincit.

reliquas in continentem usq; est insectatus. At Lacedæmonij prę terquam cui quam uideretur credibile, tanto nauium numero parua manu hostium profligati, in urbem Achaiæ Patras confugere. Cæterum ea pugna circa locum nomine Rium comissa traditur. Ab Athenien sibus uerò illius uictoriæ trophæũ extructum est, nauemq; Neptuno dedicarunt, apud Isthmum. Pòst inde abnauigantes in urbem Napauctum, sibi iure sociali iunctam ad se recipiunt. Aliæ rursus à Lacedęmonijs naues Patras mittuntur, ad reliquias classis profligatæ colligendas: quæ cursu eò prouectæ, tum assumptis reliquis quæ ex pugna euaserant, in Rium rursus constipato agmine contendunt: in quem eundem locum pedestres quoq; Peloponnesiorum copiæ traductæ, classi occurrunt, ac cẽ proximè licet nauibus castra ponunt. Cæterum Phormio superiori uictoria elatus, numero classis hostilis quo longè uincebatur contempto, audet parua manu contra multitudinem confligere. Pugna accensa, nonnullas hostium supprimit naues: tum certis suarum amissis, uictoria ancipiti ex prælio discessum est. Post hęc cum uiginti triremes Athenis missæ Phormioni accessissent, Lacedæmonij perterriti, Corinthum remis petunt, haud deinceps ausi nauali fortunam tentare. Hæc itaq; eo anno gesta traduntur. Præfecto Athenis Dionimo, Rom. Consules crearunt C. Iulium, & Proclum Verginium Tricostum.

Cnemus Piræum occupare conatur.

Ab Elijs agebatur Olympias 88 qua stadio uicit Symmachus Messenius ex Sicilia. Horum tempestate Cnemo Lacedæmoniorũ duci, dum apud Corinthũ cum classe in statione esset, animus accenditur Piræi per occasionem occupandi. cõpertum nanq; per exploratores habebat, neq; naues ullas eo in loco deductas haberi, neq; prę sidia usquam ad defensionem dispositа, neglectum prius incustoditumq; patere: illius uerò custodia ab Athenien sibus idcirco negligentius curari, quod nullo pacto adducerentur cuipiam mortalium uel audacissimo tantum unq; animi adesse posse, ut tam insolens & nunq; antea tentatum inuadendi loci facinus aggredi quis primus auderet. Mox igitur re consulta, in Megarensib. 40. naues ibi nuperrimè deductas, assumit: inde noctu ad Salaminem contendit: ac repentè inuadẽs, inopinato cursu in castellum Salaminis, nomine Budorium, tres ibi naues hoste incauto deprehensas, abstrahit: reliquam mox passim Salaminẽ percurrit. Salaminijs per igneas faces, ut inter se conuenerãt, significantib. hostem adesse incolis Atticæ, Athenienses iam captum Piræa existimãtes, repentina re perculsi trepidare, undiq; ingenti tumultu & pauore concurrere, auxilio loci raptis armis properare. Pòst ubi quod gestum fuerat resciuere, nauibus multis summa celeritate completis, Salaminem cursu citissimo petũt. At Pelopõnesij cœpto prę claræ audaciæ frustra tentato, Salamine digressi, domum remis referũtur. Cæterum Athenienses amotis hostibus, diligentiori deinceps Salaminem custodia defendere pergunt, firmoq; satis præsidio impositо, locum communiunt: tum Piræum clausuris opportunis custodibusq; idoneis corroborant.

De Sitalce Thracũ rege.

Per idem tempus Sitalces Thracum rex, principiò quidem cum angusti admodũ agri regnum accepisset, pòst fortitudine & prudẽtia latum procul in diuersas gentes amplumq; sibi parauit imperium. Hic namq; optimis artibus rem gerẽdo, subditos benignitate magis, & clementia, quàm imperandi iure fastuq; sibi deuinciendo, cunctaq; beneficijs suis læta obnoxiaq; reddendo, uir præterea animo inuicto, præstantiq; in prælijs robore, & natura bellicosa, tum uectigalium prouentuumq; curam gerendo summam, in tantam potentiam, tantas opes prouectus est, ut amplissimum longè omnium quàm qui antea in Thracia regnassent, dominãdi sibi ius arbitriumq; uẽdicaret. Nam eius maritimæ oræ iurisdictione, quę ab agro Aderitarum ingressum habebat, ad Istrum usq; fluuium imperio, & nominis extenso titulo possedit: à mari uerò in mediterranea procedẽti, tredecim dierum per regnum eius iter uel optimo cuiq; uelocissimoq; pediti porrigebatur. regni tam latè potẽtis dominus, supra mille quotãnis uectigalium talenta contrahebat.

hebat. Progressu uerò temporum cum in bellum quoddam incidisset, delectu ex Thracia habito, peditum contraxit supra CXX. millia, equitum ad L. millia: cuius belli causam hic quoq; necesse est explicare, ut eius ratio legentibus clarior pateat. Sitalces igitur iuncta olim cum Athenien sibus amicitia, inter conueniendum spoponderat, eis se in bello Thracensi peragendo socium auxilio fore. Cum igitur ad expugnandā unà cum Athenien sibus Chalcidensem gentem, uires suas pro officio societatis parare pergeret: tum simul à Perdicca Macedonum rege abalienatus non solum, sed animo quoq; in eum infenso inuectus, statuerat Amyntam Philippi filium reducere in regnum Macedonicum. Ad eam rem utranq; expeditionem supplēdam haud parua utiq; manu opus erat: ubi quæ ad exercitum spectabant, sibi cuncta comparata uidet, mox eductis copijs omnibus per Thraciam prouectus, in Macedoniam trajicit. Cæterum Macedones hostium multitudine perterriti, haud se credere pugnæ, nec in aciem descendere audebant, ac frumento rebusq; omnibus quęcunq; abripi potuere, intra munitissima castella congestis, ipsi sese intra easdem munitiones continentes, pugna & dimicatione abstinebāt. At uerò Thraces Amyntam in regnum inducto, primum uerbis persuasionibusq; urbes conciliare tentabant. Vbi uerò cuncta incassum conari, nec unquā se audiri conspiciunt, repētè in agmē egressi, quod excursu primum se obtulit castellum, id primū adorti, per uim capiunt. Cuius rei impetu nōnullæ deinde urbes atq; castella formidine perculsa, sese dedere: cum totā depopulati Macedoniam, præda hinc ingēti coacta, trajiciunt in Græcas Chalcidēsium urbes. Interea dum hęc à Sitalce geruntur, Thessali, Achæi, Magnetes, reliquiq; Græci, quib. inter Macedoniā & Thermopylas regio sita incolebatur, cōcilio habito, conspirauere, idoneumq; conscripsere exercitum communi delectu. Verebantur enim permaximè, ne tanta armatorum ui procincti Thraces, agros suos inuaderent, patriumq; solū in discrimen adduceretur: quod idem cum à Chalcidēsibus perpetratum esset, Sitalces audito Græcorum apparatu, ingentesq; contra se copias armari, tum milites suos urgente iam hyemis asperitate afflictos subtumultuari, Perdiccæ conciliatur: nuptijsq; in ea compositione cum eo cōtractis, inde copias abducit in Thraciam. Simul dum hæc geruntur, Lacedæmonij socijs ex Peloponeso assumptis, duce Archidamo rege, rursus in Atticam trajiciunt, segetemq; uirentem passim destruxere. Nam Athenien sib. haud audacia tulit in aciem contra se descendere, quippe rebus penuria frumenti, simul & pestilentia cuncta fœdante propè afflictis, in malam deinceps spem deiectos animos habebant. Hæc eo anno gesta sunt. Præfecto Athenis Euclide, Rom. tres tribunos consulari potestate creārūt, M. Manium, Q. Sonticium Prętextū, Seruilium Cornelium Censum. Horum temporibus in Sicilia Leontinis Chalcidensium colonis, Atheniēsiumq; cognatis, aduersus Syracusios obtigit bellū. Presi itaq; uiribus hostium, tum opibus potentiaq; Syracusiorum qua longè inferiores erant, in discrimen amittendæ per uim patriæ adducti, legatos Athenas mittūt, oratum à populo auxilium, ut q; celerrimè suæ originis urbē, iam incumbente periculo, liberare properarent. Legationis eius princeps fuit Gorgias rhetor, omnium ætatis suæ sermonis acrimonia longè præstātissimus. Ab hoc primo uariæ dicendi artes & exornationes inuentæ traduntur, tum in exercitatione & declamandi usu peritiaq; cęteros adeò superabat omnes, ut à discipulis minas centum acciperet pro mercede doctrinæ: Hic igitur Athenas ingressus, tū in populi conuentum adductus, pro societate & auxilio impetrando concionabūdus, multa uariè disserere cœpit: ubi pegrino quodā dicēdi artificio usus, adeò diserta lingua singula quæq; prosequi uidebatur, ut Athenienses ingenio quidē acuto & natura eloquētes (alioquin quoq; sermonis percupidos) tā cōpti, tamq; felicis admiratione proloquij captos, in stuporē cōuerterit. Primus nanq; figuris dictionū elegātioribus inuenitur orationē ornasse, atq; affectata

Sitalces Macedonibus bellum infert.

Leontini ab Atheniēsibus auxilium petunt.

Gorgias orator.

eloquendi arte contentionibus contrarijs, membris, articulis comparibus, similiter deficientibus, alijsq; quibusdam huiusmodi lenocinijs uerborum, quę tunc quidem rei nouitate & cultu peregrino admirationi erāt, aliquam uę præ se ferre gratiam sermonicq; adijcere dignitatem uidebantur. Nunc uerò sicubi frequentius eis & ad fastidium quis utatur, garrulitate plena ridiculoq; dignissima censentur. Postremò impetrata Athenienſium cum Leontinis ſuadendo ſocietate, uir quidem in admirabili admiratione artis diſſerendi facundiæq; apud Athenienſes habitus, ad Leontinos redijt. Aſt Atheniēſes, alioquim iampridem libido haud mediocris inuaſerat Siciliæ capiendæ, propter opportunitatem loci, ſoliq; fertilitatem. Tunc quoq; oratione Gorgiæ iocundæ ad ambitionem audita, decreuere Leontinis auxilia ferre. Hac belli occaſione oblata, conſilium tegere, titulo ac rumore ſimulato ſeſe cognato populo auxiliū imploranti ob neceſsitudinem negare non poſſe: eorū defenſionis gratia ea moliri, cæterum re ipſa magis inſulæ totius ſibi poteſtatem imperiumq; uendicare properabant. Nam haud multis ante id tempus annis, bello inter Corinthios & Corcyrenſes feruente, cum ab utriſq; ſumma contenderetur ope ſibi conciliare Athenienſium ſocietatem, idq; præoccupare alterutrum certarent, prætulit Corinthijs Corcyrenſium partes populus, eisq; coniunctus auxilio fuit, propterea quòd Corcyram urbem idoneo maximè ad inuadendam Siciliam loco ſitam uidebāt. Poſtremò Athenienſes imperio iam paſsim maris nullo reſiſtēte potiti, clariſsimis quoq; rebus geſtis celebri gloria, famaq; paſsim potentiæ formidabiles, ingentem ſibi ſociorum manum conciliarant, tum copiarum opumq; magnitudine maximas opulentiſsimasq; urbes in poteſtatē pugnādo redegerant, ingentemq; pecuniæ uim coēgerant, quam reconditā ad neceſsitatem habebāt, ſublatis ex inſula Delo communis Græcorum æris collati ſupra 10000. talentorum: magnis præterea rei militaris peritia, famaq; clariſsimis, quorum urbs illa fœcunda fuerat, res geſſerant. His omnibus ſublatū adductumq; populū ſpes ac fiducia cœperat, nomine gloriaq; Lacedęmonios ſuperandi: tum ad Græciæ totius imperium aſpirantes, magna iam parte uendicata, Siciliam ad id maturandum uotumq; aſſequendum idoneam præoccupare contendere. His permoti cauſis, decreto Leontinis auxilio, C. naues in Siciliam mittunt: ducib. Lachete & Charonde: qui Rhegium aduecti, C. naues à Rheginis & Chalcidenſib. colonis traditas, ſuæ claſsi adijciunt: inde enauigantes, inſulas primum Liparenſium, quòd ſocietatem tuerent Syracuſanorū, excurrunt. Poſt in urbem Locros plati, captis ibi 5. Locrēſium nauib. caſtellū obſidere pgunt. Tum finitimis Siculis auxilio Milæis uenientib. conſerta pugna, uictor Athenienſis manus ſupra 1000. hoſtium cædit, captiuos haud 600. pauciores abduxere, moxq; expugnato potiunt. Interea dū hæc fiunt, adnauigant 40. naues ab Atheniēſi populo miſſæ, ut generoſius atq; ferocius id ſuſcipi bellum pro maieſtate urbis uideret. His præerant duces Eurymedon & Sophocles, contractis in unum locum maritimis uirib. Iam haud ſpernēda claſsis apparebat 250. triremib. inſtructa. Dum itaq; bellū diutius trahi uiderent, Leontini defatigati, per legatos Syracuſas miſſos, rem cōpoſuere. Ita triremes Athenienſium, bello ſoluto, reuehunt in patriam. Syracuſij uerò data Leontinis ciuitate, Syracuſios ciues omnes fecere: tum urbē declararunt municipium eſſe Syracuſarū. Rebus in Sicilia eo ſtatu conſtitutis, in Græcia Lesbij ab Atheniēſibus defecere. Eos nanq; accuſabāt, quod cum uoluiſſent cohabitare omnes * Lesbo finitimi habitatores, Mitylenen eos eſſe translatos. Miſsis itaq; ad Lacedæmonicos legatis, cum eis inita ſocietate, cōſulunt Spartiatis ut ſibi maris imperiū uēdicent, utq; ad eam rē hoc ſint ppēſiores, ſufficiētes ſe illis triremes curaturos pollicent. Huius itaq; cōſilij nuncio Lacedæmonijs plato, uehemēter gaudebāt, cōteſtimq; ad claſsium ſe præparationē accingunt. Athenienſes uerò eorū anticipātes apparatū, cōtinuò copias mittunt in Lesbum, cōpletis quadraginta

Athenienſium expeditio in Siciliam.

Lesbij ab Athenienſibus deficiunt.

quadraginta nauib. creato duce Clinippida. Is assumpto à socijs auxilio trajicit in Mitylenem. Quo exercitu nauali Mitilenæi uiso congregant in obsidionẽ. Lacedæmoniorũ enim, quod Mitylenæis promiserant auxilium nauale, interceperunt Athenienses, qui ultra mille naues in Lesbum transuexerant, quibus Paches Epicleri filius delectus dux subitò occurrit in Mitylenen. Præsentique instructo exercitu, urbéque obsidione capta, continuè in eam irrumpit: idque non in nauium solum statione, sed toto etiam maris circo.

Cęterùm Lacedæmonij quadraginta quincq; Mitylenen trãsmittunt triremes, quibus præficiunt Acidam ducem. Qui postquam ad Atticam appulisset, discedentibus fugientibúsque habitatoribus omnibus, regione penitus uastata prædáque distributa, reuertuntur in patriam. At Mitylenæi partim fame, partim bello pressi, neque non seditione laborentes, deditionem faciunt. Athenis uerò populo consultante quid illis faciendum esset, Cleo orator, homo crudelis & uiolentus, populum incitabat, suadens ut Mitylenæi ad unum interficerentur omnes: eorum uerò liberi cum uxoribus mancipio uenderentur: ad hanc igitur stragem suo populum sermone usq; adeò incendit, ut deinceps nemo qui in suam non iuisset sententiam, repertus sit. Postremò itaq; persuasis iam ad Cleonis sententiam cunctis, sui repentè ducis decretum Mitylenæis adnunciant. Hoc plebiscritum cum recitasset Paches, uenit Athenis alterum huic contrarium. Et Paches cognita Athenienſium pœnitentia gauisus Mitylenæos in concionẽ adductos, criminib. simul & maximis timorib. liberauit. Athenienses uerò dirutis Mitylenæ mœnib. Lesbũ totã, excepta Methymnæorũ regione, sorte diuiserunt. Talem Lesborum ab Athenienſib. finem defectio est consequuta. Haud deinde longo pòst tempore Lacedęmonij uastare, urbemq; magna militum copia ui capere, captamq; munire cœperunt. Cumq; nimis admodum diu urbis perduraret depopulatio, nullaq; omnino præsidia ab Athenienſibus mitterentur, fame iam ingraueſcente Platęenſium ciuium, qui partim necessariorum inopia, partim urbis eruptione consumebãtur, non parua strages facta est. Hæsitantibus igitur illis, multáque inuicem dubia agitantibus, multis sanè uidebatur, ut sedati expectarent meliora. alij uerò, apud quos uidelicet summa erant rerum reposita gubernacula, ut nocte intempesta in hostium irruerent custodias suadebant: hac enim ratione faciliorem postea in Athenas ingressum fore. Obscuriſsimam igitur aliquam obseruantes noctem, alij ad urbis proruunt sesèque diuidunt monumenta, ad diruenda ciuitatis propugnacula: alij uerò uias scansionésque ex inuersis demolitis'ue mœnibus, ad auxiliandum militibus depopulaturis urbem præparant: per quas alij transcendunt mœnia, custodibúsque singulis confectis cõfugiunt Athenas. Sequenti uerò die cum iniquo Lacedæmonij sociorum acceptam stragem ferrent animo, in furorem ea re uersi omnem deinceps operam nauant in id, ut depopulatores milites subiugarentur. Platęænses interim ob amissam uictoriam cõsternati, missis legatis, non solum urbem, sed & seipsos hostibus suis tradiderunt. Lacedæmoniorum autem duces conuocato Platæensium conenntu, singulis nunquid beneficij in Lacedæmonios collocarint, percunctatis: singulis tum quibusque confitẽtibus nullum à se beneficium collatum, rursus interrogant, num quid iniuriæ mali'ue Spartiatis intulisset? minimè contrà respondentes, cunctos morti adiudicarunt. Ita deprehensi omnes, ibi necati sunt: urbeq; eruta, agrum sub hasta uendidere. Platæenses itaq; dũ Athenienſium facietatẽ sequi, atq; in fide incolumi officium tueri pergunt, extremis immeritò calamitatib. obruti interiere. Interea dũ hęc fierẽt, fæua Corcyrẽses seditio, concertatioq; ciuilis exagirare cœpit, his causis oborta. Bello pugna'ue circa Epidamũ cõmissa, captis per Corinthios multis Corcyrenſibus, atq; in uincula publico cõiectis, pollicebãtur Corinthijs, q; lubẽti seipsos animo illis mãcipare uellẽt, si de uinculorũ liberatiõe illos certos facerẽt.

Platæenſes à Lacedæmonijs necantur.

Cumq;

Cumq; perexigua inde exeundi spes ipsis offerretur, per internuncios Corinthijs pollicentur, si uinculis soluantur, urbẽ se Corcyram illis prodituros. Quę uerba Corinthij lætabundo animo excipientes, re cõposita, uinculis omnes solutos dimittũt. At Corcyrenses simulato redemptionis precio, per quæstores ad id constitutos nonnulla argenti talenta colligere: tum ad seruandam pactæ rei fidẽ intenti, ubi in patriã uenere, cõprehendentes eos qui in populo gratia præstare consueuerãt, omnes, præcipuè uerò multitudinis cõcitatores iugulãt statumq; populare euertunt. Cæterũ paulo pòst Athenienſibus populi partes subleuantib. Corcyræi in libertatẽ reuocati, mox ad puniendos euersæ rei sedi tionisq; authores accingunt: qui supplicij formidine perterrefacti, ad aras cõfugere, atq; ita diis populoq; supplices facti, uitam tutari pergebant.

Præfecto Athenis Euthydemo, tres tribuni à Rom. consulari potestate creati sunt M. Fabius, M. Falinius, L. Seruilius. Horũ tẽporib. Athenienses remissa per aliquantum tẽpus pestilentiæ sæuitia, paululũ respirare. Pòst recrudescẽte eodẽ morbo, rursus in sęuas calamitates reuolui cœpere: adeò nanq; labes illa diræ sæueq; miseros discerpere pergebat, ut supra 4000. militum absumeret, equites ad 400. tum ex alia multitudine liberorum capitum seruorumq; supra 10000. Cęterũ cum historię primũ studium primaq; solertia esse uideat, cuiusq; insoliti grauisq; casus principiò causas inuestigare, hoc loco necessarium est, huius initia mali à nobis explicari. Igit hyeme superiori cũ magna uis imbriũ defluxisset, accidit primò perfundi solum omne: tum imbre perstante iam humefacta & diluta cũcta in limum colliquari ac computrescere: pleraq; deinde loca caua colluente pluuia inuadenteq; compleri, ibiq; in modum lacus stagnantes aquę, æstuarijs diuturnis speciem paludis contraxisse, quibus pòst æstatis sole concalefactis atq; efferuescentibus, contaminato per æstum & quietẽ liquore, auras inde crassas tetricq; odoris exhalare. His exurgentibus ac uento diffusis, ueluti in pestifera intemperie & æstu maligno cernitur, aẽrem circumproximum deprauari, pestilentiq; iam spiritu coinquinatum, ineuitabiliter cõsuescente promiscua multitudine, uicissim uirulẽtius semper reddi. Eam quoque mali labem adiuuit pabuli iam infecti cõceptum uirus. Omnes enim eius anni fruges humectæ nimium, & indecocto succo uirulentæ uescentes mortales inficiebant. Tertia pesti causa accessit, quòd eo anno uenti Etesiæ, qua soliti erant tempestate, minimè spirauere: quorum recenti flatu magna pars molestiæ feruoris æstiui remitti temperariq; solebat. Exacerbato itaq; supra modũ, sæuienteq; æstu, tum sole æthereq; inflammato, corpora mortalium nullo præsidio defendi, nulla respiratione recreari cum possent, urentem præcordia trahere spirareq; halitum cogebantur, unde & morborum omnium genera, æstus intra uenas concepti, miseros exurebant: inde multos ægrotantium traditum est, ultro semetipsos in puteos fontesq; præcipitasse, conatos eo remedio flammam intus sæuientẽ præcordiaq; conficientẽ restinguere. Verùm Athenienses atrocitate pestilẽtiæ acti, tantæ calamitatis causam ad deos religionemq; retulere. Qua procuratione ex quibusdã oraculis perquisita, insulam lustrari iussere deo Apollini dedicatã: quæ polluta uiolataq; idcirco putabatur, quòd ad sepelienda expirantium cadauera, per nefas, ueluti lęsa immortalitatis dignitate usurpari cœpta esset. Extructis itaq; cũctis in Delo sepulchris, urnas omnes in insulã Delo proximã, cognomento Rheniam trãstulere: tum lege cautũ, ne cui párere sepulchrum'ue defodere in Delo liceret: tũ ludos & festa Deliorum prisca instaurauere, quæ longo iam tẽpore obsoluerant. Dum in his procurandis Athenienses interritis studijs detinerent, Lacedæmonij cõcitis Peloponẽsijs auxilijs circa Isthmum in castra ibidem posita, se comparãt ad inuadendam rursum Atticã. Cumq; terram sæuis concuti tremoribus conspicerent, illo portento non secus ac diuersis auspicijs numineq; irato deterriti, in patrias quisq; suas, reuocato proposito, rediere. Tũ autẽ sęuis pleraq; Gręcię loca concussionibus

Causæ pestis Athenienſium

nibus contremuisse, memorię proditū est, ut nonnullas urbes maritimas subsidente solo, superinfusa maria obruerint. In Locride tum quoq; qua intra mare porrectum eius lateris solum, angusto ueluti aggeris cuiusdā tractu continenti iunctum constabat, ea disruptione ac discissione, eo uinculo insulam illinc abscissam, cui Atlanta nomen est inditum. Simul dum hæc geruntur, à Lacedęmonijs urbs Trachinia, cum uasta cultoribus suppleretur, quā mutato nomine Heracleam uocari placuit, inhabitatur. Huius autem rei causas huiusmodi accepimus: Trachinij iam antea multos annos aduersus Oetæos finitimos populos bellum gesserant, in quo maximus ciuium numerus re aduerse gesta, perierat. Quapropter exhausta iam, & propè deserta ciuibus incolis urbe, postularunt à Lacedæmonijs olim colonis suis, uti curam replendę ciuitatis suscipere uellēt. at illi cùm cognatione suæ originis moti, tum Herculis progenitoris sui memoria, quem priscis olim seculis apud Trachinios habitasse acceperant, ad eandem urbem instaurandam ampliandámq; accenduntur. Vnde ex Lacedęmone reliquis q; Pelopōnesijs quatuor millia delectos eò colonos transcribunt, tum reliquis per Gręciam populis cuicunq; colonia cōmunicare libuisset, ius potestatem q; eodem cōmigrandi faciunt. Pleroscq; nouæ rei conditio, uti solet, trahere: cōmigrantem recusari neminem, singulos quoscq; commodè pro re quantum licebat admitti iubebāt: atq; hac ratione eò parua uticq; turba ad 6000. multitudinem cōfluxit. Repleta igitur 10000. ciuium Trachine, tū agro per capita sorte distributo, uocāt urbē Heracleā, mutato prisco uocabulo.

Lacedæmonij Trachinē colonos ducunt.

Prefecto Athenis Stratocle, Romę tres tribuni cōsulari potestate creati, L. Furius, Spurius Pinarius. Horum temporibus ab Athenienſibus Demosthenes classis prętor creatur, cui triginta naues militum, satis idonea manu instructæ tradūtur. Hic accitis à Corcyra quindecim triremibus: tum milite Cephalenis, Acarnanis & Messenijs in Naupacto sitis, imperato, collectis undiq; copijs, remigio in Leucada contendit: ibi depopulatus agros Lacedęmoniorum traijcit in Aetoliam, ac pleroscq; earum uicos uillasq; depopulationibus uastare pergit. Aetolis contra conuersis, atq; agmine facto in eam ruentibus, acie confligitur. qua superati Athenienses, intra Naupactum sese recepere. Cęterū Aetoli elato recenti uictoria animo, tribus Lacedęmoniorū militum millibus assumptis, in Naupactum expeditionem ducunt. quos Messenij, eius tunc incolæ loci in quem uenerant, contrà progressi repulere. Pòst Molycriam traiecti, urbem eam capiunt. At Demosthenes Atheniēsium dux, ueritus ne fortè Naupactum quoq; opppugnādo uincerent, accersitis ex Acarnanibus mille militibus, intra Naupacti oppidum prędidio mittit. ipse in Acarnania uersatus fortè inter explorandum, in mille Ambraciotarum milites in expeditionē exeuntes incidit, cum quibus manus conserens, cunctos fermè deleuit. tum ex Ambracia progresso contrà uiribus omnibus populo, rursus commisso cum eis certamine, Demosthenes maiorem eorum partē necauit: adeò ut urbs exhausta propè deserta q; relinqueretur. Demosthenes igit eo certamine uicto, per opportunā sibi Ambraciæ obsidionem censet, sperans oppido deserto defensoribus se facilè potiturum. Cęterum Acarnanes ueriti ne urbe in Atheniē sium potestatem redacta, grauiores Ambraciotis deteriores ue cogertēur uicinos Athenienses experiri, haud rem uoto succedere passi, sed illis seditione iam perturbatis, Acarnanes Ambraciotis conciliati, pacem in centū annos cōponunt. Demosthenes ea fraude Acarnanum circumuentus spe, cœpto q; irrito, cū uiginti nauibus Athenas abnauigat. At Ambraciotæ re sua grauí clamitate penè obruta, atq; in anceps discrimen adducti, præsidia Lacedæmoniorū sibi accersunt, Athenienſium metu perculsi. Demosthenes uerò ducto in Pylum exercitu, locum illum adortus est intra fines Peloponnesios munitionib. circūuallare, ac ueluti propugnaculū quoddā sibi in hostis solo parare, tametsi munitus antea satis haberet: qppe in Messenia positis ab ipsa urbe stadijs absens quad

Demosthenes Lacedæmoniorum agros uastat.

Demosthenes Pylum adoritur.

sens quadringentis. Tuncitaq; cum & pleræq; naues, & firma idoneaq; militum manus adesset, uiginti dierum opera Pylum circũmunijt. At Lacedæmonij audita Pyli munitione, magnas satis pro re copias contrahunt, pedestrium simul & naualium militum: deinde triremibus in Pylum nauigant, quinq; & quadraginta apprimè instructis, peditũ ad duodecim millia in eandẽ expeditionem educunt. Turpe enim ac pro uetusta sui nominis gloria prorsus intolerandum ducebant, eos quibus nuper agro suo in Attica ab hoste depopulationibus uastato, succurrere non solum, sed ne extra quidẽ mœnia prodire haud animus tulisset: nunc intra Peloponnesi fines ultro uictoribus incursare, loca sibi impunè pro munitionibus, ppugnaculisq; occupata tenere. Hę igitur cupiæ ductante Thrasymedo eductæ, proxima Pylo castra posuere. Libido furorq; idem cunctos rapiebat ad locum peruim recuperandũ, pericula omnia adire, nihil intentatum relinquere, dũmodo Pylo potiantur. Naues igitur adductas contrà, in proram aduersus portus fauces aditusq; in septi speciem, cõsertis carinis stãtuunt, ut undiq; ingressus hosti adnauigatioq; abarceretur. tũ pedestribus copijs munitionem adorti, per successionem oppugnando persistere, contentioneq; obstinatissima periclitantes obstupenda certamina edere, labores inauditos & pericula tolerare. Cæterum in insulam Phacteriam intra fluctus in longum porrectam, qua portus tranquillior, & uentorum ui tutior unda reddebatur, ingressusq; facilior patebat, robustissimos quosq; Lacedæmoniorum sociorumq; militum exponunt, consilio hostis in occupando loco pręueniendi: quippe cuius ad obsidionẽ maximas opportunitates situs prębebat. Cumq; diuturno per dies singulos in oppugnãdis munitionib. certamine uario sauciarent, plericq; ex locis eminẽtibus et propugnaculis murorũ nihilo tamen secius instare, haud usquã uim ferociamq;, emittere, frequẽtes in de confossi interire, nec rari uulnerari. Athenienses uerò occupato iampridẽ loco, auctaq; & corroborata naturę situs'ue illius munitione, tum telis iaculorumq; multitudine, rerum'q; omnium ad defensionem requisitarum copia cõmuniti, promptè instanti hosti ubiq; adesse, atq; indefesse resistere: eoq; contẽtius obnixiusq; dimicare quòd sperabant ea munitione defensa, cœptoq; obtẽto, se reliqua deinceps eius belli momenta tumultusq; omnes intra Peloponnesi fines contributuros: tum inde per excursationes particulatim cuncta infestando, depopulaturos agrum hostilem, sollicitudineq; perturbaturos omnia Cumq; iam utrinq; summis uiribus summoq; conatu ab his oppugnando, ab illis defendendo resistendoq; periclitaretur, Spartiatis ad muros per impetum agmine uiolento succedentibus, præclara ubiq; uirtutis edebantur spectacula: ac plerosq; incredibili dimicantes audacia, passim diuersis in locis cernere erat. Verùm longè ante alios Brasidas fortitudinis ac ferociæ palmam uidetur adeptus. Nam cum ex triremium prętoribus nullus carinam terræ primus appellere auderet, deterritus littoris asperitate & difficultate locorum, prętor ille magna uoce nautam suum è prora procul inclamat, iubetq; ut nihil de carina prorsus curando, quantis adniti uiribus posset, triremem in terram contorqueat. Turpe nanq; esse Spartanis, quibus animam pro uictoria semper effundere promptum sit, nunc in eandem necessitatem positos, parcere malle carinis, quàm uincere: ac coràm spectando, pati Athenienses per uim Laconica potiri. Postremò nauta appellere coacto, simul ac triremis ad terrã stetit, ille in descensu collectis armis adstans, hostium agmẽ in se irruentium immoto corpore excipit: plerosq; primo cõgressu ante alios celerius audaciusq; occurrantes necat. Deinde multitudine ingruente, cum multa in unum undiq; tela conijcerentur, crebris in aduersum corpus ictibus sauciatus, nihilominus contrà persistere. Postremò multo per uulnera manante cruore, iam languentibus uiribus, animoq; labante, brachium extra nauis oras prolapsum extenditur semiuiuo, clypeus simul fluctus obruentis, in mare nanq; deciderat, depressus pondere, simul

Brasidæ fortitudo.

simul suo, sinistra delabitur, quem mox obreptum hostes abstulere. Ipse uerò magna cæde edita inter aceruos cadauerum, semianimis ex naui à suis excipitur: tantum nempe cæteris uirtute audaciaq; præferendus, quantum omniũ iudicia, disciplinæq; ipsius militaris, maiestatem legemq; superauit, ut quod cæteris capite luebatur, si quis in pugna clypeum amisisset, huic in eadem causa deprehenso non supplicij modò censuram illam attulerit, sed ad summam propè gloriam adscriptum fuerit. Igitur Lacedæmonij assiduis oppugnationibus Pylum tentantes, tametsi frequentes pugnando caderent, ferocitate tamen obstinatis animis insistere, nihil arduum periculosumq; recusare. Ceterũ fortunæ uertiles ludos inconstantiamq; quis admirari perget, remq; ipsam apud Pylum gestã, ludicro persimilem cernens, Athenienses assuetos mari ex Laconica Spartiatas repellendo superiores fieri: cõtra Lacedæmonios in proprio solo, conscitos ex mari hostes inuadere, ut qui pedestribus certaminibus assueuerant, maritima pugna hostem lacessere superareq; contenderent: contrà quibus classe dimicare solitum erat, pedestri concursu terra insistentes prohiberent inimicos. Cum itaq; diutius obsidio traheretur, Athenienſium classe circum undique latè maris tractu potita, tum terris annonam importari prohibente, qui depressi in insula tenebantur, ad extremum famis periculum adducti, summè trepidare, & ad omnia nequicquam uerti consilia: quorum casu perculsi Lacedæmonij, legatos de re componenda mittunt Athenas. ubi de cõpositione nihil assentiri uident, postulare pergunt, ut permutando, rem pari captiuorum Athenienſium numero pensarent. nihil rursus horum ab Athenienſibus concessum: inde legati per licentiam palam Athenis proferre. ea re satis apertè confiteri, populum Athenienſem Lacedæmonios longè se præstantiores habere: quippe quibus par captiuorum permutatio haud æqua uisa esset. Igitur Athenienses rerum necessarium difficultate debellatos eos qui in Sphacteria stabant, omnes in deditionem accepere. Fuere qui tum se dederunt Spartiatæ centum & uiginti, sociorum centum octoginta: quos omnes Cleo dux uinctos Athenas misit. Eosdem populus seruare decreuerit, si possent Lacedæmonij ad soluendum bellum adduci: sin dimicare perrexissent, tunc necare captiuos uniuersos. Post hæc ex his qui Naupactum incolebant, Messenijs, delectu habito, robustissimos quosque, tum ex reliquis socijs idoneam manum accersunt, quibus pro præsidio impositis, Pylum defendendũ tradunt: rati Messenijs odio Spartiatarum promptissimos fore ad infestandã, Laconicam, ipsa loci munitione in tuto positis. Igitur Pylires eo in statu erat. Artaxerxes uerò Persarũ rex interijt, cum annos regnasset quadraginta. Xerxes regno susceptо, annum regnauit. In Italia uerò cum Aequi in bello defecissent à Romanis, ipsi dictatorem dixere A. Posthumium, L. uerò Iulium magistrum equitum. Hi magno comparato exercitu, contra defectionis authores in expeditionem proficiscuntur: ac primùm depopulationibus possessiones diripere pergunt. Mox occurrentibus Aequis acie instructa, conseritur certamen. Romani uictores magna hostiũ cede facta, pleroscq; uiuos capiunt, multisq; potiti spolijs manubijs locupletantur. Post eam pugnam qui defecerant fractis clade animis, in ditionem Romani imperij rediere. Cæterum Post humius ob rem bello præclarè gestam, more patrio triumphum duxit. Hic de Posthumio singulare quoddam atq; penè incredibile facinus commemorat. in acie namq; ferunt pugna accensa filium eius audacia præstanti & dimicandi studio tractum, longius prosilijsse, extra ordines scilicet à patre institutos: quo commisso, mox à patre correptũ, ac seuerè, more patrio, in eum capite, uelut desertorẽ ordinũ, uindicatum. Elapso anno, præerat Athenis Isarchus, Romæ consules creati T. Quintius, & C. Iulius: apud Elios Olympias agebatur octogesima nona, qua stadio uicit Symmachus secũdò. Ea tempestate Nicias Nicerati filius, dux ab Athenienſib. creat, cui sexaginta triremes cũ tribus armatorũ millibus traditæ, iussumq; uti ad socios Lacedæmoniorũ depopulandos

Romanorum bellum in Aequos.

dos properaret, qui rebus paratis enauigat in Melun primam, & classe delata agrum diripere festinat: mox ad urbem conuersus, complures ibi perstando di es, eam pugnando cõtendit. Sola enim ex Cycladib. insulis, quippe quæ Spartiatarum colonia erat, in officio & societate Lacedæmoniorum perseueraverat. At uerò Nicias strenuè se defendentibus oppidanis, urbis expugnatione desperata, inde adnauigat in Oropum Bœotiæ: relictis ibi nauigijs, in agrum Tanagræorum copias inducit: ubi alterum exercitum cõperit Atheniensium, quẽ Hipponius Galliæ filius ductabat. Iunctis itaq; copijs utrisq;, uniuersum passim agrũ populationibus peruagantur. Tum uerò Thebana iuuentus hostium cuncta uastanti occurrit: consertaq; pugna, uincũt Atheniẽses, magna hostium cæde edita. Confecto itaq; certamine, redit Athenas Hipponicus cum copijs suis: cęterum Nicias naues repetens, in Locrida fertur: atq; ex agro maritimæ oræ pręda populationibus acta, quadraginta triremes à socijs missas accipit: ita ut centum carinis iam classem coactam duceret: tum delecto pedituin habito, magna copiarum ui contracta, Corinthum intendit: ibiq; cum militibus exponere properasset, occurrẽtib. acie instructa Corinthijs, Atheniẽses duobus prælijs conserto certamine, bis hostem fudere, magnaq; hostium cæde facta, erexere trophæum: ad octo nanq; ex Atheniẽsi acie cecidisse traduntur, Corinthiorum supra trecentos cæsos constat. Inde Nicias classe in Cromonẽ traiecta, diripit agrum, castellumq; ui oppugnando cœpit: mox inde soluens, in Methonam properat: ibiq; munito confestim altero castello, præsidij satis tum ad loci defensionem, tum simul quòd agros finitimos depopulando, omniaq; circum hosti excursibus diripiendo infesta faceret, imponit. Ipse maritimam depopulatus orã, remigijs Athenas reuertitur. His peractis, naues sexaginta cum duobus armatorum millibus in Cythera dimittunt, quarum Nicias cum quibusdam alijs prætor curam gerebat. Hic appulsa ad insulam classe, cũ castris ad urbem positis, oppugnare pergeret, tandem coactam ad certam conditionem & fœdus, in deditionem accepit. Mox præsidijs insula confirmata, Peloponnesum uersus enauigat, maritimaq; eius loca passim cuncta depopulando diripiendoq; uastat, Thyreasq; inter montana Laconicæ & Argiæ sitas, expugnando capiens, populum inde omnem captiuum abduxit in prædã & seruitutẽ, mœniaq; euertit. Tum Aeginetas omnes illic habitantes, castelliq; & præsidij principem Tantalum Spartanum Athenas captiuos misit, quem cum reliquis captiuis & Aeginetis Atheniẽses in uinculis habuerunt.

Niciæ gesta aduersus Lacedæmonios.

Interea dũ hęc geruntur, Megarensium rebus admodum afflictis, hinc bello potentiaq; Atheniensium contrà urgente, illic exulum infestante manu, atq; intestina discordia seditioneq; sibi cuncta distrahẽte, cum per legationes inter se de recipiendis ciuibus ultro citroq; missas ageretur, ac iam ad compositionem res inclinare uideretur, nonnulli ciues odio exulum per clandestinos internuncios, ducibus Atheniensium pollicẽtur se prodituros urbem: acre iam parata, ubi accesserint cum armis, nihil remoraturos facinus. Igitur imperatores re composita, Demosthenes & Hippocrates proditione intenti, noctu sex centos milites intra urbem mittunt, qui ab authoribus proditionis intra mœnia admittuntur. Detecta demum uulgataq; per urbem proditione, populum repẽtè grauis seditio distrahere cœpit, diuersa omnes sentire, alijs alia placere: pars Atheniensium, alij Lacedæmoniorum societatem prę ferre. Inter hunc tumultũ è media turba quidam suo sponte proclamauit, ut qui uellent, arma ponerent cum Atheniensibus & Megarensibus. Quo audito, Lacedæmonij relicto se circumuentosq; à Megarensibus cernentes, qui mœnibus longis prę dio stabant: illico relicta loci custodia, in locum nomine Nisęam, quod erat armamentarium Megarensium, sese recipiunt, quẽ uallo fossaq; repente obstructum, Atheniẽses pergunt obsidere. Nec mora, accersitis ex urbe Athenarũ fabris artificibusq;, muro Nisæam circumcludunt. At uerò Peloponnesij ueri-

Megara proditur Atheniẽsibus.

tine per

ti, ne per uim capti necarentur omnes, Niſæam fœdere pacto tradunt obſidentibus. Rebus igitur Megarenſium eo ſtatu uertentibus, Braſidas accepto ex Lacedæmone reliquiſq; Pelopõneſijs exercitu magno, Megara cum expeditione properat: hinc Athenienſes aducẽtu ſuo perterrefactos, illico ex Niſæa exturbat, urbemq; Megara libertati priſcæ reſtitutam reconciliat Lacedæmoniorum ſocietati: ipſe per Theſſaliam iter tendens, in aperta planaq; Macedoniæ perducitur. Pòſt inde traijciens Acanthum uerſus, arma iunxit & ſocietatem cum Chalcidenſibus, ac præcipuam Acanthiorum urbem modò minis incuſſo terrore, interdum blando ſermone affatus, ut ab Athenienſibus deſciſcerent, tandem compulit. pòſt aliorum quoq; Thraciæ populorum, pleroſq; ſocietati Lacedæmoniæ adiunxit. Cæterum cupiens clarioribus geſtis maioriq; bello rem proſequi, milites ex Lacedæmone ſibi accerſit, atq; idoneam manũ cõtrahere properat: Spartanis uerò inſtitutum erat, Ilotarum optimos quoſq; fortiſſimos'que delere: idcirco mittunt ex eis mille, quoſcunque audacia uiribuſq; elatiſſimos uident: pleroſq; eorum rati inter uaria certamina pugnamq; caſuros. Aliud quoq; fœdum tetra in eos crudelitate, uiolentumq; admodum commiſere: quo facto rem magis Ilotarum ſe depreſſuros arbitrabantur. iuſſere nanq; per præconem, ut ex Ilotis quicunq; unquam beneficio Spartam aſſe ciſſent, nomen quiſq; ſuum ſcribẽdum proferret, pollicenturq; ſe eorum libertati conſulturos. quorum cum ad duo millia nomina protuliſſent, mãdant fortiſſimis prudentiſſimis'ue quibuſq;, uti eos intra lares quenq; ſuos occupãdo necarent. Supra modum nanq; uerebantur, ne quando fortè per occaſionem rebus nouandis, uti erant ſemper intenti, iuncta cum hoſte manu, rem Spartanam in periculum & diſcrimen adducerent. Tamen accedẽtibus Braſidæ mille Ilotarum armatis, tum paſsim delectu à ſocijs habito, prælidijſq; miſsis, magna copiarum uis breui contracta, Braſidæ aſtitit. Exercitus itaq; multitudine ſimul & robore confiſus, Amphipolim uerſus expeditionem ducit. Hanc urbem initio condere adorſus eſt Ariſtagoras Mileſius, dum Darium fugeret, Perſarum regem. Mortuo ipſo, coloniſq; è Thracum gente Erdona eiectis urbe, anno poſt id patratum trigeſimo ſecundo, decem millia colonorum eò deduxere Athenienſes: quibus rurſum à Thracum manu deletis, apud Drabeſcũ interiecto biennio reſtaurant item colonis eodem tranſcriptis Apione duce. Vrbem igitur perſæpe bello tẽtatam, armisq; aſſuetam, nec paruo ad rem, ſi caperetur, momento futuram, Braſidas in poteſtatem redigere adoritur. Qui ductis ad eam copijs, caſtra ponti proxima ponit, initioq; ſuburbium per uim cepit: quo perterrefactis oppidanis, urbem ea conditione ad deditionem coẽgit, cuicq; ut diſcedere uolenti ſimul rebus ſuis ſumptis, impunè abire liceret. Mox hoc facto, pleræq; finitimarum gentiũ urbes in deditionẽ ſocietatemq; uenere, in quibus digniſsimæ fuere Syma & Galepſus, ambæ Thraciorũ coloniæ, Myrcinnumq; Edonicum oppidum. Dehinc ad ædificandam quoq; in fluuio Strymone claſſem, mentem curamq; adhibuit, ſupplemẽtaq; exercitus ex Lacedæmone reliquiſq; ſocijs ſibi acciuit: ibiq; pleraſq; graues armaturas extrui fecit, quas inermi iuuentuti diſtribuit, cum telis, iaculis, frumento, uectigalib. reliquoq; rerum omnium apparatu apprimè curato. Vbi cuncta ſibi in promptu uidet, copias urbe Amphipoli educit. inde in locum cui Acte nomẽ extat profectus, caſtra per eas partes agebat. In hac quinq; celebrantur urbes, quarũ quidem originem Græcam ducebant, Andriorum uidelicet colonię: reliquas barbarica promiſcuè turba, populiq; Biſaltiçorum bilingues habebant. His omnibus in poteſtatem redactis, ad urbem Toronam copias duxit, olim coloniam Chalcidenſium, ſed imperio tamẽ ſubditam Athenienſi: proditione per quoſdam oppidanos parata, noctu intra mœnia admiſſus à proditoribus, Toronam tutò ſineq; diſcrimine potitur. Res itaq; à Braſida eo uſq; prouecta eſt eo anno. Per idem tempus dum ea geruntur, Delum acie inſtructa cõcurſum eſt

Lacedæmonij Ilotas dolo necant.

Amphipolis urbs.

in Bœotia, ab Athenienſibus contra Bœotios, bello inter illos his cauſis obor
to. Pleroſq; Bœotiorum cœperat ea tempeſtate faſtidium, patritiæq; potentię
odium, penes quam ſumma imperij reiq; publicæ adminiſtratio uerſabatur:
inde aſsiduis conſilijs quærere, quo nam modo rebus patritiorum euerſis, ſta-
tus populares urbibus inſtituerent huiuſmodi coniurationis principes. Quæ
ſtudia quò tenderẽt, cõſiliaq; omnia ducib. Athenienſiũ Demoſtheni & Hyp-
pocrati exponunt, pollicentúrque ſe prodituros eis urbes Bœotiæ. Placuit
tanta ducibus occaſio, & facultas clariſsimæ rei gerendæ oblata. Diuiſisq; in-
ter ſe copijs pro rerum diſpoſitione aſſequenda, prout id momenti requirere
uidebatur. Demoſthenes maiori parte copiarum aſſumpta, traijcit in Bœotiã,
ibiq; proditionem detecta cõperit, Bœotiosq; iam prę munitos, firma paſsim
cuncta prę ſidijs tueri. Ita ſpe fruſtra adacta, negocio infecto inde diſcedit. At
Hippocrates cum omnibus Athenienſium uiribus Delum petens, locum oc-
cupat: tum Bœotiorũ quos accurſuros eò, uti cõtigit, rebatur, anteuertere pro
perans agmen, Delum circũ undiq; munitionib. firmat: hic locus Oropię pro
ximus, iuxta Bœotię montes ad confinia iacet. At uerò Pantœadas Bœotiorũ
imperator, accitis ex uniuerſa Bœotia militib. cõtra Delũ cum ingẽti manu cũ
raptiſsimè prpficiſcitur. nã pedites haud 20000. pauciores, equitum ad 1000.
ductabat: Athenienſium copiæ numero quidẽ ſuperabant hoſtẽ, uerùm haud
parib. tecti armis prodierãt. Nam repẽtino prę ruptoq; euocati imperio ex ur-
be, ueluti tumultuario excurſu ſeſe proripuerant, armis ut cuiq; trepidanti ob-
uium fuit, aſſumptis eruperant. Vtroq; igitur iam procincto exercitu, animis
ad manus conſerendas accenſis, acies utrinq; inſturi cœptæ, primũmq; apud
Bœotios dextrum cornu tenuere Thebani, ſiniſtrum Orchomenijs datum,
medium agmen Bœotijs ſuppletum: in fronte uerò pro tota acie dimicabant
hi quos illi aurigas aſſeſſoréſq; appellant, trecenti delecto robore uiri. Parte a-
lia Athenienſes quoq; copijs in aciem eductis, ab hoſte manus cõſerere cogũ
tur, accenſaq; per equites pugna, cum ferociter utrinq; dimicaretur, ſęuiente p
ordines certamine, ptinus Athenienſium equitatu ſtrenuè inſiſtendo, aduer-
ſus hoſtium turmas in fugam uertunt. Poſt hęc concurrendo peditum acie, ul-
tro citroq; iam uolantibus haſtis, Athenienſium cornu, cui contra Thebanam
iuuentutẽ inſtructo agmine pugnare obtigerat, primùm ui pulſum funditur:
reliqui deinde Bœotiorum ordines à reliquis contrà fuſi, in fugam uertuntur,
quos prę cipites Athenienſium manus agens cum multa cæde, ad certum uſq;
ſpacium eſt inſectata. Interea uerò Thebarum phalanx robore corporum uir-
tutéq; longè cęteros antecedens, ab hoſte inſectando ad ſuos tuendos cõuer-
ſa, in agmen Athenienſe incidit, quod uictoriæ ſucceſſu lętum graſſabatur: rur
ſusq; redintegrato uictores cum uictoribus certamine, funduntur Athenien-
ſes. Hac clariſsima potiti uictoria Thebani, magnã roboris uirtutiſq; gloriam
haud immerito retulere. At uerò Athenienſium profligato exercitu, pars in O
ropum alij intra Deli munitiones confugere: tum miſcẽte uariè cunctos ordi-
nes, & agente fuga, fuere qui mare uerſus ad naues iter tenderent, alios in a-
lia loca, ac quocunq; proximam fugienti ſalutem pauor oſtenderat, impetus
fugiendi diuerſos egit: ſuperueniente nocte ab inſectatione ceſſatum & cęde.
Bœotiorum circiter quingentos non amplius cecidiſſe proditum eſt, Athenien-
ſium maiorem longè numerum: ac niſi nox cędem interpellaſſet, eorum maxi
ma cecidiſſet multitudo. Tenebris itaq; interrumpentibus, inſectantis hoſtis
impetus ipſe fugientibus opem ſalutémq; attulit: tametſi tantam occiſorũ ple-
bem acceperint, ut ex manubiarum precio ſpoliorúmq; magna à Thebanis in
foro porticus extructa, æreiſq; ſtatuis ordinata conſtiterit. templa quoque ar-
mis, porticúſq; circum forum ex acceptis cadauerum ſpolijs ære munitæ: tum
Deliorum ludi ſpectaculàq; hac eadem pecunia parata atque inſtituta. Deui-
cta pugna Bœotij extemplò Deli munitiones oppugnationibus adorti, locũ

micando

Athenięſium pugna cum Bœotijs.

peruim capiunt, pleraque præsidij Delum defendentis multitudo strenuè dimicando cecidit: ducēti capti, reliqui fuga in naues compulsi, cum reliquis in Atticam reuersi sunt. Igitur Athenienses talibus insidijs Bœotias opes adortos, tanta ac tam fœda clades deinceps ab huiusmodi incepto cohibuit. In Asia uerò Xerxes rex rum annum regnasset, mortem obijt. Nonnulli scriptores tradūt duobus non amplius mensibus in regno uixisse. cui succedēs in regno germanus eius Ogdianus, septem mēsibus imperauit. Hunc cum Darius interemisset, ipse regno adito, rexit annos decē & nouem. Ex scriptoribus autem ab Antiocho Syracusio Siculorum historia in hunc usq; annum deducta terminatur nouem uoluminibus comprehēsa, quam à Cocalo Sicanorum rege orsus edidit. Præfecto Athenis Amynia, Romæ Consules creati C. Papirius, & L. Iulius. Ea tempestate Sicyonij cōtempto ob cladem ad Delum acceptam, Athenienſium imperio, deficiunt ad Lacedæmonios: ac Brasidæ exercitus Laconici in Thracia uersantis imperatori, urbem tradūt. Cæterum in Lesbo post captam ab Atheniensibus Mitylenen, qui inde tunc ex ea captiuitate euaserant, profugum turba ingens, tametsi iampridem multa pro reditu in Lesbum moliti, nequicquam laborassent, tunc tādem ea occasione conuersi, Antandrum occupāt, atq; inde assiduis eruptionibus bellum perenne cum præsidio Atheniensium quo defendebantur, Mitylenæ gerebant. Quorum infestationibus lacessitus contrà, tandemq; irritatus Atheniensis populus, duces cum copijs ad eos debellandos misit Aristidem & Symmachum: qui nauibus in Lesbum traiecti, mox assiduis oppugnationibus hostem defatigando, capiunt Antandrum, partemq; exulum neci dant, alios urbe eijciunt, præsidijsq; statis ibi ad defensionem relictis, remigijs ex Lesbo discedunt. Post hæc Lāmachus prætor decem triremes ductans, in Pontem nauigat, tum per flumen nomine Cachetum remis subigendo nauigia, Heracleam petere adortus, naues omnes amisit. Ingenti nanque imbrium procella præcipitante, cum fluuius repentino, ut fit, uiolentóque defluxu raptas, ruentibus undis omnia secum traheret, naues haud uim sufferre ualentes, in quædam loca aspera & uadosa contortę, fluctu rapiuntur: illisis'que terrę carinis, discussu atque penitus dispruptę omnes. Cæterum inter Athenienses & Lacedæmonios annuæ induciæ his conditionibus & fœderibus pactæ, ut quæcunque tum utrique ditione tenuissent, eorum proprium utrisque ius imperiúmque esset: tum colloquijs crebrò inter se habitis, multa de bello dissoluendo disserere, id omnibus consilium placere. Placatis tandem ab ira atque odio & contentione discedendum. Lacedæmonios summum desiderium, summáque eos qui in Sphacteria capti fuerant recipiendi cupido ad pacem maximè trahebat. Re cōditionibus fœderibúsque antea prædictis composita, de reliquis omnibus magno inter se consensu perstabant, de Sciona uerò disceptari ab utrisque cœptum, multáque contendi: inde re in altercationem & certamen ducta, fœdus solutum, rursus'que armis sumptis, bellóque redintegrato, de Sicona pergunt inter se decernere. Per idē tempus urbs ipsa defecit ad Lacedæmonios: quæ causa acrioris odij, pertinaciorisque discordiæ incendia concitauit. Vnde Brasidas ex Menda & Sciona liberos apportans & coniuges, reliquámque suppellectilem quæ necessaria usui parata erat, idoneis præsidijs eas urbes firmat, cunctáque defensionibus munit. Athenienses facti indignatione irritati, decreto statuunt, Scionæos omnes, si quando in manus uenissent, promiscuè nulli parcendo ætati, internecione extinguere, classémque triremium quinquaginta in eos armatam mittunt. Hanc prætores ductabant Nicias & Nicostratus, qui ducta ad Mendam prima classe urbem capiunt, quorundā proditione traditam: mox Scionam circū uallando obstruunt, ibique in obsidione positi, assiduis oppugnationibus irruptionem tentare: quos contrà resistere impigrè, qui præsidio locum tuebantur, ingens iuuenum manus: iaculorum præterea frumentiq; copia subuecti,

Lacedæmonij & Athenienses inter se de pace frustra agunt.

tum reliquarum rerum apparatu munito loco, facilè repentinos hostium insul tus repellere, munitionibus subire conantes ex eminenti desuper uallo tela conijciendo plerosque transfigere. Hæc igitur eo anno gesta traduntur.

Præfecto Athenis Alcæo, Romæ consulatum adiere Pincterus Lucretius, & L. Sergius Fidenas. Horum temporibus ab Athenienſibus accusati Delij, quòd occultam cum Lacedæmonijs societatem iniſſent, eorúmque clàm partes sequerentur, ex insula solóque patrio eijciuntur omnes, urbémque ipſi incolis replere. At Delijs expulsis uagíſque, Pharnaces Satrapas urbem Adamytium tribuit habitandam. Interea ab Athenienſibus Cleo plebis princeps dux creatur, cui magna peditum manu tradita, populi iussu mandatum est, ut in loca Thraciæ copias traijciat. Ille Scionam remigio delatus, assumpta ibi militū parte, eorum scilicet qui ad obsidendum locum perstabant, abnauigat inde, Toronámque contendit: exploratum nanque habebat, Brasidam ex eis locis iam abijsse, præsidiúmque Toronę relictum haud satis firmum inualidúmque ad loci defensionem. Castris itaque urbi quamproximè positis, terra marique undique oppugnationem adortus, tandem ui capit, pueróſque & mulieres omnes inde in prædam seruitutémque adduxit: uiros uerò & præsidia pro captiuis habita, uinculis iniectis misit Athenas. tum relicto in urbe præsidio, copias inde remigijs educit, atq; Strymonem aduersus Thraciæ fluuium cursu contēdit, illic Heroni castra admouit, ea triginta circa stadijs urbs ab Amphipoli distabat: dum arcem expugnare adoritur, comperto Brasidam circa Amphipolim cum copijs uersari, mox in eum expedito agmine properat. At uerò Brasidas ubi aduentare hostem iámque hostem adesse comperit, copijs in acie eductis, obuiam ire promptus pergit. instructis utrinq; ordinibus cum graui certamine accensō strenuè dimicaretur, starentque loco inconcusse cohortes, agmē agmini, miles militi infensus insistere. Initio quidem res par, pugnáque diu ancipiti concursu ducebatur: pòst ubi imperatores ipſi circumferri, ac quenque fortissimum hortari cœpere, obnixi eo periculo, pro sua uterq; uirtute decerni uictoriam: dum collectis uiribus atque accensis in immensum utrinq; animis ad uincendum atrocissimè ferocissimeq; concurreretur, plericq; clarissimi in utraq; acie uiri cecidere: quos in confertissimos hostium cuneos secum quacunque penetrassent imperatores ipsi gloriæ ambitione trahebāt: ac Brasidas quidem fortissimè antè omnes pugnans, inter stratos à se hostium aceruos, heroicè uitam tradidit: interfecto pariter inter dimicandum altera ex parte Cleone, utraq; acies amissis ducibus titubare ac uariè fluctuare cœpit. Tandē uictoria inclinauit ad Lacedæmonios, trophæumq; erexere. Cæterum Athenienses receptis per inducias suorū cadaueribus, sepulturaq; traditis, inde Athenas uersus abnauigant. Nunciata pòst Lacedæmone à quibusdā qui in acie pugnauerant, domumq; iam redierāt, uictoria, simul & morte Brasidæ, matrē eius audito pugnæ euētu percunctatā à nuncijs ferunt, qualē Brasidas in acie se præbuisset: respondentibus illis, omnium longè Lacedæmoniorum apparuisse fortissimus, fortissimeq; dimicasse: eandem subintulisse, Brasidam filium suum bonū sanè fortemq; uirum fuisse, plerosq; tamē alios longè se uirtute præstātiores & habuisse antea, & reliquisse conciues. His uerbis passim per urbem diuulgatis, Ephoros iudices publicis honoribus ac laudib. ornasse mulierē, cui patriæ laudes & maiestas publica nati sui gloria chariores extitissent. Post eam pugnam uisum est Athenienſibus opportunū pacē cum Lacedæmonijs huiusmodi cōditionibus pactis, in annos quinquaginta cōponere: ut partis utriusq; relaxarent captiui, urbesq; eo bello utrinq; captæ restituerentur. Bellū itaq; Pelopōneſiacū, quod uariè ad subiecta usq; tēpora fuerat in annos decē, ptractum, dicto modo solutū pacatumq; extitit. Præfecto Athenis Aristone, Cōsules à Romanis creati T. Quintus, & A. Cornelius Cossus. Ea tēpestate bello Peloponneſiaco tū nuperrimè pacato, rursus tumultuari, bellicosq; denuò motus inter eos

Brasidæ & Cleonis interitus.

Bellum Peloponneſiacum instauratur.

eos cieri cœptũ, cauſis huiuſmodi. Athenienſes & Lacdæmonij cõmuni olim conſenſu fœdera inter ſe iniere, ſocijs utrorũq; in ea cõpoſitione ſuperiori nominatis Cęterũ pacato bello ſocietatẽ quandã ſimul contraxerant priuatã, ut uidebatur, urbibus ad id tẽpus ſociorũ inconſultis, excluſisq; Quo facto mox orta ſuſpicio, populos ſolicitudine uexare cœpit, eam priuatã cõcordiam inſidijs carere non poſſe, cõmuni libertati fraudẽ parari, ceruicibus Græciæ iugũ ſeruitutemq; muniri, ditioni & imperio duũm populorũ ſubeundũ eſſe. Quare perculſis potentiſsimi quiq; populi animis, per legatos uiciſsim inter ſe miſſos de iungenda ſimul ſocietate contra Athenienſes Lacedęmonioſq; conſultare conſpirareq; cœperunt. Erant eius rei principes quatuor urbes potentiſsimæ, Argos, Thebæ, Corinthus, Elis. nec ſine certa profectò ratione motæ gentes ſuſpicabantur, eo duorum tam inſolito conſenſu in Græcam libertatẽ conſpiratum iri. Enimuero in cõmuni fœdere adſcribi iuſſum erat, Athenienſibus Lacedæmonijſq; ius poteſtatemq; eſſe quodcũq; ſibi collibuiſſet adijcere, detrahere ue fœderibus. Adhæc Athenienſium conſulto decemuiri creati erant, quibus poteſtas curaq; mandata fuerat reipub. prouidendæ, ne quid detrimẽti pateret. Quod idem cum Lacedæmonij cõſtituiſſent, tam palàm cernere erat, urbis utriuſq; quo tãdem conſilio ambitioq; cotenderent. Cõpluribus itaque populis ad communem libertatem tuendam accẽſis, cum iam Athenienſium opes clade ad Delum accepta attritæ, contemptui eſſe cœpiſſent, tũ Lacedæmoniorum nomen & gloria admodũ demiſſa uideretur, captis in Sphacteria inſula robuſtiſsimisq; quibuſq;, cõſpirauere cõtrà pleræq; urbes, ducemq; ſibi cõſtituere in ea re urbẽ Argiuorũ. Præclara nanq; huius urbis propter priſcæ memoriæ ingẽtia geſta, maieſtas & authoritas habebatur. Nã ante Heraclidarum interitũ regum, proles omnium propè clariſsima ſtirpe Argia prodibat. Ad hæc diuturna admodum pace perfruens, uectigalib. quàm plurimis frugibusq; auxerat opes: nec æris pecuniæq; facultate modò, uerùm frequẽtia quoque populi uigens pollensq; degebat. Igitur Argiuus populus imperij ſummam ad ſe delatum iri ratus, mille ciuium capita deligunt, quibus ætatis uigor toburq; corporis in primis adeſſe uideretur: tum facultas opũ præcipua, quos ab reliqua operum munerumq; cura uacuos fecere: tum ſumptu ciboq; publica impẽſa illis ſuppeditato, mãdant, uti cura aſsidua exercitio'que ppetuo bellicis artib. diſciplinæ'que militari aſſueſcant. Hi cibariorum ſubminiſtratione, tum aſsiduo uſu militiæ, breui bellicis inſtructiſsimi laboriſque patientiſsimi milites euaſere. At uerò Lacedęmonij Pelopõneſum in ſe cõſpirare, ac iam armati cernentes, proſpecta ſimul belli ſurgẽtis mole, quæ ad imperium ſtatũmque retinendum ſpectant, quantis licet uiribus, conſilijs, pręſidijs'que cuncta paſsim firmare nituntur. Ac primùm quidẽ mille Ilotis, quos Braſidas in Thraciæ expeditione ductauerat, libertatem dant: poſt hæc eos qui in Sphacteria inſula deprehenſi, captiuos ſe abduci permiſerunt, ob id commiſſum honore militiæ tum priuatos, utpote qui Spartæ nomẽ gloriámque ea ignominia polluiſſent, ignominia abſolutos, in priſtinam dignitatem munúſque reſtituere: quibus conſentaneè quoque permiſſum uidebatur, ut ad munia militaria reuocatis inter laudes & præmia bellica liceret inſequentibus deinceps certaminibus: priſtinæ uirtutis & dignitatis locum nomẽnque pręferre, tum aduerſus ſocios mitiori adminiſtratione uti: benignitatéque & clementia reconciliare eos, quos imperandi ſæuitia abalienaſſe uidebatur. At Athenienſibus contrarium conſilium eſt initum. Per terrorem nanque & ſeueritatem uolentes eorum infringere audaciam, quos defectionis ſuſpectos haberent, extemplò ſeueritatis & ultionis in Scionenſes exactè præmonuere reliquos omnes. Nam captis illis per uim & obſidionẽ, pubertatẽ iuuẽtutẽmq; ad unum omnẽ iugulárũt. Pueros ac mulieres abduxere in prædam & ſeruitutẽ, inſulámq; Platęenſibus, qui propter illos expulſi patria uagabantur, habitandam tribuere. Per

Campani Cumas expugnāt

idem tempus in Italiam Campani magno exercitu contra Cumas ducto, Cumanos pugna conserta fundunt, hostiumq; maiorem partem in ea acie necāt: mox ad obsidendas Cumas se comparantes, crebris expugnationibus adorti, tandē per uim potiuntur urbe: qua direpta, incolisq; quos ibi deprehenderāt, in prædam & in seruitutem adductis, eodē transcripsere colonos ex gente sua, qui satis uidebantur ad replēdum locum. Prętecto Athenis Aristophilo, Romani Consules crearunt T. Quintium, & A. Sempronium: apud Elios agebatur Olympias nonagesima, qua stadium uicit Hyperbius Syracusius. Ea tempestate oraculo quodam adducti Delijs insulā restituere: qui facta potestate, reuersi sunt in pristinum solum. Cum autē Athenienses Pylum non redderēt, rursus urbes ipsæ dissentire inter se, bellumq; suscitare cœperunt. Quo audito, populus Argiuorum adduxit Athenienses, uti secum iungerent societatē. Crescente indies magis simultate & discordia, Lacedęmonij Corinthios suadēdo impellunt, ut relicto communi conuentu, partibus suis adhæreant: ac populis iam passim tanto tumultu excito uariè fluctuantibus, sine duce & principatu res Peloponnesiæ eò adductæ agitabantur. In his uerò quæ extra Peloponnesum habentur locis, Aenianes, Dolopes & Milienses cōspiratione simul facta, cōtra urbē Heracleam in Trachinia sitam, copias educūt. Heraclienses in aciem descēdentes, obuiamq; hosti properātes, cōserta atroci pugna fundunt, ac plerisq; eorū cędis, cōpelluntur intra mœnia, tum uirib. suis diffisi, prędia à Bœotijs accersunt: missi mille ad eos Thebani, delecta iuuentus armis, quorū manu urgentē hostē repulere. Simul dū hęc gerunt, Olynthij educto exercitu, urbem Micybernā Athenienſium prędio defensam, inuadūt, prędioq; inde ejecto, ipsi oppidū sibi subigunt. Prętecto Athenis Anchia, Romæ creari cōsules L. Papyrius Mutilanus, & C. Seruilius Structus. Horum temporibus Argiui Lacedæmonios accusantes, quòd Apollini Pythio cōsueta sacra non peregissent, eis indicūt bellum. Quo eodem tempore Alcibiades Athenienſium imperator copias in Argiam traiecit. Eo prędio accepto Argiui, exercitū ad urbem Trœcenem ducunt, sociam Lacedæmoniorum. Tum pręda undiq; ex agris acta, uicis, uillis, ædificijsq; incendio uastatis, domū regressi sunt. At Lacedęmonij iniurias Trœceni illatas grauiter ferentes, bello in Argiuos ulcisci statuunt. Cōtractis itaq; copijs, Augiam regē ducē creāt: Hic exercitu educto, contendit in Argios, agrumq; eorū depopulādo uastare pergit: tum copijs ad urbis mœnia adactis, hostē ad pugnam prouocare. Interea Argiuis tria millia armatorum accessere ab Elide missi, à Mantineis haud multo pauciores. Quibus freti Argiui, mox extra mœnia copias in aciem educunt: iámque ordines instrui armáque expediri utrinque cœpta, cum imperatores legationibus inter se missis, inducias quadrimestres componunt. Reuersis itaque nequicquā domum re infecta militibus, urbs utraq; contra fœderis illius authores ira accensa, fremere, ducesq; Argiuorū lapidibus à populo petiti, uixq; multitudini impetus in se ruentis, & ueluti proditores ad necem uocantis, multa precādo contineri potuit, ægreq; impetratū ut uitæ parceretur: nihilo tamen minus eorum bona in publicū redacta sunt, domusq; erutæ. Parte alia Lacedæmonij parato iam in Agim regē iudicio, pœnaq; instituta, uix tandē precib. pollicitisq; impleti, sesq;, si seruatus esset, ad ignominiā cōtractā fortissimis clarissimisq; deinceps gestis diluendam offerenti, crimen cōdonauere: cæterum in reliquū deinde tempus decem summa sapientia peritiaq; uiros deligunt, quos rei consultores adhibent, mandantq;, ne quid deinceps audeat illis inconsultis. Post hæc ab Athenienſibus missi sunt Argiuis per mare mille delecti scutati, ducenti equites, quos Laches & Nicostratus ductabāt, quibuscunq; stipendia priuata gerebat Alcibiades ob amicitiam, qua deuinctus erat Elijs & Megarensib. Conuentu simul omnium celebrato, cunctis una sentētia uisum est, neglectis fœderib. ad bellum accingi: tum imperatores suos quisq; milites ad pugnam hortati

Argiui Lacedæmonijs bellum indicunt.

hortati, mox arma expediant iubent. Qui cum prompte prẽstoq; paruissent, extra mœnia copias in castra educunt. Tum cunctis potissimum uisum, primumq; omnium, Orchomenum urbem Arcadiæ adoriri. Traiecto itaq; in Arcadiam exercitu, castrisque ad eam urbem positis, quotidiana oppugnatione mœnia adoriri pergebant: urbe tãdem in potestatem redacta, castra proximè urbi Tegeæ admouent, certa ad eam quoque expugnandam sentẽtia. Verùm Tegeatis auxilium à Lacedæmonijs implorantibus, utque sibi celerrimè succurreretur postulantibus, Spartani contrà iuuentute sociorumque auxilijs omnibus Mantineam uersus armati properant: rati, hostes audita eius hostis de bellatione, Tegeæ obsidionem soluturos. Mantinensibus haud mora fit, accersitis mox sociorum auxilijs, ipsique cum omnibus copijs armati contra Lacedæmonios in aciem descendunt: consertáque pugna, cum acriter dimicaretur, delecta Argiuũm iuuentus ad mille numero bellicis artibus apprimè militiq; instructissimi (nanque laboribus assiduo usu disciplinæque iampridem assueuerant (primùm agmen quod in aciem contra se steterat, primi in fugã uertunt, proculq; fugientes contentius insequuti, magnam cædem edunt: reliqua dehinc acies à Lacedæmonijs contrà fusa profligataque passim. Igitur princeps cum multa cæde, mox conuerso in Argiuos uictores agmine, circumfusa undique in coronam multitudine militum, Lacedæmonij in medium cõclusos occidione omnes necare parabant. Erant quipem cohortes illæ pro numero hostium paucæ admodum, uerùm uiribus & mira fortitudine excellebant. Igitur Lacedæmoniorum rex in agmine primus insistere, primusq; dimicando cuncta obnixè moliri ac tentare, si qua rerum eos difficultate casu'ue aut periculo implicitos omnes obruere posset. Nã quod ciuibus suis fuerat pollicitus summa ope, dictis ut fides quàm maturissimè fieret, enitebatur aliquo præclaro facinore ab ignominia superius admissa, nomen suum uendicare. Verùm tunc huiusmodi uotum haud este explere permissus, Nam Pharax Spartiata, unus ex consultoribus, cuius summa Spartæ authoritas habebatur, iussit Arcadibus ita inclusis, commodè exitum patefieri, neque in uitæ desperatione positos ullo pacto tentandos, aut in eam necessitudinem adducendos, ut uirtutis extremum periclitantis, ultima præsidia quærere experiréque cogerentur. Eo ex Pharacis sententia iussu coactus, aperuit hostibus exitum, atq; ita mille illi dicto modo emissi, incolumes abiere. Cæterum Lacedæmonij ingenti uictoria læti, trophæo erecto, domum rediere.

Lacedæmoniorum de Argiuis uictoria.

Anni cursu reuoluto, Athenis præfectus est Antiphon: Romæ quatuor tribuni militum creati, C. Phurius, T. Quintius, item M. Posthumius, & A. Cornelius. Ea tempestate per legatos ultro citroq; missos, pax inter Argiuos Lacedæmoniosq; conuenit, simulq; societas contracta. Quare Mantinenses Argiuorum præsidio destituti, Lacedæmonio parêre subigíq; imperio coctai sunt. Per idem tempus in urbe Argia iuuentus, quos ad munia militiæ delectos supra commemorauimus, ad mille ciuium capita simul conspirauere, consilium inierũt, ut euerso populari statu, rem ad optimatum patritiorumq; administrationem reuocatam, sibi primi usurparent. quorum cœpta cum multi prouehe rent, quos iam sibi opum facultate meritisq; obnoxios fautoresq; parauerant: primum primates populi quoq; comprehensos necant, alijs metu perculsis, iam uoti compotes populi iura legesq; dissoluunt: mox sibi cuncta miscendo usurpando'ue rem uendicant, publicaq; munera pergunt iure suo authoritatéq; disponere. Hoc statu mensibus octo retento, post insurgente in eos populo, dissecti cessere: quibus deletis, rursus ad populum res rediit, iuráq; popularia in pristinum statum reuocata, conualuere. Altera præterea belli incendia in Græcia eruperunt. Phocenses enim & Locri odijs inter se flagrãtes, suis utriq; uiribus acie instructa dimicãdo rem decreuere: in qua uictor Phocẽsis manus, hostium plus mille obtrũcarunt. Tum quoq; Nicias Atheniẽsium imperator

Argiui seditionibus agitantur.

Phocenses uincunt prælio Locrenses.

duas urbes captas imperio Athenienſi adiecit, Cythera, Niſæorumq; oppidũ: tum Melo expugnata, pubertatem iugularunt, pueris & mulieribus in prædã ſeruitutem q; abductis. In Italia Fidenates Romanorum legatos illuc à populo miſſos, leui quadam cauſa obiecta necant. Qua iniuria Romani in eos grauiſsimè accenſi, bello ulciſci decernunt: delectuq; habito, dictatorem creant Anium Aemilium, qui more maiorum, Aulum Cornelium ſibi magiſtrum equitum dixit. Aemilius rebus ad bellum comparatis, educit in expeditionem milites, ulturus legatorum iniuriam, deſcendentibus contrà in aciem Fidenatibus. Conſerto prælio, acerrimè diu fortiſsimeq; dimicatum eſt ancipiti certamine, multis cæſis utrinq;.

Romani Fidenates ulciſcuntur ob interfectos legatos.

Præfecto Athenis Euphemo, Romæ tres tribuni militum creati ſunt conſulari poteſtate, C. Phurius, C. Corinthius, A. Sempronius. Horum temporib. Lacedæmonij cum ſocijs exercitu in Argiam ducto, Higiæ locum cœpere, ne catisq; eius incolis, caſtellum euertũt. Tum audito quòd ab Argis maiora mœnia ui ad mare uſq; prouecta forent, eò progreſsi, quod extructum fuerat, eruunt. Eo facto, domum uerſus iter tendunt. Cæterum ab Athenienſibus Alcibiades prætor creatur, cui uiginti naues datæ, mandatumq; ut ad Argiuos nauigans, ad rem cõponendam eis adeſſet: adhuc nanq; tumultu ſeditione q; feruebat ciuitas, quòd magna adhuc multitudo eorum ſupererat, quibus optimatum ſtatus præferebatur populari: cunctaq; interturbando agitabantur. Alcibiades igitur ingreſſus urbem, atq; cum his compoſitus qui popularia iura fouebant, ex Argis eos deligit, quos Lacedęmoniorum maximè ſequi uidet: his urbe eiectis, compoſito cõfirmatoq; ſtatu populari, remigijs Athenas repetit. Eo anno iam inclinante, Lacedęmonij cum magna manu in Argiam trajciũt: ac magna agri parte depopulando uaſtata, exules Argiuorum in Orneas habitatum mittunt: quem locum in Argia munientes, firmoq; præſidio impoſito corroborantes, mandant ut Argiam excurrẽdo omnem infeſtam reddant. Simulac diſceſsiſſe inde Lacedæmonios reſciuere Athenienſes, Argiuis præſidio mittunt triremes quadraginta cum mille & ducentis ſcutatis. Igitur Argiui cum Athenienſib. unà in expeditionem profecti, Orneas inuadunt: captoq; per uim oppido, præſidij exulum q; partẽ neci dant, alios inde expellunt. Hæc geſta traduntur anno quintodecimo Peloponneſiaci belli. Eiuſdem anno ſextodecimo Athenis prętor adminiſtrabat Ariſtomneſtus: Romę quatuor tribuni conſulari poteſtate creati, T. Claudius, & Spurius Nautius, item L. Sentius & Sextus Iulius. Horum tẽpeſtate nonageſima prima Olympias apud Elios acta eſt, qua ſtadium uicit Exænetus Acragantinus. Byzantij uerò & Chalcedonij accitis ſecum unà Thracibus cum uiginti millium manu trajciunt in Bithyniam, ibiq; paſsim depopulati agros, multis oppidulis per uim expugnatis tetra quędam & ſupra modum crudelia facinora edidere. Nam cum magnum admodum captiuorum numerum, uiros, muleres, pueros, atq; omnis deniq; generis conditionisq; promiſcuè ingentem turbam coẽgiſſent, nulli ætati aut conditioni parcẽtes, ad unum omnes ueluti pecora iugularunt. Per idem tempus in Sicilia bellum fuit inter Aegeſtanos & Selinuntios. Feruebant diſcordia pro finibus agri exorta, fluuio urbium agrum fines'ue diſcernente. Selinũtij itaq; torrentem tranſgreſsi, primum partem agri fluuio adiacẽtem per uim occupant. poſt id ablata inſuper proximi magna parte, per contemptum illudere finitimis alia ad aliam iniuria affectis pergũt. Qua indignatione commoti haud parum Aegeſtani primum uerbis hortari, multãq; differendo ſuadere: deinde alienum agrum inuadere abſtinerent, ac non ſuo, ſed per uim occupato cedere uellent. Poſt ubi à ſe id fruſtra queri contendiq;, inſuper ius ſuum poſtulantes contemni uident, armis expeditis, in iuris humani uiolatores copias educunt: atq; loco eiectis aduerſarijs, agri ſibi ablati poſſeſsionem recuperãt. Exacerbata inde inter utroſq; populos diſcordia, rẽ ferro decernere ſtatuunt.

Alcibiades Argos nauigat.

Aegeſtani & Selinuntij bellige rant.

Expeditis

Expeditis copijs utrinq; in aciem descēditur: atroxq; certamē accensum, quo Selinuntij uictores, haud paruum hostium numerum interemerunt. Qua clade deinceps Aegestani re labefacta, cum uiribus suis diffiderent, haud iam hosti pares, Acragantinorum auxilium Syracusiorumq; sibi conciliare societatē conantur. ea frustra spe cœpta, ab utrisq; electi legatos Carthaginem mittunt, imploratum auxilium: quibus itidem renuentibus, ad maris auxilia conuertūtur, quorū consilia casus ipse prouexit. Leontinos olim Syracusij urbe eiectos, agro quoq; spoliauerant. Solo itaq; patrio extorres, consilium ineunt societatis Athenienſium sibi rursus conciliandæ, per originis inter eos antiquam cognationem. Hac re gentibus communicata, quibuscum amicitia deuincti erāt communi decreto legatos Athenas mittunt oratum, uti urbibus suis ui & potentia quorundam oppressis, opem ferre properarent, simulq; eis operā suam pollicentur ad rem Siculam peragendam. Quum legati Athenas uenissent, Leontinis antiquam cognationem & pristinam societatem commemorantibus: tum Aegestanis ingentem proferentibus ad id bellum pecuniam, quam paratam haberēt, simulq; capturos arma contra Syracusios spondentib. Athenienses adducti statuūt eò dimittere uiros quosdam spectatæ uirtutis & fidei, qui simul insulæ situm, opesq; & Aegestanorū res diligenter explorarent: qui bus Aegestam peruectis, Aegestani pecuniæ uim ostenderunt, partim domesticā, partim à uicinis mutuo sumptam, ostentationis gratia. His diligenter exploratis, domum regressi Aegestanorum opulētiam renunciant. Comitijs habitis de ea re, populus consulitur. Relata in medium consultatione de exercitu in Siciliam trajciendo: Nicias Niceratí filius, uir admirabili inter ciues uirtute & authoritate, contrariam habuit sententiam, minimè esse trajciendum: haudquaquam eam adesse Athenienſib. opum uim, ut simul cum Lacedæmonijs potētissimo Græcorum populo bellum sustinerent, & magnas procul in exteram expeditionem copias trans maria trajciant: temerarijq; cōsilij partes fore, qui Græciæ imperium sibi, quod sæpè tentassent, integris coactisq; uirb. uendicare non ualuissent, eosdem mox uana spe magis quàm ulla ratione adductos, parte copiarum uelle rem grauiorem aggredi, bellōq; subigere tentare maximam totius orbis terrarum insulam opulentissimamq;, quam Carthaginenses, gens in terris potentissima, cuius pollēs admodum lateq; patens imperium porrigeretur, persæpe multa bello moliti, uarijsq; conati artibus suę ditioni subigere, nihil prorsus adhuc usq; uel uiribus cōsilijsq; omnibus proficere potuissent. Quid Athenienſium populum Carthaginenſibus omni ui potētiæ opūmue facultate longè inferiorem tandem effecturum putandum? num inuictas tam diu tantis opibus gētes, tum potentissimas in ea insula urbes debellaturos sperandum? Hæc & alia ad rem propositam accommadata cum elegantèr differuisset, in contrariam sententiam nitens Alcibiades, uir Athenienſium clarissimus, hortari populum pergit, ut illud bellum confidenter adoriatur. Erat nanq; huic uiro acerrimum in dicendo ingenium, atq; facundia superior, ciues omnes uehemens & elegantissima: tum genus clarissimum, amplissimę opes, reiq; militaris peritia summa, nomenq; passim laudib. & gloria celebratum. Persuasus itaq; illius sermone, assensusq; populus, extemplò classem ad id idoneam extrui iubet: triginta à socijs triremes missæ, centum ipsi suis opib. instruunt, rebusq; muniunt ad bellum necessarijs: quina deinde armatorū millia eis imponuntur. eo delectu ex ciuibus habito, duces eius expeditionis tres creati, Alcibiades, Lamachus & Nicias. Atheniēses igitur in huiusmodi rebus apparandis propenso studio uersabantur. At uerò nos iam ad initium belli perducti, quod Athenarum populus cum Syracusijs gesserit, ueluti per soluto quod in principio polliciti fueramus, quæ deinceps accepimus, in uolumē sequēs dilata prosequemur.

Athenienſes de mittēda in Siciliam classe deliberant

DIODORI SICVLI HISTORICÆ BIBLIOTHECÆ

LIBER DECIMVS TERTIVS.

Siquidem in explicanda hiſtoria nihil uſquam nobis ab aliorũ ſcriptorum modo & proceſſu digrediendum eſſet, diſcuſsis in præfatione paucis quibuſdam, quantum pro loco & tempore conueniret, idoneè dęinceps ad continentia ſuperiorib. negocia, ſeriemq; rerum perpetuo textu deducendũ, mox eſſet ſermo conuertendus. Nam breue tempus ſcripto complexi, poſſemus proœmijs immorando fructum percipere. Sed quoniam ſuperius pollicíti ſumus, in paucis nos uoluminib. non res modò geſtas pro uirili parte deſcripturos, uerùm & tempora comprehenſuros ſupra mille & centenos annos petita, maximè neceſſarium uidetur prętermiſſa prętandi prolixitate, & primũ ad ipſa geſta diſſerenda deſcendere: hoc ſolum initio commemorantes, quod ſex ſuperioribus uoluminibus res poſt Troiæ fata ad eam uſq; tempeſtatẽ geſtas commendauerimus, qua bellum ab Athenienſibus decretum ſuſceptumque fuit contra Syracuſios, quod octingentis poſt captam Troiam annis obtigit. In hoc itaq; tempus ſuperiori continens proſequuti ingrediemur, à prima in Syracuſios ab Athenienſibus ducta expeditione, terminabimusq; ad belli ſecundi initium, quod ab Athenienſibus aduerſus Dionyſium Syracuſiorum tyrannum geſtum eſt. Præfectus Athenis Chabria, Romæ tres tribuni militũ conſulari poteſtate creantur, Sergius Lucius, Marcus Papyrius, M. Seruilius. Horum temporibus Athenienſes decreto iam contra Syracuſios bello ad parandas naues, pecuniamq; cogendam, tum cætera quæq; ad uſum belli & inſtruendum exercitum neceſſaria cõponenda ſummis ſtudijs, & feſtinanter inſiſtebant: electisq; tribus ducib. Alcibiade, Lamacho, Nicia, penes eos omnẽ gerendi belli ſummam imperiumq; eſſe uoluere: atq; inter priuatos opulentiſſimi quiq; ciues populi gratiam ſibi quiſq; impenſiores conciliare illius rei ſtudio properantes: alij priuatis opibus ſeſe triremes armaturos: alij pecuniam in exercitus ſtipendia & commeatus expoſituros ſponte polliceri: ac plerique ex inferiori plebe ciues & inquilini, item exteri, ſociorumq; magnus numerus ultro ad nomina in militiam danda confluebant ad duces, orabantq; obnixè ut inter ordines admitterẽtur. Ita omnes in magnam ſpem ſublati, iamiam ſibi, ueluti ad certam uictoriam raperentur, Siciliæ poſſeſsionem, ſortemq; pollicerí: claſſe iam procincta, ſtatuæ quæ per urbem diſpoſitæ erant, innumera multitudo, nocte una omnes detruncatis capitibus repertæ ſunt. Quod tantũ facinus populus haudquaquam caſu aliquo euentu'ue cõtigiſſe arbitratus, ſed ab his potius patratum qui gloria elati, ad ſoluendum ſtatum popularem inuigilarẽt odio iraq; ſæuire atq; infrendere cœpit, eiusq; flagitij authores inueſtigare infenſe atque obnixè magnis indici præmijs propoſitis: inter hęc procedens quidam ex priuatis ad ſenatum, exponit ſe intra domum cuiuſpiam inquilini uidiſſe nonnullos menſis initio nocte intempeſta intraſſe: inter quos Alcibiadem à ſe cognitum aſſerebat. Percunctante deinde ſenatu, ac quærente, quonam pacto per noctem uultus diſcerni potuiſſet: reſpondit, lunæ radijs proditos percepiſſe: quem facilè per ſermonis inconſtantiam deprehenſum, pro falſo reiecere, nec ulla prætereà eius rei ueſtigia inueniri potuerunt. Triremes inſtructæ centum & quadraginta & quas ad equos portandos parauerant: Item onerariarum & quibus commeatus & frumẽtum, reliquusq; omnium rerum apparatus ferretur, ingẽs numerus. Scutatorum funditorumq; item equitum, ſocijq; nominis ſupra decem & ſeptem millia, præter illos qui ad ſupplementa aſcripti

Athenięſium in Siciliam profectio.

aſcripti ducebantur. Tum demum ſenatus cum ducibus in ſecretum adductis ſimul conſultare cœpere, quo'nam modo res Siculas tractare oporteret, ubi in ſula potirentur: quibus tandem uſum eſt, Selinuntios & Syracuſios in prædã dari, abducíque prorſus in ſeruitutem: reliquas urbes paſsim uectigales omnes Athenienſium facere, ſtipendiáque annua ſingulis imponenda. Poſtera die eius diei duces unà cum militibus in Piræum deſcendunt, quos uniuerſa plebs urbana ciuium peregrinorúmque ꝓmiſcuè progredientes, ſequuta eſt. Pars cognatos ægrè ueluti in alienum orbem traiecturos, diſcedere à ſe paſsi, uſque comitari: alij uaria ſpe multa hortari, polliceri multa, ſibi inuicem amicos obſtringere. Cæterum triremes paſsim per uniuerſum ſparſæ portum, uago exultantium nouis cœptis remigium pulſu perferebãtur, coronis ornatas proras circumuertentes: tum armis certo ordine per tabulata diſpoſitis, luce longè per undas micante, ſplendeſcere circum omnia, oculíque inſpicientium perſtringi radijs per totum portus ambitum, in margine litoris odoramenta paſsim effumantia, crateres argentei omnibus in locis poſiti conſpiciebantur, quibus latices hauſtos poculis aureis libabant, deos uenerati ſuppliciter, oran téſque multis uotis, ut propitio numine fauſtíſque auſpicijs claſsis ꝓfectionẽ proſequerentur. Igitur ex Piræo demum euecti remigijs circumnauigata Peloponnéſi ora, Corcyram deferuntur. Ibi nanque commorari iuſsi, dum ſocio rum accolarúmque ſubſidia acciperent: ubi cõciti omnes acceſſere, mox inde ſoluentes, ꝓnauigato maris Ionij tractu, ad extremam applicuere Iapygiam: atque inde moti, Italiæ oras perlegendo, à Tarentinis nuſquam accepti traijci unt: tũ Metapõtinos & Heracleenſes ꝓteruecti, appulſa inde ad Thurios claſſe, ibi benignè rebus omnib. excipiunt: ſummamq; in ſe humanitatẽ Thuriorũ expti, mox Crotonam petunt, ſumptoq; ab his commeatu, ꝓpter Iunonis Laciniæ templũ naues remigijs impellunt, ac ſuparе loci ꝓmontoria contendũt, Dioſcuriadis dicti. Poſt hæc Teſcyletium Locrosq; ꝓtranſeunt: tum haud urbe Rhegio ꝓcul in anchoris conſtituti, Rheginos hortari, ut arma ſecum ſocietatemq; iungere uelint: à quibus reſponſum eſt, ſe conſilium de ea re cum reliquis Italis habituros. At Syracuſij compto claſſem copiasq; Athenienſium iam intra maris Italici ſinum aduectam, haud ꝓcul Siculis oris atq; in ipſo tractu adeſſe, tres dictatores creant, Hermocraten, Sicanum, Heraclidem: quorũ prima trepidando cura fuit conſcribere: delectuq; undiq; habito, legatos ꝓ Siculas urbes dimittunt, oratum atq; excitum populos omnes, ut ꝓ ſalute cõmuni accingi, armaq; ſumere ꝓperent. Athenienſes enim titulo & rumore belli contra Syracuſios ſuſcepti, uiribus omnibus in Siciliam aduentare: ea ſimulatione longè alterius ſententiæ uera conſilia grauioraq; cœpta tegi. Siculis populis uim ꝓ inſidias fraudemq; parari, ita uel accipiendam, quam uires Atticæ afferrent, ſeruitutis conditionẽ: uel cõmunem libertatẽ contra uim hoſtis fraudulenti ferro defendendã. Ab Acragãtinis & Naxijs reſpõſum legatis datũ: ſe quod iam polliciti fuiſſent, ꝓ ſeruanda fide, cum Athenienſib. ſocietatẽ iunctu ros. Camarinæi uerò Meſſenijq; bello tantiſp abſore ꝓmiſere, de ſocietate iungenda ſe conſulturos interea relaxaturosq; mox: deinde Selinuntij, & Geloi, adhæc Himerenſes & Catanenſes arma uiresq; ſuas Syracuſijs pollicentur. Siculorum quoque urbes ad idem faciendum beneuolentia Syracuſiorum adduci uidebantur: uerùm ſatius pacem agere, & à periculo tãtiſper abeſſe ducebant, dum tutò, quò tanta demum moles eſſet inclinatura, ſpectare liceret. Cũ autem Aegeſtæi ad ſeruanda ꝓmiſſa poſcerent, nec ullo pacto adduci poſſent ut plus talentis 30 contribuerint, Athenienſium duces fidei fraudatę, dictíque inconſtantis incuſantes, Rhegio claſſem ſoluunt, inde ad Naxum Siciliæ applicant. Ibi ab oppidanis amicè excepti, mox Catanam petunt: Catanenſes militibus ingreſſu mœnium prohibitis, duces cum paucis admiſere: conuentuq;

populi

populi conuocato, prætores Athenienſiũ in concionem prodeuntes, de iungenda ſocietate diſſere cœperunt: dumq; Alcibiadi concionanti populus uniuerſus curata portarum parum cuſtodia, intentius adſiſteret, euulſa tantum à nonnullis per uim ualua, milites intra urbem irrupere. qua cauſa coacti Catanenſes, arma ſimul cum Athenienſibus contra Syracuſios haud ſponte ſumpſerunt. Simul dum hæc geruntur, qui priuatas cum Alcibiade inimicitias ſimultates q; gerebant, Athenis occaſione de truncatis ſtatuis capta, calumniis eum grauibus per conciones inſectabantur, conſpiraſſe illum iampridẽ conſilium q; iniſſe ſæpe aduerſus patrias leges ſtatum q; popularem, calumnias huiuſmodi crimen q; impium comprobare uidebatur, id quod Argiuis proximè obtigerat: in patrias leges coniuraſſe primates urbis priuata potentia fretos, ſtatum q; popularem euertere adortos: demum à populo extinctos, omnes interiſſe. Igitur perſuaſus populus, creditis inſimulationibus, grauiq; admodum per concionatores accenſus ira, nauem Saliminiam properare in Siciliam iubet, mandat q; ut quàm celerrimè Alcibiadem ad ſe reuehat, cauſæ iudicio q; reſponſurum. Naui Catanam delata, Alcibiades audiens legatis nunciantibus populi mandatũ, aſſumptis ilicò in triremẽ ſuã his qui ſecũ in eadẽ calumnia nominabant, unà cũ Salaminia naui in altũ abnauigat. Vbi ad Thurios applicuere, ſiue quòd eius impietatis ſceleriſue ſibi conſcius eſſet, ſiue magnitudine periculi perterrefactus, cũ eiſdẽ quorũ unà cauſa periculũ q; agitabat, arrepta clàm fuga, per latibula eò pedibus proripit. Qui in Saliminia naui uehebant, primũ ſatis ubi q; quæſito Alcibiade, ubi nulquã inueniri poſſe uident, abnauigantes Athenas redeũt, populo q; renunciant quæ geſta fuere: quo cõmoti Athenienſes, nihilo ſecius ira in reos pertinaci inuehunt, datis q; in iudiciũ Alcibiadis ſociorum q; qui ſimul aufugerant nominibus ſolis, ſententia uacua capitis iudicarunt. At Alcibiades ex Italia in Peloponneſum naue delatus, Spartã profugit: ibi q; Lacedæmonios multa diſſerendo accendere non deſiſtit ad inſectandos oppugnandos q; Athenienſes. Duces uerò qui rẽ in Sicilia gerebant, appulſa Aegeſtũ claſſe, Mycarã Siculorũ caſtellũ capiunt, cuius ex præda & ſpoliis ad centũ talenta uenundatis omnib. coẽgere: exactis præterea ab Aegeſta triginta talentis, Catanã repetunt. Conſiliũ deinde ineũt, quãnã uia locũ magno Syracuſiorũ portui proximũ, ſine dimicationis periculo ualeant occupare. Mittũt itaq; uirũ quendã Catanenſem, ſibi utiq; fidũ, ſed ducibus quoq; Syracuſiis fama cognitũ, cuiq; fides haberẽt ſatis dignũ: mandant q; uti per proditionis ſimulationẽ prætoribus Syracuſiorũ nunciet, quoſdã Catanenſes cõpoſuiſſe ſimul conſtituta nocte, ubi per multa Athenienſiũ manus ſine armis, uti conſueuerãt, intra urbẽ diuertiſſent, ſomno oppreſſos repẽtè occupare, eadẽq; celeritate nauibus, quæ in portu ſtarent, ignẽ iniicere: ſeq; ut eius cõſilij certiores faceret, miſſum, quò id totius ſuccedere, peragiq; poſſet. poſtulare uti duces cũ copiis eodẽ accederent, ac ſeſe ciuibus oſtenderent ne fortè cœpto aberrantes, in diſcrimen adducerent. Ille protinus impigrè mãdatis acceptis iter init: ad duces perductus, omnia uti inſtructus erat, per ordinẽ exponit. Credita res ducibus ſimul ueri facinoris ſimilitudine, ſimul fide nũcij. Cũ eo mox cõponunt, qua nocte copias eſſent educturi: quo confecto, uirũ Catanã remittunt. A Syracuſiis igit̃ nocte conſtituta copiæ Catanã uerſus educunt̃. At uerò Athenienſes intra magnũ Syracuſiorũ portum appulſa claſſe, cũ ſummo ſilentio potiunt̃ Olympio: locis q; circũpoſitis omnibus occupatis, caſtra ſibi ſtationẽ q; munire properant. At duces Syracuſij percepta demũ fraude, raptiſsimè relicto quod peruaſerant itinere, munitiones hoſtiũ inuadunt: exeunte contrà in aciẽ hoſte, pugna cõmittitur: qua cœlis Syracuſiorũ quadringentis, Athenienſis acies reliquos fundit, atq; in fugã conuertit. Duces itaq; Athenienſiũ cum percepiſſent hoſtẽ equitatu ſuperiorẽ eſſe, cupientes ſeſe res q; omnes agilius copioſius q; ad obſidionem comparare, Catanam

Alcibiades Athenas ex Sicilia reuocatus, aufugit ad Lacedæmonios.

Athenienſes Syracuſas appellant.

nam retrouehuntur, certisq; nunciis Athenas missis, epistolas ad populum dedere, quibus postulabant equites sibi pecuniam q; mitti: quippe diuturnã eam obsidionem fore, nec sine magna ui posse obtineri: trecenta à populo talenta, certusq; equitum numerus eò decretus trajicitur. Dum hæc geruntur, Diagoras cognomento Atheus, calumnia notatus ob impietatem & deũm contemptum, timens iram populi, ex Attica profugit. Cuius odio promitur ab Athenienſibus edictum: Si quis Diagoram interemiſſet, argenteum ei talentum præmio daturos. In Italia Romani cum Aequis bellum gerentes, Lauinium expugnarunt. Hæc eius anni gesta traduntur.

Diagoras Atheus Athenis profugit.

Præfecto Athenis Pisandro, Romę quatuor tribuni cõsulari potestate creati, P. Lucretius, C Seruilius, Agrippa Menenius, Spurius Veturius. Horum tẽporib. legati à Syracusijs missi Corinthũ & Lacedæmona, imploratũ auxilia, oratumq; ne se in summũ adductos discrimẽ desererent, extremaq; experiri parerent: cõcionante simul cum illis, atq; Lacones adhortãte Alcibiade, decreuerũt Syracusijs auxiliũ, cuius trajiciendi dux creat Gylippus. A Corinthijs uerò cum multæ ad id triremes portarẽtur, tunc perfestinationẽ cum Gylippo properante, Pythem cum duabus triremib. in Siciliam trajicere iubent: parte alia Catanæ Nicias & Lamachus Athenienſium imperatores, aduectis ex Attica ducẽtis quinquaginta equitib. cum trecentorum talẽtorum pecunia, recreato exercitu, classem Syracusas appellunt, atq; ubi noctu clãm applicantes nihil aduertentib. Syracusijs, occupant promõtoria & portus moles. quod sentientes oppidani, mox auxilio trepidè undiq; accurrũt: amissisq; dimicãdo 300. militib, intra mœnia cõpellunt. Post hæc 300. ab Aegesta equites cũ accepissent Athenienſes, 250. à Siculis quoq; missis, iam 800. equitum exercitum contraxerant: tum ducto circa Labdalum uallo, munitione urbem obstruere pergũt. quo facto, pauor ingens inuasit Syracusios: ea trepidatione mœnibus effusi, properabant opificibus murum ducentibus occurrere, atque ab incœpto repellere. Conserto equestri certamnne, cum creberrimè caderent propulsarenturq; tum Athenienſes parte copiarum eò missa, locum occupant imminentem portui, locoq; Polichna dicto circummunito, templum Iouis eadem munitione inclusere, atque ita utraque ex parte Syracusas obsidione cõpescere conantur. Tantis una calamitatibus rem Syracusiam demolientibus, plebs ex animis iam diffidere cœperat: cum renunciatum est, Gylippum Himeram applicuisse, copiasq; ibidem undique cõtrahere: quo nuncio spe reuocata, accingi, pristinaq; consistere cœperunt audacia. Nam Gylippus ubi quatuor triremibus Himeram attigit, illico subduci naualia curauit. tum adductis in societatem Syracusiorum suadendo Himerensibus, ibi militum delectum habet. A Geloïs quoq;, Selinuntijs & Sicanis copias & præsidia concire properat. Contracta itaque peditum inde trium millium manu, & ducentũm equitum, per mediterranea cum his iter contendens, Syracusas proficiscitur. ac paucis post aduentum suum diebus, copias in aciem cum Syracusijs iunctis educens, in hostem contendit. nec pugna ab Athenienſibus detrectata, concursu facto, dum magna ui dimicaretur utrinque, Lamachus alter Athenienſium imperator pugnando cadit. Multis ultro citroq; cæsis, uicere tandẽ Athenienses. Post eam pugnam tredecim triremes accedunt à Corinthijs missæ, sumptis inde qui uecti fuerant auxilio militibus, Gylippus unà cum Syracusana ui castra inuadunt hostium, molesq; & promontoria ab hoste occupata oppugnant, acie undique fusa. Quos contrà Athenienſes agmine facto, ex munitionibus undique erumpunt. Conserta cum hoste irruente pugna, Syracusij uictoriam adipiscuntur magna cæde edita: moxque ex tota undique mole & promontorio deturbato hoste, uallum septaq; demoliuntur. Athenienses uerò eo loco deiecti, copias inde omnes traducunt in alteram stationem. His gestis, legatos Syracusij rursus Corinthum Spartamq; mittunt ad

Lacedæmonij Gylippum auxilio mittunt Syracusanis.

Gylippi præsidium cũ Athenienſibus.

Syracusani Athenienſes fundunt.

nouum

nouum auxilium implorandum: quibus mille à Corinthijs simul & Bœotijs Sicyonijsq; milites dati, sexcentos misere Spartani. Nec minor interea expediendi belli cura Gylippum agebat nam per Siciliam latè circumactus, urbib. quibusq; aditis, multos uariè sollicitando traxit in societatem. Tum acceptis ab Himera & Sicania tribus militum millibus, per mediterranea iter tendens, petebat Syracusas. Audito eorum accessu Siculi properè expeditis armis in agmen procedentes, medio itinere inuadunt. in quo conflictu cecidit dimidia pars, reliqui Syracusas incolumes peruenere. Auctis sociorum accessu uirib. Syracusij fortunam quoq; maritimi certaminis ausi tentare, naues pristinas deducunt, aliasq; nouas in portu constructas & adhuc intactas, experientia confirmant. Interea Nicias Athenienſium dux hæc cernēs, epistolas Athenas mittit, in quibus scriptum mādarat, quamplurimas sociorum naues diuersis locis accitas, accessisse Syracusijs, parariq; ingentem classem: ut nauali pugna rem decernat, ab hoste summis studijs maturari. nec pariter ulla mora sibi opus esse. Postulare in primis, ut triremes, pecuniæ quod satis sit, copiasq; quātas possint quàm celerrimè ad se mittant: nec non & idoneos prætores qui secum belli munia obeant. Alcibiade fuga subrepto, tum Lāmacho interempto, se solū ad tantam rem relictum, ægrè cuncta sustinere, nec diutius sanè molem illam gestare posse. Hoc audito, Athenienses Eurymedonti duci naues decem tradunt, accentum & quinquaginta auri talenta, quibus cum Siciliam petat mādant. Hoc circiter æstatis reuolutiones & initia patratum. nam ubi uernum tēpus spirare cœpisset, eodem classem mittere parabant. cuius rei gratia iam copias undiq; à socijs conscribere, pecuniamq; contrahere. Cęterum in Pelopōneso Lacedęmonij uerbis Alcibiadis concitati, fœdere quod dictum fuerat rupto, cum Athenienſibus bellum restaurant, cuius duodecim annis incēdia flagrauere. Anno reuoluto Cleoritus Athenis prefectus est: Romani quatuor tribunos militu consulari potestate crearunt, A. Sempronium, & M. Papyrium, Q. Fabium, & Spurium Nautium. Horum temporibus Lacedæmonij unà cū sociorum manu traijciunt in Atticam Agide duce, & Alcibiade Athenienſe, locumq; Deceliam occupant, situ manuq; satis munitum: quod sibi Atticam pro munitione & præsidia castellum esset, unde hoc bellum Deceliacum est appellatum. Ab Athenienſibus uerò triginta triremes in Laconiam mittuntur duce Charicle: tum in Siciliam octogintæ decretæ, cum quinq; clypeatorum millibus. At Syracusij deliberata nauali pugna, triremibus octoginta instructis in hostes enauigant: quibus Athenienſis classis sexaginta nauibus in aciē educta, occurrere pergit. Vbi cōfligi cœptum, iam undiq; ex munitionibus & præsidijs confluxerant Athenienses ad mare, littusq; complerant, partim spectandi è terra certaminis gratia, partim si quid pugnando aduersi obtigisset, auxilio suis ut in promptu parati adessent. Quod ubi à ducibus Syracusijs negligentius haberi præsidia, munitionumq; custodias animaduersum est, eos qui urbi præsidio relicti fuerant, clàm per occulta circumuectos, ad hostium munitiones procurrere iubent, ubi nautica facultas omnis, pecuniæq; recondite habebantur, tum rerum omnium apparatus impedimentaq; militum congesta. quò cum peruenissent, defensos per paucos loca deprehendentes Syracusij, oppugnare adoriuntur. His qui ad mare descenderant accurrentibus auxilio, magnam eorum cædem faciunt. Tum clamore ingenti per castra sublato, cum ad classem usq; pugnantem tumultus sonitu perlatus exaudiretur, res insperata dimicantium curas ad se conuertit, uarieq; perculsa Athenienſium acies funditur: atq; in reliquam stationem adhuc sibi tutam defensamq; confugiunt, insectantibus passim sine more, sine ordine ullo aduersum fuga hostem Syracusijs, dum in terram euadendi nullam tutò patere sibi uiam cernunt, quod iam duas munitiones hostis captas haberet. In agmē insectātium cōuersi retrò & ex fuga pugnā redintegrare cogūtur, uaga iam ac passim studio insectādi solutis ordin

Nicias ab Athenienſibus subsidia petit.

Syracusanorū & Athenienſium pugnana ualis.

tis ordinibus classis Syracusana incompositè ferebatur, in quam uicti agmine collecto conuersi, impetum uictoris primum comprimere, inde etiam dispersas uires frangere, uersa'que fortunæ uice, superatum in fugam uertere cœperunt: atque inter insectandum naues undecim suppressere, reliquas in insulam usque insectati compulerunt. Soluto prælio, trophæa ab utrisque erecta sunt: ab Atheniensibus uictoria nauali obtenta, à Syracusijs re terrestri optimè gesta. Cum nauale certamen euentum huiusmodi accepisset, Atheniensis audito quòd intra paucos dies cum Demosthene prætore classis adesset, statuunt nullo amplius pacto ante earum copiarum aduentum belli fortunam experiri: Syracusios contrarium consilium agebat, priusquam Demosthenes accederet, auxilijs'que confirmarentur magis, omnia moliri, obnixè adeò insistere, ac ui cogere hostem ad pugnam capiendam & decernendum, atq; ita indies classe instructa inuadere cunctantes, atque intra munitiones se continentes lacessere ad certamen, uarijs irritamentis prouocare. Tum suadente Aristone quodam Corinthio nauta, uti nauium proras & breuiores & depressiores constituerent, re perspecta, consilio parent, quod in posterioribus deinceps maris periculis magno præsidio extitit, ac persæpe ea causa res Syracusis bene gesta, superiórque propè euasit ubique. Triremibus nanque Atticis infirmiores ipsa figura proræ compagibus excelsius suspensę eminebant. quam ob rem fiebat ut earum rostra nihil concursu, nisi eminentia supra mare loca uulnerarent: inde leui damno premebant hostem. Syracusiæ uerò compages ad proram corroboratas depressásque ferientis incursu rostrorum una persępè inflictione triremes supprimebant Atheniensium, atque ita singulis diebus castra inuadendo, oppugnatione terra marique tentata, Syracusij, nihil quietis hosti dare, frustra tamen omnia moliri, nihilque usquam uiribus proficere, dum intra stationem consistere conquiescendo, nec pugnandi copiam hosti faciendo, Atheniensibus ea sese tutari arte cura fuit. Verum ubi nonnullis prætoribus incaluere animi, pugn'æque studia incendi exestuaræ'que cœperunt, nec iam diutius lacessentem ultrò, atque illudentem ueluti per contemptum tam insolenter, támque impunè hostem ferre possent, arma expediunt, sese'que ad decernendum accingunt, acie in magno portu totis utrinque uiribus extructa. Erāt Athenięsium partes celeritate triremium rerumq; maritimarū experientia, disciplina prętera & arte nautarū lōgè supiores. Verū ea omnia alioquin ad uictoriam per æquor apertū maximè requisita, frustra illis tū usui fuere, in angusto quodā sinu cōmisso certamine. At Syracusij cōsertis nauigijs insēti, ptinus adesse, nihil ocij ad quicquā expediendum, nihil quietis hosti sinere, quos ex tabulatis obsistere cernūt, eos primos hastis trāsfixos inde deijcere: alios fundis saxisq; petitos locis undiq; deturbare, prorasq; deserere impulsos cogere: postremò multas incursando rostris peraduersas pras infodere: móxq; cū hoste cōnexi, saltim in medias Atheniensiū carinas (tāta uincēdi libido trahebat) sese inijcere, ibiq; comminus iam gladijs rē gerētes, edere speciem pugnę pedestris. ita rebus undiq; afflictis, Athenięses in fugā prępipites agūtur: quos Syracusij insectati, septē suppressere triremes: multas cōpagibus discussis, reddidere prorsus ad munia belli inutiles. Elatis iam in certam rerum suarum spem Syracusijs, hoste tum propè terra marique profligato: ecce repente procul apparent Eurymedo & Demosthenes cum ingenti classe, innumerisque copijs adnauigantes. Nam in transcursu à Thurijs & Messapijs præsidio iure sociali accepto, supra trecentas naues adducebant, militum ad quinq; millia, præter eos qui in onerarijs ad supplemēta portabantur: arma prętera pecuniæq; magnā uim, adhæc machinæ & omnifaria instrumenta ad expugnationem requisita. Postremò rerum omnium maximus apparatus ad quoscunque belli usus asserebatur. Quo repentè prospecto, fracti rursus animi Syracusijs, spésque & fiducia successu priore cōcepta, mox languescere, ac retrò relabi cœpit: nec iam facile

Athenienses à Syracusanis fusi.

facile deinceps se pares hostibus uires comparare posse. Demosthenes explorato iam satis hostium loco, collegas hortatur ad occupãdas moles & promõtoria, nulla aliàs ui posse obstrui urbem. Assumptis itaq; decem millib. grauis armaturæ, totidem leuis, noctu Syracusios inuadit. Ita repentino atq; improuiso hostibus impetu irruentes, parte munitionis præsidiũq; potiunt: mox intra septa molis irruptione facta, muri partem occupant, concursu repẽtè ad ea loca à Syracusijs facto: tum Hermocrate cum electa iuuenum manu propere auxilium ferente, inde nihilo minori quàm inuaserãt impetu uicq; eijciunt. Athenienses nocte tenebris cuncta inuoluente, in diuersa præcipiti fuga ruunt, imperitiaq; locorum cuncta inuoluente, alij alio itinere dispersi, palantesq; rapiũtur. At Syracusani unà cum sociorum manu propensius insectati, necarunt ad duo millia & quingẽtos, magno numero expeditorũ sauciato, multisq; armorum spolijs potiti sunt. Post eam pugnam Sicanus unus ex prætoribus, à Syracusijs mittitur cum duodecim triremibus in alias circum urbes, ad nunciandũ sociis uictoriam, & imploranda auxilia, uiresq; undiq; contrahẽdas. Cæterum Athenienſium res deteriori indies spe fieri retroq; cedere, tum ex circum tetrè spirantibus aura maligna paludibus, pestilentia contingere, atq; male afficere cœpit exercitum: nec mali modus esse, contẽtius perpetuò sæuiente cœli inclementia, ob stationem qua classis cõtinebatur, undiq; cœno palustri limoq; cõclusam. In hanc igitur difficultatẽ adducti duces, inter se consultare cœperunt quo facto opus esset, quem'ue rerum potissimum sequi cursum expediret. Demosthenis erat sententia, quàm celerrimè Syracusis relictis, Athenas nauigandum, longe satius ac maximè tutissimum uideri, patrio solo armatos adesse, cõtraq; Lacedęmonios ferocissimam gentem, finitimoq; lacessentem bello, pro prios lares tutando periclitari, quàm procul in alieno prope orbe, ueluti relegatos residendo per Siculas oras tempus, pecuniam, copias ipsas, maxima rerum momenta atq; ipsum salutis imperijq; columen frustra in casſumq; conterere. Nicias uerò contrariæ sententiæ author, id in primis opportunum conueniens'ue negare: turpe admodum esse, atq; ignauissimæ gentis certum documentum dari, ita nequicquam nulla ui, nulla causa cogente cœptam destituere obsidionem: satis triremium, satis copiarum, pecunię quoq; magnam superesse. Præterea pacem Syracusijs iniussu populi componere, minimè iuris esse sui: nec id sine salutis periculo fieri posse, relicto sponte munere, publica authoritate sibi demãdato, nullo reuocãte in patriam redire: in tanta occasione baud cessaturas plebis concitatorũ artes, quorum consilia, oculi, studiaq; omnia ad primatum inuidiam conuersa, nihil inobseruatum, nihil quod maledicendo posset deprauari prætermitterent: mox instructos calumnijs affore, criminibus'que populum uarijs concitaturos in capita & salutem suam: reliqui subinde qui ad consilium uocati accesserant, alij Demosthenis consilium in primis probare, alijs Niciæ sententia magis tuta uideri: atque consultatione mutuis altercationibus distracta, nihil certi decernitur, dubioq; diducti consilio, uariè multa meditando, nequicquam persistere, nihil aggredi audere. Syracusijs interea magna à socijs præsidia accedunt, à Siculis & Selinuntijs, item Gelois, Himerensibus & Camarinis: crescentibus uiribus, simul populo liducia audaciaq; crescere. Athenienses contrà pauore admodum graui perculsi, diffidere, morbo sæuiente, multisq; morientibus, & cunctis pœnitentiam agẽtibus, quòd domum non redijssent. Tandem tumultuante multitudine, cum iam contineri nequirent, idemq; omnes tum commorandi tædium, tum discedendi præcipites in naues ageret, Nicias reditum in patriam militibus probare coactus est. Ducibus itaq; iam concordi sententia annuentibus, milites impedimenta in naues cõgerunt. completis iam triremibus, malos & antemnas extollunt ad uela uentis danda: tum duces multitudini nunciant, ubi datum si

gnum

signum acceperint, omnes illico prompti adsint, nulla usquam mora detineat quenquam. Si quis retardauerit, in littore relictum iri. Comparatis omnibus, cum postera die statuissent abnauigationem, luna noctis initio deficere uisa est. Quam ob rem Nicias admodum perturbatus, ut erat natura religionis cultor obseruantissimus, tum propter pestilentiam exercitum depascentem, ingenti deûm formidine tali portento corripitur. moxq; accitos aruspices consuluit: à quibus responsum est, post tres sequentes dies abnauigationem oportere differri. Hoc responso hi quoq; qui sentiebant cum Demosthene, religioni deûm timore maioris mali parêre coguntur. Syracusani cognita per transfugas eius dilationis causa, triremes omnes militibus completas instruunt, numero quatuor & septuaginta. Tum eductis pedestribus copijs, hostem terra mariq; adoriuntur. Vrgente iam extremo discrimine, classis ab Atheniensibus armatur, nauium sex & octoginta: inde instruuntur acies. Dextrum cornu Eurymedonti datum, cui contra à Syracusijs Agatharchus dux opponitur: alterum cornu duxit Euthydemus. huic quoq; Sicanum ducem Syracusij opposuere: medium agmen in Atheniensi Menander tenuit, in Syracusia Pythes Corinthius. signo dato phalanx Atheniensium sese porrigere pergit secundum littus, quia maiore triremium numero constaret eorum acies, ea maxime re qua superiores esse, uicturiq; uidebantur, amisere uictoriam. Nam Eurymedon multitudine fretus procul sensim abnauigando, cornu hostium circumuenire adoritur. Quem ubi ab ordinibus & reliquo agmine satis digressum conspexere Syracusij, impetu rapto, remisq; citatis, in eum feruntur: interceptumq; ab acie suorum intra sinum nomine Dascona, quem tenebant ipsi præsidio munitum, compellunt: qui iam undiq; à circunsistente hoste in angustum locum conclusus, cogitur in terram appellere nauigia, ibiq; transfossus à quodam, mortem oppetijt: septemq; naues eodem loco obtritæ periere, iamq; accensa passim omnibus pugna, rumor male cœptæ rei ducem cum pleriscq; triremibus interijsse, palàm cœptus diuulgarat: ac per ora periclitantium iam increbrescens, iras audaciamq; militum conuertit in pauorem, titubareq; tota cœpit acies eo nuncio concussa. Primæ omnium quæ locum Eurymedonti in ordine proximum tenuerant triremes, inclinare cœperunt: inde ferocius instare. turbatis & iam cedentibus Syracusij, successuq; nouo esse ratis animis irrumpere, reliquaq; ui pellere agmina contendunt. Victi demum Athenienses, in fugam uertuntur, atque inter pauentium tumultus, & fugientium passim trepidationes, cum nihil cuiquam certi præsidij succurreret, urgente undiq; passim, atq; omnia consilia interturbante uictore, plerasq; triremes egit fuga præceps in breuia quædam loca, & in portus extremos uadosa, limoq; subterfugitantia. Quod ubi Sicanus aduertit, Syracusiorum prætor, nauem onerariam confestim complet sarmentis & fascibus, multa pice superiniecta. Hanc igne subiecto ad comburendas naues in breuia fluctuantes, uadisq; retentas compelli iubet, quibus iam infumantibus, incendium Atheniensis opprimere tantæ cladis exorsæ properant, flammamq; erumpere parantem undiq; occupatam extingunt, & ex firmatis nauibus pertabulata consertí, repellere fortiter, impigreq; inuadentem hostem, extremumq; periclitari, cum nusquam sibi, nisi in dextris solis ullam salutis spem, defensionemq; relictam cernerent. Tum copiæ pedestres auxilio accurrere, præstoq; adesse ad eas littoris partes, ad quas ex fuga naues suorum appulissent. Cum itaq; utrobiq; ferocissimè dimicaretur, acies Syracusia pedestri prælio demum inclinata, funditur. Cæterum per mare uictores profligata hostiũ classe, Syracusas repetunt. Paucos eo prælio Syracusios cecidisse proditũ est: Atheniensiũ uerò haud minus duobus millibus: triremes decem & octo dissipatæ. Successu tali Syracusij confirmata spe (iam enim periculum deinceps omne penitus tantis propulsatum uictorijs urbe procul abesse uidebatur) nõ

Atheniensium clades.

solum confidere rebus suis, uerûm multo contentiori certamine moliri omnia summisqúe obniti uiribus ad obsidenda castra, & hostem ad deditionem cogendum, illico portus hostia ducto quodam septo, exitusqúe iunctis clauturis obstruunt. Leuibus namque triremibus ad littus compactis, prima anfractus labra utrinque coercuerant naues, deinceps in summa unda, ubi profundius subire fundus uidebatur, natantes firmarant in ordinem, anchoris in ultum demissis. Harum præterea carinas mutuo nexu per ferreas cathenas & uncos constrinxerant, quas demum tabulis cratibusqúe instratas continuarunt, atque ita pontes ad naues effecerunt. triduí laboris opera tantum opus constitit absolutum. Agitabantur interim Athenienses uaria consilia, salutem sibi præscientibus ubique ab hoste, fugamq; obstructum iri. Demum triremes omnes destinent pedestribus copijs, delecto fortissimo quoque complere, atque in nauium multitudine, eorumqúe effrenata audacia, qui ueluti in desperatione salutis essent, extrema periclitaturi perterrefacere, atque ab incœpto deterrere Syracusios. Principes igitur ordinum omnes, tum ex toto exercitu audacissimum quenque delectum nauibus imponentes, quinque de centum & uiginti triremes complent, reliquam copiarum partem per littus disponunt. A Syracusis contrà pedestris acies pro mœnibus urbis instructa stetit, naues quatuor & septuaginta armatæ: tum libera soboles omnis, pueri impuberibus annis, necdum bello matura satis ætate naues subsidiarias conscenderant, trepideq; unà & sollicitabundi parentibus in certamen descendentibus aderant, eorum uires, ferociamq; in dimicando conspectu suo corroboraturi. Muri deinde circum undique portum ducti, cuncta præterea urbis eminentia loca, unde posset acies spectari, conferta passim mortalium corporibus conspiciebantur: mulieres cuiusq; conditionis, matres familiarum, uirgines, puellæ, quiq; per ætatem à belli munijs aberant, omnes undiq; cum summa trepidatione & sollicitudine, ad spectandum ueluti extremi certaminis discrimen, confluxerant. Eodẽ tempore Nicias Athenienſium dux, cum iam acies utrinq; procinctæ confligere pararent, conspecta periculi magnitudine perculsus, haud tulit pedestri quod agebat agmine in terra tum frustra uersari: sed confestim relicto peditatu, nauem quandam conscendens circumuehi, singulas quasq; suorum triremes adire pergit, omnes hortari, prætores in primis, unumquenq; nomine appellans manibus obtentis obtestari, primi omnium uirtutis quisque sua documenta nunc maximè cum res extrema postulabat, edant: nec sese in hac sola & reliqua rerum spe destituant: meminisse in hoc congressu dimicaturos, conspicariqúe oportere sibi rem eò discriminis adductam, ut solis dextris & fortitudine patriæ simul, suaeúe cuiusque salutis spem ac defensionem gerant: parentes liberorum suorum commemorando pietatem concitare, claris parentibus ortos ad retinendum uirtutis paternæ nomen, nouumqúe suæ nobilitatis præstandum documentum accendere, ne familiæ gloriam uetustam per se pollui, neúe senescere famam patiantur: quos à populo quondam ob merita ornatos præmijs laudibusqúe sciebat, eos multa commemorando admonere, ne quid dedecoris pristinis ornamentis indignum admittant. Tempus iam extremum ad esse, quo laudes quondam iudicio omnium meritas, uel fortiter dimicando sibi cumulent, uel amittant per ignauiam. Postremò necessitatem cunctis, inquam demum res sint adductæ, proponendo, trophæa Salaminæ extructa in memoriam adducendo, postulare, ne partam tantis periculis laudem, patriæqúe nomen iam passim gloria celebre, ac diuulgatissimum, obscurari nunc primùm, oblitерariúe patiantur, nec sese ueluti ignaua mancipia Syracusijs hostibus tanto præmio indignissimis, dedere sustineant. His uerbis cunctos hortatus Nicias, rursus in aciem pedestrem ad suos ordines refertur. Mox undique

Syracusani Atheniensium classem obsidant.

Nicias milites cohortatur.

que ex uniuersa classe uocibus sublatis, læti milites, de more Pæana canendo, naues ex ordine remis impellunt: quodq; felix adorientibus, faustumq; cœptum sit, numina precati ad septa dissoluenda, hoste cursu, ut uidebatur, præoccupato, properant: quo inspecto Syracusij, correptis ascensisq; summa celeritate nauibus, agmine citato procurrunt, hostemq; accelerantem tempestiuè assequuti premunt: moxq; consertis manibus, à dissoluendo septo reuocatos ad certamen dimicandum compellunt, concursuq; uariè utranque aciem miscente, cum alij ad littus appellerentur, alijs medijs portum, nonnulli ad muros, breui dissipatis ordinibus, dispersę triremes, palantesq; incerto cursu passim fluctuantium more deferri, ac reuocato iam à septis ad maiorem curam tumultu, per totum ubique portum uaria ubique diuersis in locis miscerì. Prælium nauale.

Conspicere erat singulari propè concursu certamina, iam tum obnixis animis utrinq; ferociter atq; indefesse pro uictoria dimicari. Athenienses nauiũ multitudine freti, tum desperato prosus salutis aliunde præsidio, pericula intrepidè subire, nihil extimescere nunc consistendo, nunc hostem impellendo, feroces usq; impigrè consequendo, omnino rem uariè gerere. Postremò strenuè constanterq; periclitando mortem oppetere. At Syracusios tum parentes circumundiq; liberi, uxores in speculis positæ, monebant, cum ueluti in theatro communis salutis se periclitaturos, & suæ quisq; uirtutis domesticos testes atque imploratores adesse scirent, eo stimulo subacti, uires animis, audaciam uiribus contendere: alter alterius exemplo concitari, pro sua quisq; uirili maximè eniti, ut proprio primùm periculo ac capite uictoria patriæ parta, iudicaretur. Incensa itaq; utrinq; tam effrenatis animis pugna, fuere multi qui naui sua hostis incursu transfixa, mox in proras pugnantium insilerent, medijsq; in cuneis excepti dimicare pergerent: alij ferreis uncis se cum hoste uincientes, comminus corpus corpori conferendo rem gerere: plerunq; proprijs iam nauibus attritis, saltu in diuersas translati, ui facta, repente præclarum conspectu, memoratuq; facinus occupare uictrices: atq; inde partim defensoribus cæsis, partim in mare deturbatis, integra hosti adempta naui, rursus in certamen ferri. Postremò per uniuersum portus sinum fragor illidentium & perfringentium carinas rostrorum procul exaudiri, dimicantium quoq; uarios clamores in æthera iactari, gemitusq; & lamenta cadentium per littora circùm latè resonare. Interdum nauem unam, miserabile admodum, cernere erat à compluribus simul impetu facto petitam, rostrisq; undiq; perfossam, irrumpente per aperturas fluctu, cum ipsis uiris à gurgite subter in profundum hauriri: alios nauibus suppressis, cum enatando salutem retinere properarent, fudibus, iaculis, hastis, omniq; genere telorum undiq; petitos, in medijs undis animas reddere. Nautæ uerò ubi promiscuè miscerì tanto tumultu cuncta, tamq; acri furore sæuire pugnam conspexere, cum persæpe in unam triremem frequentes simul agmine facto irruere cernerent, attonitis animis pauentes circumspicere salutem: cum neque quod sequerentur, neque quò se conferrent signum ullum usquam extolli perspicerent. neq; ipsis persæpe ad tantam laboris & periculi molem digerendam, satis consilij aderat: nec si quicquam horum fiebat, intelligi iussa imperantium, aut prospectari daretur. Postremò nihil quod usquam proferretur ad reuocandos ordines, cerni, nihil quod enunciaretur audiri posse, fragoris obtundentis æthera latè magnitudine, telorumq; multitudine prospectum eripientium: hinc collidentium inter se, ac transfodientium fragor nauigiorum: illinc pulsus remorum remigiorumq; trahentium ictus creberrimi littora, procul maria, cœlumq; ipsum sonitu resultare, uocesq; pugnantium reboare, eorumq; qui ex littore spectantes suis secunda uocabant, fortunamq; & uires lætis clamoribus prosequi uel excitare pergebant. Totum namque littus hinc Athenienſium copijs, illinc Syracusijs passim stratum constabat. inde fieri nonnunquam, ut si quos certamen haud pro

cul à littore commiscuisset, uti uarijs in locis crebrò contigit ab occurrentibus, econtrà socijs proximi protegerentur. Qui uerò à muris spectabant, ubi rem suis succedere uidissent, lętis mox clamoribus applaudere, atque adiuuare fortunam: ubi contrà periclitari miseros ac premi, tacitis supplices gemitibus manus ad cœlum tollere, dijs uota precésque multis cum lachrymis pro salute periclitātium effundere. Ac ueluti belli impetus tulit, nōnullæ Syracusiorum triremes sub mœnia patriæ dimicando, ui hostium pulsæ, dum se defendere obnixè pergerent, diram suis pugnæ faciem, ac miseranda sub oculis spectacula præbuere. Cognatos ibi quisque suos ante ora obtruncari, è fastigijs murorū cernere cogebantur, parentes filiorum uulnera cadentium inspiecre, ac uoces implorantium nequicquam impacato dolore excipere, coniuges uirorum, fratres & sororculæ fratrum iugulatorum animas, miseramq; necem cōspectu sequi, inexpleto luctu tolerare. Cum uerò iam per multum tempus atrocissimè cum maxima utrinq; cæde certatum esset, nihilo tamen usquam pugna remitti: nec enim qui nauibus discussis iam cum periculo per fluctus uehebātur, audebant ad terram confugere. Nam si ex suis utrilibet, aliquos pugna excedere littusq; petere prospexissent, Athenienses eō protinus accurrentes, multa improperando obijcere, sæuis iurgijs increpare: postremò percunctari, nunquid deserto maris præsidio, sat ad littus fugientibus usquam forte spes oblata foret, Athenas remigijs per terrā reuehi posse. Syracasius peditatus astans in littore paribus conuicijs suorum fugam comprimere; cur se conscendere classem, secumq; in pugnam proficisci contendentes, initio pro audacia prohibuissent, nunc ita sponte suos in medijs hostibus pro salute communi periclitantes destituant, quo tandem pauore perculsi, qua demum ultima spe parentes, patriā, prodere hosti pergant? num portus, fauces, & hostia eo consilio à se obstructa, ut hoste fuga prohibito, haberent ipsi quem fugerent: atque in Syracusij nomi nis excidium cōuerterent sūamet machinamenta, tantopere contracta: sibi demum præsidia salutis non in uictoria, sed in littore quo confugerent, quærenda censerent: cum cuique mortalium semel moriendi necessitatem natura imposuerit, quam tandem forent honestiorem mortem adituri, quàm patriæ extremum periclitanti succurrendo: pro aris, pro focis, pro coniugibus, liberis, parentibus constantissimè dimicando concidere: quos spectatores ac testes sui certaminis adesse uiderent, implorantes eorum dextras, tam turpi & ignaua fuga desererent miseros, atq; hosti in seruitutem, prædamq; & contumelias prodere pergerent. Talibus à peditatu conuicijs ac probris in fugientes ad terram iactatis, qui eò confugere properarent, eo pudore repulsi, rursus in certamen referebantur. tametsi nauibus contritis, ac corpore uulneribus confecto, ægrè uitam tuerentur. Qui ad urbem periclitabantur Athenienses, primo impetu in fugam diffunditur: mox reliqui ordines, ut quisque fugatis proximè pugnabat, paulatim cedere: pōst breui tota inclinari acies, ac passim fuga fieri cœpit, ubique fugientibus instare cum magnis clamoribus. Syracusij naues quæ ad terram usque appellentes insectari qui inter alia non perierant, impulsi in breuia & uadosa à nauibus iam penitus discussis, ac subter undas subsidentibus exiliebant, atque in exercitum pedestrem euadere properabant, per sinum latè portus ubique totum tabulæ, arma uirorum, ac dilacerata passim corpora nauium, per summas undas uariè fluctuantia, ueluti ex ingenti naufragio & tempestate disiecta conspiciebantur. Quippe quum sexaginta Athenienſium triremes eo conflictu dissipatæ per fluctus ferrentur, Syracusiorum uiginti ad summum: quarum sexdecim concursu atrritæ perierant. Confecto prælio, Syracusij quot potuere triremes in terram subduxere: simúlque ut ciuium sociorúmque cadauera legerentur, cura summa adhibita, quos publicis honoribus sepulchrisque recondi placuit. At uerò Athenienses con-

Athenienſium clades.

curſu

cursu ad tentoria facto, multa cuncti orare, ut iam militibus miseris suæ quoque saluti consulere ipsi, rationemq; habere uellent. Quo in cõuentu Demosthenes primus ait, dissoluendum esse septum, dum lacessitudo & fiducia simul per uictoriam recentem capta, ab ea custodia auerteret hostes, triremes confestim complendas, ac repentè nihil minus quàm talem expectantibus Syracusijs audaciam classis à se profligatæ irrumpendum: nihil usquam fore impedimento, quin facile uoti compotes euadant. Niciæ consilium longè diuersum penitus fuit, relinquendas penitus naues, ac per mediterranea potius itinera in socias urbes confugiendum. Cui mox assensi omnes una mente quasdam ex nauibus incendio dant: tum ad profectionem sese quisq; propere comparant. Cum iam passim diuulgatum ferretur, eos ea nocte discessuros, Hermocrates Syracusios hortatur, ut omnibus copijs noctu instructis exeant, quasq; fugiturum hostem crederent, uias & itinera ubique omnia occupando insideant. quo à Syracusijs neglecto, cum magna pars uulneribus curandis insisteret, tum exercitus omnis corpora ex certamine lassa & defatigata potius curare studerent, ac quieti dare, nihilominus ipse rem persequi consilio pergit: certos equites mittit ad hostium stationem, qui nuncient eis præmissas clàm à Syracusijs propere copias ad itinera passim, quò profecturi essent, occupanda, ad obsidendas uias, & exitus omnes. Equitibus imperata sequutis, iam obscurante nocte, Athenienses eos à Leontinis clàm ob amicitiam missos ad se, nunciatum id ad cauendas insidias rati, haud mediocriter turbatis consilijs, à profectione supersedere: quòd nisi ea fraude reuocati à fuga, retentiq; fuissent abire, licuisset. Illucescente iam die, mittuntur à Syracusijs in diuersa milites ad exitus uiarum & angustias, faucesq; itinerum occupandas. At uerò duces Athenienſium distincto in duas partes exercitu, saucios, ægrotosq; & impedita in medium agmen disponunt: qui ad pugnam integri idoneiq; uidebantur partem ex ordine procedere, alios ultimum subsequi iubent, atq; eò ducto, acie instructa Catanam proficisci pergunt, illos Demosthene, reliquos Nicia ductante. Descendentibus illis, quinquaginta triremes relictas Syracusij alligantes, intra urbem traxere: moxq; eductis inde uiris omnibus, ac repentè armatis cum omni copiarum ui abeuntem persequi hostem properant: extremum tandem agmen assequuti, sine mora conserendo manus, atq; è diuersis locis accensa pugna, ab itinere ad dimicandum reuocant. Triduo itaq; miseros infectati, uarijs undiq; circumuentos necessitatibus, ad decem & octo millia necarunt, septem millia capta: in quibus ipsi duces Demosthenes & Nicias abducuntur, reliqua turba militibus in prædam data. Ita demũ Athenienses undiq; obstructa salutis uia circumuenti, armis traditis, sese hosti dedere compelluntur. His rebus gestis, duo à Syracusijs trophæa extructa, spolijsq; ducum hostis pari numero in utroq; præfixis, in urbem regressi sunt: ac tunc illico dijs sacra publicè ab uniuerso populo peracta. Postero die conuentu ad uocato, consultari cœptum, quid de captiuis esset constituendum: ubi Diocles quidam uir summa authoritate, & inter populi principes clarissimus, huiusmodi sententiam protulit. Duces ipsos uirgis uerberibusq; primùm mactatos, mox etiam cum probro necandos, reliquam captiuorum turbã tunc per officinas omnem ad lapides cædendos distribuendam. Post hęc sociorum nominis Athenienſis capita, nudatis corporibus, sub hasta uendenda, ipsis Athenienſibus ad opera in uinculis prosequenda traditis, duas farinæ mensuras in cibum dandas. Quod decretum cum recitatum esset, Hermocrates in concionem prodiens, intercedere atq; impedimento esse ne sciretur à plebe nitebatur. Multaq; pclamando asserere, uictoria clemẽter ac humaniter uti scire, longè quàm ipsum uincere satius esse. Tumultuante nihilominus populo atq; ipsi concionanti uarijs undiq; clamoribus obstrepente, Nicolaus quidam duobus præstantissimis liberis in pugnã cæsis orbatus, in suggestum profertur, à

Athenienſium fuga ex Syracuſis.

Athenienſes ſe ſe dedunt Syracuſanis.

domesticis propter membra iam ætate labantia sustentatus: quem ubi populus concionabundum conspexit, confestim pacato tumultu, arrectis insenem auribus, intenti adsistere, rati parentem ob cladis acceptæ iram contra captiuos, uelut in necis filiorum ultionem, sæuum aliquod atroxque dicturum conuicium. Silentio passim facto, senior ille huiusmodi sermonis initium habuit.

ORATIO NICOLAI SYRACVSII PRO LIberandis captiuis Athenienſium.

Earum calamitatum, quæ bello infligi solent, uiri Syracusij, mihi in hac extrema uita degenti, haud minimam partem quæ fortuna pugnæ inferre solet, illatam omnes conspexistis. Nam cum duos liberos iam ætate uiribusq; pollentes educassem, mittere utrosque in periculum patriæ (uti par erat) nihil sum cunctatus. nuncium demum allatum accepi, perijsse ambo in acie necatos: ita quærenti pòst per dolorem, magisq; indies cognoscere cupienti, quid uita ipsa momenti in se gerat, quid uiuendi finis efficere possit, illi profectò perbeati, perbeataq; nunc demum uita perfrui uidentur. Huius uerò spiritus ipsius, lucisq; quam inuitus haurio miserrimè iampridem, tædet pigetq;, qui omnium longè calamitosissimam infelicissimamq; trahi mihi uitam conspicio. Illorum namque quas necessitati naturæ debuerant animas, pro patriæ salute in tempore effusas, quanquàm præmatura, præclara tamen utique mors in æternam fama gloriam, & immortalem piorum societatem proculdubio transtulit. Ego uerò extremis confectus annis, omnium indigens, omni meorum patrocinio destitutam senectam, solo uix spiritu retentam, duplici dolore confodior, cui dulcissima simul proles erepta est, orbitas misero deploranda: tum aliena ætati imbecillæ, & membris iam labentibus quæritanda præsidia. Nam quanto generosius illi cecidere, tanto desiderabiliorem sui relinquere memoriam. Quare nomen Atheniense, mihi merito uticq;, mihi inimicissimum atq; extremo odio propter meorum pietatẽ execrabile esse debet: quippe quem uidetis trementem membris, & toto procumbentem corpore, non à liberis meis, uti æquum esset, quos illi ferro abstulere, sed à domesticis miserum alieno obsequio subleuari. Verùm si conspicerem, uiri Syracusij, hoc ipso conuentu de solis Athenienſium demeritis statuendum esse, haud iniuria quidem tum ob tantam patriæ illatam calamitatem, tum priuatis meis malis & doloribus in eos amarè atque atrociter quantis possem uiribus inueherer. Verum quoniam simul & de habenda infelicibus misericordia, & de communi bono & honestate nunc maximè consultatur: qua in re quale demum sint uniuersæ orbis terrarum gentes iudicium de populi Syracusani modestia & prudentia facturę, potissimum uideo uersari: communis boni honestatisq; primam omnium, sine ullo penitus discrimine consultationem ducemus. Populus quidem Athenienſis temeritatis socordiæque suæ dignum utique supplicium tulisse uidetur à dijs immortalibus primum, deinde à nobis, quos nefaria iniuria læserant. Numen profectò per se potens, atque paratum stat intenta in eos ira, qui uiolato gentium iure, bellis iniustis diuina humanaq; confundere omnia pergunt, quiûe suasmet ipsi opes & fastigia rerum humanè ferre nesciunt, eorum plerunque audaciam uæcordiamq; inopinis calamitatibus, extremisq; malis uel obruunt dij, uel coërcent. Cui namque in mentem unquam uenire potuisset, Athenienses, qui ablatis ex Delo decem millibus talentorum, re tanta argenti ui locupletata, ducentis triremibus in Siciliam traiecissent, exercitumq; cum eis ad quadraginta & amplius millia pugnantium, tam incredibili clade, tam extremis demum calamitatibus circumueniri, deleriúe potuisse tam funditus, ut ex tantis copijs, & tam potenti apparatu,

ratu,non solùm nauis ulla relicta non superfuerit, uerùm ne nuncius quidem classis euaserit? Cum itaque iam palàm multis exemplis compertum habeatis, uiri Syracusij, mortales quoscunque superbiæ immanitas extra se, modumq; conditionis humanæ insolentes rapuerit,diis iuxtà hominibusq; sum mè inuisos,ac ueluti perniciem quandam execrabiles haberi,adorantes fortunam uidete ne quid insolens & inhumanum per elationem committatis. Quænam obsecro pietas, quod seueritatis exemplum, quod specimen esse maiestatis prudentiæue, aut modestiæ ualet, prostratum atque ad pedes procumbentem hostem iugulare? Quæ deinde gloria, ipsum eundem nudum, uinculis constrictum ulcisci ulterius, ac sæuire odijs pergere? Nam qui deiectos à fortuna ferocius,neglecta commiseratione, insectatur, quiue aduersus calamitatibus & miserijs obrutos iram & crudelitatem retinet,hic utique suæ conditionis primùm oblitus,imbecillitati humanæ uim afferre uidetur. Nemo enim ita prudens est,ut plus possit quàm fortuna: quæ quidem suopte ingenio calamitatibus,& humanarum rerum,uti conspicere licet,exagitatione, euersionibusq; indies uarijs grassata,tranquillitati secundisq; euentibus insidiatur:quos ipsamet nunquam rata fide, nunquam tutò,uel sine fraude prosequi uidetur. Ac ueluti sui ipsius muneris clementiæue summa semper inuidia flagrans.ac pœnitentia beneficij à se collati,mox in diuersum addicta deseuit: Hîc mihi fortasse nonnulli dixerint: Vim primi sponte iniurias q; intulere,nũc hostis ulciscendi nobis est manu parta potestas. Sed per Deos immortales, num satis superq; sumptum de ipso populo supplicium,grauius etiam multo ipsa culpa? In captiuos quid atrocius animaduertere contenditis? Ipsi profectò sese digna ultione periere:nam sese ipsos, armaq; quibus salutẽ tueri consueuerant,ultrò dedêre in manus nostras, fidei nostræ suas animas, sua quisq; corpora commendauere,ea re credentes(uti humanum est)sibi uictorum iras per clementiam conciliatum iri. Indignum nempe, per Deos immortales,atque atrox nimium,miseros illos qui ad fidem nostram & humanitatem,ueluti ad aras quasdam deûm,confugerunt, spe nostræ benignitatis & clementiæ, per crudelitatem & sæuitiam fraudari. Nam qui contra nos ira odioq; implacabili flagrando perrexere,in pugna cæsi uiribus uestris, omnes interiere: isti uerò sese dedentes in uestram potestatem, gladijs simul cum ira depositis,supplices pro hostibus uestræ clementiæ facti sunt. Qui enim in ipsa pugna hosti arma corpusq; dedunt,eos uiribus diffisos, eam ultimam salutis spem tentare constat:quòd si sua spe delusi,contrà rapiantur ad supplicia, calamitatem quidem cogentur illi insperatam subire: uerùm qui id coẽgerint, auerso sanè, immaniq; ingenio existimabuntur. Eos enim qui cæteris præesse,uereq; principes haberi contenderint,uiri Syracusij,in primis oportet non tam armis corpora sibi circum undique munita protegere, quàm bonis artibus & clementia ad rerum fastigia subniti. Nam qui pauore coacti, & ui imperata faciunt, cuncta ad id obseruantes momenta,cum primum per occasionem licet,repentè inuisi imperij iugum ceruicibus excutere properant.Si quos uerò mansuetis moribus & ingenio miti principes nacti fuerint, (ea est omnium animantium natura, mansuetudine magis quàm ui gubernari) firmo in eos amore conciliati,non imperium modò gesserint, illis contingere ac confirmare, uerùm longè indies amplius reddere nituntur: Quid enim aliud magis Medorum deleuit imperium, quàm crudelitas & superbia principum, patientiam subditorum tandem demolita? Nam deficientibus primum Persarum populis,maxima reliquarum gentium multitudo desciuit. Quo namq; modo Cyrus priuato quodam loco ortus, priuatus & ipse initio, pòst ad regium euectus culmen,uniuersis Asię gentibus imperauit? eò namque fastigij sola eum benignitas & clementia moderandi prouexit. Crœsum namque regem à se

captum, quanquam sibi inimicissimus hostis esset, non ulla molestiæ ui affecit: uerùm multis ornatum beneficijs reddidit: atque eisdem moribus & artibus erga cæteros reges & populos usus, cunctis ęquè dilectus charusq; habebatur. Diuulgata igitur & collaudata passim eius per omnia loca mansuetudine & clementia, omnes Asiæ populi certatim studijs & officio, regis antè capere sibi, & conciliare societatem contendebant. Verùm quid ego quæ procul olim locis & temporibus gesta, remotissimè propè iam à memoria, excid derunt, commemorare perrexerim? In urbe nostra haud multo ante hanc tempestatem, Gelo priuata familia progenitus, totius princeps Sicilię creatus est, cunctis circum undique populis ac urbibus in ditionem sua sponte concedentibus. Inuitabat enim atq; alliciebat ad se cunctos mortales eius uiri comitas & clementia, quam in calamitatibus & miserijs oppressorũ maximè ostendebat. Cum itaque ex eo tempore Siciliæ principatum nostræ hui usmodi humanissimis artibus urbi paratum acceperimus, uiri Syracusij, summa ope cauendum est, ne laudes & gloriam maiorum nostrorum uirtutibus partã, nos per sæuitiam & inhumanitatem polluamus: neque illos nobis imitandos proponamus, quibus more ferarum, truci atque inexplicabili furore per alienas miserias grassari uoluptas existit: neque præbenda usquam inuidiæ, atque his qui nostra odio habent occasio deprauandæ uictoriæ, ut aliqua causa dicere ualeant, nobis indignis atq; ingratissimis immeritò fauisse fortunam, Dulce namq; & exoptabile uidetur, in aduersis rebus habere qui nostras communi dolore defleant miserias: rursusqùe in secundis, qui communicata lætitia Dijs nobiscum unà, fortunæq; gratias agendo congratulentur. Quæ quondam armis præclara facinora uictoriæq; parantur, plerunque fortunę, uel ipsi tempori solent adiudicari. Verùm secundas res modestè, temperanter, humanè perferre, id certum propriumq; uirtutis existit documentum, in animis fortunatorum sitæ. Quarè ne inuidere patriæ uelitis, hoc nomen per uniuersas orbis terrarum partes laudibus clarissimis, & ęterna fama celebrandum, Athenienses non modò armis, uerùm & ipsa humanitate, & clementia, & à Syracusijs superatos. Iactabant namque illi, & gloriabantur, se benignitate & mansuetudine longè mortales cæteros anteire: cum tamen uestram ipsi ijdem in se clementiam uenerari ac prædicare gentibus uniuersis cogentur: & qui primi sacellum, aramq; misericordiæ extruxisse dicuntur, hanc ipsam in urbe Syracusiorum se pulcherrimam confitebuntur, & sanctissimam inuenisse, expertosq; ab alienigenis esse eius religionis auxilium celeberrimum. Quibus uestris beneficijs palàm cunctis passim populis constare oportebit, illos meritò sua culpa, suisq; demeritis corruisse. Nobis uerò indigna passis, æquo iure fortunam fuisse propitiam: quum iam palàm mortalibus constabit, præter ius omne illos uitæ nostræ insidiatos: tumq; bellum tentasse genti illi, quę neque in sæuissimos hostes crudelis atque inclemens esse ualuerit: à nobis uerò superatum populum illum, quem temeraria ambitio ad eos insectandos, & per insidias lacessendos adduxit, quorum misericordia infensissimis etiam inimicis ignoscere consueuit. Ita factum Athenienſium non modò uarijs per relicquas gentes criminibus feretur, penitusq; damnatum uidebitur cæteris populis, uerùm & ipsi sponte semetipsos accusabunt, suaq; primi cœpta detestabuntur, quum cognoscent, quibus tandem uiris infensi & cœperint. Egregia res est, uiri Syracusij, amicitiæ sibi & beneuolentiæ: prima per officium initia, primaq; iura occupare: & ignoscendo calamitosis, iras conceptas extinguere: tum miserendo submouere discordiam. Nam beneuolentiam inter inimicos oportet inuiolatam, immortalemq; seruari: odia uerò irasq; in aduersarios, quàm celerrimè fieri potest, tolli. Ea namque ratione sociorum semper, & eorum qui te incolumem optent, augescere: sed hostium contrà necessario, inimicorumq;

inimicorumq; numerum tibi decrescere uidebis. Qui perpetuis persequi inimicitias odijs,& implacata flagrare perrexerint iracundia,hos pronepotibus suis,iniucundum,inconstans,infestum, ac nulla prorsus parte tutum patrimonium parare constat:quippe quorum res omnes fortunæ simul insidijs,inimicorumq; odio semper obnoxiæ relinquantur. Nonnunquam enim id obtigisse conspeximus, ut qui potentia præstarent, quiq; quondam hostes suos longè uiribus opibusq; uicissent,momento temporis eo fastigio deturbati,in deteriorem ruerent his longè conditionem,qui tamen olim fastu insolentiaq; fortunæ consueuerant alios proterere. Cui rei bellum utique nuperrimè à nobis deuictum, palàm attestari uidetur. Nam qui ad nos obsidendos accesserant, initio multis copijs, ingenti opum ui & excellentia potentiæ, hanc urbem uallo circum undique obstructam uiolabundi coërcebant:pòst,fortunę mutata uicissitudine,captiui intra hæc mœnia omnes, uti conspicitis, uinculis quoque constricti,pauore miserabili tenentur. Tutissimum itaque, nec minima laude dignum uidetur,alienis instrui pro tempore calamitatibus,externæq; exemplo miserię assuescere uirtuti,probisq; moribus,atque animum uacuum ira, clementia, atque misericordia in primis comparatum habere: & quum aliquid cuiquam mortalium (ueluti res humanæ sæpe ferre solent) aduersi acciderit,non iam uelut feris belluis esse duros, sed generi suo male affecto mitescendo ignoscere,& afflictis pro humanitate commiserescere mortalibus oportet.Innumeris namq; fortunæ casibus, & inopinatis euentis fortunas,corpus,uitam deniq; ipsam omnem quisq; obnoxiam trahimus:nihil ęta tis nobis,nihil momenti terrore,periculo,insidijsue uacat. Hinc ciuiles seditiones terrent,illinc latrocinia,prædationes infestant:aliunde semper aliud incumbit, bella, casus, euenta, incursus: ipsa demum rerum omnium mutabilitas, incompertis penitus homini cuncta modis, momentisq; insidiantur: in quibus euitare incumbens assiduè,per occultas uias, & incertos exitus, periculum difficillimum est admodum illi,qui intra societatem, cœtusq; hominũ degere perrexit. Quapropter si deuictis misericordiam ueniamq; negauerimus,diram utique & amaram contra nostrammet ipsius salutem deinceps in posterum sempiternis sæculis legem statuemus.Neq; enim fieri potest,ut qui inexorabili sęuitia crudelitatem in alios exercuerint,ab alijs unquam clementiam facilitatemq; expectent:sed qui immania fecerint,ęqua patiantur:& qui contra Græcorum mores tot uiros occiderint, ij in uitæ mutationibus frustra inuocent communia omnium iura.Quis namq; Gręcorum eos unquam qui sese dedissent, quiq; ad uictorum fidem, misericordiamq; confugissent, indeprecabili duxit damnandos supplicio? aut cui uisa est misericordia crudelitate deterior,temeritas prudentia? Omnibus id mortalibus natura tributum uidet̃,ut his quos contra se infensos uenire per uim uiderint,contentè resistant: uictis uerò ac prostratis parcendo cedant:illorum uidelicet,ut par est,retunde re certantes audaciam:horum miserijs & calamitati, mollito iam iræ impetu, ultrò commiserescentes.Percellitur intus, ipsa communis natura mortalium, nec iam ulterius persistere sæuireq; ualet animus noster,quum illos uidet,qui nuper pari conditione contra hostes steterant:mox re mutata,deiectos ac supplices extrema spe fidẽ hostis spectare,corpore ad subeundũ quicquid uictori libuerit parato. Vincunt̃,uti puto, mitiũ uirorũ semper animi in primis misericordia,quodã mutuo conditionis cõmunis intus affectu perculsi.In bello Peloponnesiaco Athenienses magnũ Lacedæmoniorũ numerũ in insula Sphacteria conclusos,olim cœpere,quos omnes pòst uti erant,captiuos Spartanis incolumes restituere:Lacedęmonij uicissim,captis tũ multis ex Athenien sib. socijsq;,pari clemẽtia usi,redimendi captiuos hosti potestatẽ fecere.Pro re media fidius,atq; belli ipsius gloria factũ ab utrisq;.Gręcos enim eousq; quo uictoria potiant,tẽdere inimicitias decet:& eò pœnas exposcere,donec domitũ

debellando hostem in potestatem redegerint: qui quum iam uiribus prostratum, & ad fidem misericordiamque uictoris prouolutum ulterius exagitare & distorquere perrexerit, immanis ille haud hostem ulciscí, sed potius imbecillitati humanæ infensus esse, & uim afferre conatur mortalitati: Cui tam obstinatè sæuienti, fortasse quis haud intempestiuè ueterum sapientum dicta proposuerit: Vir, caue ne nimium fidas: Cognosce teipsum: Cdnsidera fortunam omnium dominam. Cuius rei gratia maiores parentesue totius Græciæ, in uictoribus olim bello partis, curauere, ne lapidea, sed lignea potius trophæa erigerentur. Quod eo uidelicet, pertinebat ut his breui tempore consumptis, quàm celerrimè auferrentur è medio monumenta discordiæ. Postremò si qui inimicitias implacabili prosequi uolueritis iracundia, aduertite simul quæso, quid sit humanarum rerum inconstantiam imbecillitatemque contemnere: persæpe namque uel minima temporis concussio, uel quodcunque fortunæ mutamentum fastuosos & insolenter agentes repente periclitatos proculcant. Quòd si expediat etiam ad gloriam, neglectis bellorum damnis, supplicibus hostibus non inferre malum, quæ unquam quæso alia honestior, ac magis idonea dabitur, quàm præsens occasio clementiæ & humanitatis in uictos & amicitiæ conciliandæ? Nec existimaueritis populum Athenienſem ob cladem in Sicilia acceptam funditus uiribus exhaustum contabuisse, quippe cuius imperio ditionique pareant omnes fermè Græciæ insulæ: tum non Europæ modò, sed totius Asiæ maritima subiecta tenentur. Superioribus nempe, nec diu, temporibus apud Aegyptum quum trecentas naues uiris plenas amisissent, tum maximè regem ipsum, qui haud dubiè uicisse uidebatur, ad iungenda secum per ignominiosam etiam conditionem fœdera compulere. Rursus eruta quondam eorum urbe à rege Xerxe, haud multo pòst id paratum, eum quoque superarunt, tantis opibus potentissimum, moxque sibi uendicarunt Græciæ totius principatum. Ipsa enim eius urbis potentia, in maximis calamitatibus, quo magis urgeri ac premi se uidet, eo uiolentius ac ferocius exurgit, atque prorumpit in aduersos, nec ulla ui cogi posse uidetur ad sese abiiciendum, uel diffidendum, & humile quicquam aggrediendum. Præstat igitur, in primisque honestum est, pro acerbitate & irritamentis concepti iam odij & inimicitiæ, nobis ut eorum societatem potius per clementiam conciliemus, parcendo captiuis. Nam si miseros necauerimus, nihil prorsus nisi animo furenti morem fœdissimè gesserimus, explentes frustra iracundiæ libidinem, sine ullo prorsus usu tam tetrum facinus molientem. Si incolumes nostra reddiderimus clementia, mox aderunt cum lachrymis immensa turba eorum, quos tam incomparabili donatæ salutis beneficio affecerimus, inexplebili uoto dextras tam propitias tamque mites amplexabuntur: reliquæ ubique gentes factum probabunt, uirtusque hoc modo nostra, modestiaque in cœlum extolletur. Celebrabitur per orbem terrarum mite ac tractabile Syracusij populi præ ceteris ingenium. Hæc profectò ut res ipse fatetur, sunt ipsa, ut ita dicam, ueritate certiora: ita res habet. Nec inficior quidem, fuisse inter uarias Græcorum turbas, qui captiuos olim iugularint. Quid igitur?

Siquidem illis ea laudi res attributa, nobis imitandi quoque erunt illi qui laudis & gloriæ curam habuere: sin ipsi illi à nobis primis ob facinoris immanitatem uituperantur, idque execrabile uisum fuit tam fœdè patratum, ne per deos, quæso, de nobis ipsis eadem criminum præbeamus illis documenta, quas apertè constat errasse grauissime: quousque quidem nihil indignum patiantur à nobis hi, qui salutem suam nostræ fidei commendauere, palàm populus Athenienses à cunctis gentibus merita culpa damnabitur. Vbi uerò auditum fuerit, contra ius gentium in captiuos à Syracusijs contempta fide sæuitum esse, mox in nosmetipsos uel uti patrati sceleris authores, undique uituperium, culpaque omnis transferetur. Etenim

sicubi

ſicubi quicquam penſi habendum, ſi qua Athenienſium intercedere merita poſſunt, eſt inter cætera profectò tam præſtantis ciuitatis reuerenda maieſtas, cuius gratia ciues ſuos eorum participes beneficiorum reddere conuenit, quæ mortalium ſocietas inter ſe ſolet ſanctiſsima pietate communicare. Hi namque ſunt homines illi, à quibus primis Græciæ quondam populi depoſita uictus priſci feritate, cibos humanos accepere, quos ſibi ſeorſum priuataq; gratia à diis tributos, nihilominus abſque ulla prorſus inuidia opportunè utique communi uſui cunctis exhibuere. Ab his ipſis leges inuentæ, quibus communis uita ex agreſtibus & uiolentis moribus, in æquatam & tractabilem redacta eſt ſocietatem. Hi primi omnium confugientibus ad fidem ſuam, miſeros mortales tutati, ſupplicum leges ediderunt, & exemplo ſuo per reliquas ubique gentes, ut ſeruarentur, adduxere: quarum quum principes & authores extiterint, earum nunc præſidio deſtitui, res nempe ſupra modum indigna, & inſolens, atque hæc ad uos omneis dicta. Cæterum quoſdam quoque priuatim, quos obnoxios humanitati conſpicio, ſuæ profeſsionis & officij commonefaciam. Vos omnes appello, uiri digniſsimi, quibuſcunque exſtit eloquentię & eruditionis aliqua in ciuitate parta facultas, uos inquam, eorum miſericordia moueat, quorum patria cunctis patet mortalibus, ueluti communis quædam inſtitutionis & eruditionis officina. Vos quoque, quibus Deûm caſtiſsimis & arcanis myſterijs cura fuit, horum inſinuatores, inueſtigatoresqúe ſaluti reſtituite, quiqúe iam bonarum artium, humanitatisqúe participes eſtis facti, tantæ beneficentiæ gratias habentes: quiqúe mox participaturi, eiſdem bonis præſtatis, haud abijcientes proprias ſpes, fauete miſerrimis. Nam quis, obſecro, locus hoſpitibus alienigenis relinquetur alius uſquam, quo ad diſciplinas capiendas liberius atque commodius poſsit accedi, ſublata Athenienſium ciuitate? Leue quidem in delicto demeritum, ſed ampla admodum, & pleraque eorundem extant ad beneuolentiam edita munera & officia: tum quoque præter urbis reuerentiam & dignitatem, priuatim ſi quis rationem captiuorum ſcrutari perrexit, haud iniuſtè miſericordia dignos inueniet. Nam qui ſunt ex ſocijs, imperantium iuſſu coacti fuerunt arma capere: quod quidem in eos qui per inſidias & fraudes iniurias ſponte inferunt, iuſtè uendicari licet. At inuitis certe, uiqúe ad deliquendum coactis, æquum erit utique ignoſcere. Quid de Nicia dicam, qui cauſa in initio pro Syracuſijs in ſenatu ſuſcepta, ſolus de exercitu in Siciliam traijciendo, repugnauit quoad licuit, ac ſemper peregrinantium in eas partes Syracuſiorum ſummam curam gerebat, hoſpitioqúe deuincire ſibi propè omnes pergebat?

Quàm igitur abſurdum, quamûe tetrum eſſet, Niciam ipſum, qui rem noſtrã Athenis tutatus eſt, pro meritis & gratia ſupplicio afficere? Quamúe deinde extremæ feritatis, ſi pro ſua in nos beneuolentia, clementiam in ſe noſtram non conſequutus, fæuitiam experiri cogeretur? Tum propter munus publicum, quod nulla in nos ira, ſed iuſſu populi urgente, recuſare non licuit, num trahetur ad pœnas? Ipſi uerò huius contra nos belli concitatori Alcibiadi ſimul & noſtram & Athenienſium ultionem effugiſſe, ac ſcelere impunito, uerſari inter munera mortalium licebit? hunc nos, quem conſtat longe Athenienſium omnium humaniſsimum haberi, ne communi quidem dignabimur miſericordia? Quapropter me, nempe uitæ noſtræ inconſtantiam, mutabilitatemqúe conſiderando, piget, pudetqúe afflictorum fortunæ. Nam qui paulo antè inter clariſsimos Græciæ principes uenerabatur, & ob ſingularem uitæ integritatem laudibus ubique celebratus, ſumma rerum omnium felicitate per totam circumſpectus urbem ferebatur genitricem, nunc in arcta uincula illiberaliter conſtrictus, ſordida ueſte, deformi aſpectu captiuitatis, calamitates ultimas cogitur experiri: tanquam fortuna in eius uiri uita uim ſuã oſtentare uoluerit, cuius inſolentẽ nimirũ licentiã, ludicrãq; petulantiã decet

nos

nos pro humanitatis modo coërcere, neq; crudelitate & sæuitia barbarica in uiros cognato sanguine, & ex eadem nobiscum stirpe progenitos desæuire. Nicolaus igitur hac oratione habita ad Syracusios, finem fecit, cum quidem commouisset auditores cum illis concionem recitasset, omnes fere ad misericordiam adduxit auditores. At Gylippus Laco implacabili in Athenienses odio flagrans, mox in concionem conscendit, ibiq; his uerbis loqui cepit.

ORATIO GYLIPPI LACONIS, PRO NECANdis captiuis Athenienſibus.

Admiror supra modum, uiri Syracusij, quum uos conspicio uerbis quibusdam tam breui in eorum mutari ac uerti sententiam potuisse, quorum facta, uiolentęq; manus rem uestram multis cladibus afflictam, pene obruere. Nam si uobis in animo certum est, eorum comprobare audaciam, qui ad euertendam patriam & mœnia uestra subruenda dextris armatis, atque infensis animis accessere, quid iam ulterius frustra contendendum? Quid oportet eos adultionem sui concitare? qui nullam se accepisse sponte, etiam in extremis propè malis, offensam fatentur? Date mihi ueniam, queso, per Deos immortales, uiri Syracusij, qui liberè uerbis per ueritatem erumpentibus, sententiam meã explico. Spartanus namque sum, atq; utor Spartano sermone. Ac primũ quæri potest, quónam modo Nicolaus habendam suadet Athenienſium miſericordiam, à quibus orbata prole senectus eius ac miserabilis facta est, ipse miser in conuentu, uestę lugubri, multis lachrymis orbitatem deploratitum non modò sentire, sed & suadere conatur, eorum miserendum esse, qui proprios liberos crudelissimè iugularunt. Quænám est hæc in se suosq; immanis pietas? quæ feritas inaudita? quod demum hoc diræ stoliditatis deliramentum? Nihil iam amplius uticq; mente constat: neque audiendus, qui coniunctissimorum post eorum obitum oblitus, hostes maximos saluos esse iubet. Enimuero assentiendum censerem, si soli tanta clades incubuisset, soli defiendum conspicerem uerùm quot uos uideo in hoc conuentu, cuius sanè miseret, afflictos sedere, quibus lugentur natorum manes in pugna interemptorum? Ad quod uerbum cum magnus sedentium cum numerus gemitibus & lugubribus suspiriis infremuisset, subiecit ille: Agnosco iam, inquit, per has tandem querelas, ueros læsorum dolores. Hi mihi gemitus patefaciunt, quibus hæc sit inflicta calamitas. Quot præterea inexpletis lamentis, alij fratres, alij cognatos aut amicos nequicquam desideratis cæde sublatos? Huic quoq; uerbo cum multo maior turba ingemuisset, tum Gylippus: Conspectas, inquit, Nicolae, quãtam Athenienſium gladij multitudinem in hoc cœtu cruentarint, languentemq; ac miseram reddiderint? hos omnes uticq; nihil à se tale demeritos, charissimis ac iunctissimis corporibus priuauere. quibus nempe tanto nomen Athenienſe odio haberi, execrationiq; debet, quanta suos quisque olim, quos ami sere, charitate amplectebantur. Quónam pacto non esse tetrum ac dirum facinus potest (uiri Syracusij) sanguinem pro nostra salute fusum tam nihili pendere tamq; obliuisci misericordiæ uosmet domesticæ, generi uestro illatę, ut eorum qui sponte pro hac urbe tuenda sese gladijs hostium obijciendo, occubuerunt, manes inultos errare patiamur? Carnifices huius miseræ plebis in medijs hisce mœnibus inter nos uersari incolumes? Rorantes cruore nostro manus impune liberas conspicere possumus? Hęcné pietatis munera? has gratias nostris defensoribus referimus? Illi fortissimè pro suis ciuibus, pro communi huius urbis libertate dimicando uitam effudere: nos ultrò enim interfectoribus salutem tuebimur? Quàm disparia, dij immortales, quàm inimicissimis, ingratissimisq; hæc propria sunt, ut pluris uitam sæuissimi hostis, quàm piam gentis nostræ memoriam facere studeamus. Quidnám est istud aliud, quàm

quàm utrunq; probare, & cędem nostrorum ciuium iure inultam relinqui debere, & hostis salutem meritò inuiolatam esse oportere, ut haustos iugulis nostris spiritus crudelitati Atheniensi debuisse fateamur. Hæc de nobis meruistis manes fortissimi? ubi ubi ius gentium? quò cessit conditio uictorũ? quoue memoria cuique sui? Victoriam cladi nostræ per socordiam condonabimus? Ornare decreuistis publicis titulis eorum qui cecidere sepulchra: quæ nam obsecro maiora ornamenta adhibere, quibus potioribus uictimis unquam parentare poteritis, quàm carnifices eorum ipsis ad manes adhuc inultos inferias mittere? nisi iam fortasis per louem eos, quod utique ueri incipio, ipsos extrema insania adducti, ultrò in ciuitatem transcribere, trophæaq; animata & uiuentia necatis uestris constituere malueritis. Sed hostis nomine mutato, supplices appellantur. Vnde sibi, queso, hanc humanitatis appellationem promeriti probantur? Nam qui principiò de his rebus leges & instituta tulere, calamitosis habendam misericordiam: contrà si qui quos lædere per iniquitatem & peruersitatem perrexissent, eos supplicio statuerunt cohibendos. Quo demum in ordine captiuos istos distribuemus? an inter calamitate miserabiles? quænam, malum, eos prius nulla usquam, à uobis iniuria lacessitos fortuna, quæ necessitas demum coegit, bellum quiescentibus intra fines suos inferre Syracusijs? Quidnam compulit pace, quam omnes gentes probant, cunctiq; mortales lætam & iucundam optare uidentur, contempta, ad nostram urbem eruendam accurrere? Ita profectò perhumanum tutumq; consilium, bellum ui & iniuria plenum susciptens, nihilq; eius laboris, nihil periculi prætermittentes, cuncta postremò pro cœpto assequendo indefessis adeuntes & obstinatis animis, siquidem uicissent, inexorabili plebẽ hanc miseram excepturi crudelitate: nunc secus ac sperauissent fraudati uoto, ac rebus omnibus lapsi, misericordia, & humano supplicum nomine, culpam mitigare suam, intentumq; olim à se iugulis nostris contendunt deprecare supplicium. Cæterùm si palàm redarguantur, quòd per insitam ingenijs nequitiam, auaritia & libidine imperanti suadente, præter spem in has meritò præcipitarint calamitates, iam desinant accusare fortunam: neque implorato frustra supplicum nomine, culpam propriam defensent. Hoc namq; uiris illis licet ac permittitur, qui integro consilio, & innocenti animo fortunæ coguntur inclementiam experiri. Verùm hi uitam omnem prauis consilijs, iniustitia, iniquitate, iniurijsq; plenam trahentes, humana diuinaq; iura uiolando, nullum iam usquam sibi misericordiæ locum, nullum prorsus refugium ueniæ reliquere. Quid enim turpius dabitur, quod non ab his inueniatur excogitatum? quid tam tetrum, tamq; intolerabile, quod non sint exequuti? cupiditatis & auaritiæ id maximè proprium habetur, nunquam bonis fortunisq; suis expleri, satiariue potuisse: semper alienis rebus uulturis rapacis more auida rapina insidiari: quæ procul absunt, nihilq; ad se pertinent, arte, dolo, fraude, omni denique ui tentare, aggredi incautos, sibi cuncta uocare uelle. Hæc omnia ab his gesta conspeximus. Nam cum opibus potentiaq; super omnes Græciæ populos res eorum pollens potensque uigeret, secundam fortunam ueluti onus quoddam sibi graue admodum haud sustinere ualentes, Siciliam tam uasto maris pelago repostam sibi usurpare, eiusq; incolis omnibus in prędam & seruitutem adductis, fundum propriũ facere sunt adorti. Graui, atq; admodũ ab æquitate remotũ est, nulla accepta iniuria, nulla causa, bellũ inferre pergere alienigenis & amicis. & hoc ipsum cõmisere. Cũ enim superioribus sæculis uiderent uobis amicitia recõciliati, repẽtè mutato cõsilio, uerùm tale quid expectãte nemine, q; sanè incredibile uidebat, tãtis copijs Syracusas oppugnare conati sunt. Superbũ præterea, supraq; modũ insolens uidet & temerariũ, de hostis supplicio ante uictoriam, ueluti præoccupata belli uictoria, decernere. Neq; hoc ab his delictũ est prætermissum. nã priusq; traiecissent in Si-

ciliam

ciliam, communi inter se sententia decreuerunt, Syracusios & Selinuntios in prædam & seruitutem datos abducere: reliquas urbes impositio stipendio, uectigales sibi facere. Cum itaq; ferocissimam intra horum pectus auaritiam ex æstuare constigerit, fraudulenta insidijsq; plena ingenia, insolentiam intolerabilem, crudelia & cruenta consilia, nocentissimam denicq; uitam: quęnám misericordia mouere quempiam debet? quandoquidem haud obscurum sit, qua sint ab Athenienslibus Mitylenæi quondam habiti clementia? Nam cum eos superassent bello, nulla alia illata iniuria suscepta, nisi quòd sese solum in libertatem uendicare statuissent, decreto iam inter se ante id bellum populi excidio, cunctos intra urbem captos iugularunt: dirum uticq;, crudele ac barbari cum facinus. atq; hæc in Græcos commissa, in socios, in eos à quibus plerunque beneficijs & opera fuerant res eorum adiutæ. Nec iam profectò indignũ, neq; ægrè ferendum, si quæ cæteris olim intulere, nunc eadem ipsi supplicia experiantur. Iustum namq; est, ut quam quis legem in alios tulerit, eandem æquo animo ipse subeat. Quid dicam de Melijs, cuius urbis ab se per uim captæ, pubertatem (dictu miserabile) omnem immaniter pecudum in morem iugulatarum, necarunt? Scionæos deinde, qui Melijs cognato sanguine iungebantur, eandem coẽgerunt experiri fortunã. Ita duo populi ab Attica crudelitate rapti, atq; occidione funditus occisi sunt: adeò, ut nec relicti sunt miseris, qui cadauera iugulatorum passim solo iacentia sepelirent. Qui Scythæ, quæ barbaries, quæ demum feritas hæc commisisset? Ita uerò qui sibi humanitatem uendicare contendit populus, duobus sæuissimis decretis, duas urbes tales à stirpe necauit. Iam operæprecium est differere, & spectare, quidnám in urbem Syracusiorum moliri parabant. Agro depopulato mœnia in obsidionẽ occluserant: tum uti rebus omnibus ad uim inferendam instructi accesserant, ita si obtinuissent, deliberata iam per decretum uastatione, & carnificio, nullam crudelitatis speciẽ prętermissuri erant. Nec dubiũ nempe, quin qui domesticos & familiares tam truculenta immanitate discerpsissent, immanius aliquod horribilius in eos, quibuscum nihil habuissent commercij, commenturi fuerint. Nulla superest igitur usquam istis ignoscendi, ueniæq; deposcendæ ratio seruata, quorum sæua consilia & cruentæ manus à se misericordiam ipsam procul abegere. Quónam demum eos confugere posse putamus? ad deos forsan immortales? quorum patrias cærimonias, & pia sacra euertere studuerunt? Ad hominum fidem? quos in prædam & seruitutem, cæde prius & sanguine saturati, parant abducere? Cereris né & Proserpinæ numina implorare audebunt? cum earum mysteria impijssimè, sacramq; illius insulam depopulationibus diripuerint? Ita res nempe est. Sed non Athenienslis multitudinis hæc culpa, sed potius Alcibiadis culpa bellum suadentis. Verùm plerunq; fieri comperimus in multitudine, consultores ipsos coniecta prius & explorata auditorum uoluntate, sententias eò cunctas ad gloriam dirigere. Nam qui concionantis comprobat sermonem, quiúe intentius dicenti assentiendo assistit, hic proculdubio quid ipse sentiat, quidũe potissimum exoptet, insinuat. Nec enim in perorantis existit arbitratu uoluntas multitudinis, sed populus ipse si quem optima semper consulta trahunt, pro more suo oratores assuefacit ad consilia semper optima differenda. Quòd si uiris nequissimis (quod minimè conuenit) ueniam dederimus, ubi in consultores errati culpam reiecerint, sceleratis uticq; quibuscunq; idoneam & promptam defensionem parabimus. Postremò, cui non uidetur omnium apertè iniquissimum, bene gestarũ rerum beneficiorumq;, non oratoribus & consultoribus, sed populo gratias haberi à bene affectis: iniuriarum uerò & offensæ crimen, in solos oratores & consultores transferri: atque nonnulli tantum adeò differendo propensius prouecti sunt uerbis, ut dicere etiam non ueriti sint, Alcibiadem per ridiculũ, in quem nullam nunc potestatẽ habemus, esse ob hanc culpam puniendũ deinde

inde captiuos ipsos iã adactos ad meritũ supplicíũ,ueluti innocẽtia intercedẽ te liberãdos,cũctisq; ad idẽ palã ostẽdere conant. Ergo iã quoq; cõtendẽt,nõ esse populo Syracusio legitimũ in hostes truculẽtissimos odiũ,iustãq; irascẽ di causã. Sed esto,cõsultores ipsos demũ belli susceptí faciamus authores: ac cusẽt eos licet multitudo,quorũ cõsilijs adducta,temerè deliq̃rit:uos uerò ní hilominus æquũ est ab ea q̃ cõstat illatã per multitudinis uim iniuria & offen sa,deos aras,patriã,cæsorũ ciuiũ manes,uos demũ metipsos uindicare. Postre mò siquidẽ decreto certa sentẽtia bello,palã insensis uim animis uobis afferre conati sunt,haud dubiũ esse potest, eos supplicio dignos:sin temerè adducti, alieno cõsilio bellũ huc intulere,neq; hac ratione liberãdos, ne in relíq; mor talíũ uitã símili insania rapti irrũpere,& iniurijs inferẽdis per impunitatẽ assue scãt. Nec eñ tolerandũ est,stultitiã temeritatẽq; Athenienſiũ sic impunè ac pe tulãter in discrimẽ & cladẽ periclitari Syracusiorũ;neq; ubi palã cõstat pecca tũ,ibi delinquẽtib.ullus est defensionis locus relinquẽdus. Nõ utiq; per louẽ. Sed Nicias p Syracusijs causã egisse ferẽ,solusq; bellũ hoc dissuasisse. Sermo nẽ quidẽ,q ferẽ illic habitus,alijs referẽtib, audiuimus:uerũ q̃ isthic apud uos gesta fuerit,oculis ipsis oẽs in cõspectu patrata spectauimus. Nã quẽ illic aiũt cõtra cæteros de exercitu & bello differuisse, hũc ipsum hic imp.cũ multis mi litib.oppugnãtẽ mœnia nostra ptimuimus:multaq; cæde nostras cohortes in sectantẽ perpessi sumus.& à quo causam p Syracusijs susceptã credi uolũt,ab eodẽ hãc urbẽ summis uirib.obsessam,uix multo eũ sanguine tutati sumus:& cuius existimãt præcipuã in nos humanitatẽ haberi,idẽ ipsẽ Demosthenẽ reli quosq; oẽs obsidionẽ soluere parãtes,solus,persistere cœpto coegit,pugnãq; adoriri. Quã hęc inter sese maximè dissonẽt,nec adducar ego quidẽ ulla ratio ne,ut plus uerba debere cõfitear apud uos,q̃ facta, ualere:neq; nũciũ & polli cita reb.ipsis,& experiẽtiæ proponẽda,quæ p cul cõperta ueritate habita ferũ tur. His né credibiliora gestis fatẽdũ, q̃ cũctis spectãtib.fuere patrata? Ita nẽpe p louẽ: sed honestũ est inimicitias inter mortales nõ geri sempiternas. Esto id igit:post sumptũ de neq̃ssimis uiris supplicíũ soluite licet,si uobis uidẽ,inimi citias. Indignissimũ nẽpe,iniquũq; est,ubi uicerint,ipsis captiuis p arbitrio ab uti ac p seruis habere:ubi uicti cesserint,tũ ueluti nulla à se illata iniuria,impu nitos abire:tũ maximè ueniã crudelib.& spõtaneis deposcere delictis,q̃ si iu dicio agere secũ cõtenderitis,& criminis & culpę deprecãdę potestatẽ facias, sermone p re cõpositó,ad tẽpus & occasionẽ petrati adsunt. Commemorant multorũ antea sociorũ uetustissimas amicitias,nouas fingũt fabulas,noua ar gumenta,nouas ambages. Vnũ hoc uos moueat uiri Syracusij,si hoc feceritis, Lacedæmonios utiq; cũ multis alijs,haud mediocriter à uobis offensum iri, q̃ p uestra salute,pmptè illic bellũ susceperе,subsidijsq; p iure sociali missis, ue stro simul periculo implicari succurrereq; nihil sunt cũctati: cũ liceret eis sine utriusq; iniuria & offensa ĩ pace tutò q̃escere,Siciliãq; relinquere cuiq; utcũq; depopulandã. Quòd si dimissis captiuis,amicitiã nouã cũ hoste iũxeritis,p di tã sanè iuris socialis à uobis fidẽ haud negare poteritis:tũ cõmunes hostes, cũ uestra nũc sint in manu,depressos fractosq; cõprimere,tãta iuuẽtute restituta, ferociores rursus,ac sæuiori ĩ capita nostra irruituros odio reddetis. Nec id mi hi quidẽ p̃suaderi potest,Athenienses tãta iãpridẽ in uos ira cõcepta,firmã hãc, si fiat,habituros amicitiã. Verũ dũ res facta cohibebit, opesq; debiliores uim negabũt,tãtisp beneuolentiã simulaturos:ubi ex iopia coaluerit,ac sese cõsta re pceperint,mox ueluti è morbo & è q̃busdã uiculis erũpẽtes,ferarũ more ad ingeniũ redibũt,pristinãq; nihilomĩus sentẽtiã,primaq; cœpta (tãta homines uoti p̃sequẽdi libido trahit) exeq; pperabũt. Ego itaq; demũ te, Iupiter pater, religq; Dij,uos oẽs testes ĩuoco,ne seruẽt hostes,ne fides,ne ius sociale p̃dat, ne socij piculorũ p hostis salute destituãt:ne rursus alterũ gratuius patria pricu lũ experiri cogat. Hęc cũ dissemisset laco,reuocata,pmotaq; turba,sanxit Dio tis sentẽtiã. Quare duces illico ad supplicíũ rapti,necãt:socijsq; oẽs in p̃dę lo

cum

cum ducti, sub hasta uenduntur. Athenienses per officinas lapidum distributi, tenebantur in uinculis sub custodia: quorum pòst magna pars, quicunquè uidelicet disciplina artecq; aliqua præditi fuissent, liberantur, inde exempti ab adolescentibus. reliqui fermè omnes in uinculis & carcere tetram laboriosè ui tam sustentantes, miserè interiere. Bello iam pacato, Diocles Syracusijs leges scripsit. Cui uiro memorabile quoddam facinus obtigisse proditum est. Nam cum seueritate inexorabili delicta persequeretur, errantesq; summota prorsus uenia puniret, inter leges hanc inseruerat, ne cui cum armis in forum & concionem prodire liceret. Si quis id transgressus esset, capite puniretur. nè que imprudentiæ, neq; alij cuipiam in ea re necessitati ulla exceptione cautũ erat. Quadam die cum nunciatum esset, hostes in agrum irrupisse, gladio accinctus obuiam properabat: tum repentè seditione & tumultu circa forum excito, conuersus imprudenter, uti erat accinctus ense, procurrit in forum: ibiq; à quodam priuato fortè obseruatus, cum clamasset ille, quòd leges ipse suas transgredi atq; antiquare cœpisset: ad incusantem conuersus, magna uoce respondit: Minimè hercle, quin eas sanciam. Quo dicto, gladiũ illico stringens, sibimet per iugulum adegit. Hæc igitur eo anno gesta fuere. Præfecto Athenis Callia, Romæ quatuor tribuni militum consulari potestate creati sunt P. Cornelius, & C. Fabius.

Diocl is legislatoris mors admiranda.

Olympias apud Elios agebatur nonagesima secunda, qua stadiũ uicit. Exænetus Acragantinus: Horũ tẽporibus res ab Athenienſibus apud Siciliã male gesta passim ob eã stragẽ eorũ contemni imperiũ cœpit. statim nanq; Chij, Samij, Bizantij, ac multi populi alij eorũ societate relicta ad Lacedæmonios desciuêre: Qua perturbatione & pauore perculsus populus, sponte statu popula ri relicto, tres uiros eligere, quib. tota status reiq; publicæ cura demãdata geretur. Igit arbitrio & potestate iã ad paucos redacta, qui summæ rerũ præerãt, ædificatis pluribus triremibus, quadraginta cũ prætoribus, in expeditionẽ ire iubent: inter quos orta seditio inter nauigandũ, ad Orupum compulit adnauigare, ubi triremes hostium in anchoris consistere & habere stationẽ exploratum habebant, initoq; cum eis certamine, uicere Lacedæmonij, duobusq; & uiginti nauigijs potiti sunt. At Syracusij bello contra Athenienses, periculoq; liberati, req; iam pacata, Lacedæmonios omnes quorum præsidio Socia li duce Gylippo in eo discrimine defensi fuerãt, preda spolijsq; & cuiusq; meta extabant remunerati sunt, quibus cum quinq; & triginta triremes in Lacedæmona missæ subsidio belli cõtra Athenienses suscepti, quas ductabat Hermocrates optimatum præcipuus. Cęterum contracto quicquid præde, manubiorumue ex bello conquisierant, ipsi templa, fanaq; Deũm diuersis ad diuersa dedicatis, exornarunt. tum milites quos conspecta in eo bello uirtus audaciaq; præclaros gestis fecerat, singulos quoq; donis præmijsq; meritis honorarũt. Post hæc uir, cui maxima fides inter populi duces habebatur, & summa authoritas Diocles populo suadet. ut statum rerum suarum, publicaq; constituant instituta, ea ratione, ut insortem, ut cuiq; contigisset magistratus gerantur, legumq; latores exigentur ad dirigendos ciuium mores, componendãq; remp. & nouas leges priuataq; instituta conscribenda. Igitur à Syracusijs electi ex ciuibus, qui maximè tum prudentia sapientiaq; prestare uidebant, quorum longe primus, ac clarissimus omnium Diocles habebatur. nanq; à Deo intellectu solerti rerumq; peritia cæteros præcedebat, ut legum tabulis cõmuni omniũ ad id institutorũ sententia cõmentis ac conscriptis. leges ille tũ Diocles appellarent. ueluti priuata eius uiri authoritate, tituli dedicationẽ uendicante, Nec uir ille solũmodo dũ uiueret in summa admiratione & reuerentia fuit habitus Syracusijs, uerũ illius quoq; mortui monumentis & honorib. heroicis memoriã cõmendarũt, templũ ei extructũ, quod postea à Dionysio interiit muri & mœniũ eductione subrutũ corruit, nec minus huc ipsũ reliq; Siculorũ

Syracusani laudem remunerãtur.

Diocl is Syracusani legislatoris laus.

populi

populi sunt admirati. Multæ enim per insulam urbes, legibus huius componi res suas, administrariq; sibi pro modo illic commendato instituere, idq; seruauere quoad Siculos omnes Romana resp. ciuitate legibusq; suis donauit. Cæterum posterioribus temporibus Timoleonte imperante, cum Cephalus eis leges scripsisset, post Polydorus Hieronis regis tempestate, neutrum placuit legislatorem appellari, sed utroq; potius iurisconsultos, atq; legislatorum interpretes, qui ob leges prisca lingua conscriptas, obscurus supra modum, intellectuq; difficilis uidebatur. Grauis autem & circumspecta in legum conditione, cum requiratur inspectio, summam primum seueritatem seruasse uidetur, quippe qui longè præ omnibus legumlatoribus amarissimas pœnas instituerit uiolatoribus æquitatis, iurisq; communis: tum iustitiæ præcipuam rationē habuisse, quòd diligentiorem haud parum præ cæteris omnibus, qui præcesserant eum curam adhibuerit, præmijs unicuiq; pro merito & dignitate decernēdis, accuratissima præterea rerum actionumq; ciuilium cautione usus, multaq; rerum peritia cautus apparuit, quòd causam quancunq; accusationem uel seu priuatam seu publicam quæ in disceptationem uenisset, certa mulcta determinauerit. Est præterea in dicendo concissus, ob id magnam legentib. relinquēs inspectionis meditationem. cuius uiri clarissimus è uirtutis animiq; seueri testis casus mortis, de quo diligentius diffusiusq; scribere idcirco euecti sumus, quòd superiorum maior pars scriptorum, adeò pauca quædam de ipso memoriæ prodidere. Athenienses autem audita exercitus sui in Sicilia clade & internetione, graui mœrore luctuq; tantam calamitatis molem tulere, nihilo tamen magis propterea contendere de imperio cum Lacedæmonijs destitere, uerùm plures ędificare atq; instruere naues, pecuniam quoq; ad extremam usque spem de principatu contendentibus suppeditare decretum est, ac delectis tribus uiris liberam eis potestatem curandi tribuunt quæ ad bellum spectarēt. Nam in huiusmodi tempestate & discrimine, paucorum authoritatem principatumq; existimabant statu populari, longè ad rem expediendam magis accōmodati posse magisq; idoneum esse, ubi cuncta promptus prouideri curariq; celerius per paucos licebat. Verùm res ipsa haud quaquam ex sententia cessit. Nam cum quadraginta naues in expeditionem mittere pararent, duos eis præfectos instituere, discordia inter se diffidentes, tum maximè debilitatis urbis opibus, cum summum tempestas illa cōsensum postulare uideretur. Postremò deuecta in Oropum classe, mox cum Lacedæmonijs, nulla prius instruendæ aciei cura habita, confligere adoriuntur: inibiq; pugna commissa, cum & malè prælium commisissent, & periculum ignauiter sustinuissent, duas & uiginti naues amisere, reliquas uix in Heretriam hosti infectanti eripere potuerunt. His gestis, Athenienſium socij tum propter cladem in Sicilia acceptam, tum praua & insolenti ducum lacessiti administratione, ad Lacedæmonios transiere. Dario autem Persarum rege Lacedæmoniorum societatem tenente, Pharnabazus, cui demandatum in rebus & in locis maritimis imperium gerebatur, pecunia stipendijsq; Lacedæmonias opes sustentabat, trecentasq; ex Phœnicia triremes accersiuerat, statuens eas mittere ad Lacedæmonios in Bœotiam. Cū uerò tantæ simul Athenienſem rem strages & calamitates eodem tempore ingruentes oppressisse uiderētur, solutum iam bellum omnes opinabantur, discessurosq; eos ab armis & contentione, adeò ut nihil iam amplius cupiam credibile esset, Athenienses ne minimum quidem tempus fortunam periculaq; belli uel ulla tentaturos audacia, uel tentata tolerare posse. Verùm res ipsę plurimorum fefellere opinionem. contra nanq; fieri contigit ob dimicantium & contendentium inter se populorum prævalidas opes, & animorum præstantiam. Alcibiades Athenis extorris, per aliquantum tempus apud Lacedæmonios exul militiam unà bellicq; munia cum illis gesserat, magnumq; disciplina militari persæpe & bellicis artibus, quibus plurimum prestabat, tum cura & diligentia

Athenienſes aduerſus Lacedæmonios malè pugnant

Alcibiades sibi reconciliare cẽtat Athenienses.

lligẽtia belligerẽdi usum sui præbuerat. nã & acerrima eloquẽtia, præcipuaq; inter ciues excellebat audacia: generis p̃terea antiquitate, & opũ uipotẽtiaq; omnium primus Athenienſiũ: qui cupiens in patriã reuocari, ſumma ope adiuti circũſpectare moliriq; omnia, ſi quicq; cõmodi gratiue officij per ſe poſſet Athenienſibus p̃ſtari. ea tum maxima tẽpeſtate qua res Athenienſis fracta penitus ac uicta uidebatur. Cõtracta igitur cum Pharnabazo Satrapo regis amicitia, cernens iam trecentas ab eo triremes paratas haberi, quas Lacedæmonijs auxilio miſſurus erat, illi ſuadet ut ab incepto deſiſtat, rebus Perſicis minimè conducere, nec ſtatui regio tutum, Lacedæmoniorum opes impenſa ſua firmari: ſatius multò eſſe certãtes inter ſe duos populos æquis uiribus ex tuto ſpectare, utq; diuturnis uiciſsim diſcordijs ſimul conflictarentur. Itaq; Pharnabazus Alcibiadem pro re locutum ratus, cõſilio parens, claſſem retro in Phœniciam redire iuſsit. quo facto, tanta ſubſidij uim Lacedæmonijs auertit. Poſt aliquantum temporis obtento reditu, tandem reuocatur in patriam, duxq; copiarum factus, Lacedæmonios multis ſuperatos prælijs, affligere cœpit, req; patriæ iã labentem continuit reſtituitq; Cæterùm de his diffuſius atq; dilucidius ſuo loco diſſeremus, nunc ſuperſedentes, ne ſcribendo naturæ curſus & tempora rerum peruertamus. Igitur annuo elapſo tempore, Præfectus Athenis fuit Theopompus, quatuor à Romanis tribuni militum conſulari poteſtate creati, Tib. Poſthumius, C. Cornelius, C. Valerius Cæſon, & Fabius. Eorum temporibus Athenienſes triumuiratus poteſtatem magiſtratumq; abdicauerunt, ſtatumq; ciuitatis in priſtinum morem, ciuiumq; arbitrium reuocarũt: quorum omniũ inductor authorq; fuit Thramenes, uir integra uita, quẽ tum prudentia quoq; præ cæteris ſingularis ornare uidebatur. Hic nanq; ſolus de reuocado Alcibiade referre, conſulereq; adortus, cuius ductu ſeſe rurſus reſtituere, tum multa alia ad patriæ uſum bonumq; molitus, haud mediocrem conſecutus eſt authoritatem & gratiam. Verùm hæc quidem paulo pòſt geſta fuerunt. Igitur ad bellũ proſequendũ duces ab Athenienſibus creati Thraſyllus, & Thraſybulus, qui coacta apud Samum claſſe, aſsiduis certaminũ ludis per imaginarias pugnas milites exercendo, aſſuefaciebant prælijs laboribusq; maritimis ſingulis diebus eorum explorãtes in periculis audaciam & diſciplinam dimicandi. Mindarus uerò claſsis Lacedemoniæ prætor per aliquantum tempus apud Miletum cõmoratus, expectabat à Pharnabazo ſubſidia. Nam cum audiſſet trecentas ſibi triremes ex Phœnicia miſſas accedere, in fiduciam elatus ingentem, arbitrabatur tãta claſſe imperium Athenienſe deletum iri. Cæterum paulo pòſt certior per nuncios factus Pharnabazum Alcibiadis conſilio adductum, triremes adnauigantes in Phœniciam retro remiſiſſe. Deſperato Pharnabazi ſubſidio, refectis ipſe quæ ſecum habebat ex Pelopõneſo alijsq; extrinſecus ſocijs nauigijs tredecim Doreo dat triremes, quibus cum nauiget in Rhodum. Acceperat enim coniurationes à nonnullis ibi fieri, rerumq; immutationem parari. Productas nanque Lacedæmonijs naues tum nuperrimè miſerant iure ſocietatis nõnulli ex Italia Græci: reliquis ipſe refectis ad tres & octoginta, ſoluit in Helleſpõtum, quòd claſſem Athenienſem apud Samum commorari audierat. Quo tempore duces Athenienſium comperta claſsis hoſtilis abnauigatione, cum ſexaginta nauibus feruntur. Lacedæmonijs in Chium perlatis, Athenienſium ducibus uiſum potius eſt in Lesbum appellere, ſociáque ibi ſubſidia, triremésque ſibi conſcire, ne nauigiorum numero ſuperior hoſtis haberetur. Dum hæc ab his agitantur, Mindarus Lacedæmoniorum prætor noctu cum claſſe uniuerſa in Helleſpontum propere nauigat: inde ſoluens, poſtera die ſecundo curſu fertur in Sigium. Audita hoſtium properatione Athenienſes haud in breui occaſione cunctandum rati, tribus ſolum nauibus à ſocijs acceptis, reliquis inoportunè morantes, nihil morari diutius ſubſtinent, mox cum

Athenienſes triumuiratum abrogant.

Athenienſes ſuos exercent in re militari.

cum his ſoluentes, ad inſectandum hoſtem uadunt. Delati in Sigium, claſſem iam inde ablatam comperiunt, tres ſolas ibi relictas naues inuadentes illico capiunt. Poſt hæc in Eleunta traijcientes cuncta'que quæ ad conflictum naualem pertinent ibi comparant. Lacedęmonij uerò ubi hoſtium ſtudia feruescere accingiq; ad pugnam cernunt, parariq; omnia, quinq; dies ipſi quoq; in experiundis aſſuefaciendisq; remigibus conſumpſere: tum claſſem ad pugnam inſtruunt de octoginta nauibus coactam, atq; his in tractu ad Aſiam uergentes, aciem dirigere ducereq; ex ea ordines cura fuit. Athenienſes uero ueluti ex Europa tendentes, agmen eduxêre, nauium quidem numero inferiores, uerùm diſciplina & maris peritia longè ſuperabant. Igitur in acie claſſis Lacedæmonicæ dextrum cornu tenuere Syracuſij, duce Hermocrate: Lacedæmonij cum Mindaro prætore ſeſe in ſiniſtro collocarunt. Athenienſis aciei dextro Thraſyllus, ſiniſtro Thraſybulus conſtitit, atq; initiò quidem utraq; in cõgreſſu acies properare, ac cauere ad occupandum intento ſtudio locum interundas, ne maris acceſſus inundationem q; inter dimicandum obuiam haberẽt. Vnde per multum tempus uiciſsim nequicquam circumuectis nauigijs fere bantur anguſtias obſtruendo, ac prope ueluti pro ſtatione occupanda uago curſu certantes, pugna nanque inter medium Seſti & Abydi erat, ut æſtus & affluxus in locis anguſtis haud mediocriter eſſet certantibus impedimento. Verùm Athenienſium nautæ diſciplina peritiaq; rei nauticæ præſtantes, maximo ad uincendum momento fuere. Quanq; enim claſsis Lacecedæmonia & nauium numero, & militum robore uirtuteq; ſuperior eſſet, nautarum tamen ars & facultas remigandi uires omnes impetusq; hoſtium irritos reddebat: tũ ſimul ac Peloponneſios ſtipatis nauigijs roſtrisq; intentis aduẽtare cernebant tepentè ſuas ita per artem coniectas comparatasq; obiectabant, ut prouentibus in aduerſa roſtra offendendum eſſet, ac prætoribus ipſis nauigiorum uulnera accipienda roſtrorum mucronibus inflicta. Mindarus itaq; cernens uim irruptionem q; roſtris incaſſum tentari, iubet uel turmatim in paucas, uel etiã ſingulatim una uni connexa, id genus demùm dimicãdi adoriantur, neq; hoc caſu peritia nautarum fruſtra affuit, uerùm euitato impigrè opportunè q; facili declinatione nauium roſtris inuadentium incurſu atq; ictu, mox ipſæ in earum latera conuerſæ multas uulnerabant. Pòſt ubi contentio irritatione inualeſcere, furor q; belli rapere cœpit utroſq;, iam non roſtris modò & incurſatione lacesſere, ſed connexis & colligatis altera alteri nauibus cominus cõſerere, ne miles militi inſultare, plerunq; ui æſtus influentis q; pelagi raptu dimicare prohiberi, per magnum tempus periculum uiciſsim trahere, obnixis utrinq; ſummis obſtinatione dimicando animis, cum in neutram partem inclinari uictoria ualuiſſet, fæuiente iam diu fortuna, periculoq;, ducto ancipiti certamine: ecce repentè naues quinq; & uiginti procul ab extremo promontorio quodam perfluctus conſpectæ ſeſe pugnantibus obtulere, quas ſocij miſerant Athenienſibus auxilio, quarum aduentu perterrefacti Pelopõneſij in Abydum quàm rapti ſimè ſeſe recipiunt, incumbentibus hoſti cedenti, atq; auidius inſectantib. Athenienſibus, ea pugna talem eſt euẽtum ſortita. Naues octo Chiæ ab Athenienſibus captæ, Corinthiorum quinq;, duæ Ambraciæ, Syracuſiorum, Palenenſium & Leucadiorum ſingulæ. Cæterum ipſi uictores quinq; amiſerunt, quæ ſuppreſſæ omnes periêre. His rebus geſtis, qui uicerant cum Thraſybulo trophæum erexêre in promontorio, ubi ſepulchrum Hecubæ extat: eiusq; uictoriæ nuncios Athenas mittunt. ipſi cũ claſſe uniuerſa remigijs Cizicum uerſus feruntur. Ea nanq; urbs ante nauale certamen ad Pharnabazum Darij ducem, & Learchum Lacedæmoniorum prætorem defecerat: quam imparatam nullisq; defenſam munitionibus præſidijs ue deprehendentes, facilè oppugnatione cœperũt, imperataq; Cizicenis pecunia, ſtipendioq; impoſito, Seſtum uerſus nauigando contendunt. At uerò Mindarus claſsis Lacedæmoniæ prætor amiſ

Athenienſium cum Lacedæmonijs pugnauictoriaq; nauali.

tor amissa pugna per stragem confugiens in Abydum, naues afflictas concussasq; reficit, firmatq; compagibus, simul ad triremes, quę in Euboea commorabantur, Epiclem Spartanum properare iubet, mandans ut raptissimè ad se deuehãtur. Hic in Euboeam peruectus, coactis illico quinquaginta nauib. mox inde, uti imperatum erat, citissimè abnauigat, quæ simulatq; ad mõtem Atho peruectæ sunt, tempestas tanta extitit, ut nauigia cuncta naufragio discerpta pericrint, atq; ex omni uirorum numero ad duodecim soli periculo superfuerint. Huic cladi attestari uidetur positum de his in tẽplo quod habetur ad Coroneam monumentum, ueluti meminit Ephorus, in quo carmina huiusmodi inciſa conſpiciuntur.

Eripuêre neci se ex quinquaginta carinis,
Ad scopulos Atho per uada cæca uiri
Bis sex nam reliquos hausit maris unda profundi,
Cum ratibus diri quas tulit ira Nothi.

Per idem tẽpus Alcibiades 13. triremes ductans, ad eos adnauigat qui apud Samum cõmorabantur, quibus iampridem nunciatum fuerat Pharnabazum eius admonitis adductum, 300. naues quas Lacedęmoniorũ auxilio ducebat, retro reuocasse. Ab his itaq; Sami phumanè benigneq; exceptus, cœpit cũ eis de reditu suo cõsultare, & pollicerí maximo deinceps usui patriæ se fore, simul culpã depcatus, ac se abiectis criminib. defendẽs, multis cũ lachrymis sortẽ suã fortunęq; in se iniquitatẽ sęuitiãq; deplorare, q; per insidias & fraudẽ ab æmulis olim circũuentus ac solo natali pceps actus, aduersus patriã uirtutẽ suam ostẽdere sit coactus. Cũ eius sermones iucũdè atq; intẽtè militib. essent accepti, missis Athenas de ea re internũcijs, populo uisum est uirũ ipsum criminib. liberari, culpaq; solutũ reddere, atq; in partẽ muneris bellicí rerũq; administranda-rũ admitti. Nã inspecta uiri uehemẽti ad quęq; ,psequẽda audacia, tũ authoritate & nomine, quod passim per uniuersam Græciã celebratũ erat, arbitrabant, quod haud absurdũ uidebat, hoc accersito sibiq; adiuncto, haud parũ reb. suis momentũ accessurũ. Theramenes etenim princeps ciuitatis (cui sanè, si cuipiã usq; hominũ, summa prudẽtia inesse uidebat) ad reuocandũ Alcibiadẽ populũ hortatus est. His gestis, Sami renunciatis, Alcibiades lętus, ad 13. naues quas ductabat, nouem alijs adiectis, in Halicarnassum cũ ea classe nauigat, impera ta urbí pecunia, stipendioq; impositio, mox ad depopulãdam Merodipam uadit, ingentiq; inde acta præda, Samum redijt. Spolia deinde, quę multa coegerat, militibus quí Sami habebantur, suisq; distribuens, eorum opes augendo, breui prẽmijs huiusmodí beneficijsq; pellectos, omnes sibí cõciliauit atq; obnoxios reddidit. Per idem tempus Antandrij qui sub Persarum prędidio renebãtur, accersitis clàm ex Lacedæmonia copijs, ipsum prędidium urbe eijciunt, liberamq; ipsi suo iure patriam administrare pergunt. Nam Lacedæmonij de missis in Phœniciam trecẽtis nauibus, criminantes Pharnabazum, Antandri incolas armis iuncta societate defendebãt. Inter scriptores autem Thucidides Athenienſis absoluit historiam, complexus res gestas duorum & uiginti annorum octo uoluminibus, uel ut nonnullis diuidere placet, nouẽ: Xenophon uerò deinde & Theopompus ubi à Thucydide dimissum, inde initium scribẽdi sumpsere sibi, atq; à Xenophonte octo tempora annorum & quadraginta traduntur. Theopompus uerò rebus Gręcię decem & septem annis percursis finem scribendi fecit ad pugnam naualem apud Cnidum commissa, quæ omnia duodecim commendauit uoluminibus. Res igitur Gręciæ atq; Asiæ eò ad ductę uertebantur. Cęterum Rom. aduersus Aequos bello suscepto, magnis copijs eorum agrum inuasere, castrisq; ad urbẽ nomine Bolasum positis, eam expugnarunt. Rebus eius anni unà cum eò excursis, Athenis Glaucippus prę ficitur, Romæ Consules creati M Corneliusi & L. Phurius. Ea tempestate Aegestani in Sicilia cum societatẽ olim cum Athenienſibus aduersus Syracusios

Alcibiadem à criminibus absoluunt Athenienses.

iunxissent

iunxissent, eo bello pacato, magna sollicitudine pauoreq; agitabantur. Expectabant enim (quod utiq; par esse uidebatur) uti ad luenda uocarentur ea quæ contra Siculos delicta commisissent, atq; Selinũtijs secum iam pridem de finibus ambiguis agri certantibus, ultrò cessere, ueriti ne per eam occasionem Syracusij susceptа simul cum Selinuntijs aduersum se bellandi causa, patriã ipsorum euertere funditus adorirentur. Pòst ubi à Selinuntijs nimis auarè insolenterq; agi rem conspexere, ut pręter agrum ex ambiguo sibi concessum, magnũ quoq; finitimi certiq; iuris auferre sibi usurpareq; adorirentur, legatos Carthaginem mittunt, postulatum auxilia contra uim iniuriasq; finitimorum, quicq; polliceantur urbem pro ea gratia in eorum ius ditionémque sese dedituram. Legati remigijs Carthaginem peruecti, senatuique ac populo mandata quæ tulerant, exponũt. Quibus auditis, haud mediocriter ambigere, uariâque meditari Carthaginenses: hinc ad occupandam rebus suis urbem summè idoneã prono animo inclinari: illinc opibus deterreri Syracusiorum, quos recenti bello uidebant magna clade Athenienſium afflictasse opes, ac propè strauisse. Inter uarias sententias ambigua re, tandem uicit urbis occupandæ libido, responsumq; legatis, se quę postularent auxilia missuros: ad quam rem ita disponendam, ubi res poscęret, bellum gerere parati, Hannibalem ducem creant, ea tẽpestate secundum leges regnantẽ. Hic nepos erat Amilcaris eius, qui cum Gelone bellum gesserat, quem supra memorauimus apud Himeram cum magna copiarum manu cecidisse. Gelonis uerò filius, quem populus ob rem à patre male gestam patria expulerat, exul apud Selinuntios uitam traduxerat. Hãnibal igitur alioquin Græco nomini natura infensus, simul cupiens maiorum suorum ignominiam contumeliamq; sua uirtute aboleri, multa indies meditari, summisque eniti uiribus, ut opera ductúque suo res aliqua patriæ grata felixq; patraretur. Considerata igitur Selinuntiorum contumelia & iniuria, quibus haud satis fuisset cędẽtibus, ultro Aegestanis id agri accepisse, pro cuius iure ambiguo prius dimicaretur, legatos cum Aegestanis mittit ad Syracusios, ueluti per modestiam reijciens ad eos, ad quos magis spectare uideretur, eius rei cognitionem, uerbísque ut erat ad simulandum prompto ingenio fictis, æquũ bonúmque præ se ferens, re uerò ipsa id fore ratus, & Selinuntios id iudicium recusaturos: & ob eam causam Syracusios per indignationem ab eorum societate discessuros. A Selinuntijs legati quoq; missi ad repellendum iudicium: ubi multa cum legatis Carthaginensium & Aegestanorũ, nunc disceptando, nũc refellendo, nonnulla quoque contradicendo, respondissent: tãdem Syracusijs optimum uisum est rem ita decerni, ut & cum Selinuntijs societatem, & cum Carthaginensibus pacem retinere liceret. Reuersis legatis Carthaginenses Libyarum quinque millia, Campanos octingentos Aegestanis misere subsidio, quos à Chalcidensibus in bello contra Syracusas mercede conductos Athenienses acceperant. Hi post exercitus Athenienſis stragem cum discessissent, neminem habebant à quo conducerentur. Quibus conductis Carthaginenses singulis equos publica pecunia emptos, distribuere: tum stipendij quod satis esset, in capita dato, ad urbem Aegestam traiecere. Tum uerò Selinuntiorum opes admodum excreuerant, atque urbs ciuium uigebat ingenti frequentia. Confisi itaque tum opum ui, tum numero populi, cõtemptui Aegestanos habere, primúmque agmine facto, finitimum inuadẽtes agrum, passim depopulari omnia, copijs hostem multo superantes, inde crescente successibus audacia, efferatisque magis animis in hostem, ut uidebatur, timiditate contrà prodite non audentem, nihil iam reformidare, latéque per uniuersam dispersi regionem rapinis insistere, securi periculi. Duces itaque Aegestanorũ perspecta hostis temeritate quęcũque intẽtius tenderent itinera, obseruare intẽtius studẽt, atque unà cũ Carthaginẽsib. & Cãpanis instructi, ubi prima occasio oblata est repẽtè irruptione facta, improuisos adoriunt: quos tã inopino turbatos insultu, prius

Aegestanis auxiliũ decernunt Carthaginenses.

Hãnibal Carthaginensium dux.

tu, prius penè fudére & consistere ordines, manusq; conserere dareť. Cæsi ad 1000. milites, præda extorta atq; recepta omnis, insuper spolijs potiti sunt. Illico post eam pugnã legati Syracusas à Selinuntijs mittunť, ab Aegestanis Carthaginem utrinq; imploratũ auxilium, quibus ab utroq; diuersis populo, ut q pro sua quisq; tutanda parte dimicaturi essent, auxilia decreta sunt, atq; ita bellum Carthaginense talibus orsis accẽsum exarsit. Igit prospecta belli surgẽtis Carthaginẽses magnitudine & mole, Hannibali duci curã potestatemq; permittũt undiq; cogẽdi quantũ satis ad id uideret exercitus, atq; reliqua ad usum cuncta diligentissimè ac quàm raptissimè parare maturaret, mandant, ea iam æstate proximáque hyeme, magnæ ex Hiberia mercenariorum nominisque externi militum copiæ conscriptæ ab Hannibale, coactęq; habebantur, nec paruus ciuium numerus in expeditionem delectus, tum passim per Libyam circumferri, singulas quasque adeundo urbes, inde fortissmos quosque deligere, mox ad naues ędificandas studia conuertere pergit, iam destinato certus consilio, ubi uerna temperies spirare cœpisset, copias in expeditionem trajicere. Dum hæc circa res Siculas uerterentur, in Græcia Dorieus Rhodius triremium Italicarum prætor, simul ac Rhodi tumultum iam excitum se satis confirmasse uidet, inde se soluens in Hellespontum citatis remigijs contendit, properans cum Mindaro iungi quàm citissimè, qui apud Abydum commoratus, cogere undiq; festinabat maritimas uires, nauésque Peloponnesiaci nominis socias. iamq; peruecto ad Sigium Troadis Dorieo, qui apud Sestum in stationibus erant Athenienses, itinere & cursu eius explorato, ubi tempus adesse uident, repentè in ipsum feruntur cum uniuersa classe nauium quatuor & septuaginta. Cęterum Dorieus nihil explorata re, per aliquantum tempus cum quid pararetur prorsus insçius esset, per altum securus elatusq; cursum tẽdebat. Vbi uerò quanta in se classis iam iam proximè instans irrueret, resciuit, animo prostrato, nusquam in tanta trepidationis angustia aliam sibi salutis uiam cernens confugit in Dardanum, confestímque militibus expositis, accito quod oppidum custodiebat præsidio, telorum cuiuscunque generis magnam uim citissimè afferri iubet: instructis omnibus, alios in proris statuit, partem per littus oportunè dispositi. At Athenienses summa cum celeritate fugientes insectati, dissipare atque auellere naues à littore, multitudinèque circumfusi undique, hostem conantur acerrimè resistentem, circumsistendo expugnare.

Aegestani Selinuntios fundunt.

Athenięsium cum Lacedæmonijs prælių nauale.

Quæ simul ac Mindaro cognita fuêre, nihil moratus, uniuersam ab Abydo classem educit, atque quatuor & octoginta nauibus instructis Dardanum uersus quàm citissime contendit, Dorieo in arduum laboranti, daturus auxilium. Aderant quoque pedestres Pharnabazi copiæ Lacedæmonias partes adiuuãtes. Vbi classes inuicem propinquiores esse cœperunt, ad instruendam utrinque aciem duces se comparant. Mindarus septem & nonaginta nauib. ductis, in sinistro cornu statuit Syracusios, dextrum sibi sumit ducendum. In parte Athenienśium dextrum cornu Thrasybulo datum, reliquo Thrasyllus præficitur. Vtriusque agmine dispositio, mox duces utriusque certaminis signa cani iubent, repentè ad solum nutum intenti tubicinæ, dira militibus conligendi initia, tubis insonuere, nec mora ad sonitum remiges excíti, totis uiribus incumbere, gubernatores item gubernaculis solerter uti: inde atrox certamen, atque horribilis sæuire conflictus, cunctáque passim cuique in periculum discrimenque trahi. Vbi nanque triremes aduersis rostris ad feriendum in se directis irruere aduertissent, eodem illico temporis momento, naue sua tempestiue, uti erant expertissimi, in proram obuersa, impetus ictũsque irruentis hostis excipiebant in rostra, ibiq; simul operæprecium erat tum cernere milites breuibus uaria cura exagitari momẽtis: nã ratẽ suam cernẽtes hosti prębere latus, intẽto in eam rostro ruẽti, nec iam ꝓcul adeò ab ictu abesse, ut incũbẽs periculũ euitari posse sperarẽt, extremo pauore percussi ꝓpè diffidere, summaq;

trepidatione

trepidatione pro sua quisq; salute, ueluti in extremum adducta discrimen solli citi esse, simul uerò ac nautarum peritia tantum impetum repentè euitatũ con spiciebant, rursus cum lętitia & clamoribus in spem reuocati resistere. Sed nec illos interea, qui pugnam euocabant per tabulata dispositi, frustra dimicandi studia uacuos agebant. Sed alij ex remoto procul interuallo telis hostem petẽtes assiduè feriendo persistere, alias ac super inde alias nihil intermittendo sagittas cõijcere, ita breui loca petita densissimis confict a spiculis horrescere. fæuior alios agebat audacia, qui sensim re speculata assiduè hosti propius subeũtes, ubi iuxta steterant, lanceis milites simul confertos, transuerberare: nonnulli in gubernatores ipsos acrius infensiusq; irruere. Sic ubi fortè naues inter se concursu obnixe altera alteram, ueluti ad singnlare certamen prouocasset, uel quocunque belli casu collatis signis intentius inter se dimicare perstitissent, hostis ibi quisq; uir uirum impetere, tum ex procursu & porrectioribus armamentis innixi, saltu in hostiles triremes sese conijcere, medijsq; in hostibus ex cepti cominus rem gladijs gerendo periclitari, cæde feruescere, cruentaríque omnia cerneres, uictoribus hinc uario ingentíque clamore exultantibus. Per multum itaque tempus ancipiti periculo tractum certamen in horas magis re crudescere pertinaci dimicantium ferocitate, & obtinendi furore, donec Alcibiades, qui fortè in Hellespõtum tendebat, cum uiginti nauibus per altum nauigans, in utriusque aciei conspectum uenit, quæ tum procul conspectæ, res inopinata cunctis auxilij aduenientes spem utrisque fecerunt. inde maiori fiducia persistere, promptioribúsque animis, & audacia, & ferociores per pericula ferri. mox ubi iam propius appulsa classe Lacedæmonijs nullum inde signum proferretur, Athenienſibus contra Alcibiades ex rate sua puniceum alte signum extulisset, quod inter eos constitutum erat, consternatis repente animis Lacedæmonij diffidere, simúlque in fugam uerti cœpere. At Athenienſis manus iam superior elatis successu animis, quàm citissime cursu fugientem hostem pergunt insectari, confestímque assecuti, decem in ipsa fuga nauibus captis potiuntur. Exorta deinde ingenti tempestate, uentis uiolento flatu cuncta disiectantibus, haud iam facilè insectando cursum tenere poterant: nauigia namque fluctuum impulsu in diuersa rapta uariéque exagitata iam nihil parere gubernaculis, nec nautarum artibus ullis regi poterant, irritáque rostrorum uulnera reddebãtur, nauibus perculsis facilè ad ictum impulsum que fluctuando cedentibus. Postremò Lacedæmonij in siccum delati, profugere ad Pharnabazi copias, nec uerò Athenienſibus ulla mora fuit, sed nauigia ad littus relicta auellere inde abducereque adorti summis uiribus id cõsequi moliebantur: uerùm ab exercitu Persico reiecti, cœptóque potiri prohibiti: inde Sestum uersus abnauigant. Nam Pharnabazus cupiens Lacedæmonijs eo cuius insimulabatur se crimine innoxium insontemque ostendere, studiosius ferociúsque contra Athenienſes dimicauit: tum de trecentis nauibus in Phœniciam redire iussis, id ab se factum dixit, quòd accepisset ab Arabum rege, simul cum Aegyptiorum rege consilia inita de adorienda Phœnicia, insidiasq; & uim parari gentibus illis. Nauali pugna euentu tali confecta, classis Athenienſis obtenebrante iam nocte, in Sestum appellitur. Exorta die nauigia subducenda curant, ac priori trophæo alterum rursus iuxta extructum, adiecere. Cæterum Mindarus noctu circa primam uigiliam in Abydum concessit, tum naues prælio afflictas reficere properat, simul ad Lacedæmonios postulatum mittit pedestres copias, & nautica supplementa. Decreuerat enim, dum quæ ad instruendum classem essent necessaria pararentur, interim pedestribus copijs cum Pharnabazo socias Atheniẽsium per Asiã urbes oppugnare. Cholcidenses uerò reliquiq; fermè omnes qui Eubœam incolebant, Athenienſibus rebellauerant: atque idcirco magna agebantur sollicitudine, ueriti ne fortè qui insulam incolerent, ab Athenienſibus iam maris dominis expu-

Lacedæmoniorum fuga

Euripus obstruitur.

gnarentur. Igitur postulare à Bœotijs uti communi opera atq; ope ducere Euripo aggerem uellent, & ita solum solo connectere, uti Eubœa Bœotiæ continuaretur. Asserere postulatis Bœotij, quòd id maximè rebus suis cõducere cernerent, ut reliquis gentibus Eubœa insulæ spem præferret, sibi uerò coherens pro continentis parte haberetur, unde urbes omnes eius aggeris educendi ingens libido concitauit, atq; inter se studijs accensis ad opus maturandum contendebant. Nam non ciuibus modo edictum erat, ut copijs omnibus ad operam exirent, uerùm cõuenas, inquilinos, alienigenas, aduenas omnes eadem edicta urgebant. Ita multitudine operariorum studióque omnium cœptum opus breui perficitur. In Eubœa igitur ex Chalcide ceptus agger duci, in Bœotia uerò ex loco Aulidi proximo. Ad ea nanq; loca maris interluuies quàm angustissima superabat utraq;. Antea quidem per eum locum perpetuus ponti profluxus rapiebatur, crebrę́q; fiebant fluctuum reciprocationes. Tum uerò multo rapaciore ferebatur unda profluens impetu, utpote potẽtiore conatu, uiolentiusq; irrumpente per angustissimas fauces pelagi exæstuantis illuuie. Nam quantum carinæ satis esset ad interuagandum, nihil amplius patebat fluctibus intercursus. In utriq; extremis molibus turres excelsas extruere, quarũ media interstitia ligneis pontibus iunxerunt. Cęterum Theramenes ab Athenienſibus eò missus cum triginta nauibus, initiũ quidẽ adortus prohibere opifices, opusq; impedire, multa necquicquam conari. Nam uiribus militum prę fidijq; astantis his qui operi incumbebant, defendentisq; multitudinem uarijs laborum munerib. occupatam, repulsus, ab incepto destitit, atq; inde remigio in insulam contendit. Cęterùm ne prorsus cuncta frustratus uideretur in ea expeditione, statuit ciues socios q; à militum suorum stipendio uectigalibusq; leuare. Depopulatus igitur hostium agrum omnem, ingentem inde prędam cõtraxit. Vrbes pręterea socias perlustrans, si quos ibi rerum nouatores deprehẽdisset, pecunia mulctatos cohibuit. Postea parum deuectus, urbẽ comperiens optimatum paucorumq; imperio gubernari, euersis rebus omnibus ius omne reiq; publicæ potestatem ad populi arbitrium libertatemq; reuocauit: eis uerò qui priorem paucorum statum attigerant, ingentem pecuniam imperauit. Per

Corcyrensis seditio.

idem tempus Corcyrę sęua seditio exorta est cum miserabili immẽsaq; eius urbis ciuium cęde, quam multis quoq; alijs causijs, tum uerò maximè populi inter se simultatib. & intestinis odijs excitatam ferunt. In nulla nanq; urbe usquã compertum est tantam tamq; horrẽdam sanguinis ciuilis effusionem patratã, neq; maiorem ullo in loco, maioriq; exæstuantem rabie contẽtionem desęuisse pręcipiti in perniciem & cladem iracundiæ furore. Nam ante eam seditionẽ mutuis odijs interijsse circiter mille & quingentos memoriæ proditũ est, eosq; omnes ciuium urbisq; optimates. Huic tam miserandæ cladi aliam super adiecit fortunæ calamitatem, eorum grauius exacerbando discordias. Qui dignitate præstabant inter eos, ad statum paucorum optimatumq; aspirantes, Lacedęmoniorum partes studebant. At populos turba, societatem Athenienſium cõplectebatur. nam diuersis agebãtur illi conditionibus & statutis populi, quib. erat de imperio dimicatio. à Lacedęmonijs optimates primoresq; urbiũ sociarum magistratibus gerendis, & administrationi reipublicę pręficiebant. Athenienses contra iura populi statumq; popularem urbi constituebant. Corcyrẽses itaq; cernentes nobilitatem primoresq; iam paratos ad tradendam in Lacedæmoniorũ manus urbem, præsidia copiasq; ab Athenienſib. accersunt ad rerum suarum defensionem. Conon itaq; prętor Athenienſium Corcyrã adnauigans, sexcẽtos ibi Messenios ex Naupacto ductos, præsidio reliquit, ipse cũ nauibus præteruectus in anchoris se constituit ad Iunonis templum. At sexcenti Messenij unà cum popularibus instructi, eos qui Lacedæmonijs adhæserant, inuadunt, ac repentè concursu in forum facto, alios capiunt, nonnullos obuios obtrũcant, supra mille urbe eijciunt, tũ ueriti numerũ potentiamq; &

uires

& uxores expulsorum, seruis libertatem dant, aduenas inquilinos in ciuitatem nomenq; ciuium transcribunt. Expulsi uerò confugiunt in continentem è regione sitam. Post aliquot dies nonnulli ex his qui erant in urbe partes exulum fouentes, forum ui occupant, accersitisq; exulibus intra urbem, de summa rerũ cum aduersis dimicarent: tandem noctis interuentu repressi, ad pacta fœdera que deueniunt. ita contentione pacata, munere communi rẽpub. administrare cœperunt. Fugatio igitur Corcyræ facta euentu tali conciliata constitit. Dũ hæc geruntur, Archelaus Macedonum rex Pydnæis imperium detrectantib. bellum intulit, atque ingenti exercitu eo ducto circumsedit urbem: cui tum quoque Theramenes erat auxilio aduecta eò classe, qui cum diutius trahi cerneret obsidionem, adnauigat in Thraciam ad Thrasybulum, penes quem totius erat classis imperium. At Archelaus Pydnam pertinacius arctiúsque obsidionem urgens, in potestatem demum redegit: quam mox procul à mari stadijs ad uiginti transædificari statuit. Mindarus uerò extrema iam hyeme, quot triremes undique potest congregat, cui multæ ex Peloponneso missæ uenerunt, itidémque ex reliquis socijs Athenienſium uerò duces qui apud Sestum in statione erant, audita magnitudine classis ab hostibus coactę, sollicitudo patrióque haud modicus uexare cœpit, ueritos ne fortè cum toto simul agmine triremium hostis eos inuadẽs, nauigia eriperet: ita deductis quas in Sesto subductas habebant nauibus, ipsi Cherronesum circumnauigant, atque in partes Arcaddiam uergentes, se constituunt in anchoris, simúlque in Thraciam triremes quasdam ad Thrasybulum Theramenẽmque dimittunt, orantes ut quàm raptissime cum classe ad se traijciant. accersiuerunt præterea Alcibiadem ex Lesbo cum illis quas ductabat nauibus. Ita breui classis uniuersa in unum undique locum contracta stetit, maturantibus ducibus, ac sese ad belli fortunam experiẽdam, ad decernẽdúmque cum hoste de summa rerum comparatibus. Mindarus interea classis Lacedęmonię prætor, traiectis in Cyzicum nauibus, cópiasomnes exponit, urbémque castris circumdant. Eodem accesserat Pharnabazus cum ingenti exercitu, qui cum unà Mindarus oppugnãs urbem, per uim capit: ducibus autem Athenienſium uisum fuit Cyzicum adnauigare. Cũ uniuersa igitur classe soluẽtes, circũnauigata Cherroneſo, primum in Eleunta perueniunt. Post hæc moliti sunt urbe Abyenorum noctu clam transmissa præteruehi, ne nauium suarũ numerus hostibus compertus haberetur. Vbi in Prœconesum uentum est, noctem ibidem commorati: postea luce milites nauales in agrũ Cyzicenum transportant, Chęreæq; eorum duci mandant, uti copias ad urbem agat. tum classe ab ipsis in tres partes distributa, uni præficitur Alcibiades, alteri Theramenes, tertiam ductauit Thrasybulus. Alcibiades igitur cum agmine suo multo ante alios enauigat, maturans ex composito prius ad pugnam lacessere. Cæterum à Theramene & Thrasybulo summa contendebatur arte, studiáque omnia ad circumsistendum hostem ferebantur, & prohibendum intercipiendúmque his qui longius enauigassent receptũ in urbem. Mindarus uerò solus Alcibiadis naues procul aspectans, ea paucitate contempta, fraudis ignarus, succedentisque per insidias multitudinis, octoginta nauibus haud cunctanter urbe eductis, obuiam instructo properat. Vbi iam propius Alcibiadi accessisset, Athenienses ueluti fuerant antea admoniti, conuerso cursu fugam simulare: Lacedæmonij lætitia efferi, ac ueluti iam uictoriæ certi, uiribus obnixis fugientes insectari. mox ubi procul ab urbe satis abductos cernit, Alcibiades suis signum statutum ex naui sua dat. Quo in spectо repente illi uno fermè momento contempta fuga, conuersis omnes in hostem proris contra infensi obsistere. Theramenes interim cum Thrasybulo penitus succedendo, hostis impetum cohibere, cursum'que urbem uersus tendere. tum Mindarus socijq; cõspecta iam classis accedẽtis magnitudine, se in fraudẽm tractos, insidijsq; circumuentos cognoscẽtes, trepidi pauore ingenti

Archelaus Macedo Pydnæis bellũ infert.

Mindarus Cyzicum capit.

Athenięsium aduersus Lacedæmonios pugna nauali & uictoria.

ti circumfundi cœperunt. Poſtremò Athenienſibus iam undiq; circumfluentibus, cum cernerent omnia occupaſſe hoſtem, intercluſumq; ſibi receptum ad urbem, Mindarus coactus eſt cum ſocijs ea ora relicta cõfugere ad Cleros, ubi Pharnabazus copias in ſtationibus habebat. At Alcibiades haud cunctãter inſtare fugientibus, alias ipſo colliſas incurſu, nonnullas roſtris transfoſſas in poteſtatem redigere, tum pleraq; terris iam appulſas, anchorisq; firmatas offendens iuncis manibusq; ferreis iniectis auellere à littore moliri, pedeſtribus copijs auxilio ſubeuntibus, acerrimeq; obſiſtentibus, ultrò citroue creberrimi cadere, quippe Athenienſibus elatione uictoriæ audacius quàm cautius dimicantibus, Lacedæmonijs uerò multitudine ſuperantibus: nam à Pharnabazi exercitu aſſiduè agmini Laconico ſubſidia ſuccurrebant, qui ex terræ ſolo dimicantes ſtationi certiori innitebãtur. Quod ſimul ac Thraſybulo animaduerſum fuit, pedeſtribus copijs uires hoſtibus ſuffici, reliquam illico militum manum exponit in littus, mãdatq; ut quàm raptiſsimè Alcibiadi ſuccurrant. Theronem quoq; iuſſerat, ut aſſumptis ad ſuos his, quos Chares ductabat, ſine ulla prorſus mora ad pedeſtre certamen properaret. Interim dum hæc ab Athenienſibus maturantur, Mindaro Lacedæmoniorum prætori graue admodum cum Alcibiade pro tutandis nauibus certamen gerebatur. Mam Clearchum Spartanum cum parte copiarum contra Thraſybulum miſerat, cui mercenarios quoq; à Pharnabazo acceptos tradiderat. Thraſybulus educto militum nauticorum agmine cum ſagittariorum manu inſtructus, primum irrumpentis hoſtis impetum conſtantes ſuſtinuit, ac multos necauit, nec ſuorum interea paucos cadentes cernere cogebatur, iámque à mercenarijs Pharnabazi militibus Athenienſes undique multitudine circumuecti obſeſsique in medium premebantur, quum repentè Theramenis acies aduentans apparuit: qua procul conſpecta Thraſybuli milites iam propè debellati, atq; in deſperationem ſalutis adducti, rurſus repentina tam inſperati, támque tempeſtiui auxilij ſpe reuocare animos uirtutẽmque reſumere. Redintegrata pugna, cum diu atroci dimicatũ eſſet, à mercenarijs primis Pharnabazi fieri fuga cœpit, exinde poſt aſſiduè diſcindi, magisq; ac magis diſturbari ordines, totaque fluctuare acies. Poſtremò reliquis fuga abreptis, Peloponneſij cum Clearcho deſtituti, multis iam illatis acceptisq; uulneribus, multisq; cæſis, hoſtium recenti agmine loco pelluntur. His iam deuictis fugatisq;, Theramenes cum ſuis agmine facto ad Alcibiadem irrumpit, militibus eius extremum periclitãtibus auxilio procurrens, coactis iam Athenienſium copijs atque in unum locum inſtructis, Mindarum haud quaquam terruit Theramenis aduentus, ſed Peloponneſijs in duas partes diuiſis, alteram agmini tum aduentanti opponit, reliquam ipſe ſumens, multa fortiter hortatus, multaq; orando unumquenque obteſtatus ne quicquam dedecoris in dignitatem Spartani nominis, maieſtatemq; patrię paterentur per ſe admitti, pedeſtri certamine cum Alcibiade congredi ac dimicare conſtantiſsimè pergit, conſertaq; pro nauibus heroica pugna, ipſe ante omnes in prima acie fortiſsime certans, multos obuios obtruncat. Poſtremò retẽta pro patriæ dignitate pugnando, conſtantia fortitudinisq; atteſtatione multa periclitatus, à militibus Alcibiadis interficitur. hoc proſtrato, Peloponneſij ſocijq; omnes in unum coguntur, conſternatisq; pauore animis prætore amiſſo, in fugam uertũtur, Athenienſes hoſtem fugientem per ſpacium haud magnum inſectantur, audito enim Pharnabazum cum magno equitatu propere accurrere, ab inſectatione compreſsi, ad naues conuertuntur, urbeq; recepta, duo utriq; uictoriæ trophęa erexere, alterum naualis pugnæ, in inſula Polydoro appellata: alterũ pedeſtris certaminis, ubi primã hoſtiũ fugã fecerãt. At Peloponneſij, quiq; in urbis preſidio ſteterãt, quiq; euaſerãt ex pugna, ad ſtationẽ Pharnabazi cõfugiunt. Athenienſium duces cũctis potiti nauib. magnã captiuorũ turbã abduxere, atq; innumerã coẽgerũt manubiarũ ſpoliorũq; multitudinem

dinem, quippe qui duos tantos exercitus prostrauissent. Nunciata Athenis uictoria, populus qui cladibus superioribus in rerum penè desperationem ceciderat, mutatam præter spem omnium ciuitatis fortunam cernens, gestire successu, efferriq; animis ad insperatas (ut fit) fauētis fortunæ uices, tum sacra diis passim per urbem parari, aras ubiq; incendi, cœtus ubiq; læti, cuncta per conuentus lætitiæ genera frequentari, tum ad bellum prosequendum mille fortissimi ciues delecti, equites cētum, ad hæc triginta triremes ad Alcibiadem missæ, quo iam maris imperio potiti, urbes Lacedæmoniorū socias tutius ualeant grauisq; depopulationib. incessere. Parte alia Lacedæmonij audita ad Cyzicū suorū strage, legatos Athenas mittūt p pace cōponēda, cuius legationis princeps fuit Endius, potestate sibi rei trāsigendæ p magistratus tradita. Profectus breuiter & Laconice disseruit: idcirco uerba illius uiri prætermittēda nō cēsui.

Oratio Endij Laconis ad Athenienses pro pace.

Volumus pacem uobiscum agere uiri Athenienses, ita ut quas habemus urbes utiq; teneamus, castella ab alterutris, præsidiaq; dissolui: captiuos hoc pacto redimi, ut pro singulis Athenien sibus Lacones singulus recipiamus. nec enim nescimus bellum utrisque esse pernicioſum, uerùm multo pernicioſius uobis quod (uerbis meis tantisper prætermissis) exrebus ipsis discite. Nos quidem uniuersum Peloponnesum culturis exercemus, uos paruam Atticæ portionem. bellum ipsum multos Laconibus socios conciliauit, Atheniensibus tot desunt, quot accedunt hostibus. nobis item opulentissimus orbis terrarum. Rex stipendia in bellum suppeditat: uobis contrà tenuissimè gentium omnium: quo fit ut nostri ob magnitudinem stipendiorum promptissimè in militiam proficiscantur: uestri contributiones ex fortunis quisq; suis impendere coacti, simul & labores & impensas effugere studeant. Nos præterea per cōfligentes nauigijs magis ciuilibus quàm ciuibus illic periclitamur: uos plurimum ciuium numerum per naues habetis: & quod maximum est, si fortè nos in rebus nauticis pelagoq; uincimur, at in terra confessum haud ambiguum tenemus imperium: neque enim Spartanus pedes fugere nouit. Vos non utique pro maris imperio, sed pro summa statúque rerum solliciti dimicatis. Restat mihi ut uobis ostendā qui tantis ac talibus præsidijs superiores sumus, nihilominus pacem oratum ueniamus. Haud equidem Spartam assueuerim bello iuuari, uerùm minus lædi quàm Athenienses: extremæ nanq; est socordiæ boni consulere infortunium, quia tibi sit commune cum hostibus, cum liceat omnino abesse ab infortunio. Neque enim tantam cuipiam clades hostiū lætitiam affert, quantum excitant mœrorem suorum infortunia. nec harum solum rerum gratia solui bellum postulamus, sed patrijs quoq; institutis ducti, pacem semper bello præferimus: percipientes nāq; per bellicas contentiones multa grauiaq; mala committi, nostra interesse duximus, diis hominibusq; cūctis palàm per nos fieri, huiusmodi malorum minimas omnium in nobis esse causas. Hęc & huiusmodi disserēte Lacone, modestissimi Atheniēsium ad pacem inclinabāt. Cęterū qui bellis assueuerāt, qui idē populārib. tumultib. suas opes sustētabāt, bellū fremere omnes, quā sentētiam secutus cōprobauit Cleophon, cui tum maxima habebat apud populū authoritas & gratia, hic in concionē progressus, cum multa ad rem propositā cōmodè elegāterq; disseruisset populum in superbiam & elationem euexit, rerum magnitudinem prosperè gestarum commemorando, perinde ac si fortuna iam deinceps oblita sui rerū uicissitudinis, belliq; successus uariè commutare nesciret. Ita adductos paruo cōsilio Athenienses, tum demum frustra pœnituit, quum nulli prorsus ipsum pœnituisse usui esse potuit, adulamentisq; & cōpositis ad gratiam sermonib: pellecti, adeò ex summo ppè rerū fastigio corruere, ut nunq; post amplius affli ctis resumere uires, priscāq; uēdicare dignitatē licuerit. Verū hæc quæ postea gesta fuere, cum tēpus suum locusq; narrādi idoneus se obtulerit, satis explicabunt. Ea uerò tēpestate Atheniēses in superbiā elati, plurimū spei ac fiducię in Alcibiadis fortuna prudētiaq; positā habebāt, arbitrati, si res Alcibiadis ducis

Athenienses pacē temerè repudiant.

auspicijs

auſpicijs gereretur, ſe breui imperio potituros. Geſtis eius anni peractis, apud Athenienſes adijt magiſtratum Diocles, Romæ cõſulatum geſſere Q. Fabius, & C. Phurius. Eorum tẽporibus Hannibal Carthaginenſium imperator coactis quos ex Hiberia aduenas acciuerat, quóſq; ex Libya conſcripſerat militibus, ſexaginta naues lõgas compleuit. Parauerat prẽterea naues onerarias ad mille quingentas, in quas & copias impoſuit, & inſtrumenta ad expugnationem neceſſaria, telaq; cuiuſq; generis, reliquumq; apparatum rerum omnium tum traiecto cum claſſe Lybico ponto, ad extremas Siciliæ oras applicat, qua Lylibæum promontorium è regione Libyam uerſus ſpectat. Quo tẽpore non nulli Selinuntiorũ equites, tum fortè uagãtes, cõſpecta claſsis appellentis magnitudine, repẽte pauefacti ad acies euolãt, trepidaq; ſollicitudine nũciant, ad eſſe hoſtes innumera nauiũ claſſe. Selinũtij per tabellarios extẽplo emiſſos, rẽ Syracuſijs ſignificãt, auxiliumq; implorãt. Hãnibal interea claſſe appulſa, milites exponit, primaq; caſtra ad puteum poſita ſiſtit, cui ea tẽpeſtate Lilibẽo nomen erat, poſtea uerò multis ſæculis condito apud eum oppido, occaſione oppidi cognominãdi prẽbuit. Erãt autẽ Hãnibali in ea expeditione (ueluti Ephorus tradit) peditum ad 20000. equitum ad 4000 Scriptũ à Timẽo cõperi paulo 10000. plures fuiſſe. naues intra ſinum circa Motyem tractas ſubduxit, ut ea re Syracuſijs occaſio penitus adimeretur aliquid de ſe mali hoſtilis apparatus ſuſpicandi, ne uererí poſſent ſe, qui nauigiorum facultatem ſibimet ſponte ſubtraxiſſet, eis bellum moturum, ſeu Syracuſas ui nautica inuaſurum, mox aſſumptis ab Aegeſtanis militibus, & ab alijs ſocijs, relicto Lilibæo, Selinuntios uerſus iter tendit. Vbi ad flumen Mazar peruenit, forum rerum uenalium, quod iuxta haud procul urbe ſitum erat, inſultu primo per tranſitum cœpit. Poſt ad motis urbi caſtris, in duas partes exercitum diſtribuit, eamq; copijs circumſtens, diſpoſitis undiq; adactiſq; machinis, omni ſtudio diligẽtiaq; crebris oppugnationibus irruptionem tentare pergit. Sex nanq; celſitudinis eximiæ turres erexit, totidemq; adeg t ferrata fronte muris arietes. Super hæc ſagittariorũ funditorumq; multitudine adnixus, oppidanos ex faſtigijs & propugnaculis murorum obſiſtere paratos, initio ſubmouit. At Selinuntij iam multis annis bello oppugnationibus ue deſueti, laborúmque eiuſmodi inexperti, qui cum Carthaginenſibus olim iuncta ſocietate ex Siculis cunctis contra Gelonem arma ſumpſiſſent, haudquaquam ſperare ſe ab his, quos beneficijs ſibi deuinctos ſciebant, intantos terrores compulſum iri, tantáſque machinarum moles admirati, hoſtiúmque multitudinem, ſollicitis pauore animis trepidare, attoniti q; circumſpicere ac formidare periculi undique irruentis atrocitatem, nec dum tamen penitus in extremam ſalutis deſperationem ceciderant, ſed ſubſidia à Syracuſijs reliquiſque ſocijs affore breui ſperãtes, concurſu ad mœnia undique ex tota urbe facto, ſuccedẽtem hoſtem, atque irrumpere conantem prohibere ac repellere parant. Nam quibus ætate iam uires adultę uigebant, tecti corpora armis, alij ad alia loca rapi, fortiter defenſuri perſiſtere, ubiq; prẽſto omnes periculis adeſſe, cuncta impigrè exequi, luſtrare feruidi ſingula, ſeniores ætate curare parare q; res omnes: ad mœnia circumlati hortari, orare iuuentutẽ ne patiant ſe manib. hoſtium captiuos trahi. Ne mulierib. quidẽ puerisq; munere uacare licebat, alij cibos, alij tela cuiuſq; generis ſuis pro muro patriaq; dimicantibus ſufficere, pudoris & uerecũdię oblitę, quam in pace intra lares tueri ſolebant: tantus à deo pauor trepidatioq; omnia confuderat, ut ad ſummum rerũ diſcrimen mulierum quoq; ſubſidia eſſent requirẽda. At Hannibal militibus urbem in prędã daturũ pollicitus, machinas propius mœnib. admouet, tũ fortiſsimis quibuſq; delectis per ſucceſsionẽ mœnium expugnationẽ adoriť. Simul ac tubę ſignum bellicum cecinere, ad primũ iuſſum uniuerſæ Carthaginenſiũ cõcitato agmine copię, clamore ſublato alij ad alia rapti loca ꝓcurrũt, arietũ cõcurſu mœnia quaſſant ab his q ex elatis turriũ ꝓpugnaculis inſiſtebãt. crebri

Hannibal copias in Sicilia deportat.

Hannibal Selinuntios obſidet.

crebris Selinuntiorum iaculis transuerberati cõcidere, quippe diuturna olim pace fruentes, cum nullam per id tempus ad muniendum mœnia curam adhibuissent, facilè detecti confodiebantur, nec tela ex turribus celsitudine superãtibus deuolantia incassum cadebant in confertam loco inferiori multitudinẽ. Procumbente demum crebris ictibus muro, Campani præsto adsunt, properantes aliquod præclarum facinus edere, & repente qua potuerãt intra urbem irrumpunt, atq; initio quodam resistentes haud magnum numerum ipso impetu deterrent. Post frequentibus auxilio undiq; conuolantibus, expelluntur cum multa sociorũ cæde. Nec dum enim murus æquate iacuerat solo: per impetum igitur irrumpendi in locum ruentes iniquum, facilè opprimebantur. Nocte superueniente intermissa est à Carthaginensibus oppugnatio. Selinũtij nihil per eam occasionem morati, equitũ impigerrimos quosq; alios Acragan, alios Gelam, partim Syracusas dimittunt, oratum ut quàm celerrimè sibi succurrere properẽt, rem iam ad extremum iam propè discrimen perductam, nec diutius ullo pacto posse uim hostium sustineri. Geloïs simul & Acragantinis consilium fuit, Syracusia præsidia expectare, ut coniunctis uiribus inuaderent Carthaginenses. Syracusij uerò audientes quo periculo oppugnationis uerteretur bello quod tum cum Chalcidensibus gerebant tantis per relicto copias undiq; ex agris contrahunt, diutiusq; in rebus apparandis & exercitus magnos cogendo immorantur, rati per obsidionem diuturnam, non uirib. & irruptione urbem rapiendã. Nocte discussa Hannibal simul ac primũ illucescere cœpit, per omnes undiq; partes uirib. adactis, oppugnationem rursus adoriri *Hannibal Selinuntios iterum oppugnat.* tur, ac muri partem quę in urbem prospexerat, quę; illi cohærebat, machinis solo æquat: aperto igit stratoq; quo murus deiectus iacebat aditu, delectissimos eò milites adducit, per subsidia successionemq; dimicãdo, Selinuntios parũ loco repellit: neq; tamen poterãt pro salute supremũ periclitãtes per uim superari. Igit multis utrinq; cæsis, à Carthaginensib. assiduè per nouos insultus turmatim integri, munere partito pugnæ succedebãt. Selinũtijs uerò defatigatis, nec qui laborem leuaret auxiliumq; ferret aderat, ita nouem dies oppugnatione protracta, cũ incredibili inuadentiũ defendẽtiumq; cõtentione pertinacib. animis accepêre multa Carthaginẽses & intulere mala. Postremò cũ manus Hiberiorum qua mœnia deiecta patuerãt iam irrũpere cœpisset, mulieres ex tectis ędificiorũ id aduertentes, planctu manuum miserisq; ululatibus, ut iam desperata re, cũcta replere. Quo clamore Selinũtij captã urbem arbitrãtes, cõsternatis animis, mœnibusq; relictis ad angustissimos uiarũ aditus sese recipiũt, ibiq; cõfertis armis stipari, uiasq; obstruere moliunt, ac per multũ tempus hostib. obsistũt. Carthaginensib. per uim irrũpere conantib. turba mulierũ impuberumq; in domorũ fastigia raptim euadẽtes, inde saxa, tegulas, & quicquid ad manus ueniisset, quod põdere aliáue quacũq; ui lęsurũ uideret in hostes præcipitare. Per multũ itaq; tẽpus insistens irruptionẽ Carthaginensis acies, haud facilè se tueri, simul ægrè repellere conantem extrema hostem, neq; circumsistere facultas ulla dabatur in angustissima loca cõstipatos, & utrinq; munitos parietib. ædificiorum, neq; æquo certamine manus conserere uexantibus assiduè multáq; procul obsistentibus illis, qui desuper è tectis impetebant. Periculi nihilominus in uesperam discrimine protracto, tela primum illos qui ex tectis pugnabant destituit. At Carthaginensibus laborãtibus integri succedebant. Postremò decrescẽte assiduis sauciatis defensorum agmine, ac labãte laborib. irremissis oppidanorum ope, contráq; maiore semper hostium numero intra urbem irruente, pellunt ex angustijs & faucib. uiarũ Selinũtij. Itaq; cum urbs caperet Græcorũ eiulatus passi exaudiri. Barbaris cõtra permixti uarie lęta uoce clamores extolli. Illos. n. incũbẽtis calamitatis moles terrebat. Hi successu elati per uictorię licẽtiã ultrò insultare uictis cũctósq; Barbarica crudelitate ad iugulũ nec cẽq; deposcere. Magna Selinũtiorũ manus in forũ ex ãgustijs sese recepit, ibiq; *Hannibal Selinuntios exsis pugnat.*

dimicando

dimicando cecidere omnes. Barbari per totam urbem alij in alia loca rapti, fortunas opesq; discurrendo per domicilia nihilq; inperscrutatum relinquendo, diripiunt, mortalium corpora ibidem deprehensa, quæ intra lares se coniecerant cum ipsis ædificijs concremant: quæ uerò per uias irruentibus obuia fuere, promiscuè nullo prorsus neq; sexus neq; ętatis discrimine habito, pueros iuxta mulieres, infantulos, senes, raptos per uim & furorem cunctos iugulant in ęquissimarum sine ulla penitus misericordia ferarum morem, mox in cadauera quoq; singula cuiq; membra mutilando, desæuire pergunt, patrio ritu furentes. Alios cernere erat, qui manus cadaueribus abscissas, totoq; circum corpori aptatas ferrent, eoq; ueluti feritatis egregiè spectaculo exultabundi, per aciē uagarentur, alij capita detruncata pilis tarisis'ue inferentes, eiusmodi signis sublimè elatis, applaudere uictoriæ. Quascunq; uerò ad aras in templa mulieres cum pignoribus confugisse comperunt, in spēm hortari eas, cōfidereq; iubēt, ac polliceri se uitæ earum parsuros. quibus solis fides idcirco salutis seruandæ data, non uticq; quòd ulla usquam immanissimā barbariem infelicissimarū misericordia tetigisset: uerùm id solum ueriti, ne desperata salute mulieres, templis incendia mitterent, atq; ita rerum sacrarum spoliatione priuarētur, prædaque & supellectile, quam ingentem undiq; eodem congestam nouerant. Tanta nāq; efferatis immanitate animimis barbaries reliqua humanitate dilcelsit, ut cum cæteris mortalibus solitum sit ne qua impietate diuinitatē numináue lædant, eorum parcere uitæ, qui confugerint ad aras, contraria Carthaginensibus ratio suaserit, hostem inuiolatum seruare, quo sacra deûm diripere tēplaq; spoliare tutior facultas daretur. Nocte iam effusa, urbs tota passim direpta uastataq; iacebat, ædificijs partim incendio, partim ruina prostratis. Locus uerò omnis fœdo, alte conuolutis simul cadaueribus, cruore fluebat. Ad sexdecim millia mortalium eo excidio cæsa, captiuorū supra quinq; millia abducta. Cæterùm Græci qui cum Carthaginensibus socijs armis militauerant, conspecta uitæ inconstantia, rerum quehumanarum uicissitudine & imbecillitate conuersam populi paulo ante felicis sortem misereri. Nam mulieres à pristina & consueta dignitate in aliam longè aduersam uitæ conditionem raptæ, inter contumelias & hostis uictoris probra pernoctare cogebantur, & tetras admodum insolitasq; uices tolerare: fuêre quæ natas proprias ætate nubili corā per uim cernerent ea pati, quæ minimè ætate sua digna uidebantur. Nam Barbari ca intemperantia neq; pueris liberis neq; uirginibus parcere sciens, per omnia flagitiorū genera crassabatur, extremisq; miseros premebat calamitatibus. Itaque fœminę quę cernebant immanitatis exempla, meditando quæ demum sibi in Libyam abductis pararetur seruitutis conditio, tum se cum liberis conspicerent per contemptum & contumeliam ęquissimis dominis obtemperare coactas, eorum'q; sibi nutus obseruandos, uocesq; audiendas immani sono, ferarum in modum frementium, deplorabant incumbentes uatis suis uiuis ærumnas, ducta'q; per singulas huiusmodi enormitates inspectione, pristinæ dignitatis memores, anima ueluti gladio quodam transfossa. perpetuo intus mœrore conflictabantur, diram'q; fortunæ impietatem suæ multis conquestibus execrari. Parentes uerò fratres'q; qui pro patria dimicando ceciderāt, perbeatos appellare, quibus nihil sua uirtute indignum spectare pati'ue contigisset. Cętetum qui ex captiuitate excidióq; euaserant Selinuntij, ad duo millia sexcenti, ad urbem Acragantem incolumes profugere, ibiq; omni humanitate excepti consistunt. Nam Acragantini annona ex publico illis constituta, per familias eos distribuére, hortati priuatos, alioquin iam promptos, ut quæ ad uitę necessitatem requiri uiderent, illis liberaliter suppeditarent. Simul dum hęc fierent, Acragantem perueniunt militum ad tria millia iuuentutis electæ, à Syracusijs auxilio properè pręmissa. Audita urbis expugnatione legatos ad Hannibalē mittunt, postulatum uti captiuos redimendi potestatem facere & ab eorū tem plis abstinere uelit. Respōsum ab Hannibale ferūt, Selinūtijs quidē, qui libertatem

tueri nequiuissent, seruitutis merito conditionē experiendam. Deos uerò Selinunte excessisse, incolis infensos. Cum autem profugi Empedionem legatū misissent, huic fortunas resq; suas Hannibal restituit. Ille nanq; Carthaginensium partes semper adiuuerat, & ante oppugnationem multa inter ciues uocifferatus fuerat, minimè Carthaginensibus esse obsistendum. Condonauit ei & cognatos, quos cum reliquis captiuos habebat, & ijs qui euaserāt Selinuntijs permisit uti uersi urbem habitarent, agrosq; ut antea colerent, pendentes Carthaginensibus inde tributum. Ipsa igitur urbs anno à sua conditione ducentesimo quadragesimo secundo, tempus illud totum frequenti populo habitata capta fuit. Cęterum Hannibal erutis circum Selinuntis mœnibus, Himerā cū omnibus copijs proficiscitur, accenso permaximè ad eam urbem euertendam animo, quòd propter eam pater eius profugus erat: auus uero Amilcar castris ad eam positis, per fallacias & artes bellicas à Gelone deletus fuerat cum exercitu, in quo centum quinquaginta militum millia ceciderāt, nec his pauciores capti in prædam seruitutemq; dati fuerant: quorum excidium properās Hannibal ulcisci, procul ab urbe militum quadraginta millia in quibusdam collib. locat, castris ibi munitis: ipse cum reliqua manu progressus, circumsedit urbē, in quibus habebat Siculorum Sicanorumq; iure sociali militum ad uiginti millia. Dispositis itaq; adactisq; machinis, mœnia pluribus simul in locis concutere molitur, ingentiq; militū multitudine fretus, per subsidiarios ordines & successionem pugnando, obsessos uexat, militibus ipsis, ueluti successu priore euecta audacia, obnixius ferociusq; insistentibus. Tum mœnia cuniculis subter eruit, subiectis ad ipsa fundamenta ligneis sustentaculis, quibus pòst ad occasionem igne succensis ac corruentibus, magna muri uno momēto pars procubuit ibi iam tum certamen atrocissimum conseri cœptum. Hos audacia simul & urbis iam patefactæ occasio ad irrumpēdum uiolentos agebat: illis pauor desperatioq; uires & ferociam incendere, quippe quibus calamitas Selinuntiorum uersaretur ante oculos, ueritis ne extremam subire miseriam cogerentur: ultimam à uirtute opem poscere. in extremam igitur necessitudinem dimicandi pro liberis parentib. uxorib. ac demū pro defensatrice altriceq; cunctorū patria, ferocissimè obsistēdo, Barbaros inde ppulsant, cōfestimq; partē muri deiectā materia rebusq; alijs obstruunt: eis nāq; ab Acragātina urbe auxilio accesserat lecta Syracusiorū iuuētus, nōnulliq; ex alijs socijs ad 4000. qs omnes Diocles Syracusius ductabat. Et tūc quidē nocte pugnā ib. uincēdi cōtētionē intercipiente, intermisere oppugnationē. Simul ac exorta dies, Himeræi nihil sibi cunctandum rati, nec per ignauiam manendum, ut ueluti Selinūtijs obtigerat includerētur, firma in muris præsidia disponunt: reliquas copias cum socijs circiter decem millia mœnibus educunt, atq; agmine facto repentè in inscios incautosq; irrumpentes, maximum Barbaris pauorem incussere, arbitrantibus ibi esse auxiliorum uim. Illi igitur longè audacia præstātes, alacriq; fiducia cohortante præcincti, & quod urgentissimum erat, una solum in ea pugna si uicissent, spe relicta salutis, primos obuiam resistentes illico obtruncant mox Barbarorum turba undiq; ad tumultum concurrere turmatim incompositęq; (neq; enim quicquam minus sperare poterant, quàm tantam obsessis tā repente incessisse audaciam) atq; ita perturbati haud mediocri clade abinstructis opprimebantur. Nam octoginta millibus hominum in unum locum concursu repentino coactis fiebat ut confusi barbari alij in alios inciderent, magisq; à seipsis quàm ab hostibus læderentur. At Himeræi scientes è muris à parentibus, liberis, coniugib, item, domesticis denicq; omnibus suam cuiusq; uirtutem spectari, patriæq; spem ultimā in manib. uiribusq; suis consistere, haud usquam uitæ parcere, corpora quisq; sua intrepidè pro cōmuni salute obijciendo. Igitur illis perstrenuè dimicantib. Barbari simul inopinæ rei admiratione, simul audacia tā insolerti perculsis consternatisq; animis in fugam uertuntur: quibus

Hannibal Himeram adoritur & oppugnat.

Carthaginensium fuga. quibus effuso cursu sine ullo prorsus ordine fugientibus, atq; ad castra, quæ in collibus constabant, ꝓperantibus, acriter expediteq; instare Himerei, terga cę dere, alter alterum ad cædem hortari, uiuum capi neminem postulare, supraq; sex millia in eo insultu cæsa, ut tradidit Timęus. ab Ephoro accepi uiginti mi lia cecidisse. Vbi uerò suos laborantes uidit, ac propè debellatos Hannibal, mi lites quos in castris integros habebat, illico in locum æquum deducit, fuisq; ꝓ fligatis, ꝓpere auxilium ferens, acie instructa hostis sine more insectantis im petum excipit, cõsertisq; manibus, dum acriter dimicari cœptum esset, Hime-

Himeræorum clades. ræorum agmen iam perturbatis ad insectandum ordinibus inconstans fundi tur fugaturq;, quorum circiter tria millia præstãter dimicando cecidere. Ea pu gna iam peracta, quinq; & uiginti triremes Himeræ applicant à Siculis millæ, quas antea Lacedæmonijs sociali iure auxilio miserant, quęq; tunc domum re dierant. Tum rumor per urbem fieri cœpit, Syracusios coactis undiq; uiribus omnibus cum sociorum quoq; ingenti manu properare ad defensionem Hi meræorum, & Hannibalem quæ in Motya subductæ cõsistant, propere dedu cere, deductasq; confestim optimis militibus complere, moxq; Syracusas in structa classe petere moliri, ut urbem defensoribus uacuam adoriatur. Qua fa ma permotus Diocles dux eorum, qui defendebat Himeram, prætoribus na uium consulit, ut quàm raptissimè Syracusas nauigent, ne cæsa iam in pugna fortissima iuuentute, contingeret fortè urbem per uim expugnari: ꝓpterea si bi tutissimum uideri urbem quàm primum deserere, & dimidiam partem trire mibus imponi, indeq; exportari quousq; extra Himeræios fines euasissent: di midiam uerò custodire dum redissent ad eos asportandos triremes. Himeren-

Himerenses triremib. plebem ex urbe dimittunt. ses ea sentẽtia audita, prostratis mœrore animis ingemiscere, sed quia quid po tius sequerentur, nihil succurrebat, assentiuntur asportationi. Triremes igitur noctu propere complentur mulieribus promiscuè pueris q;, cæteris quoq; cor poribus, quæ transportari Messanam parabantur. Interim Diocles curatis mili tibus suis, agmine toto, demptis his qui in pugna sauciati sequi nequibant, ef fertur statione portam uersus iter tendens, quo cum ꝓficiscente, multi Hime-

Himeram expugnat Hannibal. ræorum cum liberis & coniugib. egrediuntur urbe, unaq; sequi uiam pergũt, triremibus haud capere turbam ad transportandum confluentem ualentibus. Qui ad urbis defensionem relicti fuerant, in armis ꝓnoctantes consistere per muros intenti custodiæ. Simul ac lucescere cœpit, ecce uis omnis Carthaginẽ sium urbem circumsistentes, undiq; castra ponunt, mox crebris oppugnatio nibus mœnia adorti, irruptionem tẽtant. At manus præsidio relicta perpetuo certamine obnixi contra obsistere, contentiusq; nulli parcendo labori dimica re reditum nauium expectantes, atq; ea die se defendere. Postea uerò procul apparentibus per altum triremibus iam magnam muri partem machinis con cussam deiecerant hostes: qua patefacto latè aditu, cohors Hiberorum stipata intra urbem agmine facto irrumpunt: reliqua Barbarie innumera multitudo passi circumfusa undiq; adoriuntur. alij accurrentes auxilio Himeræos telis a bigere, alij mœnibus iam conscensis potiti suos eodem aduocare. Postremò capta per uim urbe, cædes à Barbaris fieri cœpta, obuios quosq;, implorantes misericordiam iugulare: nec à crudelitate cessatum, donec ab Hannibale edi ctum prodijt ut uiui deinceps caperentur. tum subito ad rapinam conuersi, in diuersa feruntur, bona reposita, opes conditæ, suppellexq; omnis extra domici lia extracta, diripiuntur. Cæterum Hannibal sacra deûm templaq; omnia spo liat, abductisq; inde qui ad aras confugerant supplicibus, incendio cuncta ua stat, urbemq; omnem solo æquat, annis quadraginta & ducentis ante id habi tatam. Tum ex captiuis mulieres & pueros per exercitum distribuens sub cu stodia teneri iussit. Viros bello captos circiter tria millia iubet omnes in eum locum abduci, ubi antea Amilcar auus suus à Gelone profligatus, perierat, ibi que uerberibus omnes cõtumelijsq; affectos iugulat. His peractis, exercitum soluit,

soluit, socios qui sibi à Sicilia stipendia fecerant in patriam quemq; suam remisit. Inter quos Campani abeuntes, grauiter Carthaginenses accusare, quòd sibi qui victoriæ illius maximè authores fuissent, haud par gratia esset habita, aut digna factis præmia data. Cæterùm Hannibal exercitu nauibus longis onerarijsq; impositò, socijsq; idonea præsidij relicta manu, nauigat à Sicilia. Post ubi Carthaginì applicuit cum multis spolijs, ex urbe tota læti omnes ob uiam properant, dextrisq; datis salutant atq; honorant, ducibusq; superioribus anteponunt, quòd breuis tẽporis expeditione, clariora cæteris omnibus facinora patrauisset. Interea Hermocrates Syracusius in Sicilia nauigat. Hic in bello aduersus Athenienses dux inter primos præclara pro patriæ salute facinora ediderat, maximoq; ciuibus suis usui fuerat, ideoq; plurimum gratia & authoritate poterat apud Syracusios. Post ea gesta, prætor creatus cũ quin que & triginta triremibus, ad Lacedæmonios auxilio sociali missus fuit. Quo tempore a contraria ciuium factione cœpit per seditionem exagitari insimulationibus. Ipse exilij damnatus, quam agebat classem in Peloponneso tradidit his, qui fuerant à populo missi successores ipse conciliata sibi iam pridem per militiam Pharnabazi amicitia Persarum Satrapæ, magnam ab eo pecuniam accepit, cum qua profectus Messanam, ibi quinq; triremes ædificat, ac mille mercede milites contraxit. Assumptis præterea Himeræis olim urbe fugatis, ad mille numero, conabatur adnauigans Syracusas ire amicorum intra suffragante studio, quo cœpto frustratus spem ipse suam, inde mediterranea iter capit, occupatoq; Selinunte, qui superfuerant excidio undiq; conuocat omnes, partem illius urbis munitionibus obstruere adoritur. Tum Selinuntios qui superfuerant excidio, undiq; conuocat omnes, multos item alios gentium diuersarum eò confluentes, intra locũ admittit. Atq; ita crescente indies aduentitiorum plebe, breui intra eas munitiones uirorum circiter sex millia roboris præcipui contraxit inde cũ copijs expeditis egressus, primo Motyæo rum depopulatur agrum: cùm egressi urbe contra manu magna confligit, uictor multor obtruncat, reliquam turbam fugientem insectatus intra mœnia compulit: mox Panormitanum inuadens agrum, excursis passim, direptisq; locis quamplurimis, ingenti præda potitur. Panormitanos cum omnibus uiribus egressos, atq; ante urbem in aciem eductos, adoritur, quorum quingentis necatis, cæteros omnes intra mœnium septa conclusos tenebat: proximè nihil moratus, agros eorum, qui ditioni Carthaginensium suberant, depopulatus omnes, ingẽti per Siculas urbes ob id facinus laude celebratus est: mox quoque Syracusiorum quamplurimi facti sui pœnitentia cœpit tangere, conspicientes talem uirum iniuria pro uirtutis suæ meritis & dignitate ex patria pro flagitioso fugatum. Quare cum crebri de eo uiro sermones per conuentus agitarentur, manifesta erat iam populi uoluntas, & studia fermè omnium ut reduceretur deposcere uidebantur. Quo Hermocrates audito, nominis sui gratiam famamq; apud Syracusios magni fieri, conciliatamq; sibi populi gratiam, sese ad reditum comparat, apprimè cognoscens insidias & studia factionis aduersæ sibi ne redeat obnixè repugnatura. Dum eo cursu res Siculæ ducerentur, in Græcia Thrasybulus ab Athenienſibus missus cum triginta nauibus, magnoq; militum numero, cum centum equitibus in Ephesum nauigat, ibiq; expositis copijs ad duo loca, oppugnationem magna ui irruptionemq; adoritur, eius urbis oppidanis contra erumpentibus, atrox pugna committitur. Instare uiribus omnibus Ephesij, hostemq; ferociter urgere, circiter quingenti eo congressu Athenienſium cecidêre, receptis confestim reliquis Thrasybulus ad naues, mox inde in Lesbum soluit. Per idem tempus duces Athenienſium, qui tum circa Cyzicum uersabantur, in Chalcedonem trajicientes, Chrysopolim Castellum condunt, ibiq; præsidij quod satis uisum est, imponunt, illisq; quos ei loco præfecerãt mandant, ut à quibuscunq; ex Ponto navigantibus

Hermocrates instaurato bello Carthaginenses in Sicilia infestat.

Thrasybulus Ephesum oppugnat.

Chrysopolim condunt Athenienses.

uigantibus illac, decimam exigerent. Post hæc diuisis inter se copijs Theramenes cum quinquaginta nauibus ad oppugnandam Chalcedonem & Byzantium relictus est. Thrasybulus in Thraciam missus, regionis eius urbes omnes sibi conciliatas in fidem accepit. Alcibiades relicto cum triginta nauibus Thrasybulo, in regionem Pharnabazo subiectam excursat, magnaq; eius communi excursu partem depopulatus, præda milites ingenti locupletat: tũ ipsi quoq; spolijs uenundatis, pecuniam inde contractam stipendij loco computant, studentes populum sumptu impensaq; leuare. At Lacedæmonij certiores facti classem Atheniensem cum copijs omnibus in Hellespontum traiectam uersari, exercitum Pylum uersus ducunt, quam Messenij præsidio tenebant: per mare quidem nauibus undecim, quarum quinq; à Siculis acceserant eorum ciuibus armatæ: Pedestris uerò agminis idoneo satis ad id numero. Castris itaq; Castello circumundiq; positis, terra mariq; obsident locum: quod simul ac Atheniensis populus resciuit, obsessis auxilio misere triginta naues cum duce Anyto Anthemionis filio, qui nauibus euectus, cum quibusdam procellis contra aduersantibus Maleani superare nequiret, Athenas rediit. Quo facto, populus commotus, proditionis eum insimulare, diemq; in iudicium eius patrati. At Anytus in tanto periculo uersans pecunia salutem redemit, primusq; fertur Atheniensium corrupisse iudicia largitionibus. Cæterùm à Messenijs Pylum defendentibus aliquandiu uis impetusq; hostium toleratus, acriterq; irrumpere conantibus repugnatum, spe fiduciaq; quo ipsi expectabant præsidij ab Atheniensibus eo mittendi. Post ubi per successionem ab hostibus oppugnari cœptum, perpetua dimicatione partim defatigati, alij uulneribus confecti, nonnullos quoq; annonæ penuria famesq; & necessitas rerum urgebat, nusquàm apparente præsidio, ad deditionem coacti sub fœderum conditione locum concessere. Ita Lacedæmonij Pylum recepere, quindecim antea perpetuis annis Atheniẽsium præsidio defensatum, tum ex quo uidelicet Demosthenis opera locus ille munitus fuerat. Interim dum hæc geruntur. Nisæa, quæ sub Atheniensium ditione tenebatur, capitur à Megarensibus, quos cõtra Leotrophides & Timarchus cum peditibus mille, & quadringentis equitibus, ab Atheniensi populo mittuntur. Hosti aduentanti Megarenses uiribus omnibus obuiam prodeunt, assumptisq; nonnullis ex Sicilia præsidijs, ad colles qui cornua appellantur coacta ui aciem instruunt. Conserta pugna, cum strenuè ab Atheniensibus dimicaretur, tametsi multitudine densior esset hostilis acies, Megarenses nihilominus plurimis suorum amissis, fusi auertuntur. Lacedæmoniorum uiginti solum cecidisse proditum est. Nam Atheniensis ira Nisææ sibi subreptæ æuientes, Lacedæmonijs prætermissis, hostem Megarensem contentiori iniuriæ recentis ultione insectari, magnumq; eorum numerum trucidarunt. Lacedæmonij interea Cratesipidam classis prætorem creant, sociorumq; supplementis naues quinq; & uiginti complentes, iubent uti cum illa classe socijs auxilio adsit. Qui mox euectus aliquantum tempus circa Ioniam commoratus, nihil ibi memoria dignũ edidit. Post hæc accepta ab his qui ex Chio fugati exulabant ob id ipsum pecunia, reduxit eos in Chium, arcemq; Chiorũ manu occupauit. Ibi qui ab exilio redierant urbem ingressi, turbam omnem contrariæ factionis ad sexcẽtos numero, qui sibi quondam exulandi authores fuerant, uicissim urbe ejiciunt. Hi transuecti mox locum è regione trans in continenti positum, nomine Atarnea, occupant, ad modum naturæ munitione defensum. Hinc deinceps ad oportunas eruptiones parati, belliq; idoneam facultatem per loci commodà nacti, assiduis excursionibus finitimos in Chio populos infestare. Dum hæc geruntur, Alcibiades cum Thrasybulo Labdacum iam à se idonee munitum firmo præsidio corroborârant. Inde cum nauibus & copijs ipsi ad Theramenem

Pylũ obsident Lacedæmonij.

Anytus iudices Atticos primus pecunia corrupit.

Lacedæmonij Pylũ recipũt.

Athenienses Megarensibus dadẽ inferũt.

Chiorum motus.

menem feruntur, à quo uastari acceperant Chalcedonẽ cum nauibus septuaginta, militum quinq; millibus. Coactis igitur in unum locum copijs omnibus, circumuallauêre urbem undiq; ducto, à mari circum rursus in mare ligneo septo uallo q;. Tum uerò Hippocrates dux præsidij ad urbis defensionẽ, à Lacedæmonijs ibi positus, quem Lacones Armostem uocant, suos Chalcedonesq; milites omnes armis expeditis, contra hostes in aciem eduxit. Congressu facto iam sæuiente pugna, militibusq; Alcibiadis acerrimè obnixiusq; dimicantibus, Hippocrates occiditur, reliqua turba partim cęsa cadit, alij uulneribus confossi, fuga effusa in urbem se recipiunt. Post hæc Alcibiades in Hellespontum & Cherronesum nauigat, consilio contrahendæ inde pecuniæ. Theramenì uerò cum Chalcedonijs conuentum est uti quantum stipendijs prius soluissent, tantum deinceps ab eis contribueretur. Inde cum copijs Byzantium profecti, obsidere urbem parant, summoq; studio uallo circum undiq; ducto obstruere aditus omnes. Alcibiades contracta pecunia multos ex Thracibus sibi conciliatos secum in sua stipendia trahit. Cherronesi quoque delectu habito, incolas omnes assumit, mox inde cum omnibus copijs soluens, Selymbriam primum per proditionem capit, cui pecuniam imperat, ibiq; præsidio relicto, ipse rapacissimo cursu Byzantium ad Theramenem cõtendit. Coniunctis cum eo copijs, ipsi quæ ad oppugnationem necessaria uidebantur, parare insistunt, quòd sibi cernerent urbem expugnandam, captu difficilem, & defensoribus confertissimam. Nanq; præter Byzantios, qui plurimi erant, aderat quoq; ad defensionem Clearchus Lacedæmonius pfectus præsidij, cum magna Peloponnesiorum manu, mercenarijsq;. Ad certum igitur usque tempus crebris oppugnationibus irruptionem tentantes, nequicquàm perstabant, nihil penitus proficere, nec ulla defensores afficere clade, maloue memoratu digno ualebant. Post ubi quęstor urbis ad Pharnabazum pro pecunia accipienda discessit, tum ex Byzantijs nonnulli, quos tędium simul & odium eius rerum conditionis & difficultatis imperij maximè grauabat. (Erat enim Clearchus ingenio admodum difficili superboq;, & molesto imperio) consilium ineunt hostibus urbis prodendæ. Re igitur clàm composita, hostes perinde ac cœpto desperantes, simulata obsidionis solutione, uasa colligunt, ac ueluti copias inde in Ioniam abducturi, cum nauibus cũctis sub uesperam enauigant, peditatuq; ad certum pro fugæ fide faciendæ spatium asportato, simul ac nox obruere cœpit, prospectumq; submouêre, cõuerso per eadem uestigia cursu redeunt eodem clandestino appulsu summoq; silentio. Nocte intempesta effusi omnes in littus, succedũt urbi qua parte sibi per proditores significatum fuerat, nauigiaq; à se uacua in alteram partem mittunt, pelliq́ue iubent urbem uersus quàm maximo fieri posset remorum strepitu, quasi illic essent omnes copiæ. Ipsi cum pedestri agmine sub mœnibus instructi, momenta singula obseruare, intentis omnibus ad signum à proditoribus extollendum. His qui triremes trahebant imperata exequentibus, ingenti repentè per medium noctis silentium fragore maria latè resonare cœperunt, naues uariè remis obnixis impulsa, alia alijs collidi, uarij atq; horribiles complaudentibus collisione tabulatis sonitus exaudiri, catenis alij manibusq; ferreis altè aëra frangere, inde horrendo clamore circum omnia reboare quo strepitu audito tanto tanquàm inopino Peloponnesij, cæteriq; alienigenæ, qui in urbe erant, insidiarum fraudisq; paratæ ignari, celerrimè in portum extrà auxilio quidue nouæ rei accesserit exploratum rapiunt. Quo obseruato proditionis authores illico signum ex mœnibus hosti insidijs intento dant, scalisq; paratis properantes tutissimè intra urbem admittunt, quòd tota iam defensorum multitudo concursu effusa in portum eruperat. At Peloponnesij dete-

Hippocratis Harmostæ interitus.

Athenienses Byzantiũ oppugnant.

Athenienses Byzantium per proditionẽ capiunt.

detecta fraude, confestim diuisis copijs partem dimidiam in portu præsidio constituunt. Ipsi raptissimè cum reliquis ad occupatam muri partem procurrunt auxilio, tota iam propè Athenienſium acie intrò admissa, nihil tamen inde perterrefacti ferociter congredi, per multumqûe tempus contentissimè repugnando Byzantijs adiuuantibus Athenienses acriter urgere. Postremò iam premi grauius hostis cœperat. Quod conspicatus Alcibiades, ut multarum peritia callidissimus, tempus idoneum in extrema oppidanorum trepidatione impellente animos periclitantium pauore nactus, per præconem magna uoce ut exaudiri ab hostibus posset, proclamari iubet, nullam à se suisq; uim Byzantijs inferri passurum. Quo audito, ciues repentè ad tuta inclinatis animis, in Lacedæmonios arma conuertunt. Itaq; e plerique eorum strenuè certantes occubuerunt, reliqui circiter quingenti ad aras Deûm intra templa confugere. Sedato certamine, Byzantijs est urbs ab Athenienſibus restituta. Cùm supplicibus uerò qui stabant ad aras, ita res composita, ut arma traderent, ipsi mitterentur Athenas, ibi in populi futuri arbitrio, quicquid de ipsis statuere libuisset. Exacto anno Prætorem Euctemonem Athenienses creant, Romani Consules. M. Papyrium, & Spurium Nautium. Olympias agebatur tertia & nonagesima, qua studio uicit Eubatus Cyreneus. Ea tempestate duces Athenienſium Byzantio potiti, Hellespontum percurrunt, reliquasq; in eo urbes, Abydo dempta, omnes in potestatem rediguntibiq; Dio dorum, Mantitheumq; cum satis firmo præsidio relinquunt ad loca defendẽda, populosq; pro re curandos. Ipsi rebus illis peractis cum classe spolijs onusta Athenas uersus iter tendunt, multis clarisq; rebus pro patria gestis. Vbi cum procul aduentare per altum conspecti sunt, populus omnis bene gestæ rei lætitia exultabundus in Piræum ex urbe concurrit, ueluti rei maiestatisq; suæ restitutores excepturus. Magnus quoque aduenarum inquilinorumq; numerus eodem concurrere, frequens item puerorum mulierumqûe turba, properantium cum res nouas spectare, tum suos quisque redeuntes cùm primùm salutare. Apparebat namque ipsa ducum adnauigatio procul aspectu, nempe erat admirabilis atque admodum obstupenda, quippe quibus ad duocenta nauium corpora ex hoste capta traherentur. Captiuorum deinde prædæ, spoliorumqûe immensa apparere multitudo & facultas, naues præterea quisque suas armis auratis per uaria loca ad prospectum dispositis relucentes, coronisq; circumundique ornatas, atq; spoliorum quæ exposita in ostentaculis astabant, alijsq; rebus compositis spectabiles appellebant. Plurima quoque præter cæteros plebs non tam classis redeuntis, quàm Alcibiades uidendi cupiditate confluxerat in portum, adeò ut urbs penè sola, uirisqûe uacua relinqueretur: seruis iuxta, liberisq; tanta spectaculi studio flagrantibus. Ea nanque tempestate uiri illius nomen in tanta admiratione & authoritate habebatur, ut optimatibus primoribusq; Athenienſium prima esset opinio, uirum usq; gentium huic parem inueniri posse neminem, cui maior adesset ingenij uis, maiorq; aduersus populares seditiones audacia. Ipsum igitur sibi defensorem aduersus plebis insulta futurum, inopia æreq; alieno grauatis eum sibi propugnatorem, miserorum propugnatorem, fidelissimumq; subleuatorem pollicebantur, quem sperabant temerè urbem perturbaturum, erumnaq; miseros exempturum. Inerat enim singularis quædam audacia, uehemens & grauis in sermone facundia, in bello & ductandis copijs uirtus præcipua, fanoroſa supra modum audacia, species aspectu indoleq; supra quàm dici potest admirabili, egregius animus & magnificus. Deniq; tanta uiri illius ciues omnes expectatio ceperat, ut eo redeunte, simul fortunam, felicitatemq; urbi redituram crederent. Præterea quemadmodũ Lacedæmonij isto adiuuante, res

Redeuntium è bello Atheniẽsium, triũphus.

Alcibiades Athenas reuocatus, magnificè excipitur.

res prosperè, superioresue cessissent: ita cõtra rursus sperabant hoc eodem duce rem Athenienſem fortunam mutatam meliorem. Simul ac igitur classis applicuit, turba undiq; omnis ad Alcibiadis nauem cõuersa intente spectare, inde prodeuntem uirum dextris oblatis salutare, complecti omnes, congratulari, simul rebus fortissimè felicissimeq; gestis, simul & lætitia reditus exultare, perblandè ac perhumanè allocutus multitudinẽ in concionem uocat. Ibi pleraq; disserendo, uti erat acerrima eloquẽtia, deprecatus quę quondam in eum conficta crimina fuerant tantam sibi gratiam beneuolentiamq; plebis conciliauit, ut una omnium confessione, culpa eiectionis eius, ac decreti in eum facti in ciuitatem ipsam tota transferetur. Inde bona, quæ iam publicata tenebãtur ei cuncta restitui, causæq; illius acta statutaq; supprimi iussere pari edicto, reliqua quoque quæ aduersus eum rogata sanctaq; fuerant, cuncta abrogari. Nam decreto sanxerant, ut Eumolpidę in aram irruerent, quàm eius authoritate erexerant, quo tempore impius & à mysterijs profanus iudicatus fuerat. Postremò imperatorem eũ dictatoria potestate creant, tum pedestris maritimiq; exercitus uim summãq; imperij penes eum esse iubent: alios deinde ipse sibi in exercitu duces collegasq; delegit quos uoluit, Adimãtum & Phrasybulum. Instructis itaq; centum nauibus Alcibiades Andrum uersus nauigat, occupatoq; ibi Curio castello munitionibus sibi locum confirmat: quem cõtra uiribus omnibus Andrij cum præsidio Peloponnesio, quod eam urbem tuebatur, egressi, manus conserunt, pugnaq; uariè tracta, uincunt Athenienses, magno oppidanorũ numero cæso. Qui euasere alij aliò rapti uaria fuga per agros in diuersa loca se recepere, nonnullis intra mœnia confugere licuit. Alcibiades ea pugna uicta, mox ad oppugnandam urbem accedit, qua certis oppugnationibus tentata, tẽpus illud haud frustra terendũ ratus, idoneũ castello iam munito præsidium cum Thrasybulo duce relinquit: ipse cũ classe & copijs enauigãs, Coum, Rhodũq; diripit, crebrasq; undiq; agẽdo prædas, eis ueluti uectigalib. alebat exercitũ. At Lacedæmonij etsi nauales copias cum Mindaro duce amiserãt, haud tamẽ ceciderãt animis, sed ptorẽ naualẽ sibi deligũt Lysandrum, qui rei militaris peritia longè cæteros præcedere, præsentiaq; animi & experta ad omnes casus, præstare uidebatur audacia, qui simul ac magistratum adijt, delectu ex Peloponeso habito, magnam inde militum manum conscripsit, tum nauium quãtum licuit numerum militibus complet, mox enauigans in Rhodum, quotcunq; ibidem naues comperit, ex omnib. urbib. sibi acciuit: quibus assumptis, in Ephesum & Miletum cõtendit, ibiq; dum reficiendis earum urbium nauibus operam dat, interim quas Chij habebat, accersit, classemq; in Epheso contraxit nauium propè septuaginta. Tum audiẽs quòd Cyrus Darij filius à parente mitteretur auxilio Peloponnesijs, in Sardis ad eum properat, ibiq; multa commemorando, adolescentem hortatus ad bellum aduersus Athenienses capessendum, decem millia Daricorum ab eo accipit pro militum stipendio, iubetq; eum Cyrus in posterum quod opus erit ex poscere: sibi enim in mandatis à parente datum, ut quicquid ab eo Lacedæmonij optassent, illis cuncta suppetat. Cùm his in Ephesum pecunijs regressus, ex cunctis undique urbibus primores & optimates quosq; ad se accersit, quibus cum societate composita, pollicetur si res succesſerit, eos suis quosque urbibus præfectos constituturũ: quæ spes perpulit cũctos certatim iussis obtemperare, plusq; imperato suppeditare, celeriusq; supra quàm credibile esset eo hominum studio quæcunque ad bellum necessaria erant Lysandro copiosissimè comparata stetêre. Alcibiades uerò ubi comperit classem apud Ephesum à Lysandro comparari atq; instrui, cum nauibus cunctis soluens eò contendit, portubusq; Ephesi obnauigando circumuectus, hostemq; in pugnam lacessens, ubi nullum sibi extra occurrere uidet, pleraq; naues in uadis circa

Alcibiades à culpa absoluitur ab Athenijs.

Alcibiades Andrum aggreditur.

Lysander à Lacedæmonibus dux creatur ad uersus Athenienses.

Notum anchoris firmatas sistit, quibus Antiochum suæ triremis nautam præficit, mandatq; ne pugnam ullo pacto cum hoste conferre audeat, donec ipse redierit. Ipse uerò Alcibiades assumptis militaribus nauigijs cum summa festinatione Clazomenas adnauigat, quam urbem in societate Athenienſium perstantem, nonnulli exules grauiter infestabãt, cuncta prędare, rapinis, depopulationibusq; uastantes. At Antiochus natura prõptus & ferox gloriæ cupiditate properans suis auspicijs aliquod præclarum facinus edere, contempto Alcibiadis mandato, decem naues, quæ expeditissimęq; robustissimæq; uiderentur, militibus complet, reliquas prætoribus mandat expeditas omnes suam quisq; teneat, ad pugnam intenti, si forte necessitas aliqua conferere cũ hoste manus contigerit. Rebus ita comparatis, fertur in hostem, & ad pugnã prouocat. At Lysander per quosdam transfugas certior factus Alcibiadem in de discessisse, secumq; robur exercitus asportasse, tempus adesse ratus rei bene gerẽdæ, facinorisq; adoriendi Sparta digni uniuersa classe instructa aduersus hostem ire pergit, unamq; ante cæteras decem prouectam, qua uehebatur Antiochus, ipso impetu suppressit: reliquas in fugam uersas insectari non destitit, donec à reliquis Athenienſium prætoribus ac tumultuosè suis auxilio properantibus, reliquæ triremes militibus completæ è statione educerentur. Eductis mox, priusquàm instrueretur acies, pugna per succurrẽdi festinationem agmine incompositò confusis ordinibus accensa, consertis haud procul à terra nauibus, Athenienses propter ordinum perturbationem uicti, duas & uiginti naues amisère, in quibus pauci admodum uiui capti, reliqui in terram enatarunt. Ea re audita Alcibiades retro ab itinere Notium accelerat, cunctisq; nauibus instructis, ad portus fauces adnauigat, hostiq; se ostentans, lacessère atq; in certamen trahere molitur, ubi detrectari pugnam uidet, nec Lysandro in aciem descendere, signaq; conferre audaciam esse, Samum uersus nauigia impellit. Dum hæc geruntur Thrasybulus Athenienſium dux quindecim nauibus Thasum uectus, pugna conserta sternit oppidanos, cęsisq; eorum circiter ducentis, reliquos intra mœnia conclusos oblidet, quos tandem ui conpulit ad recipiendos exulos, qui quòd partes Athenienſium tutarentur, erant urbe fugati, impositoq; præsidio, societatem, partesq; Atheniẽsium sequi coẽgit. His peractis Abderam petit urbem inter potentissimos tum Thraciæ populos connumeratam, quam sibi concilians in societatem ditionemq; recipit. Hæc ab Athenienſium ducibus ex quo portu soluerant, gesta traduntur. Interim Agis Lacedæmoniorum rex, dum apud Deceliam cũ exercitu commoraretur, audita Alcibiadis enauigatione, robustissimamq; cum eo iuuentutem in ea expeditione profectam, urbemq; propè defensoribus uacuam relictam, obscura nocte sine ullo lumine lunæ, copijs eductis Athenas contendit. Erat ea acies peditum octo & uiginti millium, quorũ dimidia pars armis oprimis apptimè tecti, munitiq; procedebant. Altera dimidia leuis armaturæ expeditis ibant ad pugnam corporibus, sequebantur peditũ agmen circiter mille & ducenti equites, quorum noningenti Bœotij, reliquos Lacedæmonij suppleuerant, urbi propinquatis tanto succedebat silentio, ut primas custodias fefellerit, ac priusquàm sentiretur repentino impetu adortus incautos, reiq́ue tam inopinato stupore attonitos, paucis cæsis, in fugam uertit, fugientes ad mœnia usque est insectatus: Quod simul ac ad muros adesse hostes Athenienſibus cognitum fuit, ut in re trepida, repentè senioribus mandatur, pueriscq; ætate grandiusculis, uti cum armis ad mœnia tutanda accurrant, quib. admandatum undiq; præsto concurrentibus, breui murorum ambitus omnis circum armatis refertus apparuit, cunctis ad commune periculum properè raptis. Vbi dies illuxit, Athenienſium duces inspecta hostium acie in phalange ducta, quam quaternis ex fronte, ut turmatim condensa militibus

Antiochus Athenienſis aduersus Lacedæmonios malè pugnat.

Thrasybulus Thasios in officio cõtinet.

Agis Athenas adoritur.

litibus,ordinum uerò continuatione tali ad octo ſtadia extendi uidebant,tũc primùm perterriti ſunt,cum cernerent duas propè muri partes hoſtium corona circumplecti:Poſt emiſſo equitatu quem haud multò hoſtibus pauciorem numero habebant, equeſtrem pugnam ſub mœnibus conſerunt:certatumq; atrociter per aliquantum tempus. Nam peditum phalanx circiter quinq; ſtadijs à mœnibus aberat:equitum itaq; interſe permixtæ turmæ,ante mœnia dimicabant.Bœotios recens memoria uictoriæ apud Delum habitæ, feroces agebat,dedecus ab ſe commiſſum iri, ſi quos prius clariſsima pugna uiciſſent, his nunc cedere,inferioresq; eſſe uiderentur. Athenienſibus è muro teſtes ut in ſpectaculo aderant uirtutis cuiq; ſuæ ciues,à quibus ſe ſinguli,ſuaq; ſollicitè depoſci geſta ſciebant,expectariq; uictoriam.Quibus ſtimulis acti quiduis pro uictoria ſuſtinebant.Poſtremò hoſtem loco pellunt, multisq; eorum cæſis, fugientes ad peditum uſq; phalangem inſectantur: quibus intra ordines exceptis,iam acies peditatusq; omnis ſuccedere contra ceperat. Athenienſis eques haud tantam uim expectandam ratus, in urbem ſe recipit. Agis uerò tempus illud obſidioni minus idoneum ratus,in Academia caſtra poſuit.Poſtera die cum trophæum ab Athenienſibus erectum eſſet,eductis in aciem copijs Agis laceſsit ad pugnam,ac prouocat hoſtem ad dimicandũ de trophæo, nec detrectarunt pugnam Athenienſes, quin educta ſub mœnibus & ibi inſtructa iuuentute,intenti conſiſtere. Tum Lacedæmonij primi agmine facto manus conſerunt. Deinde ubi multitudinem telorum è muris in ſe præcipitari,remq; iniquo geri loco uident,aciem ab urbe abducunt. Poſt hæc reliqua parte agri direpta, uaſtataq; depopulationibus, regreſsi ſunt in Peloponneſum.Alcibiades aũt educta Samo claſſe uniuerſa, Cumam petens, ficta quædam in Cumeos crimina cõminiſcitur, cum iam pridem magnopere cuperet ſibi aliquam ad diripiendum eorum agrum occaſionem dari, ac primo incurſu multos ex eis captiuos cogẽs intra naues abripit, nec mora oppidanis fuit: uiribus ex urbe auxilio ſuis procurrunt, hoſtemq; ad agendam prędam intentum,ob idq; incautius agentem aſſecuti,adoriuntur, urgereq; fortiter reſiſtentes pergunt: ſed aliquandiu manus Alcibiadis ſuperior perſtabat, oppidanis pugnantibus,aſsiduè ex urbe agris undiq; ſubſidia accedebant. Ita multitudine irruente,tandem coguntur captiuis prædaq; omni relicta ad naues confugere.At Alcibiades grauiter ſe uictum indignans, copias ex Mitylene accerſit:atq; inſtructa in urbis conſpectum acie,prouocat ad pugnam Cumæos,detrectantibus,nec prodire uſquàm audentibus,ad agrum depopulandum conuertitur,quo paſsim direpto,Mitylenen reuertitur. Legati Cumæorum ob eam rem Athenas conqueſtum iniurias miſsi,multis querelis accuſant Alcibiadem, quòd urbem ſociam in officio perſtantem contra ius ſociale commiſsi nullius conſciam,depopulatus eſſet, multæ deinde aliæ querelæ in eum ferebantur. Nam nonnulli ex his qui Sami ſtabant milites Alcibiadi infenſi,nauigarunt Athenas, eumq; in conuentu accuſarunt, quòd clàm partes Lacedæmoniorum tectis conſilijs adiuuaret, contraxiſſe præterea ſummã cum Pharnabazo amicitiam familiaritatemq;,ea ſpe eoq; conſilio, ut finito bello uendicet ſibi Barbaricis auxilijs, urbis ciuiumq; dominationem. Impulſæ maledictis uulgi aures,fides à multitudine,criminibus calumnijsq; habita, quanquã haud tum primum id tentati cœptum, ſed iam pridem quoq; gloriã famamq; Alcibiadis afflictauerat pugna nauali ad Epheſum malè geſta, ea deinde facinora,quæ in Cumæos patrata ferebantur,fidem culpæ iramq; auxerunt. Ita populus Athenienſis illius uiri ſuſpectã habens audaciam,decem uiros ad exercitum ductandum,rem gerendã creant,Cononem, Lyſaniam, Diomedontem,Periclem:ad hos Eraſinidem,Ariſtocratem,Prothomachum, Thraſybulum,Ariſtogenem. Ex his Cononem delectum confeſtim emittunt ad Alcibiadem magiſtratu abdicandum, claſſemq; ab eo accipiendam. Alcibiades igitur

Alcibiades Cumæorũ agrum depopulatur.

Alcibiades poteſtate abdicatur, & decemuiri creantur.

igitur iussus imperio cedere, Cononi copias classemq; tradidit, desperatoq; in patriam reditu, rebus suis una trireme impositis, Pactyam in Thraciam concessit. Nam præter iram multitudinis, obiecta crimina formidabat. Multi enim eum male uexari uidentes, multa ei crimina impegerant: quorum maximum erat de equis, æstimatum talentis octo. Nam cum Diomedes amicus eius quadrigam ad cum in Olympiam misisset, Alcibiades in subscriptione nominis, quæ cuius esset domini de more fiebat, nomen inscripsit suum equis: cumq; olympia cursu uicissent, sibi idem ipse usurpauit una cum nomine & palma deuicti certaminis, amicoq; suo equos non reddidit. Horum sibi ipse conscius omnium uerebatur in primis ne occasione quacunq; oblata Atheniensis pœnas, una omnium simul ab eo praue in patriam commissorum deposcerent. Ita iam desperata uenia, rebus ipse suis diffisus, sponte in exilium concessit. Adiecta quoq; ad ludos est. Et biga eadem Olympiade. Apud Lacedæmonios Pliston rex interijt, cum regnasset annos octo, cui succedens Pausanias, imperauit annos quatuordecim. Per idem tempus insulæ Rhodi incolę & Elysi, & Lindi, & Camiri, in unam urbem migrarunt, quam nũc Rhodum appellant: Hermocrates autem Syracusius eductis Selinunte in expeditionem copijs, quæ sibi stipendia faciebant, Himeram uersus proficiscitur, castraq; in locis suburbanis posuit: ac percunctatus ibi quo loco conflixissent Syracusij, interfectorum ciuium diligenter collegit ossa, quæ comparatis curribus, & ad modum sumptuoso apparatu ornatis impositа, Syracusas aduehẽda curauit: ipse in finibus restitit, quòd exulibus lege prohibitum erat urbem simul ingredi, sed nonnullos ex his quos secum habebat misit ad deuehendos comitandosq; intra urbem currus. Hæc ab Hermocrate facta sunt, ut Diocles aduersarius eius, qui resistebat sibi ne reuocaretur idemq; author fuisse uidebatur ut qui occubuerant, insepulti negligerentur, in multitudinis odium incurreret, ipse uerò sibi per eius in mortuos pietatis seruatę speciem uulgi studia conciliaret, in pristinamq; gratiam reuocaretur. Allatis demum ossibus, seditione populus agitari cœpit, Diocle illos sepeliri prohibente, multis uerò cõtra censentibus. Tandem reliquiæ illæ iam defunctorum uita sepulchris conditæ sunt à Syracusanis. Quarum pompam populus omnis summa frequentia, uenerabundoq; obsequio eduxit, condiditq;, ob eamq; fæuitiam Diocles urbe fugatus est, nec tamen Hermocratis propterea reuocandi cõsilium fuit, quippe uiri illius suspectam nimis audaciam habebant, ne forte magistratum per suffragia adeptus, per occasionem, ut erat ingentis uir spiritus, sibi pararet dominationem. Cæterùm cum non admitti se cerneret Hermocrates, tempus irrumpedi, reiq; per uim obtinendi sibi tum minimè idoneum adesse ratus, retrò Selinuntem redijt: Post deinde certum tempus, amicorum factione cum accersente, cum tribus millibus militum expeditis adproperauit, perq; Geloam iter tendens, nocte in locum ex compositione conspirantium signatum peruenit, nec cunctatus, inde mox exiens, urbem uersus tendit, summaq; celeritate iter festinantem, cum milites pleriq; una pergendo æquare non possent, reliquebantur per uiam. Ad portam demum, quę secundum Achradinam posita ingressum dabat, accedit, quæ loca cum à nonnullis amicis iam occupata teneri comperisset, ibi operiri statuit eos, qui relicti in itinere tardius accedebant. Interim re cognita Syracusij cũ armis in forum concurrunt, magna multitudine eò congregata, Hermocratem & maximam eius gregariorum partem ibi deprehensos obtruncant, reliquos, qui ex eius cæde tumultus euaserant, die dicta in iudicium tractos exilio damnant, pro hostibusq; habendos iudicant, qua in re nõnullos ex illis ipsum periculum eo iudicio liberauit, qui cum multis saucij uulneribus essent, fuêre à cognatis & parentibus denuncia ti pro mortuis, ne furori populi obijcerentur, in quibus Dionysium fuisse proditum est, qui post patriæ sibi dominationem uendicauit. Rebus eius anni si-

Alcibiades in exilium fugit.

Hermocrates occisorũ ossa Syracusas mittit.

Hermocrates occiditur.

mul

mul cum ipso tempore quo dictum est cursu coactis, alterius initio anni, Athenis magistratum adijt Antigenes. Romæ consules creati C. Manius Aemilius, & C. Valerius. Ea tempestate Conon Athenienſiũ prætor acceptis apud Samum copijs, naues quæ illic aderãt reficere instruerecp molitur: alias ab socijs accire, summacp adniti properatione, ut classem hosti parem sibi comparatam habeat. At Spartiatæ defuncto per tempus præturæ naualis statutũ magistratu Lysandro, Callicratidem successorem mittunt, qui uti tum prima ad huc iuuenta, ita innocenti & puro ingenio, mente simplici, uitacp prorsus incontaminata erat, nec dum mores alieni contigerant strenuum fraudisqs hominum penitus inexpertum, quantumcp Spartiatas iustitia omnes excelleret, in ipso magistratu gerendo, summa eius palã fecit integritas, à quo per id tempus omnium confessione nulla iniuria, non ipsam remp. modo, uerùm ne in priuatum quidem quempiam cõmissum inuenitur, quin magis in eos, si qui eum corrumpere largitionibus adorti essent, ut lege uindicaretur agebat. Hic itacp enauigãs in Ephesum, naues à Lysandro, classemcp accepit, accersitis deinde reliquis, qui in aduersis locis uersabant omnibus undicp, ad eas quas acceperat à Lysandro centum & quadriginta nauigiorum numerũ coẽgit. Erat in Chij agro Delphinium oppidum, quod Athenienſium præsidio tenebatur eius loci expugnandi libidine captus, quòd ad rem faceret, expedita classe cũ nauib. omnib. eò contendit: quo peruectus, munitionẽ oppugnat. Athenienſiũ præsidiarij circiter quingenti conspecta hostium ui, consternatis pauore animis inde confestim discedunt, oppidumcp in fidem societatemcp creditum desperata defensione destituunt. Ita deserto defensoribus oppido potitus Callicratides, munitiones reliquacp omnia erui, tũ Teios nauigans ui nocte fraudacp adiuuante per impetum intra mœnia irrumpit, urbemcp diripit. Post nauigans in Lesbum, Methymnæ castra posuit, quam tum præsidia defendebãt Athenienſium. Hanc assiduis adortus oppugnationibus, initiò quidem nihil proficere poterat. Paulò pòst nonnullis urbem prodentibus, intra mœnia recipitur, opes in prædam omnes datæ, sed à cæde & à corporum uiolatione abstinuerunt, urbs Methymneis restituta: His gestis Mitylenen petiturus grauioris armaturæ milites Thoraci Lacedæmonio tradit, iubetcp ut itinere pedestri urbem prædictam uersus acceleret: quem procedentem ipse cum nauibus secundum littus assequitur. Cononi uerò Athenienſium prætori tum naues aderant septuaginta, rebus necessarijs ad bellum ita comparatæ, ut ex ducibus superioribus tam paratam instructamcp nemo classem ductasset cum his omnibus ad auxilium Methymnæ uenerat. Sed ubi iam captam comperit, noctu ad quandam diuertit insulam ex his quæ centum uocantur. Simul ac dies exorta est, cum exploratum haberet classem hostium ad se ferri, periculosissimum sibi tunc esse arbitratus tantam uim expectare, fortunamcp belli contra duplum hostium numerum tentare, statuit nauibus in altum euectis id periculum euitare, & si quas hostium triremes & fugæ specie à reliqua classe pellíciendo, abstrahere posset, tantum quacunque arte uim coactam aliqua ex parte diminuêre, post apud Mitylenem confligere. Eo namque loco tutò rem sibi tentari posse si uicisset: quippe idoneam ibi ad insectandum: persequendamcp uictoriam habiturum facultatem, sin ui urgetetur, proximum fugæ quo se reciperet portum adesse. Expositis igitur militibus, ociosè lentiuscp remigia pellere cœpit cunctabundus, eo consilio ut naues hostium propius accederent. At Lacedæmonij appropinquantes assiduè uehementius uiribus impellere naues, adniti magnopere remigijs, extremum hostium agmen assequi conari, nec dubiam spem habere simulac attigissent, mox potituros. Cononе deinde sese subducente, qui robustissimas agebant Peloponnesiorum naues assequendi studio acrius insistere: & iam remiges assiduo diuturnoqs nauigandi labore defatigati langueſcere cœperant, ipsicp longo procul à suis

Cononis gesta

Callicratidis sinceritas.

Callicratides Delphinio oppido potitur.

Callicratides cum Conone prælium nauale.

iam procurrérat interuallo, quum id obseruans Conon, occasione capta, ubi propius Mytilenen processisse uidet, repentè purpureum uexillum ex naue sua extulit, quod signum belli prætoribus nauium dabatur. Quo inspecto percinctę Athenienſium naues, confestim ad unum temporis momentum omnes conuersæ hosti incauto, propensiusq; insectanti occurrunt, mox sublatis successu fraudis multitudo uocibus de more Pęana canere, Tubicine classicum canente. Peloponnesij uerò perterrefacti, naues adniti retro ad suos impellere, cumq; nihil ocij ad conuertendas proras daretur, summa agitabantur sollicitudine & tumultu propterea quod quæ aberāt naues, solitum ordinem reliquerant. At Conon tempestiuè opportuneq; usus occasione, dextrum cornu ductans tumultuantes illico inuadit, instruitq; in aciem prohibere conatur, alias rostris impetendo, aliarum detergendo infringendoq; remigia. Itaque earum, quæ aduersus Cononem steterant, ne una quidem in fugam uersa est, sed aduersis proris perstantes hosti resistebant, dum sequēs classis adesset. Qui uerò in sinistro cornu pugnabant Athenienses, uersis in fugam hostibus quos contra inuaserant ardentius propensiusq; fugientes insectari pergunt, iamq; aduentante coactaq; in unum Peloponnesijs uniuersa classe, Conon hostium multitudine deterritus ab insectando destitit, conuersusq; cum quadraginta nauibus Mytilenen sese recipit. Qui uerò pertinaciori insectando procursu longius eruperant, in mediam prolapsi Peloponnesiorum aciem subitò cōspectu perterrefacti sunt, & intercluso ad urbem reditu, ad ultimam spem adductis terra petenda erat. Ita instante iam, atque urgente hostium ui, nullam usquàm sibi salutis aliam uiam cernentes, in terram impellunt, relictisq; nauigijs, intra urbem Mitylenen incolumes confugiunt. At Callicratides nauibus triginta potitus, rem hostium nauticam admodum afflictam conspiciens, haud dubiam pedestris sibi certaminis uictoriam pollicebatur. Magna igitur uincendi fiducia fretus, urbem uersus remigio contendit. Conon uerò quum primum adnauigassent, nihil urbis oppugnationem dilaturos arbitratus, munire properat fauces aditusq; portus: in locis per portum breuibus & uadosis lembos fasselloſqúe saxis onustos deprimi demergiqúe iubet. In gurgitibus autem, ubi profundior æstuabat aqua, onerarias saxis confertas in anchoris firmat, ita perfestinè Athenienses, plurimaqúe Mytilenensium turba ex agris undique belli pauore confugiens in urbem, trepidi quæ ad obsidionem tolerandam necessaria erant, magno studio ingentiqúe sollicitudine comparant. At Callicratides expositis in proximum urbi littus militibus, castra munit, trophæumq; naualis uictoriæ constituit. Postera die fortissimas quasque ex classe tota naues deligens, mandat diligenter instruantur, utq; suam secuti nauem, nihil ab ea discedāt. Ita agmine instructus, magno impetu portum uersus ferri cœpit, perq; hostium septa uiolabundus quicquid obstitisset properat intra portus irrumpere. Conon uerò partem copiarum in triremibus instructam proris hosti irruenti ad aditum constituit, partem per nauigia maiora distribuit, alios ad cornua & brachia portus procurrere iubet, ibi in sicco consistere, ut undique terra mariqúe portus idoneis præsidijs aditus circummuniretur. Ipse cum expeditis triremibus ad septorum interuallum, quod patebat ingressuris, raptissimè fertur, eoq; exitu stipatis nauigijs obstructo prælium committit. Qui autem in maioribus euecti nauigijs pugnabant, saxa ex antennis in naues hostium subeuntium præcipitare, magnamq; pondere & ictu stragem edere. Qui uerò in portus cornibus & brachijs prohibebant eos qui ex nauibus descendere audebant. Peloponnesij uero studio & contentione nihilo Athenienſibus erant inferiores. Nam stipato nauigiorum agmine delati dispositis per tabulata robustissimis quibusqúe naualis simul & pedestris in morem certaminis dimicare, impetu simul in aduersas naues uiolento rapti, haudquaquàm uereri in proras ipsas & ro-

Callicratides portū Mytilenensem oppugnat.

& roſtra irrumpere, arbitrantes eos qui paulò ante fuſi, ne conſpectum quidem ſuum ſuſtinuiſſent, nunc impetum uimq; inſiſtentium eorundem nequaquàm ſufferre auſuros. Cæterùm Athenienſes & Mitylenæi unam demum ſibi ſalutis ſpem in uictoria cernentes, fortiter ſtrenuecq; oppetere mortem pro loco quiſque & ordine ſuo retinendo properabant. Contentio mira, pertinaciaq; irreuocabilis perſiſtendi utrumque exercitum inuaſerat, ita acerrimè diu utrinq; dimicatum, nemo labori, nemo corpori uitæq; parcere. Qui enim per tabulata pugnabant, multitudine telorum undiq; in eos uolantium ſauciabantur, & qui lethaliter uulnerati erant, in mare cadebant, alij feruore corporis, dolorem uulneris obtundente, dimicabant: pleroſq; conficiebant ictus ex lapidarijs nauibus, & earum antemnis, malorumq; pro pugnaculis incuſsi. Inde Athenienſes ex locis ſublimibus ſaxa ingentis molis crebra in ſubeuntes haud incaſſum euoluere, magnamq; ſtragem facere. Feruere nihilo ſecius aſsiduo certamine, ſæuiusq; ſemper crudeſcere pugna, iam diutius contentione protracta. Poſtremò multis ultrò citroq; occiſis Callicratides receptui cani iuſsit, ut militibus data quiete, uires defatigatas recrearet, & paratiores ad oppugnationem ſecundam haberet, nec diu pòſt moratus, rurſus conſcendēs naues, maxima iam claſsis parte inſtructa, totoq; militum robore ad oppugnandum reuertitur, nec breuis ea rurſus dimicatio certaminis extitit, ſed ui tādem hoſte ſuperante, pulſi Athenienſes intra portum in urbe conſtructum confugiunt. Ille fugato hoſte, mox intra ſepta irrumpit, ac iuxta urbem in anchoris claſſem firmat. Nam aditus pro quo dimicabatur, in elegantem portū imminebat, extra tamen oppidi mœnia ſitum. Nam urbs uetuſta parua inſula eſt quæ poſt ei adiecta pars incolitur, è regione trans è Lesbo ducta. Has inter fretum eſt anguſtum, quo redditur urbis munitio firmior. At Callicratides expoſitis copijs, urbem obſedit, omniq; ex parte oppugnare eam pergit. Res igitur Mitylenæorum eo diſcrimine adducta perſtabat. In Sicilia uero legati à Syracuſijs Carthaginem miſsi ſunt belli ſuperius illati conqueſtum iniurias, poſtulatumq; ut deinceps ab armis aduerſum ſe, diſcordiaq; diſcedere uellēt. Quibus ambiguè reſponſum à Carthaginenſibus: interim ingentes in Lybia copias undiq; cogebant cupientes urbes omnes Siculas inſulamq; totam ſuo imperio ſubdere. Cæterùm antequàm traijcerentur eò copiæ certos ex ciuibus, reliquaq; Lybia deligunt, quicunq; ſponte annuiſſent in coloniam duci, quibus tranſcriptis, urbem iuxta aquas calidas condidere, quam Thermam ab aquarum caliditate placuit appellari: Rebus eius anni ita finitis Athenis eſt præfectus Callias. Conſules Romæ creati. L. Furius & Gn. Pompeius. Ea tempeſtate Carthaginenſes ob rem ſuperius proſperè geſtam, in ſuperbiam elati, ea fiducia totam iam ſibi inſulam uēdicare, in poteſtatemq; redigere ſunt adorti, ueluti ſupradictum eſt. Igitur ingentes copias, comparare ſtatuunt, ad quod proſequendum delecto Hannibale duce, à quo Selinuntinorum, Himerenſiumq; urbes erutæ corruerant, poteſtatem ei illius expeditionis curandæ, belliq; gerendi permittunt. Cui tam graue munus ob ætatem iam ingraueſcentem recuſanti adijciunt alterum, ducem Himilconem Hannonis filium, eadem oriundum familia. Hic igitur communi ſimul conſilio retractata, quoſdam ſpectatæ fidei dignitatisq; præcipuæ uiros ex ciuibus in magiſtratu conſtitutis deligunt ad munus idem: quorum alios cum multa pecunia in Hiberiam, alios in inſulas Baleares dimittunt, mandantes uti quantas peregrinorum auxiliorum poſſent copias, mercede conducerent. Ipſi per Libyā, magnum ex Libycis, Phœnicib. populis numerū conſcribūt, tū à ſocijs gentibus undiq; regibusq; ſtipēdia accerſunt. Mauruſios ſcilicet, Numadasq; milites, ac nōnullos ex his, qui partes ad Cyrenē uergētes incolūt. Ex Italia quoq; Cāpanos mercede conductos in Libyam trāſportant: didicerant nanq; iam pridem quanto manus eorum uſui foret, quantumq; in bellum uirtutis præſtare ſoleret

Syracuſani à Carthaginēſibus pacem nō impetrant.

Carthaginenſes electis Hannibale & Himilcone ducibus, expeditionem parant in Siciliam.

soleret. Eos uerò quorum opera usi superiori expeditione cõtra Siculos, haud debitas gratias retulerant, iniuriæ memores, fore suspicabantur, contraq; se iuncta cũ Siculis manu, arma susceperuros. Postremò copijs Carthaginæ coactis ex omni undiq; gente, numerus simul omnium cum equitibus haud multò maior centum & uiginti millibus, ut Timæus tradit. Ephoro placet ad trecenta millia in ea expeditione fuisse. Carthaginẽses itaq; rebus omnibus, quę ad exercitum trajciendum requirebantur comparatis, triremes omnes refectas instruunt, nauesq; onerarias supra mille cogunt. Inter hæc quadraginta triremes in Siciliam præmittere consilium fuit, ad occupandos descensus exercitus appellendi quarum aduentu explorato, Syracusij nihil cunctati, cũ totidem triremibus instructis adnauiganti properant hosti occurrere, in quẽ ad loca circa Etycem posita incidunt, nec mora utrinq; manuũ conseri cœptum, diuq; ferociter dimicatum est. At Syracusia uirtute superatæ quindecim Phœnicum naues periêre nocte dimicationi interueniente, reliquæ in altum fuga rapta concesserunt. Ea strage suorum Carthaginensibus nunciata, Hannibal extemplo cum nauibus quinquaginta enauigat, properandum ratus suos ulciscí, comprimereq; hostem, tum suis copijs tutam pręstare nauigationem. Igitur præsidio Hannibalis protegente, contẽdere omnes in insulam. Siculis uerò eadem post uictoriam adeptam duxit opinio, mox Hãnibalem affore cum magna manu auxilio suis, tum simul ac applicuisset, copias expositurũ. Quapropter urbes populiq; Siculi audito belli tanto apparatu, id haud frustra ab hoste fieri, sed extremum arbitrãtes sibi de summa rerũ certamen parari, haud mediocri sollicitudine metuq;, perculsis animis, legatos ad Græcos populos, qui Italiam incolebant, itidem ad Lacedæmonios, ad societatem faciendam. Necnon per singulas urbes missi ad populorum duces orandos, ut suã quisque plebem hortari contenderet, ad arma simul suscipienda, periculumq; pro cummuni libertate subeundum. At Acragantini considerato Carthaginẽsium conatu, haud secus ac res habebat, arbitrati sunt tantam belli molem tantamq; procellam in se primos intentari, primosq; effusum iri: uisum igitur est eis ut frumenta, reliquæue fruges, item supellex omnis ex agris passim intra mœnia comportaretur: Nam ea tempestate res Acragantinorum admodum fœlices, urbsq; simul & agri ubertate & magna opum ui pollens potensq; erat. De qua paulò diffusius certa quædam percurrere, ob rem memoratu dignam, haud crimini esto. Nam illic uineta spatiosæ admodum amplitudinis cultuq; admirando ducta conspicere erat, plurimam passim agri partem oleis consitam, uarijsq; cæterorum fructuum arboribus aspectu blãdissimo distinctam, inde immensam frugum uariarum copiam oppidani Carthaginem alsi dudè uenumdatum importabant. Necdum enim per eadem tempora Libycum solum conseri, coliue cœptum, frugibus exteris ali cogebatur. Eo commercio mirum in modum Acragantinis opes auctæ, diuitiarumq; in immensum facultas exercuit, perpetuò commutandarum frugum lucro negocioq; congesta. Ac multa adhuc eius opulentiæ documenta signaq; extantia conspicere licet, de quibus pauca quædam differere non est alienum. Ipsa namq; templorum miri artificij opera ornamentaq;, Iouis fanum inprimis, maximè declarant eius ætatis urbisq; magnificentiam. Nam reliqua omnia partim incendio corrupta, speciem propè omnem amisêre: alia penitus eruta, soloq; æquata iacent, propter crebras eius urbis, expugnationes. Nam cum iam Olympio fastigia tectumq; induci pararetur, bellum ingruens ciues ab opere exequendo auertit. Ex quo deinde tempore urbs eruta cecidit, nunquàm tanta deinde facultas Acragantinis affuit, ut ualuerint ad educenda perficiendaq; ædificia sese satis comparare. Id autem templum trecentos quadraginta pedes porrectum conspicitur, patens in latum sexaginta, erectum in sublime centum & uiginti, excepto pedamento, haud ambiguè maximũ omniũ quę in ea insula habentur,

syracusanæ triremes quadraginta totidem Carthãginenses fundũt.

Digressio, de Acragantinorum opibus.

Templum Iouis.

benẽ, neq; his quæ extra conſpicimus, abſurdè quis utiq; comparari poſſe exiſtimarit pro congeſta figuræ educẽdæ mole & magnitudine ſtructurę. Nam etſi corpore propè ſemiducto haud magnopere extare uidebatur, quòd abſolui pro modo cœpti opificij forma nequierit, at conatus quidẽ perſpicuus eſt. Alibi parietibus quadris ſepta prædicta ſpectantur, alibi cõnexu circuli. Huic utriuſq; opificij commixta ſpecioſa aſpectu afficies educebatur. Nam exteriores murorum facies tereti ad columnarum ſimilitudinem educti ſurgebant: quadra interius, ueluti exactæ harundinis cauitate: Harum exterior ambitus uiginti pedes circunducitur, mediaq; inter eorum cohærentias interſtitia ad corporis humani craſsitudinem capiendam non amplius patent. Intrinſeca ad curuaturarum ſectiones ſpatia duodecim dilata pedibus aperiuntur. Porticibus uaſtitas obſtupenda, faſtigiaq; præcipitis admodum altitudinis extant in quorum parte ad auroram uerſa Gigantum pugnam exculptam ſtatuêre, magnitudine ſimul operis & opificij ſpem ſupra modum excellentem. In parte uerò occaſum ſpectante, Troiæ educta eſt expugnatio, in qua quidem operæprecium eſt heroas conſpicere ad ſuam quemq; naturalis habitus effigiem exculptos, geſtis uarijs, uultibusq; pro caſu & neceſsitate inſtanti idoneè, quantum ars aſſequi ualuit, ad ueritatem effictis. Erat quoq; ea tempeſtate lacus extra urbis mœnia manu arteq; effoſſus cuius ambitus ſtadijs ſeptem circumferebatur, profunditas in cubitos uiginti demiſſa, in quẽ inductis aquis miram multitudinem omnis generis piſcium per artem induxerant ad publica conuiuia paranda cuius paſcui gratia, ut paludoſæ aues ſolent, horum ceteruæ reliquorumq; alitum ingens frequentia eodem confluere, perpetuoq; cibi quærendi ſtudio uerſari, quorum aſpectus magna uoluptate ſpectantes detinebat. Sepulchrorum ornamenta quoq; ſumptus in æſtimabilis ſint argumento, quantis delitijs opibusq; præpollebant. Quædam enim conſpicere erat ſepultis olim curſoribus equis magnificentiſsimè extructa: non nulla quoque auiculis, quas puellæ uirgines, pueriq; intra ædes in delitijsq;, ut fit, educaſſent quorum quædam Timæus aſſerit ſe uidiſſe ætate ſua adhuc extantia. Adeò exaturauerat opulentia humanam auiditatem, ut inſolenti etiam culpa taq; ſuperſtitione pecuniam contemptè profundi pateretur. Iam uerò in ea quæ hanc in qua direpti corruere, præceſſerat Olympiade, ſecunda uidelicet & nonageſima, quum Exænetus Acragantinus ſtadij uictor palmam referret in patriam, eum curru impoſitum intra urbem reuexere quem ita triumphantem concomitatæ ſunt præter aliam innumeram multitudinem bigæ trecentæ albis equis uectæ Acragantinorum omnes. Poſtremò ab ineunte ætate uictu lauto, multiq; luxus aſſueſcere in delitijs educari, mollibus admodum indumentis compoſiti, auroq; ſplendentes, uaſis item, dolijs guttisq; aureis argentoq; excuſis utebantur. Ditiſsimus uerò fermè omnium Acragantinorũ. ea tempeſtate Gellias quidam erat, qui inplerisq; domus ſuæ locis hoſpitalia conſtituerat habitacula, certosq; ex familia ad id delectos, ut aduenas quoſcunque eò tranſeuntes ad hoſpitium inuitarent: idem quoq; à multis factitatum eſſe Acragantinis, qui ſyncera priſcæ ætatis benignitate, & manſueta conſuetudine uitam traducebant. Inde Empedocles de eiuſmodi uiris ſic cecinit:

Verecundi hoſpitum portus, flagitij expertes. Quin aliquando cum quingenti equites ex urbe Gela eò acceſsiſſent, brumali tempore, ut refert Timæus in decimo libro, ipſe unus eos cunctos intra lares ſuos excepit, moxq; introductis indumenta, tunicasq; ſingulis diſtribuit. Et Polycletus in hiſtorijs narrat de illius domus cella uinaria, quam ſe, dum Acragante militaret ſpectaſſe dicit. Fuiſſe aũt in ea trecẽta dolia ex eodem ſaxo exciſa, quorũ unum quodq; centum amphoras caperet. Hæc iuxta labrum ingens natatorium parietibus undiq;

Lacus.

Mauſolea.

Victus.

Gellię Acragãtini opes et hoſpitalitas.

undique in cruſtatis amphorarum capax mille, ex quo defluebat liquor in ua
Τὸ μὲν εἶδος ſa. Fuiſſe autem aiunt Gelliam forma quidem utili: ſed moribus admirabili-
ἀβουλὴν παν bus. Nam miſſus olim ad Centoripinos legatus, cum proceſsiſſet in conuen-
τελῶς, τὸ δὲ tum multitudo in eum conuerſa, prorupit in riſum intempeſtiuum, cum uiri
ἦθος θαυμα- illius cernerent aſpectum, nomini eius tam celebri & laudato minimè parem.
στόν. At ille excipiens reſpondit, eos minimè admirari debere, Acragantinis de
more eſſe ad celebres præſtantesq; urbes, uiros forma præſtantiſsimos: ad hu
miles uerò pari ſpecie legatos mittere. Nec in Gellia ſolo, ſed in multis alijs
Acragantinis ſimilis in luxu & apparatu liberalitas, & magnificentia opu-
Antiſthenis A- lentiæ inuenta eſt: Nã Antiſthenis, cognomento Rhodius in nuptijs filiæ ci-
cragãtini opes uibus cunctis conuiuia fecit, paratis per uicos & anguſta uiarum, ubi quiſ-
que habitabat, opiparè menſis, tum egredientem ad uirum ſponſam ſupra o-
ctingenta iuga ſunt comitata. Præterea non equites modò qui in urbe e-
rant, uerùm multi ex finitimis accerſiti ad nuptias, ſponſam duxêre. Exupe-
rantiſsimum eſt, inauditæq; magnificentiæ, quod de paranda luce, & igni-
bus faciendis actum referunt. Aras namq; quæ in templis ubique erant,
quæq; per uicos & uias in tota urbe ſtabant, omnes lignis extrui iuſsit, at-
que ex officinis fragmina lignorum & ſarmenta congeri mandauit. Vbi in-
cenſum ab arce conſpicerent, idẽ ſimul omnes properarent. Quibus uti man-
datum fuerat rem exequentibus, quo tempore ſponſa educebatur, ſimul pro-
cedente cum facibus ingenti multitudine, urbs tota latè effuſa luce in ignium
ſplendore micabat, publicè deinceps quàm longo latoq; patebant progreſ-
ſu uiæ tam producto in ordinem agmine procedentium turbam comitan-
tem capere non poterant, cunctis ſimul magno ſtudio celebrantibus eius ui-
ri magnificentiam & apparatum ſplendidiſsimum. Ea namque tempeſtate
ciuium Acragantinorum ſupra uiginti millia capita recenſebantur. Connu-
meratis uerò aduenis inquilinisq; haud pauciores ducentis millibus. Ferunt
eundem Antiſthenem, cum quadam die uidiſſet filium cum uicino quodam
paupere altercantem, & per uim cogere molientem, ut agellum quem poſsi-
debat ille ſibi uenderet, initiò minis auertere natum uoluiſſe. Poſt cum deſti-
natam eius ad aſſequendum uotum cerneret ambitionem, acerbius per increpationem inſultaſſe & dixiſſe, id temerarij in primis hominis eſſe, cuipiam
quod ſuum eſſet, extorquere per uim pergere, neque ullo pacto quærendum,
ut uicinum tibiq; pauperrimum, ſed locupletem habeas, ut cum utrumuis
ueſtrum, maioris agri habendi libido cœpiſſet, nec à uicino id emere liceret,
tuum illi uendere facultas eſſet. Ex opulentia itaque urbis ingenti in tantas
prolapſis moribus delitias, tantamq; mollitiem, ætatem agebant Acragan-
tini, ut paulò poſt cum obſidione premi cœpiſſent, decreto populi de his qui
in uigilijs ad cuſtodiam pernoctabant, caueretur, ne cui plus culcitra eiuſq;
circumſtamento habere liceret, tum ne plus ueſte ſuffulta, duobusq; puluinaribus. Cùm hæc itaque lecti in cuſtodijs ſternendi duriſsima conditio uideretur, hinc coniicere quis ualet quanto tum fuerint in reliqua uita luxu delibuti. De his igitur neq; quæ commemoranda uidebantur prætereire conſilium fuit, neque remotius digredi placuit, ne magis neceſſaria prætermitte-
Carthaginẽſes ad Acragantẽ caſtra ponunt. remus. Carthaginenſes igitur copijs in Siciliam traiectis, ad Acragantinorum urbem expeditionem ducunt: bina caſtra diuerſis locis ſtatuunt. Altera in quibuſdam collibus, ubi Hyberorum & Libycæ gentis certam manum ad quadraginta ſimul hominum millia collocant. Altera haud procul ab urbe foſſa profunda, uallo q; circumunita primumq; legatis ad Acragantinos miſsis poſtulare imprimis uti ſecum ſocietatem uiresq; iungere uellent. Sin id minus placeret, petere ut bello tuto abeſſent, quod utiq; per ſe liceret, ſeruata

uata per eam quietem cum Carthaginẽsibus amicitia. Legatio ab oppidanis male audita, nec conditiones acceptæ, quo percepta confestim cuncta ad expugnandam urbem parari expediriq; hostis arma iubet: nec ulla Acragantinis mora, incolas qui per ætatem arma ferre possent, omnes in armis esse iubent, dispositisq; in multitudine ordinibus, partem in mœnibus ad defensionem constituuntur, alios in subsidijs stare iubent ad excipiendum defatigatorum laborem, & in locum succedendum. Trepidantibus illis adest ecce auxilio sociali Dexippus Lacedæmonius, ex urbe Gela aduectus, cum electa externi stipendij manu militum circiter mille quingentorum. Hic uir ea tempestate, ut à Timæo traditur, Gelæ commorabatur, in honore ab eo populo habitus & authoritate, ob patriæ suæ dignitatem. Ab eo postularunt Acraganti suppetias uenirent, ut conductis quàm maximum potuisset numerum externi nominis militibus, Acragantum properaret. Cum his Campanos circiter octingentos conducunt, qui prius Amilcari stipendia fecerãt. Hi ex ordine collem tenuere sub urbem positum cognomento Athenæum, qui idoneo maximè situ adiacebat. Himilco uerò & Hannibal duces Carthaginẽsium exploratis mœnibus, perscrutati qua facilis in urbem daretur irruptio, duas turres ad muros extruxere mirè molis & altitudinis: ac prima luce ex illis mœnia oppugnare adorti, multis hostibus interfectis receptui cani iubent. Nocte iam surgente, oppidani eruptione ex urbe facta, turribus machinisq; ignem iniecêre. At qui cum Hannibale erant properantes diuersis simul ex locis oppugnationem adoriri, militibus mandant ut sepulchra eruant, eaq; ruina aggerem ad mœnia ducãt: nec segnis ad imperium multitudo facilè deduxêre opus. Ibi inter ruendum ingens quædam religionis reuerentia, & deorum pauor cœpit exercitum. Nam Theronis sepulchrum miræ molis arteq; opus, fulminis ictu concussum tremuit. Quo portento procurato, nonnulli uates cum ad illud eruendum properare multitudinem uidissent, obsistere prohibereq; ne id committeretur, conati sunt: moxq; repentè pestilentia inuasit castra, quæ multos absumpsit, nec paucam turbam in uarias afflictiones, grauesq; calamitates distortam traxit, in quibus Hannibal dux interijt. Tum ex his qui in uigilijs pernoctabant, nonnulli uidisse se per noctem manes & simulachra uita defunctorũ per umbram uagantia. Cæterùm Himilco cernens multitudinem grauiter religionis formidine deterritam, primùm ab eruendis sepulchris destitit: mox dijs supplicia peregit. Saturno infantem iugulat, Neptuno turbam sacerdotum summergit. Post ad inceptum prosequẽdum redit, ducto ad fluuium ubi proximum aggere, eodemq; opere ad mœnia usq; continuato, machinas illic omnes construxit, singulisq; diebus occupando uariè, irruptionemq; tentando defatigabat oppidanos. At Syracusij considerata Acragãtinorum obsidione, ueriti plurimum ne fortè eadem quæ Selij untios olim Himeræos fortuna nunc quoq; obrueret obsessos, iam pridem sollicitis trepideq; cura laborantibus auxilium ferre properabant: & accedentibus tum ex Italia & Messana socijs, ducem sibi Daphnæum creant. Copijs coactis in expeditionem profecti, per iter sibi propere Camarinos & Geloos adijciunt, ex mediterraneis item populis progrediendo manus accersunt, instructiq; magnis itineribus ad Acragantem contendunt. Quos ita properantes sequebantur secundum littus triginta naues. Erant in eo agmine peditum supra triginta millia. Himilco autem cognito hostium aduentu, statim Campanos & Hiberos omnes, atq; ex reliqua turba ad quadraginta millia in agmen ductos, hosti aduentanti occurrere iubet. Iam flumen Himeram traiecerat Syracusia manus, cum ecce procul hostium agmen adesse procinctum contra conspicitur, nihil cunctati, armis ut erant expeditis, acieq; instructa signa conferunt. Pugna cum primo agmine conserta, diu ferociter dimicatum est. Tandem uicêre Syracusij, cæsaque hostium dimicando supra sex millia. Postremò ui in ordines passim facta irrum-

Dexippus Lacedæmonius

Acragantinis suppetias uenit.

Acragantẽ oppugnant Carthaginenses.

Hannibal pestem moritur.

victimæ humanæ.

Syracusani Acragãtinis auxilium ferunt.

Syracusani Carthaginẽses fundunt.

irrumpentes totam aciem fundunt, dissipatumq; hostem præcipiti fuga ad urbem usq; agunt. Sed ubi nullum insectãdo modum, nihil agminis bellici dux à militibus seruari uidet, ueritus est ne fortè cum reliquo exercitu procinctis Himilco irrumperet, fugamq; & stragem suorũ in uictores conuerteret. Meminerat nanq; Himereos olim extremo persimilem causam excidio funditus erutos. Proruentibus fugiendo in castra, quæ iuxta Acragantis mœnia posita erant Barbaris, milites oppidi ex mœnibus cernentes hostis profligati tumultum, duces quisq; suos orare ut in aciem educerentur, aut erumpere liceret, iã tempus quo nullum usq; magis dari posset idoneum adesse dissipandi pentus obruendiq; in tam præcipiti pauore hostes. Illi siue pecunia ab hoste corrupti, quod haud prorsus ratione caret, seu ueriti ne urbem defensoribus uacuam, Himilco per occasionem adortus occuparet, milites ab eruptione continuerunt. Ita datum fugientibus iter apertum, & facultas sese tutò intra castra iuxta urbem posita recipiendi. Daphnæus uerò cum copijs in campum progressus, unde propulsauerat hostem, illic se in stationibus collocat, ad quẽ milites oppidani extemplò ex urbe cateruatim & promiscuè confluere. Dexippo inter primos eodem progresso, mox à concursu multitudo prodijt in concionem, ibiq; per iram & indignationem tumultuari cœptũ, detestari omnes ignauiam fœdam ducum: defuisse utiq; aut uiros, aut hominum fidem oblatæ iam palã occasioni ad bellum iam tutò conficiendum: spretam uel temerè, uel pernicioso consilio tanti momenti occupationem. Hostem uerò emissum è manibus licuisse tutò supplicium illatæ iniuriæ à Barbaris sumere, modò licuisset per duces armis uti, uictoriamq; sequi. Nunc emissã haud impunè tot hostium millia, quorum salutem constare non sine suæ rei magno periculo incolumem esse posset. Dum hæc per conuentum magno clamore iactarentur, in frendente militum ira, Camarinæus quidam, ex his qui magistratum gerebant, inter cæteros prodiens, magna uoce Acragantinos acculat, adeoq; multa obijciendo, incendit multitudinis animos, ut reis dicere conantibus ipsisq; defendere parantibus, neq; aures adhiberentur, neq; tempus recipiendi daretur, sed repentè incitata turba quatuor eorũ saxis obruti sunt. Quinto, cui Argiuo nomen erat, ignotum est, quòd ætate iunior innoxius tum praui consilij existimaretur. Eius quoq; culpæ conscius uidebatur Dexippus Lacedæmonius, quippe qui dux haud bellicarum ignarus artium, non sine fraude & proditionis cõsilio rem tam opportunã prætermisisset. Concione dimissa Daphnæus eductis copijs hostiũ castra oppugnare aggreditur, sed explorata eorũ munitione inexpugnabili uallo cõstructa, frustrà id se conaturũ cernens, destitit ab incœpto. Mox conuerso in agros agmine, uias obequitãdo, passimq; omnia excurrendo, quoscunque pabulatum prædatumq; hostes miserant, omnes occupat deincepsq; pabulo commeatibusq;, & ne quid annonæ uectigaliumq; importaretur, prohibere moliuntur, obsessis undique idonea manu aditibus, quo breui in anxiam eos sollicitudinem summumq; propè rerum discrimen adduxêre, nec audere prorsus hostes in aciem contra prodire manusq; conserere, nec iam ultra posse diutius tolerare famem, ita uarijs agitati consilijs, hinc pauore prohibente, illinc urgente annonæ penuria; dum quid potissimum faciendum sit incertũ habent, multis simul calamitatibus conficiebantur. Nam multos absumpsit inedia. Campani uerò unà cum reliquis mercenarijs ad Himilconis prætoria concursu ob famis terrorem facto, mensuram annonæ sibi quisque statutas deposcere, sin negarentur, minitari se mox ad hostem transituros. At Himilco certior per quendam transfugam factus Syracusijs magnam frumenti uim comparatam haberi, quam propè diem essent Acragantem comportaturi in eo solo spem salutis omnem positam habens, hortari adeò orareq; milites, paucos adhuc dies secum tolerare uellent, pollicitus

Carthaginensium exercitus fame laborat.

hortari adeò orareq; milites, paucos adhuc dies secum tolerare uellent, pollici tus omnes implere. Tũ pocula, quæ ciues Carthaginẽses in expeditionẽ progressi, secum attulerãt, eis tradit in fidem & pignus dictorum Ipse mox accersitis ex Panormi & Motyæ portubus quadraginta triremibus, paratas esse in insidijs iubet, & eorum cursum obseruare, qui uectigalia importare pararent. At Syracusijs superioribus temporibus mari potiti, Barbaris ut uidebatur ea imperij parte cedentibus brumali quoq; intemperie iam urgente, nihil minus arbitrari, quàm hostem naues ea tempestate conscensurũ, rem ue maritimam tentare auiurũ, incautius nauigabant, & Himilco repente improuisus occurrit cũ quadraginta triremibus, in ipsoq; congressu naues octo longas suppressit, reliquas est ad portum usq; insectatus, alijs nauigijs potitus omnibus, deinceps adeo spes utrorũq; deiecit, fiduciaq; in contrarium & desperationem mutauit, ut qui Acragantinos adiuuabant Campani, explorata iam tum apprimè Græcorum facultate, quindecim talentis corrupti transierint ad Carthaginenses, nec cura fuerat Acragantinis in ipso initio Carthaginẽsibus ægrè segniterque oppugnantibus, parcius (ueluti obsessos decebat) frumento, cęterisq; cõmeatibus uesci, sed profundius temerè cuncta prodigere cœperant, sperantes obsidionem breui solutum iri. Póst uerò ubi res aptius corroborari, spesq; firmior, & fiducia crescere, cunctaq; hosti potiora fieri cœpta sunt, tot millib. hominum intra unam urbem coactis, clãdestina annonæ absumptio famesq; inopina incautos frustrata est, nec illius fraudis mali ue conscientia Doxippum Lacedæmonium aiunt expertem fuisse, tredecim talẽtis ab hoste corruptum. Extemplo nanq; ducibus Italorum quid de bello sentiret percontantibus, respondisse, rem alio loco agi oportere, iam illic alimenta deficere, inde capta occasione duces Itali, simul ac stipendij tempus sibi exactum fuit, copias in portum abducunt. Horum discessu reliquis ducibus unà cum toto magistratuum ordine congregatis, iniecta sero cura est exquirendi, quantum intra urbem haberetur alimentorum & annonæ. Tenuia admodum & exigua cũcta cõperta, in quam necessitatem adducti, uident urbem nullo pacto defendi diutius posse, sibi penitus cum primum fame iam ingruente locum deserendũ, re consulta simul ac nox obscurare cœpit, cunctis passim per familias denunciari iubent, ex urbe omnes illico migrare properent. Quo nuncio repente tota ciuitas cõmota, perculsis horrore omniũ animis, miscerí tumultuariq; dolore cœpit Miserabile admodũ erat tantam cernere uirum, mulierũ, puerorumq; turbã urbẽ deserere. Simul enim hostium uis ac terror urgebat, atq; à cæteris curis ad salutem tuendam conuertebat: simul propter festinationem relinquere cogebant in prædam Barbaris ea propter quæ seipsos beatos ducebant. Auferẽte enim opum uim, splendoremq; & ornamenta familiarum fortuna, boni consulebãt si corpora saltem seruare possent. Nec solum urbis tam opulentæ cernere erat opes fortunásque passim, felicémque supellectilem relinqui, uerùm fraquentia mortalium corpora, qui debilitate corporum morbo ue grauiores remorari suorum uidebantur fugiendi cum reliquis celeritatem, destitutos per uias aut intra ædes omni præsidio miserabiliter extrema deflere. Iam adeò auersos ab omni pietatis cura pauor agebat, & suæ quenque salutis occupauerat sollicitudo, ut nihil audire, nihil quod remorari posset sustinerent. senectus iam effœta uiribus, cum sequi properantes nequiret, deserta euentus extremos manebat. Fuere plerique, quibus patriam destituere, miserúmque tolerare exilium cum animus penitus abhorreret, emigrationi mortem anteponentes. manus sibimet ipsis inijcere, dulcius iudicãtes cum patria cadendo inter lares suos & tecta parentum spiritum effundere. Tamen egredientem ex urbe turbam milites cum armis agmine stipato comitantes intra Gelæ mœnia deducebant. Via uerò campique omnes Gelam uersus ducentes, effusa latè matro-

Himilco Syracusanorũ cõmeatum inter cipit.

Acragantinorum fuga de urbe.

narum, puerorumq; promiscua multitudine confertissimi feruebant, permixtis unà uirginibus, quæ à consuetis delitijs & mollitie, uenustateq; uirginali ad intentum fuga iter, & laborem uitæ immensum compulsæ, tolerando cuncta procedebant, pauore excitante sustinenteq; per aspera quæque & insueta earum animos. Hæc itaq; multitudo tuto Gelam, incolumisq; peruenit. inde post in Leontinos concessit, ibiq; Syracusijs habitacula tradentibus, eam urbem incoluere. Himilco uerò inter trepidantium pauorem, cum copijs intra mœnia irrumpens, cunctos fermè ibi deprehensos trucidat, quando eos quoque qui ad aras intra templa confugerant, illic per nefas contempto deorum numine miseros abstrahere barbaries impijssima sit adorta. Ferunt Gelliam illum ciuium omnium opulentissimum, cuiusque benignitas & modestia præ cæteris summa habebatur, cum studeret extremo se excidio eripere cum non nullis socijs in templum Palladis confugisse, ratum se in eo loco numinis tutela & religione incolumem fore, Carthaginensiúmque crudelitati deorum reuerentiam & pietatem obstaturam. Verùm animaduersa illorum impietate, ignem templo subiecisse, ibique intra dedicata dijs munera, conflagrauisse, eo uidelicet uno facinore uisum, cuius rei gratia idipsum patrasse uidebatur, deorum pietati reuerentiæque consuluisse, barbaricámque immanitatem compressisse, ne delubra deorum multis opibus ornata sceleſtis manibus diriperentur, corpusq; suum contumelijs hostilibus subripuisse. Himilco igitur spoliatis templis & domibus, omniaq; ruinatus, tantum prædæ spoliorumq; inde contraxit, quantum credibile est urbem ducentis millibus mortalium habitatam habuisse, quæ scilicet ab ipsa prima sui origine, ex quo condita constiterat, intactis opibus, incolumi re, nihil iniuriæ hostilis, nihil uiolentiæ bellicæ experta, sed perpetuo rerum omnium incremento, successuq; adeò prouecta coaluerat, ut Græcas urbes prope cæteras omnes opulentia longè diuitijsq; superasse existimaretur, ciuibus summo studio in omnem operum splendorem incumbentibus. Illic enim picturas uarias, & innumera signa conspicere erat supremo artificio & imitatione incredibili elaborata. Multitudinem præterea obstupendam statuarũ, imaginũq; cuiusq; generis effictis mirã in speciem incõparabili opificio & arte mẽoris & uultibus. Quorũ speciosissima quęq; operum maioríue precio æstimata Carthaginẽ missa fuere. In quibus & Phalaridis taurum translatũ ferunt, reliquã supellectilem omnẽ cum spolijs cęterisq; reb. & corporib. sub hasta uendi iussit. Hunc tamẽ Timęus in historijs asseuranter ueluti pro comperto negat inter illa ablatũ spolia, cuius dicta ab ipso euentu & fortuna palàm reprehensa constat. Nam Scipio Africanus ducentis sexaginta fermè annis post huius urbis euersionẽ, Carthagine ab se, per uim expugnata, & in prędã data, inter cętera quę apud Carthaginenses ex his spolijs reperta, Acragãtinis restituit. hunc ipsum taurũ restitutũ inueni in annalib. earũ rerũ, quas apud Acragãtinos conscriptas perlegi. Cętерũ de hac re contentius disserere idcirco puectus sum, quód in reliquos Timęus omnes qui ante ætatem suam res gestas scripsere, si quid in eorũ scriptis minus compertũ offenderit, acerrimè inuehit, accusando eorũ culpas, nec locum defensionis scriptoribus esse sinit, immemor nempe suæmet ipse conditionis, ut constat. quippe in tam sęuera in alios censura perstantem compertum sit in ea potissimum re maximè errasse, quam ueluti à se diligentissimè perquisita tradit. Dandam enim existimo scriptoribus ueniam, si quid fortè minus compertum memoriæ prodiderunt, tanq; mortalib. cum præsertim defluxu temporũ, ueluti spatio quodã rerũ prospectũ cõfundente, ueritas plerũq; pene in obscurũ deiecta delitescat, difficulterq; audiri & defendi possit. Quod si quis sponte uel rẽ ipsam de industria deprauãdo uel negligentius incõpertiusq; quæ gesta sunt cõmemorando, rationẽ scribendi inueniatur prętermisisse, huic utiq; impacatè, indepre-

Himilco Acragantem diripit.

cabili ue

cabiliue ſeueritate ſuccenſendum iudicarim. tum acerbiſsime illis, quibus mox eſt per blandimenta, & fictas ad gratiam fabulas adulari uanitati humanæ, uel quibus cuiuſpiam odio per iracundiam crimina culpasue ad probrum excogitatas efferre ſtudium eſt, ac falſa pro ueris ſubijcere peruerſa ueritate. Himilco igitur octo menſibus in urbis obſidione conſumptis paulo ante brumam ea potitus eſt nec illico euertere captam conſilium fuit. idq; eo potius differendum ratus, quo militibus intra tecta ædium hybernare liceret. Diuulgato paſsim Acragantis excidio tantus totam inſulam pauor inuaſit, ut alij Siculorum Syracuſas confeſtim migrarent, liberos alij, coniuges, omnemq; familiam, & quicquid ſupellectilis earum, precioſumue poſsiderent, in Italiam tranſportare properarent. Acragantini uero, quibus euadere clades licuit, Syracuſas profecti, duces accuſare, deteſtariq; eorum auaritiam, & temerariam licentiam, ac prætorum fraude patriam ſibi euerſam aſſerere, nec non & Syracuſijs increpando obiectum eſt ab reliquis Siculis quòd huiuſmodi uiros rebus præficerent, quorum ſocordia & improbitate tota Sicilia in excidij diſcrimen prope extremum adducta tumultuaretur. Itaq; conuentu communi Syracuſijs celebrato, cum omnium animos pauor, diſcrimenq; rerum ſuſpectos attonitosq; teneret, nec cuipiam de bello referre quicquàm, conſultareq; audacia eſſet, hærente diu incerta, cogitabundaque mente toto conuentu, Dionyſius Hermocratis filius in concionem progreſſus, iam pro palam duces ipſos accuſat, quòd rem Carthaginenſibus prodidiſſent, atque populum concitat ad ſupplicium de ipſis ſumendum, neque expectandam, dum, id liceat per leges: ſed cõteſtim pœnas irrogandas. Cumq; magiſtratus Dionyſium ceu turbatorem, ex lege mulctarent, Philiſtus (à quo ppltea hiſtoria conſcripta eſt) magnis uir opibus pollens, mulctam pro Dionyſio exoluit iuſsitq; uti quæ ſtatuerat, diceret ſi dies ſingulos eum mulctare inſtituiſſent, ſe pro eo argentum penſurum. Ita deinceps confiſus reuocata audacia, populum denuo concitare adoritur adducta in tumultum & iram concione, prætorum crimen exacerbare, auaritiam, improbitatem deteſtari, pecunia, ab hoſte corruptos urbem Acragantem, in manus hoſtium prodidiſſe. Alios quoque multos clariſsimos ciues ſimul criminibus grauibus implicare, grauiterq; inſectari calumniando cœpit, conſpiraſſe clam illos ſimul, remq; e manibus populi extorquere conari, ibiq; factioſos quoſdam per ſuperbiam, & opum facultatem ſtatum omne ſibi uendicare contendere. Quapropter conferre ſe ne prætores eligere pergant potentiſsimos, ſed potius optimos quoſque uiros, quibus reſpub. populariſq; ſtatus maiori gratia curaq; habeatur, quàm priuata potentia. Illos ad dominationis magis ſpeciem, ſuperbiamq;, quàm æquo, & bono magiſtratus genere, multitudinem plebis, inferioresq; faſtidio contẽptuiq; habere, factu cuncta proterere, calamitatibus patriæ, res opesq; ſuas euehere: nihil in humilioris conditionis uiros huiuſmodi cadere poſſe, nunquàm ad tam grauia facinora mediocris animum, modeſtiq; uiri, aſpiraturum: quippe ſua quemq; mediocritate & impotentia ſatis à uiolentis flagitijs & inſolentijs deterreri. Hac itaque & multa huiuſmodi ad audientium libidinem, uoluptatemq; differens, quæ maximè quoque ad inſidias quas tentabat erant accommodata, haud mediocri tumultu concionem perciuit. Nam populus iam dudum ducibus ira odioq; infenſus, quòd ab illis eo bello ſe cernerent male implicitos, tum plurimum ea concione irritatus, extemplo magiſtratu Prætores abire iubet, mox alios creat, in quibus Dionyſius decernitur. cuius iam per certamina cum hoſte Carthaginenſe conſerta uirtus præclare apud Syracuſios enituerat, ſpectataq; ubiq; probabatur in periculis audacia. Qua dignitate in magnam ſpem erectus, omnia excogitare, quo ſibi patriæ uendicaret dominationem. Nam poſtquàm magiſtratũ adijt neq; uſquàm cum collegis conſediſſe uiſus eſt, neq; conſilia ſimul agitare uo

Dionyſius Syracuſanus tyrannidem affectat.

uoluí. Te nec cõmune quicq̃ gerere. Quę omnia callidíssimo (uti erat astutíssimus) cõsilio ꝓsequebat. Ea nãq̃ arte molitũ ibat id q̃d iam sibi ipse per spẽ pollicebat fore, ut eis sensim potestas authoritasq̃ adimeret, ipse uerò ius omne rei administrandę, summãq̃ magistratus reuocaret. Dũ hęc ab eo fierent, primorib. urbis haud factũ placere, suspecta uiri consilia haberi cõuentusq̃, eius mores accusari, modũ gerendę rei gestaq̃ detestari. At turba popularis insidiarũ ignara laudabat, urbem tandem uix hunc ciuem nactã fide incolumi & prudentia singulari pręstantem, cuius demũ cõsilijs certis, integraq̃ uita regeret. Cęterũ conuocato sępe conuentu ad munia belli decernẽda. uiresq̃ cõparandas, cum cerneret populũ hostium formidine perculsum arma detrectare, nec alienatos iam penitus pauore animos facilè in militiam & stipendia trahi aduci'ue posse, hortari eos adoritur, ut exules reuocent. Absurdum nanq̃ admodum uideri, ex Italia & Peloponneso, quod crebro fecissent, implorare & accersere ab alienigenis auxilia, cum ciues suos nihil magis exoptantes liceat ad commune periculum ascíscere, quos hostis ingentibus donis, pollicitisq̃ sollicitare, ut secum militent, non desistat. nec ullo tamẽ quempiam adhuc eorum pręmio adducere ualuisse ad arma contra patriam capienda. Malle nempe inter alienigenas procul à laboribus suis peregrinos extorresq̃ grauissima quæq̃ pati, uel etiam interire, quàm quippiam inire consilij, quod urbi aduersum esse posit. Etenim si per seditiones urbanas expulsi uitam egêre exulem, nunc utiq̃ reuocationis beneficio patriæ deuinctos, promptius obnixiusq̃ dimicaturos, cunctaq̃ propense moltiuros, ut ciuibus bene de se meritis, pares referre gratias uideantur. Ad hoc ipsum propositũ, cum multa alia rebus ipsis consona disseruisset, concordem negotio suo consentientemq̃ populum nactus est. Neq̃ enim ex collegis ullus quippiam contra proferre audebat: hinc enim multitudinis impetu libidineq̃ deterrebantur: illinc graues in se inimicitias obstando, seuaq̃ odia concitatum iri prospiciebant, collegę suo cõtra, deuinctis eo beneficio exulibus, fore ut omnium prope gratia conciliaretur.

Hæc Dionysius fraude moliebatur, studens exules omnes sibi obnoxios officio reddere, nempe uiros rerum nouarum cupidos, & ad parandam sibi dominationem aptos, quibus sciebat fugam cædem'que inimicorum suorum uicissim iucũdo spectaculo fore, nec mediocri upluptate sua sibi olim eiectis erepta recepturos, magna'que uindictæ dulcedine conspecturos aduersariorum suorum capita proscribi, familias dissipari, præsidiaq̃ & bona cuncta in publicum redigi. Postremò decreta de reducendis exulibus sententia, uocati sine mora in patriam redeunt. Receptis deinde à Gela literis postulantibus ut maiores eò copiæ mitterentur, idoneam Dionysius suis consilijs occasionem nancíscitur: missus itaque in eam expeditionem cum duobus millibus peditum, quadringentis equitibus, quàm raptíssimè Gelorum urbem petit, quam tum defendebat Dexippus Lacedæmonius præsidij prefectus, illic à Syracusijs constitutus. Deprehensa ibi seditione graui locupletum aduersus plebem conspirantium, Dionysius eos omnes in conuentu accusat, ac damnatos necat, eorum fortunas bona'que redigit in publicum: ex pecunia militibus, qui ad urbis defensionem stabant, quos ductabat Dexippus stipendia merita tribuit. Eis uerò quos secum Syracusijs eduxerat, pollicetur mercedem stipendij, sibi à populo statuti congeminaturum. His artibus conciliata sibi militum, quos ipse ductabat, eorũmque qui Gela tuebantur, beneuolentia & gratia, laudare uirum omnes, benefactorem appellare, uoluntatem quisque promptius studia'que omnia illi uni obnoxia, intenta'que habere: nec non & à Geloo populo probari admodum, magni'que idem fieri, ueluti libertatis eis subreptæ reparator extitisset. Plebs namque per inuidiam infensa nobilitati & optimatibus, eorum opulentiam dominationem appellabat. Quamobrem legatos Syracusas misere, qui uiri laudes ad pop

Profugi Syracusas authore Dionysio reuocantur.

Dionysius Gelois primatibus occidẽdis plebẽ sibi delinit.

ad populum referrent: decreta quoq; ostenderent, in quibus eum magnificis ornarunt præmijs. Dionysius uerò Dexippum adortus, multis eum modis ad conspirandum secum nititur adducere: ubi id se frustra conari uidet, cum copijs suis Syracusas reuerti parabat. Iam cum rumor apud Geloos increbuisset, Carthaginensibus esse decretum uiribus omnibus Gelam primum adoriri, Dionysium orant, ne discedere uellet, neu desereret urbem, nec eos pateretur in eam trahi calamitatem, quæ iam obruerat Acragantinos. Quibus pollicitus se breui cum maioribus eò rediturum copijs, Dionysius Gela cum exercitu discedit. Cum autem ludi tum fortè spectaculaq; Syracusijs celebrarentur, hora qua populus ex theatro emissus exibat, urbem ingreditur: concursu multitudinis ad eum facto, sciscitantibus multis de Carthaginensium exercitu illos propterea nescire respondit, quòd præfecti, quorum fidei res publica credita esset, longe hoste alienigena rebus infensius aduersarentur. Quorum tamen authoritati, ciues ipsi compositis uerbis & ficta fide decepti plurimum concederent, quibus applaudere studerent ueluti patriæ custodibus, seq; consilijs eorum curaq; tutissimos confiderent, illos ipsos abutipopuli gratia, cuncta in rem suam usumq; sibi priuatim trahere, publica inter se bona partiri, pecuniam publicam pro sua quenq; uirili depopulantium in morem diripere, nec stipendia persoluere militibus. Innumeram hostium multitudinem intra fines adesse, interea nihil horum à prætoribus suis prospici, nullam rebus adhiberi curam muniendis, nihil cognitum uel exploratum, quo consilia, quo tanta uis hostium irruptura esset, neq; haberi, neq; ut haberetur magnopere intendi, perinde ac si fœdere certo firma cũ hoste res esset, ac non mox omnia passim telis infesta, mœniaq; cohortibus circum obsessa, cõspecturi forent, sed tamen huiusmodi horum consilia, cum suspecta sibi omnia essent, uarijs modis inuestigasse. nunc demum cum palam rem compertam, fraudesq; detectas haberet, ad ultima præsidia & fidem populi confugisse, cuius salus in discrimen adducta sit, Himilconem præconem ad se misisse, simulata nempe occasione captiuos redimendi, per quem se, qui collegis superior euaserit, horretur, ut eorum quæ agantur nihil curiosius inuestiget, neque impediat, postquam adiuuare non statuerit. Itaque se non amplius uelle esse ducem, sed aduenisse ut se magistratu abdicet. Neque enim tolerandum esse cæteris patriam impunè uendentibus, se non solũ cum ciuibus in eodem excidij periculo uersari, sed etiam in proditionis culpam trahi. His dictis accensa plebe, sermone per exercitum diuulgato, multa secum omnes per indignationem simul & paorem agitantes in suam quisq; domum se recipit. Postera die conuocata concione, multa compositè, ut erat acerrimi uir ingenij, disserendo, uarijs criminibus insimulare pergit, magnaq; arte populi nititur iram in collegas accendere. Iam prope tumultuante turba, nonnulli in consensu, ut erant ad eam occasionem intenti, proclamare cœperunt, ducem eum unicum dictatoremq; dicendum esse, nec manendum dum hostis uigili intentu ad bellum cura mœnibus irrumpat, tantam belli molem in tanto discrimine talem ducem deposcere. cui multa simul consulere, pleraq; pro re rursus prosequi promptum sit. de proditoribus post in concionibus, ubi per ocium tutius licuisset, referendum & consultandum, tum eiusmodi rem quærere ab incumbenti tempestate alienum esse. superioribus quoq; olim Carthaginenses trecentis milibus in insulam traiectis profligatos apud Himeram duce Gelone imperatore. Ad hanc uocem multitudine facilè in deterius, uti solet, inclinata, Dionysius imperator creatus. ubi uero rem sibi uidet ex sententia succesisse, per decretum militibus duplicatum stipendium constituit, eos quo ad maiora præmia se uocari scirent, eo promptiores ad certamen, & ad pericula fore audaciores, inde orare, ne de pecunia magnopere disceptaretur, eam conditionem haud admodum

Dionysij oratio ficta ad populum tyrannidem affectãtem.

Dionysius imperator creatus tyrannus efficitur.

grauem pro uectigalibus & urbis ærario haberi. Concione dimissa, Syracusiorum multitudo haud parua sera pœnitentia factum damnare, detestarique consulta, perinde ac suimet quisque oblíti, per alienationem in concionem stetissent, nec omnium sententia suffragijs que id decretum fuisset. Enimuero in mentem reuocati rem secum diligentius ratione tractando prospicere quisque uim dominationis surgentem, ita dum libertati suæ cautius firmius que consultum esse cupiunt, semetipsos ueluti præstigijs quibusdam deludentes, dominum sibi patriæq; imposuisse. At Dionysius populi pœnitentiam antecapiendam ratus, multa meditari cœpit, quo nam consilio custodes corporis per legitimas causas sibi constitui posceret. Hoc nanque impetrato facilè sibi patriæ uendicatum dominationem. Consilio igitur capto, repentè imperat, ut qui per ætatem arma ferre possent, intra quadragesimum annum, sumpto trigínta dierum commeatu in Leontínos cum armis properent, quod oppidum Syracusiorum tum præsidio tenebatur, confertum multitudine undecunque fugatorum, & alienigenarum colluuie. eos omnes sibi ipse sperabat adiutores, quòd rerum nouarum cupidos nouerat. Arbitrabatur præterea maximam Syracusiorum partem in Leontinos, quò iussi fuissent minimè profecturos. Igitur statione noctu in agris extra posita, insidias sibi factas simulans, repentè exclamare ad arma cœpit, magnum cum domesticis tumultum miscere, mox eo facto trepidè in arcem confugit, ibí que pernoctando facibus incensis, ducta que ad custodiam uigilia, militum clarissimos quosque ad se accersit simul ac dies illuxit, cuncta iam ad Leontinos congregata multitudine, multa de insidijs sibi instructis conqueri, uariè disceptando suadendoq; figmentis quibusdam ad speciem ueri compositis, turbam adduxit ad permittendum ut custodes ipse sibi quos uellet, eligeret ex militibus ad sexcentos. Ferunt hoc à Dionysio factum Pysistrati Athenienſis exemplo, qui fertur olim semetipsum uulnerasse: mox in concionem corpore cruento prodijsse, uulnusq; ostentando, perinde ac à manibus Sicariorum ab insidijs effugisset, eo figmento & fallacia à ciuibus stipatores corporis, & præsidia salutis impetrasse, quo pòst auxilio dominationem sibi uendicauerit. Simili fraude per commentas insidias Dionysium decepta multitudine, sibi dominium muniuit. Illíco nanque quoscunque rerum inopia, aut ære alieno grauatos, alioquín audaces ac facinorosos nactus fuisset, eos in primis deligit, quorum coacta supra mille capita optimis armis munit, magna que spe implet. Tum mercenarios aduocatos perblandè humaneque allocutus, sibi obnoxios reddidit. Ordinum quoque ratione habita, dispositiones mutauit, submotis que illis loco, quorum ambiguam fidem habebat, aduersam que uoluntatem fidissimum quemque ex suis in magistratu cõstituit. Dexippum Lacedæmonium remisit in Græciam, suspecta nanque illius uiri consilia nimis habebat, audaciamq; formidabat, ne forte per occasionem Syracusij libertatem recuperaretur. mercenarios quoq;, qui Gelam tuebantur, ad se conciuit. Postremò ob quodcunque scelus aut facinus extorres profugósque à locis patrijs excipit, quo flagitio impietateque maiore quis notatus esset, eo inter chariores habere, stipatus enim huiusmodi incertæ spei hominum cateruis dominium sibi munitissimum fore putabat. Hac itaq; turba circumuallante, Syracusas regressus, intra nauale armamentarium apparatus maritimæ facultatis tentoria sibi posuit, ut eo primum ausu sese haud dissimulanter iam domi num ciuibus ostenderet. At Syracusij tametsi factum indignanti animo cernerent, nec tam onerosa diutius orsa pati posse uiderentur, pauor tamẽ stipantis dominum agminis tum rem silentio habere coëgit: nullum deinceps ciuitati ius, nullum cuiuspiam rei transigendæ arbitrium, nulla facultas populo relicta est, cuncta ad uniuníus arbitrium reuocata disponebantur, iam passim

exteris

exteris armis,uiribusq; non suis urbs occupata parebat. hinc metus surgebat Carthaginensiũ,quo tantis copijs ad bellum procinctos sciebant. Nihil cunctatus inter hæc Dionysius, Hermocratis eius, qui debellauerat Atheniensis, filiam uxorem ducit simul Polixeno sororem dat fratris uxoris Hermocratis, nec id sine magno consilio patratum ab illo,ut adiuncta sibi per affinitatem clarissima familia, dominationis statum firmiorem haberet. His peractis,conuentu habito,Daphnæum & Democratem, quos in primis aduersarios habebat,uiros inter primores urbis, è medio tollit.Ita Dionysius uir penitus indoctus & illeteratus,priuato præterea,humiliq; loco progenitus, urbis Græcarum maximæ florentissimæq; dominium sibi ea fortuna, eisq; artibus parauit,quod imperium ad interitum usque continuauit annis duodequadraginta. Eius uero singula gesta, & incrementa dominij locis & temporibus quæq; suis oportune differemus. Hic nanque uidetur omnium quos adhuc ulla usq; scripta memoriæ prodiderint amplissimum sibi dominium suis artibus,diuturnissimumq; parauisse. Cæterum Carthaginenses urbe per uim capta, dona in templis reposita, & dedicatam spellectilem, statuasq; omnes, simulachra & quicquid ibi præciosissimum compertum est, transmisere Carthaginem.Post erutis templis,urbeq; direpta,ibidem in hybernis commorati sunt,aduentante uerna tempestate,machinas,instrumenta bellica, telorumq; cuiusuis generis magnam uim comparant,oppugnaturi quum primum,procut decretum erat, urbem Geloam. Cæterum Athenienses assiduis cladibus, & aduersa fortuna debilitati,inquilinis ciuitatẽ dant, atq; in ciues adscribunt aduenas,alienigenasq; omnes, qui secum belli labores, & munia militiæ gestare uoluissent.Quo facto magna breui conscripta multitudine, ciuium numerus mirum in modum est auctus, prætores post delectu habito, quosque ad militiam idoneos conscribunt inde naues sexaginta complent.quibus apprimè instructis, Samum uersus enauigant, Quo peruecti, reliquis prætoribus iunguntur ibi commorantibus, cum octoginta triremibus, quas ex alijs insulis contraxerant.tum impetrato à Samijs ut decem triremes complerent. inde cum classe centum & quinquaginta nauium soluunt, ac remigijs in insulas Arginusas contendunt, properantes Mitylenem obsidione,liberare.At prætor Lacedæmoniæ classis Collicratidas audita nauium hostilium ad nauigatione,ad persequendam obsidionem relinquit. Eteonicum cum magnis copijs,ipse nauibus C. & XL. completis, raptim in alteram Argimisarum partem properat.Hæ tunc incolebantur,& oppidulum Aeolicum habebant, sitæ inter, Mitylenen & Cumam, breui admodum interuallo à continente & extremo Catanidis distantes. At Athenienses cognita statim hostium adnauigatione,quippe non procul stationem habentes, inualescente assiduè uentorum ui, cum naugia loco constitui nequirent, desperata eius diei propter procellam pugna,haud,procul ab hoste naues anchoris firmant, sese comparant ad ineundum postera die certamen. Itidem properatur à Lacedæmonijs uatibus utrinque dissuadentibus.Lacedæmonijs enim uictimæ caput in litto re iacens disparuit,æstu fluctus hausum:hoc omine portendi prætorem classis eo certamine periturum nunciarunt auruspices. Quo audito ferunt Callicratidam respondisse,nihil spartanæ dignitati, si pugnando caderet, se detracturum. Thrasybulo uero Athenensi, qui tum prætor classem ductabat, cui que ea die summa imperij pro sorte obuenerat, per noctem somnium huiusmodi apparuit. Videbatur sibi,unà cum sex alijs prætoribus,Athenis in Theatro frequenti tragœdiam Euripidis agere,cui Phœnissas titulus inscribitur. Aduersarijs uero tragœdiam,cui nomen est supplices,agentibus, uisum esse, Cadmeam uictoriam illis obtigisse,cunctosq; interijsse, duces imitando, qui ad oppugnandas Thebas castra posuerant. His auditis uates ad coniectandum accitus,ita est interpretatus. septẽ duces eo prælio casuros. Ac sacris alio

Prodigia Athenienſiũ & Lacedæmoniorum ad Arginuſas prælio nauale antegreſſa.

quin uictoriam palám ſpondentibus, iubet duces uti collegis ſuis ſolis, de ſingulis ritu cuique ſuo nuncietur, uictoriam uerò ex ipſis ſacris portẽtam per uniuerſum diuulgent exercitum. Callicratidas uerò aduocata concione, milites ad pugnam multa commodè diſſerendo, idoneiſque ſuadendo uerbis, accendit. Poſtremò ſic uerba fecit. Ad ſubeudum pro patria periculum ſic ſis equidem alacris, ut cum uates ex ſacris dicat uobis uictoriam, mihi mortem portendi, tamen occumbere ſim paratus. Verùm cum haud me fugiat plerunque in acie duce cadente, ſolere tumultuari ordines, idcirco ne uobis error eiuſmodi uincendi intercipiat fortunam, nunc ſi quid mihi obtigerit, declaro Clearchum mihi tum prætorem ſucceſſurum, uirum bellicarum artium inſtitutione ſingularem. Quæ Callicratidę uerba magno prolata animo, haud ignauis excepta auribus, multos ad imitandam tam egregij animi conſtantiam uel ad æmulationem uſque ſuccenderunt, & ad pericula ſubeunda, laboréſque tolerandos reddidere promptiores. Ita Lacedæmonij ſublatis ſpe fiduciáque animis inuicem hortando naues conſcendũt. Parte alia iuuẽtus Athenienſis ad certamẽ per duces concionibus accenſa, tum ſingulis ſuos quæque ſeorſum adhortantibus, arma expediunt, triremes complent, aciémque inſtruunt. Dextrum cornu Thraſybulus cum Pericle tenuit, eius Pericli filio, cui ob poteſtatem & acrimoniam ingenij Olympio cognomentum fuit. Aſſumptus quoque ab eo præfectus Theramenes in id cornu, qui antea ſtipendia fecerat: tunc uerò ſæpe copijs præerat. Duces alios per reliquam aciem in diuerſa diſponit, ipſaſque Arginuſas in agmen diducta complectitur phalange, conatuſque latiſsimo licuit tractu nauium ordinẽm protendere. Callicratidas ſibi dextrum cornu ſumpſit agendum, ſiniſtrum Bœotijs tradidit, qua Thraſon Thebanus ductabat. Vbi uerò ſe uidet aciem non poſſe cum hoſtis ordinibus æquare, quòd inſulæ amplum nimis ſpacium obtinerent, copias diuidit, binaque acta claſſe, binaque acie inſtructa, partes utraſque adortus, duobus locis pugnam accendit, eóque cœpto magnum iniecit terrorem, horrórque ingens uniuerſos circum undique ſpectantes habebat, ueluti quatuor claſſium conflictu concurrentium, nauibus haud multo minus quadringentis in unum locum coactis. Ea nanque pugna omnium maxima memoratur, quas unquam Græci cum Græcis uſquam decertauerint. Igitur ſimulac tubicines à ducibus iuſſi belli ſignum cecinêre, ecce repente ex utraque acie quanto intendi poterat ſpiritu uoces proclamando omnes in cœlum iactare, iam pro uiribus quiſque remis incumbere, dum ſe quiſque primus cum hoſte manus conſeruiſſe, primúmque in acie conſpici properat. Non enim tyronum in morem ſegniter & imperitè, ſed plurima prope omnes militiæ peritia, plurimiſque iam pridem aſſueti periculis belli diuturnitate, ardentes impigrè imperterritéque irrumpere, adeò admirabilis furor, & inaudita dimicandi pertinacia trahebat utranque aciem. Nec mirum, cum utriuſque populi ſummum ibi robur & contractæ undique uires, extremum periclitarentur, nec cuique dubium eſſet, ultimum id populo utrique diſcrimen rerum fore, eámque demum uictoriam bello finem, uictiſque modum pro uictoris arbitrio impoſiturum. Feruente iam paſsim pugna, Callicratidas memor uaticinij ad aras habiti, ueluti deſtinata ſibi cæde, fertur primus inter prima pericula, irrumpensque cum nauibus ſuis & confertiſsimum hoſtium agmen, iam certus moriendi, manu quærere, molíque omnia, ut quàm clariſsimè occumberet, occumbendo quàm maximam ſtragem hoſtis æderet. Nauem Nauſij prætoris ipſo incurſu obuiam ſupprimit, inde alias roſtris feriens, impotẽs ad nauigandum facit, alijs alas detegit, & tranſtra perfringit, ſimúlque belli uſum, curſuſque aufert. Poſtremò nauem Periclis uiolentius roſtro petens, amplam triremis fodit aperturam. hærente in carinæ pectus mucrone roſtri, inter diſſoluendi moram, quod hoſtis multa ui conabatur fruſtra, Pericles manum ferream

Atheniẽſium cum Lacedæmonijs prælij nauale ad Arginuſas.

ream naui Callicratidæ iniecit, quam per uim retentam, acies Athenienſium mox circumſiſtunt, ſaltúque in eam undique ſeſe immittentes, circũuentam ibi turbam omnem iugulant. Tum Callicratidam ferunt ſtrenuè ſe defendentem, irruentibus diu reſiſtere. Poſtremò à circumfuſa undique multitudine tè lis confoſſum, expiraſſe. Simul ac diuulgata ducis cædes, & ſtrages ſuorum Peloponneſia repente acies perculſa, titubare inclinarèque cœpit, iamq; dextrum cornu in fugam uerſum fundebatur. Siniſtrum ex Bœotijs cõſtipatum aliquandiu loco perſtitit acerrimè dimicando. Nam Eubœis, qui in eo periclitabantur, cæteriſque qui ab Athenienſibus deſignauerant, pauor animos agebat, ne forte per eam uictoriam Athenienſes imperio potiti, pœnas ab eis defectionis expoſcerent. Cæterum ubi plurimas ſuorum naues transfoſſas uident, multitudinem præterea uictorum in ſe conuerſam undique irruere, præcipiti fuga ſe periculo properant eripere. Alij itaque ex Peloponneſijs in Chium, alij Cumas confugere. At Athenienſis acies hoſtem profligatum infectati, omnem proximum maris locum mortuis fragmentiſque nauium repleuerunt. Poſt hæc conſultantibus inter ſe ducibus, alij cenſebant cadauera ſuorum imprimis perquirenda legendáque cum conſtaret ab Athenienſibus grauiſsime in eos uendicari ſolitum, qui mortuos ſepelire neglexiſſent: alijs potius uidebatur, confeſtim Mitylenen nauigandum, eámque quàm primum obſidione liberandam. Verùm tempeſtas ingens & aſpera inter hæc oborta exagitare & concutere naues cœpit, milites quoque certaminis labore defatigati, tum fluctuum deterriti inſuperabili ui, perquiſitionem cadauerum detrectare. Poſtremò tempeſtatis procella inualeſcente, neque Mitylenen contendere licuit, neque legere mortuos. at cogente uentorum ſpiritu, feruntur in Arginuſas. In eo conflictu naues Athenienſium ad quinque & uiginti periêre cum maxima hominum in eis parte: Peloponneſiacæ ad ſeptem & ſeptuaginta. Tanto itaque nauium dilacerato numero, cæſiſque prope ſimul omnibus eorum uiris, per mare latè naufragia conſpicere erat permixtis cadaueribus, Phocenſiúmque & Cumeorum oras maritimas obtruncatorum membras, lacerisque cadauerum fragmentis paſsim ſtratas, uoluente in littus eiectis. At Eteonicus, qui Mitylenen obſidebat, cognita per nuncium quendam ſuorum ſtrage, naues in Chium dimittit, ipſe cum copijs pedeſtribus in Tyrræorum urbem ſociam conceſsit. uerebatur enim ne fortè inuadentibus à claſſe Athenienſibus ſimul erumperent oppidani, atque ita exercitum undique circumuentum, in diſcrimen adduceret excidij. Duces Athenienſium Mitylenen petunt, receptóque inde cum quadraginta nauibus Conone, Samum uerſus cõtendunt. ex eo loco hoſtilem agrum inuadentes, cuncta paſsim depopulationibus uaſtant. At Lacedæmonij, qui in Aelide Ionia & inſulis ſocijs uerſabantur, poſt eam cladem congregantur in Epheſum. Dúmque inter ſe conſultare multa pro rerum ſtatu, uariáque conſilia quærere ſtudent, tandem potiſsimum uiſum eſt, certos Spartam mittendos, qui Lyſandrum claſsis prętorem deſignari poſtulent: eius nanque ductu quum claſſem prætor olim regeret, multa præclara facinora fuerant edita, reique militaris & artis bellicæ peritia cęteros longè ſuperare uidebatur. Cęterum Lacedęmonijs lege prohibitum erat eundem bis prętorem in eandem expeditionem emittere: itaq; patrium morem abolere nolentes, Arato claſsis ius pręturamq; tradunt, Lyſandrumq; cum eo priuatum proficiſci iubent, ducique mandant uti nunquam à Lyſandri conſilijs diſcedat, nihilque aduerſus eius ſententiam audeat. Igitur hi ad imperium ſibi demandatum emiſsi, cõfeſtim è Peloponneſo & ſocijs populis quam plurimas poſſunt triremes ſibi concire properant. Interea perlato Athenas uictoriæ & rei tam feliciter apud Arginuſas geſtæ nuncio, populũ lætitia ſimul & dolor diſtrahere cœpit, militũ quiſq; probare uirtutẽ uictoriæq; applaudere, neglectã uerò in ſepeliendis ijs qui pro imperio occubuerant,

Atheniẽſium uictoria.

Eteonicus ab obſidione Mitylene diſcedit.

pietatenm grauissimè ferre, ducibus omnes ueluti primis eius impietatis authoribus infensi esse. Iam Thrasybulus & Theramenes Athenas antè redierãt, à quibus accusari se existimantes calumnias quę defingi de cadauerum negligentia. Prætores epistolas contra eos confestim mittunt ad populum, quibus significabant illis mandatum fuisse, uti cadauera legi sepelíriue curarent: quod utiq; fuit illis, malorum causa nam cum licuisset in eo iudicio defensoribus uti illis, qui cum Theramene factionem tuebantur, uiris utiq; eloquentia prestantibus, multorumq; amicitia & gratia communitis, quiq; in eo prælio cunctis fermè gestis interfuerant, contra per eas literas aduersarios sibi acerrimosq; accusatores habuere. Recitatis nanq; in concione epistolis, extemplo multitudinis ira in Theramenem reliquosq; socios infrendere cœpit. qui cum se culpa omni oportunè purgassent, iracundiam omnem rursus in duces conuertere. Dies itaq; à populo dicta illis, ac liberato culpa, Cononi decernunt copias tradi: reliquos accitos in urbem confestim accedere. Aristogenes uerò & Protomachus populi furorem ueriti, fuga se proripuere. Thrasyllus, Calliades, item Lysias, Pericles, & Aristocrates, cum multis nauibus Athenas reuertuntur, eorum multitudine freti, quos secum uehebant, quorum interceßionem sibi in iudicio sperabant fore præsidio. Pòst ubi in concionem uentum est, consedente multitudine, cum iudicium causaq; cœpisset agitari, quicquid ad culpã dum exaggerandam, & ad plebis gratiam, libidinemq; per concionem actum est, id auditum est, si qui contrà quicquam dissentire ac defendere sese inceptassent, turba inter tumultuari, nec uerba audire uelle. Maximè autem eis nocuerunt cognati, qui complorando quisq; suos, orabant populũ, ne tam impiam negligentiam, uel potius scelerum contemptum pietatis inpunitum ullo pacto sinere uellent, prodita fluctibus per duces suos & piscibus deuoranda eorum misera membra trahi, quorum fortissimis gestis, & sanguine fuso patriæ salus redempta tutaq; consisteret. Postremò tali mortuorum per suos complo ratu, tum socijs Theramenis crimen exasperantibus, obtentum est consensu multitudinis, ut supplicium de prætoribus sumeretur. Igitur capitis damnati sunt omnes, eorumq; fortunæ in publicum redactæ. Rebus ea sorte decretis, cum illi iam à littoribus ad nẽcem trahendi essent, Diomedon unus ex prætoribus, uir utiq; & bellicis artibus apprimè instructus, cæterisq; uirtutibus, uti uidebatur, admodum præditus in concionem prodijt, in quem conuersi omnes, ueluti ad nouum quippiam accipiendum intentis auribus insistere. Silentio passim facto, ille sic orsus est. Quod nuper à uobis uiri Athenienses in capita nostra decretum fuit, oro felix faustum existat huic populo: uota uerò quæ pro uictoria dijs per uos nominata fuerunt, quando quidem fortuna nos prohibet, uestram potissimum interesse uidetur ut soluantur curare. Igitur Iouí liberatori, Apollini, deabus uenerabilibus persoluite. Horum nanq; inuocatis numinibus debellauimus hostes. His dictis Diomedon inde cum reliquis ad destinatum supplicium ducitur, cum maxima optimi cuiusq; ciuis commisera tione & lachrymis. Eum enim qui iniustè moriturus erat, sui casus nullã prorsus facere mentionem, sed pro iniusta patria petere ut uota dijs soluerentur, opus uidetur esse hominis pij & magnanimi, & ea fortuna indigni. Igitur illos abductos undecim rerum capitalium iudices lege creati necarunt, qui ne minima quidem patriam læserãt iniuria, qui maximam rerum naualium, nempe omnium quæ inter Græcos gestæ unquam commemorantur, pugnam clarissima uictoria dimicarant, quorum præclara uirtus in multis alijs strenuè periclitando certaminibus laudes promeruerat. Extabant multis in locis trophæa de hoste fuso ab his posita. Adeo autem tunc insaniuit populus, ut exacerbatus iniustè ab oratoribus iram suam exonerauerit in uiros non supplicio, sed multis laudibus coronisq; dignos. Nec diu quidem & authoribus & obsecutoribus id impunè fuit, utrosq; breui pœnituit, perinde ac numine scelus istud detestan

Athenienses duces suos uictores scelerate necant.

deteſtandum inſectante, ad uindictamq; exquirente. Nam & qui prauis ſuaſionibus pellecti deliquerant, debita inſaniæ præmia haud multò pòſt retulêre non ab unius ſolius poteſtate, ſed à trigínta ſimul dominus ſæuis exagitati, tum qui deprauando deceperat, ſententiamqúe tulerat Callixenus, mox à plebe in facti pœnitentiam ducta, in crimen Populi à ſe praue dicendo decepti, tractus eſt nec ulla defenſione dignus habitus extemplo catenis innectitur, atque in uincula publica coniectus clam cum quibuſdam alijs carceris parietes perfodit, profugítqúe ad hoſtes in Deceliam caſtellum, ut euitata morte per ignominiam & contumeliam morte grauiorem, tota deuolueretur ætate. nec ab Athenienſibus ſolis, ſed à tota Græcia digito oſtenſus ob ſingularem turpitudinem & flagitium ut dum uiueret, probro teterrimo haberetur deteſtabilis: Hæc igitur ferme ſunt quæ eo anno geſta traduntur.

Callixenus calumniator in uincula conijcitur.

Inter ſcriptores autem Philiſtus primam rerum Sicularum ſeriém contextumqúe in hunc eundem annum deduxit in urbis Acragantinis euerſionem ſeptem uoluminibus annorum ſupra octingentorum tempora complexus, ſecundi autem contextus initium à fine prioris orditur, quem quatuor uoluminibus expoſuit. Circiter eadem tempora Sophocles Theophyli filius poeta tragicus mortem obijt annos natus nonaginta, duodeuigin ti uictorijs ornatus. Ferunt eum uirum quum ultimam ageret tragœdiam, ob adeptam palmam inter congratulantes immenſa lætitia exultantem obijſſe. ab Apollodoro quoque annalium temporumqúe ſcriptore traditum eſt Euripidem eodem anno uita exceſsiſſe, ſunt qui dicant apud Archelaum Regem Macedonum, dum per agros uagaretur, in canes incidiſſe, à quibus dilaniatus interierit paulo ante commemorata tempora.

Sophocles & Euripides pœtæ.

Hoc anno præficitur Athenis Alexias, Romæ tres tribuni militum conſulari poteſtate creati. C. Iulius. P. Cornelius. C. Seruilius. His magiſtratum adeuntibus poſt cædem prætorum Athenienſes Philoclem creant ducem, cui claſsis poteſtate tradita, mandant uti nauiget ad Cononem, communiqúe inter ſe munere copias & rem militarem curent. qui ſimul ac Samum ad Cononem peruectus eſt, naues omnes complet ad centum tres & ſeptuaginta harum uiginti placuit illic relinqui, cum reliquis omnibus ambo Philocles & Conon tranſciunt in Helleſpontum. Lyſander Lacedæmoniæ claſsis prætor contractis ex Peloponneſo finitimisqúe ſocijs cum quinque & trigínta nauibus Epheſum uerſus nauigat. Accerſitam quoque eodem ex Chio reliquam claſſem comparauit, refeceratqúe debilitata omnia, mox ad Cyrum Darij regis filium proficiſcitur, ingentemqúe ab eo pecuniam in commeatus & ſtipendia militum accipit. Cyrus per idem tempus à parente accerſitus in Perſas, Lyſandro permiſit urbium cunctarum quæſturam, quæ ſub ipſius ditione & uectígalibus tenebantur, uectigaliaqúe & tributa huic omnia perſolui iuſsit. Ita Lyſander ingentí rerum omnium ad bellum facultate comparata, procinctis omnibus in Epheſum reuehitur. Eodem tempore quidam Mileti ciues optimatum adorti ſtatum, in urbe conſtituere iura populi, poteſtatemqúe euertunt Lacedæmonijs auxiliantibus. Ac initiò quidem cum Dionyſia celebrarentur per familias, quos imprimis aduerſarios habebant ad quadraginta numero in domicilijs occupatos iugulant omnes mox adducta in forum multitudine, deligunt ad trecentos ex opulentiſsimis, hos quoque neci dant, tum primores, quibus popularia iura magis placebant, percuſsi metu, haud pauciores mille capitum profugiunt ad Pharnabazum, Satrapam quos clementer ille, perhumaneqúe excepit;

Mileti optimates occidũtur.

pit, dato'que in singulos auri pondo, Claudæ incolas constituit, quod castellum in Claudia habetur. Interea Lysander cum plurimo nauium numero, contra Thassum Cariæ nauigans, urbem per uim capit sociam Atheniensium, pubertatemq; omnem ad nongentos iugulat, pueris ac mulieribus sub hasta uenditis, nomine prædæ, & subruit urbem. Post hęc in Atticam, multaq; deinde per loca uectus, nihil facinoris egregij, nihilq; memoriæ dignum edidit, idcirco ea perscribere diligentius haud cura fuit. Postremò capta Lampsaco pręsidium Atheniense ibi deprehensum in fidem sub fœdere deditum dimisit, mox urbe direpta, fortunisque in prædam datis, eum locum item Lampsacenis restituit. At duces Athenienſium simul ac exploratum eis fuit, Lampsacum ab omnibus simul Lacedæmoniorum copijs oppugnari, contractis undique triremibus, contra eos citissimo cursu properant. Naues in ea classe ducebantur ad centum octoginta. Vbi iam captam urbem nunciatum est, intra fluenta Capræ pulsas naues in anchoris constituunt. ibi parua mora habita, perlati nauigando ad hostem, singulos dies in aciem descendere, prouocandóque in pugnam lacessere. Detrectante certamen hoste, nec usque contra prodeunte, dubitari ab Athenienſibus cœptum, multa'que consultari, quid potissimum facto opus esset, cum diutius ibidem cum copijs commorandi haud facultas foret. tum Alcibiades ad eos accedens demonstrat Medocum Seuthem'que reges Thraciæ summa sibi deuinctos amicitia, pollicitósque persæpe iampridem magnas sibi copias daturos, ubi Lacedæmonijs bellum inferre uoluisset: idcirco postulat ius sibi aliquod magistratus potestatémque tradant, pollicetur se alterum duorum eis effecturum, aut hostem ad dimicandum compulsurum, aut pedestribus copias unà cum Thracum manu bellum illaturum. Hæc Alcibiades moliebatur, ut opera sua quicquam præclari facinoris patriæ conficeretur, ut beneficiorum magnitudine sese in pristinam populi gratiam reuocaret. At uerò duces Athenienſium re perspecta, quod futurum erat arbitrati, si quid aduersi contigisset, omnem in caput suum collatum iri, re prospera gesta, laudem gloriámque Alcibiadis futuram, iubéntque raptissimè se inde amoliatur, neque amplius deinceps audeat castris accedere. Cum igitur pugnam hostes detrectarent, exercitus admodum annonæ penuria premi, nec diutius tolerare inediam poterant. Tum Philocles eo die, ueluti uicissim inter se conuenerant, imperij summam gerens, reliquis triremium prætoribus mandat, ut nauibus quisque suis ad pugnam instructis sese sequantur. ipse triginta naues iam expeditas ductans, confestim enauigat, nihil reliquum agmen expectando. At Lysander eius rei per quosdam transfugas certior factus, educta in agmen tota classe, Philocli ante reliquos suos properanti occurrit, eum'que in fugam illico uersum, ad reliquam usque classem insectatur: nec dum erant Athenienſibus naues satis completæ, repentè pauor ingens ac trepidatio cunctos exagitare cœpit, perculsos tam improuiso & repentino incursu hostium, sollicitos omnes, ueluti in summum adducta re discrimen, per tumultum prope cuncta properare. Lysander conspecta hostium perturbatione & tumultu, nihil cunctatus Eteonicum cum copijs expeditioni assuetis illico exposuit, qui celerrimè callidissimé'que occasionis oblatæ momento usus, agmine facto, partem stationis per uim occupat. Ipse uerò Lysander triremibus cunctis in aciem instructis, in hostis statiua irrumpit, naues in anchoris ad littus stantes, iniectis manibus ferreis abstrahit. Athenienses inopina res attonitos disturbat: nihil cuiquam ausu promptum succurrere, nec naues ab hoste iam adductas in altum conscendere licere, nec habere prorsus quicquam paratum ad pedestre certamen. Ita cum paululum in fugam uertuntur, atque repente cœpto restitissent, fugiendi tumultu alios cerneres è statione præcipites erum pere,

Alcibiades sine rũ in gratiam cũ populo redire frustra conatur.

Lysander Atheniẽses prælio nãuali fundit.

pere, alios nauibus dimissis exilire, alios alio euolare, quo cuiq; salutis spes propior occurrebat. Decem ad summum triremes euasere, quarum una uectus Conon prætor Athenas redire non ausus, populi formidine, ad Euagoram præfectum Cypri profugit, qui cum uetusta iunctus erat amicitia. Maxima militum pars per terram fugiens in Sestum incolumes peruenere, reliquę naues à Lysandro captæ ducuntur, in quibus Philocles quoque dux pro captiuo tenebatur, quem mox abstractum intra Lampsacum iugulat. Post hæc Lacedæmona mittit qui nuncient ciuibus uictoriam in triteme instructissima quam preciosissimis armis spoliisq; præcipuis exornauit. Mox ducto in eos qui Sestum confugerant exercitu potitur urbe, Athenienses per fœdus in fidē deditos abire sinit, nec mora deinde cum copijs Samum adnauigat, ibiq; dum ad oppugnandam urbem se comparat, placuit Gysippum eum, qui cum nauali auxilio in Siciliam ad Syracusios defendendos missus olim fuerat, cum spolijs & argenti mille & quingentis talentis Spartam mittere. Pecuniam autem sacculis imposuit, in quibus singulis scutala erat, qua quod cuiq; impositū pecuniæ fuisset denotabatur. Eius consilij Gylippus insciius, per iter sacculis deuinctis, trecenta inde sibi talenta subtrahit, quo per scutalas Ephoris detecto, Gylippus aufugit, capitisq; ob id cōmissum damnatus est. Simili culpa Clearchum eius parentem superioribus temporibus patria fugari contigit, quòd à Pericle pecunia corruptus, in Atticam abstinuisset irrūpere, quo flagitio reus capitis iudicatus, fuga se supplicio eripuit, & ad Thurios Italiæ peruectus, reliquam ibi consumpsit ætatem. Erant in his uiris multę ac pręclarę uirtutes, cæterisq; in rebus cōstans animus, & spectata audacia, nisi demum unica illa sordes auaritiæ, partas antea laudes, tum reliquæ uitæ fidem integritatémque esset demolita. Profligatione classis & exercitus sui nunciata Athenis, haud iam Athenensibus nauticas reparandi uires cura fuit, sed ad corroborandā circum undique mœnia studijs omnibus conuertuntur, portus obstruere properant, omnia præsidijs & munitionibus sibi quàm tutissima firmissimaque constituere moliuntur, id fortè rati, quòd illi momento congruum uidebatur, hostem mox ad urbem obsidendam properaturum. Nam extemplo Lacedęmoniorum reges Agis & Pausanias cum magna manu in Atticam irrumpentes, ad mœnia castra posuere. Parte alia Lysander cum ducentis triremibus adnauigans Pyręum occupat. At uerò tantis simul Athenienses circumuenti malis, tamen contra resistere pergunt, facileq; per aliquod tempus urbem defensarunt. Peloponnesij uerò cum cernerent obsidionem sibi admodum difficilem diuturnamq; fore, statuunt copias inde pedestres abducere, nauibus uerò procul latè insidere maria, ne commeatus possit eis importari. Quo facto, in extremam rerum omnium penuriam & necessitatem, alimentorum præsertim, Athenienses adducti sunt, cum sibi per mare antea annona importata ciuitas ali consueuisset, nec aliunde posset. Igitur intendente indies magis malo, magisque sæuiente difficultate, repleta est urbs mortuis. Victi tandem tam dira necessitate ciues, legatos ad Lacedęmonios pro pace mittere coguntur. Pax sub his conditionibus est impetrata, ut brachia Pirei protensa, muriq; circum penitus euerterentur, decem non amplius naues longas habere liceret: omnibus urbibus cederent: Lacedœmonijs ducibus parerent.

Gylippus ob furtum aufugit.

Lacedæmonij Athenas obsident.

Athenienses fame coguntur se dedere Lacedæmonijs.

Bellum igitur Peloponnesiacum, quod omnium quæ usquam legimus dicimusue, extitit diuturnissimum, euentu tali pacatum traditur: annis septem & uiginti perpetuis decertatum.

Nec diu post eam pacem compositam, Darius rex Asię cum regnasset annos undecim, mortuus est, cui successit in regno Artaxerxes eius filius, cæteris maior natu, regnauitque annos tres & quadraginta, quo tempore Antimachum poetam, Apollodorus Athenienſis tradit uiguisse. In Sicilia uerò ab

Darij obitus.

rò ab Himilcone Carthaginensium duce Acragantina urbs æstatis initio diruta fuit. quæcunq; uero extemplis haud satis igne uastata uidebantur, ipse conficere pergit, tecturas & quicquid elaboratum arte superfuerat excindit, dilaceratisq; iam & deformatis passim locis omnibus, copias omnes in agrum Geloum inducit, quæ eum omnem cum Camarino depopulationibus uastat, prædamq; ingenti omnifariam milites onerauit. Post hæc copijs Gelam admotis iuxta eiusdem cum urbe nominis fluuium castra posuit. Stabat tum haud procul extra Gelæ mœnia statua Apollinis ærea miræ magnitudinis, quam inter spolia raptam hostes Tyrum misere. Hæc à Gelois olim ipsius dei oraculo iussi extructa dedicataq; eo loco fuerat. Tyrij uerò quo tempore ab Alexãdro Macedone obsidebantur, eam contumelia affecerunt, utpote quæ pro hostibus contra se dimicare uideretur. Capta urbe ab Alexandro, ueluti Timæus tradit, simili & eiusdem nominis die & hora, qua quondam Carthaginenses Apollinem Gelois raptum abstulerant, eidem simulachro per Græcos solemni admodum litatum sacro, maximisq; muneribus, & multo thure gratificatũ, perinde ac uictoriæ & urbis obtinendæ præcipuo authori, quæ quidem, tametsi longè procul remotis ab hac serie temporibus gesta fuerint, haud tamen incongrue loco huic inserta putarim, ut propter miraculum ipsum cum his ipsis ualeant continenter legi. Carthaginenses igitur agrorum excisis arboribus, castra sibi fossa circumducta muniunt. Dionysium cum magnis copijs ratiuenturum auxilio laborantibus, decreuerunt autem obsidionis initio Geloi liberos uxoresque Syracusas transmittere, perterriti mole incumbentis periculi: quod simul ac compertum matribusfamilias fuit, omnes ad aras in foro positas confugere, nec hinc abduci posse, sed perstando orare, uti liceret communi cum uiris cuique suis labore fortunam quæcunque futura esset experiri. Quarum precibus uicti, ab incœpto destitêre, maneréque una permissum.

Gelous Apollo.

Gelos à Carthaginensibus obsessa.

Post hæc dispositis in munera ordinibus, per læuia certamina crebro cum hoste manus conserere, militum partem in agros emissam, clam admonent quid qua'ue adoriantur per tramites & diuerticula occulta delati, ueluti erant regionis & itinerum omnium expertissimi, palantem per campos hostem, & extra castra procul euagantem repente inuadere, alios occupatos cædere, alios pabulis arcere, multos capere, incautos undique deterrere. Tum Carthaginensibus ex una urbem parte oppugnare adortis, cum mœnia iam arietibus adactis, grauiter concuti cœpissent, illi præsto in muros accurrere, strenuéque obsistere irruptionem facere conantibus, quæ per diem muro deiecta loca patefecerat hostis, ea nocte rursus obstruere, mulieribus & pueris operi quæ necessaria erant subministrantibus. Nam quibus per ætatem uigor uirésque corporis suppetebant, haud ulla usquam ab armis ea pugna quies otium'ue cedebatur, sed assiduo intẽti certamini, contrà repellendo hostem persistere, reliqua turba operibus ac reliquis rebus parandis incumbere: quę cuncta summo studio, summáque trepidatione & sollicitudine ab omnibus simul altero alterum adhortante curabantur. Postremò constanter adeò impetum hostium excipere ferocitérque obsistere, ut cum urbem nusquam satis munitam defensarent, soli suis uiribus, nullo adhuc subsidio sociorum adiuti, mœnia præterea multis in locis deiecta conspicerent, nullo tamen circumstantis periculi pauore adduci potuerint ad aliquam cum hoste componendam conditionem. Interea Dionysius Syracusiorum tyrannus accito ex Italiæ Græcis auxilio, socijs quoque militem imperat. Ad hæc delectu Syracusiorum habito, qui per ætatem arma ferre poterant, propè omnes in expeditionem ducit: mercenariorum quoque magnam manum in stipendia traxit, quorum numerus omnis, ut nonnulli authores sunt, fuit ad quinquaginta millia. Timæo placet peditum ad triginta millia, mille equites in ea expeditione

Dionysius Gelois auxilium fert.

tione fuisse, naues tabulatis circum obtectas loricatas'que ad quinquaginta. Tantis igitur stipatus copijs ad auxilium ferendum contendit per itinera & loca nota raptus. Vbi ad urbem peruentum est, mare iuxta castra posuit: id namque ei præcipuè curæ erat, ut non sparsas copias haberet, sed ex eodem loco terra marique simul impetum moliebatur. Principio leuibus certaminibus hostem euagantem aggredi pergit, undique pabulis arcere: nauibus præterea equitúmque incursationibus adniti, commeatus & annonam, si qua ex ditione sua importaretur, hostibus intercipere. Viginti dies hæc agitando commorati, nihil memoratu dignum edidere. Post hæc Dionysius diuiso in partes tres peditatu, agmen unum ex Siculis construit, quibus mandat, ut in sinistram urbis partem circumuecti, uallum illinc hostium inuadant. Agmen alterum ex socijs collectum iubet in dextram urbis secundum littus tendens irrumpere: ipse manum mercenariorum secum ducens, per urbem mediam iter capit, ea parte qua machinæ Carthaginensium mœnibus adactæ stabant. Equites uerò fecerat admonitos, ubi rem geri à peditibus & oppugnationem cœptam uidissent, flumen illico transmitterent, ibique campum obequitando, sicubi suos cernerent superiores, pugnam simul capesserent, uincentésque adiuuarent, sin premi uidissent, defatigatis fractísque succederent. Nautis præterea statutum erat, uti ad Italorum impetum in stationes factum, nihil cunctati, naues ad hostilem munitionem admouerent. Cunctis igitur quod imperatum erat oportunè tempestiuéque prosequi properantibus, nautæ primi, quod expeditum erat, nauigia impellendo in hostem occasione obseruata tendunt. Quo perspecto Carthaginenses, haud mora partes ad illas auxilio properant, in quas suspicabantur hostem irrupturum. Locum namque stationis quod ad littus uergebat, nulla prorsus munitione firmarant. Post Itali eodem tractu per mare enatato, simul eodem momento parte eadem stationem adoriuntur, eorúmque uiribus adniti quos nauibus eò iam aduectos oportunè inuenerant, fuso mox illius loci præsidio, per impetum ulterius intra castra irrumpere pergunt. Quo facto Carthaginenses cum maxima copiarum parte in eos concurrunt, ibique conserto certamine, conantibus illis irrumpere, contra renitentibus his, diu ferociter dimicatum est. uixque tandem transgressum iam fossam hostem multitudinis impetu coactum repellere facultas affuit, nec fuso tamen Itali milites agmine fugere, sed paulatim hostium numero ingruente pedem, qua commodissimum erat, referre, dum occupato iam per hostem qua intrauerant aditu, sese recipiendi ad suos facultas adempta esset, in quādam ualli partem munitam propè uiribus debellatis tenuissent nullo suorum auxilio sustentati. Nam Siculos longum per campos iter remoratum est, neque ad tempus datum adesse potuerunt. Qui cum Dionysio properabant mercenarij egrè persuadebant uias per urbem, ad procursum quo tendebant minimè expeditas, inuitíque dum rem unà cum suis capessere festinant, per angustos trámites detinebantur. Geloi facta eruptione ferre auxilium, sed ad certum usque spacium progressi longius non ausi sunt tendere, ueriti ne mœnium defensione destituta, quicquam grauioris discriminis oboriretur. At Hiberi & Campani, qui sub Carthaginensibus merebant, animis grauiter iam pridem infensi in Græcos Italiæ, contentius instando, supra mille prostrauerunt. Cæterum accurrentibus his qui in nauibus erant, missilibus'que & sagittis insectantes arcentibus, reliqui intra urbem incolumes euasere. Parte alia Siculis aduersus Libycos acri certamine res gerebatur & crebri Libyes cadebāt, fusíq; iam milites

intra

intra munitiones compellebantur, cum Hiberi simul cum Campanis & Carthaginensibus auxilio subeuntes, fugam suorum sistere faciunt, hostisq; insectantis acriter mille necant. Siculi cæsis suis, urbem uersus sese recipiũt. Quod cernentes equites, suorũ passim strages fieri, mox ipsi quoq; urbem cursu petunt, insectantibus atq; urgentibus conuersos in fugam hostibus. At Dionysius urbe tandem ægre peruasa, ubi copias suas iam stratas comperit, intra mœnia protinus se recipit, mox conuocato familiariorum amicorumq; consensu, de bello cum his consultare cœpit. Cunctis uidebatur eum locum minimè opportunum esse ad decernendum de summa rerum, propter hostes, sub uesperã præconem ad hostes mittit, postulatum in crastinam diem inducias pro mortuis legendis. tum prima noctis uigilia turbam omnem ex urbe commigrare fecit. Ipse circiter noctis medium copijs eductis inde discedit, relictis ibidem leuis armaturæ militum circiter duobus millibus, quos iussit totam noctem ignes passim per urbem incendere, uoces in diuersa loca iactare crebras, uariosque strepitus edere, quibus signis hosti fides fieret adesse ibi copias omnes. Hi iussa secuti, simul ac dies illucescere cœpit, inde raptim ad Dionysium euolarunt. Carthaginenses uerò comperta re, copias extemplo intra mœnia inducunt, moxq; per domicilia prædam scrutabundi sparguntur: quicquid ibi reliqui nacti sunt diripiunt. Dionysius interea Camarinam profectus, ciues eius loci itidem cogit omnes cum uxoribus & liberis Syracusas migrare. Quo terrore nihil prorsus eiusmodi sperantibus incusso, repentè cuncta miscerí cœpta, cum sollicitudo extremi periculi nullum cuiquam rei deliberandæ, & sese comparãdi spacium permittere uideret. In summa trepidatione positis, quod cunq; primum occurrit consilium, id primum sine mora exequi, alij pecuniam uasa argentea aureaq;, & quicquid portatu facilè, corripiunt: alij cęteris omissis parentes liberosq; & infantes eripere properant, nulla cura morã ue penitus ad reliquas res colligendas adhibita. Nonnullos cernere erat ætate morboque grauatos, à cognatis amicisq; destitui, quos pauor fuga præcipites agebat, iamiam ad futurum hostem putantes. Nam Selinuntis, Himerę & Acragãtis excidium adeò perterrefecerant omnes, ut iam sibi quisq; fingeret & cerneretur inexorabilem Carthaginensiũ feritatem sine more sæuientẽ. Nulla enim immanes animos commiseratio mouebat, nulla conditio, nulla ætas captiuos tuebatur: nihil cuiq; prodesse, nulli parcere, sed immani crudelitate uarijs infelices cruciatibus dilaniare, alios cruci affigere, alios per cõtumelias & intolerabilia probra uexatos distorquere. Iam duarum plebs urbium sedib. eiecta late per campos, mulieres, pueri, innumeraq; cuiusq; generis turba, fuga effusa rapiebatur. Quod milites cernentes, Dionysio irasci detestariq; illius consilia. Mouebat eos infelicium grauis & calamitosa conditio. Pueros nanq; liberos & uirgines cernebant annis nubilibus indignum nempe ętate sua promiscue prout quenq; pauor urgebat per iter præcipites ferri, quandoquidem grauitatem, uerecundiam, reuerentiamq; aliorum formido substulerat. Decrepitis quoq; pari dolore congemiscebant, quos ultra naturæ uires cogi pelliq; uidebant ad iter pari iuuẽtute cursum legendum. Quibus ex rebus in Dionysium exarsit odium militum. Etenim de industria hęc ab eo patrata suspicabantur, ut per Carthaginensium formidinem reliquas urbes spõte ad præsidia sua confugientes in ditionẽ acciperet. Considerabant nanq; breuem subsidij moram, cum nihil à mercenarijs pugnę tentatum esset, nullo cuiusquam uiri casu accepto uel temere penitus uel non sine fraude tantopere fugam properari: quodq; maximum erat, nullam hostis in fugientes factam insectationẽ. Quare cum sibi iampridem nonnulli aliquam ad deficiendum dari occasionem cuperent, tunc contentius obniti, unà omnes ad excutiendum uiolenti domini iugum, perinde ac deorum numine ea fierent. Igitur Itali per mediterranea tendentes, eo relicto domum uersus properant. At equites Syracusij initiò attentè obser-

Carthaginenses Geloam diripiunt.

Camarinensiũ fuga.

A Dionysio deficiunt milites.

tè obseruare si qua necandi in uia tyrāni offerretur occasio: Simul ac frustra id se conaturos uident, mercenarijs usquam ab eo uel momento quidem diuertentibus, uno consensu cuncti Syracusas contendunt. Quo prouecti, repentè custodes armamentarij & naualium occupant, inscios adhuc rerum apud Gelam gestarum, nulloq; prohibente intra locum irrumpunt, Dionysijq; domū mox inuadunt auro argentoq; confertam, multaq; cuiusq; generis supellectile pretiosa paratissimam, cuncta ibi deprehensa diripiunt, eius uxorem data opera excruciant, ut tyrannus eam iram & supplicium existimaret maximum esse argumentū illorum inter sese consumrationis in eo facto. Tum Dionysius per iter coniectans quod patratum fuerat, ex peditibus equitibus ue quoscūque sibi nouit fidissimos illico deligit, quibus cum nulla mora facta, quàm rapidissimo cursu potest, urbem uersus properat. Nulla nanq; alia ui cernebat equites circumueniri capiq; posse, nisi, ueluti factum est, suamet eorum persuasione & confidentia deceptos adoriretur. Nam si celerius quàm ab ipsis credi posset iter corripuisset, arbitrabatur per insidias, quod & accidit, facilè se uoti compotem futurum, incautosq; occupaturū. Nam neq; mansurum Dionysium in exercitu opinabantur equites, neq; ausurum longius digredi: qua meditatione freti, ueluti id compertum haberent, tuta sibi iam prorsus consilia putare. Ita neglectam per nimiam successus fiduciam cura districtioris consilij & prouidentię, nil præterea circumspicere, Tyrannicę calliditatis immemores multa temerè sibi polliceri, palamq; prædicare, Dionysium quidem sumlasse Gela discedere, ut Phœnicum formidine inde fugere uideretur, nūc magis ut res erat, eum constare Syracusios effugere uoluisse. Hæc agitantibus illis, ecce circa noctis medium perfecto circiter quadringentorū stadiorum itinere, Dionysius adest, cunctis improuisus ad portam Achradinæ cum 100. equitibus, 600. peditibus, quam clausam offendit, mox adhibuit igne subiecto stipulam & arundinem ex paludibus illuc congestā, qua Syracusij consueuerant ad calcem coquendam, coagmentaq; murorum uti. Interea dum portæ ardent, eos qui serius uenerant, assumit. Vbi foribus incendio collapsis tandem patuit urbis aditus, mox ipse cum his qui secuti eum aderant, per Achradinam irrumpit. Quod simul ac resciuere primores equitum, nihil cunctati, nec ulla multitudinis subsidia expectantes, repentè ad obuiandum procurrunt perpauci ad modum numero, iamq; forum intrauerant multa renitētes, cum circumuenti multitudine mercenariorum confunduntur omnes. Dionysius per urbem discurrens cum agmine suorum, quoscunq; sparsim turmatimq;, ut pleriscq; ex locis trepidi properabant auxilio accurrentes obuios habet, obtruncat, mox eorum quos sibi in urbe summè infensos sciebat, singulas cuiusq; domos adit, incautosq; intra habitacula occupans, alios iugulat, alios urbe fugat. reliqua uerò equitū multitudo se ex urbe proripiens eum occupat locū, qui nunc Achradina nuncupatur. Iamq; cum luce exoriente aderant cateruæ mercenariorum, Siculorumq; exercitus omnis iam Syracusas intrant. Geloi uerò & Camarini diuersa sentientes, à Dionysio diuertunt ad Leontinos. Ita rebus ipsis cogenti bus, Himilco pręconem Syracusas mittit, hortatum, uti se uictos confessi, pacem secum componere uellent, quod lætabūdo animo Dionysius excipiens, his conditionibus rem composuit: sub Carthaginensium ditione tenerentur prisci eorum coloni, præterea Sicani. Cæterum Selinūtijs, Acragantinis, item Himerensibus: ad hęc Gelois & Camarinis urbes liceret suas cuiq;, modo nullis mœnibus munirentur, incolere, uectigalesq; essent Carthaginensiū. Leontinis, Messanis, & Siculis omnibus permissum esset, iure cuiq; loco, legibusq; patriæ uti pro arbitrio. Syracusios imperio Dionysij subditos regi: prędam captiuos, nauesq; redderent qui haberent his qui amisissent. His conditionibus ictō fœdere, Carthaginenses extemplo Libyam nauigant, plus dimidia militis parte morbis assumpta, nec sæuiente minus per Libyam pestilentia, ingens

Dionysius ad uersarios opprimit.

Siculi cū Carthaginensibus pacē faciunt.

multitudo Carthaginensium, sociorumq; expirauit. Iamq; ad finem discordia rum perduximus opus, duo ingentia bella uidimus extincta, Peloponnesiacum in Græcia, Carthaginense in Sicilia prius accensum, post primum cum Dionysio pacatum. Cum igitur quod initio polliciti fueramus, satis persolutum uideatur, necessarium ducimus, ut rerum deinceps gestarum memoria: sequenti uolumine commendetur.

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ Liber decimusquartus.

OMnes fortasis æquum est libenter audire quæ de se maledicuntur. Etenim quibus sic omnino perspicuum est suum uitium, ut ne quidem negent, tamẽ si reprehenduntur, indignantur, & uerba facere audent ad sui defensionem. Vnde summis cuiq; cauendum est studijs, ne qua labe probri, coinquinetur: illis præcipue qui dominatum appetunt: Horum nanq; uita moresq;, perinde ac in spectaculum positi è sublimi loco conspiciũtur, nec ignorantiã occultare, licet. Itaq; nemo in sublime raptus fortuna, sibi sic confidat, ut aut latendi spe delinquere audeat, aut si quid deliquerit, impune sibi diutius id, & absq; tetra reprehensione, fore polliceatur: Nam & si cui fortasis in uita meritam flagitijs pœnam euitare contigerit, is post se iam expectet erumpentem per sese oportet ueritatem, tenebras omnes, & prætextus commentitios amolituram, ac palam libere cuncta quæ diu suppressa latuerant, propalaturam. Graue igitur improbis esse debet memoriam sui perinde ac imaginem quandam totius uitæ fœdo execrabiliq; aspectu. Post mortem in æternum posteris intuendam relinquere. Nam etsi nihil ad nos quæ post uiuendi finem eueniunt pertinere uideantur ueluti nonnulli dictitant Philosophi, ante tamen illis producta per turpitudinem ætas communes mortalium cœtus tetra memoria lędere censetur, atq; in morem latè putrescentis cadaueris cuiuspiam grauiter olentem aurã inde spirari per humanam societatem certum est. Certa nanq; huius rei licet exempla conspicere cuiq;, uoluminis huius singula gesta legenti. Nã apud Athenienses triginta tyranni constituti insolentissima ambitione, sæuaq; uiolentia promiscuè cuncta miscentes, grauibus patriam calamitatibus inuoluerunt. Mox ipsos breui rebus eiectos, fœda clades assumpsit, immortaliq; detestatione suammetipsi sceleribus & flagitij memoriam dedicarunt. Lacedæmonij uero totius Græciæ imperium citra controuersiam adepti, tunc eo priuati sunt, cũ per fœda grassari facinora, & in subditos sociosq; sęua per uim imperij adorti sunt. Ita res nempe humanæ feruntur: Principum dignitates & status iustitia coalescunt, & beneuolentia inferiorum studioq; parendi fustentari solent: alienatis uero præ iniuria imperantium, & in odia conuersis subditorum animis, ueluti ab radice subruta corruunt: Quid Dionysio præterea contigit Syracusiorum domino: quoniã quidem tametsi continentissima & fideli lit præ omnibus, quos memoria hominum tradiderit, usus fortuna, uitam omnẽ inst diis alienis inquietam, & anxia supra modum sollicitudine uexatã traduxisse constat? Corporis metu cogebatur ferreum toracem super tunicam induere, mortuus demum uitæ morumq; commendationem pro teterrimo & æternũ execrabili posteris exemplo reliquit. Cæterum de his singula quæq; suis temporibus diffusa magis & explicata narratione describemus: nũc ad annectendam superiori testui seriem scribendi conuertamur: tempora duntaxat distinguendo. Nam in uoluminibus hactenus superioribus res post captam Troiã gestas describendo, ad bellum usq;, quod Peloponnesiacum appellatur, pacatum

Triginta Athenienſium tyrãnorũ infamia.

Dionyſij Syracuſani miſeria.

tum,& Athenienſis principatus abolitionem deduximus hiſtoriam, percurſis ſeptingentis nouem & ſeptuaginta annis. In hoc deinceps quæ continenter geſta traduntur perſequentes,ordiemur à triginta tyrannis,qui fuerunt Athenis impoſiti,& finiemus in ea tempora, quibus Roma à Gallis capta tradi tur, rebus annorum quindecim commemoratis. Anno igitur poſt captam Troiam ſeptingenteſimo cum Athenis, propter ſublatum dominatum, nullum eſſet imperium,Romæ quatuor militum tribuni conſulari poteſtate creati,C.Furius C.Seruilius,C.Valerius,& Numerius Fabius.Eodem anno quarta & Nonageſima Olympias agebatur:Ea tempeſtate, rebus ſuis penitus fractis Athenienſes ad pacem à Lacedæmonijs ſub his conditionibus accipiendam coacti ſunt.Vt urbis mœnia ſubruerent, ac patria authoritate reſpublica & ciuitas regeretur mœnibus ſubrutis,poſt de componendo ciuitatis ſtatu diuerſa inter ſe cœpere.Qui paucorum ſtatui ſtudebant, pro uetuſta inſtitutione,reuocanda, contendere patrum authoritati ſummam rei permittendam, cunctaq; paucorum ductu,ueluti quondam ab initio ſolitum fuerat, adminiſtrari oportere.Parte alia quibus popularia iura placebant, quæ maxima turba erat,magis depoſcere patrum adminiſtrationem, quam pro comperto haberent eandem cum populari ſtatu eſſe. Altercatione circa hæc per aliquot dies orta,quibus paucorum ſtatus quærebatur, ad Lyſandrum ſpartiatam legatos mittunt: Hunc enim finito bello cognouerant ad componendos urbium ſtatus miſſum. Cuius cum uidiſſent pleriſq; in urbibus authoritate ſtatus paucorum fuiſſe conſtitutos, arbitrabantur eo adducti exemplo, ueluti conſentaneum uidebatur,nec eos quicquam ſua ſpes fefellit,ſe uoti illius opera compotes fore. Nauigant igitur Samum uerſus legati, ubi recentiſsimè recepta ea urbe,Lyſiander commorabatur. Implorantibus itaque ſuæ partim illius opem,Lyſander annuit,Samiq; præfectum conſtituit.Thoracem Spartanum mox ipſe cum centum nauibus in Pyræum uehitur ibi concione aduocata,conſuluit hortatusq; eſt Athenienſes,uti triginta uiros deligerent, quib. remp.adminiſtrandam,muneraq; magiſtratus urbis mandarent. Cui rei reclamante Theramene,fœderaq; inter ſe icta recitante,quibus conuentum erat ut patria inſtitutione remp.haberent:grauiſsimum nefas committi,ſi uiolata iuris iurandi religione, libertas eriperetur: Lyſander reſpondit: ab Athenienſibus fœdera ſoluta fuiſſe,quippe qui poſt ſtatutas dies diruiſſent mœnia. Inde grauibus iurgijs in Theramenem comminatus eſt, niſi laceſſere ulterius, & contra aduerſari Lacedæmonijs deſiſteret,iuſſurum interfici:Quo Theramenes cum populo ſimul perculſus pauore conticeſcere, ſimulq; dextris ad ius populi diſſoluendum condeſcendere coactus eſt. Igitur triginta uiri pro Lyſandri ſententia deliguntur,quibus reip. gubernandæ cura demandaretur nomine quidem adminiſtratores:ſed reuera tyranni. Cæterum populus conſpecta Theramenis æquitate, rati eum uirtute & integritate ſua ſuperbiæ ambitionique reliquorum pro uiribus occurſurum, nec diſſimulanter formidoloſeque ſi qui peccare conarentur impedimento futurum: hunc quoque inter triginta principes creant.Iis ius & poteſtas permiſſa eſt deligendi ſenatus, cæteroſq; magiſtratus pro reip.commodo inſtituendi, tum leges condendi, quibus ciuitatis moderatio, iuraque uniuerſæ plebis continerentur: Igitur adito magiſtratu,legum illi conditionem in dies trahere, cauſas ad id, quæ rationabiles uiderentur commentari,quærendoq; uarias differendi muneris occaſiones expectantem iura populum in dies fruſtrari.Senatum uero, reliquosque magiſtratus ex priuatis ſibi quiſque amicitijs & clientelis ſuppleuêre,qui nomine quidem magiſtratus erant, cum re magis eos ſibi paraſſent triginta uiri miniſtros, initio ſceleratos in urbe quoſque trahentes in iudicium,alios capite,alios alijs pœnis pro cuiuſq; noxa damnare: ſeuere flagitia inſectari: quæ

Triginta tyrã ni Athenis cõ ſtituuntur.

fiebant adhuc uſq; placebant optimatib. urbis, probare factũ boni omnes, ſce lera puniri, cohiberiq; improbitatẽ cunctis optimũ ac neceſſariũ ad recta uide ri: Cęterum pòſt cum uiolentius & iniuſtius agere pararent, præſidia petunt à Lacedæmonijs, pollicíti, ſeſe rem compoſituros, ut ab ipſis probaretur. Proſpe rexerant enim ſe ciuium cædem exercere abſq; alienis uiribus minime poſſe, populum omnem contra pro communi ſalute tuenda inſurrecturum. Mittun tur à Lacedæmonijs quæ poſtularant, quiq; eorum dux eſſet Calybius. Hunc in primis exornare donis, ſibiq; omni arte conciliare ſtudent triginta uiri: ac re confirmata, recenſitis inter ſe capitibus, opulentiſsimos quoſque ſecer nunt, in quos primos, ueluti prima conſilijs obſtacula, uim audaciamque ex perirentur, eas omnes, per inde ac aliqua ſæua conſpiratione, & conſilia no uarum rerum deprehenſos, morti deſtinant, eorumq; bona publicant: Qua in re cum Theramenes collegis reſiſtere niteretur, & unà cum illis qui pro ſa lute propugnabant minitaretur ſi tandem ea ui pergerent, ſeſe manu libertatem ciuium defenſurum, conuocatur ſenatus ab triginta uiris, ubi Critias eo rum Princeps accuſare infeſtè cœpit Theramenem, multa in uirũ grauia con fingeret crimina inter quæ conſilium ab eo initum de ſtatu eo euertendo, rei quę prodendæ, cuius ipſe partem & munus cum reliquis ſponte ſuſcepiſſet.

Theramones à triginta tyrannis occidi tur.

Hunc dicentem, ſubſecutus oratione eius exempta Theramenes, ſeſe per ſin gula differendo purgata culpa, ſenatumq; ſibi imuerſum conciliatum reddit. At uero Critiæ ſocij ueriti, ne paucorum poteſtatem & ſtatum, quem ſibi uen dicare ipſi properabant, illius audacia, uirtusq; uiri ex manibus extorqueret, militum caterua ſtrictis gladijs concita Theramenem comprehendere cona tur. At ille ante capiens id facinus, ad conſultricem Veſtam raptiſsime proſi lit, non quidem quòd ullo religionis præſidio ſibi quæreret aut ſperaret ſalu tem, ſed ut in eos, qui ſe intermiſſent, ira deûm per impietatem irritaretur. Nec mora miniſtri carnifices q; iuſsi eo accelere, ad Theramenem uiolenter abſtra hendum irrumpunt. At ille conſtanter ferebat calamitatem, utpote qui Philo ſophiæ præceptis apprime eſſet olim à Socrate inſtitutus. Reliquam multitu dinem Theramenis extremam uim ſubeuntis miſeratio mouebat, quanquàm ad opem uiro ferendam, nemini ſuppeteret audacia. Deterrebat enim omni um animos ſtricta ferri acies, & militum tela, quibus circumſeptus coarctaba tur. At Socrates Philoſophus, duoq; ex familiaribus, accurrentes, conabantur ſpiculatores prohibere. Verum Theramenes ab eis poſtulare nequid impedi re, moliriue contra uim pergerent, ſeſe ſuam uirtutem, & tanta in ſuo pericu lo ſtudia eorum probare, acerbiſsimam proinde ſibi eam calamitatem fore ſi ta libus amicis tam de ſe benemeritis ſua clades aliqua obtingeret, ſecũ traheret. Tum Socrates & ſocij, cum nullius præterea alterius ſubſidia ad eam rem ſibi accedere cernerent, parte altera potentiæ uim conſpicerent undiq; conſtipa ri, tum bonarum iam optimatumq; æſtuare proſcriptionem, nec licentiæ & crudelitati modum eſſe, ſilentium habuere. At illi Theramenem ab Aris, auul ſum, per medium forum ad necem trahunt. Plebs concurſu coacta, ſpectabat magno cum dolore tantam, tamq; iniquam fæuitiam, nec uidebantur id im pune permiſſuri, niſi cohortes præſidij telis obtentis irrumpere cupientes de terruiſſent. Preſsis itaque gemitibus pereuntis calamitatem commiſe reſcere, ſuamq; miſereri ſeruitutem. Turba uulgaris uirtutem Theramenis ui dens contemptè haberi, tamq; uiolento proteri ludibrio, tenuitatem iam dein ceps ſuam quiſq; metiri, impotentiamq; plebeiam nulla in rerum dignitate, nullo in prætio dicendam arbitrari. Poſt huius necem triginta uiri iam libera licentia, recenſito inter ſe opulentum delectu, falſas in quemcunq; cauſas cul paſq; commentas inueniunt uarijſq; circumuentos dolis neci dant, eorum bona ſibi diripiunt, in quibus Nicerates occiditur, Niciæ ducis contra Syra cuſios olim miſsi filius, uir utiq; rebus in omnibus maximè idoneus, ſingula riq;

Nicerates, necnon alij cõ plures, à trigi ta tyrannis oc ciduntur.

riq; prædítus humanitate præterea opum uí simul & authoritate ferme omnium Primus Athenienſium, quapropter familias in urbe contigit omnes in gemuiſſe morte ciuis tam præſtantis, memoria deſiderioq; æquitatis illius lachrymas excutiente. Nec á uiolentia & latrocinijs propterea ceſſatum à tyrannis, ſed atrocius multo licentia per impunitatem inualeſcente, libidineq; & auaritia ferocius in omnem conditionem, & omne facinus rapiente ſocordiam, aduenarum inquilinorumúe ſexaginta opulentiſsimos iugularunt, ut eorum diuitijs potirentur. Cum itaq; ſingulis diebus noua ciuium latrocinia, promiſcuæq; cædes paſsim ederentur, qui fortunis bonisq; pollebant, ferme omnes urbe profugere. Necarunt quoq; Antolycum uirum liberali & intrepida confidentia. Poſtremo gratiſsimum & digniſsimum quemque, cunctos deniq; optimates, ut quiſq; uel ambitionis, uel licentiæ impedimento proximis, uel auaritiæ ſaturandæ prædæq; idoneus proſpiciebatur proſcripſere. Ita deſolata adeó & exhauſta urbs extitit, ut plus dimidia ciuium parte ſolo patrio exularent pauore tyrannidis nouæ fugati, in lares patrios ſine more latrocinantis. Lacedæmonij uero conſpecta ciuitatis illius calamitate, cum res Athenienſis iam obruta, ac prope deleta uideretur, lætabantur ſuamq; uoluntatem perſpicuam reddebant. Decretum namq; faciunt, ut exules Athenienſes cunctos paſsim quacunq; in parte Græciæ deprehenſi fuiſſent, uinctos ius eſſet cuiq; per inde ac proprium munus ad triginta uiros reuehere. Quod ſi quis id molientem prohibere, impedimentoq; eſſe adoriretur, quinq; talentum mulctæ obnoxius. Eius atrocitate decreti Græciæ urbes commotæ omnes, uerum reliquas potentia, ſæuitiaq; Lacedæmoniorum perterrefactas uel inuité parere oportuit. Argiui uero Lacedæmoniorum crudelitatem odio habentes, miſerorumq; fortunas miſerantes, quicunq; ad ſe profugiſſent extorres, exceptos, benigne humaneq; habebant. Tum à Thebanis mulcta ſtatuta eſt, ſi quis coram exulem trahi uidiſſet, nec pro uiribus auxilium tuliſſet. Res igitur Athenienſes eò deuectæ exagitabantur. In Sicilia uerò Dionyſius Syracuſiorum pace cum Carthaginenſibus compoſita, reliquam mox curam ſtudiaq; omnia ad firmandum in poſterum dominium contulit. Arbitrabatur namq; Syracuſanos onere belli leuatos, haud quieturos, ſed ad libertatem recuperandam conſilia conuerſuros. Contemplatus autem urbis Inſulam per ſe loci natura munitiſsimam facile cuſtodiri defendiq; poſſe, eam muro firmiſsimo cingit, & à reliqua urbe ſeiunctam reddit turresq; inter opus excelſas oportunè multis locis frequentes ad mœnia eduxit, ad quam idem munitionem ante ad murorum frontem tabernas uenalium rerum & æraria frequentia extrui fecit, porticuſq; latas adiecit, quæ turbam ſubter ingentem capere poſſent, intra ipſa ſepta arcem quoque muro extruxit, opere multaq; opificij arte tutam ad repentinos tumultus, & inopina maxime profugia paratam, huiuſq; muro complexus eſt naualia, quæ in portu habebantur minori, cui Laccio nomen extat, ſexaginta triremium capax ille, quem porta claudebat, patens quantùm ſola triremis pernauigare ualebat. Ex agro quicquid uber cultuq; præſtantiſsimum haberetur ſecernens, amicis deſignauit, & his qui in magiſtratu & dignitate poſiti cæteris præſtabant, eius quod reliquum fuit inferiori turbæ ciui iuxta inquilinoq; partem cuique æquam diſtribuit, ſeruis enim, quos ad libertatem uocarat, ciuitatem dederat, nouosq; ciues eos appellabat, domicilia ſimiliter uniuerſa turbæ dimiſit, exemptis his, quæ in inſula continebantur. Hæc à ſolis amicis & mercennarijs habitanda poſsidendaq; dono tradidit. Poſt ubi quæ ad Dominij corroborandi ſibi rem pertinere uidebantur diligenter comparata undique præſidijs cuncta, & firma ſibi uidet, contra Siculos copias eduxit. Eum nanque inuaſerat ambitio totius inſulæ regendæ, populosq; liberos, qui ſuis uti legibus conſueuerant, omnes in

Dionyſius Syracuſa tyranni dom. ſuam firmat.

ſuam ditionem redigere moliebatur: Hos uerò inprimis, qui Carthaginenſibus auxilia tribuiſſent, ſociacq; cum eis contra reliquam inſulam arma iunxiſſent. Ductis itaq; copijs ad urbem Herbeſinorum, quæ ad obſidendum oppidum neceſſaria erant, cuncta magno ſtudio comparat: Cæterum qui ſimul in eam exiuerant expeditionem Syracuſani milites, cum arma in manu eſſent, habebant conuentus cateruatim, crebraq; conſilia cogebant, multa in eis, uariaq; ſimul iactantes, deteſtari tyrannidem ſibi impoſitam, alter alterum accuſare, ignauiamq; & ſocordiam execrando obiectare uiciſſim, quod equitibus ad excutiendum Dominationis iugum non ſimul inſurrexerint. Qui autem militibus à Dionyſio præfectus fuerat primum nimis quendam palam obloquentem deterrere ab ea licentia adoritur. Vbi audacius multa uociferantem, ferociusq; contrà reſpondentem uidet, ſtricto gladio, ueluti uulneraturus, in eum fertur, tum milites ad facinus commoti, omnes impetu per tumultum facto, tribunum ipſum nomine Dorieum obtruncant, mox excitantes ciues magnis clamoribus ad libertatem eius equites ex Aethna accerſunt, qui initio tyrannidis à Dionyſio urbe eiecti caſtellum illud incolebant. Feruente ſeditione Dionyſius conſternato animo obſidionem relinquere cogitur, mox Syracuſas uerſus iter capit ut urbem occuparet. Eo fugiente ab exercitu, ſeditionis authores & principes creant ſibi duces illos, à quibus tribunus fuerat obtruncatus. Aſſumptis deinde equitibus ex Aethna, in locis, ubi nundinæ & tabernæ emptoriæ erant, caſtra ponunt, ipſumq; exitu in agrum intercludunt ac confeſtim legatos mittunt ad Meſſenios & Rheginos, oratum uti maritimis copijs ſibi uellent ad recuperandam libertatem auxilia mittere. Illis nanque urbibus ea tempeſtate & facultas ſuppetebat, ut erat inſtitutum triremes ad octoginta ſupraque, inſtructas habere, quas Syracuſijs illico miſerunt auxiliò, ſuſcipiuntque unà curam cum illis, munusq; recuperandæ libertatis, tum magna præmia per præconem propoſuere interfectori tyranni. Exteris quoq; & aduenis, qui à ſe tranſmeaſſent, ciuitatem pollicitis: machinas mox extructas egere, quibus muros concuterent: inde ſingulos aſsidui dies inſulam oppugnant, alienigenasq; ad ſe transfugientes, perblande ſummaq; omnes humanitate excipiunt. Dionyſius uerò, cum ſe excluſum pabulo, rebuſq; necellarijs prohibitum cerneret, à mercenarijs quoq; deſertum, conuocat amicos, & unà cum illis de rerum ſumma deliberat, nam tantum prorſus à retinendæ dominationis ſpe deſciuerat, fiduciamq; ſui omnem amiſerat, ut non iam quo pacto Syracuſani debellarentur ſibi quærendum poſtularet, uerum potius conſulendum quódnam mortis genus ſubiret, ne tam ignaue tyrannide ceſsiſſe uideretur. Eloris igitur unus ex amicis, & ueluti nonnulli tradunt, pœta Pater, eum ad perſiſtendum hortatus eſt, dicens dominationem eſſe honeſtiſsimum ſepulchrum. Polyxenus ſocer ad fugam accendit, uelociſsimũ conſcendat equum, & quàm raptiſsime intra Carthaginenſium fines ad Campanos ſe recipiat. Eos nanq; Himilco reliquerat ad defenſionem, & præſidia locorum, quæ cœperat in Sicilia. Cæterum Philiſto, qui poſtea hiſtorias conſcripſit, contraria Polyxeno ſententia uiſa eſt. Haud expedit tibi, Dionyſi, inquit, equo uectum, ſponte extra dominationem euolare, ſed contra per crura, quoad uires ſuppetunt, reluctantem extrahi: Cui Dionyſius aſſenſus, ſtatuit omnia prius ſubire, omnia perpeti, quàm ultro relinquere dominium, legatos igitur ad defectionis principes mittit poſtulatum ut ſibi permitteretur cum ſuis urbe diſcedere. Parte alia ad campanos nuntium ire iubet, qui ſponderet eis, quamtamcunq; poſtulaſſent, ſe pecuniam daturum, cunctaq; ad obſidionem ſuppeditaturum. His compoſitis tyranno permittitur ut cum quinq; nauibus abeat: quo ſegnius ac negligentius cuncta curari cœpta, remiſſa tempeſtatibus quàm æquum fuerat proſequendæ rei, cœptiq; conficiendi ſtudia, præ

Militum ſeditio aduerſus Dionyſium.

Dionyſij deli catio in ſeditione.

sidia sociorum ad suos remittunt, nullus amplius ad obsidionem eorum sibi fore usum arbitrati. Plurima peditatus pars in agros dispersa euagabatur, perinde ac nihil iam periculi deinceps incumberet, solutaq; esset prorsus dominatio. Cæterum Campani pollicitis tyranni sublatis animis instructi ad bellum primum Agyrim oppidum petunt, ibiq; relictis apud Agyrim eius urbis dominũ impedimentis, agmine expedito Syracusas uersus rapiuntur cum equitibus mille ducentis numero. Transmisso celeriter itinere, nihil suspicantibus repente Syracusijs improuisi adsunt, magnoq; eorum numero cæso, per medias acies ad Dionysium intra munitiones irrumpentes euadunt. Eodem tempore trecenti quoq; mercenarij remigijs aduecti tyranno adijciuntur, inde resumptis paulisper uiribus rursus in spem erigi, confidereq; incipit. At Syracusani tyrannidem cernentes, quam obrutam putarant, iam per uim emergentem, seseq; rursus in pristinum statum uendicante, nec ulla ui iam obsisti posse, uaria inter se consilia uersare, ac per seditiones diuersa diuersis, prout cuique spes, aut disperatio trahebat animos, placere alij perstandum, obsidionemq; persequendam contendere: alij ab armis discedendum, urbeq; relicta alio migrandum. Quę simulatque Dionysio comperta fuere, nihil cunctatus, copijs eductis turbatos inuadit, & facile fundit. Profligati itaque Syracusani iuxta locum urbis, cui Neapoli nomen est, fugere cœperunt, cæsiq; sunt non ĩmulti. Nam Dionysius ob equitando fugientes necari prohibebat. Fusi itaq; Syracusani, repente per agros passim agebantur, mox ad equites confugere supra septem millia. Tum Dionysius sepultis ciuium cæsorum cadaueribus, legatos Aethnam mittit, postulatum uti exules dimitterent, ac redire in patriam sinerent, id per se licere, fidemq; daturum sese, nullius deinceps iniuriæ, memoriam habiturum. Nonnullos quibus uxores ac liberi infantes relicti fuerant pietas suorum, simul adhortatio perlegatos facta redire compulit reliqui, legatis beneficium prædicantibus, & humanitatem Dionysij in sepeliendis mortuis, respondere, dignũ eum fuisse tali gratia & beneficio, deosq; precari, ut quum primum pari illius clementiam munere exornarent, nec ulla conditione ualuit deinceps eorum animus adduci, ut tyranno se credere uellent, sed intra Aethnæ fines & septa se continentes, assidua uigilia ueluti insidijs intenti stabant ad omnem occasionem, momentaq; omnia obseruabant ad euertendam tyrannidem. At in exules qui redire uoluerunt Dionysius usus humanitate est ut eo beneficij exemplo, cæteris ad repetendam patriam animum faceret. Cæterum Campanos honestis ornatis donis urbe dimisit, eorum non confisus in constantiæ, qui Entellam petentes, hortati sint oppida nos, ut sese quòd una secum cuperent habitare, reciperent intra urbem pro inquilinis & hospitibus. Quo impetrato circiter noctis medium insurgentes occupant incautam plebem, puberesque omnes trucidant, uxores eorum quos perfidè oppresserant sibi ducunt uxores, atq; ita usurpant urbis possessionem. In Græcia uero Lacedęmonios deuicto tandem bello Peloponnesia eo, iam gentes omnes Græci nominis obtemperaturæ uidebantur, imperiumq; iam eis terra mariq; haud ambigue inter Græcos primum omnium confessione uendicatum constabat. Lysandrum classis prætorem creant, cui mandatur ut urbes ubiq; omnes adeat, ac per singulas uiros constituat, qui rebus ciuilibus & administrationi, custodiæq; sui quisq; oppidi præsint, qui apud illos Harmostæ appellantur. Nam status populares exosi, decreuerant ciuitates omnes in statum paucorum, & optimatum administrationem reuocare, inde stipendia debellatis pro sua cuiq; facultate inponat iubent, uectigales faciat omnes, ante quod tempus cum nullius apud eos minus usus extitisset, exinde quotannis ex uectigalibus amplius contrahebant mille talentis. Post ubi res Græcas satis pro sua dignitate compositas habuere, pacataq; sibi cuncta uident, uirum ex suis quendam nomine Aristum inter clarissimos

Dionysio uenium auxilia.

Dionysius aduersarios fundit.

Dionysius profugos reuocat.

Campani Entellanos perfidè opprimũt.

Lacedæmonij statum paucorũ per urbes constituunt.

Aristus à Lacedæmonijs Syracusas missus, Dionysij tyrannidē cōfirmat.

primum Syracusas mittunt, ut prę se titulo ferebant ad soluenda tyrannidem, sed re magis ad reliquias iuris popularis, si quid restasset, euertendas dominiumq; tyranno confirmandum. Arbitrabantur enim Dionysium, si sua ope communitum imperium, remq; stabiliorem cerneret, sese suaq; omnia ob id meriti obnoxia fauentibus habiturū, tum eius se opera, cunctisq; opibus pro arbitrio usuros. Aristus itaq; Syracusas nauigans, clam tyrannū adit, cunq; eo secreto colloquitur, componuntq; inter se cuncta. Post Syracusanorum concione habita, cœpit eos ad pristinum statum hortari, pollicerique operam suam ad recuperandam libertatem. Inter hæc Nicotelem Corinthium Syracusanorum prefectū neci dat, quos ex ciuibus adductos suasionibus induxerat, tyranno prodidit, atq; ita sublatis de medio aduorsarijs tyrannicas partes auxit, & corroborauit, neq; uerítus est tam tetro facinore per fraudem & proditionem summet ipsius nomen, patriæq; maiestatē fœdissimè inquinare. Post hæc emissa in messem Syracusana plebe, Dionysius singula cuiusq; domicilia iam uacua scrutabundus peruadit. Inde arma quæq;, quocunq; loco deprehensa, absentibus ignarisq; subtrahit. Sub hæc alterum arci murum circumducit, naues multas ædificat, magnamq; mercenariorum manum contrahit, cunctaq; sibi aduersus seditiones in posterum circumundiq; uallare, firmamq; ac tutā reddere molitur Dominationem quippe cui nihil compertius esset, quàm id quod iam satis experiendo habebat exploratum, Syracusanos nihil quantumuis grauis periculi subire pro excutienda ceruicibus seruitute recusaturos, nihilq; prætermissuros. Interea dum hæc geruntur, Pharnabazus Darij regis Satrapas Alcibiadem Athenienſem insidijs circumuentū necat, arbitratus eius uiri interitum Lacedæmonijs, quorum gratiam sibi conciliare studebat, gratum fore.

Alcibiadis mors.

Cæterum ab Ephoro caulis alijs uiro insidias factas proditum est, nec ab re duxerim huic loco inserere quid scriptor ille de cæde Alcibiadis memoriæ mandarit. Narrat enim in decimo septimo Cyrum cum Lacedemonijs clam olim re simul cōposita, bellū fratri Artaxerxæ inferre parasse. Huiusmodi Cyri consilia per certos amicos, Alcibiadi significata occulte, quibus cognitis, Alcibiadem sese ad Pharnabazū contulisse, remq; omnē uti cognouerat explicasse, tum instanter ab eo postulasse ut sibi uię comites, commeatusq; ad regem præbere uellet, cupere per maximè ut rex à se primo insidias illas acciperet, tum Pharnabazū audito sermone, munus id antecapere statuisse, tanquàm grati indicij sibi originem uendicare, mox quosdā uiros sibi fidissimos ad regem misisse, à quibus res indicaretur suo nomine regi. Cum itaq; quod à Pharnabazo petierat, in regiā duces minime tradi uideret. Alcibiades, ad Satrapam Paphlagoniæ proficiscitur, ut ope illius in regiam perduceretur, tum Pharnabazum ueritum ne comperta per ipsum authorem de his ueritate rex sibi grauius succenseret, misisse certos, qui per iter Alcibiadem interceptū necarent. Ab his in quodā Phrygiæ uico deprehensum intra tabernaculū, quod sibi eo loco tetenderat, corpus quieti dantem, mox stuem lignorum illuc congestam succensamq; circum undiq; incendium effudisse. Tum Alcibiadem erumpere ex igne conantem, superante flamma, telis quoq; circum obsidentiū confossum concidisse, ibiq; conflagrauisse. Per idem tempus Democritus philosophus mortem obijt annos nonaginta natus. Ferunt quoq; Lasthenē Thebanum, à quo tunc ea Olympiade fuerat stadij palma deuicta, cum equo cursore contendisse curſu, atque uictorem euasisse: curſum illum à Coronea Thebas usq; fuisse. In Italia Eurucam oppidum Volscorum quam tum præsidia Romana defendebant, adorti hostes, urbe potiti sunt, plurimamq; præsidij necarunt multitudinē. Gestis eius anni eiusmodi cursu ductis, Athenis prę fectus erat Euclides, Romæ quatuor Tribuni militū consulari potestate creati sunt. P. Cornelius, Numerius Fabius, L. Valerius. His magistratum gerentibus Byzantini simul intestinis agitati seditionibus, simul bello, quod cum finitimis

Democriti Philosophi mors.

nitimis Thracibus gerebant, uariè afflictabant, cumq; pacari interse excita cõtentio nequiret, decem à Lacedęmonijs sibi petiere, quibus Clearchus à Sparta missus, qui rem eorum, ciuitatemq; componeret. Hic ubi summam rerum, imperijq; ad se delatam uidet, contracta mercenariorum manu iam non præfecti iure & more, sed tyrannica ui cuncta prosequi, primumq; magistratus urbis ad quædam sacra inuitatos necat. Sub hęc cum iam nihil quo confugeret ciuibus supereſſet, confusaq; omnia, prostrataq; iura, leges iacerẽt, sublatis magistratibus, ille triginta uiros, qui Bœotę appellabant, corripuit, laqueisq; gutura eorũ alligata perfregit, quibus necatis omnib. bona & fortunas sibi uiurpauit. Inde ex reliqua turba opulentissimos quosq; deligit, quos per falsa crimina circũuentos partim necat, partim urbe fugat, magna inde contracta pecunia, ingentes mercenariorũ cateruas conducit, dominationẽq; sibi undiq; firmare ac munire non destitit. Diuulgata iã passim tyranni crudelitate & uiolentia, Lacedæmonij primum legatos ad eum mittunt, qui hortarent, postularentq; ut dominatione cedere uellet, Quo renittente nec postulatis adquiescere ullo pacto uolente, exercitũ in eum mittũt ducẽ Pantœda, cuius aduentũ præsentiẽs Clearchus, copias suas Selymbriã traducit (nã eam quoq; urbẽ dominio tenebat (nam cũ multa in Byzantios Crudelia, nefariaq; commisisset, nec Lacedæmonios solum, sed etiã populi à se male affecti, simultates & odia pertimescebat occulta, nec minus ab intestino, quẽ sibi fecerat iniurijs & crudelitate sua, q; ab aduentante palàm cõtrà hoste, cauendũ rebatur, unde tutiorem sibi ex urbe Selymbria belli cõgressum fore arbitratus, pecuniã copiasq; in eum locum transuexit. Illic rebus omnibus ad bellũ comparatis, simulatq; Lacedæmonios appropinquare nunciatum est, eis obuiam prodit, in eoq; loco cui. Poro nomen est, pugna cũ Panthœda hoste conserta, diu periculo ancipiti pugna tracta, ac certantibus strenue Lacedæmonijs, tyranni acies fracta profligatur, Clearchus initiò cum paucis intra Selymbriã inclusus obsidebatur. Paulo pòst re desperata, timens ne per uim caperetur, noctu effugit, atq; in Ioniam raptim adnauigat: ibi consuetudine & familiaritate cum Cyro regis fratre contracta admittitur. Erat tum Cyrus Satraparum maritimæ oræ princeps declaratus: quo imperio in superbiam elatus, statuerat, Artaxerxi fratri bellum inferre. Contemplatus itaq; Clearchum uirum animo imperterrito, & audacia ad facinus prompta præstantem, magnam ei pecuniam tribuit, mandatq; ut alienigenarum, mercenariorumq; quàm maximas conquirere ualuerit copias, conducat, magnam in eius uiri uirtute & fide spem se nactum ratus, propugnatorem ad id quod captabat idoneum, & ad rem prosequendam impigrum. Lysander uerò Spartanus post ubi urbes omnes Lacedæmonijs subiectas, ex mandato, sententiaq; Ephororum composuisset, alijs rem in decemuiratum redacta, alijs paucorum statu imposito, magnus Spartæ, conspicuusq; habebatur. Nam Peloponnesiaco bello sua opera, ductuq; tandem deuicto, ac pacato, terræq; marisq; imperium absque ulla discrepatione iam cedentibus cunctis patriæ uendicasse uidebatur. Quibus rebus elato mediti magna, consiliumq; inire cœpit regni Heraclidarum dissoluendi. Quare ad id cuncta moliri, eoq; rem studebat adduci, ut non ex una tantum, ueluti consueuerant, familia, sed ex communi Spartiatarum omnium conditione ius esset pro meritis & sorte uirtutis regẽ eligere, quo obtento, nihil ambigebat, quin propediẽ in id fastigij sese proueheret, regiumq; titulũ impetraret ad se deferri, q; magnis clarissimisq; rebus gestis eã gloriã iam pmeruisse uideret. Considerato itaq; Lacedæmoniorũ ingenio, & more, quòd religioni summa inseruirent obseruatione, Deũmq; numina rebus in omnib. oracula q; deposcerẽt, Delphicã uatẽ pecunia corrũpere adortus est, se facile uoti fori cõpo

Clearchus Spartanus in Byzãtinos sæuit.

Clearchus tyrannus à Lacedæmonijs profligatus.

Clearchum sibi cõciliat Cyrus.

Lysander regnũ affectat.

tem ratus, ſi monitis & reſponſis Deûm alioqui prætendentibus, id aggredi uideretur. Vbi uero diuturna admodum ambitione id conatus, tandem deludi ſpem ſenſit, nec ulla poſſe pecunia cuſtodes ſacrorum ad quippiam fingendum adduci uidet, mox ad ſacra uaticinij Dodonei rationes conſiliaq; omnia conuertit per quendam Phereciatem genere Apollonienſem, idemq; illic tentare ingreditur, eoq; uiro ueluti internuncio miniſtroq; conſilij uſus, eos qui ſacris illis aſsiſtebant ſolicitat ad fraudem adiuuandam. Erat enim Phereciati uetuſta cum ſacerdotibus familiaritas. Sed cum nec illinc ad uotũ quicquam extorqueri ualeret, inde Cyrenen petere ſtatuit, uulgato rumore, ſe eò proficiſci oportere ad uota Ioui Ammoni perſoluenda, ea occaſione tegendis conſilijs prætenta. Cæterum re ipſa ad uaticinia corrumpenda properabat, magnam proficiſcens ſecum pecuniam attulit, largitione ſperans miniſtros ſacrorum adduci poſſe in ſententiam. Nam qui ea circum loca regnabat Libys paternus hoſpes illi erat, ob cuius memoriam amicitiæ, Lyſandri frater ab hoſpitis nomine Libys appellatus à patre fuerat. Huius itaque familiaritate, nec non & pecunia allata fretus, in fiduciam uoti potiendi confirmabatur. Re tentata, non modò nihil penitus conſequi ualuit, uerum ab his qui ſacris præerant, legati fuerunt ad Lacedæmonios miſsi, qui Lyſandrum accuſarent attentati per largitionem & fraudem uaticinij. Pòſt ubi Lacedæmona rediit, die ſibi per iudices dicta, nihil iudicium recuſauit, ſed ſua confiſus gratia & authoritate, ſeſe de crimine purgauit, nec dum & quicquàm Lacedæmonijs compertum detectumq; erat de eius conſilio regni, iurisq; Heraclidarum abrogandi. Pòſt uero per certum tempus eo iam uita defuncto, cum quædam pecuniariæ rationes per eius domum perquirerentur, inuenta fuit inter cæteras ſcripturas oratio luculentiſsima, quam ipſe iam ad populum concitandum commentus eandem, ſi res ex ſententia ſucceſsiſſet, acturus erat in concionem, qua ſuadere nitebatur, ut abrogato priuatæ familiæ regni iure, regum electio in commune, ad cæterasq; ciuium familias reuocaretur, quo reliquis ciuibus ad tale faſtigium aditus pateret. Interea Dionyſius Syracuſanorũ dominus compoſita cum Carthaginenſibus pace, ciuilibus quoque ſeditionibus ſuperatis, atq; pacatis, finitimas Chalcidenſium urbes adijcere ſuæ ditioni conatur: Naxum uidelicet, Caranam, leontinos, harum dominio, quòd circum Syracuſis poſitę confinesq; erant, potiri flagrabat, quodq; magnam inde ampliandi imperij facultatem & commoditatem præſtari conſtabat. Primum igitur exercitu Aethnam contraducto, caſtellum exulum in deditionem fidemq; accepit, cum aduerſus tantas copias uires haud pares haberent. Poſt hæc Leontinos aggreſſus proxima urbi caſtra poſuit ad ripas tergæ fluuij, tum prima poſt luce copijs in aciem eductis, præconẽ ad Leontinos præmittit, qui iubeat Leontinis ut urbem dedant, arbitratus oppidanos metu perculſos, mox imperata nihil renitendo facturos. Vbi ſecus ac ſibi pollicebatur Leontinos haudquaquàm parere, ſed potius animo præſenti cuncta comparare uidet ad obſidionem tolerandam, cum nec machinas, nec alia ad expugnationẽ neceſſaria inſtrumenta Dionyſius attuliſſet, oppugnatione tunc uiribus præſentibus abſtinuit, ſed direpto ac depopulationibus uaſtato eorũ agro, Mox inde in Siculos traijcit, ſimulans ſe contra eos populos potiſsimum eam expeditionem eduxiſſe, bellũq; illud eius gentis expugnãdę cõſilio mouiſſe, quo Catanenſes & Naxios eius periculi ſecuros redderet, ac propterea negligẽtius ſegniusq; cuſtodias, ut fit in re quieta, urbib. adhiberet. Apud Etnã aũt cõmorãs ſuadet, ut Limneſto Etnenſi per urbis ſibi dñiũ uẽdicare adoriat, pollicetq; illi operã, auxiliaq; ſua ad id pſequendũ. Rẽ ille aggreſſus cœptisq; potitus, Dionyſiũ deinceps urbis ingreſſu phibuit. Quo facto, indignatus admodũ in aduerſã partẽ cõſilia ſtudiaq; cũcta cõuertit, atq; Etneos hortat uti tyrannũ interficiãt illi facile tãto authore adducti, repẽte ſũptis armis in forũ undiq; cõcurrũt, pli

bertate

bertate uendicanda dimicaturi. Iamq; uniuersa passim ciuitas commota fremebat, miscebanturq; omnia tumultu, qua seditione comperta, Dionysius ex templo amicos asciscit, ac per quendam locum neglectum, custodiaq; uacuũ intra urbem irrumpit, dimicantibus pro libertate ciuibus improuisus repente superuenit, Limnestumq; ui comprehensum Etnæis ad supplicium uiolatæ patriæ tradit: ipse mox nulla cuipiam ultro iniuria illata, sponte discedit. Hoc autem non utiq; tam iustitiæ studio fecit, quàm quòd è exemplo cæteras urbes ad sibi credendum pelliceret. Inde castra mouens Erbitæorum urbem deprædari adoritur, quo fraudatus ausu, pacem dissimulando cum eis composuit. Post Catanam uersus copias ducit. Nam Arcesilaus eius loci præfectus spoponderat ei simul ac eo accessisset, urbem in manus proditurum. Ita circiter noctis medium ab hoc intra mœnia admissus, urbem in ditionem accepit. Post subtractis populo armis, idoneum loco præsidium imposuit, sub hæc Procles Naxiorũ prætor oblati magnitudine præmij adductus, patriam Dionysio tradidit, qui premijs proditori persolutis, insuper cognationi illius ad eius patrati gratiam parcens, libertate permissa, cæteram turbam omnem in seruitutem traxit, possessionesq; & fortunas militibus in prædam & direptionem dedit: mœnia passim, ædificiaq; demolitus est. Pari calamitate Catanenses obruit, captiuos sub hasta Syracusis uendi iussit. Agrum Naxiorũ siculis finitimis dono dedit, urbẽ Catanã Campanis habitandã permisit. His peractis exercitu toto in Leontinos traducto, circũuallauit undiq; mœnia, & sub inde missa ad oppidanos legatione, postulat sibi dedi urbem, populumq; hortari iubet uti nomina dare secq; patiantur ciues Syracusarum fieri, locoq; suo relicto, uelint in urbem totius insulæ præstantissimam migrare, tum Leontini, cumque sibi aduersus tantam uim auxilia deposcenda, expectandaq; forent nusquàm prorsus succurreret, inde Naxiorum Catanensiumq; recens calamitates ante oculos obuersabatur, ueriti ne talibus ipsi quoq; cladibus obruerentur, tandem conditionem oblatam subire, statuunt. Patria itaq; relicta commigrant Syracusas. Archonides uerò Erbitæ urbis gubernator post ubi cũ Dionysio populus pacem composuisset, urbis condendæ consilium iniit, Multos enim mercennarios habebat, turbamq; promiscuam, quæ initio belli per Dionysium moti undiq; confugerat intra mœnia. Multi præterea Erbitæorũ spoponderant operam, munusq; suum, ac in eam coloniã migraturos. Assumpta igitur quæ coacta erat multitudine, promontorium quoddam occupat, quod procul à mari octo stadia distabat, ibi condidit urbem, Alesam: cui uocabulo cum multæ aliæ per Siciliam urbes idem nomen haberent, cognomentũ Archonidiæ adiecta ex nomine suo. Successu uero temporum cum eius opes mirum in modum excreuissent maritimis prouectæ negocijs, tum immunitate sibi à Romanis concessa, Ab negauère Alesini cognationẽ Erbitæorũ, quòd sibi turpe, & ad ignominiam ducerent deterioris populi, indigniorisq; urbis colonos appellari. Verumtamen ad hæc usq; tempora multa familiarum, gentisq; cognatæ communia utrobiq; nomina haberi constat, atq; eodem ritu apud eundem populum, Apollini sacra peraguntur. Sunt qui sentiant eam urbem à Carthaginensibus conditam, quo tempore Himilco pacem cum Carthaginensibus composuerit, In Italia bellum inter Romanos & Boios his de causis ortum tradunt. Tunc primis decreuere Romani militibus stipendio dare pecunias. Per idem tempus Volscorũ urbẽ expugnarunt ijdem Romani, cui tum nomẽ erat Anxore, nunc Taracina uocatur. Anno exacto præfectus erat Athenis Micion, Romę tres tribuni cõsulari potestate creati, T. Quintius C. Iulius, A. Manilius. Ea tẽpestate incolę Oropi seditione inter se coorta, non nullos ciues urbe expulere, qui fuerãt eiecti ad certũ usq; tempus uirib. suis innixi reditũ sibi moliri conati sunt. Vbi multis ac uarijs modis q̃sitis cũcta sibi nequicquàm

Dionysius Limnestum tyrannum opprimit.

Dionisius finitimas ciuitates sibi subijcit.

Leontini Syracusas commigrant.

Archomides Alesam urbẽ condit.

Thebani Oropios subigũt.

nequicquàm tentari uident, Thebanos orant uti copijs suis opem ferrent ad se reducendos, quibus permoti Thebani ducta in Oropios expeditione potiuntur urbe, stadiaq; septem procul à mari eam remouere, ac per certa tempora illis permisere, ut institutis legibusque suis rem gererent. Pòst impositò eis administrandæ rei modo, legibusque datis, agrum illum Bœotiæ adscripserunt. Dum hæc geruntur Lacedæmonij inter multa alia quæ succensebant Elijs, hoc inprimis obijcerunt, quòd Pausaniam Deo sacra peragere parantem prohibuissent, tum in ludis Olympijs Lacedæmonios in certamen admitti noluissent. His causis commoti bellum illis indicere decreuerunt. Demum itaque legatis ad eos missis primùm postulare, ac iubere, uti uicinas circumurbes suis quamq; legibus liberas, suisq; institutis administrari sinerent. Ad hæc pecuniæ in bello contra Athenienses impensæ partẽ pro sorte, quod hactenus non fecissent, contribuant. Hæc omnia moliri quærendo sibi legitimas occasiones, atque ueri similia iusti belli initia prætenta quadam consilijs suis honestate. Renuentibus palam postulata Elijs, & insuper improperantibus, quòd Græciam & seruitute premerent, alterum regem Pausaniam cum quatuor millium exercitu in eos proficisci iubent, quem in expeditionem prodeuntem ingens militum manus ex omnibus fermè populis urbibusq; socijs secuta est, exceptis Bœotijs, & Corinthijs, qui rerum indignatione, quas à Lacedæmonijs licenter nimium, patrari conspiciebant, eo bello abfuêre, contra Elim suscepto. Pausanias itaq; per Achadiam iter tendens, in Elim Traijcit, & castellũ Lasionem per iter capit. Pòst ductis per ualles & umbrosa montium copijs, quatuor urbes in fidem accepit. Thræstum, Alium, Eupagium, & Opuntem. Inde castris ad oppidum Pylum admotis, quod aberat ab Elide ad septuaginta stadia, protinus hunc quoq; locum capit. Mox in ipsam contendens Elim, in collibus transflumen castra posuit. At Paulo ante missa ab Aetolis socijs auxilia Elij acceperant electi roboris mille uiros, quibus locum ludi defendendum tradiderant. Tum Pausanias eum locum oppugnare adoritur superbe in hostium contemptum, & ueluti compertũ haberet Elijs haud animum fore contra in aciem prodire. At Aetoli repente simul cum magna ciuium manu erumpentes, ingentem Lacedæmonijs terrorem incussere, atq; supra quingentis eorum cæsis, haud procul abfuit, quin castris hostem spoliarent. Tunc obsidio à Pausania soluta est, Considerata post rei difficultate, non absq; summa difficultate posse capi urbem, agrum dijs sacrum depopulabundus percurrit, cunctaq; rapinis diripiens ac uastans, ingentem inde prædam contraxit. Ingruente iam hyberno tempore, locis aduersus Elim idoneis castella & oppugnacula communijt, ibiq; dimisso idoneo præsidio, Dymã ipse cum reliquis copijs in hyberna concessit. Interea in Sicilia Dionysius iam Siculorum dominus, ubi quæcunq; ad dominationem pararet, fortuna propitia cuncta se ex sententia, consecutum uidet, statuit bellum Carthaginensibus mouere. Cùm uero quæ ad id necessaria forent non dum sibi satis parata cerneret, tegit consilium nihil interea studij, remittens, quecunq; àd pericula, momenta fortuita, quæ futura uidebatur, usui fore conspicatur, cuncta prosequitur. Igitur in Attico bello cum uidisset urbem à mari ductis in mare aggeribus circumuallatum ob clausamq; munitionibus, uerebatur ne forte similiter coarctatus obsideretur, atq; intercluso undiq; exitu, in rerum adduceretur penuriam & difficultatem. Peroportunè enim sita cernebat ea loca, ubi ciuiũ cœtus consuescebãt, quæ Epipole uocabantur per Syracusanã urbẽ: Quapropter accersitis architectis, ex eorũ sententia ita uti necessariũ uidebat decreuit areas muro oẽs munire, qua nunc murus apud septiportiũ ductus conspicit. Hic nãq; locus Septẽt. uersus spectat, undiq; p̃cisa, p̃cipitiq; rupe subnixus, parte exteriori uix ob aspitatẽ accessibilis. Cupiens igit eã cõfestim munitionem

Lacedæmonij Elijs bellũ inferunt.

Dionysius seipsum præmunit aduersus pericula.

rem educi, turbam ex agris undiq; contrahit, quorum ex ingenti multitudine quoscunq; ad opus cernit idoneos delegit uiros ad Sexaginta millia Vegeti corporis, quibus locum laborandum, qua mœnia ducerentur æqua, cuique portionem designauit. Ac per singula stadia Architectos operi præfecit, & per iugera instituit opifices ex turba uulgari ducentos in singula iugera, qui ducentibus opus adsisterent, Immensa præter eos multitudo, pars ad excindendos, alij quadrandos operi lapides. Sex millia iugum boum oportunis locis parauerit, ad conuehendam materiam. Magnam spectantibus admirationem mouebat tanta simul opificium ministrorumq; multitudo, feruentibus omnibus, ac properantibus certatim munus exequi de mandatum. Aderat quoq; nunc his nunc illis partes per littus ad omnes Dionysius, studiaque laborantium alios hortando, increpando alios, ad iuuabat, magna præterea dona uincentibus opera laboreq; proponebat, duplicia architectis, alia seorsum artificibus, tum rursus operarijs & ministris alia, nec mora cuiquàm, nec intermissio fiebat ipse cum amicorum caterua singulos dies operi incumbere, omnia circumire, sese laborantibus ostendere, nonnunquàm defatigatis suimet ministerio corporis in operam succedere: Postremò imperij maiestate sepòsita inter opera uersari, nihil Grauis nihil uulgaris ministerij recusare, tum laboriosissima interdum subeundo, cæteros ad similem tolerantiam promptos, reddere. Quare magna certantium inter se studijs contentione prouehebatur opus, nonnulli quoq; laborem diuturnum, in certam trahere noctis partem, tanta studij ostendendi, ducendiq; operis inuaserat ambitio multitudinem. Quare supra quàm cuiq; credibile foret uigesimo, quàm cœptum fuerat, die perfectum opus constitit, muro in trecenta stadia protracto, tum commensa insublime strue subnixè firmatis adeò compactisq; coagmentis ut adeptus firmitatem murus fuerit inexpugnabilis. Nam turribus excipiebatur crebris & eminentibus admodum, quæ quadratis apprime in quadrium, lapidibus extructæ stabant. Eius anni cursu peracto, præfectus erat Athenis Exenetus. Romæ sex tribuni consulari potestate creati, P. Cornelius, C. Fabius, Spurius Nautius, C. Valerius, Mannis Sergius & Iunius Iucullus. Eorũ tempestate Cyro Satraparum oræ maritime duci Principiq; iam pridem statutum erat contra Artaxerxem fratrem arma mouere, nam præter ferũorem adolescentis adhuc ætatis, erat ingentis natura spiritus, cuiusq; laboris bellici patiens. Pòst ubi magnam sibi mercenariorum satis manum contractam uidet, quæq; ad educendam expeditionẽ idonee cõparauisset omnia, multitudini rem ipsam aperire haudquaq; consiliũ fuit, sed callide multa simulando causas honestas præfert, eas se copias in Siciliam traijcere parare ad quosdã debellandos, qui à rege desciuerint tyrannos, tum legatos misit ad Lacedæmonios, qui beneficia commemorarent eis in bello contra Athenienses à se collata, orarentq; ut auxilia sibi uicissim socia uellent ad id quod parabat bellum mittere. Lacedæmonij contemplati rem rationibus suis usui futuram, decernunt auxilia Cyro mittenda, nèc ulla facta mora legatos ad classis suæ prætorem nomine Samũ dimittunt, qui mandent ei quæcunq; Cyrus imperasset exequatur. Ductabat autem Samus quinq; & uiginti triremes, qui mox in Ephesum adnauigãs ad prætorẽ classis Cyri paratum sese offert illi ad munia belli simul subeunda. Pedites præterea octingentos misere, Cherisopho duce constituto. Classis uero Barbaricę gerebat imperiũ Tamus, quinquaginta triremes ductans apprime instructas, connauigantib. unà Lacedęmonijs. Impellebantur remigijs classes perinde ac Ciliciam petere contenderent. At Cyrus delectu ex Asia habito, ingentes inde copias contraxit, mercenarios item conductos habebat ad tredecim millia, qua ui i Sardib. coacta certos persas sibi gẽtè ac stirpe cognatos cõstituit, quib. Lydiã Phrygiãq; curare munus esset. Ionię uero Aeolięq; itẽ locis finitimis Tamũ pfecit amicũ sibi fidũ, genere Memphitẽ, ipse uero cũ exercitu

Cyri apparatus aduersus Artaxerxem fratrem suum.

ueluti

luti Ciliciam Pisidiamq; uersus iter tenderet, proficiscitur, rumore passim diuulgato aduersus nonnullos earum gentium incolas eam expeditionem duci, à quibus descitum à rege fuisset. Habebat autem in uniuersum ex Asiæ delectu militum ad septuaginta millia. Necnon ex Peloponneso, reliquaque Græcia mercede conductos ad Tredecim millia. Peloponnesijs dux erat, dempti Achæis, Clearchus Lacedæmonius. Bœotios ductabat Proxenus Thebanus. Achæos Socrates Achæus. Thessalus Meno Lariſſæus præerat. Barbarorũ tribunatus & decuriæ reliquiq; particulares magistratus. Persis distribuCyri aduersus fratrem Artaxerxem profectio. ti gubernabantur, penes uero Cyrum ipsum summa imperij constabat, qui dubius solis rem aperuerat contra fratrem copias ducere, quod idcirco uulgo turbeq;, occultum esse uoluit, quod admodum uererebatur ne eo diuulgato milites, tum ob illius expeditionis difficultatem, tum metu copiarum fratris deterriti, cœpta sua destituerent. Proinde per iter prospectans quod futurum erat, curam militũ diligentius habere, familiariter inter cateruas uersari, communem facilemq; cunctis se præbere, ubiq; affabilis adesse uectigalibus, commeatuq; splendido abundo alere, & explere multitudinem omnem, atque ita beneficijs consuetudine, artibus denique omnibus, exercitus totius ac priuata cuiusq; studia sibi conciliare, obnoxiosq; omnium animos habere molieba-tur. Pòst ubi transmissa iam Phrygia lydiaq;, locis item Ciliciæ finitimis, ad montes peruentum est, eiusdem regionis portas uersus, quæ in Ciliciam mittunt, iter tendit, qua aditus est angustissimis faucibus, idemq; præruptus, in uiginti porrectus stadia, quem uasti hinc atq; hinc montes miræ altitudinis cingunt. Ex utriusq; montis lateribus murus hinc inde ad uiam usq; perductus, mediam coarctat semitam, in qua constructæ sunt portæ. Traducto per has exercitu euasit in Tenebium, locum uticq; nulli omnium qui in Asia conspiciuntur pulchritudine inferiorem. Hac profectus Tharsum amplissimã opulentissimamq; Ciliciæ urbem contendit, quam facile in potestatem redegit. Syennesem autem Ciliciæ principem, audita hostium ui & magnitudine, ltupor ingens inuasit, cum se tantis haudquaquam parẽ uiribus cerneret. A Cyro mox accersitus, accepta fide, ad eum accedit, à quo cum uerum belli illius propositum didicisset, spopondit ei secum unà munus susceptum, unumq; ex filijs ad Cyrum cum idonea Cilicum manu instructũ misit, uir enim mente ingenio callido præditus, filium alterum clam ad regem ire iubet, qui nunciet illi quantæ fratris in se ductæ copiæ, se haud sponte quidem, sed inuitum cum Cyro societatem iunxisse, beneuolentia nihilominus pristina, animoq; erga regiam maiestatem constanti obnoxioq; perseuerare, quod uerum ne sit, simul ac per occasionem licuerit, incunctanter declaraturum, Cyroq; relecto ad partes regias transiturum. Cyrus interea uiginti dies tarsi commoratus, exercitum curauit. Posthæc cum inde castra moueret, mox eius quod erat suspitio cœpit inuadere multitudinem, Artaxerxi fratri à fratre bellum inferri. Quapropter meditando secũ quisq;, repetendoq; longissime quæ sibi legenda erant itinera, tum gentium hostium multitudinem, per quas medias uiam manu parare oportebat, extremo prope metu desperationeq; defigebantur.

Militum seditionem pacat Cyrus. Diuulgatum iam enim erat in Bactra usq; peragrandũ esse iter exercitui quadrimestre tum supra quadringenta armatorum millia à rege coacta quo terrore correptis omnium animis, multa mœsti conqueri, simul indignantes infense in duces quisq; suos grauiter in fremere, iã stringere gladios, ac ueluti in salutis suæ proditores sese ulcisci parabant, cædesq; fœda ducum facta esset per tumultum, nisi Cyrus procurrens, orare omnes, & ambire tumultuantes cœpisset, & ab ira iam prope patrati facinoris auocasset, obtestando non contra artaxerxem, sed aduersus quendam Syriæ satrapam id belum mouerí, cui multa iuranti, pollicentiq̃ue milites accipere, acceptoq̃ue maiore stipendio pacata iracundia in pristinam cum ducibus beneuolentiam reuocati rem

ti rem perſequuntur. Iam prope totam Ciliciam tranſiuerat Cyrus, atque ad extremam peruenerat urbem iuxta mare poſitam, quum ecce claſsis eodem tempore Lacedęmonijs remigijs ad eundem locum appulſa milites exponit, qui progreſsi cum in Cyrum incidiſſent, ei mox qua ſpartani erga eum beneuolentia eſſent exponũt, quantoq; ſtudio rem ei prouehi & cuperent, & opera ſua curarent. Tum octingentos pedites cum duce Chriſopho expoſitos tradunt, hos palàm ſimulabãt à priuatis Cyri amicis miſſos eſſe mercede conductos. Cęterum re ipſa nihil eiuſmodi iniuſſu magiſtratus inconſultisue Ephoris patratum fuerat. Necdum enim Lacedæmonijs idoneum, tutumq; ſatis uidebatur, ut ſe palã regi hoſtes oſtenderent, ſed magis conſilia tantiſper tegenda, donec eius molis quo demum momenta forent inclinatura comperte diſceretur. Cyrus eductis copijs Syriam uerſus iter ingreditur, prætoribusq; claſsis mandat, ut proficiſcentem exercitũ iuxta adnauigando conſequerentur cum tota claſſe. Pòſt ubi ad eas fauces profectus eſt, quæ portæ uocantur, locum defenſoribus uacuum deprehendens, ingenti lætitia geſtire cœpit, anxia nanq; prius cura, uexabatur, nequo forte præoccupatæ præſidio tenerentur. Eius enim loci natura & ſitus aditu coarctato continetur rupibus undiq; præruptis, ut parua admodũ manu defendi poſsit ab omni ui: Nam duo proximi inter ſe hinc inde montes exurgũt, alter aſperrimo ſubnixus chio. In ipſo uero incipit uiæ pars. Alter eſt circa illa loca, uocatus libanus Porrigitur uero ad Phœnices Medius inter montes locus ad Tria ſtadia productus, ſummopere munitus, quẽ porte ad anguſtiſsimas fauces conſtructæ intercludunt. His anguſtijs tutò tranſmiſsis Cyrus, reliquam claſſem dimiſit, ut in Epheſum rediret, cum nullus eius per mediterranea iter facturo uſus fore uideretur. Perfecto igitur uiginti dierum itinere Thrapſacum applicuit. Hæc urbs iuxta Euphratem ſita eſt: ibiq; quinq; dies commoratus ſimul copias ex itineris labore recreat, ſimul militum ſtudia ſibi conciliare ſtudet, propriasq; & obnoxias reddere ſuis ceptis eorum uoluntates, rerum neceſſariarum copia ſingulos communiendo, prædaq; & rapinis explendo, ſimul ac effectos idoneę perſpicit, concionem aduocat, ne diutius ſuſpenſos trahi oportere ratus, uerum expeditionis illius conſiliũ patefacit ac reclamante atq; aduerſante ſermonibus exercitu, cœpit omnes orare, ne ſe deſerere uelint, multa polliceri alia poſt maiora daturũ dona, modo ipſi pertolerare ſuſceptos labores, fortunamq; ſuſtentare ſuam in animum induxerint, ſimul ac in Babyloniam peruentum fuerit, ſingulis per capita quinq; minas argenti diſtributurũ. His oblatis in ſpem ẽrecti milites, aſſenſi ſunt. At Cyrus ſimul ac exercitus trans Euphratẽ traiectus ſtetit, perpetuo inceſſu Babyloniam uerſus contendit. Vbi ad montes qui Babylonicis campis obtenduntur peruenit, ſtatuit ibi ſequentem exercitum opperiri. Iam pridem uero Artaxerxi, regi compertum erat, quod à Pharnabazo clam ſignificatum acceperat, arma parari contra ſe à Cyro fratre, tum audito eius aduentu, utpote cui iam cuncta parata erant, copias undiq; arceſsiuit ad exitum Mediæ. Pòſt ubi ex Indis & alijs quibuſdam populis accitos diutius morari ob locorum diſtantiam & itinera longa uidet, eductis quas iam contractas habebat copijs, obuiam Cyro properat Exercitum ductabat connumeratis equitibus haud quadringentis millibus inferiorẽ, ueluti refert Ephorus. Vbi campum Babyloniæ euaſum eſt, caſtris ad Euphratem poſitis, ſtatuit ibi impedimenta relinquere, nam audierat haud procul hoſtes abeſſe: quorum inuicta ferocia & inſuperabilis audacia quam fama quoque diuulgando auxerat, ei formidoloſa erat, foſſam igitur ſexaginta pedes latam, cuius tractum decem millia pedum produxit. Hanc circum currus, quos ſecum duxerat, diſponit in muri ſpeciem compactos, relictis itaque intra hanc munitionem impedimentis, & imbelli turba cum idoneo præſidio ipſe cum expeditis militibus exercitu procincto propinquis hoſtibus occurrere properat.

Artaxerxis apparatus.

properat. Simulac aduentantem regis aciem prospexit Cyrus, suos arma expedire iubet, ordines & agmina instruit, dextrum cornu secundum Euphratem producit, ibi pedites Lacedæmonij nonnulli ex mercenarijs statuuntur, quibus omnibus dux præficitur Clearchus Lacedæmonius cui equites ex Paphlagonia accersiti iunguntur supra mille: alterum cornu ex Phrygijs & lydijs constructum, in quo circiter mille equites positi, quos ductabat Arideus. Ipse Cyrus mediam aciem tenuit, fortissima delectę iuuentutis circunstipatus cohorte. robur præterea Persici delectus, reliquæq; manus Barbaricæ ad decem millia præcipuæ uirtutis in agmen suum collegerat: præcedebant autem eum in fronte agminis uecti mille equites armis equisq; præ cæteris instructissimi, thoracas habebant optimos, gladijsq; Græci latera dextrasq; muniebant. At Artaxerxes ante aciem & ordines omnes currus falcatos instruxit haud contemnenda multitudine, Persas cornuum duces constituit, media se in acie cooperuit cum quinquaginta millibus præstantissimi roboris. Iam conferre signa instructę acies parabant, & uix tria inter se stadia phalanges aderant, cum Græci decantato de more pæane primum stipatim cum silentio procedere: deinde simulac intra teli iactum peruentum est, repente citatissimo cursu effusi, in hostem rapiuntur, ut à Clearcho Lacedæmonio facere iussi fuerant. Neq; enim ex interuallo remoto cursum petendum censuit, quo uires agminis frustra effunderentur, sed seruanda in certamen uegeta corpora: tum ex proximo breuiq; impetu procurrere consilio idoneo, usuiq; præsenti necessario, quo propius actis sagittarum ictus, aliaq; tela euolantia subterfugerentur. Simul atq; Cyri acies regijs copijs conseri cœpit, tanta in eos telorũ nubes coniecta præcipitauit quantum concipere est ex agmine quadringentis millibus hominum constipato. Sed breuis ea inter se certaminis dimicatio fuit, mox effusis telis iaculisq;, res comminus geri cœpta, gladijs strictis conseri, agmen agmini, cohortes cohortibus, uir uiro concurrere. Lacedæmonij unà cum reliquis mercenarijs repente primo congressu oppositam agmini suo barbariem perterruere, tum splendore armorum inspecto, tum corpore agilitate conferendiq; arte, & dextras glomerandi mira celeritate & promptitudine. Enimuero illis corpora breuibus armaturis obtecta uulneribus parebant, tum pleraq; ordinum leuis armaturæ nuda iustis præsidijs prope, detectaq; hosti offerebant. adhæc insuetos inexpertosq; pugnæ, haudquaquàm facile erat ad incumbens periculum obsistere. At Græcis contra diuturna Peloponesiaci belli certamina dura reddiderant membra, dextras instruxerant, animos ad contemnenda pericula expertos efferarant. Ita his omnibus, peritiaq; superiores, cum mercenarijs hostem contra se congressum, mox in fugam uertunt. fugientes consectari pergunt, magnamq; Barbaricæ turbæ cædem faciunt. In media utraq; acie forte constiterant ambo duces, quibus inter se decernere de imperio statutum erat. Ita re comperta utrumq; impetu ingenti agmen agmini aduersum concurrere ferociter, obnixeq; dimicare, duces ipsi alter alteri infensius obsistere, sese uicissim per ordines exciendo ad singulare certamen prouocare, cupientes inter se pugnam decernere, tumq; uisum est fortunæ rursus regno in medium posito germanos per ambitionem nefarijs accingere gladijs, renouando uetustũ illud ex horrendi spectaculi cunctisq; seculis detestabilis memoriæ facinus Etheoclis & Polynicis, quod à tragœdis celebratum extat. Ex medijs itaq; milibus in medium campum progressi fratres alter alterum impetere: Tum Cyrus irruentem in se fratrem præoccupare properans, contortam procul hastam in eum uibrat, nec abfuit ictui fortuna, rex uulneratus humi prosternitur, quem socij confestim sublatum ex acie extulere. In eius locum Tysaphranes Persa ex templo succedens, hortatur agmina, concitatq; fortissimum quemq; in pugnam. Ipse inter primos strenuè dimicando, hostesq; sæuire pergit, ueluti regis uiolati manu stragem ulturus, atq;

Cyri & Artaxerxis prælij.

Cyrus fratrẽ uulnerat.

caterua

caterua delectissimæ iuuentutis comitatus, huc illuc ad omnia loca procurrere, magnamq; cædem stragemq; hostium edere, atq; ita fortib. gestis facere, ut procul acies eius signi irrumpentis uim agnoscerent. At Cyrus successu victoriæ elatus, agmen suum mox in cõfertissimam hostium aciem inducit, atq; initiò propensa raptus audacia, incautiusq; irrumpendo, magnam hostium stragem facere. Post dum uiolentius rursus periclitari pergeret, nullo prospecto periculo ab incogniti nominis quodam uiro Persa, per obseruationem lætali ictu uulneratus concidit. Eo mortuo, regia acies tum uiolentiore impetu pugnam integrat, ac postremò multitudine simul & audacia iam superiores hostem fundũt profligantq;. Parte altera Cyri satrapa Aridæus, ordinibus certis præfectus, principiò Barbarorũ irruentiũ agmen repulerat. Post ea phalange longius porrecta, cum ab hoste circũuentus teneret, audita Cyri morte, cũ suis militib. profugit in quandã stationẽ suam, quo sibi haud incommodũ erat sese recipere. At Clearchus cõspiciens mediam aciem fusam, reliquosq; sociorum turbatos, iam ad fugam spectare destitit ab insectatione, cõtractisq; in unũ militibus, agmine stipato cõsistere, ac ueteri ne cõuersa in suos hostium multitudine circũuenti Græci pereant omnes. At agmina regia mox fugata quę cõtra steterat acie, primũ ad Cyri impedimenta diripienda feruntur. Post nocte iam surgente stipati in Græcos irruunt: illi collectis uiribus strenuè intrepideq; irruentem excipiunt hostem, restauratáq; ibi pugna ferocissimè dimicari cœptum: nec diu Barbari molem uimq; agminis Græci sufferre ualuerãt, breui præcipiti fuga rapiuntur. At Clearchi agmen magna cæde hostium facta, ubi iam noctis umbra densari cœpisset, sese recipiunt, trophæumq; erigunt. Tum circiter secundam uigiliam in castra properant. Pugna tali euentu certata cecidere ex acie regia supra quindecim millia, quorum maxima multitudo ab agmine Græco & mercenarijs obtruncati sunt. altera ex parte in agmine Cyri circiter millia desiderati, in eo certamine Græcum nullum cecidisse memoriæ proditum inuenio, paucos uulneratos. Noctis initiò Aridæus quem in stationem confugisse supra diximus, nuncios ad Clearchum mittit, hortatum uti cum copijs ad eum se recipiat, quo per maritima trajicientes loca iuncto simul agmine seruari possint. Mortuo Cyro, uiribusq; regijs iam superantibus ingenti metu, trepidaq; sollicitudine agebantur, quos Artaxerxis regnum inuadere, uiolareq; armis audacia compulerat, Clearchus aduocatis ducibus præfectisque ordinum, consultare cœpit unà de præsenti rerum conditione: quibus circa hæc intentis, & magna occupatis cura, accedunt à rege legati, quorum princeps erat uir Græcus nomine Phalenus, genere Zazynthius. Hi in conuentũ adducti, inquiunt. Hęc dicit rex Artaxerxes, quando quidem Cyro interfecto uictoria potitus sum, arma tradite, ad eius fores concedite, ibiq; molimini satis illi studijs facere, eumq; uobis conciliare, quo præmium aliquod ab ipso referre ualeatis. His per legatos dictis, simile per milites quoscq; responsum datum, quale Leonidas, quo tempore defensans aditus ad Thermopylas à rege Xerxe nuncios ab armis discedere iussit, quibus tum Leonidas regi ait, referrent, sibi uideri, si regis amici futuri essent, socios armatis dextris, quàm inermi corpore potiores fore: sin sibi cum eo pugnandum esset, fortius cum armis periclitaturos. Simili responso à Clearcho legatis, Proxenes Thebanus subintulit, nunc quidem cætera cum nobis cuncta sint erepta, solis cernitis in dextris uires atq; arma restitisse: donec in manibus hæc stricta constiterint, uiam nobis aliquam saluti posse inueniri, opemque à uirtute cuique sua deposcere licere, simul atque præsidia dextris subtracta, frustra tum nudæ uirtutis auxilia implo raturos, proinde se iubere regi referant, si quid atrocis in Græcos consilij rex inierit, cum his aduersus eum periclitando saluti communi opem quæsituros. Ferunt quoque Sophilum unum ex his qui in magistratu erant, dixisse regis mandata sibi non mediocrem attulisse admirationem, si se rex potiorem Græcis senti

Cyri mors.

Græci Artaxerxi dedere se recusant.

cis sentiat, audeat demum cum exercitu inuadere, & quæ tradi postulat arma nostris per uim dextris extorqueat, sin orando per blanditias id impetrare tentat, proferat priusquàm nobis parem pro hoc gratiam sit relaturus. Sub his Socrates Achinus dixit, uideri sibi regem stupidè admodum inconsultèq; agere: quæ à nobis inquit sibi tradi exoptat, ea repente deposcit. tum postquam hæc tradiderimus, imperat ut queramus quid nobis dignum pro his tribui postulemus Postremó si est tam rerum ignarus, ut uictores pro uictis ducat, liberisq; iubeat imperata facere, descendat in aciem cum sua tanta turba, discatq; utrorum sit uictoria. sin nos cum palàm uictores cernat, dolo mendacijsq; tentare adortus est, quonam deinceps pacto de pollicitis eius credemus? His responsis nuncij dimissi abiere. Clearchus cum socijs inde profecti, stationem uersus iter contendunt, quo seruatæ à pugna copiæ concesserant. Coactis in eum locum uiribus omnibus, consilium ineunt de petendo mari descensuq; ad ea loca, sibi profectio tutissima foret. Visum itaq; eis haud eadem quò accesserant ob difficultatem & incommoda regrediendum uia, quod eius longissimi tractus, maximaq; spacia deserta latè inculta que essent, qua nec promptius quicquam aderat quo confugerent, nec unde commeatus copijs suppeterentur. Tandem per Paphlagoniam tendere potius commodiusq; iudicatum, quod simulatq; decretum constitit, per Paphlagoniam iter ingrediuntur, breue iter facientes, ut eadem opera de commeatu sibi prospicerent. Post ubi rex melius ex uulnere habere conualescereq; cœpisset, percunctatus de hostibus, accepit omnes iter ingressos abire: quos ille metu fugere existimans, confestim copijs

Artaxerxes Græcos persecutus cum eis componit.

eductis proficiscentes consectari magnis itinerib. pergit, quos quòd lentè progrediebantur nocte iam obscura tandem assequitur: castra haud procul ab hoste ponit: simul atq; exorta dies Græci copias in aciem educunt dimicaturi, cũ primum modo fieret ab hoste pugnandi copia. Quo inspecto rex per internũcios trium dierum inducias in præsens componit. Per eos dies multa inter se missis ultro citroq; nuncijs de compositione & conditionibus agitando: tãdem conuentum est ut ipse agrum regionemq; illis quietam amicamq; præberet, & qui eos ducerẽt ad mare daret, trãseuntibusq; uenalia exhiberet: & mercenarios qui sub Clearcho Aridæoq; essent, omnes sineret incolumes, modo ab iniuria illi abstinerent, permeare per regionẽ. His cõpositis cũ primũ ad iter continuandũ se cõparant, copias rex Babylonẽ reducit, ibiq; ratione illorũ habita, qui fortia & clara in certamine facinora ediderãt, unũquenq; pro meritis exornat, præmia distribuẽdo. Tisaphernẽ lõgè supra omnes fortissimè fecisse primũq; habendũ iudicat, inde ingẽtia illi dona dat, filiamq; suam cõiugio despõdet, ac deinceps inter amicissimos semper primũ fidissimũq; habuit. Imperium præterea satrapasq; tradidit illi gẽtium earũ, quib, antea Cyrus frater præfuerat. Tisaphernes autẽ cognoscẽs regẽ infenso animo in Græcos esse, pollicetur se facilè cũctos interẽpturum, si copias sibi tradidisset, pacẽq; cũ Aridæo clã cõposuisset, ab eo Græcos omnes per iter proditũ iri. Regi cõsilium placuit, ac fortissimos quosq; ex toto exercitu quos ipse elegisset tradit. Re cõparata confestim nũcios Tisaphernes ad hostes properare iubet, qui dicant Clearcho cæterisq; ducibus, ut placeat ad se uenire, habere se certa, quæ corã exponi oporteret. Tum duces fermè omnes cum Clearcho & decurionibus, uti par uidebatur, ad Tisaphernem securi fraudis ex militibus accedunt: ducenti qui ad emẽdos commeatus & uectigalia conuehenda ire parabant. duces sequuntur. Ti-

Tisaphernes Græcorum duces perfidè occidit.

saphernes duces ipsos intra tentoria sua uocat, decuriones interim pro portis extra uersabãtur, repentè intra acceptos duces fraude composita Tisaphernes capit, atq; iniectis uinculis simul quibus mandatũ erat obtrũcant decuriones: alĩ reliquos qui ad forũ uenerãt milites adorti, cædunt: ex quibus unus elapsus ad castra, plugit perpetratũ barbaricis insidijs & fraude scelus cladẽq; suorũ nũciat. Quo perculsi omnes, ad arma cõfusi, quippe nullo duce, concurrunt. Post ubi cum

ubi cuncta circũ diutius quieta, nec ab ullo se infestari uident, curas ad rem cõsultandam conuertunt, duces ex numero multos deliguat, summã imperij rerumq; omnium deferunt Chirisopho Lacedæmonio. Igitur rebus compositis agmine ad iter directo, qua sibi facillimum tutissimumq; cernunt iter in Paphlagoniam tendunt. A Tisapherne autem uincti duces ad Artaxerxen mittunt. Ille reliquos omnes iubet necari, Menonem solum dimitti iussit incolumem, quòd solus ille seditionibus socios agitare solitus uideretur ad prodẽdos Græcos idoneus. At Tisaphernes copijs paratis Græcos consectatus, tandem attigit, nec iusta acie collatis signis pugnam committere ausus est, ueritus desperationem de salute, uirũm audaciam insaniamq; extrema furentem. In locis uerò idoneis obseruans occasiones omnes ex tuto lacessere, tumultuarijsq; prælijs cuncta reddere inquieta infestaq; conabatur, nihil tamen grauis detrimenti infligere ualebat. Ita extremum lacessendo procedẽtis exercitus agmen ad fines usq; gentis Carduchorum est insectatus. Vbi nihil insectando proficere posse uidet Tisaphernes, relictis illis copias in Ioniã ducere cœpit. At à Græcis Carduchorum montes septem diebus graui cum labore per uaria pericula traiecti multaq; ab incolis gẽte fera & immani damna perpessi sunt, quod facilè ignari regionis à peritis locorum insidijs circumuenirentur, odia his cum rege perpetua gerebant, liberi suo more uiuebãt: uersari mos erat à tenera ętate in laboribus & studijs bellicis: fundis potissimũ exercebant saxaq; assueścebãt intorquere q; maxima, nec nõ & iacula amẽtis, sagittasq; arcub. insolitæ magnitudinis eubrare, quibus in Græcos per superiora loca quę occuparãt cõiectis, multos cadere, multos itẽ uulnerarũt. Sagittę nãq; amplius lõgę duobus cubitis thoracas & scuta facilè perstringere, nec ulla uim irrumpentiũ spiculorũ arma sufferre poterãt. Adiuuabat ictũ ingẽtium põdus sagittarũ ex alto ruẽtium, quas ab eis tãtas aiunt cõtorqueri, ut Græci receptas easdẽ hamisq; amẽtatas in hostẽ retorquerẽt, ac pro iaculo uterent. Peruasa igit ægrè dicta regione, perducunt ad Centricẽ fluuium, quo mox traiecto intra Armeniam accipiunt. Huius tũ satrapa erat Teribayus, cui cõfœderata amicitia cõciliati, tuto regionẽ quoq; illã perlegerũt, itinere per mõtes Armenię tẽto. Multa inter proficiscendũ nihil deprehensi, summo in periculo fuêre, patũq; abfuit quin obruerent omnes. Turbato enim primũ aẽre, rara nix sensim è cœlo descẽdere cœpit, ita ut nullo meantibus impedimẽto esset. Mox perflãte atq; inualescẽte uẽto iam dẽsior assiduè magis ac magis ruere, solũq; altè cõsternere, adeò ut breui cõtectis locis omnibus, neq; uiarũ calles, nec ullã prorsus loci regionis'ue speciem aut situm prospici daretur adeò etiam prẽter soli confusionem dẽsitas cadentis niuis lucem prospectumq; circum omnẽ occuparat. quo casu examinati milites, quid caperent consilij prorsus incertum habebant, cũ neq; reuerti ad pernitiem uellent, neq; procedere propter niuium multitudinẽ possent. exacerbãte magis & crescente tempestatis sæuitia, superirruere cœpit noua uentorum uis flatib. uiolentissimis cum densissimo grandinis imbre, cuncta concutiente. Itaq; corpora in terrã demittere omni exercitus, uultusq; protegere coacti sunt. Cumq; progredi atrocitas mali minimè sineret, quo quisq; loco deprehensus fuerat, eodem consistere oportuit. In summa rerum omnium difficultate & penuria positi, diei illius noctisq; sequentis asperitatem sæuitiamq; toleraverunt. Sub dio corpora detecta obijcientes, rigebant obstricta gelu ex alto cogẽte membra, nec quietis nocte illa quicquam fuit, quòd urgentis mali uis sollicitos omnes reddebat. Aliqui incenso igne uitã eo præsidio tueri: nõnullis cũcta præsidijs opis'ue ab semet petẽdæ adminicula sunt adẽpta, quib. extrema mẽbrorũ cõtabuerunt. Vbi nox prẽterijt, plurima iumẽtorũ multitudo frigore enecata cõparuit: multi etiã uiri extincti inuẽti sunt: multis spiritus sensusq; uegeti adrãt, sz coacta gelu mẽbra mouere nõ licebat. Alijs frigus oculos obcrepuerat, alijs occursus niuis aciem uidẽdi obtuderat: alios penitus excæcauerat. Postre

Grgcorum rẽditus.

Græci niue et gelu infestantur.

mo cūctos ea peſtis aſſumpſiſſet, niſi paulū ꝓgreſsi in uillas & uicos euaſiſsēt rerū neceſſariarū copia referti, ibi ſtabulis per ſpecus cauas poſitis, armēta gregesq; excipiebāt. Domicilia ſua uiri ſcalis gradibusq; edita adibāt. pecoribus herbę fœnūq; alimēta erāt, uiris rerū omniū ad uitā opulentia ſumma ſuppetebat. 8. dies in eis locis cōmorati, Phaſim fluuiū petiere: ibi quoq; 4. dies quieti dati. Pòſt Chaorum Phaſianorūq; permeant agros: quo in itinere cū abincolis laceſsiti infeſtarent, pugna cōſerta ꝓſligant illos multa cęde: uillas & loca proſtratorū occupāt, frugib. & cęteris bonis refertiſsima. Quindecim ibi dieb. ad leuandū laborē cōſumptis, inde ꝓfecti fines qui Chalcidēſium agri appellant 7. dierū itinere pertrāſeunt, perueniuntq; ad flumē nomine Harpagum: cuius latitudo quatuor ſtadia patet. inde per Taſcutinos progreſsi uia plana iter tenuere, in quo tres dies ſeſe ex labore recrearūt, ubi rerum omnium neceſſariarum copia curati ſunt. Inde poſt egreſsi quatriduo curſu peruenerunt ad magnam urbem nomine Gymnaſiam, ex qua qui locis illis imperabat, amicitia & fœdere cum eis compoſito, benignè dimiſit, comitesq; uiæ prębuit, qui eos id poſtulantes ad mare perducerent. Inde percurſo quindecim dierū itinere ſub montem Chenium peruenere: ac ſimulatq; mare cōſpectum eſt ab his qui primi procurrerant, repentè in lætitiam rapti mirum in modum geſtire, clamoreſque ad cœlum adeò ingentes præ gaudio extollere cœperūt, ut qui procul inter montana uoces illas exceperunt, attoniti re noua ſuſpicarentur adeſſe atq; irrūpere finibus hoſtes, illicoq; ad arma per ea circum loca concurſum fit. Mox ubi acies omnis in locum ubi maria proſpectari poterāt, euaſit, portētis in cœlum palmis gratias dijs agere, perinde ac iam euaſis deinceps periculis in tuto ſalutē haberēt. Ibi ſecuri collato in unū locū ingenti lapidū aceruo ſtrues ex eis ingētes educūt, in quibus hoſtium ſpolia ſtatuunt, cupiētes eius expeditionis memoriā monumētis illis immortalē dimitti poſteritati. Tū uerò qui uię dux fuerat poculum argēteum ſtolamq; Perſicam dono dant, qui oſtēſa illis in Macronas qua tēderent uia diſceſsit. At Græci intra fines Macronū ingreſsi, fœdę cū illis cōpoſuere, quodq; fidei pignus certū utriſq; extaret, haſtam ab illis de more Barbarica acceperunt, Græcā tradiderunt. Hæc em̄ ſibi à maiorib. barbarici dicebāt inſtituta ad fœdus iungendū tradita, certiſsimaq; ea eſſe fideimā ſurę ſigna. Superatis horum mōtib. in agrū Colchorū deſcēſum eſt. Ibi cōgregatis cōtra eos incolis undiq; omnib. manus cōſerunt, hoſtēq; magna cum cæde fundunt. mox collē quendā occupāt idonee munitū, unde agrū circum latè omnem depopulationib. uaſtare pergunt, prędaq; in eum locū undiq; cōgeſta magnis ſeſe opib. locupletāt. Tum ingēs aluearioru per ea loca multitudo paſsim cōſpiciebat, unde fauos multo melle redundātes multi ad uſum eripuerūt,

Mel dementificum.

quos qui guſtarūt, in quendā incredibilē caſum incidere. Nā deglutito mellis liquore, repēte in demētiam uerſi, humiq; mox ꝓſtratis extinctis ſimiles uidebant: cumq; multos dulcedo ad edendū traxiſſet, breui creuit ꝓſtratorum eadē cauſa numerus, nō ſecus atq; in pugna, ꝓſligatis hoſtib. ſtrages cōſpici ſolet. Ea die repētinę rei grauiſq; caſus ſtupor attoniti omnes exanimatiq;. Procumbētium quoq; miſerabilis cōditio, quos pro extinctis habebāt, doloriq; iacturę tā inſperatę pro ſua quēq; ſorte frāgebat. Poſtera die qua ceciderant hora, in ſe omnes ſenſumq; redire cœperūt, primūq; uires, ac paulo pòſt etiā mentē recipere, inde mox humo ſeſe attollere, mēbraq; perinde affecta habebāt atq; illos uidemus qui fortè aliquo ueneno poto periculū euaſerūt. Poſt ubi corpora ſatis curata expeditaq; penitus uires illis fuêre, triduo Trapezuntē peruenerunt urbē Greçā, Sinopeorū coloniā, in agro Colchico poſitā, in qua 30 dies cōmorati ſplēdidè opiparęq; ab incolis ſunt accepti, ſacraq; herculi louiq; liberatori apud illos peregere. Ludos quoq; nudis inter ſe iūctis corporib. in eo loco exercuêre, quo nauē argo fama erat cū Iaſone & ſocijs applicuiſſe. Inde Chiroſophū ducē Byzātium mittūt ad nauigia & triremes aduehēdas, quē facilè id exe

cuturum

cuturum arbitrabant, & uetusta amicitia cum Anaxabio Byzantię classis prætore iunctus ferebat. Hunc in Celoce impositum enauigare iubet, ipsi uero interea duas nauiculas à Trapezuntijs accipiunt, gubernaculis remigijsq; munitas, Barbarosq; finitimos excurrendo terra marique depopulant. Dies igit xxx. Chirisophum prestolati, post ubi prater spem diutius remorari uidet, & commeatus iam penuria eos cœpisset urgere, Trapezunte discedunt, triduoq; intra urbem Ceraluntem perducunt, quę à Grecis habitabat, Sinopęorum item colonia, in qua dies aliquot commorati, post in Mosynęorum gentem proficiscunt: ibi Barbaries undiq; contracta agmine in eos facto manus conserunt, uicti barbari multos amisere, compulsisq; intra locum quendā ubi domicilia habebāt extructa turribus ligneis continentib. se tuebant: quem assiduis oppugnationib. oppugnantes per uim cœperunt. Erat autem oppidulum illud circumuicinis eorum munimentis Metropolis, in quo rex domicilium habebat in locis eminentissimis. Mos autem regib. illis patruis ibi totam ætatem traducere, turbisq; inde iura edictaq; dare. Barbarissimā autem dixere milites esse gentem illam omnium quas per meassent: quippe in propatulo cum mulierib. cōcumbere, spectantib. quibuscunq;, filios opulentissimorum nucibus tostis ali, cunctos ab infantia cicatricibus humeros ac pectora distincta proferre. Hanc regionem diebus 8. traiecta: ei cohærentem tribus, quam Tibarim uocant. Inde ad urbem Cotyorem peruecti, Grecā Sinopęorum coloniam, 50. dierum ibi mora tracta, totumq; id tempus finitimis Paphlagonib. reliquisq; circū Barbaris depopulādis deprędādisque datū. Interim missa sunt ab Heracleensib. & Sinopeis nauigia, quibus & seipsos et impedimēta omnia uehert, erat Sinope Milesiorū colonia in Paphlagonia olim deducta, cuius magna apud finitimos populos habebat authoritas, in qua Mithrydates ætate nostra, qua cum Rom. bellū gessit, primā sibi regiam cōstituit. Accessit eodem Chirisophus, qui ad triremes aduehēdas missus redierat, re tamē infecta. Cæteri quoq; Sinopenses eos amicè exceptos hospitijs curauerunt, & tutos per mare trāsuexere Heracleam Megarēsium coloniā, classisq; omnis appulsa stetit ad Acherusiam Cheronesum, qua fama est, Heracleam ex infernis Cerberum extraxisse. Inde pedestri itinere per Bithyniā tendētes in uaria crebraq; pericula inciderunt. Inuadebāt em eos plerunq; incautos, & agmine per iter impedito ꝓcedētes eius regionis incolę ad occasionem semp instructi, & grecq; ꝓcedere lacessēdo adoriendoq; diuersis ſpe locis sinebāt, uix tandem in urbem Chalcedoniæ Chrysopolim recepti, tū primū salutē in tuto constitutā habuerunt. Ex 10000. incolumes superfuerunt ad 3800. qui iam prorsus periculorum securi, nulla deinceps iter repellēte difficultate, plerique in patria loca cōcessere. Reliqua manus circa Cheronesum coacti, quandā urbem Thracum locis illis finitimam populati occupant. Igitur expeditionem Cyri cōtra Artaxerxem fratrem ductum exitus huiusmodi dissoluit. Interea triginta tyrāni qui Athenis regnabāt, ꝓpetuò alios ciuium urbe fugare, alios supplicijs absumere. Quę cū Thebanis essent molestissima, nec æquis oculis tantā immanitatem cōspicere possent, exules humanè benigneq; excipiebāt hospitijs. Tū Thrasybulus cognomēto Tyrieus ciuis Atheniēsis, à xxx. urbe fugatus, auxilianti bus clā Thebanis, locum quendā in Attica nomine Phylā occupat. Erat illud castellum apprime munitum, distans Athenis c. stadia, situ ita accōmodatum, ut maximam ad irrumpēdum infestādumq; omnia facultatem præbiturum uideretur. Simulatq; factum 30. uiri resciuere, copias extēplo in eos educunt, ueluti locum obsessuri: ac castris ad Phylam proximè positis multum iunxit. Quo casu multi coacti cum in loca cōmodiora trāsferre sibi tabernacula ꝓperarēt, proximi qui id fieri cernebāt, eos fugere suspicati, simul trepidare, uasaq; colligere nāq; hostē ꝓpe adesse, uimq; aliquā urgere arbitrabant. Itaq; cum castra terror occupasset qui Panicus appellat, ea alio trāstulerūt. Cæterū 30. uiri exploratis Athenienſium ciuium studijs cōsilijsq;, cum ꝓspectum haberēt omnes illos,

Sinopē.

Thrasybulus Phylam locū occupat.

qui à trium milliũ olim statu dissensissẽt, nihil nisi tẽpus occasionẽq; obseruare quo dominationẽ discuterent, sese ex urbe in Pireum contulerunt, externisq; uiribꝫ & armis ciuitatẽ per uim oppressã tenere pergũt. Eleusinos uerò Salaminosq; in crimini dãtes q exulũ partes sequerent, necarũt omnes. Simul dũ hęc gerunt, magna exulũ munus ad Thrasybulũ cõfluit. At 30. uiri tã ferocẽ hostẽ sibi q primũ conciliandũ arbitrati, nũcios ad Thrasybulũ uiros fidos mittunt, titulo quosdã captiuos redimẽdi: sed clã ut hortarent eum ad redeundũ in patriam, malletq; secũ unà in locũ Theramenis primo electi ciuitati imperare, q exilij incõmoda spõte tolerare. Ei prẽterea potestatẽ fieri ut 10. exules, qs ipse elegisset, ab exilio reuocaret in patria. Quib à Thrasybulo respõsum, pluris se fugã exiliumq; suum facere dominio tyrannorũ, neq; unq; antea dispositurũ q sumpsissẽt arma, q ciues omnes suos in patriã reuocatos, curaq; sua populo restitutos cõspexerit. Interim defectiones indies assiduę crudelitatis, insolẽtiæq; odio à tyrãnis fieri, manus exulũ cum numero crescere, uires in unũ cogi: quo percepto 30. tyrãni legatos Spartã mittunt ad auxilium petendũ: ipsi q tas undiq; ualẽt copias cõtrahunt. Tum exercitu in apertũ educto castra sub dio ponunt circa loca quę Acharnę dicunt. At Thrasybulus idoneo pręsidio intra castellũ relicto, ipse cũ exulũ ad 1200. agmine instructo in aciem ꝓdit, castraq; hostium noctu improuisus adorit: multos ipso incursu obuios obtrũcat, reliq; turbã subito inopinæ rei tumultu ꝓterrefactã miscet ac premit, donec intra urbem cõpulit omnes. Post eum pugnę successum nihil cunctatus Thrasybulus Piræum adoritur, Munichiamq; promontoriũ primo impetu occupat, defensoribꝫ & pręsidio destitutum, quod admodum munitionib. comparatum erat. Nec mora fuit tyrannis: cõfestim copijs omnibus instructis in Piræum ductis oppugnare Munichiam properant, Critia duce, ubi acerrime dubia fortuna dimicatum est, tyrannorũ copię multitudine uincebãt: sed exulum animi pręstabant, audaciaq; uegetior, munitionib. etiam locorum adiuta, strenuè irruentẽ hostem propulsare. Postremó Critias dux ceditur. Quo casu perturbati triginta, mox oppugnatione dimissa, in loca sese commodiora magisq; aperta recipiunt, in quæ descendere metu multitudinis hostium exulibus haud animus tulit. Post hęc cum frequentes assidue ad exulum partes descenderent, iam cõtracta pugnæ manu Thrasybulus, agmine repente facto inuadit hostes, quib. pugna fusis fugatisq; Piræo potitur. Quo facto, mox ingens ex urbe multitudo simul dominationis odio, simul quos summa libertatis cupido iampridem trahebat, undiq; confluunt in Pyręum. Re deinde passim diuulgata, quicunq; per urbes uagi sparsiq; ferebantur exules, cum depressos hostes, & fauere fortunam Thrasybulo cernerent, ipsi quoq; in Piræum omnibus ex locis properant, ac iam deinceps copijs & uiribus exulum partes haud ambigue potiores erant: qua re confisi, urbem oppugnare adoriuntur. At ciues qui Athenis reliqui steterant, triginta uiros abire magistratu iubent, urbeq; eijciunt. Horum in loco decem uiros dictatoria potestate sibi creant, ut per eos tentarent si quo pacto conditionibus amicis bellum pacari posset. Hi simulatque magistratum adiere, neglectis belli pacisue rebus, se dominos faciunt, móxque ad præsidium occupati dominij quadraginta naues à Lacedæmone sibi accersunt, & mille milites, quos Lysander ductabat. At Pausanias rex Lacedæmoniorum Lysandro inuidens, tum maximè quòd Spartæ cernebat ob eam crudelitatem & insolentiam apud Græcos populos ingentem inuidiam contracturam, cum magnis copijs Athenas profectus, ciues qui restiterant intra urbem. cum exulibus conciliauit, ita demum Athenienſibus patria restituta est, atq; exinde suis legibus atque institutis rem gerere administrareque cœperunt. His qui redire uerebantur, metu supplicij, quod meriti uidebantur ob flagitia & sæuissima scelera in ciues, & patriam commissa, permissum est ut Eleusinam incolerent.

A triginta defectiones fiũt.

Triginta tyrãni Athenis exiguntur & de cẽuiri creantur.

Athenienſium reſpublica restituitur.

Elij uerò

Elij uerò opib. & potentia Lacedęmoniorum ꝓcusi, cum eis pacem compo- *Elij cum Lacedæmonijs cõponunt.*
suere sub his conditionib. ut triremes omnes traderent, tum urbes circum fini-
timas sinerent liberas legib. suis uti. Iámq; Græciæ res omnes pacato circũ pas
sim bello, positisq; armis quieturę uidebant. Tũ Lacedæmonijs ueluti iam o-
nere graui leuatis, cum reliquę abessent curę, quod diu obseruabãt, tempus ad
esse uisum est, de Messenijs pro arbitrio statuere, quorũ pars in Cephalonia ca-
stellum quoddã incolebant, alij partem in Naupacto ad occasum positã tene-
bant loca, quę Locri dicuntur, quondã sibi ab Athenienſibus ad habitandum
concessa. Illis igitur utroq; loco eiectis castella restituunt, illud Cephallenijs, *Messenij migrant.*
hoc Locrensib. At Messenij ob uetustum in Spartiatas odium undiq; expulsi,
tãdem cum armis ex Græcia migrant. Pars in Siciliam nauib. uecti sub Diony-
sio mercede militiam exercendam suscipiunt: alij Cyrenen petiere circiter tria
millia, sibiq; cum ꝓfugis, qui illinc erant, arma iunxere. Nam Cyrenensem po- *Cyrenensis seditio.*
pulum ea tẽpestate seditio uexabat, ab Aristone nõnullisq; alijs urbe occupa-
ta, in quo primo eius seditionis tumultu repente 500. Cyrenẽsium optimates
perierãt per uim seditiosorum oppressi: mox ex reliquo populo primores pa-
tria exulare coacti sunt. Igit assumpta secum Messeniorum manu, exules in ã-
ciem aduersus urbis occupatores descẽdunt. Pugna commissa Cyrenensium
ingens utrinq; cædes edita. Messenij prope omnes ad internecionem periere.
Post eam pugnam Cyrenę per legatos ultro citroq; missos res cõposita est, ar-
misq; positis, ꝓtinus cõmuni sententia iureiurando adigi omnes statutum est,
nemini deinceps illius iniuriæ memoriam ullam fore. Ita re cõposita, ciuitatẽ
communi, uti solitum fuerat, cõsuetudine incoluere. Per idem tempus coloni
ab Romanis in Ventras missi. Eo anno peracto prętectus est Athenis Laches.
Romę Tribuni consulari potestate creati magistratum gerebãt, Manius Clau
dius, M. Quintius, L. Iulius, M. Furius, & L. Valerius. Agebatur quoq; Olym-
pias 97. qua stadium uicit Minos Atheniẽsis. Per eadem tempora Artaxerxes
Asiæ rex, debellato Cyro, Pharnabazũ miserat ad omnes maritimas satrapias
recipiendas, cuius rei metu qui Cyri partes secuti fuerant satrapæ populiq; ua-
rijscuris uexabantur, ne quæ in regem commissent luere cogerentur. At reli-
qui satrapæ legatis ad Tisaphernem missis, cum eo iam rem conciliatam habe
bant, studijs'q; omnes ꝓmptis adesse, obnoxiáq; illi quisq; cuncta habere pro
cõfirmanda sibi gratia certabant. Tamos uerò potẽtissimus inter eos Ioniæ ꝑ-
fectus in triremib pecuniam ac filios omnes cõgessit, uno dempto, cui nomẽ
Gao erat, qui quodã post tẽpore regij dux exercitus est factus. Igit haud cõfi-
sus se Tisaphernis fidei credere, cũ classe tẽdit in Aegyptũ, & cõfugit ad Psam-
mitichum Aegyptiorũ regẽ, qui nepos erat Psammitichi, quẽ regẽ cum antea
multis sibi deuincire certasset beneficijs, existimabat se charũ ob merita illi fo-
re, sibiq; illic ueluti portum quendam paratum quo tuto confugeret, si quid à
rege periculi sibi obiectum fuisset. At Psammitichus amicum supplicemq; iu- *Psammitichus Aegypti rex Tamum supplicem necat.*
gulatunà cum filijs, ut ea pecunia & classe potiretur. Interim urbib. Græciæ in
Asia positis aduentus Tisaphernis iam passim diuulgatus magnum terrorẽ in
cusserat. Itaq; legatos Lacedæmona mittunt, oratum ne se patiant à ui Barbari
ca, quę ab illis pararet, dissipari euertiq;. Legatis benigné respõsum, decretaq;
postulantib. auxilia. mox ad Tisaphernẽ legatos mittere uisum est, qui diligen
tissime explorarẽt, percunctarenturq; ab eo num Græcis urbib. arma ueluti ho
stis inferre pararet. Tisaphernes uerò cum omnib. copijs primam eorũ petẽs
urbem Cumam, agros omnes depopulat, multamq; inde prædam ac magnũ
captiuorũ numerũ contraxit, mox ad urbẽ cõuersus, circũuallare obsidereq; il-
la cõtendit. Post ubi tẽpestas hyberna accedere urgereq; cœpit, cũ nec urbe po
tiri ualuisset, nec iam ultra cõfideret, redimẽdi captiuos hosti potestatẽ facit, cõ *Lacedæmonij Tisapherni bellũ inferũt.*
tractaq; inde magna pecunia soluit obsidionẽ. Lacedæmonij uerò in eo bello
cõtra regẽ suscepto Thymbronẽ ducẽ creant, cui mille ciues instructos dant, à

ſocijs præterea iubent delectũ habeat, totq; eligat inde, quot ad id ſibi ſatis uideat. Thimbron igit accerſitis undiq; ſibi ſocijs auxilij, in Epheſũ cũ 5000. non plꝰ armatis enauigat. Hic quoq; ab urbib. in ditione ſua poſitis, alijſq; ſocio iure ad 2000. cõſcriptos accipit, cum quib circiter 7000. inde ſoluit Perfecto 120. circiter ſtadiorũ tractu, Magneſiam applicuit, quæ Tiſaphernis impeno tenebatur. Hac primo inſula in ditionẽ accepta, cõfeſtim Trallis uerſus Ioniæ rapitur: quam urbem oppugnare adortus, ubi fruſtra id ſe conari uidet, ob locimunitionẽ haud facilè parua manu expupugnabilem, rurſus Magneſiam relicto itinere petit urbs illa nuſquã circum ulla munitione, nullo defenſa uallo, patebat cuiuſq; inuadentis iniuriæ: qua cauſa ductus transædificauit eam in proximum montem, quem Thoracem appellant, ueritus ne quum ipſe digreſſus foret, Tiſaphernes eò uicißim accedens, urbem apertam reciperet. Tum in agrũ hoſtium agmine facto irrumpẽs, militem præda omnifaria oneratum reduxit. Accurrente cum innumero equitatu Tiſapherne, uim tantam haud opperiendam ratus, redit in Epheſum. Per idem tempus eorum qui cum Cyro, ueluti ſupra diximus, in expeditionem profecti, poſt eam cladem euaſerant excidium, quoſdam in proprias diuertiſſe patrias commemoratum eſt, reliqui uerò (quæ plurima iuuentus erat) circiter 5000. uitam in armis & militia ducere aſſueti, ducem ſibi creant Xenophontem, qui copijs illis in expeditionem eductis, adoritur debellare Thracas, qui Salmideſſum incolebant. Hic ad ſiniſtram ponti ſitus lõgo procul intra maria porrectus tractu, crebra facit naufragia. Mos erat eius incolis Thracibus circa ea loca ueluti inſidijs paratos inſidere, ut ſi quos aut naufragos, aut curſu excuſſos nacti mercatores fuiſſent diriperent, captiuosq; abducerent. Igitur Xenophon cum ſuis agmine facto in agrum eorum irrumpit, pugnaq; profligat eos: plurimos q; uicos eorũ direptione incendioq; uaſtat. Poſt hæc acciti à Thimbrone mercede, ei ſeſe in expeditionem iungũt, ſimulq; cum Lacedæmonijs aduerſus Perſas bellum impacate gerebãt. Dum hæc in Græcia geruntur, à Dionyſio cõdita eſt urbs in Sicilia ſub ipſum Aetnæ collem, quam à quodam celebri templo Adranum appellauit. Archelaus uerò in Macedonia rex in quadam uenatione uulneratus, haud ſponte â Cratere ſuo catanuto, mortem obijt, cum ſeptem regnaſſet annos, cui ſucceſſit in regno adhuc puer Oreſtes, quo tutor eius Aeropus necato, regno ſex annos fruitur. Athenis Socrates philoſophus ab Anyto & Melito accuſatus, quòd aduerſus deos & religionem impiè ſentiret, iuuentutemq; inani traditione corrũperet, capitis damnatur, poculoq; cicutæ hauſto, extinctus eſt. Ficta in eum crimina per inuidiam & odium uirtutis cõiecerant eius aduerſarij, iudicijſq; corruptis damnari compulêre. Cuius facti populum uehemẽter pœnituit, totaq; indoluit ciuitas indigna tanti uiri nece: nec diu iniuriã inultam eſſe paſſi ſunt, nec ſceleſtiſsimam accuſatorum nequitiam impunitam abire, in quos primo irritatis ira animis plebs infrendere cœpit: pòſt demum ſupplicijs affectos fœdè necauit. Annuo tẽpore euoluto, præfectus eſt Athenis Ariſtocrates. Roſex tribuni cõſulari poteſtate creati, C. Seruilius, & L. Verginius, Q. Sulpitius A. Matilius, Capitus Clodius, & Marcus Ancus. His magiſtratum gerentibus Lacedæmonijs comperto quòd res bellica prauè à Thimbrone adminiſtraretur, Dercyllidam alterum ducem in Aſiam miſere, qui copijs aſſumptis aduerſus urbes in Troade ſitas caſtra mouit. Anaxitam igit & colonas, & Arisbam adortu primo cœpit. Poſt has Ilium, Cebreniam, reliquasq; omnes in Troade partim fallacijs & dolo, partim ui, breui redegit in poteſtatem. His geſtis cum Pharnabazo cõpoſitis in octo menſes inducijs, expeditionem in Thracas eos induxit, qui ea tempeſtate circa Bithyniam incolebant, quorum depopulatus agros, exercitum mox in hyberna duxit. Heracleæ uerò quæ apud Trachinem eſt, exorta ſeditione, miſſus à Lacedæmonijs ad eam rem componendam Heripidas, ſimulatq; urbem ingreſſus eſt, populum in concionẽ aduocat, in conceſſu cir

Xenophon Athenienſis.

Heracleenſis ſeditio.

ceſſu circumſeſſos armis authores eius ſeditionis cõprehendit omnes ad 500. quos ſupplicio affectos necat. Deſciuerãt tũ quoq; populi, qui loca circa Oetam incolebant, quibus cum bellũ geſsit, multisq; malis res eorum afflixit. Poſtremò relinquere ea loca coẽgit, atq; inde emigrare, quorũ maxima multitudo cũ coniugib. & liberis in Theſſaliam cõfugere, & quinquẽnio pòſt in Bœotiam migrarũt. Dum hęc gerunt Thraces cõtracta manu Cherroneſum inuadere. At Cherroneſij bello oppreſsi, reb. ſuis afflictis, Dercillidã Lacedęmonium ex Aſia accerſunt auxilio, qui raptim cũ copijs eò properãs, Thraces ex eis locis expulit. Poſt Cherroneſum circũ omnẽ ducto à mari in mare uallo cinxit, idoneisq; clauſam munitionib. firmauit, quo opere tutiorẽ in poſterũ illam ab iniuria reddidit ab incurſu Thracũ. Ipſe poſt ea geſta multis ab ea gente donis ornatus copias in Aſiam reduxit. Pharnabazus per tẽpus inducіarũ regẽ adit, eiq; perſuadet ut claſſem paret, ducemq; habeat Cononẽ Athenienſem. Is em erat & rei bellicæ & rerũ hoſtilium peritiſsimus. Cumq; eſſet bellicoſiſsimus, Cypri degebat apud Euagorã regẽ. Igit̃ rege in ſentẽtiam adducto, Pharnabazus aſſumptis 500. argẽti talẽtis rem nauticã inſtruere maturat: mox in Cyprũ nauigans, regib. illius inſulę 100. triremes imperat: tũ cum Conone multa collocutus de prætura nauali, maritimis reb. eum prefecit, magnis eidẽ à rege pollicitis oblatis, ingẽtiq; oſtẽſa ſpe patrię recuperãdæ. Cęterũ Conon cernẽs hãc unã demũ patriæ reliquã ſpẽ, ſi Lacedæmoniæ uires expugnarent̃, recipiendæ maieſtatis priſtinæ, & impij recuperãdi, ſimul intelligẽs ſi ſua opera, ſuisq; auſpicijs id patratũ foret ad priſtinũ nomẽ, quod ſtrage pfligatus nauali uidebat̃ amiſiſſe, cum patria incõparabilem immortalemq; gloriam paratũ iri, cõditionem gerẽdi magiſtratus accepit. Cumq; necdũ tota claſsis inſtructa eſſet, nauibus quas paratas habuit ad 40. cõſcenſis, in Ciliciam nauigat, ibiq; cõmoratus, quæ ad bellũ opus erãt moliri pperat. Pharnabazus uerò cũ Tiſapherne delectu ex ſatrapis quiſq; ſuis habito, copijs ingẽti multitudine coactis, in expeditionẽ proficiſcunt̃ in Epheſum, q; eis in locis hoſtium copias cõſiſtere exploratũ habebãt. duces illos ſequebant̃ ad 20000. peditũ, 10000. equitum: nec Dercillide Lacedæmoniorũ duci mora fuit, audito hoſtium aduẽtu, copias ex templo intrepidè educit, cum nõ plures 5000. in armis ductaret. Vbi proximè ſtetere utræq; acies, fœdere inter ſe pacto duces rem conditionibus componẽ dam decernunt. Tempus certum utriſq; conſtitutum, quo Pharnabazus ad regem pro conditionibus & fœderibus mitteret, ſi bellum ſic pacari uellet, quoue Dercillidas idem populo ſignificaret, de rebus omnibus Spartiatas redderet certiores. Illi igit̃ hoc modo exercitus ad cõgreſſum paratos abduxere. Cæterũ Rheginis colonię Calcidẽſium incremẽta Dioniſij ſuſpecta admodũ erãt. Naxios em Catanenſesq; cognatos ſuos cernebant ab eo in prędã ſeruitutẽq; abductos, nec ſeſe procul ab iniuria ſimili, pariq; calamitate abeſſe uidebãt. Talibus affectos curis ſollicitudo haud mediocris, metusq; cõditionis & periculi incũbentis ſaluti cõmuni uexabat Rheginos. Multa diu in eam rem cõſultanti bus, tandẽ potiſsimũ cunctis id uidebatur, antequã uires tyrãnus omnino colligeret inexpugnabilisq; fieret, ipſum armis propere antecapiendũ opprimendumq;, nec exigua ſibi ex ipſa Rhegina re ad bellum parata haberi. Syracuſiorum præterea exules, quos Dionyſius patria fugarat, quorum quàm plurima turba tum Rhegij uerſabatur, ad id conſilij comparandum multa diſſerebant, perſtabatq; ſuadẽdo atq; exhortãdo ut bellũ ſuſciperetur. Oſtendebant quoq; Syracuſanum populum eiuſmodi cœpta, cum occaſionem oblatam uiderit, complexurum, rem'que communi ſtudio uiribus collectis prouecturum. Poſtremò creatis ad id ducibus cum ſex peditum millibus, ſexcentis equitibus, quinquaginta triremibus, eos in expedtionem miſerunt. Hi tranſuecto maris tractu, Meſſenęq; applicantes, hortantur Meſſenios duces uti ſecum mune re communi bellum ſuſcipiat: dedecus indignum ſupra modum, ac penitus in

Cherroneſus ualło munita.

Conõ Athenięſis claſsi Artaxerxis profectus aduerſus Lacedæmonios.

Rhegini Dionyſio bellum inferunt.

tolerabilẽ his qui se uiros sentiant, pati uicinas ꝓximis locis urbes Græci nomi nis & generis impunẽ funditus à tyrãno euersas iacere. Duces igit̃ talib. ꝓsuasi à Rheginisq; accẽsi incõsulto iniussuq; populi copijs eductis in expeditionẽ u na ꝓficiscunt̃. Erãt autẽ his instructa peditũ ad 4000. equites 400. triremes 30. Posĩ ubi ad Messenę montes exercitus utercq; stetit, inter milites seditio grauis orta est: excitãte per cõciones per tumultũ Laomedõte Messenio, qui ne arma cõtra Dionysium caperent̃, à q̃ nil iniurię accepissent, cõsulebat milites. Igitur Messanij ab eo adducti, quòd iniussu populi arma cepissent, repente reuocata sentẽtia ab armis discedũt, ducibusq; relictis in patriam redeũt. Simulatq; Mes senios castris abire uiderũt Rhegini, cũ per se haud uiriũ satis ad id bellũ haberẽt, diffisi ceptis confestim, Rhegium uersus iter conuertunt. Dionysio autem ad eius rumorẽ tumultus initio parata omnia erãt, copiasq; suas in mõte Syra cusano expeditas eduxerat, inde excepturus, si inuasissent hostium agmina. Si mulatq; discessisse eos cõpertum fuit, milites intra urbẽ reduxit, mox legatis à Rhegio & Messena ad eum missis, id potius esse ratus ꝓ cõditiones & fœdera sublatis odijs, inter se cõciliare animos, q; armis tẽtare fortunã, pacẽ cũ urbib. ipse cõposuit. Inde cõspiciens nõnullos Græcę gẽtis homines studijs omnib. à se alienatos, in Carthaginẽsium ditionẽ inclinari, cõsiliaq; eò cũcta cõferre, & ut res suas, & urbes secũ in eam conditionẽ & imperiũ trãsferrent, arbitrabat̃, durãte cũ Carthaginensib. pace iampridẽ cõposita, plerosq; ex his qui sibi pa rerẽt mutãdi imperij libidinẽ inuasurã, eosq; in Carthaginẽsium ditionẽ cõcessuros, cõtrà pace soluta, si bellũ mouerẽt̃, eos omnes quib. conditio Carthagi nẽsis imperij deterior, atq; seruitus grauior uideret̃, ad se illico descituros. Cõpertũ ꝓterea habebat, plerosq; Carhaginẽsis populi primates, ingẽtemq; mul titudinẽ uulgi in Lybia pestilẽti tẽpestate occupatos interijsse, quæ res quoq; cõsilia sua cõfirmare, cœptaq; ꝓuectura uidebat̃. Tẽpus itaq; oportunũ occa sionemq; idoneã belli mouẽdi adesse ratus, statuit in primis, quod primũ neces sarium cõspiciebat, curare ut omnia ad expeditionẽ requisita sibi paratissima in tẽpore forẽt. Bellũ nãq; illud ubi semel incẽsum flagrare cœpisset, periculo sum admodũ diuturnũq; fore cõspiciebat, utpote cui cõtra potentissimã Eu ropę gentẽ foret dimicandũ. Cõfestim itaq; fabros opifices q; undiq; cõciet ex urbib. imperio suo subditis: ex Italia quoq; & Græcia. Præterea ex his qui sub Carthaginensium ditione tenebant̃ populis diuulgata passim mercede, præ mijsq; ingẽtib. accedẽti cuiq; ꝓ cõditione positis. Nã moliri decreuerat q; plu rimã posset armaturã, tũ tela generis cuiusq; cõficere, naues adhæc triremes & quinq;remes ædificare, quarũ ad ea usq; tẽpora nusquã forma cõspecta cuiq; fuerat, ususq; penitus adhuc intẽtatus & ignotus. Magna fabrorũ artificumq; multitudine iussu præmijsq; cõtracta illis generatim ꝓ cuiusq; munere & arte opera distribuit, & optimates primores q; ciuium curãdis præfecit. Præmia in gẽtia ꝓposuit illis, quibus erat armatura cudẽda. Cõstituta uerò tam uariè cui que species ac forma proponebat̃, quo genere, quibus armis indui oporteret, q; uarijs ex gẽtibus collectum exercitũ mercenariorũ habebat, quorũ ingen tem undiq; manũ iam cõtraxerat, aliosq; cõducere parabat, quos pro more gẽ tis suę quemq; propris usitatisq; armis muniebat, quo apparatu rebat̃ exerci tum suum aspectu terribilẽ, hosti formidolosum fore: tum in certaminib. unũ quenq; expeditissimè agillimeq; in assueto armaturæ genere dimicaturũ. Incũ bentib. autẽ omni curæ Syracusijs ipsis, & Dionysij cœpta ꝓuehentib. magno studiorum operumq; certamine arma passim cœpta fabricari: nec solũ tẽplorũ uestibula porticusq; manus artificũ fabrorumq; ad opus occuparunt, uerùm e tiam in circis & porticib. fori plena cuncta cernere erat operãtium, nec locũ ul lum labore artificioq; uacare dabatur. Cæterum præter publica loca, per quas cunq; domos, quæ aliquid amplum, idoneumq; ad id habebant, officinæ edu cendis armis institutæ operibus feruebant. Tum Syracusis catapulta tormen tum pri

Dionysius ar ma fabricatur ad bellũ Car thaginẽsibus inferendum.

tũ Syracusis catapulta tormentũ primũ excogitatũ effictũq; cõstitit, q̃d nunc̃q; antea usq; gẽtium conspectũ fuerat, utpote cõtractis in eum locũ ex toto ꝓpe terrarũorbe cu iusq; artis fabris opificibusq;, q̃s mercedis magnitudo allexerat Magnitudo quoq; p̃miorũ, quæ ꝓposita erãt illis in mediũ dãda, quib. artificij palma decreta fuisset, excitas omniũ mẽtes, & intẽta ad uictoriã ingenia reddebat. Præter hęc omnia singulis dieb Dionysius aderat per artifices & officinas passim circũuallatus, blãdis omnes uocib. exhortãdo, prõptissimos q̃sq; laudibus donisq; exornãdo, tum ad cõuiuia secũ inuitãdo. Quapropter incredibili cõtentione accẽsi artifices, multa telorũ machinarumq; genera excogitãdo moliti sunt formę nouæ inusitatęq;, quorũ in bello maximum usum fore cõstabat. Tunc ob ipso primo p̃ter triremes quinq; remes primũ ædificari cœptę, q̃ huiusmodi nauigij parãdi artificiũ primus ipse excogitarat. Nã cũ audisset Corinthi triremiũ prima fuisse corpora ædificata, Dionysius primus in ea urbe, q̃ ab illis olim deducta fuisset colonia, structurę nauium aliquid adijci corporaq; nauigiorũ ampliora cõpingi posse machinatus est. Ex Italia materiæ cõuehendæ dimidium eorũ, quos ad materiam cedendã cõduxerat, in montẽ Aetnã misit. Stabãt ea tẽpestate syluę in eo mõte, picea & abiete dẽsissimę, reliquũ dimidium in Italia trãsire iubet, ibiq; iuga innumera parat, quorũ munus erat simul atq; trabes excisę in nemorib. dolatęq; ad formã nauigiorũ prębererẽt, mox eas ad mare trahere, ministrorumq; ad littus adesse ingentẽ manũ, quibus cura esset execta ligna ratesq; cõpactas q̃ raptissime Syracusas uehere. Coacta igitur idonea materia Dionysius uno simul tẽpore naues ædificare cœpit supra 200. uetustas reficere 110. Extruxit quoq; classi naualia miri operis magnis sumptibus in circuitũ ambitus eius loci, qui nunc portus uocat̃, 160. ædificijs distributa: quorũ pars plurima duas unũquodq; naues capiebat, quæ prius extabãt ad 150. curari reficiq; iussit, insolitũ admirãdumq; spectaculũ, tantã uno in loco tẽpore uno frequẽtiam operũ, hinc naues cõpactas, illinc ædificia surgẽtia cõspici, innumerã ad ea parãda multitudinẽ artificũ famulantũ properantẽ, incẽsis mirũ in modũ studijs feruescere, adeò ut qui spectabãt, in stuporẽ uersi turbæ frequentis uniuersam illic Siciliam adesse coactam crederent. Vbi rursus ad fabricantium tela & machinas opus quis accessisset, in eum rursus apparatũ omnium studia ministeria q; & turbam omnem undiq; cõtractam existimaret. In hac tam admirabili præparatione & incomparabili inauditaq; operũ structura feruntur centum & triginta millia facta clypeorum, gladiorum uerò & galearum idem numerus: thoraces quoque uarijs structuris cuiusque formæ compacti, miro res elaborata artificio, supra quatuor millia. Hos equitibus & tribunis centurionibusq; militum, necnon mercenarijs, quorum custodiæ corpus suum stipandum creditus erat, distribuere decreuerat. Tum catapulte cuiusq; generis, & innumera aliorum telorum constructa multitudo. Ex nauib. longis dimidias ciuibus, qui clauos regerent, & qui proras tenerent, munijt: eisdem quoq; ex plebe remigia suppleuit, reliquas mercenarijs instruxit. Post ubi ad armaturam parandam, & construendas naues, omnia satis parata uidet Dionysius, ad copias iam contrahendas studia conuertit. Milites enim iudicabat non expedire multo ante conducere, ne sumptibus grauaretur. Astydamas autem tragœdiæ scriptor tum primum docuit, uixit annos sexaginta. Romani Veios obsidentes erumpẽtibus oppidanis alij cæsi ab hostibus, pars turpi fuga fusi profligatiq; sunt. Exacto illius anni cursu Athenis præfuit Ithycles: Romæ sex tribuni consulari potestate creati, L. Iulius. M. Furius, L. Marcus, C. Cornelius, Cæso Fabius, & Paulus Sextus. Dionysius igit̃ ꝓfecto iam nauium armaturæq; militaris apparatu, mox ad comparandum ueluti dictum est exercitũ curã omnẽ adhibuit. Ac delectu primũ ex ciuib. habito, qui ei idonei uisi sunt ad militiam, omnes ducta in ordinem ratione cõscripsit. Ex urbib. quoq; suæ ditioni subiectis eos accersiuit, qui uisi fuissent ad arma tractãda cõmodi

modi, inde ex Gręcia mercenarios cõtraxit, ex Lacedęmonia pręcipuè q̃ ciui tas illa dominationi faueret suę, initioq̃ occupati dominij ad cõfirmandas uires & imperium ꝓuehẽdum poteſtatẽ illi fecerãt, ut quantumcunq̃ ex illo populo numerum collibuiſſet, ad arma militum eligeret. Denicq̃ cum ex multis & uarijs ꝓmiſcuè gentib. intẽderet exercitum ſibi q̃ numeroſiſsimum cõſcribere, magno ſtipẽdio ꝓpoſito multos undicq̃ cõtraxit. Cumq̃ graue periculoſiſsimũq̃ bellũ moturus eſt, ꝓhumanè inter plebẽ cõſueſcere, denicq̃ cõſilia cũcta eo cõferre, ut per comitatẽ et beneficẽtiam cuiuſq̃ ſibi cõciliaret beneuolẽtiam. Rheginos uerò Meſſenioſq̃ contẽplatus, quorum urbes ſitę ad portum erãt, magnas olim copias inſtruxiſſe, uerebat̃ ne Carthaginenſib. in Sicilią aduectis adiungerent̃. Populi nãq̃ illi cuiuſcũq̃ parti adhęſiſſẽt, haud parua belli momẽta uidebant̃ adiecturi, qua uexatus admodũ cura Dionyſius, magnã Meſſenijs agri finitimi partẽ tradidit: q̃ beneficio ſibi reddidit obnoxios, Tum legatis ad Rheginos miſsis petit ut ex uirginib. ciuib. idoneã quãdã deligerẽt, quã ſibi uxorẽ traderẽt, pollicitus ſe ꝓ eis meritis magnã cõttermini partẽ cõparaturũ illis, urbẽq̃ & opes ĩ poſterũ eius populi ꝓ uirib. aucturũ. Cõiux prima (ueluti ſupra cõmemorauimus) filia Hermocratis, in eqtũ ſeditione fuerat occiſa, magna uerò ꝓlis ſuſcipiẽdæ cupido trahebat eũ, q̃ ꝓgenitæ ex ſe ſobolis gratia arbitrabat̃ dominiũ ſibi firmiſsimũ & tutiſsimũ fore. Cõuocato Rhegij ꝓ ea re cõuentu, multa cõſultantib. Rheginis uiſum eſt repudiãdũ cõiugiũ, nec eam affinitatẽ cõtrahendã. Dionyſius eo cœpto fraudatus, ꝓ re eadẽ ad populũ Locrẽſem legatos mittit, quo poſtulatis annuẽte, decretoq̃ de cõiuge dã da facto, duxit ex eis uxorẽ Dionyſius Doridẽ filiã Xeneti, ciuium omniũ clariſsimi potẽtiſsimiq̃. Paucis ante nuptias dieb. Locros miſit quinqueremẽ tũ primum nuperrimè ædificatã, argenteis circum aureisq̃ cõpoſitam ornamẽtis, in qua uirginẽ trãſportari Syracuſas iuſsit, quã acceptam ſtatuit intra arcẽ. Duxit ꝑterea ex ciuib. clariſsimã Ariſtomachã, ad quã ad ſe uehẽdã quadriga eqs albis iuncta mittit̃, quę quoq̃ magnificè ueluti prior ab eo excepta fuit. Per idẽ tẽpus nuptias utrarũq̃ celebrans, ꝓpetua militib. & pleriſq̃ multis cõmoda parauit. Iam em̃ ferociã ſęuitię, acerbitatemq̃ tyrãnidis remiſerat, animoq̃ ad humanitatẽ cõuerſo, mitius ac mãſuetius ſubditos tractabat: iam neq̃ ciuium cędib. ſęuire, neq̃ ꝓſcriptiones exitiaq̃ moliri, nulli moleſtus, nusq̃ formidoloſus apparere, à priorib. abſceſſerat penitus cõſilijs, mitigaratq̃ ipſe ſibi omnẽ uiolẽtię feritatẽ. Pòſt pactas nuptias paucis moratus dieb. aduocat concionẽ, Syracuſioſq̃ hortari adorit̃, uti bellum Carthaginẽſib. inferãt: multa ad id ſuadendũ affert, nullã unq̃ terrarum Gręcis ꝓmiſcuè cunctis infenſam magis inueniri gentẽ, nulli populo magis nomẽ Gręcũ inuiſum, cum ſint omnium ꝓ ſus hoſtes acerrimi: Siculis ante alios infeſtos eſſe. Et nunc quidẽ eos quieſcere ꝓpter peſtẽ. quę plurimos in Libya corruperit. Verumſimulatq̃ peſtis paululum remiſerit, inuaſuros regnum Sicilię. Pulcherrimã nunc aggrediendi debilitatos afflictoſq̃ occaſionẽ adeſſe, atq̃ occupãdi incautos, anteq̃ reſumptis uirib. populis Siculis formidoloſi eſſe incipiant. Simul indignũ eſſe admodum, negligẽter Gręcas urbes à Barbaris in ſeruitutẽ redactas, quas certum eſſet pericula ſtudio tãto ſubituros, quãto libertatis cupido eſſet illis. Multis prętęc uarijs rationib, facilè Syracuſanos in ſentẽtiã adduxit, q̃ppe qui nihil Dionyſio minus auidè bellũ illud capeſſerẽt, cõmoti primũ Carthaginẽſium odio, q̃ illis adiuuãtib. fraudẽ cõditionẽmq̃ ſeruitutis ſuę coacti fuiſsẽt parere tyrãnno. Tũ Dionyſium in ſe ſimul metu hoſtiũ, ſimul & ſeditiones inteſtinæ ꝓiculo arbitrabant̃ fore mitiorẽ, nullũq̃ aduerſus res ſuas inſurgẽdi ſubditis ar matisſtimulũ cauſamq̃ ſubditurũ. Quódq̃ omniũ potiſsimũ adducebat, ſperabãt, ubi arma in manib. tenuiſsẽt, ſi quã fortunã ad ſe liberãdos uiã patefeciſſet dextris armatis in ꝓmptu fore excuſſo iugo libertatẽ amplecti. Cõuẽtu dimiſſo, Dionyſij ꝓmiſſu Syracuſana plebs ſtatim ad diripiẽda Punica bona diſcurrunt

Dionyſius ex Locris uxorẽ ducit.

Dioniſij concio ad Syracuſanos de bello Carthaginenſibus inferendo.

rũt haud paruus nãq; Carthaginẽſium numerus Syracuſis habitatũ cõceſſerãt ingẽtesq; illic opes cõgeſtas habebãt. Erant q̃q; in portu multæ mercatorũ naues mercimoniis oneribusq; cõpletæ, quas omnes euacuarũt Syracuſani. Nec ſecus reliqs Siculis patratũ: Punicis.n. q̃s apud ſe populus q̃q; degẽtes habebat, urbe eiectis, fortunas pecuniãq; diripuere. Enimuero quanq; Dionyſij tyrãnidẽ inuiſam haberẽt, odiis tamẽ in Carthaginẽſes altiorib. acrius flagrabãt, bellũq; aduerſus eos animis accẽſis ſuſcipiebãt omnes, ꝓcupidi barbariem illam ex finib. ſuis ferro exturbare. Quapropter & qui Græcas incolebãt urbes ſub ditione Carthaginẽſium, ſimulatq; palã à Dionyſio ꝓpalatũ indictũq; bellum reſciuere, quę cõcepta diu in Pœnas odia ſuppreſſerãt, effuderũt: quib. eorum bona diripuiſſe nõ ſatis uiſum fuit, ſed ludibriis omnib. in corpora uariis dilaniata ſupplicijs ſęuitũ eſt, irritabãt in ulctionẽ & ſęuitiã omnẽ repoſtę, infixęq; memoria ueteris iniurię, quãtis olim ab illis capti malis afflicti fuiſſẽt. Atque adeò iracũde atrociterq; functa de Phœnicib. ſupplicia, exactaq; pariter in Barbaricã ſęuitiã, tũc ſcilicet atq; in poſterũ, ut Carthaginẽſes ab hoſtib. pari modo habiti ſatis admoniti fuerint, ne deinceps in captos inſoleſcerent. Nec neſcire poterãt cõmunẽ pugnantib. in medio ſortẽ fortuna pari moderatione duce ꝓponi, ad qualia uictis olim uictores intuliſſent, patienda uiciſſim ab hoſte ſuperãte. Dionyſius pòſt ubi cũcta ad bellũ ſibi parata in promptuq; uidet, nũcios Carthaginẽ mittere ſtatuit, qui bellũ à Syracuſano populo Carthaginẽ ſibi indici denũciẽt, niſi Græcas urbes quas in Sicilia ſibi ſubditas tenerẽt, liberati reſtituerint. Ita erãt res Dionyſij. Cteſias autẽ ſcriptor hiſtoriam Perſicã in hunc annũ deductã ſcribẽdi finẽ fecit, eam ſcribere orſus à Nino & Semirami. Eodẽ anno floruere clariſsimi Dithyramborũ poëtæ Philoxenes Cytherius, Timotheus Phileſius, Teleſtes Selinuntius, Polidus qui & picturæ & muſicæ pitiã tenuit, Annuo tẽpore elapſo, ꝓfectus Athenis Lyſiades magiſtratũ adijt, Rom. cõſularẽ poteſtatẽ gerebãt P. Mallius Mannius, Spurius Furius Lucius & tres alij. Iamq; pro uoto res omnes erãt ad bellũ Dionyſio paratę. Itaq; ꝓconẽ Carthaginẽ cũ epiſtola mittit ad ſenatũ, in qua ſcriptũ continebaꝫ, Syracuſanũ populũ Carthaginenſib. bellũ inferre decreuiſſe, niſi Græcis urbib. cederẽt. Ille mox iuſſu parẽs, in Libyam adnauigat, epiſtolã ſenatui tradidit, quã in concłaui lectã, mox in populi cõuentu recitari faciunt, qua audita, repẽte plebs ad belli nomẽ admodũ turbata, ſolliciti eſſe omnes, trepidareq; multa. Ingentem nãq; abſumpſerat eorũ multitudinẽ peſtilẽtia, cũcta prętera ad exercitũ impara habebãt. Et tamẽ quid Syracuſani cœptarẽt expectabãt, & nõnullos ex ſenatu ad id delectos, cũ ingẽti pecunia dimittũt in uaria loca, qui mercenariorũ manus ex Europa, copiasq; externas quãtas ualeant cõducere ꝓperent. Interea coactis iam Dionyſius ex delectu ciuium uiribus, inſtructo unà cum mercenariorum manu ſocijsq; auxilijs exercitu, Syracuſis exiens agmen educit, Ericemq; uerſus acie directa iter tẽdit. Nã ab hoc colle haud procul ſita erat urbs Motya, Carthaginenſium colonia, quem locum iampridẽ ipſi delegerant idoneum maximẽ oportunumq; ad inuadendã infeſtandamq; reliquam Siciliam. Hac enim primum in poteſtatẽ redacta, arbitrabaꝫ ſe uirib. haud mediocriter hoſtes ſuperaturum, nec ullo per iter loco deſiſtebat uires copiásque undique contrahere ex Græcis circum urbibus, milites accedentes illico idoneis armis inſtruere, nec ſegnis aut parua ad eius expeditionis rumorem undiq; concitata multitudo, quod libenter promptiſque omnes animis arma properabant, tam grauiter populos omnes premebat imperij barbarici onus, odiumque inſolentiæ Punicæ, tum rapiebat unumquenque ſumma libido libertatis aliquando uendicandæ, primiq; aceſsere Camarinæ, inde Geloos & Acragantinos accepit. Poſt hæc Himerenſes accerſiuit, quibus ad alteram Siciliæ partem ſedes erant. Accitis quoque inter procedendum Selinuntijs, cum omnibus copijs Motyam peruenit: ductabat autem peditum ad octoginta

Dionyſius bellum Carthaginenſibus indicit.

Dionyſius Syracuſas copias educit.

ginta millia, equites multo plures 3000. naues longas haud pauciores multo 200. quas sequebantur oneraria nauigia machinis confertissima multis ac miris, quęq; reliquos omnifariam apparatus, comeatũ quoq; rerumq; omnium cõportantes, numero nihilo minus 500. tam admirabili apparatu conspecto Ericini, repente in stuporẽ uersi sunt, nullaq; mora facta, cum alioquin Carthaginenses inuisos haberent, Dionysio adhęsere. At incolas Motyæ, quòd mox affutura sibi auxilia à Carthaginẽsib. arbitrarentur, ea spe firmatos haud quaq; terruit hostis, sed mox ad resistendũ oppugnaturis, obsidionemq; tolerandã impigrè sese cõparant. Nec eñ latuerat eos, si quid unq; aduersus rem Punicã Syracusana plebs molitura foret, id primũ eorũ fore cõsilium, ut Motyam primã euerterent, quod erat firmissimũ Carthaginensib propugnaculũ aduersus reliquam insulã, quodq; inconcussa semper erga Carthaginenses fide & officio perpetuo populus ille constitisset. Erat urbs illa in quadã insula posita, ab ora Sicula ad 6. stadia, cæterum multitudine domiciliorũ & ornamentis ędificiorum mirũ in modum miraq; specie exædificata, quod ex incolarum opulentia, quæ summa erat, curatũ fuerat. Habebat autẽ angustã quandam uiam manu & arte inter undas aggeris in modũ eductã, quæ ad Siciliæ littus per siccum ducebat. Hanc tum Motyenses dissipauerunt, ne per eam accessus hosti pateret ad urbem. Dionysius cũ architectis sitũ contẽplatus Motyæ, cœpit aggeres extruere, naues longas in ipso portus subduxit aditu, onerarias secundũ littus anchoris iussit firmari: post hęc Leptinę classis prętore curãdis operib. præfecto, ipse cum peditatu aduersus urbes Carthaginensium socias proficiscitur. Sicani omnes metu tãtarum uirtũ percussi Syracusijs adhęsere: ex reliquis urbib. solæ in officio & societate Carthaginensium quinq; perstitêre, Angyræ, Solus, Aegesta, Panormus, Entella. Solentinorum igitur & Panormitanum, ad hæc Angyrense agrum depopulatus, præda passim acta, direptionibus & arborũ excidio uastare cuncta pergit. Aegestam uerò & Entellam castris circumsistens, assiduis oppugnationibus irruptionem adoriri, summisq; moliri cuncta uiribus ut eas pugnando caperet. Interea Himilco Carthaginensium dux ad contrahendas copias, cæteraq; passim paranda curis intentis adebatur. Classis prętorem cũ 10. triremib propere nauigare iubet clam ut tacito occultoq; cursu Syracusas petat, mox intra portus per noctis tenebras ignotus irrumpat, nauigia que ibi relicta incendio conficere properet. Hanc rem eo consilio moliebatur ut hostium uis coacta dispergi cogeret. Dionysio nẽpe necessarium fore, partem classis ad Syracusas tuędas dimittere. Prętor igitur emissus imperata rapidissimè exequitur: noctu intra portum Syracusarum improuisus adnauigat, omnibus insciis eius quod patrabat, repentè igitur insistẽs incautis, naues quas deductas comperit, rostris impetit, atq; ita nullo resistente cunctas propè pertundit ac dilacerat. quo peracto mox Carthaginẽ uersus cursum uertit. Dionysius direptis uastatisq; omnium agris, qui sub ditione Carthaginensium tenebant, coarctatis pręterea occlusisq; intra mœnia quemq; sua hostib. Motyam uersus copias ducit omnes, quòd arbitrabatur ea urbe expugnata, reliquas cõfestim ad deditionem uenturos. Extemplo igitur numerũ operantium auget, omnes operi iubet incumbere: iam transitum & interluuiem mediam exaggerabat, machinasq; ex ordine, & portionis cuiusq; ratione simul cũ aggeris coagmento eductu que prouehebat, mœnibus que admouebat urbis. Per idem tempus Himilcon prætor classis Carthaginensis explorato, quòd à Dionysio naues subductæ essent, confestim aptissimas quasque triremes ad centum armatis complet. Arbitrabatur enim subito incursu inuadendo incautos, se facilè nauigijs subductis potiturum, cum ea omnia ad eam uim sibi libera paterent, nec hosti quippiam per mare paratum occurrere posset. Hoc ubi successisset, mox obsidionem Motyæ dimissuros hostes, bellique tumultum in Syracusas conuersum translatum que iri. Euectus itaque cum centum triremib

Dionysius urbes Carthaginensium infestat.

Himilco Syracusanorũ naues corrũpendas curat.

Dionysius Motyam obsidet.

triremibus nocturno tempore ad oras Selinuntiorum applicuit, mox circũna uigata Lilybæi extrema ora, simul cum luce Motyæ affuit, repente conspectus ab hostibus nihil minus quàm rem huiusmodi expectantibus nouum incussit terrorem: naues in anchoris firmatas partim rostris incursuq; conterit, alios incendio consumpsit, cum nullum à Dionysio subsidium mitti posset. Pòst intra portum irrumpere properãs classem instruxit in aciem, perinde ac si subducta nauigia foret inuasurus. Quo metu perculsus Dionysius copias omnes ad fauces portus occupandas agere raptim capit. Iamq; aderant occuparanteq; eum locum hostes, obsessosq; tenebant exitus opposita classe: quo consilijs antecaptus facto, Dionysius, nauigia in portũ deducere ueritus est, quòd palàm constaret deductis ad angustas fauces necessarium fore paucas cum multis confligere. Comperto, ut erat solers, dubię rei consilio, milites omnes ad trahendas per terram naues in locum idoneum accingi iubet, quas facilẽ breuiq; per multitudinem obnitentium quo cupierat loco uectas mox in mare liberum deduxit incolumes. Himilcon adortus primas triremes, opprimere ui conabat, quẽ illi iaculis telorũq; multitudine repellebant. Syracusani naues ipsas sagittarijs baleatorbiusq; cõpleuerant, inde paratis ex littore cuiusq; generis telis intẽti propugnare, catapultis pręsertim, telo nempe uelocissimo uiolentissimoq;, assidua cęde hostẽ cõprimere. Enimuero magnũ terrorẽ incutiebat noua tã uiolenti telí species, nunquam ante eam tẽpestatẽ inter mortales uisa. Ita spe potiundę classis delusus Himilco, nauigat in Libyam: nec enim tũ nauali fortunã tẽtare animus fuit: quippe cui pugnã ineunti cũ duplici hostium numero congrediendũ erat. Dionysius uerò opificum multitudine celeriter adducto perfectoq; aggere, genera machinarum omnia muris admouet, turres arietib. cõcutere, catapultis eos deturbare locis, qui per propugnacula distributi subeũtes muros arcebãt. Turres quoq; quas in rotis ad idonea loca extructas habebat sex in altum per interserta spacia tabulatis eductas, adigi propius iubet, quarũ fastigia altè subnixa cõpage eminebat, iussũ industriaq; Dionysij tectis æquata domiciliorũ. Nihil tamen oppidanis tanta circũstrepentium hostium agmina, tãtaq; oppugnationis moles cõsternare ualuit: tametsi socijs auxilijs omni que spe destitutos se cernerẽt, & inualescẽte iam piculo circũuentã salutẽ atq; in desperationẽ adductã haberẽt. Sed uincere gloria contendentes oppugnãtem hostẽ, primũ lõgissimis malis antẽnas illigatas tabulatis instruunt, in quæ milites armatos disponũt, quos turres hostium uersus, & in machinas intortis antẽnis extẽplo porrigũt. Illi mox faces stuppis illigatis incensas, piceq; illitas in machinamẽta hostiũ iactare nõ desistũt, Hãmamq; celeriter materia corripuit. At Siculi incẽdio cõspecto repẽte auxilio undiq; accurrũt, ignẽq; iam alte sęuire conantẽ extinguunt, assiduo arietum cõcussu magna mœnium pars prolapsa ꝓcubuit, cõcursuq; frequẽti ad eam ruinã utrinq; facto, hinc irrũpendo, illinc resistẽdo certamẽ atrox cõmittit. Siculi iam nihil sibi obsisti posse rati, qui urbe potirẽtur, cũcta sufferre atq; subire pericula, periclitãtib. insistere oppidanis, ut quãdoq; tandẽ manu liceret iniurias olim à Phœnicib. illatas ulcisci. Cęterũ oppidanis calamitate captiuitatis ante oculos obuersante, efferati cõsistere, cũ nullã fugę uiam patere, neq; terra neq; mari ullã salutis spẽ superesse uiderunt, cũcta obsidente atq; occupante hoste, haud ignauè mortẽ oppetere, desperata iam & derelicta murorũ defẽsione stipati intra uias & angustos calles sese cõferunt, ibiq; aditus circũ omnes munire ꝓperant, extremisq; ad ingressum domicilijs, quorũ parietes firmissima cõpage extructi stabãt, pro mœnib. utunt, unde in maiorẽ priore difficultatẽ adductæ Dionysij copiæ, ex inique cõfligere cogebant. Nam intra mœnia magno impetu irruentes, incautiusq; ueluti qui iam urbem captam existimabant, procurrentes, ab his qui ex domiciliorum fastigijs saxa telaq; deuoluebãt impune ex locis superioribus obruebant. Cui periculo mox occursum est: nihil cũctati turres ligneas primis unde

Himilconẽ Syracusani repellunt.

Motyæam oppugnat Dionysius.

obsistebatur

obsistebatur adigunt domicilijs, atq; ad scandendum pro scalis utuntur, quæ cum tecta ædium æquarent, iam deinceps per pugna facta, nec missilibus eminus uibrando, sed gladijs conserendo cominus acerrimè dimicabatur: nam iniectis ad culmina scalis Siculi per eas in domicilia agmine facto euaserunt. Ibi Motyęi ad extremum periculi discrimen rem adductam cernentes, coniugibus natisq; ante oculos uersantibus efferatis pietate suorũ animis indefesse intrepideq; obsistere. Illis parentes aderant implorantes extremam eorum opem, orantesq; ne se permitterent in hostium manus & ludibria trahi. Ad quas quę relas incitatis uiribus furibũndi in hostes, in tela ruere. Alios iam flentum coniugum miserabiles uoces, natorumq; infantum fletus exauditi procul in extrema quæq; ruentes, agebant, mortem quisq; strenuè oppetere properabat, atq; animam ante effundendo se subducere, tristi intolerabilíq; spectaculo suorum quòd liberos, coniuges, familiamq; suam, quod iam prope futurum intelligebant, trahi captiuam ante oculos quisq; suos cernere cogerentur, neq; ex urbe usquam profugere licebat, quippe quam circumundiq; cinctam fluctus claudebãt, mare obsessum latè occupatumq; ob hoste tenebatur: neq; ullam apud obsidentes (quæ res maximè defixerat obstupefeceratq; omnium animos, atque in salutis desperationem penitus egerat) misericordię spem sibi reliquam fore confidebant, conscij crudelitatis, & seuitiæ immanis, quam in captiuos olim Græcorum fœdissimè exercuerant, à quibus non ueniam poscere, sed parem iniuriæ quondam à se illatæ ultionem expectare magis æquum erat. Hoc ita reliquum eis tantum uidebatur aut strenuè pugnando salutem tueri, uel inter arma concidere. Hac animis illorum imposita necessitate, res Siculis in magnum discrimen adducta est. Nam per ostia & fenestras obiectas certantes cum graui damno repellebantur, tum locorum angustijs cum hoste ferocissimo, utpote cui iam posita in desperationem uita maxima minimis æquarat pericula, cunctaq; iuxta per audaciam & furorem contempta reddiderat. Ita conferentes manus alij dando accipiendoq; uulnera cadebant, alij pulsi à fenestris ui Motyęorum precipitatis ex alto in terram corporibus suo pondere conterebantur. Postremò tracta totam eam diem tali periculo oppugnatione perpetuo parte utraq; obnixa Dionysius ad uesperam receptui canitiussit, oppugnationemq; intermisit, perinde ac tantis per iam lassas cohortes suorum quiescere curareq; corpora permissurus esset, ut ad similẽ curã consiliumq; Motyæos conuersos à defensione auerteret. Quod simulac uti conceperat, factum uidet abijsse locis utrinq; oppugnatores defensoresq;, Archylum Thurium cum instructissima iuuentute intructum rem aggredi callide iubet. Ille iam obtenebrante nocte scalas quibusdã ædibus dirutis admouit, per quas euectus in opportunũ locum, eo mox socios euocat. Motyęi re cognita, repentè auxilio undiq; accurrunt, & quanquam sero locis iam ui occupatis, nihilo tamẽ segnius adniti: cõserta ibi atrocissima pugna multis hostibus eò conferendis. ægrè à Siculis uicti multitudine superante atq; irrumpẽte Motyæi repulsi sunt. quibus cedentibus ecce repentè per aggerem uniuersa uis hostium magno agmine intra urbem irrumpit. Tum passim uictoris ferocia per omnia loca impetu furibundo rapti, cædes ubiq; & obtruncatio sæua patrari cœpta. Siculos enim in Carthaginensium iugulos & sanguinem agebat cladis olim acceptæ, immanitatisq; Barbaricæ memoria: ulcisci strages suorum pari ira & sæuissimum in uictoria hostẽ obruere properabant. Ita cuncta promiscue, ut cui quis obuius occurrisset, uno ordine in necem trahere, non pueritiæ, non sexu muliebri, nõ ætate grauatis, nulli denique uiuo parcere, cũcta gladijs passim in excidium cõsternere. At Dionysius cupiens urbem illam in prędam & seruitutem trahere, uti ex captiuis pecunia contraheretur, primum cohibere milites à cæde captiuorum tentat. Pòst ubi parere neminem nec se audire, furore auribus sæuientium obstrepente uidet, irreuocabilíq; cędis rabie Siculos auersos infrendere, prędones

Dionysius Motyam expugnat.

præconẽs extemplo dimisit, qui sublata uoce per urbem discurrẽdo Motyæis proclamarent, ut pro salute confugerent ad templa, quorum religio à Græcis coleretur: quo facto multitudine intra templa acta, à cæde cessatum est. Mox ad diripienda captiuorum bona cõuerso impetu, omnia discurrunt loca, multumq; argentum inuentum contrahitur, uestis quoq; pretiosissimæ, reliquæq; supellectilis cuiusq; generis, & felicis opulentiæ multitudo ingens. Vrbis prędam omnem Dionysius militibus concessit, ut ea spe promptiores ad inuadẽda pericula redderentur. Archylum, qui primum conscenderat muros, corona centum pondo donauit: reliquis pro ordinis & uirtutis merito præmia digna distribuit. Motyęos qui cladi superfuerant, sub hasta uendidit omnes. Daimenem uerò nonnullosq; Græcos, qui Charthaginensium partes sequebantur, cruci affixit. His peractis prędio urbi impositio Bitonem Syracusanum eius præsidij, cuius maior pars ex Siculis erat, præfectum constituit. tum classis prętorem iubet cum centum & uiginti nauibus hostium adnauigationem obseruare, eiq; præcipit ut Aegestã Entellaq; uti principio depopulari cœpetat, obsidere. Cæterum æstate iam exeunte cum exercitu Syracusas rediit. Athenis Sophocles Sophoclis filius tragœdiam edere cœpit. uictoriasq; decẽ retulit. Anni tempore transacto, Phormio Athenis magistratum adijt. Romæ sex tribuni consulari potestate creati, Cneus Genucius, L. Atilius, M. Pomponius, Caius Diymus, M. Veterius, & Valerius Publius. Olympias agebatur sexta & nonagesima, qua stadio uicit Eupolis Elius. His magistratus gerentib. Dionysius Syracusiorum tyrannus educto Syracusis exercitu, cum omnib. copijs in Carthaginensium ditionẽ contendit, passimq; cuncta populationib. diripiendo uastare pergit. Quo metu Alyciæi perculsi, legatis missis cũ eo pacẽ societatemq; iunxerunt. At Aegestani nocte adorti munitiones obsidẽtium, agmine improuiso ignem in tabernacula per stationẽ dispositа, iniecerunt: quo subito terrore magnus castra tumultus exagitare cœpit: ac diffusa latè flamma, cum ignis restingui nõ posset, pauci ex succurrentib. militibus absumpti sunt: maxima equitum pars cum tabernaculis conflagrarunt. Interim Dionysius agros hostiles passim peruagando cum copijs cuncta diripiebat, nemine congrediente. Leptines uerò classis prętor circa Motyã peruigili ad munus suum cura uersatus, latè obseruando cunctos maris tractus, itinera hostium & nauigationes omnes exploratas habebat. At Carthaginenses auditis Dionysij copijs & uiribus, moliuntur eum superare omni rerum bellicarum apparatu. Legeq; itaq; Himilconẽ regem creant: tum ex omni Libya, itemq; Hyberia copias contrahunt: partim à socijs auxilia accersiunt, alios mercede conducunt, quorũ omnium ad 300000. coẽgerunt, equitũ ad 4000. præter currus, quos fuisse ad 400. proditũ est, naues longas 400. frumentarias, quæq; ad machinas, cęteraq; onera portanda paratæ aderant, supre 600. ueluti Ephoro placet. Timæus uerò eos qui ex Libya traiecere, haud plures 100000. tradit, ad quos post in Siciliã 30000. narrat adiecta ex ea gente delectu habito Himilco prętoribus nauiũ librum cuiq; obsignatum tradit, mãdans ubi portu solutum esset, enauigareq; cœpissent, tum referarent, quæq; ibi scripta legissent, exequi properarent. hoc autem excogitarat, quo nauigatio diutius occultaretur hosti, ne cui speculatori facultas esset Dionysio significandi cursum classis. Erat enim in eis scriptum ut Panormum iter tenderẽt. Spirante igitur secundo uento soluerunt omnes à littore: ac naues onerariæ mox uelis in altum perlatæ cursu aperto medijs fluctibus ferebantur. At triremium tectior secundum Libyam nauigatio, proximaq; terræ sensim inferioraq; legendo spacia tenebant, ualido spirantis à terra uenti flatu uela tendente. Vbi in conspectum Siciliç ueniri cœptum, onerariç primæ procul, uti ante alias rapiebantur, ex alto cõspectæ sunt, nec mora Dionysius Leptinem cum triginta triremib. occurrere aduentantibus iubet, quascunq; habuerit obuias, rostris inuadens dissipet. Ille ad iussa procinctus, illico

Aegestani ob sidẽtium Dionysianorũ castra incendũt.

Carthaginensis classis in Siciliam profici scitur.

remis in hostem contendit, primasq; oblatas inuadens, quasdam repente ipso incursu cum ipsis uiris suppressit. Reliquæ onerariæ uentis illico ad primum tumultum uela dantes, facilè raptimq; è manibus hostium euolarunt in altum. Quinquaginta tamen cum militum quinq; millibus, & ducentis curribus supressæ perierũt. At Himilco simulatq; Panormum applicuit, expositis copijs in hostem contendit. triremes secundum aciei profectionem iuxta adnauigare iubet, ipse in itinere capto per proditionẽ Erice, Motyam uersus castra mouit, cum Dionysius per idem tempus ad Aegestam obsidendam cum copijs consisteret, Himilco Motyam oppugnando capit. Erant autem Siculis omnibus animi ad conserendum cum hoste parati, iamq; gladios stringebant. At Dionysius simul quòd procul admodum à socijs urbibus aberat, simul frumẽti importandi difficultate urgebatur, milites continebat, pugnamq; in aliud tẽpus magis idoneum differendam arbitratus, inde proficisci statuit. Quo consilio capto, Sicanos hortari cœpit, ut pro necessitate incumbenti suas urbes relinquere nihil uereantur, secum'que omnes in stipendia proficisci ac persistere studeant, pollicitus se eis meliorem agrum, tantumq; quantum reliquissent daturum, belloq; pacato, mox quibuscunq; ea cura remansisset, in patrias quenque suas rediturum. Pauci ex Sicanis metu perculsi, ne si contra resisterent, ab exercitu diriperentur, Dionysij postulatis assentiri coguntur: reliqui renuentes, mox abscedunt. Alicei simile deficiunt, missisq; ad exercitum Carthaginensium legatis, societatem cum eis & fœdera renouant. Dionysius itaq; cum socijs Syracusas contendit, uastando passim agros quacunq; duxisset agmina. Cæterum Himilco succedentibus ad sententiam rebus, acie instructa Messanam uersus iter & consilia tendere parat, quam imprimis cupiebat in potestatem redigere propter locorum oportunitatem. Portus ibi apprimè eductus, ampleq; patens habebatur, quantum satis esset ad naues suas omnes capiendas supra sexcentas. Si præterea in faucibus transitus loca occupasset, arbitrabatur Siculos ab Italis auxilijs se facilè intercluſurum, classesq; à Peloponneso insulæ appellere prohibiturum. Hæc meditatus cum Himeræis & incolis castelli Cephalondij amicitiam contrahit. Vrbe Lipara potitus, triginta talenta imperat, tum copias Messanam ducere pergit, adnauigantibus agmini proficiscenti nauibus, lectoq; mature magnis itineribus uiæ spacio, castra posuit ad Peloridem, procul Messana centum stadia. Eius urbis incolæ simulatq; aduentare hostem renunciatum est, multa per trepidationem tumultuari cœperunt. Nec enim eadem de bello sentiebant, nec eadem inter ipe studia populus sequebatur. nonnulli quidem inter eos eorum audita immensa ui se præterea cernentes non solum socijs, sed propris destitutos auxilijs, quòd equites eorum Syracusis à Dionysio detinebantur, urbem defendi posse diffidebant. Augebat imprimis eorum desperationem & metum, quòd mœnia, quibus se tueri debebant, procubuerant, nec ullum iam reparandi tempus, nullum rebus prouidendis, cum hostis iam ad portas adesset, ocium dabatur. Qua formidine compulsi, liberos, uxores, & quicquid electi peculij, precioseue supellectilis habebant, uecta ex urbe cuncta in uicina oppida contulere. Alios Messanenses diuersa ab hac longè sentẽtia ferebat. Diuulgato iam pridẽ uetustissimo in ciues sermone, in fatis & oraculis haberi, Carthaginenses olim urbis suæ lixas futuros, famam omenq; illud pro re sua coniectantes, arbitrabantur eius fati nunc adduci instaréque necessitatem, Carthaginenses urbi Messanæ ministeria pro seruis obituros, atque inter seruitia Messanensibus habendos. Qua spe sublatis animis, firmáque præclari facinoris fiducia adducti, multis minus audentibus animos adijcere, cunctóque ad constanter pro communi libertate dimicandum, & pericula fortiter subeunda excitare. Nec mora delectu iuuentutis habito fortissimos quosque urbis custodiendæ securi, Peloridem propetare

rare iubent ad arcendos inuasione agri hostes. Interim dum hęc ab illis curarẽtur, Himilco conspicatus Messanenses ad præsidia & defensionem descensus effusos accelerare, tempus adesse ratus urbem præsidio uacuam adoriendi, ducentas naues instructas ad urbem nauigare iubet. Arbitrabatur enim (ueluti consonum erat) emissis & occupatis ad defendendos aditus hostium militibus, suos qui ferebantur nauibus: facilè destitutam præsidijs urbem occupaturos. Spirante in puppi Borea, naues plenis uelis subito efferuntur, lætoq; raptissimè tractu maris inter medio portum subeunt, tanto'que agmine celeritas illa nauium acta est, ut illos qui Peloride stabant Messanenses ad consilia exploranda & cursus hostium obseruandos intenti, præuerterint. Quaquam simulatque uelis in urbem tendi cognitum fuit, conscij quo in periculo ciues, si præoccuparent hostes, forent, illico præcipiti cursu præripere, patrijs que in mœnibus ad hostium insultum consistere conati sunt. Ita Carthaginenses circumsessa armis urbe, simul per aperta mœnia irrumpunt, uoti'que per eam fallaciam compotes, Messana potiuntur. Illi quibus strenuus in congressu ad sustinendam pugnam animus fuit Messanij cecidere omnes: alij in proximas urbes confugere. Pleraque uerò turba per adiectos montes euadens, in castella circum per agros extructa dispersi, alij aliò rapiuntur. Reliquum uerò plebis pars in manus hostium captiua peruenit, nonnulli intra partem quandam portus intercepti, quibus cuncta aggredi tentare'que uim omnem quàm in manus hostium potius uenire uisum est, sese in mare præcipitare, spe fiducia'que tractus intermedij enatando euadendi, quorum pars maior, cum supra ducenti id periculum adorti forent, fluctibus hausti interierunt: ad quadraginta uiribus enixi in Italiam incolumes enatarunt. Himilco inductis euestigio copijs intra urbem, primum castella, quæ diuersis illic sita locis hostium plena erant, adortus est oppugnare. Hæc cum munitionibus idoneè comparata, tum uiris qui fugerant eò strenuè contra dimicantibus satis defensa cernens, destitit ab incœpto, desperata eorum expugnatione. Mox intra urbem conuersus milites reficit: nam Syracusas ipsas cum primum statuerat.

Carthaginenses Messana potiuntur.

Cæterùm Siculi iampridem infensis animis exorsi Dionysium tempus idoneum nacti, desciuêre ad Carthaginenses, exemptis Assarinis reliqui simul omnes. At Dionysius seruis qui intra urbem erant, ad libertatem uocatis, ad sexaginta naues ea manu complet. A Lacedæmonijs præterea supra mille mercenarios acciuit: castella per agrum posita obiens muniuit, & frumentum importat. Cæterum summa ope & munitionibus firmissimis arces, quę in Leontinis erant, circumcingere corroborare'que ad uim omnem tolerandam adnixus est, frumenti'que quantum undique ex campis demeti potuit, in eas congessit. Tum hortatur Campanos, à quibus tum incolebatur Catana, pro rerum conditione ea tempestate tantisper in eam, quæ nunc Aethna uocatur, commigrent, castellum admodum ad omnes tumultus munitum ac tutum. his dispositis, centum & sexaginta stadia extra Syracusanam urbem cum copijs profectus, castra posuit ad locum nomine Taurum. Habebat in ea expeditione peditum ad triginta millia, equitum plus tribus millibus, naues centum octoginta, in quibus paucæ triremes erant.

Himilco iam demolitis Messanæ mœnia, mandat inde militibus ut ædificia cuncta diruant, ac solo æquent, neque tegulas, neque ligna, nec materiæ quicquam incorruptum dissipatum'que usquam relinquant, sed alia incendijs, quæcunque igni obnoxia essent absumant, alia durioris soliditatis contusa obtrita'que dispergant. Nec ulla cuiquam cunctatio ad mandata fuit. tanta simul ad diruendas parietes, & uertendas ædes properante ac feruente multitudine, breui peractum opus obliterata protinus monumenta omnia, deleta'que loci species, ac solum ubi urbs prius steterat, prostratum adeò,

proculcatum'que apparuit, ut uix ulla habitationis uſquam ueſtigia diſcerni poſſent. Conſpicatus enim locum illum procul à reliquis inſulæ ſpeciis admodum remotum, præterea omnium'que quæ in Sicilia haberentur, maximè idoneum, alterum ex duobus ſibi faciendum arbitrabatur, aut deletum deſertumque penitus reddere. aut tanta ruina obruere, ut neque tempore breui, neque parua poſſet opera reſtaurari. Tam inimico excidio cum ſatis oſtendiſſet quãto Græcos inſectaretur odio, Magonem claſsis prætorem cum nautica ui nauigare iubet ad promontorium Taurum. Hunc occuparunt locum Siculi, magna uirorum multitudo, ſed duce carebant, quibus antea Naxiorum ager fuerat à Dionyſio deſignatus. Tunc pollicitis Himilconis adducti, promontoriũ inſederant, qui locus cum ſatis per ſe munitus eſſet, & ea tempeſtate, & poſt bellum ibi habitarunt, mœnibus'que circum loco ductis, urbem condidere, quã quòd ab his qui in Tauro manſiſſent, conſtructa fuiſſet, iniũcto uocabulo, Tauromenium appellari placuit. Cæterum Himilco curatis militibus, cum peditatu proficiſcitur magnis itineribus, ac in Naxiæ locum prædictum peruenit. Magone ſimul claſſem eodem appellente. Cæterum cum per eos ignis ex Aethna repente ingenti æſtu erupiſſet, adeo ut ad littus uſque maris eructata incendia ſolum omne concremaſſent, ita corruptis per id quod Rhyacem appellant paſsim ad mare locis, interpellato'que ob eam cauſam ea tranſitu peditatus, neceſſarium erat Aethnæ collem longo actus circuitu tranſmittere. Quare Magoni mandat, ut Catanam nauiget: ipſe celeriter per mediterranea pedeſtres copias cum maritimis iungere ad Catanenſium littus. Verebatur enim, ne, quod accidit, ubi diuiſas copias hoſti compertum foret, per eam occaſionem antecaperet pugnam: Siculi etenim cum ſolo Magone confligere properarent. Nam Dionyſio conſilia cuncta hoſtium erant explorata, ſciebat Magoni fore grauem tardamq; nauigationem Catanam petenti, tum peditibus iter lõgum atq; impeditum, aſperitate uiarum, laborioſeq; admodum legendum. Ea rei bene gerendæ ſpe Dionyſius oblata, nihil cunctatus Catanam contendit, ſtatimq; ſine mora cum Magone confligendum cenſuit, antequam Himilco cum peditatu accederet. Nam inſtructa pedeſtris exercitus ad littus acie, arbitrabatur ſuis dimicantibus, proximi interea ſubſidij conſpectũ uires audaciamq; aucturum: contra formidoloſius certamen, cũctaq; infirmiora hoſti futura: quodq; poſtremum tutiſsimumq; uidebatur, ſi quid aduerſi accidiſſet, naues afflictas ad exercitum pedeſtrem in littore quo cõfugerent, habituros. His diligentiſsimè proſpectis, Leptinẽ cum uniuerſa claſſe mittit, mãdans ut inſtructa acie nauigiorũ pugnã cum hoſte ineat, nauibusq; cõſtipatis ſuos, ne ſparſis ferantur ordinib. cõtineat, ne multitudine hoſtium in periculũ adducant. Erant nãq; in Magonis claſſe cũ onerarijs & alijs remigio uectis roſtratisq; nauigia 500. non pauciora. Carthaginẽſes igitur ſimulatq; littus nauibus repẽte conſtratũ uident, nauesq; Græcas in altũ ad ſe ferri, ſubita re perculſi multa trepidare, principioq; in terram appellere ſtatutum erat. Poſt ubi conſpecta in littore pedeſtris acies, ſi eo cõtenderent ſibi cum pedeſtribus hoſtiũ & nauticis uno tempore uiribus dimicandum cernentes, mutato cõſilio mox ad tẽtandã nautici quod oſterebat certaminis fortunã ſe cõparant. Igit agmine inſtructo cõſtipatoq; tẽdebãt hoſtium inſultũ excepturi. Leptines uerò lectis ex omni claſſe 30. nauib. ſolidiſsimis atq; inſtructiſsimis lõge ante alios intrepida quidẽ cõſtãtiq;, ſed temeraria nimis audacia primus in hoſtẽ rapit, repẽteque agmine in primã frontẽ facto, multas naues primo cõgreſſu ſuppſit. At Mago porrecto ſẽſim agmine cõferto 30. illas circũſiſtit, ibiq; uirib. & audacia Carthaginẽſes quidẽ ſuperiores erãt, ſed Leptinis ſocij multitudine. Pugna tñ atrocius ſequẽte cũ nautarũ uirtus et ſolertia certati, p laude ſimul & ſalute cuiuſque ſua piclitaret, iã nõ erat ex capto ſpacio p incurſũ mutuũ roſtris cõtẽdere, collatis

Dionyſianorũ cum Carthaginenſibus prælium nauale.

sed collatis simul nauigijs manus conserere, uir uirum cominus impetere in modum pedestris aciei. Nonnulli dum in naues hostiles saltu se immittere niterentur, in fluctus præcipitabant. Alij periculũ idem adorti, prouehente agilitatem fortuna uel in medias hostiũ carinas prosiliebant, ibiq; inter gladios exempti fortissime periclitabant. Postremò Leptines haud iam tantæ diutius uim multitudinis sufferre ualens, in altum dare fugam coactus est: reliquæ naues dissipatis ordinibus nauigantes facile sunt ab hostibus instructis superatæ. Nam profligato classis prætore, hostibus Phœnicibus audacia cum uiribus creuerat. Siculos summus pauor inuaserat cuncta sibi absente duce, iam in malam spem posita inclinataq; cernerent. Pugna igitur exitu tali decertata Carthaginenses hostem absq; ordine fugientem contentius insectati, supra centum naues obtinere. A nauibus subsidiarijs ad littus dispositis nautæ qui natando euadere in terram ad pedestres copias properabant, inter undas necabantur. At multi haud multum à littore procul in conspectu spectantis è terra exercitus obtruncati sunt, congemiscentibus cæso cuiq; suis frustra, sed nusq; ferre ualentibus auxilium. Ita littus circumundiq; totum, fluctusq; propinqui cadaueribus & carinarum lacerameritis consternati apparebant: Nam haud paruus carthaginensium numerus in ea pugna conciderat. Siculorum supra centum naues obtritæ periere, uirorum ad uiginti & amplius millia. Phœnices ex pugna circa Catanã classem in anchoris firmant, captiuas triremes subductas reficiunt. Ita res acta, ut non iam per famæ rumores, & opinione ferri Carthaginenses audirent rem suam sicula potiorem, sed ante ipsos oculos uictoriam perceperant. Cæterum siculis interim Syracusas uersus, quo reuocari se perspiciebant, detestabile uidebatur, quòd perspectum habebant in arctã & grauem obsidionẽ occlusum iri. Quapropter hortabantur Dionysium, uti raptim, Himilconi acie instructa & expedita occurrere properaret, nihil dubium esse quin facile impeditos & labore defatigatos adortus, tum incautam repentina re improuisaq; Barbariem consternatã penitus funderet, stragẽq; acceptam noua uictoria raparet. Iamq; adductus erat, copiasq; Dionysius aduersus Himilconem agere parabat, quum nonnulli ex amicis accedentes, ei dixere. Quid demum id sequi pergeret: in urbis amittendæ periculum rem illam uerti, nihil ad defensionem præsidij relinqui, si Mago cum classe Syracusas inuaserit. Quibus uerbis tactus re perspecta destitit à sententia. Iam enim proximo exemplo didicerat Messanam per eum errorem in manus hostium proditam, haudquaquàm consilium suum esse urbem præsidio uacuam negligere, nec mora Syracusas uersus iter conuertit. At maxima Siculorũ pars indigne ferentes quod hostibus occurrere, suaq; sequi consilia recusasset, relicto Dionysio pars in patrias quisq; suas, nõnulli in proxima castella discesserẽ. Himilco duobus diebus cũ silentio ad Carthaginẽsiũ littus, naues post omnes subduxit ingenti uentorum procella urgente, copias quiete aliquot dies curare corpora permittit. Interim legatos mittit ad Campanos, qui Etnam incolebant, hortans ut dimisso Dionysio ad se deficiant, magnisq; ad id pollicitis pellicere conabatur, daturum se illis agrum amplum, atq; optimum, prædæ spoliorumq; belli participes facturum, quoq; facilius exemplo cognatæ gentis moueretur, cõmemorat illis Campanos Entellæ incolas Carthaginensium partes sequi, secumq; una in bello stipendia facere, armaq; contra Siculos gerere. Postremo ingenia Græca ceteris gentibus inimica esse. Inclinabantur ad pollicita campani, nec iam diutius defectionem dilaturi uidebantur, ni si obsides Dionysio dati, præterea iuuentus delecta Syracusis eum Dionysio militans in officio perstare coëgisset uel inuitos, tanti pignoris in fidem depositi metu. Cæterum Dionysius hostium uiperterrefactus legatum mittit ad Græcos in Italia habitantes, ad Lacedæmonios item & Corinthios eunde Polixenum socerum suum imploratum ab omnibus auxilium, oratumq; ne paterentur

Leptinis fuga

Himilco Campanos Aetnẽses ad defectionem solicitat.

Dionysius uires suas reparat.

terent urbes in Sicilia Græcas fundítus ab immani Barbarie dirui. Miſit quoque in Peloponneſum quoſdam cum idonea pecunia, qui milites mercede conducerent, mandans ut quàm plurimas liceret conducerent, nec ſtipendijs parcerent. At Himilcò nauibus ſuis præda ſpolijſq; hoſtium exornatis in magnum Syracuſarum portum remigio contendit, totaq; urbs ad hoſtium conſpectum in ſummam trepidationẽ adducta eſt, perculſis omnium animis tanta ui procul aſpecta, tantoq; agmine in rem ſuã irrumpente. Nam ducentas & quinquaginta naues longas aduentare uidebant in ordinem inſtructas cum ſilentio, micantibus omnes armis ſpolijſq; ſuorum circumundique præclare compoſitas. Deinde ſequi onerarias uacuas ſupra tria millia onuſtas uerò ſupra quingentas, ſimul omnes ad duo prope millia. Vnde tanta claſſe contigit portum Syracuſanum, tametſi ſatis amplum, confertis ſtipatum carinis apparere, maliſq; in ſyluæ denſiſsime ſpeciem confertum, uelíſq; operiri totas late undas firmata in anchoris claſſe, mox ecce peditum nubes ex altera parte properans adeſt, ut quidam tradunt ad trecenta millia pedeſtris agminis, equitum ad tria millia, naues longæ ducentæ, dux itaq; exercitus Himilco in templo Iouis ſibi tabernaculum prætoriumq; conſtituit, reliqua multitudo in locis circumpoſitis collocata duodecim ſtadia ab urbe. Poſt hæc Himilco eductis copijs ante mœnia ordines & aciem inſtruit, hoſtemq; extra ad pugnam prouocat. Oppidanis detrectantibus pedeſtri acie, mox quoq; portus omnis nauibus centũ robuſtiſsimis pernauigatur, ut hæc quoq; parte defixis pauore animis confitere ſe uictos, & inferiores terra mariq; cogerentur, cum neminem extra ulla ex parte prodire uidet, copias in caſtra reducit: Poſt hæc trigin ta dies agrum regionemq; percurrens, loca paſsim omnia arborum excidio, ruina ædificiorum, incendijs, omni denique direptionis genere uaſtat, ut ſimul & milites præda rebusq; alijs ad uſum explerentur: ſimul oppidanos calamitate ſuarum rerum exanimatos redderet. Suburbia quoq; Achradinæ occupauit, templaq; ſpoliauit cætera, & Proſerpinę, cuius ſacrilegij impietatisq; in Deos inſolentius commiſſæ breui poſt meritum ſupplicíũ pendit. Mox nanque res ei in peius cedere, cuncta fieri deteriora cœpta, cumq; deinde Dionyſio paulatim audacia creſceret, crebrisq; laceſſere excurſionibus, & eruptionibus leuibus conſerere manus aſſueſceret, ex omni ſemper congreſſu Syracuſij ſuperiores redibant. Excitabantur etiam crebro per ſtationem medio noctis ſilentio uani tumultus inter milites, ſubitíq; terrores, quibus ad arma fruſtra, cauſa quæ id moueret incõperta, currebatur, miſcebanturq; trepidationibus caſtra, perinde ac hoſtes uallo irrumpere cernerent. Inde leuiſsimum genus morbi inuaſit ſtationem, quod omnium initium illis malorum extitit, de quo poſt diſſeremus, ne rerum curſus & tempora narrando prępoſterentur. Himilco igitur dum ſtationem cingere, muroq; obducere caſtra ſtudet, omnia prope proxima operi ſepulchra demolitus eſt ad murum educendum, in quibus Gelonis & eius coniugis Demaretæ monumenta miro opere olim extructa ſubruunt. Tria caſtella ſecus mare conſtruxit, unũ ad Plemmyriũ, alterũ in medio portu tertiũ ad Iouis templũ. Ac qcquid uini frumentíq; importabatur caſtra intra hęc cõgeri curauit. Reliquoq; cõmeatus, & cętera uſui neceſſaria, eo dẽ contulit, arbitratus eam obſidionẽ diuturne moræ futurã. Tũ onerarias naues in Sardis & Libyã ad frumentũ & reliqua cibaria conuehenda nauigare iuſsit. Interea Polixenus Dionyſij ſocer ab Italia & Pelopõneſo rediẽs, naues longas à ſocijs acceptas triginta adducebat quarũ Pharacidas Lacedęmonius ptor erat. Poſt hęc Dionyſio cũ Leptine curæ oẽs erãt intẽtę ad urbẽ rebus neceſſarijs muniendã. Nauib. itaq; lõgis ad cõmeatus importãdos enauigarũt, Tũ Syracuſani ad urbis cuſtodiã ſollicíti, ſimulq; ueluti in inſidijs ad oẽs occaſiones intenti, cum forte nauem procul uidiſſent frumentariã, curſu rapto ad hoſtes tendentem, repente ſuis ipſi auſpicijs abſque ducis iuſſu cum quinque nauibus

Himilco claſſem agit i portum Syracuſanum.

uibus citatis remis in eam feruntur, captamq; subito intra urbem trahunt. Carthaginenses re conspecta confestim cum 40. nauibus instructis in hostem auxilio suis properant. Nihil cunctati Syracusani repẽte cunctis nauibus instructis inuadenti hosti occurrunt: atq; pugna conserta, prætoriam nauẽ cum 20. alijs ui cœpere, 4. dilaceratę perierunt, reliquas fugientes ad stationem usque sunt consectati, prouocareq; ultro munitionibus obnauigando insultandoq; telis hostem ad pugnam ausi sunt. At illos inopiæ rei incredibilisq; audacię ad miratio turbatos intra septa continuit. Syracusani captiuas naues simul adnectentes suis, intra mœnia uexere: animis eo successu elatis multa inter se considerare, multaq; per iactationẽ profari, Dionysium superatum, à se solis illo absente Carthaginensem classem profligatam. Ita in superbiam elati in conuenticulis multa colloqui inter se, damnare demẽtiam quisq; suam, quòd uires quæ cuiq; inessent ab omnibus sponte negligerentur, seseq; ipsos temerè abijcerent, ac per ignauiam Dionysio seruirent, quòd si uiri esse uelint iam tum summam in manibus occasionem teneri dissoluendæ tyrannidis pristinæq; libertatis uẽdicãdæ. Superioribus quidem temporibus initio iectæ seruitutis ab inermi bus, ueluti tum fuerat, armato tyranno obsisti nequiuisse: nunc arma in manu esse propter bellum. Interim dum sermones huiusmodi per uulgus iactarentur, ecce Dionysius naue aduectus applicat, aduocataq; cõcione Syracusanos laudat hortaturq; ut deinceps confidant, se breui bellum illud eis pacaturum: oratione habita cum eam concionem dimissurus esset, Theodorus Syracusanus clarissima uir inter equites laude, precipuaq; audacia, & animo ueluti uidebat ad facinus prõptus, ausus est pro libertate cõmuni in hæc uerba prorumpere.

Interpres qui hos libros in gratiam Pij secundi Pont. uertendos susceperat, immatura morte præuentus, ad hunc usq; locum peruenit. Quod superest alijs uiris doctis transferendum reliquit.

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICAE LIBRI XIIII. PARS POSTERIOR,

à fine translationis Vaticanæ, per Bernardinum Rutilium uersa.

Concio Theodori Syracusani de recuperanda libertate.

TAmetsi quædam mendaciter affinxit Dionysius, id quidem certè quod postremo loco dixit, uerissimum est: bellum se scilicet propediem finiturum. at id non ipse dux (nam sæpe inferior abijt) sed credita ciuibus patria libertate effecerit. Nunc enim nemo uestrũ alacriter discrimen subit, quippe cum nihil à clade distet uictoria. Nam si à Carthaginensib. uincimini, imperata facere, quòd si uiceritis, Dionysium grauiorem quàm illos habere dominum necesse erit. Carthaginenses enim bello uictores, certo accepto tributo uos haud quaquam patrijs legibus administrare ciuitatem uetuerint. At hic direptis fanis, ablatisq; priuatorũ cum uita simul fortunis, seruos mercede in dominorum seruitutem cõducit. Ac quæ in captis urbibus grauissima accidunt, in pace ipse perpetrans, sublaturũ sese belum pollicetur. Nobis uerò ô ciues, non minus quàm Punicum bellum tyrannus quem intra mœnia habemus, profligãdus est. nanq; arx, quę seruorum armis custoditur, aduersus urbem munita, & mercenariorum manus ad Syracusanorum seruitutem collecta est: potiturq; ciuitate haud quaquã æquabiliter iura distribuens, sed solus princeps omnia per auaritiã agendi certus. Ac nũc quidem hostes exiguam agri partem obtinent, Dionysius uerò uastatam omnem tyrannidis suæ satellitibus est dilargitus. Quousq; igitur tandem hæc nobis perpetiendum? quorum ne periculum faciant fortes uiri mortẽ substinent.

Aduersus ne Pœnos bellum gerentes extrema discrimina magno animo ferimus, & in acerbum tyrannum pro libertate ac patria ne uerbo quidem fiduciã inferre audemus? & cum tot hostium millibus obsistamus, dominum ne generosioris quidem serui uirtute præditum uerebimur? Neutiquam enim digne quis Dionysium uetusto Geloni contulerit. Ille uirtute sua cum Syracusanis, aliisq; Siculiensibus Siciliam omnem liberauit: hic liberas adeptus ciuitates, cæterarum omnium compotes hostes reddidit, suam ipse patriam in seruitutem redegit. Ille diu bello ante Siciliam gesto effecit, ut qui in urbibus erant, ne hostes conspicerent quidem. Hic à Motya cum per totam insulam fugisset, sese intra mœnia concluſit, aduersus ciues quidem audax, sed hostium ne conspectum quidem sustinens. Quid enim? ille ob uirtutem & rerum gestarum magnitudinem non Syracusanorum modo, uerùm etiam Siciliensium ultro imperium accepit: hic ad sociorum perniciem ad seruitutem ciuium ducem professus, quid ni omnibus iure odio sit? Neque enim solum indignus imperio, sed mille mortibus merito dignissimus est. Gela & Camarina per hunc euersæ sunt: Messana per societatem funditus sublata, uiginti millia sociorum periere rerum omnium summam in unam urbem dirutis cunctis Græcanicis per Siciliam urbibus concluſimus. Præter cæteras enim calamitates Naxum & Catanam socias ciuitates in seruitutem redegit, oportunas urbes funditus deleuit, duobus aduersus Carthaginenses consertis prælijs, utroque inferior discesſit, creditóque ei semel à ciuibus belli imperio, extemplo libertatem abstulit, qui legum fiducia uterentur interimens, diuitijs præpollentes in exilium ejiciens, exulum uxores seruis inquilinis'que matrimonio collocauit, ciuilium armorũ compotes Barbaros peregrinos'que efficiens. Hæc'que egit (prô Iuppiter dijque omnes immortales) ignobilis prætoriorum administer. Vbi Syracusana libertatis cupido, ubi maiorum res gestæ? Quid memorem ad Himeram trecẽta Carthaginensium millia ad internecionem perdita? Prætermitto tyrannorũ euersionem qui Gelonis tempore fuerunt: nuper admodum tantis Atheniensium copijs in Syracusas bellum molitis patres nostri ne nũtium quidem stragis reliquerunt. Nos tale paternę uirtutis exemplum habentes, imperatis Dionysij audientes sumus? idq; adeò armorum compotes? Diuinũ etenim quoddam numen cum socijs uos in arma ad recuperandam libertatẽ impulit, licetque hodie, si uiri boni cõcordesq; esse uelimus, â graui necessitate liberari. Superiori nanque tempore cum sociorum ascripticij quidam essemus milites, & mercenariorum multitudine referti, fermè occasioni necessarie cedebamus. At nunc armorum compotes, cum socios adiutores simul, spectatoresq; uirtutis habeamus, ne cesserimus, sed palàm faciamus nos occasione, non timiditate seruitutem sustinuisse, ne nos bellorum pudeat, cum imperatorem prędonẽ urbanorum fanorum habeamus, tantarumq; rerum præside eo utamur, cui nemo qui rectè utiq; sapiat, ne priuati quidem uictus administrationem commiserit. Et cum cæteri propter periculorum magnitudinem in bellis potissimum deorum sanctitatem obseruent, speramus per hominem impietate celebrem finitum iri bellũ? Atqui si quis exactius inspicere uelit, inueniat Dionysium nihilominus pacem quàm bellum irritare. Nunc enim propter hostilem formidinem nihil existimat aggressuros in se moliri Syracusanos. Fatigatis uerò Carthaginẽsibus armorum compotes ac rebus gestis elatos libertatem sibi uendicaturos. Ob id enim opinor priori bello proditos Gelam & Camarinam incultas reddidit, & in fœderib. plerasq; Græcas urbes deditas incultas pactus est. Post hæc in pace Naxo & Catana contra fœdus in seruitutem redactis, alterã Italicis Campanis receptaculum præbuit. At ubi deperditis illis, qui superfuerant sæpe tyrannidẽ deleri aggressi sunt, rursus Carthaginenſib. bellũ indixit. Neq; enim hic uiolare fœdus cõtra iusiurandũ est ueritus, ubi prętermissos Siculorũ cõuentus pertimuit. Itaq; omnino in horũ ruinã inuigilasse uidetur. Ac primo

primo cum ad Panormũ obijcere aciem hostibus è classe descendentibus corpore propter salum male affectis posset, detrectauit. Post hæc Messanam tantam tamq; oportunam sine auxilio negligens dirui sinit, ut non modo q; plurimi Siculi euerterentur, uerùm etiam Carthaginenses Italica auxila & Pelopõnesiacas classes intercluderẽt. Ad extremũ in Catanensi littore dimicauit, profectus ad prælium apud eam urbem conferendum, unde uictis in suos portus perfugium esset. Post naualem pugnam malis exortis uẽtis, coactisq; Carthaginensibus remigio classem protrahere, pulcherrimam uincendi occasionem habuit. Nam pedestres hostium copiæ nondum peruenerant, & procellæ magnitudo naues eorum in littus eijciebat: tũc à nobis à terra simul omnib. incũbentib. necessario illi aut in terrã descendẽtes capti essent, aut ad undas reiecti naufragijs littus repleuissent. Verum Dionysij res apud Syracusanos ulterius accusare haud quaq; necessarium esse existimo. si enim rebus ipsis immedicabilia passi nequaq; sese animo excitant, quonam pacto habendis orationibus ad huius hominis supplicium adigentur? idq; adeò cum sciam ciuem eum fuisse nequissimum, tyrannum acerbissimũ, ducem, unum omnium imbecillimũ. Quoties enim unà cum eo in aciem descendimus, toties uicti sumus. at nunc per nosmetipsos paucis nauibus uniuersum hostilem exercitum nauali prælio deuicimus. Quamobrem alius quærendus imperator, ne si prædonem diuinarum ædium ducẽ belli habeamus, cum ipsis pugnemus dijs. Aperte enim cœleste numen ijs, qui ad imperium hominem maxime sacrilegum adhibuerint, aduersum est. Nam si cum hoc uniuersæ copiæ uictæ fuerunt, sine eo exigua pars ad debellandos Carthaginenses sat est. Quid ni omnes euidens deorum numen conspiciant? Quamobrem ciues, si sponte imperium deponit, eum cũ rebus suis mutare solum sinamus. Quod si nolit, præclaram capessendæ libertatis occasionem in præsentia obtinemus: cuncti conueniemus, compotes armorum sumus: socios non modo ex Italia Græcos, sed ex Peloponneso etiam habemus. Imperium uerò aut ciuibus secundum leges, aut parentem urbem Corinthijs, aut principibus Græciæ Spartanis concedendum est. Eiusmodi orationem cum habuisset Theodorus, Syracusani animis suspensi in socios respiciebant, ac Pharacida Lacedæmonio sociæ classis duce ad Suggestum profecto, omnes eum authorem futurum libertatis expectabãt. Sed is tyranno familiariter utens, se à Lacedæmonijs in societatem belli Syracusanorum & Dionysij missum esse aduersus Carthaginenses, non ad euertendum Dionysij imperium, dissuasit. Cum præter expectationem recusatio contigisset, mercenarij ad Dionysium concurrere: Syracusani perculsi quietem agere, uehemẽter Lacedæmonios detestantes. Nam & antea Atetes Lacedæmonius cum libertatẽ eorum capessiuisset, proditor fuerat, & tunc Pharacidas orsis eorum intercedebat. Dionysius uerò tunc quidem perterrefactus concionem dimisit. Post hæc humanis usus colloquijs cum multitudine uersari, alios donis honestare, quosdam epulis accipere. Cæterum Carthaginensibus post suburbij ruinam direptumq; fanum Cereris Proserpinæ, pestilentia exercitum inuasit. Accessit ad diuinam calamitatem id quoq;, quòd plurima hominum millia eodem cõfluxerant, quòdq; anni tempus erat ad ægritudines efficacissimum, & illa præterea æstas nimijs feruoribus exarsit. Quin & locus in causa uehemẽtioris cladis fuisse uidetur. Nã & antea Athenienses ibidẽ metati, è morbo, quòd locus palustris & cauus erat, multos mortales amiserãt. Primũ ante solis exortũ ob aquarũ aurę frigiditatẽ corpora horrore corripiebant: per meridiem uerò tanta turba angustũ in locũ coacta æstu suffocabat. Attigit labes Aphros primũ, è q bus multis obeuntib. primo mortuos humabãt. Postea ꝓpter & cadauerũ copiã, & quòd ægrotos efferẽtes ualitudine corriperent, nemo accedere ad laborãtes audebat. Sublato igit omni cultu destituta ope calamitas erat ꝓptereum insepultorũ fœtorẽ, & palustrẽ putredinẽ, morbi primũ defluxio occipit: post

Carthaginẽsis exercitus pestẽ infestatur

ad collum tumores exoriebantur, deinde mox febres insequi, & ad scapulam neruorum dolores, & crurum grauedines, inde intestinorum dolores, & in corporum superficie pustulę erumpebant. Plericę igitur eiusmodi lue laborabant, quidam in furorem & rerum omnium obliuionem incidebant, qui circũeuntes castra, emoti mente obuios pulsabãt. Denicę euenit ut & medicorum auxilium, cum ob mali uehementiam, tum propter morbi celeritatem, ineffi-cax redderetur. Quincę enim aut sex ad summum diebus grauibus affecti tormentis interibant, ut ab omnibus beati dicerentur, qui in bello mortem oppetijssent. Nam ægrotis assidentes cuncti in ualitudinem incidebant, ut grauis laborãtibus calamitas esset, cum nemo inseruire miseris uellet. Necę enim prorsus alieni tantum inter sese destituebant, sed frater fratrem, amicus familiarem ob suimet ipsius formidinẽ negligere cogebantur. Dionxsius ubi Carthaginẽsium calamitatẽ accepit, nauibus 80. expletis, Pharacidam & Leptinem classis

Dionysius Carthaginẽsium castra inuadit.

prefectos iubet luce prima in hostium classem egredi: ipse silẽti luna noctu copias circũducit, circũuectusę Cyanes fanũ, clam hostib. sub primã lucẽ succedit ad castra. Equites igitur & ex mercenarijs pedites 1000. ad partẽ punicorũ castrorũ in mediterranea uergentẽ premisit. Hi fortè mercenarij maximè præter cęteros omnes Dionysio infensi erant, & qui sępè defectiones & tumultus excitarant. Quapropter Dionysius equites monuerat, ut quum hostes attigissent, fugerent, ac mercenarios destitutos relinquerent. Quibus imperata executis, omnes illi trucidati sunt. Dionysius uerò castra simul & oppida oppugnare adortus, Barbaris rei nouitate perculsis, & tumultuariè succurrentibus, ille Polichneam (castello nomen est) ui cepit. Ex alia parte equites ac triremes quędam appulsę, locum apud Dasconem expugnant, statimęę naues omnes sponte irruunt: cumęę iubilasset in expugnatione presidiorum exercitus, trepidare barbari. Ab initio enim omnes aduersum terrestrem exercitum propugnantes in castrorum oppugnatores cucurrerãt: sed ubi nauium etiam inuasionẽ conspexere, rursus stationi succurrebant. uerùm celeritate temporis preuẽti, inutile studium adhibuere. Adhuc enim eis in tecta nauium inscẽdentibus hostiles naues obliquo remigio impulsæ uim incutiebant, atęę una oportuna plaga uulneratas naues demergebant. Aliæ per plures incursus dissectis, quæ omnino prestantissimis quibusęę confractis nauibus, deiecta ex rostris fragmẽta horrendum strepitum reddebant: pretensum pugnæ littus cadaueribus cõplebatur. At Syracusani de prestantia contendentes, acri inter se studio insilire in hostiles naues preoccupabant, & Barbaros magnitudine circumstantis cassus perculsos & circumuentos cędebant. Quin ne terrestris quidem exercitus stationem oppugnans, illorum studio concedebant, inter quos fortè Dionysius quoęę ipse fuit, cum ad partem quæ ad Dasconem erat adequitasset, inuẽ-

Syracusani classẽ Carthaginẽsium incendunt.

tis enim nauibus actuarijs quadraginta, quæ quinquagenis remis trahebãtur, cõtiguisęę ad has onerarijs occurrentib. nõnullisęę etiam triremib. ignẽ in eas iniecere, flãma in altũ elata, & per amplũ locũ effusa, naues incẽsæ sunt, nec quisque mercatorũ aut nautarũ oppitulari ꝓpter ignis magnitudinẽ potuit. Magno etenim exorto uẽto ex remulco tractis scaphis in aduẽtes onerarias ignis est illatus, ac quibusdã hominib. propter plagę metũ enatantib. anchoralib. incẽsis, ob procellã naues inuicẽ cõfligebant. Nõnullæ inter sese collisæ, quædã uẽto eiectæ, pleræęę igni periere. Hic igitur flãma per malos onerariorũ nauiũ sese reuoluẽte, & antemnas incendẽte, spectaculũ urbanis Theatrale cõtigit, similisęę barbarorũ interitus de cœlo ob impietatẽ factis uidebat. Quamobrẽ successibus elati grandiores natu, traiectitias naues pueris, ætateęę iam proue ctioribus, qui modo non extrema senecta laborarent, complebãt, & ad naues in portum fortuito confertim accedentes, antea corruptas igni diripiebãt, eligentes ex utilibus eas quę resarciri possent: integras uerò alligantes in urbem trahebant.

trahebāt. Ita nec emeriti ꝓpter ætatē sese cōtinere poterāt: quin prę nimio gaudio animi contentio ætatem superabat. Cæterùm rumore uictoriæ per urbem manāte domos destituebant cum seruis una pueri mulieresq́, omnibusq́ ad mœnia properātibus, locus uniuersus spectantium turba repletus est, horum alij extensis in cœlum manibus diis gratias agere: alij diuinam direptorum fanorum ultionem accepisse barbaros dicere. Diuinum etenim bellum haud dissimile spectaculo longe lateq́ apparebat, tum multis nauibus incēsis flamma per malos in altum sese iactante, Græcis unamquanq́ uictoriæ partem ingenti uociferatione significantibus, Barbaris mali terrore plurimi tumultus mixtum'que clamorem edentibus. Verùm enimuero tunc quidem exorta nocte prælio discessum est. Dionysius iuxta Barbaros metatus ad Iouis fanum castra posuit. Carthaginenses terra mari'que superati, clam Syracusanis legatos ad Dionysium misere, orabant'que eum ut superstites sineret in Lybiam deuehi, ac se trecenta, quæ in castris habebant talenta pollicentur. Dionsius omnes quidem nequaquam posse aufugere respondit. Cæterum Carthaginenses ciues solos clam abire mari noctu siturum Intelligebat enim Syracusanos ac socios minimè sibi ut id hostibus concederet permissuros. Hæc autem agebat Dionysius, ne funditus Carthaginenses perdere uires, ne quando Syracusani horum metu ocium ad capessendam libertatem nanciscerentur. Itaq́ Dionysius composita in diem quartum cum Carthaginensibus sub noctem fuga, copias in urbem reduxit. Himilco aduecta noctu trecenta in arcem talēta dispositis in insula per tyrannum tradidit: ipse ubi statuta dies affuit, noctu triremes quadraginta urbanis expleuit, relictoq́ cætero omni exercitu fugere instituit, iamq́ portum enauigarat, quum Corinthij quidam cursum sentire, statimq́ Dionysio nunciarunt, dumq́ milites ille ad arma conciret, ducesq́ per otium colligeret, non expectauere ipsum Cerinthij, atq́ uestigio in Pœnos inuecti, dum inter se remigio cōtendunt, postremas Punicas assecuti sunt naues, quas rostris contritas mersere. Post hęc Dionysius exercitū eduxit. At auxiliarij Carthaginensium Siculi pręuentis Syracusanis, per mediterranea aufugere, ac fermè omnes in patriam euaserunt. Dionysius occupatis per custodias uijs, cū adhuc nox esset, copias ad castra hostium adduxit. Barbari duce & Carthaginensibus Siculisq́ destituti, animum despondere, perculsiq́ aufugiebant, alij qui in uias & custodias incidebant, deprehensi sunt, plericq́ abiectis armis ut uitæ parcerentur orantes, occurrebant. Soli Hiberi cum armis in unum collecti caduceatorem de societate miserunt. Dionysius inito cum his fœdere, eos inter mercenarios disposuit: reliquam multitudinem uiuam cœpit, cęteraq́ impedimenta militibus in prędam concessit. Hunc igitur in modum fortuna celerem Carthaginensibus mutationē rerum attulit, cunctisq́ mortalibus ostendit qui maiora iusto moliuntur, eorum se breui imbecillitatem redarguere. Illi etenim omnibus ferè præter Syracusas Siculiensibus potiti rebus, eamq́ se capturos sperantes, repente in sollicitudinem de sua patria redacti sunt. Euersiq́ Syracusanorum sepulchris, 150000 insepultorum peste coaceruatorum intuebantur, & cum Syracusanum agrum flammis depopulati fuissent, extemplo mutatis rebus classem suam cōflagrantem uidere, & in portum cum omni exercitu superbe ingredientes, successusq́ suos Syracusanis ostētantes, sese noctu cursuros inde, & socios proditos hostibus relicturos ignorabāt. Dux ipse posito intra Iouis fanū tabernaculo, redactisq́ in suum cēsum turpiter sacris prouētibꝰ, paulo post Carthaginē ꝓfugit, ne debita naturę morte reddita impunitā impietatē ferret, sed in patria expositā opprobrio omniū uitā ageret: eoq́ infelicitatis processit, ut in tenuissima tunica suam arguens impietatem, confessamq́ scelerū in deos pœnam numini exhibens, urbis templa circuiret, denique sese desperans mortem sibi ipse consciuit, ingentem uiolatæ religionis formidinem ciuibus relinquens. Illico enim & alia ad bellum attinentia fortuna illis coaceruauit

Himilco à Syracusanis noctu aufugiens opprimitur.

Himilco sibi manus affert.

coaceruauit: quippe clade per Libiam diuulgati socij iampridem grauitatem imperij Carthaginensis exosi, tũ propter militum ad Syracusas proditionem longè acrius in odium exarsere. Quamobrem ira simul instincti, simul eos ob rem infeliciter gestam despicientes libertatem capessebant, missis'que inuicem legationibus, exercitum coegere, & in apertum egressi metati sunt, confestim'que non liberis modo, uerùm etiam seruis conuenientibus ducenta hominum millia collecta, atque occupato Tuneto, urbe haud procul Carthagine sita, inde in aciem descendebant, prælijsq; superiores intra mœnia Pœnos continebant. Carthaginenses uerò palàm à dijs bello uexati, primo paulatim conuenientes perturbabantur, supplicationesq; placandæ numinũ iræ adhibebantur. Deinde ciuitatem omnem religio ac metus inuasit, cum singuli ciues seruitutẽ cogitatione prospicerent. Quamobrẽ censuere ut omnino uiolati dij placarentur. Sed cum antea neq; Proserpinæ neq; Cereri sacra facerent, insigniores quosq; ciues sacrificijs horum præfecere: cumq; omni ueneratione inter deos acceptis sacra Græco ritu peragebant, delectosq; è Græcis qui apud eos erant gratiosissimos quosq; deorum cultui præposuere. Postea & templa constituebant, bellicasq; res cõparabant. Verùm enimuero cum rebelles conuenæ essent, ne duces quidẽ oportunos habebãt, & quod caput erat: ipsis præ nimia multitudine alimẽta deerant: Carthaginensib. uerò illi & de principatu inuicẽ seditiones agitabãt, & eorũ nõnulli à Carthaginẽsib. pecunia corrupti, cõmunes spes destituebãt. Vnde propter cibariorũ inopiã & nonnullorũ proditionẽ, hi in patrias digressi maximo metu Carthaginẽses liberarũt. Acres q dẽ Aphricę hoc statu erãt. Dionysius uerò cũ mercenarios sibi infẽsissimos uideret, uereretur q; ne per eos euerteret, primo ducẽ eorũ Aristotelẽ cõprehendit: dein uulgo cũ armis collecto, & stipẽdia acerbius exigẽte, Aristotelẽ mittit ad se Lacedęmonẽ dixit, ut apud suos ciues iudiciũ subiret: mercenarijsq; qui circiter 10000. numero erant, Leontinorũ urbẽ atq; agrum in stipẽdium dedit, cumq; illi propter regionis amœnitatẽ obtẽperassent, in Leontinis sortito habitauere. Dionysius mercenarijs alijs cõductis, his libertinisq; imperiũ credidit. Post stragem autem Carthaginensium qui ex urbibus Siciliæ in seruitutẽ redactis supererant, congregati sunt, receptisq; proprijs quicq; patrijs, sese reficiebant. At Dionysius mille Locros, Medimnorum quatuor millia, sexcentos ex Peloponneso Milesios, profugosq; è Zacintho & Naupacto, Messanam ad incolendum traduxit. Sed cum offensos Lacedæmonios cerneret, quòd à se eiectos Messanios in illustri urbe collocasset, eos Messana transtulit, datoq; quodam ex Bacenis finibus ad mare oppido seiunxit, quã quantamq; eis partem attribueret præfiniuit. Verùm Messanij urbem Tyndaridem uocauere, cumq; inter sese rempublicam beneuolenter administrarent, multis conscriptis ciuibus breui supra quinq; millia effecti sunt. Postea in Siculorum agrum sæpe bello illato, Meneum & Morgãtinum cœpere: cum Agyri Agyrenæorũ tyranno, ac Damone Centuripinorum principe, Erbetæisq; & Assarinis fœdus iniere. Cephalundum ac Soluntem, & Ennam per proditionem occupauere: ad hæc cum Erbiscenis pacem composuere: ac res quidem Sicilię hoc in statu erant. In Græcia uerò Lacedęmonij magnitudinem Persici belli prouidẽtes alterũ ex regibus Agesilaum rebus præfecere. Is delectos sex millibus militum, ac triginta ciuibus ex optimatibus ad consilium constitutis, exercitum in Asiam Ephesum traduxit: ibi quatuor millibus cõscriptis, copias peditum decem millium, equitum quadringentorum in campum produxit. Consequebatur forensis turba, & prædæ gratia nõ minor ea quę dicta est, percurrẽsq; Caystriam planicię, agros Persarũ ditioni subiectos uastauit, donec Cumã peruenit. Inde egressus plurimam æstatis partem in populanda Phrygia, finitimisq; locis cõsumpsit, ac locupletatum præda exercitum sub autumnum Ephesum reduxit. Dum hęc gerũtur, Lacedæmonij legatos ad Nerphem Aegypti regẽ de socie

Carthaginenses pacare deos conantur.

Agesilaus Lacedæmonius Persarum agros uastat.

de societate miserunt, qui pro auxilio apparatum ad triremes centum & tritici quingenta millia spartiatis dono misit. Pharax autem Lacedæmoniorum nauarchus cum centum uiginti nauibus Rhodo auectus, ad Sasanda Cariæ oppidum Cauno millibus passuum triginta distans applicuit, inde irruens Caunum Cononemq; regiæ classis Imperatorem cum quadraginta nauibus Cauni morantem oppugnabat. Cæterum per Arthaphernem ac Pharnabazum Caunijs cum ingenti exercitu allato auxilio, Pharax obsidionem soluit, & cum omni classe ad Rhodum abijt. Post hęc Conon collectis octoginta triremibus, in Cherronesum nauigauit. Rhodij uero electa Peloponnesum classe à Lacedæmonijs fecere, Cononemq; cum omni classe intra urbem recepere. At Lacedæmonij, qui ex Aegypto donatum triticum uehebant, Rhodiorum defectionis ignari confidēter ad insulā applicabāt. Rhodij & Conō Persi cę classis prętectus nauib. in portus tractis, urbē frumēti repleuere: superuenerūt etiā Cononi 90. triremes, 10. ex Cilicia, 80. ex Phœnicia, quarū imperiū princeps Sidoniorū habebat. Post hæc Agesilaus educto in Caystri cāpos exercitu & circūiacentē Sypilo agrū, incolarum opes uastauit. Tisaphernes decē millibus equitū, quinquaginta peditū collectis, Lacedęmones subsequebatur, palātesq; ab ordinib. inter pabulatū perimebat. Verū Agesilaus militib. in oblōgum quadrū statutis, accliuē ad Sypilū locū capescit tēpus inuadendis hostib. oportunū obseruans, agrumq; sardes usq; percurrens, hortos & uiridiaria Thisaphernis arboribus alijs rebus ad delitias, pacisq; Bonorum oblectamenta sumptuose extructa, uastabat. Inde conuersus, ubi in medio inter Sardes & Thybarnas fuit, Xenodem Spartiatā cum mille quadringentis militibus noctu ad locum quendā Adasym nomine misit, ut Barbaris insidias faceret. ipsi prima luce cū copijs profectus, ibi insidias prætergijt. At Barbari incōposite in extremum agmen incidentes, incredibiliter disiuncti sunt: repente uerò ille in Persas conuersus est, facto ingenti prelio, ac signo his qui in insidijs erant erecto, illi cum cantu in hostes illati sunt: Persę cum sese in medio interceptos uiderent, perculsi euestigio fugam arripiunt. Agesilaus quadantenus insecutus, supra sex millia trucidauit: captiuorum uim ingentem coegit: castra multis referta diripuit. Post pugnam Thisaphernes audacia Laconum perculsus, surdes se contulit. Agesilaus superiores prouincias aggredi moliebatur, sed cum litare in sacris nequiret, rursum copias ad mare reduxit. Artaxerxes autē Asiæ Rex auditis cladibus, bellumq; Græcorum pertimescens, Thisapherni succensebat. Eum nanq; belli authorem fuisse, adhæc à matre Parysatide rogabatur ut Thisaphernem supplicio afficeret, ea enim post filij sui Cyri obitum, quum in fratrem expeditionem sumpsit, ab illo dissidebat. Constituto igitur duce Thitrausta, ei ut Thisaphernē comprehenderet, mandauit, deditq; ad ciuitates pfectos q; literas, uti oēs illo dicto audiētes essēt. Tithrauste cū Colossas Phrygiæ peruenisset, per Larisseū quendā satrapā in balneis Thisaphernē cœpit, & abscisum eius caput ad regē misit, ipse pellecto ad colloquiū Agesilao, semestres inducias pactus est. Atq; Asiæ rebus hunc in modum ordinatis, Phocenses ob quasdam expostulationes bello Bœotijs illato, in eius societatē Lacedęmonios adduxere, ac primo Lysandrum ad eos cum paucis militib. misere, qui Phocidē ingressus, copias coēgit. Postea Pausanias q; rex cū 6000. militū est missus. Bœotij Athenienſib. ad bellū unà capessendū adiectis, tū quidem per sese irrupere: Aliartumq; à Lysandro et Phocēsib. obsessam occupauere, habitoq; prelio, & Lysander cōcidit, & Laconū sociorūq; multi. At Bœotiorum phalāx uniuersa cōfestim ab insequēdo destitit. Cæterū Thebanorū 200. circiter cū prōptius sese in loca aspera dedissent, deleti sunt. Hoc itaq; bellum Bœotiorum uocatum est. At rex Lacedæmoniorum Pausanias, audita clade, inducias cum Bœotijs pepigit, copiasq; in Pelopōnesum reduxit. Conō uerò

Agesilaus Tisaphernē prælio uincit.

Phocēses bellū Bœotijs inferunt.

Persarum

Conon à rege Persarum pecuniam petit ad Lacedæmonios debellandos.

rum nauarchus classi Hyeronimum & Nicodemum Atheniensis præfecit: ipse conueniendi regis cupidus, in Ciliciam nauigat, atque inde Thapsacum Syriæ profectus, per Euphratẽ fluuium Babylonẽ est uectus, ibi adito rege pol licetur, si sibi pro suo arbitrio pecunias cæterum'que apparatum expediat, Lacedæmonios mari deuicturum. Artaxerxes collaudato, magnis'que muneribus honestato homine, quæstori mandauit, ut in pecuniarum ui quantam Conon imperaret, suppeditaret, ei'que potestatem fecit quem bellici imperij socium sibi è Persis eligendi. Conon electo Pharnabazo satrapa ad mare, rebus omnibus pro facultate compositis descendit.

Aduersus Lacedæmonios conspirant aliquot ciuitates Græciæ.

Euoluto anno, Athenis summum magistratum accepit Diophantus. Romæ tribuni militum consulari potestate sex rempublicam gessere Lucius Valerius Mamercus, Lucius Furius, Quintius Seruilius Fidenas: iterum Quintius Valerius Maximus, Lucius Furius Medullinus tertium. His magistratum ingressis Bœotij, Athenienses, Corinthij, & Argiui societatem inter se iniere. Nam cum Lacedæmonij socijs odio propter grauitatem imperij essent, existimarunt illi facilius & se Laconum imperium euersuros, si maximas ciuitates conspirantes haberent: primumq; communi apud Corinthum statuto concilio, uolentes ordinauere, missis deinde per ciuitates legatis, complures socios à Lacedæmonijs abstraxere. extemplo enim, Eubœa omnis, Leucadij, Acarnantes, Ambraciotæ, & Chalcidenses qui Thraciam accolunt, ad eos accesse re incolas etiam Pelopõnesi ad deficiendũ à Lacedæmonijs impellere adorti sunt: sed nemo adhæsit. Sparta etenim ad latera sita, quasi arx quædam & præsidium uniuersæ Peloponnesij erat. Medio autem Lariss æ principe bellum aduersus Lychophronem Pheræorum tyrannum gerenti, & ut subsidium mitteretur oranti, concilium duo militum millia submisit. Is cum ei hæc societas adiuncta essent, Pharsalum Lacedæmoniorum præsidio detectum capit, eius que incoles inter prædam diuendidit. Postea Bœotij cum Argiuis seorsum à Medio Heracleam Trachinis occupauere: noctu'que à nonnullis intra mœnia adducti, comprehensos Lacones iugulauere. Eos autem qui res suas ex Peloponneso haberent, abire passi sunt: accitis'que in urbem Trachinijs, qui à Laconibus pulsi patria, in exilium fuerant, urbem iccolendam dederunt, qui etiam uetustissimi regionis illius incolæ erant. Post hæc dux Bœotiorum Ismenias Argiuos ad urbis præsidium reliquit: ipse inductis ad deficiendum à Lacedæmonijs Aenianibus & Athenien sibus, inde simul & à socijs milites conflauit, cum'que paulo minus quàm sex millia omnino haberet: Phocensibus bellum intulit, eis'que ad Arycas Locridis (unde oriundum fuisse Aiacem ferunt) castrametati, Phocensium multitudo ductu Lacesthenis Laconis cũ armis occurrit: cum'que diu ingens certamen fuisset, Bœotij superiores fuere, fugatos'que ad noctem usque insecuti, non multo mille pauciores interemere: ipsorum ad quingentos in pugna desiderati sunt. Post conflictum inito fœdere, alij domum, alij ad concilium adiere. At qui Corinthij concilium coegerant, quando res eis ex sententia procedat, è cunctis urbibus milites Corinthum euocauere, peditum supra quindecim millia, equites quingentos. Lacedæmonij cũ maximis Græciæ ciuitates in se coisse animaduerterent, reuocare ex Asia Agesilaum, cumq; eo copias, decreuere. Ipsi interim tum ex suis,

Agesilaus ex Asia in Europam reuocatur.

tum ex socijs peditum tribus ac uiginti millibus, equitibus quingentis congregatis, obuiam hostibus processere: habito'que ad Nemeam amnem certamine, utrinq; partes exercitus uicere. E Lacedæmonijs ac socijs mille. & Bœotiorũ ac reliquę societatis ad duo millia octingẽtos desiderati. Agesilaus autẽ traductis ex Asia in Europã copijs primũ Thraces quosdã sibi cũ magna manu obuiã factos plio uicit, & barbaros plerosq; cecidit. Post hęc p Macedoniã iter facit, eundem percurrens agrum, quem & Xerxes quo tempore Græcis bellũ intulit,

t ilit,permearat. Ageſilaus igitur per Macedoniam & Theſſaliam profectus, ubi Thermopylarũ anguſtias pertranſijt,iter faciebat. Conon uerò Atheniẽſis & Pharnabazus regiam claſſem ductabãt, & ad Cherroneſi Doryma cum nonaginta amplius triremibus moram trahebant. Sed cum hoſtilem claſſem ad Gnidum eſſe cognouiſſent,ad naualẽ pugnam ſeſe comparabant. Periarchus autem Lacedęmoniorũ nauarchus cum quinq; & octoginta triremibus Gnido enauigat,& ad Cherroneſi Phyſeum deuehitur, inde euectus regiam claſſem circũnauigat,& adnauigantes naues aggreſſus ſuperabat:ſed Perſicis collecta in unũ claſſe opitulatis, ubi omnes ſocij in cõtinentem diffugere, nauim ſuam obuertit,turpem eſſe,nec Sparta dignã fugam ingeneroſam exiſtimans. Egregiè itaque prælíatus, multisq; hoſtium cædis, ad extremum dimicans ex patriæ dignitate occubuit. Conon Lacedæmonios ad terram uſque inſecutus, quinquaginta triremibus potitus eſt, uiri plerique enatantes in terram elapſi, quingenti circiter capti,reliquæ triremes Gnidum euaſere. Ageſilaus autem acceptis è Peloponneſo militibus,poſtquam cum copijs in Bœotiam pertranſijt,eueſtigió Bœotij cum ſocijs ad Coroneam occurrere,comiſſo prælio Thebani oppoſitam partem fuſam atque ad caſtra uſque inſecuti ſunt. Cæteri cum paululum ſuſtinerent,ab Ageſilao & reliquis in fugam compulſi. Quamobrẽ Lacones uiciſſe prælio rati, trophæum erexere, & cadauera hoſtibus reddita Bœotiorum ſociorum que ſupra ſexcenta, è Lacedæmonijs rem'que unà gerentibus trecenta quinquaginta. Ipſe etiam Ageſilaus cum in multa incidiſſet uulnera,Delphos delatus eſt,ibi'que curando corpori uacabat. Pharnabazus & Conon poſt nauale prælium cum uniuerſis nauibus in Lacedęmoniorum ſocios inuecti ſunt, ac primum Coos, deinde Niſyæos, & Tios ad defectionem perpulere. Tum Chij electo præſidio, Cononi adhæſere. Eodem modo Mitylenæi, Epheſij, Erythræi tranſiere. Cum hic rerum ſtatus eſſet,contentio quædam ciuitates inuaſit. Quarum aliæ expulſis Laconum præſidijs libertatem cuſtodiebant,aliæ ſeſe Cononi dedebant, ac Lacedæmonij ex hoc tempore imperium amiſere. Conon cum nauigare in Atticam cum omni claſſe ſtatuiſſet, mouit, aſcitis'que Cycladibus inſulis, ad Cytheram inſulam applicuit, ea'que ſtatim ex impetu potitus, Cytheræis per compoſitionem in Laconicam dimiſſis, relicto idoneo urbis præſidio, ad Corinthios nauigauit: ibi cum ad concilium peruenijſſet, cuius rei gratia præfectus eſſet, ediſſerit,ac ſocietate inita eis pecunias reliquit: ipſe in Aſiam redijt. Sub idem tempus Aeropus Macedonum rex regno ſex annos potitus morbo interijt. Succeſſor imperij filius Pauſanias annum regnauit. Theopompus porrò Chius Græcorum coitionem in hunc annum tranſtert,& ad naualem uſque pugnam libros duodecim conſcripſit. Scriptoris à prælio ad Cynoſema exorſus, ad quod Thucidides negotium deſtituerat, ſexdecim annorum tempus perſcripſit.

Periarchus Lacedæmonius occumbit.

Lacedæmonij marisimperiũ amittunt.

Theopompus ſcriptor.

Annuo ſpacio circumacto, Athenis imperauit Eubulides. Romæ conſularem poteſtatem geſſere Tribuni ſex, Lucius Sergius, Aulus Poſthumius, Publius Cornelius, Seſtus Cenſius, Quintius Manlius, & Anitius Camillus.

Per idem tempus Conon regiæ claſsis præfectus, cum octoginta triremibus in Piræum deuectus, ciuibus reficiendi ambitus urbis author extitit. nam & Piræi mœnia, & longa bracchia ex fœdere Lacedæmoniorum Peloponneſiaco bello defatigati ſuſtulerant. Conon igitur opificum mercenaria manu conducta, exhibitis'que ad opus naualibus ſocijs, breui maximam muri partem inſtaurauit. Nam & Thebani operarios quingentos, & lapicidas ſubmiſerant, atque aliæ nnonullę ciuitates adiuuere. At Teribazus terreſtrium copiarum in Aſia dux benegeſtis Cononi rebus inuidebat, arrepto'que prætextu, quaſi ille regijs copijs urbes Athenienſibus compararet, hominem Sardis perductum comprehendit, & uinctum in cuſtodiam poſuit.

Theribazus Cononem cõprehendit.

Apud

Apud Corinthum uerò quidam cupiditate insignes inter ludos electi in theatro cędem fecere, & urbem seditione repleuere, cumq; eis Argiui animos auxissent, centum ac uiginti ciues iugulauere: quingenti in exilium pulsi, quos cũ reducere pararẽt Lacedæmonij, copiasq; colligerent, Athenienses ac Bœotij Sicarios adiuuere, ut ciuitatem sibi conciliarent. Verùm exules cum Lacedęmonijs ac socijs Lechetum stationemq; nauium aggressi noctu per uim cæpere. Postridie egressis urbanis, quorum dux Iphicrates erat, cõmitti prælium contigit, in quo uictores Lacedęmonij multos mortales interemere. Post hęc Bœotij & Athenienses, ad hos Argiui & Corinthij cum omni exercitu ad Lechetum profecti, primum oppugnando oppido intra propugnaculum irrupere: Lacedęmonijs inde exulibusq; egregiè pręliatis, Bœotij, cumq; eis omnes eiecti sunt. Ii igitur mille circiter militibus amissis, in urbem recessere, statimq; appetentibus Isthmijs de proponendis ludis disidebant: cumq; magna contentio fuisset, uicere Lacedęmonij, effeceruntq; ut exules certamen proponerent. Cæterum quòd belli huius mala fermè apud Corinthum euenerunt, Corinthiacum dictum est bellum, annosq; septẽ perdurauit. In Sicilia uerò Rhegini accusantes Dionysium, quòd Messenam muniens in se compararetur, primum pulsos in exilium à Dionysio, aduersariosq; eius suscipiebant. Post hæc reliquijs Naxiorum & Catanensium mylas ad incolendum traductis, exercitum instruebant, ducemq; Elorim ad obsidendam Messenam emisere. Eo arcẽ audacter aggresso, urbis incolæ Messanenses & Dionysij mercenarij collecti, accurrêre. prælio gesto, uicêre Messanenses, pluresq; 10000. interfecêre, atq; eueſtigio Mylas aggressi, cępere urbem, incolentesq; Naxios per compositionem dimiserunt. Ipsi igitur in Siculas aliasq; Gręcanicas urbes digressi, alia alij incoluere loca. Dionysius fretus ciuitatibus in amicitiam suam firmatis, bellũ inferre Rhegio cogitabat, sed à Siculis, qui Taurominium occuparant, turbabatur. Quapropter cum utile esse decreuisset hos prius aggredi, copias in eos eduxit, & ad partẽ Naxum uersus urgentẽ, metatus, hyemẽ in obsidionẽ tolerabat, existimans Siculos collẽ, quẽ non antiquitus incoluissent, destituturos. At Siculi, ut qui per manus iampridẽ à patrib. accepissent eas insulæ partes incolẽtib. Siculis aduectos primũ Gręcos Naxum quidẽ cõdidisse, sed Siculos tũc incolẽtes è cõuentu eiecisse, iccirco patriũ à se agrũ recuperatũ affirmabãt,

Quæ sequuntur à Marco Hoppero translata sunt.

& ultos se esse iniuriam, quam patribus eorum Gręci fecissent, unde iusto se titulo collem eum occupare asserebant. Contentione uerò, qua tum inter ipsos utrinq; erat diutius durante, bruma superuenit, & adaucto hybreno frigore, locus iuxta arcem niuibus operiebatur. Ibi tum Dionysius ob loci munitionẽ & mœniorum altitudinem securos, reperta iuxta arcem custodia, necte obscura, nec luna splendente, locis superioribus adoritur. Multa uerò mala illic passus, partim propter loci præcipitis difficultatem, partim propter niuium multitudinem, arce sola potitur, facie quidem saucia, necnon oculis ob frigoris acerbitatem læsis. Postea aliam uiam aggressus, copias suas intrà urbem duxit. At Siculi coniunctis omnium uiribus Dionysium unà cum copijs suis extra urbem eijciunt. in qua quidem fuga Dionysius ipse quoq; in pectore percussus, cadit, uixq; à morte per suos liberatur. At Siculis ulterius hostem insequentibus, ad dextrum quidem latus eorum, qui Dionysij partes sectabantur plures quàm sexcenti ceciderunt: plurimi uero abiectis armis suis aufugerũt, inter quos ipse quoq; Dionysius, pręter loricam, nihil ex armatura sua seruauit. Post hanc sanè cladem acceptam Agrigentini & Messanenses relictis Dionysij partibus ad libertatis uindices sese transferunt, deficientes à tyrãni societate. Pausanias autem Lacedęmoniorum rex accusatus à ciuib. aufugit, postq; regnasset annos 14. cuius regnum post ipsum filius eius Agesipolis quasi per manus accepit, qui regni sui annos cum patris æquauit. Tum quoque Pausanias Ma

nias Macedonum rex ab Amynta, quod malè annũ unum regnasset, occisus, uita sua functus est. Cuius post ipsum regnum occupauit Amyntas, & annos regnauit 24. Hoc anno finito. Demostratus summi Magistratus dignitatem Athenis accepit. Romæ autem sex tribuni militum consules electi remp. administrabãt: scilicet Lucius Titinius, P. Licinius, P. Melæus, Q. Manlius, Gn. Genucius, & Lucius Atilius. Dum hi igitur consulatu Romæ fungerentur, Mago Carthaginensium dux in Sicilia hærebat, res Carthaginensium ab accepta clade reficere studens, ut erat magna uiri humanitas erga ciuitates sibi subiectas, qui eos quoq; familiariter excipiebat quos oppugnaret Dionysius. Hic igitur cum multorum in Sicilia familiaritatem sibi contraxisset, & fœdus cum eis pepigisset, necnon copias suas auxisset, expeditionem aduersus Messeniam suscepit. Qua quidem regione deuastata, & magnam prædã nactus, inde discessit, & contra Abacænum oppidũ castrametatus est. Cui quum Dionysius cum omnibus copijs suis superueniisset, instructa acie, & graui commisso prælio, Dionysius uicit, in quo sanè conflictu Carthaginenses pluribus 800. amissis in urbem aufugerunt. Tunc Dionysius inde Syracusas soluit. Post aliquot uerò dies cum 100. triremib. inde soluens aduersus Rheginos exercitũ duxit. Quos cũ de improuiso nocte obruisset, urbis portas primùm incendit, & muris scalas admouit. Ibi tum Rhegini, primùm quidẽ pauci ad auxilia ferenda excurrens flammam extinguere conabantur. Postea uerò cum Eloris dux accessisset, & ut relicto nunc incendio hostem propulsarent consuluissent, urbem inuictam seruarunt. Nec enim pauci ipsi circa incendiũ occupati prohibere hostem quo minus urbẽ inuaderet, potuissent. Non tamẽ grassari omnino flammam sinebant, sed asportatis ex domibus propinquis sarmentis & lignis maiorẽ flammæ impetum compescebãt, donec tota populi multitudo in armis congregata uiribus communibus opem ferret. Dionysius itaq; hoc quidem loci irruptionis spe frustratus, agrum eorum peruadere, igne & ferro cuncta uastare cœpit. Postea uerò unius anni inducijs factis, Syracusas nauigauit. At Græci Italiæ partes inhabitãtes postquam animaduertissent Dionysij auaritiam & cupiditatem ad se quoq; suamq; regionem extendi, nouũ fœdus inter se pepigerunt, & locum publicum commitijs habendis, constituerunt. Sperabant enim se facilè Dionysiũ propulsuros, ut in uicinis Lucaniæ locis habitantes superaturos, quoniam illi bello tum eos infestabant. At fugitiui quidam & exules qui iam antea Lechæum Corinthi nauale occupauerant, à quibusdam inducti mœnia eorum inuadere admoliebantur. Aduersus quos cum Iphicrates opem tulisset, 300. ex ijs amissis ad nauale reliqui fugierunt. Post dies uerò aliquot ex Lacedæmoniorũ copijs pars quædam Corynthiarum agrum peruadere, quos Iphicrates & alij ex fœderatis obruentes plerosq; occidunt. Ex scutatis quoq; commisso cum eis propè urbẽ prælio Iphicrates plus 300. occidit. Post hæc aũt aduersus Sicyonem ipse ꝓficiscitur. At Sicyonij in acie aduersus eũ constituti, amissis ante mœnia circiter 500. intra urbem fugerunt. Hisce transactis Argiui armis probè instructi cum omnibus copijs suis aduersus Corinthum profecti, & ipsam urbem cœperunt, & arcem occupauerunt. Quam urbem postquam sibi ut propriam uẽdicassent, totum quoq; Corinthiorum agrum Argiuis subiecerunt. Conatus est autẽ Iphicrates Atheniensis inuadere quoq; & occupare fertilẽ illam regionem, † quæ res uictui necessarias uniuersæ Græciæ suppeditabat. Sed populo prohibẽte magistratu sese abdicat in cuius locũ subrogatus ab Athenienſib. Chabrias dux Corinthum mittitur. Nunc de gestis in Macedonia: Amyntas Philippi pater, Illyrijs Macedoniã inuadentibus urbe pulsus est, qui quum de recuperando imperio spem omnem abiecisset, agrum Macedoniæ finitimum Olynthijs donauit, tum demum regno ipse prorsus excidit. Non multò uerò post à Thessalis accitis, & imperio præfectus annos regnauit 24. Sunt tamẽ qui dicãt post

Amyntas Rex Macedonum.

Dionysius Magonem uincit.

Dionysius Rheginos aggredi tur.

Græci Italiæ aduersus Dionysium conspirant.

† ὧν τὴν πλείστην ἐσαν εἰς τὸν ἑλλάδα ἡγεμονίαν.

De Amynta Philippi patre

pulsum Amyntã, Argæũ annos duos Macedonibus imperitasse, postea in regnũ Amyntã restitutũ esse. Eodem tẽpore & Satyras Spartaci filius Bosphori rex, regni sui anno 14. mortuus est. Cuius regnũ post ipsum accepit filius eius Leuco, regnauit is annos circiter 40. Nunc de gestis in Italia: Romanis undecimum iam annum Veios oppugnantes uniuerso quidẽ exercitui Marcũ Furiõ, equitatui uerò Pub. Cornelium præfecerunt. Illi igitur eductis uniuersis copijs suis, Veios obsidione cingunt, urbẽ demolitis mœnibus capiũt, captiuos abducunt, uiros & reliquã prædã sub hasta uendũt. Dux postea summus Romã cũ uictoria reuersus, solenni põpa triumphũ egit. Ibi tam populus Romanus, delecta sibi decima spoliorũ parte, aureũ inde cratẽrẽ factũ Apollini Delphico dedicârunt. Legati aũt Delphos ad offerẽdum Apollini poculũ asportantes in Lipararos quosdã prædones incidunt, à quibus capti in Liparã abducuntur. Timasitheus aũt Lipareorũ dux, prædonũ hoc facto cognito, legatos liberauit, & omne eis auriũ reddens, Delphos illæsos eos dimisit. Illi igitur delato Delphos cratẽre, & inter reliquũ thesaurũ in medio tẽpli eo depositio, Romã reuersi sunt. At populus Romanus audito ex legatorũ relatu hoc Timasithei beneficio, quod ei fecisset, sinẽ mora cõmuni consensu constituto ei publico apud eos diuertendi loco honorate eũ decreuerunt: Nec non cũ post annos 137. Lipara inuasissent, quicunq; ex Carthaginẽsib. ad Timasitheũ genus suũ referrent omnes eos ab omni censu & tributo immunes dimiserũt, ac libertate donauerunt. Anno aũt post uictos Veios proximo Athenis quidem Philocles imperauit: Romæ aũt ex militũ tribuni consulârẽ potestatem tenebant, uidelicet Publius Sextus, Cornelius Crassus, Cæsõ Fabius, Lucius Furius, Q. Seruilius, & M. Valerius. Eodẽ anno Olympias supra nonagesimã agebatur septima. Porrò circa idẽ tẽpus Athenienses electũ ducẽ Thrasybulũ cũ 40. triremibus miserũt. Hic igitur cum in Ioniã primũ nauigasset, accepto à socialibus cõmeatu, inde rursus soluit, & circa Cherronesum aliquandiu hærens, Medocũ ac Seuthẽ Thracũ reges societate sibi coniunxit. Paulò post relicta Hellesponto in Lesbũ nauigationẽ instituit. Exorta aũt magna uẽtorum tẽpestate 23. triremes periêre. Ipse cũ reliquis uix saluus euasit. Seruatus Lesbi urbes inuadere statuit. Iam enim omnes, præter Mitylenen, defecerant, ac primũ quidẽ contra Methymnã exercitũ ducens, cũ urbis eius incolis Therimacho Spartano duce eorũ, prælio cõmisit. Qua sanè pugna feliciter Thrasybulo gesta, non pauci ex Methymneis unà cũ duce Therimacho ceciderunt. Reliquis uerò intra mœnia conclusis totũ ipse Methymnæorũ agrũ uastare cœpit. Ereum aũt, & Antissam per cõpositionẽ accepit. Post hæc collectis nauibus à fœderatis Chijs & Mitylenensibus, Rhodum uersus nauigauit. Carthaginenses aũt à clade, quã circa Syracusas acceperant, paulatim seipsos reficientes, rebus circa Siciliã summo studio incumbendũ censuerunt. Postquã uerò ut res armis quoq;, si aliter geri non posset, tentarẽ decreuissent, cũ paucis obiongis nauibus transierũt, & ex Libya ac Sardis copias secũ abduxerũt. Quin ex Italia quoq; barbaros quosdã non minus, q; octoginta millia, quos probe, publico habito sumptu, armis instruxissent in Siciliam duce Magone trãsmittunt. Mago itaq; peragrata. Sicularũ regione urbes pleraspq; ad defectionem à Dionysio cõpulit. Postea in Apyrenæorũ regione iuxta Chrysam fluuiũ prope uiã qua Morgantinã itur, castrametatus est. Cũ uerò Agyrenæos in fœdus suũ pertrahere non posset, & hostiũ copias Syracusis magnis conatibus accedere audiuisset, relicto loco uiã unde uenerat abijt. At Dionysius postquã audiuisset Carthaginenses per mediã Siculorũ regionẽ iter facere, sine mora collectis quotquot poterat ex Syracusis, & mercenarijs militibus (collegerat aũt circiter 20. millia) exercitum aduersus eos magnis conatib. ducit. Cũ uerò iã non procul ab hostib. se abesse cognouisset, legationẽ ad Agyrim Agyrinæorũ principẽ mittit, qui inter Siculos tyrannos summã posti Dionysiũ potestatẽ tenebat;

Romani Veios uincunt.

Gratitudo.

Thrasybuli Athenienſis expeditio.

Magonis in Siciliam expeditio.

Dionyſius cũ Agyri ſocietatem coit.

tenebat. Nam non solum Agyrinæorum ciuitati, sed omnib. ferè circumiacentibus castellis, oppidulis, & arcib. dominabat. Erat quoq; tũ tẽporis cum ipse præesset, ualdè populosa Agyrinæorũ urbs: habebat enim ciuiũ non pauciores ℔ 20000. Sed & diuitiarũ, ut sunt pecuniæ, frumẽti & reliq cõmeatus, magna copia, quæ sufficere tãtę hominũ multitudini potuisset, in arce summa reposita erat: quas copias Agyris ciuib. occisis ditissimis collegerat. Dionysius itaq; cũ paucis urbẽ ingressus, Agyri ut fœdus secũ inire uelit, persuadet, se enim finito bello, & prælio cõtra hostes feliciter gesto, magnã finitimæ regionis partẽ traditurũ ei pollicebat. Ibi tũ Agyris primũ quidẽ frumento & reliquo cõmeatu Dionysij copijs benignè & animo prõpto subuenire: postea eductis uniuersis copijs suis cũ Dionysio uires cõiungere, cõmune contra Carthaginenses bellũ agere. At Mago in hostiũ terra incognita militãs, necnõ rebus necessarijs penitus destitutus, magnũ incommodũ patiebat. Nã qui Agyrim ducem sequebant loci eius omnes gnari & periti per insidias sæpe hostes circũuenire & decipere necnon omnẽ cõmeatum ab ijs auertere. Syracusanis aũt prælio nũc rẽ tentandã, & hostes ꝓuocandos esse suadentib⁹ cõtradicere Dionysius, non decere clamitans, ꝙ minori incõmodo & periculo fieri possit, grauiori id tẽtare. Nã uel sine omni periculo & cæde Barbaros extrema rerũ omnium penuria laborãtes paulatim cõsumi posse aiebat. Quo sanè Dionysij cõtradicendi studio Syracusij grauiter offensi, castra eius reliquerũt. Vnde nõ mediocriter perturbatus fuit Dionysius. Post hæc Carthaginenses legatos ad Dionysium pro pace impetrãda mittũt, quorũ petitionẽ cũ Dionysius audiuisset, pacẽ cũ Carthaginensib. inire decreuit. Erãt aũt hæ pacis cõditiones: ut ipsi quidem uicinis sibi undiq; locis dominarentur, sub Dionysij uerò imperiũ Siculi omnes referrent, & ut Tauromeniũ quoq; occupare Dionysio liceret. Quo quidẽ fœdere inter ipsos pacto, Mago cũ exercitu suo inde soluit. Dionysius aũt occupato à se Tauromenio plerosq; ex Siculis, qui illic habitabant, expulsos inde in exiliũ misit. Cũ suis uerò mercenarijs militib. non tamẽ nisi quib. maximè opus habebat, & quos ad bellũ idoneos ualdè nouisset, electis, habitare illic cœpit. Hactenus quæ in Sicilia. In Italia aũt Romani Phalerorũ gentis Philiscũ oppidũ expugnauerũt. Hoc anno reuoluto Athenis quidẽ Nicoteles imperium tenebat, Romæ uerò tres Chiliarchi consulari dignitate fungebant, scilicet Marcus Furius, C. Aemilius, & Catulus Berus. His tũ Romæ consulatu fungentib. Rhodij, qui Lacedæmonijs fauebant, aduersus populũ insurgentes, omnes eos, qui Athenien sib. adhærebãt, urbe eijcere conati sunt. Illis igitur armis utrinq; concurrentibus, & prælio rem agere tentãtibus, Lacedæmoniorum socij magna facta strage uicerunt: quotquot uerò euasissent, proscripserunt. Postea missa statim ad Lacedæmonios legatione, opem sibi ferri postulauerunt. Metuebant enim ne nouę seditionis authores ciues aliqui essent. At Lacedæmonij septem sine mora triremes in auxilium eis mittunt, & uiros unà tres insignes, dignitate eminentes, qui reb. cunctis agendis duces essent, scilicet Eudocimum, Philodocum, & Diphilã. Hi igit Samũ primum delati, ad defectionẽ ab Athenien sib. eos cõpulerunt. Postea in Rhodum nauib. peruenientes, rebus illic cõponendis omnẽ curam impenderunt. Lacedæmonij autem rebus sibi prosperè succedentibus mare denuò occupare decreuerunt: nam ab eo tẽpore paulò pòst ad iustam classis multitudinem socios iterum ad se pertraxerant. Illi igitur mare ingressi in Samum primum, postea in Gnidon & Rhodũ nauigauerunt, undiq; locorum naues & fortissimos quosq; classiores (ut uocant) milites ad se assumentes, uiginti septem triremes magnificè instruxerunt. Agesilaus uerò Lacedæmoniorum rex, postquam Argiuos circa Corinthum hærere audiuisset, copias suas, paucis domi relictis, sine mora educere, Argiuorum terram uniuersam inuadere loca undiq; occupare, omnia diripere: regione denique uniuersa succisis undique ar-

Agyrinæa urbs.

Dionysius cum Magone pacẽ facit.

Φιλαικῶν ἔθνος.

Rhodiorum seditio.

τὼν Λάκων.

Agesilaus Argiuorum agros uastat.

Euagoras Salaminius.

boribus deuastata, in Spartam inde discessit. In Cyprum uerò Euagoras Salaminius. (Erat is uir stemmatis nobilitate clarissimus. Nam maiores eius Salamine olim summo magistratu multis annis defuncti fuerant. Ipse uerò per quasdam superioribus temporibus seditiones ejectus inde, & expulsus fuerat) Hic in quã quum illùc cum paucis uenisset, ciuitatis eius principem Abdemonem Thyrsium, Persarum regi amicum, ejecit: ipse postea urbẽ inuadit & occupat. Postquàm igitur Salamine aliquandiu regnasset (quæ urbs ut erat omnium in Cypro maxima, ita quoq; potentissima) breui temporis spatio magna diuitiarum copia locupletatus, & ualde hominũ multitudine auctus, totam eam Insulam sub potestatem suam redigere conatus est. Quum itaq; eius Insulæ urbes plerasq;, partim ui cœpisset, partim pollicitationib. ad se pertraxisset, reliquas quoq; facilè sub suum imperium redegit. Amathusij uerò Solŋ, & Citenses bello se ei opponere uolentes, legationem ad Artaxerxem Persarum regem pro auxilio & ope sibi ferenda mittunt. Euagoram quod Agyrim regem, socium Persarum occiderit, accusant, & Insulam se cum illo occupasse confitentur, Rex autem partim quidẽ nolens Euagoram tantum pro

Cypri præstantia.

ficere, partim uerò cogitans secum eam esse Cypri Insulæ præstantiam, ut uel sola ingentem naualẽ classem suppeditare posset, & totius Asiæ quasi propugnaculum esse, societate sibi coniungere eos decreuit. Dimissis itaque legatis statim ipse maritimas undiq; ciuitates & reliquarum quoq; ciuitatum præfectos per epistolas hortatur ut triremes instruant, & quæcunque ad classem requirant cuncta quã diligentissimè apparent. Hecatomno autem Cariæ præfecto ut exercitum aduersus Euagorã ducat imperat. Ipse interim ad superioris prouinciæ ciuitates commeans, magnis collectis copijs in Cyprum trãsit. Et hæc quidem in Asia gesta. In Italia uerò Romani pace cum Phalíscis confirmata aduersus Aetolos bellum gesserunt, & quartò eos aggressi sunt, in Sutrium impressione facta, ex Verregina autem oppido ab hostibus ejecti sunt. Hoc quoque anno lapso Athenis imperauit Demostratos. Romę uerò Lucretius, & Seruilius Coss. consulatu fungebantur. Circa idem tempus Artaxerxes accersito Strutha duce magnis copijs trans maria in eum mittit, ut contra Lacedæmonios bellum gereret. Spartani uerò de aduentu eius certiores facti, Thimbronem ducem in Asiam mittunt. Is londa loco occupauit, & Coressum altum montem, qui ab Epheso stadijs 40. distat. Hic igitur

Thimbro Lacedæmonius in Asiam profectus occiditur.

8000. militum habens unà cum his quos in Asia collegerat, aduersus regis regionem profectus, cuncta uastare cœpit. Strathas uerò magnum barbaricum equitatum secum ducens, & milites probè quidem armatos 5000. leuis autẽ armaturæ plus 20000. non procul à Lacedæmonijs castrametatus est. Thimbronem tandem cum aliqua suarum copiarum parte egressum, si quam prædam magnam nancisci posset, Struthas cum copijs suis accedens obruit, & pulso commisso milites plerosq; cum duce Thimbrone occidit, reliquos uiuos cœperunt. Pauci uerò in custodiam fugientes seruati sunt. Thrasybulus autem Athenienſium dux ex Lesbo, Aspendam cum classe aduectus, triremes suas in Eurymedontem fluuium impulit. Accepta inde ab Aspẽdijs pecunia, quidam ex militibus regionem tamen uastabant. Quam quidem iniuriam

Thrasybulus occiditur.

Aspendij ægrè ferentes, insidias noctu Athenienſibus struunt, Thrasybulum unà cum alijs quibusdam occidunt. Vnde Athenienſium Trierarchi non mediocriter perterrefacti, sine mora nauibus impletis in Rhodum nauigauerũt. Cumq; urbs defecisset, & nacti essent qui aufugerant quodnam castellũ, bello lacessere eos qui in urbe erant cœperunt. Athenienses uerò audita Thrasybuli morte, Agyrium ducem cum copijs emittunt. Et hæc quidem sunt, quæ in Asia gesta feruntur. In Sicilia autem Syracusarum tyrannus Dionysius totius Insulæ imperium occupare, nec non qui in Italia erant Græcos ad se pertrahere festinans, commune inter ipsos bellum in aliud tempus prorogãdum censuit,

censuit. Itaq; firmata apud se sententia, Rheginos omnium primum tentandos esse, eo quòd urbs eorum quasi propugnaculũ esset totius Italiæ, relictis Syracusis, copias suas eduxit. Habebat autem pedites quidem uiginti millia, equites autem mille, naues uerò centum & uiginti. Transmisso itaq; exercitu ad Locridis fines, inde per mediam terram iter faciens, totam Rheginorum regionem igne & ferro uastare cœpit. Simul autem & classis ab altera parte mari incumbebat. Deniq; cum omnibus copijs iuxta traiectũ castrametatus est. Verùm Itali audito Dionysij in Rhegium transitu, sexaginta naues ex Crotone quàm celerrimè in auxilium Rheginis miserunt. Quas cũ præternauigantes Dionysius animaduertisset, cum quinquaginta nauibus obuiam eis iit & fugientes quidem ipsos in terram non segnius insequi perrexit: naues eorum à littore auulsit, parumq́ abfuit, quin simul omnes unà cum sexaginta triremibus capti fuerint, nisi Rhegini cum uniuersis copijs suis in tempore eis succurrissent. Illi enim ingenti telorũ multitudine facilè Dionysium à littore arcebant. Exorta uerò magna uentorum tẽpestate, Rhegini quidem naues suas ad littus trahebant. Dionysius autem infeliciter sibi pugna gesta unà cũ septem nauibus, uiros nõ pauciores mille quingentos ante Rheginum amisit. Rhegini autem nautas quamplurimos in mari nauibus dissipatis eiectos uiuos cœperunt. Porrò Dionysius ad Penteros nauigans, sæpe ex fluctuum impulsioni periclitatus, uix tandẽ circa mediã noctem ad portum euasit. Iã uerò hyeme instãte, pacto cum Lucanis fœdere, copias suas Syracusas abduxit. *Dionysius Rheginis bellũ infert.*

Post hæc autem Lucanis ad Thuriam regionem spoliandam excurrentibus, Thurij socijs suis nunciant, ac sine mora in armis omnes concurrunt. Nam Græcanicæ per Italiam urbes hoc in fœdere suo habebant, ut si ex Lucanis ali qui regionem hostiliter inuaderent, aduersus eos commune omnes auxilium ferrent. Sin urbs aliqua copias ad commune auxilium suppeditare nollet, urbis eius duces morte plecterentur. Quapropter quamprimum Thurij tabellarios suos hinc inde ad urbes socias de hostium aduentu misissent, omnes sine mora expeditionem adornabant. Ipsi uerò Thurij prius copias suas educentes, nec sociorum multitudinem expectantes, aduersus Lucanos profecti sunt. Habebant autem peditum quidem plus quadraginta millia, equites uerò circiter mille. At Lucani de hostium aduentu certiores facti, in suam regionem abiuerunt. Thurij autem celeriter Lucaniam adorti, primùm quidem præsidio expugnato, & magnam prædam nacti, nõ aliud egerunt, quàm si sui ipsorum perniciei escam cœpissent. Nimium enim propter successum elati, per loca angusta ac præcipitia iter non sine magno incommodo faciebãt, uolentes subito populum & urbem prædiuitem oppugnare. Quum uerò in cãpum quendam altis ac præcipitibus collib. cinctum uenissent, ibi tum Lucani uniuersis copijs suis eos cingẽtes, omnem eis in patriam redeundi spem adimunt: ac inopinantibus in colle aperte sese ostendentes eos perterruerunt, tum propter ingentes hostium copias, tum propter loci in quo hærebant difficultatem. Habebãt enim Lucani peditum quidem triginta millia, equites uerò non pauciores quatuor millia. Græcis itaq; in tãtum præter omnem spem & opinionem periculũ constitutis, barbari in uallem ad eos descendunt, prælium q́ cum eis committũt. At uictis à Lucanorum multitudine Italis, plures quàm mille eorum occisi sunt. (præceperant enim iam antea Lucani, ne quem uiuum caperent.) reliqui autem partim ad collem quendam mari imminentẽ confugiebant, illi uisis quibusdam præterlabentibus oblongis nauibus, quas Rheginorum esse putabant, ad mare refugium illic suum petentes, sese conferebant, & quinq; triremibus traijciebant. Erat autẽ classis illa præternauigans Dionysij tyranni. Dux eius classis fuit Leptines Dionysij frater, ad opẽ ferendam Lucanis missus. Hic igitur Leptines humaniter hos ad se tãquam tutissi- *Lucani Thuriorum agrũ inuadunt.*

mum portum traiectos suscipiens ad littus classem appellere iussit, Lucanos, accessit persuasit eis, ut argenti pondo à singulis horum captiuorum acciperent (erant autem eorum circiter mille) seipsum quoq; persoluendæ eius pecuniæ fidei iussorem offerebat. Deniq; omnis ipse litis arbiter, pacem inter Lucanos & Italos constituendam persuasit. Quo Hercle facto magno Leptines & gloriam & laudem apud Italos consecutus est, quæ ei non mediocriter profuit. Dionysio autem non ex animi sui sententia res ea cessit. Sperauerat enim Dionysius se, deuictis à Lucanis Italis, facilè deinceps summa in Italia rerum potiturum, quod tamen, amissa ea occasione difficile deinceps fore sciebat. Quapropter officio suo Leptinem priuauit, Thearidem aũt alterum fratrem classi in locum eius præfecit. His ita gestis Romani Vectiorum agrum sorte partiti sunt, quaternis iugeribus, aut ut alij uolunt uicenis octonis uiritim distributis. Pugnantes autem aduersus Aequos, Liflum oppidum ui cœperunt. Deficientibus autem Velitrinis, bellum aduersus eos mouerunt. Defecit aũt à Romanis & Satricum, & in Cercios coloniam miserunt. Anni autem tẽpore lapso, Athenis imperauit Antipater, Romæ uerò consulatu fungebant Lucius Valerius, & Aulus Manlius. Eodem tempore Dionysius Syracusarum tyrannus suam declaraturus potentiã, in Italiam expeditionem instituens, cum maximis copijs ex Syracusis profectus est. Habebat autem peditum quidem plus 20000. equites uerò circiter 3000. Naues autem, oblongas quidem 40. frumento autem onustas, non pauciores 300. ac quinto die cum Messanem peruenisset, copias in urbe reficit, & fratrem Thearidem in Lipareorum insulis cum 20. nauibus reliquit. Audiuerat enim 10. Rheginorum naues in locis ijs esse. Thearides itaq; profectus inde & Rheginorum illam decem nauium classem insequens, oportunis quibusdam in locis, nauibus ijs cum uiris potitus est. Et statim inde Messanam ad Dionysium reuertitur. Ibi tum Dionysius, coniectos, quos cœperat Thearides, in uincula, Messanenses, custodiẽdos tradidit. Ipse transmisso ad Cauloniam exercitu, urbem eam oppugnare cœpit, & omnibus adductis machinis, magnos in eam impetus faciebat. At qui in Italia erant Græci quum audiuissent Dionysij copias finum intermedium traiecisse, ipsi quoq; exercitum colligere, Crotoniatis, uerò ut quorum urbs & per se populosa, & crebro Syracusanorum exulum accursu ualde aucta esset, summum belli ducatum tradiderunt. Ibi tum Crotoniatæ maximis sibi copijs undiq; collectis, Elorim Syracusanum sui exercitus ducem elegerunt. Ideò autem hunc præ alijs eligendum censuerunt, quod, quum à Dionysio in exilium esset eiectus, propter odium quod aduersus Tyrannum conceperat, summam eum habiturum pugnandi audaciam, adeoq; fidem præstiturum existimarent. Postquàm igitur sociales in Crotonem omnes conuenissent, & exercitum Eloris arbitrio, suo instruxissent, cum omnibus copijs uersus Cauloniam tenditu ratus, & obsidionem hostes ad eius aduentum relicturos, & facilè se cum defatigatis & tantum non expugnatis iam hostib. cõgressurum. Habebat autem in uniuersum pedites circiter 25000. equitum uero circiter duo millia. Peracta iã eis magna itineris parte, & iuxta Elorim fl. castrametãtibus. Dionysius relicta obsidione ab urbe discessit, & Italicis obuiam perrexit. Eloris autem relictis post se copijs, cum 500. ex fortissimis præibat. Dionysius cum adhuc ab hostib. abesset stadia circiter 400. ex aduerso eis castrametatus est. At per exploratores paulò pòst certior factus, quod in propinquo hostes essent, summo mane copias suas producit, facto uero pleno die, paucis quos Eloris secum ducebat, occurrens, repentè cum eis prælium committit. Nã instructum habens exercitum nihil cunctandum sibi cũ hostib. putabat. Eloris aũt in magnã inde desperationẽ ueniens, ipse tñ cum præstantissimis quos secum habebat pugnã sustinet, ex amicis uerò in castra quosdam mittit,

Leptines ob re dè factã, multatus.

Dionysij expeditio in Italiam.

Elorim Syracusanum ducè eligunt Crotoniatæ.

mittit,ut copias omnes summa eum festinatione educant. Quibus mandatum accelerantibus,Itali audita ducis sui & eorum quos secum habebat,periclitatione,celeri cursu ad opem eis ferendam omnes excurrunt. At Dionysius uehementer copijs suis incumbens, Elorim unà cum alijs fermè omnibus fortiter admodum pugnantibus,occidit. Nam Italis præ summa festinatione sine ordine sparsim ad auxilia ferenda excurrentibus, Siculi in ordine constituti facilè eos uincere potuerunt. Cæterùm audita ducis sui morte Itali,in se inuicem propter tumultum ruentes, magnum damnum populo amisso passi sunt,tandem uehementer afflicti,sese conuerterunt. Multis uerò in reditu per campum sublatis,reliqua multitudo ad Collem quendam confugit,ab expugnatione quidem tutum,sed aqua prorsus destitutum, ut facilè esset hostibus uel siti eos expugnare. Hunc itaq; Dionysius obsidione cingens, & custodijs magna cura & prouidentia distributis, totum eum diem & noctem in armis uigilando consumpsit. Postero die grauiter ijs qui ad Collem confugerant, affectis tum propter æstum,tum propter aquæ inopiam, missa ad Dionysium legatione,ut redimere se precio aliquo liceat,rogant. At ille non mediocriter rebus secundis utens,præcepit eis,ut armis omnes depositis, seipsos sibi tanquàm uictori supplices dedant. Quod quum factu admodum difficile eis uideretur,aliquandiu adhuc tolerantes perstiterunt. Verùm naturali necessitate oppressi,& corporibus eorum siti æstuq; prorsus languidis, se tandem circiter octauam diei horam dedêre. Dionysius autem uirga accepta,captiuos descendentes ex colle numerabat,erant autem eorum plures decem millia. Quibus omnibus malè sibi à Dionysij crudelitate metuentibus diuersum omnino accidit:æquissimus enim ac clementissimus eis postea compertus est. Nam captos illos omnes,absq; omni redemptionis precio dimisit,& cum pluribus tum ciuitatibus pace constituta,suo singulas iure & legibus uiuere permisit. Quo hercle facto magnam Dionysius apud omnes laudem meruit, aureis quoq; Coronis honoratus ab ijs fuit. Nam factum illud uisum est omnium eorum quæ in uita sua gessit,memoria honesta dignissimum. Porro aduersus Rheginum oppidum,propter negatas sibi nuptias,expeditionem suscepit,& instruxit ad obsidionem exercitum quę res illos in magnam trepidationem adduxit. Nam nec socios,nec iustum,ad committendum prælium,exercitum habebant. Ad hæc sciebant quod urbe per uim capta,nec misericordiæ,nec precibus ullus locus reliquus esset. Quaptopter missa ad eum ex omnium sententia,legatione,ut humaniter cum ipsis susceptis agere, nec durius de quoq; eorum statuere uelit,rogant. Et Dionysius constituto precio trecentorum talentorum,& nauibus eorum omnibus ablatis,quę numero erant septuaginta,cętum insuper obsides dari sibi iussit. Quibus datis aduersus Cauloniam profectus est. Hos quoq; deuictos inde Syracusas secum ad habitandum illic,abduxit,& constituta eis Reip. forma, quinq; annorum immunitate eos donauit. Destructa postea urbe Caulonia agrum eorum Locrensibus donauit. Cæterùm Romani capto Liphæco Aequorum gentis oppido, magnos ludos ex Consulum uoto Ioui persoluerunt. Reuoluto hoc anno Athenis quidem imperauit Pyrrhias,Romæ uerò 4. tribuni cõsulatu fungebantur, nempe Lucius Lucretius,Seruilius Sulpicius,C. Aemilius, & C. Ruffus. Olympias autem octaua supra nonagesimam acta tum est, in qua Sosippus Atheniensis uicit. His imperio præfectis, Dionysius Syracusanorum tyrannus in Hipponium cum copijs suis profectus, oppidi eius incolas secum Syracusas facta migratione abduxit. Vrbe uerò eorum subuersa,agrum distribuit. Vt enim magno benefaciendi Locrensibus studio tenebatur,propter concessas sibi ab eis nuptias, ita contrà pœnam de Rheginis sumere propter negati

Eloris occidit.

Dionysius capos Italos liberaliter dimittit.

Rhegini Dionysio se dãt.

Caulonia.

Dionysius aduersus Rhegi-nos occasionè quærit.

sibi matrimonij contumeliam ex animo optabat. Quondam enim missis ad eos legatis, concedi sibi postulauerat, ut ex magnatum uirginibus uxorem sibi duceret. Tum Rheginos publicum Legatis responsum dedisse fertur: quod non ei liceat nisi plebeij alicuius filiam ducere.

Quam contumeliam grauiter admodum ferens (uidebatur enim ei responsum ratis contumax & superbum) de ulciscendo sedulo cogitauit. Anno enim superiore pacem cum eis constituerat, non quod tanti eorum societatem & amicitiam faceret, sed naualem classem 70. triremium auferre ab eis sub prætextu illo uolebat. Existimabat enim sublato eis iuxta mare præsidio, urbem se facile obsessurum, Quapropter in Italiam sæpius commeans, excusationem ita aliquam rationi consentaneã quærebat, quò minus uiolasse temerè fœdus uideretur. Deductis itaq; ad mare copijs, quæcunq; ad trajiciendum requirerentur parari uidebat. Et primùm quidem à Rheginis commeatum petebat, se enim quicquid ei dedissent, prima quaque occasione ex Syracusis redditurum pollicebatur. Hoc autem propterea faciebat, ut si dare ei detrectassent, iustam urbis eorum subuertendæ occasionem habere uideretur. Sin uerò darent, ut absumpto hoc pacto omne eorum frumento, facilè eos deinceps propter egestatem & penuriam obsidione expugnaret. Illi autem nihil horũ uel suspicantes, uel metuentes primùm quidem liberaliter quotidie alimentum suppeditabant.

Quum uerò diutius illic moraretur, nunc aduersam ualetudinem, nunc uerò alias res prætexens, tandem cognito eius fuco, alimentum exercitui eius dare amplius noluerunt. Ob quam rem indignari se simulans Dionysius,

Dionysius Rhegium obsidet.

Obsides confestim Rheginis reddit: Vrbem eorum obsidione cingit, & magnos quotidie impetus in eam facit. Noua quoque ut multa, ita admirandæ magnitudinis machinamenta, quibus mœnia deijcere posset, parauit, quibus muros concutiens, urbem per uim capere conabatur. At Rheginí Phytone duce sibi electo, omnes quotquot per ætatem poterant, arma ferebant. Custodias suas diligenter muniebant, ac temporibus oportunis egressi, hostium machinas incendebant. Hi igitur sæpe pro patria egregiè pugnantes ante mœnia, & hostium iram incenderunt, & multos suorum amiserunt, nec paucos Siculorum occiderunt. Quin ipse quoque Dionysius lancea à quodam pubem circa transfossus, morti fuit proximus, difficulterque uulnere sanato, euasit. Diutius autem obsidione durante propter incredibile illud Rheginorum conseruandæ libertatis studium Dionysij quoque copiæ, à quotidianis illis insultibus, & urbis subuertendæ studio indefesso, nihil remittebant, nec enim à proposito suo quicquàm cedere Dionysius uolebat.

Dionysius quadrigas & cantores mittit ad Græcos ludos

Olympiorum uerò tempore instante, misit pro certamine habendo quadrigas ut multas, ita celeritate alijs omnibus præstantes, misit quoque pro Panegyricis ludis scenas auro artificioque præciosas. Accersiuit denique Cantores, quos mitteret, præstantissimos, qui poëmata eius in Panegyri accinentes, magnam Dei laudem & gloriam pararent. Erat enim Poëticæ ualde studiosus. Hisce omnibus tanquam procutorem, quem unà mittebat, præfecit fratrem suum Theariden. Qui quum in Panegyrim uenisset, in magna est habitus existimatione tàm propter scenarum pulchritudinem, quàm quadrigarum multitudinem. Postquàm autem Cantores recitare Dionysij poëmata cœpissent, primùm quidem propter histrionum uocis suauitatem ingens hominum multitudo concurrit, qui omnes admirabantur. Postea uerò quum poématum uitia animaduertissent, non minus deridere Dionysium cœperunt, & adeò contemnere, ut quidam eorum etiam scenas dis-

rumpere

rumpere ausi fuerint. Nam Lysias quoque Rhetor, qui in Olympijs tum erat, multitudinem hortabatur, ne sacris ludis admitterent ab extremæ impietatis Tyranno missa spectacula, cum quidem Panegyricam à se scriptam oratione populo recitauit. Finito autem Olympico certamine, accidit forte fortuna ut Dionysij quadrigæ partim à cursu excíderent, partim in se inuicem impulsæ, contererentur. Parum etiam abfuit quin nauis quoque, qua redeuntes à certamine in Siciliam spectatores uehebantur, procul ab Italia ui uentorum depulsa, Tarentum compelleretur. Vnde nautas fertur saluos Syracusas reuersos, passim per urbem rumorem sparsisse, non solum histriones, sed & ipsas quadrigas unà cum naui propter carminum uitia eiectas esse. At Dionysius audita poëmatis sui irrisione, non quidem à poëtica animum suum abiecit: has nimirum assentatorum oratione confirmatus: In omnibus (inquit) rebus præclarè gestis ita habere se solet, ut, etsi diu inuidi eas calumniati sint, postremò tamen ij ipsi admirari eas & deprædicare cogantur. Porrò Romani aduersus Volscos circa Gurasceum exercitu suo instructo magnam hostium stragem fecerunt. Post hæc anni spacio finito Athenienſibus imperauit Theodotus, Romæ sex Tribuni consulari potestate remp. administrabant, nempe, Quintus Cæso, Fabius Seruilius, Publius Cornelius: His imperio tum præfectis Lacedæmonij bellum gerentes tùm aduersus Græcos, tùm cõtra Persas, magnam stragem passi, classium suarum præfectum ad Artaxerxem pro pace mittunt. Hic igitur causa, ob quam missus erat, apud Regem exposita, tale à Rege responsum accepit: Hisce se conditionibus pacem cum eis facturum, ut omnes in Asiæ Græcanicæ urbes sub Rege sint cõstitutæ, reliqui uerò Græci omnes suo iure uiuant, & legibus proprijs utantur. Quo responso Lacedæmonij audito, ad tempus quieuerunt, nec enim omnes recipere conditiones eas uolebant, sed bellum aduersus eum suscipere satius multis uidebatur. Athenienses uerò & Thebani, nec non alij, iniquo animo ferentes urbes per Asiam ita relictas esse, nec qui bellum aduersus Artaxerxem soli sustinerent, satis ualidi, coacti necessitate pacis conditiones receperunt. Rex igitur transacto aduersus Græcos bello, instructo suo exercitu in Cyprum expeditionem suscepit. Euagoras enim totam iam Cyprum ferè cinxerat, dum aduersus Græcos bellum Artaxerxes gerebat. Dionysio autem undecimum iam mensem Rhegium obsidente, & omne eis auxilium commeatumq; intercipiente, graui rerum omnium necessariarum penuria laborare in urbe cœperunt. Aiunt enim frumenti unum medimnum apud Rheginos tum temporis quinque minis uænijsse. Tanta igitur fame in urbe pressi, primùm quidem equos & alia iumenta in alimentum adhibere cœperunt: postea uerò ipsis quoq; corijs ac pellibus maceratis & coctis pro cibo utebantur: postremo urbem egressi, herbas circa murum crescentes pecudum instar depascebantur. Tam est res intolerabilis fames, & tanta naturæ necessitas, ut etiam ad brutorum alimentum confugere hominem cogat. At Dionysius audita hac Rheginorum angustia, non solum non misertus est eorum qui supra uires humanas patiebantur, sed extremum etiam malum inducere eis uolens, herbas loci eius & gramina passim succidi ac euelli iussit, quò putrefacta, pro cibo esse eis amplius non possent. Quibus immensis malis Rhegini uecti, urbem Tyranno concessa, ei in statuendi eos omni potestate, tandem dederunt. Dionysius igitur urbem ingressus, magnam cadauerum eorum copiam reperit, qui fame omnes perierant, qui & superstites adhuc mortuis quàm uiuentibus similiores erant. Collectis autem infirmis & languidis quoque, captiuorum plus quam sex millia congregauit. Qua multitudine Syracusas transmissa, quicunque talento se re-

Poëmata Dionysij irrisa.

Lacedæmonij cũ Persis pacẽ componunt.

Rhegino Dionysius potitur.

demisset, liberum eum dimitti iubebat. Qui uerò soluendo non essent, sub hasta eos uendebat. Cæterùm Phytone quoque Rheginorum duce capto, filium eius Dionysius in mari submersit, ipsum uerò, primùm quidem ad altissimas machinas, quasi tragicum spectaculum exhibiturus collocauit, & ex ministris, quendam, qui ei nunciaret, ad eum misit, quod filius eius Dionysius heri marinis undis submersus esset. Ad quam uocem intrepidè Phyto respondisse fertur: fuit igitur natus uno die patre suo fortunatior. Postea uerò per urbem eum circumductum flagris cædi, & nulla non contumelia affici iubebat, simul comitante præcone, qui exclamaret, quod uirum hunc Dionysius meritò puniret, ut qui bellum suscipere multitudini persuasisset. At Phyto qui & in obsidione dux bonus fuisset, & reliqua uita laudatus, non pusillanimis fuit in ferendo ad mortem usque quicquid pœnarum in eum Dionysius statuisset, sed animo & uoce intrepida sæpe clamabat, se, quod urbē Dionysio prodere noluisset, pœnas nunc luere, quas tamen breui repetiturus à Dionysio Deus esset. Quam uiri fortitudinem etiam Dionysij milites admirantes, adeoqûe eius miserti, reprehendere & execrari Tyranni crudelitatem quidam cœperunt. Quo animaduerso Dionysius, ueritus ne milites Phytonem sibi ereptum liberarent, omissis illis crudelioribus pœnis, mari quoque eum horribiliter antea afflictum unà cum uniuersa eius cognatione submersit. Sic ergo uir ille præter uirtutis suæ meritum tàm horribili supplicio affectus est. Multos autem habuit etiam ex Græcis dolentes eam afflictionem, præterea poëtæ quidam carmine tristem hunc euentum defleuêre. Porrò eodem tempore quo Rhegium Dionysius maximè obsidebat, Galli transalpina loca inhabitantes per angusta magnis copijs, egressi mediam Apennini montis & Alpium regionem, eiectis qui tum illic habitabant, Tyrrhenis, occupauerūt. Hos quidam aiunt ex duodecim Tyrrheniæ oppidis eò migrasse. Alij uerò Pelasgos ex Thessalia ante Troianos, ob diluuium quod Deucalionis tempore fuit, fugientes, in loco hoc habitasse dicunt. Igitur Gallis generatim regionem partitis. Senones dicti collem extremum mari finitimum inhabitandum sorte acceperunt. At loco eo prænimio æstu habitationi incommodo, de migratione statim cogitarunt. Iuniores itaq; armis probè instructos de loco alio quærendo, ubi habitare commodè possent, emittunt: atq; illi Tyrrheniam adorti, cùm essent numero circiter triginta millia, Cauloniorum regionem depopulantur. Eodem tempore Legatos Romani Gallorum exercitum exploraturos Tyrrhenam miserunt. Legati uerò fortes magis quàm prudentes quum Calusium uenissent, conspicati Gallorum aciem instructam, ipsi quoque cum Calusijs in acie aduersus hostes steterunt. Ibi alter ex Legatis prospero successu usus, ducem quendam magni nominis uirum occidit. Quo facto Galli cognito, legationem, ad deposcendum Legatum illum iniusti belli authorem, Romam mittunt. Senatus autem Rom. primum quidem pecunię summam quandam pro iniuriarum accusato, Legatis Gallorum obtulit. At Legatis accipere eam nolentibus, rogata denuò sententia, reum eis tradendum decreuerunt. At pater Rei & in hostium manus iam tradendi, ex Tribunis qui consulatu fungebantur, unus, ad populum causam eam refert. Qui quum plurimum apud multitudinem posset, ut irritam Senatus sententiam facerent, eis persuasit. Populus itaq; quum antea semper Senatus decreto & sententię obtemperasset, hîc primùm refragari & contradicere ei cœpit. Gallorū uerò Legati in castra sua reuersi, Romanorum responsum suis retulerunt. Quo audito Galli supra modum indignati, adductis omnibus uicinorum copijs, contra Romam cum plus quàm septuaginta millibus militū profecti sunt. At Romanorū Tribuni de Gallorū aduentu certiores facti, pro sua potestate,

Dionysius in Phytonē Rhegmorum ducē sæuit.

Galli Thyrrhenorum sedes occupant.

Causſa belli Gallici.

poteſtate, quotquot per ætatem poſſent, arma capeſſere iuſſerũt. Egreſsi itaq; & tranſmiſſo iam trãs Tiberim exercitu, copias ab aqua duxerunt itadẽs circiter octoginta. Ibi acie inſtructa, quatuor & uiginti millia ex fortiſsimis ad colles uſq; à flumine conſtituerunt. Debiliores autem ad colles, qua parte altiſsimi ſunt, collocârunt. Galli è diuerſo ſua quoq; in lõgum phalange inſtructa, forte fortuna an prouidentia dicam fortiores debilioribus Romanorum oppoſuerunt. Excitatis iam claſsico utrinq;, magno ſublato clamore, relictis caſtris, ad prælium committendum, contra ſe inuicem tendunt. Gallorum autem lecti contra debiliores Romanorum in acie ſtantes facilè eos à monte depulſos in fugam uerterunt. His ita turmatim ad Romanos in planitiem fugientibus, alij quoq; ordines turbati terga dederunt, hoſtibus eos inſequentib. ac cædentibus. Quàm plurimis autem ad fluuium celeri fuge tendentibus, ac præ nimio fugæ ſtudio in ſe inuicem cadentibus. Galli poſtremis, ſine interm iſsione occidendo, non minori perſequendi ſtudio inſiſtebant, unde totus is càmpus mortuorum cadaueribus replebatur. Primi autem qui fluuij iam oram fuga conſecuti erant, ita armati flumen ingreſsi tranando arma & uitam ſuam ſeruare conati ſunt. At flumine rapido, multi propter armorum pondus ſubmerſi perierunt, quidam uerò magno ſpacio delati uix euaſerunt. Hoſtibus autem inſequentibus eos, necnon multos iuxta fluuium trucidantibus, plurimi qui adhuc ſupererant, armis prorſus abiectis Tiberim tranarunt. Porrò etſi ingentem hoſtium multitudinem apud fluuium neci dederunt, nondum tamen à perſecutione quieſcentes, ſed tela inſuper aduerſus tranantes eiaculabantur. Multis uerò telis in eam fluminis partem emiſsis, ubi agmina tranantium cerneres, non poterat fieri ut eiaculantes aberrarent. Hinc qui lætalibus ictibus eſſent tacti, ſubitò expirabant. Vulnerati uerò tum propter ſanguinis fluxum, tum propter fluminis rapidum curſum anima liquente, defecebantur. Tanta igitur clade Romanis accepta, plerique ex ijs qui euaſerant, Veios oppidum nuper ab ipſis recuperatum, occupauerunt, quo loco proè munito, omnes qui fuga ſeruati ad eos confugiſſent, recipiebant. Pauci uerò qui fluuium tranando ſuperauerant, Romam inermem confugientes, in prælio omnes periſſe nunciarunt. Quo infelici rerum ſucceſſu nunciato ijs, qui in urbe manſerant, in magnam omnes deſperationem uenerunt. Nam occiſis iam robuſtiſsimis quibuſq;, difficile fore exiſtimabant nouum hoſti exercitũ opponere. At fugere cum liberis & uxoribus ualde hoſtibus propinquis periculoſum uidebatur. Multi tamen ex priuatis hominib. in oppida uicina cum uniuerſa ſua familia confugerunt. Magiſtratus uerò cohibita, ne aufugerent, multitudine, edicto mandabant, omne ſine mora frumentum, & res alias neceſſarias omnes in Capitolium comportari. Quo facto & arx & Capitolium præter alimenta, auro quoq; & argento, necnõ precioſiſsimis ueſtimentis impletum eſt: quippe quum totius urbis diuitiæ in unum omnes locum conferrent. Illi igitur congeſtis uniuſcuiuſq; opib. præcipuis, locoq; de quo iam dictũ eſt probè munito trium dierum ſpacium habuerunt. Galli enim abſcindendo iuxta gentis ſuæ ritum, mortuorum capita primum diem cõſumpſerunt, duobus uerò ſequentib. caſtra ſua urbi admouerunt. Verùm quum deſerta ab hoſtibus mœnia cernerent, clamorem uerò & ſtrepitum audirent quem res ſuas precioſiſsimas in Capitolium tranferentes mouebant, ſibi à Romanis inſidias ſtrui arbitrabantur. Quarto uerò die rei ueritate demum cognita, urbis portas perfringũt, Vrbemq; præter paucas quaſdam in Palatio domus, deuaſtãt. Poſt hæc magnos quotidie impetus in loca munita facientes, nihil hoſtibus damni adferre poterant, ſed etſi ſuorum non paucos illis amitterent, non tamen deſiſtere à perſecutione uolebant. Speràbant enim ſi uí ſuperare eos iam non poſſent, at tempore quidem quum rebus neceſſarijs omnibus cõſumptis penuria

Galli ad Tiberim Romanos prælio ſuperãt

Romanorum cõſternatio ob Cremeram cladem.

Galli Romanos in Capitolio obſident.

penuria laborare inciperent, superaturos. In tantis igitur angustijs Romanis constitutis, Tyrrheni circumiacentes magnis copijs accedentes Romanorum agrum depopulabantur, ibi sanè & multa corpora, & prædam non paruam nacti sunt. At qui ex Romanis ad Veios ante confugerant, re non præuisa in Tyrrhenos incidentes, in fugam eos conuerterunt, omni eis commeatu sublato, castrisque eorum euersis. Ibi ingentem armorum copiam nacti, ea distribuebant, quibus arma non erant, quin multò etiam pluribus alijs ex finitima regione collectis arma singulis ministrabant. Volebant enim eos qui in Capitolium confugerant, ab obsidione liberare. Dubitantibus uerò illis quonam pacto accessum ad inclusos in Capitolium inuenire possent. (Galli enim maximis copijs eos cinxerãt) ibi Cominius quidam Pontius se eos qui in Capitolio essent oratione confirmaturum recipiebat. Hic igitur solus profectus, traiecto, tempore nocturno, flumine, præruptam quandam Capitolij rupem clàm accessit, qua uix tandem scandendo superata, eos qui in Capitolio erant, certiores fecit de ijs collectis qui ad Veios ante fugerant, quòd quæsita opportunitate Gallis se opponere uellent. Quo nuncio peracto qua ascenderat rursus descendit, & traiecto rursus Tiberi, ad Veios redijt. Galli autem animaduersis recentibus illis uestigijs, statuerunt eandem noctu rupem ascendere. Circa mediam itaque noctem uigilibus Romanorum ob loci munitionem securis, Gallorum quidam iuxta rupem eam ascendentes, facilè latere uigiles potuissent, nisi sacri Iunonis anseres illic aliti conspectatis ascendentibus uoce sua eos prodidissent. Concurrentibus itaque ad anserum clamorem custodibus, omnes illi attoniti ulterius progredi non audebant. Quidam autem Marcus Manlius uir præclarus, elato clamore ad locum procurrens, manum cuiusdam ascensuri ense suo amputauit: Clypeoq; ad pectus eum protendens, de rupe præcipitem dedit. Occiso autem & altero qui secundus ascenderat, reliqui sine mora ad unum aufugerunt. At rupe ualde prærupta, omnes præcipitati perierunt. Quo facto Romani missis ad hostes de soluenda obsidione legatis, persuaserunt eis ut mille acceptis à se auri libris urbem ab obsidione liberarent, & ex Romanorum finibus discederent. Post hæc Romani delectis ac deuastatis ab hostibus, multis ædificijs, necnon ciuibus quàm plurimis occisis, potestatem ædificaturis fecerunt, ut quo quis loco uellet domum extrueret: quin lateres quoque publicos ijsdem suppeditarunt, qui etiamnum publici uocantur. Quum itaq; omnes pro suo quisque arbitrio ædificarent, accidit ut uiæ per urbẽ angustæ ac tortuosæ fierent, quas postea aucti non potuerunt rectos facere. Sunt præterea qui dicunt, Mulieres, quòd sua quoque antea ornamenta in communem patriæ salutem omnia expendissent, hoc à populo honoris consecutas esse, ut in Rhedis per urbem uehi eis liceret. Porrò afflictis adhuc, ob cladem paulò ante acceptam, Romanis, bellum Volsci indixêre. Vnde nouo Tribuni exercitu cõscripto, & copijs sub cœlum apertum, qui locus campus Martius est dictus, eductis, castra ab urbe stadijs ducentis fixerunt. Volscis itaque ex altera parte ingenti militum manu ad castra eorum accedentibus, Romani qui in urbe erant, ualde de suis qui castra habebant, solliciti, constituto in urbe imperatore M. Furio, ipsi cum omnibus ætate præualidis probè armis instructis, nocte obscura egressi, ad primum diei ortum Volscos ad Castra pugnantes oppressos in fugam facilè uerterunt. Erumpentibus uerò illis quoque ex castris, quotquot in medio erant relicti Volsci fermè omnes uiribus pugnando defecerunt. Vnde qui antea robustissimi uisi sunt, postea accepta hac clade omnium uicinorum populorum facti sunt infirmissimi. Post hanc pugnam Romanorum imperator quum audiuisset urbem † ab Aequis (quos nunc Aequi quulos uocant) deuastari, eductis aduersus eos copijs quam plurimos urbem obsidentium occidit

Galli in Capitoliũ ascendentes, deturbantur.

Roma instaurata.

M. Furius Gallos profligat.

Βόλας. ἄκλου. ἀκιν. ρ.

dit. Inde in Sutrianam coloniam eorum profectus est, quã Tyrrheni peruim antea occupauerãt. Repentè igitur Tyrrhenos opprimẽs, multis eorũ occisis, urbem Sutrianis seruauit. Cæterũ Gallis relicta Roma Vascium oppidũ Romanorum socium deuastantibus, imperator se eis fortiter opponens, non solum plurimos eorum occidit, sed impedimentis quoq; eorum omnibus potitus est, in quibus aurum illud omne erat, quod Roma antea asportauerant, & alia ferè omnia quæ in urbis direptione deprædati fuerant. Tantis uerò Imperatori gestis triumphum agere, propter inuidiam tribunorum permissum nõ est. Quamuis sint qui dicunt Tuscis eum albis quadrigis triumphum egisse: ob quod factum magnam, post annos inde duos, pecuniam persoluere, accusatum à populo, coactum fuisse: de qua re suo tempore dicemus. Qui autem Galli in Iapygiam uenerant, ij per Romanorum agrum reuersi sunt: & paulò pòst à Cerijs oppressi, per insidias omnes concisi sunt in Trausio campo. Cæterùm Callisthenes historiographus Græcorum historiam scribere cœpit à pace illa, quàm hoc ipso anno Græci cum Artaxerxe Persarum rege fecerunt. Et triginta annorum gesta complexus, decem libros conscripsit, quorum postremum eo loco claudit, quo à Melo Phocensi Delphicum templum òccupatũ est. Verùm nos quoniam ad pacem peruenimus, quam cum Artaxerxe Græci cõstituerunt, necnõ ad periculum quòd à Gallis Romani passi sunt, finem quoq; huic libro secundùm primum propositum hunc imponemus.

διάσπιον.

Callisthenis historiæ initium.

Finis libri decimi quarti.

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICAE LIBER XV. MARCO Hoppero interprete.

ER totum operis nostri contextũ orationis libertate cõuenienti historiæ, uti cõsueuimus, uiros bonos ob præclara sua facta laude debita celebrãtes, malos cõtra, si quãdo turpiter egerũt, pro facti merito culpãtes: q; fore sic existimauimus, ut qui ad uirtutẽ natura pcliuiores sunt, per immortalis gloriæ laudem ad res pulcherrimas fortiter tẽtandas excitentur: alij uerò quib. illa naturæ bonitas nõ cõtigit, iustis illis reprehẽsionib. ab impetu, quo ad turpitudinẽ natura ferunt, coërciti, reuocentur. Quare quũ ad horũ quoq; tẽporũ historiã scribendã animũ appulerim, quib. Lacedæmonij apud Leuctra turpiter uicti, ingentẽ calamitatẽ passi sunt, rursusq; apud Mantineã lapsi Græcorũ principatũ pter omnẽ spẽ amiserunt: ex officio facturũ me putaui, si dilato aliquãdiu historiæ argumẽto, iustã Lacedæmoniorũ reprehẽsionem præmittã. Quis enim nõ grauiori accusatione dignos eos autumet, qui acceptũ à maioribus suis imperiũ optimè fundatũ, necnon annis plus quingentis per singularẽ eorundẽ progenitorũ suorũ uirtutẽ cõseruatum, per suam demum stultitiã temerè amiserunt? Nam qui ante hos uixerũt, multis cædib. & periculis maximis, tantam sibi gloriam parauerũt, summa uerò fide & humanitate subditos suos complexi, eandem conseruauerunt. At qui hos postea secuti sunt, non solum superbè & arroganter socijs suis usi, uerùm etiam bella insuper iniqua & ex mera superbia Græcis inferentes, haud immeritò per suam stultitiam imperio eó penitus exciderunt. Quicunq; enim odium propter iniuriam sibi illatam aduersus eos conceperant, in calamitatibus deinde eorũ ulciscẽdæ uetéris eius iniuriæ occasionẽ captabãt. Quare maiores quoq; eorũ quorũ intuctu

Laudis & uituperij in historia ratio.

Lacedæmoniorum uituperatio.

antea

antea laus fuerat, in magnum inde despectum uenerunt, quemadmodum fieri consueuit, ut maiorum uirtutes filiorum uitijs obscurentur. Thebani igitur, ut qui multis retrò seculis, optimis semper paruerant, deuictis tum præter spē Lacedæmonijs, duces Græcorum euaserunt. Quo principatu Lacedæmonij semel amisso, haudquaquàm maiorum suorum pristinam dignitatem consequi potuerunt. Sed postquam satis nunc eos culpauimus, ad sequentium temporum historiam prosequendam stilum uertamus. Finis igitur libri præcedentis, (quo totius nostræ historiarum compositionis decimusquartus est) Rhe-
Libri. 14 finis, & 15. initij & finis indicatio.
ginorum seruitutem, qua à Dionysio oppressi sunt, continet: necnon Romæ direptionē, quæ à Gallis facta est anno proximo cum præcedente, quo in Cyprum aduersus Euagorā Regem expeditionem Persæ fecerūt: à quo sanè bello, sumpto libri huius initio, eūdem finiemus in Anni eius gesta, qui proximè Philippi Amyntæ filij regnum præcessit. Regnante Athenis Mystichida, Romani tribunos tres consulari dignitati præfecerunt, nempe Marcum Furium, Gaium & Aemilium. Quo tēpore Artaxerxes Persarum Rex aduersus Euagoram Cypri regem exercitū duxit. Multo uerò tēpore bellico apparatui insumpto, magnas tàm pedestris, quàm naualis prælij cōmittendi copias acquisiuit. Pedestris enim exercitus unà cum equitatu trecentorum millium numerum æquabat. Triremes autem super trecentas instruxerat. Duces hisce præfecit, pedestribus quidem copijs Orontam † uirum prudentem. Nauali aūt pugnę Teribazū uirum omnium Persarū encomio probatū. Hi igitur assumptis singuli, suis copijs in Phocęa & Cuma, in Cilicíam peruenerunt. Superato uerò iam in Cyprum itinere, summo bello rectè administrando incubuerunt. Euagoras aūt cum Acoride Aegyptiorū Rege (qui & ipse Persarū hostis tum erat) fœdere pacto, ingentes ab eo copias accepit. Ab Hecatomno autem Cariæ præfecto magnam pecunię summā (clàm gesto cum eo negotio) pro peregrino milite alendo accepit. Similiter & alios à Persis alienos, hos quidem clàm, illos uerò palàm asciuit, ut pars quoq; Persici belli essent. Dominabatur autem Cypri urbib. fermè omnibus. In Phœnicia autem Tyro & quibusdam alijs. Habebat aūt triremes nonaginta, quarum uiginti Tyriæ, reliquæ septuaginta Cypriæ erant. Habebat præterea milites proprios quidem sexies mille, sociorum uerò hic multò plures. Præter hos & mercenarios quàm plurimos, quos magna illa pecuniarum affluentia retinebat. Quin Barbarorum quoq; Rex milites ei misit nō pauciores, & quidam alij qui Persarum Regi suspecti erant. Hic igitur tāto rerū necessariarū omnium subsidio instructus, audacter in prælium descēdebat, ac primùm quidem prædatorijs quibusdam nauibus, quas non paucas secum habebat, hostium aduehendis commeatibus, insidiabatur, quom partis mari submersos, perdebat, partim prohibebat, partim denique abripiebat. Quo accidit, ut mercatoribus non amplius in Cyprum transuehere frumentum ausis, magna breui fames (maximè tantis in unam insulam copijs cōgregatis) in Persarum castris oriretur. Qua quidem rerum penuria malè affecti Persarum mercenarij quídam aduersus duces suos, coorta seditione, insurgentes, aliquos eorum occiderunt. Vnde seditione & tumultu æstuare castra cæperunt, ita ut uix reliqui Persarum duces, & ille ipse qui nauales copias ducebat Gao nominatus, sedare eos tumultus potuerint. Trajicientes uerò classē uniuersa, magna frumenti copia ex Cilicia aduecta, inopiam alimenti nunc copia repensabant. Sed & Euagorę quantum sat erat frumenti ex Aegypto Acoris Rex mittebat, necnon pecuniæ magnam summam & rerū aliarum apparatum sufficientē mittebat. Euagoras aūt uidens se nauali exercitu multò inferiorem, sexaginta adhuc naues impleuit, & quinquaginta insuper ab Acoride ex Aegypto missas recepit, ita ut ducentas in uniuersum triremes haberet, quibus ad prælium ordinatis & dispositis, experimentum suæ potentiæ capturus, quæcunq; ad nauale prælium committendum requirebantur,

Bellū Cypriū.

Exercitus Persicus & eius duces.

Θεοπόμπου.

tur omnia non sine ingenti spectantium & terrore & stupore instruebat. Vnde & Regiæ classi forte præternauiganti in Citium instructis & coniunctis suis nauibus eos insequens, magnum damnum dedit. Aggrediebatur enim nauibus constructis constructas minimè & uiris rem præuidentibus, eos qui minimè expectabant. Commisso itaq; prælio, in primo quidem conflictu uictoria potitus est. Coniunctis enim triremibus nauigans aduersus diuisas & disperſas quasdam earum perdidit, quasdam uerò per uim cepit. At Persarum Nauarcho Gao nomine, nec non alijs ducibus collectis fortiter se ei opponentibus acre rursus nauale prælium eis commissum est, in quo primum quidem Euagoras superior euasit, postea uerò omne uirium suarum pondus Gao exerente ac strenuè admodum pugnante, accidit ut Euagoræ copiæ in fugam, multis amissis triremibus uerterentur. Persæ igitur parta huius belli naualis uictoria, in Citium oppidum, collecto utroq; exercitu, perrexerunt. Indeq; rursus sine mora profecti Salaminem obsidione cinxerunt, quam sanè urbem terra mariq; oppugnabant. Et Teribazus quidem in Ciliciam trajciens, inde ad Regem profectus est, à quo nunciata ei uictoria, duo millia talentorũ ad bellum secum apportauit. Euagoras autẽ ante naualem quidem pugnam, pedestri, iuxta mare, cum pedestris exercitus parte aliqua, prælio cõmisso, superior euasit, unde defuturo quoq; successu capta fiducia alacrior factus fuerat. At nauali prælio malè sibi deinde gesto, & obsidione undiq; cinctus, animum demittere cœpit, nihilominus tamen bello strenuè incumbendũ esse existimans ipse quidem, relicto filio suo Pythagora duce, & summa rerũ in Cypro ei commissa, in Aegyptũ, assumptis noctu decẽ triremibus, Salamine profectus clã hostibus, delatus est. Qui quũ ad Regem ueniſſet, hortari eum cœpit, ut totis uiribus bello huc incumbere uelit, & commune sibi contra Persas bellum esse existimet. Interea dum hæc geruntur, Lacedęmonij contra Mantineam expeditionem suscipere decreuerunt, contempto fœdere quod factũ antea fuerat, propter eiusmodi causas. Communi Græcis pace, per Antalcidem prius constituta, ad quam omnes urbes accepta cõmunibus suffragijs liberè uiuendi potestate præsidia sua amouerant, Lacedæmonij natura quadã dominandi cupidiores, & perniciosis contentionibus assueti, pacem eam quasi graue sibi onus diutius non sustinebãt, sed Græciæ principatum, qui antea eorum fuerat, affectantes, nouis semper rebus intentè studebant. Statim igitur ciuitates commouere, & seditionis semina in ijs per suos quosdã amicos spargere, quarum quædam ad tumultum excitandum satis occasionis ipsis præbebant. Illæ enim accepta iam antea liberè uiuendi potestate, accusabant quosdã qui iam olim Lacedæmoniorum Imperio præfecti fuerant. Acerbis uerò accusationibus factis, propter tenacem plebis acceptarum iniuriarũ memoriam: multis etiam in exilium inde expulsis, obtulerunt seipsos socios fore auxiliares ijs qui factionib. essent expulsi. Susceptis itaq; his, & in uicos passim copijs emissis, primũ quidem oppida infirmiora sibi subiecerunt, postea celebriores quoq; urbes expugnatas subegerunt, nondum annis duobus communi seruato fœdere. Mantineensium uerò urbem uicinã, & multis illustribus uiris claram, incrementum eius quod ob publicam pacem ei accedebat, metuentes, nec non uirorum quorundam prudentiam ueriti, magno studio supprimere festinabant. Quare missis Mantineam legatis præceperunt eis, ut destructis ipsorũ mœnibus iubeant eos omnes migrare in antiquos suos quinq; pagos, ex quibus iam olim in Mantineam commigrarant. Nemine uerò illis obtemperante, urbem copijs emissis, obsidione cingunt. Ibi Mantinenses, missa Athenas legatione, opem sibi ferri petierunt. Athenienſibus autem nolentibus cõmunia fœdera uiolare, soli ipsi obsidionem eam sustinentes, magnis uiribus hostem propulsabant. Et hæc quidem de Græcia, quæ initium rursus nouorum bellorum hoc modo accepit. Quod uerò ad Siciliã attinet, Dionysius Syracusanorum

Euagoræ cum Persis prælium nauale & clades.

Lacedæmonij in Mantineam expeditionem parant.

Dionysius poëticæ dat operã

cusanorum tyrannus, finito aduersus Carthaginẽses bello, in summa pace & otio quieuit. Quare ad poëmata scribenda summo studio animum suum appulit. Et accersitis in arte ea præstantissimis quibusq; in magno eos precio habens, commorari eos secum, & poëmatum suorum magistros & correctores esse uolebat. A' quibus quum propter beneficia, oratione ad placendũ instituta, collaudatus fuisset, multò magis gloriabat eorum causa poëmatũ, quàm si in bello præclarè quiddã gessisset. Poëtis itaq; conuersantibus cum eo Phi-

Philoxeni de Dionysij poëmatis liberum iudicium.

loxenus quidam Dithyrambici carminis scriptor, singulari quadam scribendorum uersuũ maiestate & dignitate pollens, in conuiuio lecto malo Tyrãni poëmate, quid de eo sentiret interrogatus, liberius paulò respondit. Quo Philoxeni responso Tyrannus offensus, quasi per inuidiam poëma eius reprehendisset, cõtestim in Lapicidinas abduci eum ministris suis imperat. Postero uerò die hortantibus eum amicis ut ignosceret Philoxeno, placatus ei eosdem denuò conuiuio excepit. Procedentibus autẽ poculis, rursus Dionysius Poëmata sua iactans, & uersus quosdam qui felicius conditi uidebantur producens, qualiánam ei poëmata uiderentur interrogabat. Cui nihil ille respondit, sed euocatis famulis Dionysij, iussit se in Lapicidinas duci. Ad quem sermonis lepôrem subridens Dionysius, libertatem eam tunc tulit, risu reprahẽsionẽ obtundente. Paulò pòst familiaribus eius simul cum Dionysio in tempestiuam orationis libertatem deprecantibus, Philoxenus se præter omnium opinionem facturum id promisit. At enim ita se responsurum, ut simul & ueritatem obseruaret, & ex Dionysij sententia diceret nec falsum dixit. Tyranno enim commemorante uersus quosdam commiserationis affectum sæpius exprimentes. Interrogatus Philoxenus, qualiánam sibi hæc poëmata uiderentur, respondit, Miserabilia, utroque sic propter uocis ambiguitatem, præstito.

οἰκτρὰ ποιήματα.

Dionysio enim responsum placebat, quia putabat dicere eum uersus plenos esse commiserationis affectu, quod bonorum poëtarum esse nouerat, adeoq; laudatum se à Philoxeno existimabat. Alij uerò ueriorem sensum apprahendentes, miseram poëmatis naturam dixisse eum putabant. Simile quid-

Plato à Dionysio accersitus.

dam & Platoni Philosopho accidit. Nam accersito ad se uiro eo, primùm quidem laude maxima dignum eum reputauit, quod libertatẽ in eo dignam Philosophia animaduertisset. Postea uerò quibusdam eius sermonibus offensus animo prorsus ab eo alienatus, in forum productum quasi mancipium uigínti minis uendidit. Sed Philosophi eò conuenientes, emptum eum in Græciã ablegarunt, hæc simul admonentes: quòd uirum sapientem aut rarissimè, aut suauissimè uersari cum Tyrannis conueniat. Porrò Dionysius nihil de studio suo erga poëmata remittens, in Olympiacam panegyrim præstantissimos uoce hystriones eius decantaturos apud populum poëmata, misit. Qui primùm quidem propter uocis suæ præstãtiam in magnam admirationem auditores adduxerunt, mox uerò poëmatum uanitate cognita, non sine magno risu despectui haberi cœperunt. Quo Dionysius poëmatum suorum contemptu auditio in magnam incidit tristitiam qua magis ac magis aucta, tandem furor quoq; animũ eius inuasit, ita ut omnes suos amicos tanquã insidias ei struentes, suspectos habere inciperet, postremò in eum processit mœrorẽ & demẽtiã, ut ex amicis suis multos, efficta aliqua causa, occideret: nec paucos in exilium mitteret. Inter quos erant quoq; Philistus & Leptines frater eius, uiri fortitudine præstantes, qui magna sæpe & multa in bellis commoda ei parauissent. Hi igitur ad Italiæ Thurios fuga delati, magnam ab Italis laudem consecuti sunt. Postea uerò, rogante Dionysio, reconciliati, & Syracusas reuersi, in pristinam dignitatem restituti sunt. Leptines tum uxorem duxit Dionysij filiam. Et hæc quidem hoc anno gesta sunt. Magistratu autem fungente Athenis Dexitheo, Romani creauerunt consules Lucium Lucretium, & Seruium Sulpitium. Eodem tempore Euagoras Salaminorum Rex in Cyprum ex

Dionysius ob despectata sua carmina sæuit in amicos.

Aegypto

Aegypto reuersus est, allatis secum pecunijs ab Acoride Aegypti rege paucioribus quàm speraſſet. At inuẽta Salamine fortiter ab hostibus obsessa, nec non penitus ipse à socijs relictus, de soluenda obsidione legatos mittere coactus fuit. Teribazus autem, penes quem summa tum potestas erat, soluturum se obsidionem respondit, si Euagoras relictis omnibus Cypri urbibus discedere inde, & uelut unius Salaminis rex statutum anniuersarium tributum Persarum regi persoluere: necnon omnia ad nutum eius, tanquam seruus heri sui facere uellet. Ad quæ Euagoras, etsi dura sibi conditio uideretur, omnia tamen annuit, præter unum illud, quod ad nutum eius tanquam seruus heri sui facere omnia uellet: dicebat enim se ut regem regi subiectũ fore. Cui Teribazus quum nollet obtemperare, Orontes alter dux inuidens Teribazi gloriæ, literas clàm ad Artaxerxem contra Teribazum misit, quibus accusat eum, primum quòd quum capere Salaminem posset, non faciat, sed legationes eius suscipiat, & de rebus innouãdis colloquatur. Deinde quòd cum Lacedæmonijs propria se societate coniungat, amicus eorum: quòd super ea defectione tentanda quosdam antea Pythij Apollinis oraculum consulturos miserit. Postremò, quod maximum est, quòd copiarum singulos duces quadam beneuolentia & honorum donorumq; largitionibus, necnõ promissionibus multò maioribus sibi deuinxerit. Quibus literis lectis rex, fidem calumnijs istis adhibẽs Orontæ rescripsit ut captam Teribazum ad se mitteret: Quo mandatum hoc exequente: ad regem Teribazus ducitur. Ibi iudicium sibi fieri rogans, in præsentia quidem in uincula coniectus custodiæ traditur. Post hæc autem bellum rege aduersus Cadusios regente, suspenso iudicio causæ forenses distrahebantur. Orontes uerò cum copijs in Cyprum profectus, uidens & Euagorã non minus fortiter quàm antea obsidioni resistere, & milites Teribazi captiuitatẽ ægrè ferre, officium suum facere nolle, sed plerosq; obsidionem relinquere, ueritus aliquod improuisum seditionis periculum, Orõtes, mittit ad Euagoram nunciaturos de soluenda obsidione, & hortaturos simul, ut ijs ipsis nũc conditionibus pacem cum Oronte constituat, quib. antea cum Teribazo uoluisset. Quo audito Euagoras supra modum gauisus est, ac pacem hisce conditionibus constituit: ut Salaminis ipse rex esset, & anniuersarium tributum constitutum Persarum regi persolueret, denicq; tanquam rex regi præcipienti auscultaret. Sic ergo bellum hoc Cypriacum ferme decennale (cuius tamen temporis pars præcipua in solo apparatu insumpta fuit) postquam duobus cõtinuis annis pugnatum esset, finem accepit. Porrò Gaos naualis classis præfectus, quia Teribazi filiam uxorem sibi duxerat, ueritus, ne quasi consilia cum Teribazo tractasset, alicui suspectus, ad supplicium ob falsam eam suspicionem à rege postularetur, alio modo rebus suis succurrendum censuit. Affluẽte autẽ ei non solum pecuniarum, sed & militum magna copia, præter triremes, quas quorũdam fauore meruerat, discedere à rege statuit. Statim igitur ad Acorim regẽ Aegyptiorũ legatione missa, fœdus cum eo contra regem init. Itemq; ad Lacedæmonios scribẽs, eos in regem excitauit, & daturum se eis magnam pecuniarum copiam pollicetur, necnon alia præterea magnifica promisit, pollicens se eos adiuturum in rebus Græciæ conficiendis, & imperium illud paternum eorum communibus se uiribus defensurum. Spartani autem & olim imperium recuperare statuerant, & tunc ciuitates iam turbabant, cunctisque manifestum erat, ab eis ciuitates in seruitutem redigi. Præterea cum malè audirent, quia uidebantur in fœdere quod cum rege percusserant, Græcos qui erãt in Asia prodidisse, factorum eos pœnitebat, & suscepti aduersus Artaxerxem belli excusationem aliquam idoneam quærebant. Vnde libenter fœdus sociale cum Gao confirmarunt. Cæterũ Artaxerxes finito aduersus Cadusios bello, iudicium Teribazo permisit, constitutis ei tribus iudicib. ex spectatissimis inter Persas. Eodem uerò tempore alij quidam iudices ob iniustam quã tule-

Orontes Teribazũ apud regem Persarum criminatur.

Euagoras cum Persa pacẽ facit.

Gao hostibus Persarũ se adiungit.

rant ſententiã cõprehenſi, cute uiuis detracta grauiſsimã pœnã luerunt. Quibus cutibus circum ſubſellia expenſis, iudices eis inſidẽtes ſentẽtias dicebãt, quo recens ſemper ante oculos ſupplicij exemplum haberent eorum qui iniuſtè iudicaſſent. Actores itaq; lecta quæ miſſa ab Oronta erat epiſtola, ſatis cauſæ accuſationi eſſe aiebant. Teribazus uerò audita hac quãtum ad Euagoram calumnia, recitauit Oronte fœdus ictum cum Euagora, ea conditione ut obediret Euagoras Artaxerxi ſicut rex regi. At ſe ea conditione pacem uoluiſſe facere, ut Euagoras regi ſe tanquam ſeruus domino ſubmitteret. Quod autem ad oracula, Deum dicebat in uniuerſum de morte à ſe non interrogatũ, cuius rei teſtes adhibebat omnes tũ Græcos præſentes. Porrò de amicitia quã contraxiſſe eum cũ Lacedæmonib. Orontes ſcripſerat, in hũc modum ſe defendebat: non ſe proprij commodi cauſa, ſed ad regis utilitatem amicitiã eam feciſſe. Per hanc enim oſtendebat ſe à Lacedæmonibus qui in Aſia eſſent Græcos ad ſe ptraxiſſe, regi uerò deditítios eos tradidiſſe. In fine uerò ſuæ defenſionis in memoriam iudicibus reuocabat, quibus rebus in regem aliquãdo beneuolentiam & ſtudium ſuum declaraſſet. Fertur inter alia multa officia quę regi ſe præſtitiſſe oſtendebat, hoc maximum fuiſſe, quo etiam magnã regis & admirationem & amicitiam meruerit. Accidit in quadã uenatione, ut tranſuecto curru regio duo leones aduerſus eum celeri greſſu approperarent, qui diſceptis iam duobus ex quadrigis equis, in ipſum quoq; regem irruiſſent, niſi tempeſtiuè Teribazus interuentu ſuo leonibus occiſis, à periculo regẽ eripuiſſet. Cæterùm in profligãdis quoq; hoſtibus aiunt fortitudine hunc aliis præſtitiſſe, necnon circa conſultationes ſingulari quadã dexteritate uſum ſemper fuiſſe, ita ut quoties rex conſilijs eius uſus ſit, nunquam aberrârit. Tali igitẽ defenſione Teribazus uſus, concordi iudicum ſententia ab omni criminis culpa liber dimiſſus eſt. Rex uerò ad ſe iudicib. uocatis, ſingulos interrogauit quo ſq; que iuſtitiæ titulo reum iudicio abſoluiſſent. Ibi primus quòd uidiſſet aiebat, crimina ei intenta dubia, benefacta uerò eius nota omnibus eſſe. Secũdus poſtea reſpõdebat: Etſi quædam, quorum inſimulabatur, crimina uera eſſent, benefactorũ tamen eius multitudine peccatum id uinci. Tertius deniq; dicebat, quod non benefacta eius hoc quidem lóco reſpexerit, propter honores multiplices quos à rege Teribazus ob id conſecutus eſſet, ſed quod criminibus illis ſeorſim inſpectis non uideretur accuſatus ille obnoxius eſſe. Quibus auditis rex iudices, ut qui iuſtè iudicaſſent, laudauit: Teribazum uerò maximis honorib. decorauit. At Orontem cognito eius mẽdacio, & accuſatione falſa, extrema ignominia affecit. Hactenus quæ de Aſia dicenda fuerant. Quod uerò ad Græciam attinet, Mantineam Lacedæmonijs oppugnantib. ad ætatis uſq; finem, ſtrenuè Mantineenſes aduerſus hoſtes pugnauerunt: uidebantur enim fortitudine Arcades ſuperare. Vnde & Lacedæmonij antea quidẽ cõſueuerãt hos ueluti auxiliares & ſocios fidiſsimos in prælijs ſuis adhibere. Inſtãte uerò hyeme, & flumine iuxta Mantineam imbribus aucto, Lacedæmonij intercepto fluminis curſu magno aggere, in urbem fluuium deriuarunt, ita ut omnis propè locus ſtagnaret. Vnde domibus cadentibus magna Mantineenſes angustia preſsi, urbem Lacedæmonijs tradere coacti ſunt. Qua Lacedæmonij capta non aliud malum Mantineenſibus intulerunt, niſi quod in antiquos uicos migrare eis præceperint. Quare patria ſua euerſa in uicos migrare coacti ſunt. Eodem quo hæc geſta ſunt tempore, Dionyſius in Sicilia Syracuſanorum tyrannus iuxta Adriaticum mare urbes ædificare decreuit. Id autem faciebat, quòd Ionium uadum dictum occupare ſic ſe & uendicare ſibi poſſe ſperaret, ut tutam in Epirum nauigationem inſtrueret, & urbes proprias haberet, ad quas nauibus appellere poſſet. Feſtinabat enim Epiri loca magnis copijs repentè nauigando inuadere, & Delphicum illud fanum multis diuitijs abundans diripere. Vnde cum Illyrijs quoq; ſociale fœdus iuit per Alcetam Molo-

Teribazi apud Artaxerxem cauſæ dictio ad Orontæ calumnias.

Teribazus in iudicio abſolutur.

Mantineenſes Lacedæmonibus ſe dedunt.

loſſum

loſſum, qui exul Syracuſis tum morabatur. Bellum autem Illyriſs gerentibus, ſocios auxiliares eis miſit, milites quidē gregarios duo millia, arma uerò Græca quingena. At Illyriſ arma quidem dederunt militum fortiſsimis, milites uerò quos miſerat Dionyſius, proprijs ſuis militibus immiſcuerūt. Magno itaq; exercitu collecto, Epirum inualerunt, & Alcetam in Moloſſorum regnum deduxerunt. Nemine uerò primùm eis obſtante, agrum eum deuaſtauerunt. Poſtea autem Moloſsis ſe eis opponentibus, acre commiſſum eſt prælium, cuius Illyriſ victoria potiti, Moloſſorum plus quindecim millia occiderunt. Tanta uerò clade Epirotis accepta, Lacedæmoniſ auditis his quę acciditſſent, auxilia res ſocios Moloſsis miſerunt, quo Barbarorum ferocitatem magna ex parte compeſcuerunt. Hæc dum geruntur, Pariſ quodam admoniti oraculo, miſſa in Adriam colonia inſulam ibi extruxerunt nomine Pharum: ſocius in opere eis fuit Dionyſius tyrannus. Hic enim in Adriam quoq; coloniam miſit non multis ante annis quàm urbem, quā Liſſam nominauit, extruxit. A' qua ſumpto initio Dionyſius, dum ab alijs negocijs uacaret, naualia ducentarum triremium capacia extruxit: necnon muro urbē cinxit tantæ magnitudinis, ut ambitus eius alias urbes Græcorum omnes amplitudine ſuperaret. Sed & Gymnaſia magna iuxta Anapum fluuium ędificauit. Quin deorum quoq; templa extruxit, & alia quæ ad augendam & exornandam urbem pertinere cognouiſſet. Vnius autem anni tempore lapſo, Athenienſib. quidem imperauit Diotrephes. Romæ uerò Conſules creati fuerunt Lucius Valerius, & Aulus Manlius. Apud Elæos autem Olympias acta eſt nonageſima nona, in qua Dicon Syracuſius victor in ſtadio euaſit. Pariſ interea qui Pharum inſulam condiderant, compulſis qui antea eam inhabitabāt, Barbaris ad locum quendam editum probeq; munitum, urbem ipſi iuxta mare extructam muro cinxerunt. Poſtea uerò Barbari, qui eam inſulam prius inhabitauerant, Græcorū aduentum ægrè ferentes, implorata Illyriorum ulterius habitātium ope, paruis multis (numerus militum ſuperabat decem millia) nauigijs in Pharum inſulā traiecti, inuadere Græcos, multosq; eorum occidere. At qui Liſſo à Dionyſio prę fectus erat, inſtructa claſſe aduerſus Illyriorum nauigia ſoluit. Quorum his quidem ſubmerſis, illis uerò captis, Barbarorū ſupra quinq; millia occidit: uiuos autē cœpit circiter bis mille. Porrò Dionyſius pecunia deſtitutus, in Tyrrheniam expeditionem ſexaginta triremibus ſuſcepit, ſub prætextu quidem quaſi prædonum ac latronum interitum quæreret, reuera autem ſacrum templum ſpoliaturus, quod Agyllæ in Tyrrheniæ oppido propè naualem ſtationem (quam Turres uulgo uocant) extructum, refertum pręſtantibus donarijs cognouiſſet. Nocte itaq; ſoluens, & copijs ſuis ſecum deductis, prima luce ituens acceſſu potitus eſt. Paucos enim loci eius cuſtodes facilè ui oppreſſos repreſsit. Templum ſpoliauit, nec minus inde quàm mille talentorum bona aſportauit. At Agyllenſibus ad ſuccurrendum excurrentibus, eos quoq; prælio uicit, multis uerò captis, necnon agro eorum penitus, deuaſtato, Syracuſas inde rediit. Spolijs autem uenditis, non minus quàm quingenta talenta collegit. Tanta igitur Dionyſius opum affluentia abundans, omnis generis militum multitudinem mercede conducebat. Ingenti uerò exercitu iam collecto, omnibus aduerſus Carthaginenſes bellum eum geſturum notum erat. Et hęc quidem hoc anno geſta ſunt.

Dionyſius cū Illyrijs ſocietatem coit.

Pharus.

De Parijs Pharum incolentibus.

Dionyſius Agyllenſe templū depeculatur.

Regente autem Athenis Phanoſtrate, Romani conſulari dignitate creārunt quatuor tribunos, Lucium Lucretium, Sentium Sulpitium, Lucium Aemilium, & Lucium Furium. His res adminiſtrantibus, Dionyſius Syracuſorum tyrannus ad bellum Carthaginenſibus inferendum inſtructus, auſpicandi commodè bellum occaſionem quærebat. Videns igitur ciuitates Carthaginenſibus ſubiectas faciles ad defectionem eſſe, quotquot deficere ad ſe uellent, placidè ſuſcipiebat: & pacto cum eis fœdere, benignè eas tractabat. Car-

Dionyſius aduerſus Carthaginēſes quærit occaſionem belli.

thaginenſes autem miſſa ad tyrannum legatione, urbes ſuas ab eo repetunt. Qui quum petioni eorum obſequi nollet, id belli demũ auſpicandi fuit principium. Ibi tum Carthaginenſes firmata cum alijs pace, aduerſus tyrannum bellum parant. Quoniam uerò pro ſua prudentia belli magnitudinem præuidebant, ex ciuibus optimos maximeq; idoneos ad militiam eligebant: necnõ magna publicæ pecuniæ copia expenſa, magnas peregrini quoq; militis copias mercede conducebant. Conſtituto uerò duce Magone rege, multa militum millia in Siciliam & in Italiam utrinq; oppugnaturi tranſmittunt. Dionyſius quoq; diuiſo in duas partes exercitu, una quidem parte aduerſus Italos, altera contra Pœnos pugnabat. Multa itaq; ſingularia certamina inter milites fiebant, & congreſſus paucorum continui, in quibus tamen nihil memoria dignum geſtum eſt. Sed duo magna celebriaq; prælia commiſſa ſunt: in quorũ primo Dionyſius mirabiliter dimicans, circa ea quæ Cabala uocant, primas tenuit: & plures quidem quàm decem millia Barbarorum occidit: nõ pauciores uerò quàm quinq; millia uiuos capit. Reliquam multitudinem ad collem quendam deſertum, omniq; aquæ beneficio deſtitutum confugere coẽgit. Porrò Mago quoq; rex eorum ſplendidè ac ſtrenuè pugnãs cecidit. Pœni autem tantæ cladis magnitudine animis prorſus perculſi, ſtatim de paciſcendis inducijs legatos miſerunt. At Dionyſius unam hanc redemptionem eis contingere poſſe reſpondebat, ſi relictis Siciliæ urbibus, inde diſceſſerint, & omnem bello hactenus inſumptã pecuniam ſibi reſtituerint. Quo reſponſo grauí & ſuperbo eis uiſo, Carthaginenſes commoda fraude Dionyſium circumueniunt. Simulantes enim placere ſibi pactum, dicebant penes ſe non eſſe tradendarum urbium poteſtatem, ſed ut principes ea de re alloquantur: petere ſe ut paucorum dierum inducias Dionyſius faciat. Quo à Tyranno conceſſo, & inducijs iam factis, ſupra modum Dionyſius lętatus eſt: quaſi totam breui tẽpore Siciliam occupaturus. Carthaginenſes interea Magonem regem magnificè ſepelierunt: ſurrogato in locum eius filio omnino quidem iuuene, prudẽtia tamen atq; fortitudine ualdè conſpicuo. Hic uniuerſum inducíarum tempus aciem inſtruendo, ac milites exercendo conſumpſit. Qua ſanè laborum aſſuetudine, & magno hortandi ſtudio, necnon crebra tractãdorum armorum exercitatione promptos, agiles, & robuſtos milites effecit. Inducíarum autem tempore exacto, eductis utrinq; copijs, magna alacritate congreſſi, prælium commiſerũt: commiſſaq; acri pugna iuxta fanum Saturnium dictum, numen pro clade accepta Carthaginenſibus uictoriam uicíſsim dedit. Quemadmodum enim illi prima parta uictoria turpidi nimium propter primũ ſucceſſum factum inopinatò perierunt, ita hi primo quidem propter acceptam cladem animis conſternati, poſtea tamen magnum & inſperatum ſucceſſum experti ſunt. Leptines etenim in alterum conſtitutus cornu, ut fortitudine cæteris omnibus præſtabat, ita heroicè pugnabat: demum multis à ſe ex Carthaginenſibus occiſis, uitam quoq; ſuam glorioſè finiuit. Quo defuncto; Pœni multò confidentiores facti, maiori ui & impetu hoſtes ſuos aggreſsi in fugam uertunt. Dionyſium autem primùm quidem ſelectiſsimos ſecum conſtitutos habens, facilè hoſtibus ſuis præualebat: poſtea uerò Leptinæ morte cognita, & cornu altero confuſo & diſperſo, omnes eius copiæ metu perculſæ fugã ſibi ſalutem quærebant. Facta itaque totius exercitus fuga, Carthaginenſes auídiùs eos inſequentes, ſe inuicem hortabantur, ne quem uiuum caperent. Quare omnibus quos aſſequi potuerunt, occiſis, totus propè locus cadaueribus impletus eſt. Tantam autem cædem fecerunt Pœni, iniuriæ memores, ut occiſorum Siculorum inuenta ſint ſupra quatuordecim millia. Reliqui in caſtra fugientes, nocte ſuperueniente ſeruati ſunt. Carthaginenſes itaq; magní prælij uictoriam conſecuti in caſtra ſua reuertuntur. Nihilo uerò elatiores propter

Dionyſius pœnos ad Cabala fundit.

Carthaginenſes per ſpecie induciarũ Dionyſium circumueniunt.

Mars ἀλλοπρόσαλος.

Pœni Dionyſianos prælio fundunt.

propter eius diei successum facti, legatos ad Dionysium mittunt, concessa simul eis decidendæ omnis controuersiæ, & belli dirimendi potestate. Quorũ sententiæ cum Tyrannus libenter obtẽperasset, decisio facta est, ut sua utrinq; seruarent quibus antea quisq; præfuisset. Carthaginenses tamen Selinuntiorum urbem cum agro sibi ante alios uendicarunt: necnon Acragantinæ terræ partem ad fluuium usq; Alycum dictum. Dionysius autem 1000. talẽta Carthaginensibus soluit. Et hæc quidẽ de rebus in Sicilia gestis. Nunc de ijs quæ in Asia Gaos, qui Persarum classem ducebat in Cypriaco bello à rege deficiens, ad bellum Persis inferendum non tam Lacedæmonios quàm Aegyptiorum regem cohortabatur. Dolo autem à quibusdam occisus uoti sui compos factus non est. Post mortem eius Tachos negocio eo suscepto exercitum sibi colligit, & urbem prope mare in loco quodam sublimi ædificat, quam Leucã nominauit, in qua tẽplum fuit Apollini sacrum. Paulò pòst, mortuo illo, Clazomenij, & Cymæi de urbis eius possessione contendêre.

Dionysius cum Carthaginensibus pacẽ facit.

Clazomeniorum & Cumæorum dissidiũ.

Primùm igitur ciuitates eæ bello dirimere litem eam conatæ sunt: Postea uerò, quodam admonente, oraculum cõsuluerunt, utra ex ciuitatib. ijs Leucæ deinceps dominari deberet, quib. respondisse oraculum fertur, hanc Leucę p̃ficiendam, quæ prior in ea sacrificasset: sed ex suo cuiq; oppido proficiscendũ esse, simul oriente sole, die eodem communi consensu constituto. Die igitur ad id præscripto, Cumæi quidem uicturos se credebant, eo quod urbs eorum propior esset. Clazomenij autem, quia longius à loco distabant, tali ad uincẽdum dolo usi sunt: electis sorte quibusdam ex se colonis oppidum prope Leucam extruxerunt, ex quo simul oriente sole profecti, sacrificio suo Cumæos anteuerterũt. Hoc adeò dolo Leucæ domini facti, nominis eius festum quotannis celebrandum instituerunt nominantes id præuentum. His ita gestis, seditiones per Asiam sua sponte cessauerunt. Lacedæmonij autem post Gai & Tachi obitum de rebus Asiaticis desperantes, Græcorum urbes aggressi sunt: & his quidẽ pollicitationibus, illis uerò ui per profugorum reditum occupatis, aperte iam totius Græciæ imperium ad se contra communia fœdera, sub Antalcide facta, transferebant. In Macedonia autem Amyntas rex magnam cladẽ ab Illyrijs accepit, ita ut de toto suo regno desperaret, bonãq; agri sui partem finitimam, eò quod de recuperando imperio plene desperasset, Olynthijs donauit. Quo facto Olynthij quidem omnem reditus, & prouentus ex agro donato recipiebant. Postea autem ad se Amynta reuerso, & regno præter ómnem spem ei recuperato, Olynthij postulati agrum, quem eis antea donasset, reddere noluerunt. Vnde commotus Amyntas, & copias suas auxit, & Lacedæmonios socios sibi asciuit. Quo facto hortatus est eos ut iste magnitudinis exercitum cum duce aliquo aduersus Olynthios mitterẽt. At Lacedæmonijs loca iuxta Thraciam occupanda esse censentibus, milites tàm ex suis ciuibus, quàm ex socijs omnes quidem supra 10000. elegerunt. Tradito autẽ uno qui dem exercitu Phœbidæ Spartano, præceperunt ei, ut icto cum Amynta fœdere communibus cum ipso uiribus Olynthios oppugnaret. Altero uerò exercitu aduersus Phænuntios misso prælio eos uicerunt, quo facto Lacedęmonijs subijci Phænuntios compulerunt. Eodem tempore Lacedæmoniorum reges multum inuicem moribus & studijs differebant. Agesipolis etenim pacis ualde studiosus, uir iustus & prudẽs aiebat iusiurandum esse seruandum, nec Græcos contra communia fœdera in seruitutem tradendos esse, ignominiosum enim Spartę fore respondebat, si, qui in Asia essent Græcos, deditios Persis feciſſent: aut ipsimet contra Græciæ urbes aliquid molirentur, quarum tamen libertatem asserturos se in communibus fœderibus iurassent. Agesilaus autem natura inquietior, belli studiosus, Græcorum imperio frequẽter inhiabat. Porrò dum Menander Athenis regeret, Romani sex tribunos consulari dignitate pręfecerunt, uidelicet. Quintum Sulpitium, Caium Fabium, Corn.

Πεφθασίαν.

Agesipolis & Agesilaus dissident.

Δοκιμός.

Lacedæmonij Cadmeam inuadunt.

Seruilium, P. Vgonẽ, Sex. Aninũ, & C. Marcum. Eodẽ tẽpore Lacedæmonij Cadmeam ob eiusmodi quandã causam inuaserũt. Cũ animaduertissent, multas in Bœotia urbes esse, necnon uiros eas inhabitantes genere & fortitudine claros. Præterea Thebas antiquã suã existimationẽ retinere, quę in uniuersum esset quasi totius Bœotiæ ꝓpugnaculũ & arx munitissima, ueriti sunt ne quãdo occasione ipsis data, imperiũ affectarẽt. Vnde prefectis hinc inde suis Spartani clãdestinis literis nũciauerunt, ut si quãdo occasio se eis offerret, Cadmeã inuaderẽt. Quo mãdato audito Phœbidas Spartanus cuidã pfectus ducatui, & exercitũ aduersus Olynthios ducẽs, Cadmeam occupauit. Ob quã rẽ indignãtib. Thebanis, & armis cõcurrentib. ꝑlium cum eis cõmisit. Quib. uictis, Phœbidas Thebanorũ clarissimos quidẽ in exiliũ misit, reliquis uerò forti po

Lacedæmonij Thebas sibi subijciunt.

lito ꝑsidio, perterrefactis, ad sua reuersus est. Lacedæmonij aũt ob factũ illud apud Græcos malè audiẽtes, Phœbidam quidem pecunia mulctarunt, ꝑsidiũ uerò Thebis reliquerunt. Hoc ergo pacto amissa Thebani sua libertate, Lacedæmonijs submittere se coacti fuerunt. Cæterũ Olynthijs adhuc aduersus Amyntam Macedoniæ regem bellum gerentib. Lacedæmonij Phœbidam officio suo priuauerunt, fratrem autem eius Eudamidam ducẽ in locum eius cõstitutum cum tribus millibus armatorum ad oppugnandum Olynthios miserunt. Qui cũ in Olynthiorũ agrum uenisset, cõmunib. cum Amynta uirib. bellum aduersus Olynthios gerebat. Ibi tum Olynthij sanè ingẽti exercitu collecto, primas in pugna partes tenuerũt, quoniã plures quàm aduersarij eorum milites habebãt. Lacedęmonij aũt magno denuò exercitu cõscripto, Teleutiam ducẽ ei constituerunt. Frater hic erat Agesilai regis, in magna apud ciues

Lacedæmonios prælio uincunt Olynthij.

propter uirtutẽ eius, existimatione. Hic igitur ex Pelopõneso cum copijs suis soluens, & ꝓpius ad Olynthios accedens, Phœbidæ quoq; milites assumpsit. Cùm uerò ad pugnandum iã esset satis instructus, Olynthiorũ agrũ primum spoliando uastauit, & collecta militum multitudine, prædã eis distribuit. Postea autem Olynthijs cum omnib. tam suis quàm sociorum copijs in aciẽ constitutis, prælium commissum est: qui cum dubio primum Marte pugnassent, utrinq; aliquandiu cesserunt. Postea uerò uehementiori pugna facta (in qua ipsemẽt quoq; Teleutias magno suæ fortitudinis exemplo relicto, occubuit) Lacedæmonij occisi sunt plures mille ducẽtis. Tanto ergo successu Olynthijs usis, Lacedæmonijs quidem restituere cladem acceptam uolẽtes, de maiorib. copijs emittendis circumspiciebant. Olynthij autẽ putantes Spartanos quoque maiorib. copijs aduenturos, necnon multo tempore bellum duraturum tum frumenti copia, quã militum multitudine sibi prospexerunt. Regente uerò Athenis Demophilo, Romani consulari functioni tribunos præfecerunt, scilicet P. Cornelium, Luc. Verginium, Luc. Papyrium, M. Furium, Valerium Aulum, Manlium Lucium, & Posthumium Quintũ. Tum Lacedęmonij qui

Agesipolis cõtra Olynthios missus.

dẽ Agesipolim regẽ, ducem designatum cum magno exercitu aduersus Olynthios in bellum miserunt. Hic uerò ingressus Olynthiorum terram, & assumptis quoq; qui antea in castris fuerant, militibus cum loci eius incolis cõgressus est. Olynthij autẽ eo quidem anno nullum iustum prelium cum hoste cõmiserunt, sed uelitaribus tantum paruulisq; pugnis lacessere regis copias perrexerunt. Exacto uerò anni tẽpore Athenis regebat Pytheas. Romę autem in cõsulum locum tribuni sex constituti sunt: Titus Quintius, Lucius Seruilius, Luc. Iulius, Aquilius Decius, Lucretius Ancus, & Seruilius Sulpicius. Apud Eleos autem Olympias acta est centesima, quando Dionysiodorus Tarentinus in stadio uicit. Post hęc Agesipolis Lacedęmoniorum rex morbo quodam correptus obijt, quum annos regnasset quatuordecim. Cuius post mortem ipsum regnum accepit frater eius Cleombrotus, qui nouem annos regnauit. Porrò Lacedęmonij Polybidam ducem electum in bellum aduersus Olynthios emiserunt. Hic assumptis copijs & bellum strenuè simul ac imperatorię

Lacedæmonij Olynthios sibi subijciunt.

imperatorie administrans, sæpe superior euasit. Magis uerò ac magis successu utens, necnon multorum iam præliorum uictorijs potitus, obsidione Olynthios cinxit. Tandem perterrefactis omnino hostibus, quod nulla salutis spes esset, coegit eos ut Lacedæmonijs se subijcerēt. Translatis itaq; iam in Sparta norum societatem Olynthijs, & aliarum ciuitatum quàm plurimæ sub Lacedæmoniorum imperium recenseri se properarunt. Vnde maxima tum Lacedæmoniorum potentia fuit: quoniam totius Græciæ terra simul ac mari imperium tenebant. Thebani enim præsidio posito custodiebant. Corinthij uerò & Argiui propter bella quæ iam antea sustinuerant, uiribus prorsus erant exhausti. Atheniēses denicp propter oppugnatorum diuisa sorte bona apud cęteros Græcos malè audiebant. At Lacedæmonij ut & hominibus abundarēt, & in armis se exercerent, magnam curam adhibebant, & propter imperium suum tantopere dilatatum, horrori omnibus erant. Quapropter potentissimi tum monarchæ (Persarum regem dico, & Siculorum tyrannum Dionysium) Spartanorum imperium colebant, & fœdus cum eis icere cupiebant.

Lacedæmoniorum potentia.

Cæterùm regente Athenis Nicone, Romani sex tribunos Cōsulari potestate præfecerunt, Lucium Papyrium, Gaium Cornelium, Lucium Manlium, C. Seruilium, Valerium Aulum, & Quintum Fabium. Eo tempore Carthaginēses in Italiam expeditione facta, suam Hipponiatis, unde exciderant, urbem restituerunt, & reductis omnibus qui aufugerāt, magnam eorum curam egerunt. Post hæc autem pestilentiali febre Carthaginem inuadēte, multi Carthaginensium morbo acriter corripiebātur: ita ut de imperio suo periclitarentur. Siquidem & Libyes, quàm primū publicam illam Carthaginensium luem audiuissent, ab ijs defecerūt, & qui Sardonem inhabitabant, putantes se occasionem iam aduersus Carthaginenses nactos, similiter ab eis desciuerūt. Hi incp facta cōspiratione insurgebāt aduersus Carthaginēses. Sed & diuinū quoddam infortunium eo ipso tempore Carthagini accidit. Nā perturbationes & metus magni, quorum tum causæ latebant, in populo erant: repētini quidam cum omnium stupore excitati tumultus frequenter per urbem cū minimè expectarent, fiebant. Multi insuper armis arreptis ex domib. suis tancp hostes urbem inuasuros profligaturi, excurrebant, & ferrū in se inuicē, tancp in hostem quisq; suum stringentes, hos quidem occidebant, illos uerò uulnerabāt. Tandem placato numine sacrificijs, & à maximis malis liberati, statim Libyb. rursus expugnatis, insulam recuperauerunt. Regente autē Athenis Nausinico, Rom. quatuor tribunos pro Cos. crearunt, scilicet M. Cornelium, Seruilium Quintium, M. Furium, & Lucium Quintū. In illo uerò tempore Bœoti cū bellum dictum Lacedæmonib. aduersus Bœtios ob eiusmodi causas extitit. Lacedæmonijs iniquè Cadmeam, posito præsidio, custodientibus necnō multis clarissimis uiris in exilium missis: quot qt in exilio fuerāt, reuersi, assumptis se cum Athenien sibus, nocte obscura patriam suam ingressi sunt. Ibi primū eos qui Lacedæmoniorum partes tuebantur in domib. proprijs adhuc dormientes nacti iugulauerūt: postea ad libertatē uindicandam ciues cohortati sunt; eius q; rei socios auxiliares habuerūt Thebanos omnes. Paulò pòst autem cōcurrente cū armis multitudine, primo statim diluculo Cadmeam obsidere conati sunt. At qui arcem custodiebant Lacedæmonij, quorū unà cum socijs erant plures mille quingentis, in Spartam nunciaturos Thebanorum seditionem, & ut quàm primum eis succurrant, cohortaturos emittunt. Ipsi interim è locis superioribus aduersus obsidionem pugnantes, multos eorum occidebant, nec uerò pauciores uulnerabant. At Thebani quoq; ingētes copias Lacedæmonibus ex Græcia uenturas expectantes, legatis ad Athenienses missis in memoriam eis reuocabant, quòd & ipsi aliquando Athenien sium populum defenderint, quando nimirum triginta tyrannorum iugo præmerentur: ob id se nunc petere ut totis uiribus sibi succurrant: ut antequam cum suis La-

Carthaginēses peste & turbis uexantur.

πανικοὶ φόβοι.

Lacedæmoniorum aduersus Bœotios belli origo.

cedæmonij copijs adueniant, expugnatam rursus Cadmeam recuperare possint. Qua legatorum relatione audita Athenienses decreuerunt sine mora magnum exercitum, qui Thebanorum uindicaret libertatem, mittendum esse: partim quidam gratiam ita pro accepto beneficio reddentes: partim uerò Bœotios sibi deuincire uolentes, quos fortes deinceps auxiliatores aduersus Lacedæmoniorum potentiam haberent. Hic enim populus & hominum multitudine, & bellica fortitudine nulli Græcorum cedere uidebatur. Tandem Demophon dux constitutus, confestim quinque millibus armatorum, & quingentis equitibus sibi delectis, postridie primo statim diluculo extra urbem copias eduxit: & ualde properare eas compulit, quoniam Lacedæmonios antecuertere nitebatur. Sed & totus reliquus populus nihil minus promptus & paratus erat ad militandum in Bœotiam, si opus fuisset. Demophon autem breui temporis spacio itinere eo confecto, Thebanis præter omnium expectationem conspectus est. Similiter ex alijs quoq; Bœotiæ ciuitatibus multis hinc inde militibus cõcurrentibus, ingens breui Thebanis exercitus collectus est. Peditum enim non minus quàm duodecim millia, equitum uerò ultra duo millia conuenerant. Omnes illi magna alacritate contra obsidionem ruentes, diuisis copijs incursus per uices faciebant, die noctéq; in periculis perseuerantes. At qui Cadmeam tenebant, à suis ducibus excitati, non segnius hostes propulsabant: sperantes breui Lacedæmonios cum magnis copijs aduenturos. Donec igitur alimentum eis non deesset, quæuis sustinebant pericula, necnon multos obsidentium aut prorsus occidebant, aut grauiter uulnerabant: magno uerò eis ad eam rem adiumento erat arcis illa proba munitio. Postquam autem rerum necessariarum penuria laborare cœpissent, necnon aduentum suum procrastinarent Lacedæmonij, seditio inter ipsos orta est. Lacedæmonij enim ad mortem usq; tollerare, quicquid malorum esset uolebãt: alij autem qui ex socijs ciuitatibus eis commilitabant, quorum multò plures erant, tradenda esse Cadmeam censebant. Coacti sunt etiam qui ex ipsa Sparta erant, pauci quidem, cedere arce. Quapropter hi quidem per compositionem data fide dimissi, in Peloponnesum abiuerunt. Lacedæmonij postea magnis copijs Thebas accedentes, & paulò tardiùs aduenientes, nihil efficere amplius aduentu suo potuerunt. Vnde tribus præsidij ducibus in ius uocatis, duos morte condemnarunt, tertium uerò tanta pecuniæ copia mulctarũt, quantam uniuersæ eius facultates persoluere non potuissent. Post hæc Athenienses in patriam suam reuersi sunt. Thebani autem cum Thespias obsedissent, nihil effecerunt. Dum hæc geruntur, Romani ad quingentos colonos qui immunes essent, in Sardiniam miserunt. Cæterùm regente Athenis Callia, Romani quatuor tribunos Consulari potestate præfecerunt, Lucium Papyrium, Marcum Publium, Titum Cornelium. Horum tempore cum Lacedæmonij ad Thebas offendissent, Bœotij quidem animo recepto ad se reuersi sunt, & communi inter ipsos societate confirmata, magnum exercitum collegerunt: putabant enim Lacedæmonios ingenti militum manu Bœotiam inuasuros. Athenienses autem missis ad urbes hinc inde à Lacedæmonijs ante oppressas, legatis, uiris quos habebant dignissimis, hortabantur eas, ut magno studio communi libertati uindicandæ incumberent. Lacedæmonij enim propter potentiæ suæ magnitudinem fermè negligebãt, aut ægrè saltem præerant ijs quos nuper sibi subiecerant. Vnde multi ex eorum subiectis ad Athenienses inclinabant. Primùm autem defecerunt Chij & Byzantij: post hos Rhodij & Mitylenæi: necnon aliorum insulanorum quidam: Magis uerò magisq; Græcorum impetu accrescente, multæ ciuitates Atheniensibus adhærebant. Populus autem propter sociorum beneuolentiam lætus, communem sociorum omnium comitijs celebrandis locum constituerunt, & singulis ciuitatibus assessores designauerunt. Communi uerò sententia decretum est, ut locus

Cadmea Thebanis deditur.

Laconicæ potẽtiæ & imperij inclinatio.

locus is in quo consiliarij conuenirent, Athenis esset. Ex æquo tamen ciuitati cuilibet, siue magnę, siue paruæ, suffragium suũ liberum esse debere: præterea omnes ciuitates iuis quidem proprijs legibus, se tamen tanquam ad caput, ad Athenienses referre debere. Lacedæmonij itaq; uidẽtes multorũ ad defectionem impetum cohiberi amplius non posse, pariter & ipsi legationibus blandisq; & humanis sermonibus, præterea plenis beneficiorum pollicitationib. reconciliare sibi homines, quorum animos abalienauerant, studebant. Similiter & bellici apparatus magnam curam habebant. Quando quidem magnũ sibi & diuturnum aduersus Bœotios bellum fore uerebantur. Athenienses enim cum Thebanis, & alij Græci quibus communis erat illa curia, conspirabant. Dum hæc aguntur, Acoris Aegyptiorum rex simultatem quandam aduersus Persarum regem habẽs, magnum peregrinum exercitũ collegit. Quia enim magnum militibus suis stipẽdium dare solebat breui magnas copias etiam ex Græcia ad militiam paratus nactus est. Quoniam autem dux eis satis idoneus non esset, Chabriam Athenienſem accersi iussit, uirũ & militari prudentia clarum, & gloria magna propter alias eius uirtutes dignum. Hic igitur præter populi sentẽtiam suscepto ducis munere, Aegyptiorum exercitum ducebat, & magno studio & conamine aduersus Persas se instruebat. Pharnabazus autem dux à rege Persarum designatus, instructis diligenter, quæ conducere ad bellum uidebantur, omnibus, legatos ad Athenienses misit, partim accusans Chabriam, quòd dum Aegyptiorum exercitui præesset, regis à populo animum abalienaret: partim uerò Iphicratem ducem sibi dari postulãs. Athenienses autem uolentes & regis Persarum beneuolentiam sibi conseruare, & Pharnabazum sibi deuincire, sine mora & Chabriã ex Aegypto accersunt, & Iphicratem ducem, commune cum Persis bellum administraturum emittunt. Porrò inito superioribus temporibus fœdere Lacedæmonijs cum Athenienſibus, pax ad hæc usq; tempora eis mansit. Post hæc autem Sphodriada quodam Spartano duce cõstituto, homine natura superbo & temerario, persuasit ei Cleombrotus rex Lacedæmoniorum sine populi consensu, ut Piræum portum occuparet. Quo audito Sphodriades, habẽs secum plures quam 10000. militum, nocte obscura ad inuadendum Piræum copias suas admouit. At conspicuus factus Athenienſib. frustraq; negocium aggressus, re infecta reuersus est. Postea in publico Spartanorũ cõsessu accusatus, habẽs propugnatores reges, iniustè à crimine absolutus est. Quam rem Athenienses iniquo animo ferentes, uiolata esse à Lacedæmonijs fœdera, communibus suffragijs censuerunt. Volentes insuper bellum eis inferre, duces sibi clarissimos elegerunt tres uiros ciuium omnium spectatissimos, Timotheũ, Chabriam, & Callistratũ. Decreuerunt quoq; ut pedites sibi diligerẽt 20000. equites uerò 500. naues deniq; implerẽt 200. Assumpserũt etiam in cõsessum suum Thebanos æqualibus per omnia conditionibus. Præterea decreuerunt sua singulis reddenda esse, quæ sorte antea diuiserant. Lege quoq; cauerunt, ne quis Athenienſium terrã deinceps extra Atticam coleret. Ob hoc sanè humanitatis studiũ reconciliata sibi omnium Græcorum beneuolentia, ualidius imperium suum reddiderunt. Multæ siquidem & aliæ quoq; ciuitates ob dictam iam causam prouocatæ, ad Athenienses se inclinabant. In primis autem quę in Euboea insula sitæ sunt: etiam præter meritum Athenienſib. magna alacritate cõmilitabãt. Illa enim ut magis à Lacedæmonib. beneficijs affecta, ita contrà ab Athenienſib. grauiter expugnata, non mirũ si hostilẽ aduersus Athenienses animũ seruasset. Veruntamen 70. ciuitates fœdere se cum Athenienſib. cõiunxerũt: quæ omnes cõmunis illius consensus eorum æqualib. omnino conditionib. participes factæ sunt. Quapropter magis ac magis Athenienſium potẽtia aucta, Lacedæmoniorum contrà diminuta, accidit ut urbium illud robur infensum eis redderetur. Athenienses aũt, rebus cęteris ac animi sententia eis succe-

Acoris Aegyptii rex aduersus Persas se instruit.

Sphodriades Lacedæmonius Piræũ occupare frustra conatur.

Athenienses ciuitatum beneuolentiam sibi conciliant.

dentibus in Euboeam exercitum miserunt: ut in officio socios retinerẽt, aduersarios autem oppugnarent. Paulò uerò ante dies illos Neogenes quidam in Euboeo cum Iasone Pheraei filio, collecta militum manu, & arcem Actianorũ per uim occupauit, & tyrannum se ipsum loci eius, & Oropiorum ciuitatis cõstituit. Magnam uerò tyrannidem illo exercente, Lacedæmonij Therípidem aduersus eum miserunt. Hic autem primum quidem uerbis persuadere tyranno conatus est, ut ex arce discederet: quibus quum nihil apud eum proficeret excitatis ad asserendam libertatem finitimis, obsidione locum expugnauit, & libertatem Oropijs restituit. Ob quam causam, Hestiensiũ dictam regionem inhabitantes, bene erga Spartanos affecti, firmã cum eis amicitiam coluerũt. Chabrias autem ab Athenienſib. missi exercitus dux, Hestiensium agrum uastauit, & muro cincta ea quæ Metropolis uocabatur in colle quodam firmo sita, præsidium in ea reliquit: ipse uerò ad Cyclades insulas nauigãs, pellexit Peparethum & Sciathum, necnon alias quasdam Lacedæmonibus antea subiectas. Illi autem uidentes hunc sociorum ad defectionem propensum animum cohiberi non posse, deposuêre priorem seueritatem, & ciuitatibus humaniter se accommodabant: qua sanè familiaritate & beneficijs omnes sibi socios beneuolentiores effecerunt. Quum uerò animaduerterent incremẽtum accipere bellum, adeoq; magna hic cura opus esse, enixè reliqua omnia faciebant: nã & circa aciem instruendam, & militum in classes distributionem, necnon reliqua obeunda publica munera, diligentiores erant. Ciuitates enim & ad bellũ delectos milites in partes decem diuiserunt: quarum primam sustinebant Lacedæmonij, secundam & tertiam Arcades, quartam Elei, quintam Achiui, sextam complebant Corinthij & Megarenses, septimam Sicyonij & Phliasij, & qui Acten dictam inhabitant. Octauam Acarnanes, nonam Phocenses & Locrenses, postremam denicq; Olynthij & Thraciæ incolæ socij. Erat autem eis hæc ratio, ut unus quidem grauis armaturæ miles ad duos leuioris ordinaretur: eques uerò quatuor armatis adæquaretur. Tali ordinum institutione facta, Agesilaus rex uniuersum exercitum ducebat. Vir is erat fortitudine & militari prudentia ualdè celebris, & hactenus ferè inuictus extiterat. Ita enim se & in alijs bellis gessit, ut admirationi omnibus fuerit, & tum quoq; quando Lacedæmonijs contra Persas bellum gerentibus, dux ipse constitutus, ingenti deuicto exercitu, magnam Asiæ partem inuasit, ea quæ sub dio erant obtinens, & nisi tandem à Spartanis ob ciuilia quædam negotia reuocatus fuisset, totum fermè Persarum regnum in extremum periculum adduxisset. Erat enim uir ille in opere ualdè potens, habens coniunctam cum fortitudine magnam prudentiam, nec nisi magnifica opera aggrediebatur. Hinc sanè Spartani quoq; animaduertens eam esse belli huius grauitatem, ut nõ nisi ducem modis omnibus probatum requirerent, hunc uniuerso exercitui præficiendum censuerunt. Agesilaus itaq; assumpto exercitu in Bœotiam uenit, habẽs secum militum in uniuersum plures quàm octodecim millia: ex quibus Lacedæmoniorum quinq; cohortes erãt. Cohors autem uiros continebat quingentos. At cohors quæ Scirites apud Spartanos appellatur, non cum alijs in acie constituitur, sed proprium locum habens cum rege stat, & semper opem fert alijs partibus quæ præmuntur. Hæc ex selectissimis uiris constans, plurimum habet in acie momenti, & ut plurimum uictoriæ causa extat. Agesilaus autem equites habuit supra mille quingentos. Hic cum ad urbem Thespiorũ probè à Lacedæmonijs custoditam accessisset, prope eam castrametatus quieuit, donec amissam milites sanitatem & uires recuperarent. Athenienses uerò audito Lacedæmoniorũ in Bœotiam aduentu, statim cũ 5000. peditum, equitibus uerò 200. Thebas ad auxilia ferenda profecti sunt. Quibus copijs in unũ locum iã cõgregatis: Thebani collem quẽdam 20. stadijs ab urbe distantẽ occupauerũt: & facto sibi propugnaculo per loci difficultatem hostium illico aduentum

Neogenes tyrannus à Therippide Lacedæmonio expugnatur.

Lacedæmonij se ad bellũ aduersus Persas instruunt.

Agesilaus Spartanorũ dux aduersus Persas.

aduentum expectabant. Nam ad auditam Agesilai gloriam perterrefacti, ueriti sunt in campo plano periculum id sustinere. Agesilaus autem instructa acie aduersus Bœotios protectus, postquam ad hostes appropinquasset, primum quidem leuis armaturę milites hostibus obiecit, periculum facturus quàm essent ad pugnam hostes instructi. At cũ facilè Thebani hos è locis superioríb. deiecissent, uniuersum exercitum horribiliter instructum contra eos duxit. Ibi tum Chabrias Athenienſis mercenariorum dux, militibus suis præcepit, ut hostes cum contemptu exciperent, in acie intrepidè persisterent, & demissis ad genua clypeis, stantibus lanceis manerent. Quibus iussum facientibus, Agesilaus admiratus hostium & constantiam & contemptum, non tutum existimauit in iniquum locum niti, & cogere aduersarios ad uirtutem suã exerendum in præsenti periculo. Cumq; expertus esset eos ausuros esse, si cogerẽtur certare pro uictoria, in planum eos prouocabat. Non descendentib. Thebanis, peditum suorum phalangem abduxit, equitib. uerò & leuis armaturæ militib. emissis, agrum eorum, nemine resistente, uastauit, & magna spoliorum copia potitus est. At Spartani qui cum Agesilao erant, partim cõsiliarij eius, partim duces admirabantur, & cum tanto semper successu usus esset Agesilaus, & exercitum multo maiorem potentioremq; haberet, non tamen prælium cum hoste commisisset. Ad quos Agesilaus dixit: Nunc quidem Lacedæmonios sine periculo nimirum uicisse: non enim ausos fuisse Bœotios deuastatæ regioni succurrere. Si autem hostibus uictoria cedentib. per uim eos periculum sustinere coëgissent, fieri propter fortunæ inconstantiam potuisse, ut Lacedæmonij in periculum caderent. Tunc igitur propter solers illud iudicium usus est aptè coniecisse quid contingere possit. Postea autem propter effectus qui secuti sunt, usus est non humanam uocẽ, sed diuinum oraculum protulisse. Lacedæmonij enim cum ingẽti exercitu aduersus Thebanos profecti, cum eos certare pro libertate coëgissent, magnam cladem passi sunt. Primùm enim in Leuctris grauiter afflicti, multos ciuium suorum amiserunt, inter quos & ipse rex Cleombrotus occubuit. Postea uerò ad Mantineam nauib. delati, prorsus perierunt, & imperio suo cum minimè putassent, excidẽrũt. Sic enim solet bona fortuna superbos præter opinionẽ deijcere, & docere ne quid nimis quisquam speret. Agesilaus itaq; prudenter fecit, qui priori successu contentus, exercitum suum incolumem seruauit. Cæterùm post hæc Agesilaus in Pelopõnesum cum copijs suis reuersus est. Thebani uerò propter Chabriæ imperãdi artem seruati, admirati sunt uiri in bello industriam. Chabrias autem multis & præclaris in bello gestis, de illa sua militari fallacia maximè sibi placebat, & imagines à populo sibi datas figura ea constituit. Porrò Thebani post Agesilai discessum aduersus Thespios profecti, primas excubias ducentorum uirorum occiderunt: crebris quoq; incursibus urbem tentauerunt. Postquam aũt nihil memoria dignum efficere potuissent, Thebas cum exercitu suo redeũt. Phœbidas autẽ Lacedæmonius magnum habens Thespijs præsidium, excurrens ex urbe, & temerè cum discedentibus Thebanis cõgressus, plures quàm quingentos milites amisit: ipse fortiter dimicans, multisq; uulneribus aduersis confectus, heroicè uitam suam finiuit. Non multò uerò pòst uniuersis Lacedæmonijs totis uiribus aduersus Thebas proficiscentib. Thebani quidem loca quædam in accessu occupantes, præcauerunt ne hostes deuastare agrum possent. Illi in principio quidem congredi cum uniuerso exercitu in plano nõ audebãt: paulò pòst uerò Agesilao in prima acie cõstituto, pedes cõtulerunt. Vbi forti ac diuturno prælio cõmisso, primũ quidẽ Agesilai copiæ superiores euaserũt. Postea autẽ omnib. ex urbe Thebanis ruentib. Agesilaus uidẽs eam affluentiũ multitudinẽ, receptui statim canere iussit. Tũ uerò Thebani haud quaq; se inferiores Lacedæmonijs esse putantes, erecto uexillo aduersus reliquum

Agesilaus Bœotios iniquo loco aggredi nõ uult.

quũ Spartanorũ exercitus contẽderunt. Quæ igiť circa pedestria prælia gesta sunt, talẽ sortita sunt finẽ. Nũc quãtũ ad nauales copias: Eodẽ sane tẽpore magna naualis pugna inter Naxũ & Parum ob eiusmodi causas facta est. Pollis Lacedæmoniorum nauarchus cum audiuisset frumẽti multitudinẽ nauigijs apportari Athenienſibus, insidiari ac portum quo appellere commeatũ hunc oportuit, obseruare cœpit, uolens naues inuadere. Quo Athenienses audito, classe subitò missa uiam aduehendo frumẽto muniuerũt, & aduectum in Piræum transmiserunt. Post hæc Chabrias Atheniẽsium nauarchus ad Naxum cũ uniuersa classe sua aduectus, obsidionẽ instituit. Adductis uerò ad mœnia machinis, & crebris arietum ictibus muro cõcusso, magno usus est studio, ut per uim urbem eam caperet. Dum hæc aguntur, Pollis Lacedęmoniorum nauarchus opem laturus Naxijs, adnauigauit. Coorta ibi contentione, congressi utrinq; nauale prælium commiserunt. Habebat aũt Pollis quidem sexaginta quinq; triremes, Chabrias uerò octoginta tres. Cõmissis igitur utrinq; nauibus, prior quidem Pollis dextri cornu dux, impetum fecit in oppositas sibi sinistri cornu triremes, quibus Cedo Athenienſis præerat. Pugnans aũt splendidè Pollis, & ipsum Cedonem occidit, & classem eius mari submersit. Similiter & cum alijs congressus, nauium nostris adhærens, has quidem submersit, illas uerò in fugam conuertit. Quod animaduertẽs Chabrias, parte aliqua nauium suarum amissa, opem tulit repressis, & cladem suorum restituit. Ipse uerò habens adhuc secum classem fortissimam, præclarè dimicans multas triremes corrupit. Hic igitur potitus uictoria, necnon omnibus hostium nauibus in fugam cõuersis, ab insecutione prorsus cessauit: recordatus ueteris, illius in Arginusis cõmissi naualis prælij, in quo populus potitus uictoria, duces pro ingenti beneficio morte multauerat, non aliam causam adferens, nisi quòd occisos in nauali pugna non sepeliuissent. Veritus ergo ne fortè in re simili similia pati cogeretur, propterea cessans ab insequendo, ciues in mari nantes colligit, quorum quos uiuentes adhuc reperisset, curandos tradidit: mortuos uerò humari iussit. Circa quam curam nisi occupatus fuisset, facilè uniuersam hostium classem perdidisset. Porrò in hoc nauali prælio, Athenienſium quidem octodecim triremes perierunt, Lacedæmoniorum uerò uiginti quatuor, cum ipsis autem hominibus captæ fuerunt octo. Chabrias itaq; insignem uictoriam nactus, cum multis spolijs in Piræum nauigauit, & magnam à ciuibus laudem consecutus est, nam prima hæc naualis prælij uictoria post Peleponnesiacum bellum Athenienſibus contigit. Illam enim circa Cnidium nõ proprijs uiribus, sed regia classe usi obtinuerunt. Dum hæc aguntur, Marcus Manlius in Italia Romæ tyrannidem affectans, deprehensus occisus est.

Athenienſium prælium nauale cum Lacedæmonijs.

Cæterùm regente Atheni Chariandro, Romano consulari dignitati quatuor tribunos præfecerunt: Seruium Sulpicium, Lucium Papyrium, Cornelium Titum, & Marcum Quintium. Elijs uerò Olympias acta est supra centesimam prima. Interea qui Thraciam incolebant Triballi, frumenti penuria oppressi, cum uniuerso populo expeditionem in exteram regionem fecerũt, & alimentum sibi ex aliena terra comparauerũt. Quum autem plures eorum essent quàm triginta millia, & uicina Thraciæ loca inuaserũt, & Abderitarum regionem, nemine eis resistente, deuastauerunt. Illi igitur magnam prædam nacti, nihil mali metuentes, sine ordine reuertebantur. Ibi Abderitæ cum uniuersis copijs suis aduersus eos sparsim ac sine ordine reuertentes egressi, plures quàm 2000. eorum occiderunt. Ob quæ facta Barbari exacerbati, uolentes ulcisci Abderitas, denuò agrum eorum inuaserunt. At qui antea uicerant, propter priorẽ successum elatiores facti, necnon uicinis Thracibus auxiliares copias eius mittentibus, in acie aduersus Barbaros steterunt. Acri autem pugna coorta, Thracibusq; fugientibus, statim Abderitæ soli relicti, & à Barbarorum

Triballi cur Abderitis bellum intulerint.

rorum multitudine inclusi, fermè ad unum, quotquot in prælio fuissent, occisi sunt. Tanta uerò Abderitis clade accepta, necnon hostib. obsidere quoq; eos uolentib. Chabrias Athenienſium p̃clarus dux cũ ingenti exercitu accedẽs, à piculis illis Abderitas eripuit, ac barbaros ex agro eorũ, pfligauit. Relicto uerò in urbe magno p̃sidio, ipse à quibusdã dolo occisus est. Cęterũ Timotheus post hunc assumpto classiũ gubernaculo, & in Cephaleniam aduectus, classẽ urbi admouet, & reliquis quoq; circa Acarnaniam persuasit, ut ad Athenienses declinarẽt. Quin Alceta quoq; Molossorũ rege amico ei cõstituto, necnõ ciuitatib. iuxta loca illa fermè omnib. ei deuictis, Lacedęmonios nauali prælio circa Leucada uicit. Hæc sanè omnia breui illo tẽpore & facilè effecit: nam orationis, in qua pollebat ille, persuasit, fortitudine aũt & militaris rei peritia uicit. Vnde magnã laudẽ non solum à ciuib. suis, sed ab alijs quoq; Græcis cõsecutus est. Et hæc quidem de Timotheo dicenda erant. Dum hæc aguntur Thebani quidẽ cum selectis uiris 500. aduersus Orchomenũ profecti, quiddã memoria dignum gesserunt. Lacedæmonijs enim Orchomenum magna militũ manu custodientibus, Thebanis uerò se eis opponentibus, fortis facta est pugna: in qua Thebani cum pluribus duplo congressi, Lacedæmonios uicerũt: q̃ sanè nunq̃ superioríb. tẽporib. factum legimus: sed satis esse uidebat̃ si paucos multi uincerẽt. Quapropter magnã sibi prudẽtię laudẽ Thebani, & fortitudinis maximã parauerũt, ut præ cæteris iam clari redditi, de Greciæ imperio certaturi uiderentur. Porro ex historicis Hermias Methymnensis decem, uel, ut alij uolunt, duodecim libris Siculorũ historiam ad hũc usq; annum cõplexus est. Cæterùm regente Athenis Hippodamo, Rom. quatuor tribunos pro consulibus creauerũt Lucium Valerium, Crispum Manlium, Fabium Seruilium, Sulpitium Lucretium. Post hæc Artaxerxes Persarum rex bellum aduersus Aegyptios gesturus, cupiens magnum peregrinum exercitum colligere, decreuit omnes per Græciam bellicos tumultus sedare. Sperabat enim Græcos ab intestinis suis bellis liberatos, promptiores ad exteram militiam fore. Qua propter missa in Græciam legatione hortatus est ciuitates, ut cõmunem inter se pacẽ cõstituerent. Cui sententiæ Græci quotidianis prælijs defatigati, libẽter obtemperãtes, pacẽ inter se omnes cõfirmarunt, ut ex suis singulæ legibus ciuitates uiuerent, & ab omni præsidio liberæ essent. Constituerant itaq; Græci duces quosdam, qui circumeuntes ex singulis urbibus præsidia educerent. Solis autem Thebanis consentire nolentibus, ut fœdus illud ad omnia se oppida prorogaret, sed uniuersam Bœotiam Thebanorum tributariam statuentibus, necnon Athenienſibus pertinacissimè illis contradicentibus, res ad cõmune Græcorum concilium relata est. Ibi Atheniẽsium quidem causam referente Callistrato oratore, pro Thebanis uerò Epaminonda loquente, omnes alij Græci concordi sententia sub fœdus illud recepti sunt. Thebani autem soli qui à fœdere excluderentur digni iudicati (Epaminunda sua uirtute animũ ciuibus faciente) omnium sententijs magna confidentia contradicebant. Lacedæmonij etenim & Athenienses postquam de imperio diu contendissent, sic tandem cesserunt, ut hi quidem terræ, illi uerò maris imperio digni iudicarentur. Vnde tertia imperij parte audita, ægrè ualdè tulerunt, nec Bœotiæ ciuitates tributarias esse siuerunt. At Thebani & corporum robore, & animi uiribus præstantes, necnõ inde quoq; ferociores facti, quod sæpe antea commisso cum Lacedæmonijs prælio uicissent, continentis imperium affectabãt: nec sanè spe sua frustrati sunt, partim ob causas eas quas iã dixi, partim uerò quòd multo plures tum tẽporis & principes & duces fortes haberent. Inter hos uerò omnium clarissimi erant Pelopidas, & Gorgias, & Epaminũdas. Hic enim & fortitudine, & rei militaris peritia, non solum conterraneos suos, uerum etiam alios Græcos omnes multum excellebat: quoniam omnium propemodũ disciplinarum cognitionem habebat: præsertim autem Pythagoricę philoso-

Timotheus occiso Chabria succedit.

Thebani pauci Lacedæmonios multos uincunt.

Græci authorè Artaxerxe pacem inter ſeſe faciunt.

Epaminondas Thebanus laus.

phiæ

† φυσικοῖς παθήμασι κεχορηγημένος.

phiæ præceptis imbutus erat: ad hæc † physicis speculationib. uerã operã nauarat, taceo hic res p̃claríssimè ei gestas. Quare nõ mirũ q̃ nup̃ coactus parua militũ, ciuiũ suorũ manu, cũ uniuersis Lacedęmoniorũ ac sociorũ copijs congredi, tantũ eos quos inuictos dixísses superarít, ut ipsum quoq̃ Lacedæmoniorũ regẽ Cleombrotũ occiderit, ac tota fermè hostiũ multitudo cæsa sit. Tãta uerò illic p̃ter omniũ expectationẽ fecit, per quãdã singularẽ industriã & uirtutẽ bonarũ literarũ studio quæsitã. Sed plura de his paulò pòst in particularibus dicemus. Nũc ad continuandã hístoriã cœptã reuertamur. Postq̃ igít cõcessum est populis illis ut suis legib. uiuerẽt, magni tumultus & seditiones in ciuitatib. maximè circa Pelopõnesum orti sunt. Cũ enim penes paucos rerũp. administratio fuisset, nũc uerò ad populũ omnis boni & æqui expertẽ potestas trãslata esset, multos bonorũ uirorũ in exílium miserũt. Præterea iudicijs cõstitutis iniquís, homines cõdemnabant. Vnde seditionib. coortis, hos quidẽ exílio, illos uerò bonorũ publicatione mulctabant: præsertim uerò in eos furebant, qui sub Lacedæmoníorum imperio ciuitatib. p̃fecti antea fuerant: Promiscua enim populi turba nacti iam libertatẽ, memores erãt duri illius imperij, quod aliquãdo sub p̃fectis illis pertulissent. Ac primum Phialẽsium exules in unum congregati, Herẽa loco satis munito occupata, impetu quodã inde ruẽtes Phialeam inuaserunt, & bachanalia forte fortuna tum celebrãtes, in theatro deimprouiso obrutos, multos iugulauerunt, nec paucis ad cõsortium suum pertractis, in Spartam inde cõcesserunt. Corinthi uerò exules frequentes apud Argiuos cõmorãtes, conati sunt redire. Recepti uerò intra urbẽ à familiaribus quibusdam & amicis, in periculum uenerunt ne caperentur, per calumniam accusati. Cumq̃ futurum esset ut corriperentur, & metuerent captiuitatis cruciatum, se inuicem occiderũt. At Corinthij multis ciuibus quasi socij inuadendæ urbis profugis illis extitisse nt, accusatis, hos quidẽ occiderunt, illos uerò in exílium miserunt. Porrò in Megarensium ciuitate, quidam conati reip. statum immutare, uicti à populo multi quidẽ occisi sunt, nec pauci euaserũt. Similiter apud Sicyonios quidam nouis rebus studẽtes, è medio sublati sunt. A' Phliasijs quoq̃ in exilíũ multi eiecti, occupato in agro eorũ loco quodam probè munito, necnon multis ad se mercenarijs milítib. congregatis, prælium cõmittebant aduersus eos qui extra urbem egressi fuerant, ubi sanè potiri exules uictoria, Phliasiorum supra 300. occiderunt. Postea uerò ꝓditi à uigílib. exules claudem pasi sunt. Phliasij enim uincẽtes exulum quidẽ plures quàm 600. prostrauerunt, reliquos uerò ex loco suo penitus ꝓfligatos, in Argos fugere coẽgerunt. Hi igitur sunt tumultus & calamitates illæ quę in Peloponnesi urbib. acciderunt. Regente autem Athenis Socratide, Romani consulari dignitati quatuor tribunos præfecerunt, Quintum Crassum, Seruílium Cornelium, prẽterea Spurium Papyrium, & Fabium Album. Interea Artaxerxes rex expeditionẽ aduersus Aegyptios qui à Persis defecerant, suscepit. Duces copiarum erant, barbarorum quidẽ Pharnabazus, mercenariorum uerò (quorum erant 20000.) Iphicrates Atheniẽsis. Vir autem ille à rege accersitus officio huic præfectus est propter singularem suam uirtutẽ, quam in bello sæpe exercuerat. Multis uerò annis Pharnabazo circa apparatum consumptis, Iphicrates quidẽ uidens eum in sermone ualde potentẽ, in opere aũt tardum, loquendi libertate usus ad eum dixit: mirarí se cur sermone sit tam celer, factis uerò admodum tardus: ibi respõdit Pharnabazus: ideò id fieri, quòd ipse quidem sermonis sui dominus sit, factorum autem rex. Porrò collecto iam in Acem urbem uniuerso Persarum exercitu, Barbarorũ sanè numerata sunt ducẽta míllia, quibus præerat Artabazus. Mercenariorũ autem Græcorum uíginti míllia, quos Iphicrates ducebat. At naues quoq̃ numeratę sunt, triremes trecentæ † trígenum uerò remorum naues ducẽtæ. Sed & reliquarum quib. frumentum & alius cõmeatus uehebaẽ, magnus ualdè numerus erat. Cæterũ ad

Græciæ ciuitatib. cõcessa αὐτονομία, homines inquieti seditiones mouerunt.

Artaxerxis expeditio in Aegyptum.

† τριακόντοροι.

initium

initiũ æstatis omnes regis duces cũ uniuersis copijs inde soluerũt, & classe instructa aduersus Aegyptũ tẽderunt. Postq̃ aũt ꝓpè Nilũ uenerũt, offenderũt Aegyptios probè omnib. quæ ad bellũ pertinẽt instructos. Pharnabazus cũ diu cunctatus, multũ tẽporis hosti dederat quo se pararet. Nã quoniã Persarũ duces nõ plenã omniũ agẽdorũ potestatẽ habẽt, de omnib. ad regẽ referũt, similiter de uno quoq; respõsa expectãt. Nectanebis aũt Aegyptiorũ rex audiuerat quidẽ de magnitudine exercitus Persarũ, cõsolabatũ eum uel maximè loci munitio, quoniã accessu difficilis esset tota ferè Aegyptus: deinde q̃ omnes ad Aegyptũ accessus tã qui p̃ terrã q̃ qui per mare ꝓbè muniti essent. Nilo enim septẽ ostijs in Aegyptiũ pelagus defluẽte, ad singula ostia singulæ urbes extructę erãt, p̃altas utrinq; aluei turres habẽtes, necnon ligneũ pontẽ, ex quo ꝓhiberi posset aditus nauiũ. Ante aliã uerò omnia Peluſiacũ ostium ꝓbè munierãt: eò q̃ ipsum primũ ex Syria aduenientib. occurreret, adeoq; uideretq̃ maximè accessum hostib. p̃stare posse. Illud cũ fossa circundederãt, muroq; extructo adnauigationis loca cõmodissima occluserãt, & quantũ ad reliquos accessus attinet, nõnullas per terrã uias stagnare fecerãt, alias quib. naui aditũ, aggerib. obstruxerãt. Quapropter nec classe adnauigare, nec equestri exercitu appropinquare, nec deniq; peditib. accedere facile erat. At Pharnabazi duces ad Peluſiacũ ostiũ aduenientes, uiderũt mirabiliter id munitũ, ac magna militũ manu custoditũ. Vnde spe omni de superãdo illo abiecta, p̃ aliud ostiũ accedere decreuerũt. Nauigãtes igitur depressi in mare quantũ licuit, ne cerni ab hostib. naues possẽt, adnauigarũt per ostiũ quod Mendesiũ uocãt: habebat id ripã satis spaciosam, q̃ cum 3000. militũ ingressi, Pharnabazus & Iphicrates ad oppidulũ ad hostiũ extructũ, ꝓcesserũt. Aegyptijs uerò cũ 3000. equitũ ac peditũ simul ad ꝓpulsandũ hostẽ excurrentib. forte cõmissum est ibi p̃liũ, in q̃ Aegyptij à Persis cõclusi (nã multi subinde qui Persas iuuarẽt accurrebãt) magnã stragẽ passi sunt: nã multi eorũ occubuerũt, nec pauci uiui capti sunt. Qui aũt superstites erãt, eos hostes in oppidũ usq; ꝓsequebantur. Iphicratis uerò copiæ facta intra mœnia irruptione irruẽs in custodes, & occupato ꝓpugnaculo funditus id euerterũt, captiuis ductis ijs qui in eo habitabãt. Post hæc autẽ dissensio quædã inter duces coorta est, ꝓpter q̃ conatu frustrati sunt. Iphicrates. n. cũ audiuisset à captiuis, Mẽphim hominũ multitudine destitutã omniũ q̃ in Aegypto sunt urbiũ cõmodissimam esse, uoluit inde cõtra Mẽphim nauigare, anteq; Aegyptiorũ copiæ accessissent. Pharnabazus aũt expectandum hic esse totũ Persarũ exercitũ cẽsebat, tutiorẽ. n. fore in Mẽphim expeditionẽ. At Iphicrate dari sibi mercenarios dũtaxat petẽte q tũ aderãt, & potiturũ se illorũ opera urbe, ꝓmittẽte, Pharnabazus confidentiã eius & fortitudinẽ haud ignorãs, ueritus ne solus ille Aegyptũ suparet, ꝓmittere ei noluit. Itaq; Iphicrates testificatus est, si tẽporis celerẽ occasionẽ p̃termiserint, in causa futuros esse ut totus ille tã ingẽs exercitus nihil efficiat. At illi ei inuidebãt, & cõuicijs eum iniquè ꝓscindebãt. At Aegyptij ociũ nacti, magnũ in Mẽphim p̃sidiũ miserũt. Vniuersis uerò copijs ad deuastatũ oppidulũ eductis, crebros cũ hostib. cõflictus faciebãt, eò q̃ sæpe ꝓpter armorũ firmitatẽ superiores euaderẽt. Magis uerò magisq; inualescẽtes, multos Persarũ atq; hostiũ nimiũ uirib. suis fidentiũ, occidebãt. Cæterũ ꝓtracta circa oppidulũ militia, & Etesijs uẽtis iã spirãtib. Nilus auctus, & omnẽ locũ fluxu suo inundãs, multò magis Aegyptum muniebat. Persarũ uerò duces aduersa semp fortuna utẽtes, decreuerũt relicta Aegypto, inde discedere. Qua ꝓpter in Asiã reuersis, & simultate quadã inter Pharnabazũ & Iphicratẽ exorta, Iphicrates ueritus ne cõprehẽsus pœna afficeret, quemadmodũ Cononi Atheniẽsi cõtigisset, statuit apud se clã ex castris aufugere. Quare instructo nauigio, nocte obscura clã omnib. inde soluẽs, Athenas nauigauit. Pharnabazus aũt missis legatis, accusauit Iphicratẽ, quasi in culpa fuisset q̃ minus cape Aegyptũ potuerint. Quo audito Atheniẽses respõ-

Aegyptus quare ἀπάτορος.

Artaxerxis copiarum in Aegyptũ appulsio.

Dissensio duũ cum.

Persæ ab Aegypto inf ecto discedunt.

sum Persis

sum Persis dederunt, se si eum fontẽ esse deprehenderint, p meritò punituros. Ipsi uerò paulò pòst, Iphicratem classi ducem præfecerunt. Porrò haud absurdum me facturum putaui, si quæ de Iphicratis uirtutibus historici scripta reliquerũt, apponam. Hic enim singulari quadã militaris rei scientia & industria præpollusse traditur: & ad omne bonũ institutum suapte natura quasi duce usus fuisse. Hunc in qua nactum eam bellicarum rerum peritiam, in diuturno illo Persico bello, multa ad bellũ utilia excogitasse: præsertim uerò ijs quæ ad armaturam spectant, diligenter eum prospexisse ferunt. Cùm enim Græci magnis clypeis uterentur, adeoq; ægrè se mouerunt, sustulit clypeos & peltas modicas confecit, in quo quidem duo bona consequutus est, ut & corpora satis tegerentur, & possent, utentes peltis, propter leuitatem agiliores esse. Propter eximium uerò peltarum usum quo plurimum omnibus commodabant, qui antea à clypeis clypeati erant uocati, tunc à peltis peltati dicti sunt. Cæterùm quod ad hastam & gladiũ mutato nomine attinet, diuersam planè rationem secutus est. Nam hastas quidem sesquiplo, enses uerò ferè duplo longiores fecit. Cuius sanè rei præstantiam usus comprobans, ducit quoq; consilium quo non sine magno commodo factum id fuerat, gloriosum & laudabile reddidit. Præterea calceamenta quoq; soluto facilia, leuiaq; militib. fecit, quæ ad hæc usq; tempora Iphicratides ab illo uocãtur. Sunt & alia multa ad militiam utilia, quæ Iphicrates primus ostendit, de quibus longum foret scribere. Persarum igitur aduersus Aegyptum expeditio magno apparatu suscepta, irritum hunc finem sortita est. Porrò tumultuantibus per Græciam urbibus propter inconsuetam reip. formam, multisq; insurgentibus, propterea quod communiter principatu carerent, succurrebant Lacedæmonij constituentibus paucorum principatum: ijs uerò qui populi principatum tuebantur Athenienses opitulabantur. Nam ambæ hæ ciuitates non diu fœdera seruarunt. Post hæc uerò suarum urbium partes fouentes, bellum aggressæ sunt, nihil amplius curantes communem illam pacem ipsis antea cõstitutam. Quapropter populus malè erga eos affectus, qui in Zacyntho ante Lacedæmoniorum tumultum præfecti fuerant, nec non iniuriarum memor omnes eos in exilium expulit. Illi autem ad Timotheum Athenienſium nauarchum confugientes, classi eius se adiungebant, & nauali prælio gerendo socios se ei præstabant. Hunc ergo nacti adiutorem, & in insulam ab ipso transmissi, locum quendam iuxta mare probè munitum occupauerunt, quem Arcadiam uocabat. Inde autem magnis conatibus profecti, & ope Timothei freti, mala ciuitati inferebant. Zacynthijs uerò Lacedæmoniorum auxilium implorantibus, primum quidem missa Athenas legatione Timotheum accusabãt. Quum autem uidissent ad exulum partes populum se inclinare, classẽ instruxerunt, & impletis uiginti quinque triremibus, auxiliares copias Zacynthijs miserunt, præfecto classi Aristocrate. Interea dum hæc agũtur, quidam ex Corcyra Lacedæmoniorum amici aduersus populum insurgentes, Spartanos hortati sunt, ut nauales copias sibi mitterent: se enim Corcyram eis tradituros promittebant. At Lacedæmonij haud ignari magnam Corcyræ potentiam esse, cupiuerunt sub suum imperiũ ciuitatem eam redigere. Nihil igitur cunctati, uiginti duas triremes duce Alcida in Corcyram miserunt. Simulauerunt autem se in Siciliam classem eam mittere, quo tanquam socij á Corcyræis suscepti, urbem unà cum exulibus occuparent. Corcyræi autem cognito Spartanorum instituto, urbem studio custodiebant, & Athenas legatione missa, auxilium rogabant. Athenienses uerò decreto Corcyræis & Lacedæmoniorum socijs auxilio, Cteſicleum ducẽ exulibus præfectum in Zacynthum miserunt: in Corcyram uerò naualem exercitũ mittere parabant. Dum hæc aguntur, Platæenses Bœotiæ populus Athenienſium societatem sibi exoptantes, quum urbem Athenienſibus tradere decreuissent, milites accersebant. Ob quam rem Bœotarchæ Platæenſibus indigna-

Iphicratis laudes.

In Græcia tumultuatur.

ti, & an-

ti,& anteuertere ſocietatem Athenienſium uolentes, ſtatim exercitum haud contemnendum aduerſus eos ducebant. Quum uerò non procul iam ab urbe Platęenſium abeſſent,facto de improuiſo irruptione plurimi Platęenſium in campo relicti ab equitibus,è medio ſublati ſunt. Reliqui uerò in urbem fugientes, omni ſociorũ ope deſtituti coacti ſunt hoſtium arbitratu cõponere. Oportuit enim eos,aſſumpta ſuppellectile,ex urbe decedere, nec unquã Bœotiã intrare.Poſt hæc uerò Lacedæmonij euerſis Plataeis, Theſpias quoq; alie natas à ſe deuaſtarunt.Platæenſes autem Athenas cũ liberis & uxoribus ſuis fugientes,propter populi probitatem communi ciuitatis iure donati ſunt. Et hæc de Bœotia dicere uolui. Cæterùm Lacedæmonij Mnaſippum ducem electum cum ſexaginta quinq; triremibus,militibus uerò mille quingentis,contra Corcyram miſerunt.Hic uerò in Inſulam claſſe deuectus, & aſſumptis ad ſe profugis in portum nauigauit,& quatuor ibi nauibus potitus eſt. Reliquæ autem tres naues ad littus fugientes, ab ipſis Corcyræis ne in hoſtium manus uenirent incenſæ ſunt.Vicit quoq; Mnaſippus pedeſtri exercitu eos qui in cõtinente collem quendam occupauerant,& magnum uniuerſis Corcyræis metum incuſsit.Porro Athenienſes quoq; iam antea Timotheum Cononis filiũ cum ſexaginta nauibus Corcyræis auxilio miſerant. Hic aũt in Thraciam antè claſſe profectus,& multis ciuitatibus in ſocietatem ſuam pertractis, triginta inſuper triremibus claſſem ſuam auxit. Tum demum,ſed ſerò, Corcyræis opem laturus adueniens,primum quidem, uehementer ei populo indignante,magiſtratu ſuo excidit: poſtquàm uerò Athenas reuerſus eſt,adducta ſecũ magna legatorum multitudine,qui fœdera paciſci circa Athenienſibus uolebant:necnon triginta triremibus claſſe ſua aucta, ac deniq; tota claſſe ad bellũ optimè inſtructa,mutata ſua ſententia populus ducis officium ei reſtituit.Prę parabant autem & alias quadraginta triremes, ita ut in uniuerſum eſſent centum & triginta magnum præterea frumenti,telorum & rerum aliarum ad bellum neceſſariarum apparatum faciebant.Tum quidem Cteſicle duce, electo, cum quingentis militibus ad opem Corcyræis ferendam eum miſerunt. Hic ſi igitur clàm in Corcyrã nocturno tempore nauigans,obſeſſores latuit. Offendens uerò ſeditione ciues in urbe tumultuantes,nec bellum rectè adminiſtrãtes,ſeditiones compeſcuit,& magnam ciuitatis curam ſuſcipiens, animũ obſeſsis reſtituit.Ac primũ quidem re non prouiſa cum obſeſſoribus cõgreſſus, circiter ducentos eorum occidit.Poſtea aũt iuſto cum eis commiſſo prelio, & ipſum Mnaſippũ,& cum eo non paucos neci tradidit. Poſtremò concluſis circa obſidionem hoſtibus magnam laudem & gloriam conſecutus eſt. Porrò finito iam propemodum circa Corcyram bello, Athenienſium claſsis ducibus Timotheo & Iphicrate in Corcyrã uenit. Illi autem ſerius aduecti,nihil aliud memoria dignum geſſerunt,niſi quòd Sicilienſibus triremibus quas Lacedæmonijs Dionyſius ducibus Ciſsida & Crinippo in auxilium miſerat, obuiam facti,unà cum uiris eas,quę nouem numero erant,ceperunt.Diuenditis uerò ſpolijs eorum quos cepiſſent,plus quàm ſexaginta talenta collegerunt: unde mercedem ſtipendiarijs perſoluerunt. Dum hæc aguntur,Nicocles interea in Cypro,Eunuchus Euagoram regem dolo malo occidit, & Salaminiorum regnum ſibi ſubegit. In Italia uerò Romani inſtructo aduerſus Prænestinos exercitu,necnon uictis pleriſq; ex hoſtibus, penitus eos euerterunt. Porrò regente Athenis Aſtio, Romæ in Conſulum locum ſex tribuni ſubrogati ſunt. Marcus Furius,Lucius Furius,præterea Aulus Poſthumius, Luc. Lucretius, M.Fabius,& Luc.Poſthumius.His tum res adminiſtrantibus, magni in Peloponneſo terræmotus, ac regionis urbiumq; inundationes incredibiles factæ ſunt,qualia mala omnibus ſuperioribus ſeculis nunquàm in Græciæ ciuitatibus,acciderunt,ut unà cum hominibus urbes funditus abolerent, diuina quadam ultione eam hominum perniciem ac cladem ſingularem operãte. Auxit

Lacedæmonij Plataeas euertunt.

Mnaſippũ Lacedæmoniorũ dux.

Timotheus Athenienſiũ dux

Cteſicles obſeſſ Corcyræis ſubuenit.

Peloponneſi terræmotus & inundationes.

uerò mali huius magnitudinẽ ipſum quòq; tempus: non enim diurno tempore terræmotus fiebant, quando ſuccurrere ſibi ipſis periclitãtes potuiſſent, ſed noctu clade ea accidente, domus à terræmotus magnitudine diſiectę, ſuper ſe inuicẽ ruebant. Homines aũt partim propter tenebras, partim improuiſum & ſubitũ malũ ſalutis & euadendi uiã quærere ſibi non potuerunt. Vnde quam plurimi ædificiorum ruina prẽuenti, perierunt: quibuſdã uerò, exorto diluculo, extra domus exilientib. ac ſibijp ſis, quòd periculũ illud effugiſſent, congratulantib. multò maior ac incredibilior calamitas poſtea accidit. mari enim uehementer concitato, altoq; fluctu exundante, omnes unà cum domib. abſorpti perierunt. Factum eſt aũt malum hoc in duabus Achaiæ urbibus, una Helice, altera Bura, quarum Helice quidem ante terrẽmotum habita eſt omnium Achaiæ urbium celeberrima. Porrò magna de his calamitatibus quęſtione ultrò citroq; facta, Phyſici quidem ſcrutantes horũ malorum cauſas, non ad Deum, ſed ad naturales quaſdam ac neceſſarias circumſtantias referebant. Verũ qui melius paulò de numine ſentiebant, ueriſimiliores afflictionis eius rationes reddebant, nempe quòd ex deorum ira calamitas hęc impijs accidiſſet: de quibus & nos ſingula perſequentes diligentius ſcribere tentabimus. Nouem in Ionia ciuitates conuenire ad Panionia celebranda conſueuerant, & ſacrificare Neptuno magna antiquaq; ſacrificia, iuxta eam quam Mycalen uocant, in loco quodam ſolitario. Poſtea uerò bellis illic ſæuientibus, Panionia celebrare in loco eo non poſſent, tranſtulerunt eum conuentum in alium tutiorem locum, propè Epheſum. Miſsis uerò uatibus Pythium conſultum oraculum, reſponſum acceperunt, ut ex Helice (quæ tunc quidem Ioniæ, nunc uerò Achaiæ urbs dicitur) à uetuſtiſsimis & multò ante à maioribus eorum extructis altarib. ſimulachra acciperent. Quo ſanè audito reſponſo Iones, in Achaiam ſine mora, qui ſimulachra inde auferrent miſerunt. Illi autem expoſita in communi Achaiorum conuentu legationis ſuæ cauſa, perſuaſerũt eis, ut quæ peterent ſibi darentur. At Helicæ incolæ uetus oraculum habentes, quòd uidelicet tum periclitaturi ſint, cum ſuper Neptuno altare Iones ſacrificauerint, oraculum illud conſiderantes, contradicere Ionibus quantum ad ſimulachra attinet, dicentes, non commune Achiuorum, ſed ſuum illud delubrum eſſe. Conſentiebant his & Buræ habitatores. Achiuis autem communi ſententia id concedentibus, Iones quidem ſuper Neptuni altare, iuxta oraculi tenorem ſacrificarunt. At Helicenſes diſiectis Ionum pecunijs & ſpectatores corripuerunt, & numen ipſum impietate uiolarunt. Ob quę aiunt Neptunum iratum, hanc ciuitatum harum impietatem terræmotu ac diluuione ulciſci uoluiſſe. Aiunt præterea euidentes eius rei rationes exiſtere, quòd uidelicet à Neptuno hæc urbibus illis ultio facta ſit: quòd partim conſtet hunc ipſum Deum & terrẽmotuum & diluuiorum poteſtatem habere: partim quòd Peloponneſus uetus quaſi domicilium Neptuni fuiſſe uideat, & regio ea Neptuno quaſi ſacra putetur, & omnes in Peloponneſo urbes in uniuerſum non alium magis quàm ipſum hunc Deum colant. Ad hæc fertur Peloponneſus magnos ſub terra cauos habere, & confluentium aquarum magnos quaſi ſubterraneos lacus. Nam eſſe in ea duos fluuios manifeſtò ſub terram fluentes. Nam is qui ad Pheneum eſt fluuius, in terram influens ſuperioribus temporibus euaneſcebat ſubterraneis cauernis eum hauriẽtibus: & is qui iuxta Stymphium eſt terræ hiatu abſorptus, per ducenta ſtadia ſub terra latens latus, tandẽ ultra Argiuorum oppidũ exitum quęſiuit. Porrò præter ea quę dicta ſunt, dicunt quoq; quòd præter illos numinis uiolatores, nemo alius cladem eam paſſus ſit. Sed de terræmotibus ac diluuijs quæ in Peloponneſo accidêre, dicta hæc ſufficiant. Regente Athenis Alciſtene, Romani in Conſulum locum octo tribunos ſubrogarũt: Luc. Valerium, & P. Ancum, præterea C. Terentium, & L. Menenium: præter hos C. Sulpicium, & T. Papyrium, & L. Aemilium, & Fl. Marcũ.

Cauſam ueſtigat author ſuperioris terræmotus.

Neptunus et diluuiorũ & terræmotuum auctor. Ethnicorum errore.

Fluuij in Peloponeſo ſub terra fluentes.

Apud

Apud Eleos uerò Olympias acta est supra centesimam secunda in qua stadiũ uicit Damon Thurius. Hisce tẽporibus, Lacedæmonijs annos fermè quingẽtos Græcię imperiũ tenẽtibus, amittendi imperij signũ eis Numẽ ante dedisse uidet. In cœlo enim per multas noctes fax magna ardens conspecta est, quam à figura trabẽ igneã dixêre. Paulò pòst uerò Spartani graui, de improuiso, prælio uicti, imperiũ præter omnẽ spẽ amiserunt. Cæterũ ex Physicis quidã facis huius generationẽ ad naturales causas referebant, dicẽtes eiusmodi phantasmata ex necessitate certis quibusdam temporib. gigni: & ex huiusmodi signis Chaldæos quoq; q in Babylonia sunt, & alios Astrologos certa uaticinia colligere. Ipsos uerò non mirari si quiddã eiusmodi fiat, sed si non fiat secundùm proprias circuitiones perenni motu & latione quadã definita. Hanc quidẽ facẽ tantũ habuisse splendorẽ & luminis uim, ut umbras more lunæ in terra efficeret. Eodẽ tẽpore rex Artaxerxes uidens Græciã denuò tumultib. concitatã, missis legatis hortabat eos, ut omissis bellis intestinis, pacem inter se iuxta fœdera iã antea pacta, constituerent. Quã regis sententiã omnib. Græcis libẽter approbantib. cõmunem inter se pacẽ ciuitates oẽs, præter Thebanos cõposuẽrunt. Soli em Thebani Bœotiã sibi subiectã uolentes, à reliquis Græcis recepti non sunt. Quia placebat omnib. ut singulæ ciuitates iurarent, & promitterẽt. Vnde à fœdere hoc excluſi, Bœotiã ut antea tributariã sibi seruabant. Ob quã causam Lacedæmonij cõmoti, totis uirib. expeditionẽ aduersus eos tanq; cõmunes hostes suscipere decreuerunt. Valde enim suspectos eos propter incrementũ eorũ habebant, ne quãdo uniuersa subacta Bœotia, Spartanorũ quoq; imperiũ, captata occasione euerterent. Nã in Gymnasijs se cõtinuè exercẽtes robustis corporib. erãt, & natura bellicosi, nulla Græcorũ populo fortitudine ac robore cedebant. Habebant quoq; duces uirtutibus insignes, quorũ p alijs multis tres maximè clari erãt: Epaminundas scilicet, Georgias, & Pelopidas. Vrbs pterea Thebanorũ ppter pgenitorum claritudinẽ quo tẽpore multi uixêre Heroẽs, in magna existimatione erat. Eo igit anno Lacedæmonij ad bellũ instruebant, & copias sibi delígebant partim ex ciuib. partim ex socijs. Regente aũt Athenis Phrasiclida. Romani consulari dignitati præfecerũt tribunos octo: Publiũ Maniũ, C. †Herenniũ, C. Sextũ, Tiber. Iuliũ, Luc. Labiniũ, P. Treboniũ, & C. Manliũ: præterea Luciũ Antestium. His imperio pfectis, Thebani quia à fœdere erãt excluſi, coacti sunt soli bellũ aduersus Lacedæmonios sustinere. Nulli enim ex alijs Græciæ ciuitatib. licebat eis succurrere, qm cõmunem omnes pacẽ confirmauerant. Lacedæmonij aũt, solis relictis Thebanis, bellũ subitò inferre eis, & inuadere Thebas decreuerũt. Quũ aũt ingens esset Lacedæmoniorũ apparatus, & Thebani omni sociorũ auxilio destituti, oẽs suspicari cœperũt, facilè Thebanos à Lacedæmonijs expugnatũ iri. Vnde quot quot ex Græcis Thebanis fauebant, eorũ uicẽ dolebant, propter imminentes calamitates: contrà uerò quorũ à Thebanis alienatus animus erat, gaudiũ nõ mediocre capiebant, q breui Thebani sub iugũ essent mittendi. Tandẽ Lacedæmonij magno iam exercitu instructo, Cleombroto Regi eũ dederũt: & primũ quidẽ missa Thebas legatione, imperabãt eis, ut oẽs Bœotiæ ciuitates suo sinerent iure uiuere. Platæenses uerò & Thespias in integrũ restituerent, & regionẽ ijs, qui antea eã possedissent, redderent. Respondentib. uerò Thebanis: sibi non multũ negotij esse cũ Lacedæmonibus, nec ad ipsos pertinere Bœotiæ curã. Lacedæmonij cõtinuò Cleombrotũ cũ instructo exercitu cõtra Thebas miserũt. Lacedæmoniorũ aũt socij alacres oẽs ad bellũ erãt: sperantes nec certamen, nec ullũ fore conflictũ, sed sine sudore & sanguine se Bœotia potituros. Illi igit præeuntes quũ in Cheroneã uenissent, castris illic positis sequẽtes socios expectabãt. Verũ Thebani, audito hostiũ aduentu, decreuerũt uxores suas unà cũ liberis Athenas transmittere. Ipsi aũt Epaminõda duce, electo, totũ ei bellũ cõmiserũt, adiũctis ei sex Bœotiorũ primoribus. Epaminõdas itaq;

Periodus imperij Spartani.

περίοδος Δωρικὸς.

Lacedæmonij aduersus Thebanos bellũ decernunt.

Proœmia belli

† βρυόκιον.

Thebanis exercitũ in prælũ ductis prodigia occurrunt.

electis ad p̃lium ex uniuerſo Thebanorũ populo quotquot p̱ ætatẽ idoneos ad bellũ nouiſſet, necnon ex Bœotijs aptos, duxit ex Thebis in uniuerſum nõ amplius q̃ ſex milliũ militũ exercitũ. Cæterũ dum urbẽ egrederent, ſigna ei apparuerunt, q̃ pleriſq; eorum aduerſa uiſa ſunt. Nã iuxta portas p̃co Epaminõdæ exercitui obuiã factus eſt, coecũ hominẽ q̱ aufugerat reducens: ac quẽadmodum mos erat edicebat, ut nec Thebis educeret, neq; de medio tolleret, ſed abductus rurſus conſeruaret. Quo audito ſeniores quidẽ augurium futurorum faciebãt. Iuniores uerò quietẽ agebãt, ne ex metu & pigritia auertere à bello Epaminondã uelle uiderent. Epaminõdas aũt eis, qui auguria eſſe attẽdenda dicebãt, dixit: Vnum optimum augurium eſt pugnare p̱ patria. Quo libero reſpõſo Epaminõdas quum religioſiores planẽ perterruiſſet, aliud augurium priori horribilius cõſpectum eſt. Scriba.n. haſtã & ei adhærentẽ faſciam tenẽs præibat, ut q̃ duces iuſſiſſent omnib. ſignificaret. Ibi uento exorto, accidit ut auulſa ab haſta faſcia circũ columnã illic in ſepulchro quodã erectã ferret. Erãt aũt in loco eo ſepulti quidã Lacedęmonij & Pelopõneſij, q̱ ſub Ageſilao militãtes occubuerãt. Hoc uiſo ex ſenioribus quidã denuò accedentes, teſtabant haudquaq; educẽdum eſſe exercitum, dijs manifeſtè iratis. At ille nihil eis reſpõdens, copias eduxit, maiorẽ honeſti & æqui rationẽ eſſe habendã q̃ horum ſignorum, exiſtimãs. Epaminõdas itaq;, etſi rẽ diligẽter perpendiſſet, & rationib. (ut erat in diſciplina inſtructus) prudẽter uſus eſſet, primum tñ à multis accuſatus eſt, poſtea uerò p̱pter feliciores ſucceſſus ſingulari rei militaris p̱itia eminere uiſus, magnorum bonorũ cauſa patriæ ſuæ extitit. Statim enim copijs ſuis eductis, & locis circa Coroneã anguſtis occupatis, caſtrametatus eſt. Cleõbrotus uerò quum audiuiſſet hoſtes tranſitum illum occupaſſe, diffidebat iã trãſire ampliꝰ illas, ſed p̱ Phocidẽ iter faciẽs, & maritimã uiã aſperã quidẽ p̱uadẽs in Bœotiã abſq; periculo p̱uenit. In uia aũt quoddã oppidulorũ ſubegit, & triremib. potitus eſt. Poſt ea in Leuctra, q̃ uocãt, p̱greſſus, caſtrametatus eſt: & milites ab itineris moleſtia recreauit. Bœotij hoſtib. obuiã p̱cedentes, quum p̱pius ad eos aęceſsiſſent, & colles quoſdã ſuperaſſent, repẽte uiderunt Lacedæmonios totũ Leuctricum cãpum occupaſſe. Vnde cõſpecta tã ingẽti hoſtium multitudine, haud mediocriter metu perculſi ſunt. Cõſidentibus uerò Bœotiæ magnatib. ac conſultãtib. utrum expectãdus eſſet hîc tã numeroſus hoſtis & p̃lium cum eo cõmittendum, an diſcedendũ inde ut æquioribus locis p̃lium cõmitterent, accidit ut æquales utrinq; ducum ſentẽtiæ fierẽt, nã ſex in uniuerſum magnatũ cõſultantium erãt, quorum tres quidẽ, abducẽdum eſſe exercitum, reliqui uerò tres manẽdum ac dimicãdum cum hoſte, cẽſebãt: inter quos Epaminõdas quoq; cõmemoratus eſt. Ibi tã magno eis relicto dubio, ut quid nã agẽdum eſſet, diſcernere nõ poſſent, ſeptimus ex Bœotiæ principib. acceſsit, q̃ perſuaſus ab Epaminõda ut eius ſentẽtiæ accederet, ſuffragio ſuo obtinuit. Sũmus igitˇ dux quoq; ſimiliter q̱ decretum erat, ratũ fecit. Epaminõdas aũt animaduertẽs, ſuperſtitioſo quodã metu milites teneri, p̱pter ſigna q̃ acciditſſent, uehemẽter ſtudebat ratione aliqua à ſe excogitata ex multitudinis animis metum eum eximere. Quapropter quibuſdã q̱ recens Thebis uenerãt p̱ſuaſit, ut dicerẽt, circa Herculis tẽplum ſubitò arma euanuiſſe, & cõmuni Thebis fama ferri, q̱ ueteres illi Heroës aſſumptis illis armis ad opẽ Bœotijs ferendã exiuerint. Subornauit & aliũ q̱ tanq; ex Trophonij antro modò aſcendẽs diceret. Deũ ipſis p̃cepiſſe, ut ubi in Leuctris uictoria potiti fuerint, ludicrum certamẽ q̱ coronariũ dixere Ioui regi inſtituãt. Vnde etiãnum Bœotij hunc in Lebadia cõuentum celebrãt. Adiuuit quoq; Epaminõdæ cõſilium Leãdrias Spartanus, q̱ ex Lacedæmonia quidẽ p̱fugus, tùm Thebanis cõmilitabat. Hic enim in cõcione p̱ductus, uetus eſſe hoc Spartanis dictũ aiebat, q̱ uidelicet tũ ex ſuo ſint caſuri impio, qñ in Leuctris à Thebanis uicti fuerint. Acceſſerũt Epaminõdę fatidici q̱dã dicẽtes: Quod circa Leuctri

Epaminondas quomodo ſuis ſuperſtitionũ metum exemerit.

Deliberatio Thebanorum de prælio.

εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

ctri Scedasiq; filiarum sepulchrum necesse sit magnam cladem Lacedæmonios ob eiusmodi causas pati. Leuctrus fuit is, à quo campus ille nomen suum obtinuit. Huius & cuiusdam Scedasi nomine filias Lacedæmoniorum legati uitiauerant. Vitiatæ contumeliam non ferentes, patriam eam unde missi uitiatores erant, detestatæ manu sua mortẽ sibi consciuêre. His atq; eiusmodi multis aliis dictis, Epaminondas coacta concione milites suos apta oratione ad pugnam animabat. Vnde sententias suas omnes mutarunt, ac à pristino suo metu liberati, ad pugnam se alacri animo instruebant. Eodem porrò tempore auxiliares copiæ à Thessalis Thebanis accesserunt. Pedites quidem mille quingenti, equites uerò quingenti, quorum dux erat Iason. Hic persuasit Bœotijs & Lacedæmonijs, ut inducias facerent, & opinatos fortunæ impetus timerent, factis autem inducijs Cleombrotus cùm copijs suis ex Bœotia discessit. Cui in itinere obuiam factus est alius ingens Lacedæmoniorum ac sociorum exercitus, duce Archidamo Agesilai filio. Spartani enim animaduersa Bœotiorum alacritate, necnon ferocitatem ac contumaciã eorum metuentes, alterum quoq; exercitum miserant, ut uel militum multitudine, hostiũ audaciã uincerent. Cõiunctis itaq; in unum copijs, turpe sibi fore duxerunt Lacedæmonij si Bœotiorũ uires metuerent. Quare contẽptis inducijs, cum magna confidentia in Leuctra, conuersi, redierunt: non minore tamen alacritate Bœotijs quoq; ad prælium expectantibus. Itaq; utrinq; instruxerunt copias.

λεύκτρον.

τὰ περὶ λόγας τὴν ὕνυγος ὑπολαβυλῶας.

Quæ iam sequuntur uertit Iodocus Vuilicius Vuetteranus.

Et apud Lacedæmonios quidem, ab Hercule genus ducentes constituti sunt duces cornuum exercitus, Cleombrotus rex, & Archidamus Agesilai regis filius. Apud Bœotios uerò Epaminondas, proprio quodam & supernacaneo ordine usus, arte sua imperandi, clarissimam illam uictoriam est adeptus. Deligens enim ex uniuersis copijs fortissimos, in altero latere collocauit: in quibus etiam ipse præliaturus erat. Imbecillimos uerò in altero cornu constituit, mandatumq; eis dedit, ut fuga pugnarent & ad incursum hostium paulatim loco cederent. Itaq; cum fecisset agmen obliquum, eo cornu, in quo stabant delecti, prælium decernere decreuit. Cùm igitur utrinque, tubas signa darentur, & primo impetu congrederentur exercitus, Lacedæmonij utroq; cornu simul aggrediebãtur, acie falcata & incurua: Bœotij uerò, ab altero cornu subterfugiebant, ab altero cursim in hostes irruebant. Cùm autem manus conseruissent, primò quidem utrisq; fortiter & animosè pugnantibus, dubium erat certamen. Postea uerò quàm Epaminondæ milites & uirtute, & agminis frequentia superiores essent, multi Peloponnesij interficiebantur. Non enim poterant sustinere robur fortitudinis delectorum, sed ex resistentibus alij cadebant, alij uulnerabantur, idq; non nisi aduersis uulneribus. Donec igitur rex Lacedæmoniorũ Cleombrotus fuit superstes multisq; stipatus, quorum clypeis protegeretur, & qui alacriter pro ipso mortem oppeterent, anceps adhuc erat uictoriæ inclinatio. Postquam autem ipse omne periculum subiret, nec tamen, propulsare aduersarios posset, strenuè præliando, & multa uulnera excipiendo occubuit. Tunc concursu ad cadauer facto, mortuorum ingẽs multitudo accumulata est. Cùm autem cornu pectore destitutũ esset, Epaminondæ milites, grauiter incumbentes Lacedæmonijs, primùm uiolentia, nonnihil hostes ex acie propulsarunt. Lacedæmonij uerò, qui pro rege propugnarunt egregiè corpus obtinuerunt, uictoriam autem consequi non potuerunt. Nam tametsi delecti præstabant animorum magnitudine, quàm tum uirtus, tũ cohortatio Epaminondæ roborabant: tamen uix & difficulter Lacedæmonij superati sunt. Primo recedentes, ordinem dissoluerunt. Postremò multis interfectis, & rege, qui hortator eis & admonitor existeret, mortuo ex omni parte fugam capessit exercitus. At Epaminondæ milites, instantes fugientibus, magnamq; stragem hostium edentes, laudatissimam uictoriam reportauere.

Lacedæmoniorũ et Thebanorum pugna in Leuctris.

Cleombrotus occumbit.

ἀναρχίας γενομένης περὶ τὸ κράτος.

Lacedæmoniorum clades.

uêre. Nã qm̃ cũ fortiſsimis Græcorũ dimicauerũt, & pauci numero, plurimos p̃ter expectationẽ fuderunt, id facinus eis peperit fortitudinis exiſtimationẽ & gloriã. Maximã etiã laudẽ dux Epaminondas aſſecutus eſt, ut q̃ ſua potiſſimum uirtute, & ſciẽtia militari, inuictos Græcię duces profligaſſet. Occubuerunt in p̃lio Lacedæmoniorum nõ pauciores 4000. Bœotij uerò circiter 300. Poſt hęc de mortuorũ ſepultura & reditu Lacedæmoniorũ in Pelopõneſum fœdus pepigerũt. Atq; pugna Leuctrica in eiuſmodi finẽ deſijt. Anniuerſario uerò tẽpore exacto, Athenis imperiũ cepit Dyſnicetus, Romę in conſulũ locũ ſubrogati ſunt 4. tribuni, Q. Seruilius, & L. Furius itẽ C. Licinius & P. Cœlius His regentib. Thebani cum magno exercitu oppugnãtes Orchomenũ, ciuitatẽ in ſeruitutẽ redigere conabant. At Epaminõda conſiliũ dãte, oportere eos,

Τὴν εμονίαν. qui Græcorum † ductũ affectarẽt, hæc q̃ per uirtutẽ & ſtrenuè patraſſent, liberalitate & beneuolentia conſeruare, ſententiã mutarunt. Proinde ſocietatẽ cũ Orchomeniorũ ciuitate inierunt. Poſt hæc receptis in amicitiã Phocenſibus,

Iaſon Tyrãnus Aetolis & Locris regreſſionẽ in Bœotiã ſuſceperunt. Iaſon interea Tyrannus Pherenſis in dies magis magisq; creſcẽs, bellũ cũ Locris geſsit, Heracleã Trachiniæ, per ꝓditionẽ captã diruit & ſubuertit, terrã uerò Oetæis & Melienſib. dono dedit. Poſt hæc in Perrhebiã pergere ciuitatũ alias blandis & beneuolis ſermonib. pellexit: alias ui coẽgit & ſubiugauit. Theſſali cum potẽtiã eius cõfirmari cernerent, ſubitum incremẽtum, & dominãdi libidinẽ ſuſpectã habe-

Argiua ſeditio & cædes. re cœperunt. Interim dum hæc fiunt, in Argiuorum urbe tãta ſeditio & cædes oriẽ, quãtã apud reliquos Græcos nunq; fuiſſe memorat. Dicta eſt hæc factio

Σκυτάλισμὸς Scytaliſmus, à Græcis, id nominis ſortita à cædis ratione & modo. Cauſſa tumultus hęc extitit. Cùm Argiuorũ reſpublica p̃ populi poteſtatẽ regereꝫ, & aliqui ex oratorib. plebẽ cõcitarent aduerſus eos, qui potẽtia gloriaq; excellerẽt, accuſati cõſpirabant ad opprimendã plebẽ. Cumq; aliqui, qui cum his facere putabanꝫ, in q̃ſtionib. examinarenꝫ, cæteri tormẽtorum cruciatũ perhorreſcẽtes, ipſi ſibi mortẽ cõſciuêre. Quodã autẽ tẽpore unus in q̃ſtionib. cõfeſſus, effecit ut ſibi fides haberẽ, & ꝓdens triginta ſpectatiſsimos uiros reos fecit. Populus nõ ſatis certis rationib. redarguẽs accuſatos, morte mulctauit, & eorum bona publicauit. Cùm uerò plurimi eſſent in ſuſpicione, & oratores fictis criminationib. eã iuuarent, in tãtum ferociit plebs, ut omnes quicunq; in crimẽ uocarẽ, quãuis multos & locupletiſsimos homines morti adiudicaret.

Nemeſis. Interfectis deinde potentiorib. uiris plus duob. millib. & ducẽtis, neq; ab oratorib. ipſis populus manum abſtinuit. Nã ꝓpter acceptę cladis magnitudinẽ, timẽtes oratores, ne ſibi inopinatum aliquod malum accideret, accuſandi ſtudium deſeruêre. Plebs autẽ ſe derelinqui ab eis exiſtimãs, & ob hoc irritata omnes oratores capitis ſupplicio affecit. Itaq; hi, quaſi quodã Deo ſic ordinãte dignas pœnas dederunt. Populus uerò, depoſita moleſtia, ad priſtinã beneuo-

Lycomedes turbas excitat apud Arcades. lentiã reuerſus eſt. Eodẽ tẽpore Lycomedes Tegeata, ſuaſit Arcadibus, ut in unum ordinẽ redigerenꝫ, & cõmune cõcilium inſtituerẽt, in quo decẽ millib. uirorum cõmitteretꝫ omnis poteſtas de bello & de pace cõſultandi & decernẽdi. Exorto uerò tumultu inter Arcades, armis & ferro de cauſſa diſceptatũ eſt uſq; adeò, ut multi trucidarenꝫ, plures etiã q̃ mille quadringẽti in exiliũ irent, alij in Spartanorũ terrã, alij in Pallantiorum: qui à Pallantij ꝓditi, & in manus uictorum traditi, ab ijs interfecti ſunt. Qui uerò in Spartanorum fidẽ cõfugerant, perſuaſerunt Lacedæmonijs, ut expeditionẽ in Arcadiã ſuſciperẽt. Quãobrem rex Ageſilaus cum exercitu & exulib. in Tegeatarum regionẽ impetũ

Iaſon Pherẽſis Theſſalos ad inuadẽdũ Græciæ imperium animat. fecit, q; hi potiſſimum authores extitiſſent ſeditionis & exilij. Cùm aũt regionis uaſtitatẽ, urbi oppugnationẽ inferret, metũ fecit omnib. Arcadib. qui ei ſe opponebãt. Interea dum hæc gerunt, Iaſon Pherẽſis tyrãnus, intelligẽtia militari p̃ſtãs, & uicinorũ ſocietate belli potens, hortat Theſſalos, ut uniuerſæ Græciæ imperiũ ſibi uindicarẽt. Illud enim quaſi pręmiũ uirtutis ꝓpoſitum ijs eſſe

qui

qui de eo contendere & decertare possent. Nã Lacedæmonijs insignẽ calamitatẽ, p pugnã Leuctricã, iniectã esse. Athenienses solos maris dominiũ obtinere. Thebanos primatu dignos nõ esse. Argiuos p factionẽ & cædẽ iteritinã, ad nihilũ esse redactos. Proinde Thessali summæ rerũ pficiẽtes Iasonẽ, belli administrationẽ ei crediderũt. Iason uerò accepto ductu, uicinas aliq̃t gẽtes sibi adiunxit, & Amyntã regẽ Macedonũ in societatẽ belli asciuit. Omnino aũt memorabile qd, & rarũ in hoc anno cõtigit. Nã tres uiri in imperio uiuẽtes eodẽ tẽpore uitã reliquerint. Amyntas Tharralei filius, rex Macedonię, mortuus est post exordium regni sui, anno 24. relictis trib. filijs Alexãdro, Perdicca & Philippo, succesit in regnum Alexãder, & regno gubernauit unum annum. Similiter etiã Agesipolis Lacedæmoniorum rex uitã cum morte cõmutauit, anno primo post initium regni sui. Imperium aũt suscepit Cleomenes frater, qui regnauit triginta quatuor annos. Tertius Iason Pherensis, dux electus Thessalorum, & cum æquitate subditos regere existimatus, p dolum interfectus occubuit: quẽadmodum Ephorus refert, à quibusdã adolescentib. qui gloriæ caussa cõiurauerant: sed si alijs credimus, à Polydoro fratre, qui & ipse regno suscepto, imperauit unum annum. Duris Samius, historiæ Græcorum hinc principiũ sumpsit. Hæc igit hoc anno pfecta sunt. Lysistrato uerò Athenis remp. tenente, Romæ coorta seditio est: alijs cõsules, alijs tribunos eligẽdos esse cẽsentib. Itaq; aliquãto tẽpore sine principib. tumultus ꝓmiscuus extitit. Post hæc uisum est eligere tribunos sex & cõstituti sunt L. Aemylius & Caius Verginius, & Seruilius, & pter hos L. Quintius, & C. Cornelius, itẽ C. Valerius. His imperãtib. Polydorus Phereus Thessalorum princeps ab Alexãdro fratre ueneno sublatus est, ꝓuocatus ad ebrietatẽ. Potestatẽ aũt sibi uẽdicauit frater eius Alexãder, & imperauit undecim annos. Ille cum p scelus & uim imperium sibi parasset, eodẽ instituto & ꝓposito summã rerum administrabat. Nã, cum ante ipsum cæteri, reges, benignè & humaniter se gessissent erga populum, & ob eã caussã beneuolentiã subditorum sibi ꝓmeruissent: ille, q̃ grauẽ & uiolẽtum se in regnãdo pberet, odio habebaṫ. Quapropter etiã metuẽtes eius iniq̃tatẽ & scelera Larissensium aliq̃, qui propter nobilitatẽ & amplitudinẽ generis Aleuadæ cognominabanṫ, cõspirarunt inuicẽ ad dissoluẽdum imperium: ꝓfectiq̃ in Macedoniã psuaserunt Alexãdro regi, ut sibi ad cõfringendã Tyrãni potentiã adesset. Interea dum in his reb. illi sunt occupati, Alexãder certior factus de aduersariorum apparatu, cõscripsit in militiã, quos cõmodum uidebaṫ, cogitãs in Macedonia pugnã facere. Macedonum uerò rex, ducẽs secum Larissensiũ exules, puertit hostes, & cum exercitu uenit ad Lariſsã. Intromissus aũt à Lariſsẽsib. intra mœnia, totã urbẽ obtinuit pter arcẽ. Deinde arcẽ q̃q; obsedit, & Cranone urbe sibi cõciliata, ꝓmisit se Thessalis urbes restituturũ esse: cõtemnensq; gloriæ, præsidijs dignis & iustis eas muniuit, & occupauit. Verũm Alexãder Pheræus fugatus ab hoste ꝓrsus animo cõsternatus, ad Pherẽos sese recipit. Atq; Thessalia, in eiusmodi statu uersabaṫ. In Peloponeso uerò Lacedæmonij Polytropũ miserũt ducẽ belli in Arcadiã cũ ciuib. armatis mille, exulib. Argiuorũ & Bœotiorũ quingentis. Is ꝓgressus usq; ad Orchomenũ custodiebat urbẽ, fauore animisq; promptã & ꝓpensam erga Spartiatas. Lycomedes uerò Mãtineensis dux Arcadum, assumptis ex ijs, quos Electos uocant quinq; millib. accessit ad Orchomenũ. Cùm aũt Lacedæmonij copias ex urbe eduxissent, cõmissum est pl̃ium acre, in q̃ cum dux Lacedæmoniorũ cecidisset, & alij fermè ducẽti, supstites terga dederunt, & usq; ad urbẽ fugati sunt. Verũm Arcades etiãsi uictoriã obtinuissent, tñ magnitudinem Spartæ pertinescebãt, neq; putabãt se solos posse cũ Lacedæmonijs dimicare. Proinde ascitis Argiuis & Eleis primò legationem miserunt Athenas, ad petendũ auxiliũ cõtra Spartanos. Cùm uerò nemo eã audiret, aliã miserunt ad Thebanos, suadentẽ ut secũ inirent societatẽ belli cõtra Lacedæmonios. Cõfestim igit Bœo-

Amyntæ Macedonum Regis filij.

De Thessaliæ rebus.

tij ad iũctis ſocijs Locris & Phocẽſib. copias educunt. & in Peloponeſum ꝓcedunt, ducib. Epaminõda & Pelopide. Nã his reliqui Bœotarchi, ductũ belli ultrò cõceſſerant, tũ ob ꝓ rudentiã militarẽ, tũ ob ſingularẽ fortitudinẽ uirorũ. Cũ uerò ꝓpè Arcadiã ueniſſent, obuiã eis ꝓceſſit uniuerſus populus Arcadũ Eleorũ & Argiuorũ, & cæteri ſocij omnes, congregatiſq; plus 50000. duces eorũ, habito cõcilio decreuerũt rectà ad ipſã Spartã uadere, & uniuerſam Lacedæmoniã depopulari atq; ꝓdere. Cõtrà Lacedęmonij, cũ multos in Leuctrica clade amiſiſſent, nõ paucos etiã ex alijs pugnis deſiderarẽt, breuiter planè exiguũ numerũ ciuiũ bellatorũ fortuna reliquũ feciſſet: adhæc cũ ex ſocijs alij defeciſsẽt, alij eodẽ modo ad inopiã uirorũ maximã eſſent redacti: hæc omnia circũſpicientes, q̃ ſe uerterent, nõ habebãt. Quãobrem coacti ſunt ad Athenienſiũ opẽ cõfugere: quib. triginta Tyrãnos ꝓteritis annis obtruſerant, & quos ne mucros urbis ædificarẽt, ꝓhibuerãt: Quorumq; urbem à fundo ſubuertere & Atticã uaſtatione deperdere uoluerãt. Nã neceſſitate atq; fortuna nihil eſt ualentius, q̃ docuerunt Lacedęmonios, etiã infeſtiſſimis hoſtibus ſe ſupplices abijcere. Neq; uerò hæc eos ſpes fruſtrata eſt. Nã populus Athenienſis, cũ eſſet magnanimus iuxta & facilis, Thebanorũ uires nõ reformidarunt, & Lacedæmonijs de libertate periclitãtib. cũ uniuerſis ciuib. ſuppetias tulit: & continuò duce electo Iphicratem, miſit iuuenum pugnatorũ duodecim millia. Iphicrates itaq; aſſumptis militib. alacriter ꝓcedebat, & uelociter cũ exercitu. Verùm Lacedæmonij, cum hoſtes in finib. Laconicæ caſtrametarentur, etiã ipſi cũ uniuerſo populo, relicta Sparta aduerſarijs obuiã ꝓceſſerũt, numero quidem militum haud pares, animorũ uerò uirtute & cõſtantia cõfidentes. Epaminõdas igit̃ cũ ſuis, cum uiderent difficilẽ aggreſſu eſſe regionem Lacedæmoniorum, ſimul & cõiunctim tãtum exercitum in eã impetum facere, rati ſunt non eſſe in rem ſuã. Quãobrem diſtribuentes ſeipſos in quatuor partes, in plurib. locis decreuerunt impreſſionem facere. Primę itaq; partis Bœotij rectà ad urbem nomine, Hellaſiã iter facerunt, & eos qui in his locis incolebãt, à Lacedæmonijs deſciſcere coẽgeruut. Argiui uerò per terminos regionis Tegeatidis introgreſſi, pugnã cum his qui p̃ſidia iuxta ingreſſum agitabãt, cõmiſerunt, & p̃ſidiorum ducem Alexãdrum interfecerunt, alioſq; ad ducentos occiderunt, in quib. erãt exules quoq; Bœotiorũ. Tertia pars cõſtans ex Arcadibus, hominum numero ampliſſima, irrupit in regionem nomine Scirităm, quã tenebat Iſcholas: uir & animi celſitudine, & intelligentia p̃ſtantiſſimus: cum multis militib. p̃ſidijs cauſſa. Is igit̃ in clariſſimis militib. habitus facinus planè heroicũ & memorabile deſignauit. Cùm enim uideret omnes, q̃ ſe p̃lio crederẽt, ꝓpter hoſtiũ multitudinem occubituros: ſimul quidem deſerere aciẽ in introitu cõſtitutã, indignũ eſſe Spartana ciuitate iudicabat: ſimul permagni intereſſe ad utilitatem patriæ milites incolumes ſaluoſq; cõſeruari ratus, mirabiliter utriuſq; rationem habuit, & Leonidę regis fortitudinem, cẽ aliquãdo ad Thermopylas declarauerat, cũ quadã æmulatione repſentauit. Separatos enim iuniores, remiſit Spartã, ut de ſumma rerũ periclitãti, adiumento eſſent. Ipſe uerò cũ ueteranis in acie perſeuerãs cum plurimos hoſtium letho dediſſet, circumdatus ab Arcadib. & cõpręhenſus in medio, cum omnib. interfectus eſt. Elei uerò, qui quartum ordinem ducebãt, per alia patentia & aperta loca uenerũt in urbẽ Hellaſiã. Nã in hunc locum, p̃ceptum erat, ut omnes in unũ cõuenirent. Cũ aũt uniuerſus exercitus Hellaſiæ collectus eſſet, ꝓceſſerunt ad ipſam Spartã, ferro ſimul & igne regionem uaſtãtes depopulãtesq;. Lacedæmonij uerò, cum quingentos annos Laconicã à uaſtitate liberã tenuiſſent, tũc ob oculos eã dirui diſtrahiq;, nõ ſuſtinebãt, ſed ardentiſſimis animis, ex urbe exiliebant. Verùm, cum ꝓhiberent ſeniores, lõgius à patria recedere, ne quis eã adoriret, morẽ geſſerunt, tum otium ab hoſtib. agendo, tum urbem tutò cuſtodiendo. Cùm aũt Epaminõdæ milites per Taygetũ ad Eurotã deſcenderent, & fluuiũ tranſi-

Spartani Athenięſium opem implorant.

Laconicã quadripartito inuadunt hoſtes.

Iſcholæ Spartani facinus heroicum.

transirent impetu uehementi præcipitiq; hyemali tempore decurrentem, animaduertentes Lacedæmonij exercitũ hostilem ꝓpter trãsitus difficultatẽ perturbatum esse, occasionẽ ad aggrediendũ cõmodam ceperunt, & uxoribus, liberis natuq; grandiorib. ad custodiã Spartæ in urbe relictis, ipsi iuniorib. in aciem ordinatis, cõfertim ex urbe in hostes sese effuderunt ac repentè trãseuntes adorti magnã eorũ cedem ediderunt. Exinde defensantib. Bœotijs & Arcadib. & circumdãtib. aduersarios, Spartani plurimis cæsis, in urbẽ reuertunt declarata patria ꝓpriaq; fortitudine & magnanimitate. Post hęc, Epaminondas cũ uniuersa manu, ignis infestis, ad urbẽ aduentãtẽ, Spartani, munitionẽ locorum ꝓ auxilio habentes, multos, q petulãtius urgerent, occiderunt. Tandem hostes summo conatu oppugnationi intẽti, primò, ut ui Spartã caperẽt, desperauerunt. Deinde, cum multi eũ impetentib. occumberent, nõ pauci etiam uulnerarent, Epaminõdani tuba signo dato receptui cecinerunt. Ipsi cum accessissent ad urbẽ, Spartanos uel in acie pugnã facere, hortabant, uel cõfiteri se inferiores esse hostibus, iubebãt. Cùm aũt Spartani responsum dedissent se de summa rerum bello decernere uelle, cũ tempus opportunum nacti fuissent: recesserunt ab urbe. Vastataq; Laconica, collectaq; spoliorum innumerabili copia, reuersi sunt in Arcadiã. His reb. gestis, Athenienses tempore frustrati, nec ullo memorabili facinore perpetrato, retrogressi sunt in Atticã. Lacedæmonijs interim à socijs in auxilium ueniunt quatuor millia militũ. His adijcientes Helotas mille nuper libertate donatos & exules Bœotiorum ducẽtos. Ex uicinis insuper urbib. nõ paucos accersentes, exercitum aduersum hostes parãt. Eum cõiunctum retinentes & exercentes semper magis animis cõfidebant, & ad certamen de summa rerum obeundum sese instruebãt. Epaminondas uerò, natura magnarum rerum appetens, & sempiternæ gloriæ cupidus, Arcadibus, cæterisq; socijs suasit, rursus ædificare Messanam, q multis antè annis à Lacedæmonijs diruta erat, & situ ad infestandã Spartã cõmodissimũ tenebat. Cõsentientib. igit uniuersis, omnes qui de Messanensib. reliqui manserãt, requisiuit, item alios qui uellent, ciuitate donauit, Messanã cõdidit, conditã multis habitatorib. ornauit, ijs terrã instauratã sorte dispertiuit, atq; ita urbẽ Græciæ nobilẽ insignemq; restituit & reparauit, laudemq; apud omnes mortales magnã est cõsecutus. Quia uerò Messana ꝑsæpè ꝯapta & euersa est, haud ab re fuerit, si eius res ab initio summatim percurrere. Olim igit Nelei & Nestoris posteri tenuerũt eã, usq; ad tẽpora Troiana. Postea Orestes Agamẽnonis, & ab hoc orti usq; ad reditũ Heraclidarum. Inde Cresphõtæ sorte cõcessa est Messanensium regio, & eius posteri regnum aliquãdiu in ea tenuerunt. Postremò uerò, Cresphontæ successoribꝫ è regno ꝓfligatis, Lacedæmonij imperium sibi usurparunt. Post hæc cum rex Lacedæmoniorũ Telectes in acie occubuisset, Messanẽses à Lacedæmonijs bello petiti sunt. Hoc bellum octo annos aiunt perdurasse. Nã Lacedæmonij sacramento obstrinxerant sese nõ ante Spartã reuersuros, q Messana subecta foret. Eo tempore nati sunt, quos Parthenias appellãt, & urbẽ Tarentinorum cõdiderunt. Deinde cum Messanenses sub iugo Lacedæmoniorum essent, Aristomenes suasit eis, ut à Spartanis defectionẽ facerent, qui multis calamitatib. etiã Spartanos afflixit, tum cũ ab Athenienſib. Tyrtæus poëta missus est: dux belli ad Lacedęmonios. Quidam uerò Aristomenẽ tunc uixisse affirmant, cum bellũ uiginti annorum illud tractaret, ꝙ eis finẽ bellorum attulit: quippe cũ magnus terræmotus fuisset, & uniuersa ferè Sparta discussa fuisset, & uiris orbata, qui ex Messanensib. superãt Ithomẽ habitarunt, unà cum Helotis qui cum ipsis desciuerant. Messana uerò multis annis desolata iacuit. Cùm aũt in omnib. bellis aduersam fortunã haberent, tandẽ euersi & exciſi, migrarũt in Naupactũ. Nã hãc urbẽ eis Athenienses habitandã concesserunt, & aliqui in Cephaleniã uenerunt, aliq uerò in Sicilia Messanã à se nominatã urbem incoluerunt. Postremò uerò Thebani, authore

Epaminondas Spartã oppugnat.

Messena instaurata.

Epaminõda,illo ipso tẽpore de q̃ nũc loquor,collectis & cõuocatis undiquaque Messenẽsib.extruxere Messanã,& regionẽ pristinis ciuib.restituêre.Messana igit̃ tot tãtasq; uicissitudines & p̃mutationes est experta. Thebani cũ cœptũ opus intra dies octingẽtos & quinq; ad finẽ p̃duxissent, impositis Messanæ cõuenientib. p̃sidijs, domũ sunt reuersi. Lacedæmonij uerò cũ p̃ter expectationẽ ab hostib.essent liberati,miserunt legatos,Athenas,clarissimos & ex omnib.Spartanis nobilissimos uiros,atq; de imperio trãsegerũt, ut Athenienses maris,ipsi uerò terræ dominatũ possiderẽt. Post hæc in utraq; urbe cõmune imperiũ cõstituerunt.Arcades uerò cum Lycomedẽ bello p̃feciss̃ent,& delectos ei tradidissent quinquies mille, obsederũt Pallenã in Laconica,& urbe ui supata,milites Lacedæmoniorũ q̃ p̃sidijs caussa fuerãt in ea relicti, morte affecerũt,plures trecẽtis,urbẽ in seruitutẽ cõpulerunt,& regione uastata,domũ regressi sunt,anteq; Lacedæmoniorũ auxiliares copiæ aduenirent. Bœotij uerò implorãtib.eorũ opẽ Thessalis,ad ciuitates in libertatẽ asserẽdas,& ad conterendã Alexandri Pherei Tyrannidẽ, miserũt Pelopidã cũ exercitu in Thessaliã,mãdaruntq; ei ut in Thessalia rẽ gereret ad cõmodum & utilitatẽ Bœotiorũ.Is cũ in Larissam p̃cessisset,arcẽ,q̃ p̃sidijs ab Alexãdro firmata erat,cœpit & tenuit.Deinceps p̃gressus in Macedoniã, & societate cũ Alexãdro Macedonũ rege inita,accepit ab eo Philippũ fratrẽ obsidẽ,quẽ misit Thebas. In Thessalia uerò negotio sic cõfecto & administrato,& emolumẽto fore Bœotijs putabat redijt in patriã.His pactis Arcades, Argiui & Elei de cõmuni sententia, bellũ inferre Lacedæmonijs statuerũt,& missa legatione ad Bœotios, persuaserunt eis,ut se in partes belli adiungerẽt.Qui ducẽ electũ Epaminondã, miserunt cum alijs ducib.& cũ militib.pedestrib.septies mille:equestrib.sexcentis. Athenienses audito,q̃ Bœotiorũ exercitus in Pelopõnesum aduentaret, miserunt aduersariã manũ & ducẽ Chabriã cõtra ipsos.Qui cũ uenisset Corinthũ, assumptis Megarensiũ,Pellenẽsiũ,itẽ Corinthiorũ copijs, exercitũ collegit decẽ milliũ.Postea uerò,cũ Lacedæmonij & reliq̃ socij Corinthũ uenissent,facti sunt uniuersi nõ pauciores uiginti millib. Visum est igit̃ eis, accessus p̃munire,& impetũ Bœotiorũ à Pelopõneso arcere.Facto igit̃ initio à Cẽchreis,usq; ad Lechæũ,uallis & p̃fundissimis fossis locũ,exædificabãt. Cùm aũt opera celeriter p̃ficerent:tũ p̃pter multitudinẽ hominũ,tũ ob alacritatẽ laborantiũ, ante munimenta totius loci absoluerunt:q̃ Bœotij accederẽt. Epaminõdas aũt adducẽs exercitũ,diligẽter inspicit omnia,& animaduertens eò loci cõmodissimũ introitũ esse,quo Lacedæmonij excubias agebãt, primùm hostes in aciẽ p̃uocat,triplò ferè plures multitudine. Deinde cũ nemo p̃gredi ex munitionib.auderet,sed omnes de uallo pugnarẽt,uim hostib.admouet. In omnibus igit̃ locis irruptiones fieri,maximè uerò ubi Lacedæmonij erãt, q̃ is locus penetrabilis esset,& ad custodiendũ difficilis. Acri uerò certamine inter utrosq; coorto,Epaminõdas cũ p̃stantissimis & fortissimis Thebanorũ, uix tandem perrumpit per Lacedæmonios ac superatis p̃sidijs,copias p̃ mediũ ducit & in Pelopõnesum penetrat.Quod eius factũ,ijs q̃ antè p̃clarè fecerat, nequaq; est posthabẽdum.Inde rectè profectus uersus Trœzeniã & Epidaurum, agrum ad urbes pertinentem omnẽ depopulatus est.Vrbes uerò ipsas capere nõ poterat,q̃ essent stabilitæ firmis & sufficientib.præsidijs.Sicyonem aũt,Phœuntẽ & alias quasdã urbes terrore subegit.In oppugnatione uerò Corinthi p̃lio Corinthios fudit,persecutusq; est eos intra mœnia. Verùm cum Bœotij propter felicẽ rerũ successum insolescerent,& aliqui per portas in urbem irrũpere, aussi fuissent,Corinthij perterriti metu,p̃fugerũt in domos suas.Chabrias uerò dux Atheniensiũ,cordatè simul & cõfidenter substitit,aliquos ex urbe rursum eiecit,multos etiã p̃strauit Bœotiorũ.Id ægrè patiẽtes Bœotij, uniuersum exercitũ in ordines redactũ minaciter & terribiliter ad urbem adduxerunt.At Chabrias assumptis Athenienssib.extra urbẽ p̃gressus est, & occupatis præaltis atq;

Arcades Pallenã expugnant.

Bellum contra Lacones redintegratum.

Epaminondas in Peloponnesum irrumpit.

Bœotij Corinthũ oppugnãt.

atq; ꝑruptis locis, hostium impressionẽ sustinuit. Quare Bœotij corporũ robore & peritia ex cõtinuo belladi usu cõparata cõfili, facilè se sperarunt, ui superiores essẽ Atheniẽsib. posse. Qui uerò à Chabriæ partib. erãt, ex sublimioribus locis cõtendẽtes, multis ex urbe suppetias ferẽtibus, impetẽtum alios trucidare, alios uulnerare. Bœotij magna clade affecti, re infecta, discedere. Chabrias igit̃ & fortitudinis & militaris strenuitatis singulare decus, hoc modo ꝓpulsauit hostes. Ex Sicilia uerò Gallorũ & Hispanorũ duo millia Corinthum adnauigabãt, missa Lacedæmonijs in auxiliũ à tyrãno Dionysio: q̃ stipẽdium ad quinque menses acceperant. Græci uolentes de ipsis periculum facere, ꝓduxerũt in aciem, cumq; in conflictibus & pugnis se strenuos præberent, & multi ex Bœotijs & socijs ab eis occiderent̃, facilè & agilitatis & fortitudinis palmã obtinuerũt, & magnas res gesserunt. Proinde honorificè à Lacedæmonijs habiti sunt, & exeunte æstate remissi in Siciliã. Post hæc Philiscus ab Artaxerxe rege legatus nauib. uenit in Græciã, & adhortatus est Græcos ad cõponenda bella, & ad cõmunem pacẽ constituendã. Ac cæteri quidẽ oẽs libẽti animo obsequuti sunt. Thebani uerò qui priuata potentia, Bœotiã uniuersam sub unã ditionẽ coẽgerãt, cõditionẽ nõ receperunt. Cùm ergo de cõmuni pace futura, nulla spes esset, Philiscus relinquens Lacedæmonijs duo millia delectorũ militũ mercenariorũ, quib. salaria persoluta erãt, reuersus est in Asiã. Per hæc tẽpora Euphron Sycionius ualens audacia & desperatione, assumptis socijs Argiuis, ad Tyrãnidem occupandã, mentẽ intendebat. Potitus aũt ꝓposito, quadraginta pecuniosissimos ciues in exiliũ egit, eorũq; bona publica fecit. Multis uerò pecunijs corrasis, mercenarios cõscripsit & urbẽ sub suã potẽtiã redegit. Regentẽ aũt Athenis Nausigene, Romæ tribuni in cõsulum locũ substituti sunt 4. L. Papyrius, L. Menenius, S. Cornelius, S. Sulpicius. Apud Eleos Olympias cẽtesima tertia acta est, in qua stadiũ uicit Pythostratus Atheniensis. Sub hęc tẽpora Ptolemæus Alorites filius Amyntæ, per dolũ interfecit Alexandrũ fratrẽ, & in Macedonia regnauit annos tres. In Bœotia uerò Pelopidas æmulus Epaminõdæ, & par belli gloria, cũ uideret illũ res in Pelopõnesso, ad emolumentũ Bœotiorũ cõfeciss̃e, ipse q̃ extra Pelopõnesum erãt, sua opera conabant̃ ad Thebanorũ ditionẽ adiũgere. Assumpto igit̃ Ismenia amico suo, & ob uirtutẽ in admiratione habito, ꝓgressus est in Thessaliã. Cũ autẽ occurrisset Alexandro Pheræo tyrãno, ꝑter spẽ unà cũ Ismenia captus & in custodiã cõiectus est. Thebani factũ indignè ferentes, ira incẽsi sunt, & continuò in Thessaliã miserunt armatorũ octo millia, & equites sexcentos. Quãobrem metu perculsus Alexãder, legatos Athenas ad auxiliũ petendũ misit. Cui repentè misit populus naues triginta, milites uerò mille, quib. præerat Antocles. Sed interea, dũ hic Eubœã circũnauigaret, Thebani in Thessaliã ingressi sunt. Cũ aũt Alexander pedestres copias parauisset, & equites multos haberet Bœotios, primũ Bœotij per ꝑlium statuerunt bellum dissoluere, adiutoribus ad hanc rẽ utẽtes Thessalis. Verùm postq; eum hi deseruerunt. Athenienses cõtra, & alij nõnulli ex socijs præsto essent Alexãdro, Bœotij uerò cibo potuq; & omni cõmeatu destituerent̃, decreuerunt Bœotarchæ domum regredi, & ad suos reuerti. Cùm aũt accincti ipsi per regionẽ planã cãpos patentes iter facerent, Alexãder à tergo insequitur eos cum magna equitum turma, & agminis extremã partẽ adorit̃. Bœotij partim continuis telorum iactibus cadere, partim uulnerib. affici. Postremò cũ neq; standi, neq; ꝓcedendi potestas daret, in magnã solicitudinẽ & desperationẽ rerum adigi, quippè, quib. etiam cõmeatus & ad uictum necessaria nõ suppeterent. Desperatis iã fere & perditis rebus Epaminondas priuatus eo tempore, dux à militibus constituit̃, qui confestim delectis assumptisq; leuis armaturæ militib. & equitibus in postrẽmis ordinibus exercitus, insequentium aduersariorum impetum repulit & contudit, & rem tutissimam præcedentibus armatis præstitit. Sic postliminiò

Gall. & Hispani Lacedæmonijs auxilio missi.

Euphrõ Sycionius tyrannidẽ occupat.

Ptolemæus Alorites Macedoniæ regnum occupat.

Epaminondas dux electus Bœotios liberat.

pugnans

pugnans faciens, acie solerti & artificiosa salutem exercitui inopinatam peperit. Qui quoniam semper magis magisq; rebus prospere præclareq; gerēdis, suam gloriam augebat, magnam consecutus est laudem & apud suos ciues, & apud socios. Thebani uerò tunc eos, qui Bœotijs præfuerant, magna pecuniarum summa mulctarunt. Sed si quis à me requirat, cur tantus uir, cùm esset priuatus, inter eos qui in Thessaliam missi erant stipendia fecerit, reddenda ratio est uera & consentanea. In prælio ad Corinthum cōmisso cum Epaminondas perrupisset occidendo & necando propugnaculi præsidia, & magnā clādem hostibus inferre posset, contentus priore successu, pugnam ulterius facere destitit. Cùm autem magna de ipso exorta esset apud omniū animos suspicio, quasi Lacedæmonijs ex priuata gratia pepercisset, hi quorū oculos splendor eius gloriæ perstringebat, opportunū calumniandi tempus arripuerunt: cumq; proditionis reum agerent, multitudo exasperata, abdicauit eum magistratu Bœotarchiæ, & in priuatorum numerū reijciens, cum alijs misit ad bellum. Cùm uerò facinoribus utiliter & fortiter perpetratis absterssisset iniectā sibi notam ignominiæ, restituit etiam eum populus in pristinam dignitatē. Exiguo tempore pòst, inter Lacedæmonios & Arcadas cōtigit acre prælium, quo uictores cū summa laude Lacedæmonij discessere. Nam post cladem ad Leuctra acceptam, hoc eis primùm præter opinionem feliciter euenit: ita ut Arcadum caderent super decem millia, Lacedæmoniorū uerò nullus. Prædixerant autem eis uaticinio sacerdotes Dodoniæ, bellum hoc Lacedemonijs sine sanguine lachrymisq; futurū esse. Ab hac pugna, Arcades timentes Lacedæmoniorum impressiones, condidere in quodam opportuno loco urbem nomine μεγάλων πόλιν, cōtractis in eā uicis uiginti, Arcadū, qui Mænalij & Parrasij dicebantur. Atq; Græcorum res in eo statu uersabantur. In Sicilia uerò Dionysius tyrannus iustum exercitum habens in procinctu, cū animaduertisset Carthaginenses omninò ad bellū gerendum imparatos esse, tum propter grassantem apud eos pestilentiæ cōtagionem, tum ꝓpter Libyum defectionem, statuit militiā aduersus eos suscipere. Verùm cum iustam causſam cum illis contendendi nullam inueniret, insimulauit Pœnos in suæ ditionis terrā inuasisse. Conscriptis itaque peditum triginta millibus, equitum tribus millibus, & instructis trecentis triremibus, apparatuq; his copijs apto, in Carthaginensium regionem impetum fecit, & Selinuntem Entellumq; statim cepit, atq; uniuersam terram deprædatus est. Deinde cum Erycinorū urbem sub iugum misisset, Lilybæū oppugnauit. Sed cum milites inibi permulti essent, recessit. Audito autem quod naualia Carthaginensium incendio absumpta essent, ratus uniuersam classem eorum interijsse, contemptui habuit, & ex suis triremibus centum & triginta præstantissimas misit in portum Erycinorum, reliquas uerò Syracusas. At Carthaginenses ducentis nauibus inopinatò suppletis, appulerunt in portu Erycinorum. Ex improuiso igitur eos adorti, cœperunt plurimas triremiū. Post hæc ingruente hyeme, factis inducijs utraq; ciuitas discessit, domū. Interposito deinde non multo tempore, Dionysius in aduersam ualetudinem incidit, & mortuus est anno regni sui trigesimo octauo. In imperiū autē succesit filius Dionysius, qui regnauit annos duodecim. Atqui non dissentaneum esse reor à præsenti historia, causſas interitus eius exponere, & ea quæ cōtigerunt huic tyrāno circa uitæ permutationē, plana facere. Cùm Dionysius Athenis in festo Bacchanalium Tragœdiam edidisset, & uictor declaratus suffragijs fuisset, quidā ex cātoribus Chori, splendidum honorificumq; munus se accepturum, ratus, si primus hoc nunciū attulisset de uictoria, nauigauit Corinthum. Ibi cum inuenisset nauem quæ in Siciliā itura esset, consensa ea secundis uentis usus est, cumq; appulisset Syracusas, continuò retulit Tyrāno uictoriam. Dionysius nuncio muneribus affecto, magnā lætitiam ex ea recepit, gratulatoriaq; sacrificia Dijs offerens, compotationes & cōuiuia magno

ἀμύχαιον γὰρ ζῶπα γίαις φθόνον φύγῃ, ut ex hoc Epaminōdæ exemplo liquet.

πόλεμος ἄλκιμος.

Dionysius Carthaginensibus bellum infert.

Dionysij tyrāni mors.

gno cum apparatu celebrauit. Cùm aũt inuitasset amicos atq; familiares suos, & inter pocula nimium uino indulsisset, in grauissimum morbũ delapsus est, ꝓpter ingurgitati uini copiã. Cùm uerò respõsum à Dijs immortalib. accepisset, q; tunc moriturus esset, cũ meliores superasset, ipse in eum sensum accipiebat oraculũ, ut referret ad Carthaginẽses, eos se meliores fortioresq; esse arbitratus. Quãobrem sæpe etiã habito cum ijs cõflictu, si res ad uictoriã spectare uideret, subterfugere solebat, & ultrò uinci, ne fortioribus superior fuisse uidere tur. Verùm nõ potuit hac uersutia fati necessitatem infringere. Sed cùm esset parum bonus poẽta, uicisse meliores poẽtas Athenienſium suffragijs iudicatus est. Itaq; conuenienter oraculi ueritas ꝑstita est, ut cum meliores sese uicisset, statim uitæ terminus sequeret. Dionysius uerò Iunior Tyrãnidem capessens, primũ multitudine in cõcionem cõuocata, uerbis cõuenientib. adhortatus est eos, ut in se paternã beneuolentiã trãsferrent & custodirẽt. Deinde patri magnificè sepulto in portis arcis, q̃ Basilides appellabant, contulit se ad firmãdum cõstituendumq; imperium. Imperãte aũt Athenis Polyzelo, Romæ sine magistratu summo res gerebant, ꝓpter ciuiles quasdã seditiones. Quod uerò ad Græciã, attinet, Tyrãnus Pheræus Alexãder in Thessalia Scotussano-rum ciuitatem quibusdã de causis in crimen in cõcione eos uocauit, quos, cũ renuissent, immissis in eos mercenarijs uniuersos trucidauit, & cadauerib. occisorum in circumdatã mœnib. fossam ꝓiectis, urbem diripuit & disturbauit. Epaminõdas aũt Thebanus cũ exercitu in Pelopõnesum ingressus Achiuos & alias quasdã urbes subegit, Dymã uerò, Naupactum, & Calydonẽ, in q̃ Achiui ꝑsidia imposuerãt, liberauit. Bœotij etiã in Thessalia bellum fecerunt, & Pelopidã à Alexãdro Pheræo tyrãno redemerunt. Phliasijs, cum Argiuis bello tentarent, Chares missus ab Atheniẽsib. cum exercitu, in auxilium uenit, & obsidionem repulit cumq; duob. ꝑlijs Argiuos, fudisset, & Phliasios periculi metu soluisset, reuersus est Athenas. Elapso aũt anni tẽpore, Athenis summæ rerũ ꝑfectus est Cephisodorus: Romæ uerò loco cõsulum populus tribunos militũ creauit L. Furium, Paulum Mãlium, Seruiũ Sulpitiũ, & Seruium Cornelium. His regentib, Themesio Tyrãnus Eretriẽsis, Oropũ cœpit urbem ad Atheniẽses pertinentẽ, q̃ insperãti iterum erepta est. Nã cum Athenienses bellum cum eo gererent, & copijs lõgè ꝑualerent: Thebani ope ferẽtes, tanq; depositũ, urbẽ in suã fidẽ acceperũt, nec reddiderũt. Per hæc tẽpora Coi è suis sedib. migrarunt in eã urbẽ, q; etiãnum possident, & effecerũt eã memoratu dignã. Magna. n. eorũ multitudo in eã cõfluxit, muriq; nõ cõtemnendi fuerunt extructi, & portus magnificus. Deinceps semp magis magisq; publicis prouentib. & priuatorum hominum fortunis, creuit, auctaq; est & ut in pauca redigã, primorib. ciuitatib. penè par effecta est. Per hęc tẽpora, Persarũ rex missis legatis hortatus est Græcos ad deponenda bella & pacẽ cõmuniter faciendã. Quã ob caussã Laconicũ & Bœoticum bellũ finẽ accepit, cum ante plures q; quinq; annos statim à Leuctrica clade initiũ sumpsissent. Extiterunt hoc tempore uiri eruditione clarissimi & ꝑstãtes, Socrates orator, & eius discipuli: Aristoteles Philosophus, Anaximenes Lãpsacenus, & Plato Atheniẽsis. Itẽ postremi philosophi Pythagoricorũ & Xenophon, q̃ historias cõscripsit iã ad decrepitã usq; senectutẽ ꝓuectus (Mentionẽ enim facit mortis Epaminundæ, q̃ paulò pòst cõtigit.) Aristippus & Antisthenes. Pręterea Aeschines Sphettius Socraticus. Imperãte aũt Athenis Chione, Romę ꝓ consulib. cõstituti sunt tribuni, Q. Seruius & C. Veturius. Item Aulus Cornelius, & M. Fanius. Rursus hoc tẽpore cum ꝑ uniuersam Græciã cõmunis pax esset, initia bellorũ sunt exorta inter aliquas ciuitates, & nouarũ rerũ inopinatũ studiũ. Nã Arcadũ exules ab Elide impetu facto, in Triphylia munitũ castellũ obsidione ceperunt, q; dicit Lasiõ. Multis aũt annis inter Arcades & Eleos de Triphylia cõtrouersia fuerat, & ꝓut alterutri uicissitudine rerũ plus ualebãt ita regionẽ alteri post alteros tenebãt. Hac uerò tẽpestate, cũ Arcades eã tenerẽt, Elei exulũ occasionem

Oraculum datum Dionysio de tẽpore mortis.

Dionysius Iunior.

Alexãder Pheræus in Scotussanos sæuit.

Themesio tyrannus.

Coorum urbs.

Eruditi uiri.

Inter Arcades et Eleos bellũ.

nem hanc Arcadib. ademerunt. Qua re cõmoti Arcades, primũ missis legatis munitionẽ repetere. Deinde uerò, cũ nihil impetrassent, ab Athenien sib. auxi liares copias accersunt, cùm ijs Lasionẽ oppugnãt. Verùm cum Elei auxilium ferrent exulib. ꝓpè Lasionẽ acris pugna facta est & quoniã Arcadũ erat ingẽs multitudo, succubuerunt Elei, pluresq; ꝯ ducentos milites amisere. Hoc qua si exordio belli facto, dissidiũ inter Arcades & Eleos lõgius deinde ꝓtatum ui res acquisiuit. Nã Arcades cum prior conatus ex animi sententia succes sisset, cõtinuò in ipsam Eliã inuaserunt, & ceperunt urbes Marganã & Cronium. Itẽ Cyparisiã & Coryphasium. Interea dũ hæc gerunt, in Macedonia Ptolomæ-

Perdiccas rex Macedoniæ.

us Alorita per dolũ interfectus est à fratre Perdicca, cũ regnasset tres annos. Regnũ uerò suscepit Perdiccas, & imperauit annos quinq;. Regẽte Athenis Timocrate Romæ ꝓ consulib. tres tribuni militũ electi sunt, Titus Quintius, Seruius Cornelius, & Seruius Sulpicius. Olympias uerò Pisatis & Arcadibus

Pisatarum & Arcadum cum Eleis certamẽ.

acta est, centesima quarta, qua stadium uicit Phocides, Atheniẽsis. Sub his Pi satæ reuocãtes antiquã patrię dignitatem, & fabulosis, uetustisq; rationib. usi, ad se pertinere contendebant potestatem Olympiaci conuentus habendi. Ar bitrantes aũt pśens tẽpus ꝓ opportunum esse ad disceptãdum armis de certa mine, societatẽ fecerunt cum Arcadib. eorum, hostibus. His in consortium as sumptis, bellum Eleis intulerunt iã ludos facientibus. Verùm cum totius po puli copijs resisterent Elei, graue prælium est cõmissum, spectantibus confli ctum Græcis, q ad Panegyrim coronati conuenerant, & quietè intuentibus notãtibusq; utrorumq; magnanimitatem & uirtutem. Pisatæ, tãdem, superatis hostibus, ludos fecerunt, & Elei hanc Olympiadem postea non in reliquis reponendam censuerunt, eò quod per uim & iniuriã ab Arcadibus & Pisatis

Epaminundas Thebanis persuadet ut maris imperiũ capessant.

instituta uideretur fuisse. Interea dum hæc fiunt, Epaminũdas spectatissimus uir suæ ciuitatis, conuocata concione, uerba ad populum de suggestu fecit ad hortans eos, ut ad imperium Maris sibi uindicandum curã diligentiamq; ad hiberent, percurrens autem sermonem, lõgè antè ꝑmeditatum argumentum hoc ꝓposuit, tam utile q; efficax. Cùm enim alia multa protulit, quibus osten deret, eos qui terram teneant, nullo negotio, Maris etiam imperio potiri pos se: tum commemorauit Athenienses in eo bello quod gesserant contra Xer xem, etiamsi ducentarum nauium supplementum possiderent, tamen Lace dæmonijs etiam præbentibus naues, subiectos fuisse & paruisse. Multa etiam alia in hanc sententiam per accommodè differens persuasit Thebanis, ut im perium maris in suam potestatem asserere cuperent. Statim itaq; populus de creto publico centum naues parandas conficiendasq; curat, & totidẽ naualia Rhodios uerò, Chios, & Byzantios, ut sibi in his consequendis adessent, ad hortati sunt. Ipse uerò cum exercitu missus, circà prædictas urbes Lachetẽ A thenienſium ducem, qui classem nõ exiguã ad resistendum Thebanis agebat perterruit, & discedere cum nauibus coëgit, urbesq; illas Thebanis subiecit. Quòd si huic uiro longius uitæ spacium fata prorogassent, sine dubio Theba ni terræ marisq; imperium in suam potestatem asseruissent. Cùm uerò non multò pòst in Mantineensi pugna, splendidissimã patriæ uictoriam peperis set, strenueq; prælíando mortem oppetijsset, statim Thebanarũ rerum uniuer sus status simul cum eius morte concidit & collapsus est. Qua de re sigillatim

Thebani Orchomenios bello subactos in seruitutem redigunt.

paulò pòst sumus narraturi. Tunc autem uisum est Thebanis Orchomenum oppugnare ob eiusmodi causas. Exules quidã, Thebanorum Remp. ad Ari stocratiam traducere uolentes, Orchomenæorum equites trecentos numero in suas partes adduxerunt. Illi uerò cùm statò die solerent Thebani ad lustra tionem inspectionemq; armorum & corporum prodire, eo ipso tempore faci nus aggredi statuerint. Postq; itaq; multi etiam alij cõmunicassent eis, impres sionem fecerunt opportuno & optato tempore. Verùm ij qui initium cõspira tionis introduxerant authores fuerant, ducti pœnitudine, Bœtarchis insidias aperuerunt, ꝓditisq; coniuratoribus, suæ saluti consuluerunt. Princeps igit

ciuitatis

ciuitatis comprehensos. Orchomeniorũ equites in Concionẽ perduxerunt, populus uerò decreto iussit, hos interfici, & Orchomenios in seruitutem redigi, urbemq; dirui, quia iam olim simultates cum his Thebanis intercesserãt, cũ tributum antea pendissent Mynijs heroum ætate, & ab Hercule postmodum fuissent liberati. Igitur Thebani rati occasionem sibi oblatam, speciosamq; ulciscendi causam nacti, copias ad Orchomenum adducũt: ac capta urbe uiros omnes necant: liberis autem atq; uxoribus eorum seruitutis iugum imposuerunt. Eodem tempore, Thessali cum Alexandro Pheræo Tyranno bellũ gesserunt, cumq; pluribus certaminibus superati, ad magnam militum penuriam deuenissent, legatos miserunt ad Thebanos, qui auxilium orarent, & ducem sibi Pelopidam dari peterent. Compertum enim habebant, de eius uiri odio infestissimo contra Alexandrum, propterea quod eum captiuum tenuisset, simul etiam sciebant eum singulari esse fortitudine hominem, & ob scientiã militarem apud omnes gentes innotuisse. Conuocato igitur communi Bœotiorum concilio, cum edisseruissent legati, de quibus mandata habebant, Bœotij Thessalis omnia concesserunt, & Pelopidæ dederunt septem millia militum, atq; opem adferre indigentibus promptè iusserunt. Cùm uerò Pelopidas manum educeret, solis defectus cõtigit. Cumq; multi de portento solliciti essent, uatesq; affirmarent solis destitutionem propter exercitus expeditionem euenisse, portendiq; interitum Pelopidæ, nihilominus Pelopidas fato quodã impulsus, instruxit se ad militiam. Cùm aũt uenisset in Thessaliã, & occupata reperiret ab Alexandro eminentiora loca, essentq; in aduersariorũ exercitu plures uiginti millibus è contrario hostibus castrametatus est, assumptisq; qui è Thessalia uenerant socijs, prælio cum aduersarijs conseruit. Cùm aũt Alexander propter locorũ eminẽtias uideretur superior fore, Pelopidas propria uirtute pugnã cõcertare uolens, in ipsum Alexandrum impetũ fecit. At cũ princeps una cum delectis resisterent, durũ prelium factũ est, in quo primas agens Pelopidas, uniuersum circũ se locũ cadaueríb. occisorum impleuit postremò, committens se periculo, hostes in fugam uertit, & uictoriã obtinuit, suã tamen ipsius animã multis uulneribus confectus reliquit, & uitam fortiter heroicè profudit. Alexander secũdo cõflictu perculsus, planeq; contritus, Thessalis ciuitates bello subactas expugnatasq; res restituere, Magnesios Phthiotasq; Achiuos Bœotijs tradere, & in posterum solum Pheræorum imperium tenere, atq; cum Bœotijs societatẽ belli facere, per cõuenta coactus est. Thebani etiã si nobilẽ uictoriã retulissent, tñ apud oẽs, se propter Pelopidæ obitũ uictos esse affirmarunt. Nam quia præstantẽ uirtute uirũ amiserant, non iniuria uictoriam illã, Pelopidæ gloriæ posthabuêre. Multa enim cõmoda patriæ portauerat & ad amplificandã propagandãq; Thebanorũ potentiã non parũ contulerat. Etenim in exulũ cõprehensione, qua Cadmeã armis receperãt, primã eius facinoris palmã oẽs uno consensu Pelopidæ deferebant. Quã fortunã omniũ sequentiũ bonorũ originẽ & causſam esse contigit. Et in Tegeensi pugna Pelopidas solus Bœotarcharũ, Lacedæmonios, Græcis lõgè potentiores superauit quo tẽpore ob uictoriæ magnitudinẽ, Thebani primùm Tropheũ contra Lacedæmonios erexerunt. Deinde Leuctrico prælio sacros manipulos duxit, cũ quib. primus impressionẽ in Spartiatas faciẽs, dux & author extitit uictoriæ. Tum in expeditionib. contra Lacedæmonem 70000. militũ duxit, & prope ipsam Spartam contra Spartanos Tropheum statuit, qui præcedentibus seculis nunq; uastationem senserant. Item in legatione, quam de communi fœdere ad regem Persarum obijt, Messanam priuatam uer se recepit, quam, cum per trecentos annos iacuisset desolata, restituerunt & ædificarũt item Thebani. Vltimò uerò pugnans contra Alexandrum multis copijs instructum, non solum illustrem uictoriam est adeptus, uerumetiam uitę finem fortitus est, ob fortitudinem clarissimum & celeberrimum. Erga ciues suos talem se præbuit

Thessali cum Alexãdro Pheræo bellum gerunt.

Eclipsis Solis.

Pelopidæ mors.

Pelopidæ laudes.

& adeò

& adeò fuit eis gratus, ut à quo tẽpore ciues reuersi sunt Thebas, usq; ad mortem suam, Bœotandriæ dignitatẽ & officiũ nunq; deponeret, cùm interim nemo alius ciuis hoc honore dignus haberet. Pelopidas igit cũ sua uirtute sempiternam laudem sibi peperit, habeat etiã à nobis hãc in historia cõmendationẽ. Per hæc tẽpora Clearchus genere Heracleensis, quæ est urbs Ponti, ad occupandã Tyrannidẽ annitebat. Cumq; res ex sententia processisset, Dionysij Syracusiorum tyranni statuta & leges aboleuit, & Heracleotarum imperium propalàm sibi usurpauit per annos duodecim. Interea dum hæc geruntur, Timotheus Atheniẽsium dux cum copijs pedestrib. & naualibus, Toronam & Potidæam obsidione cinxit & expugnauit. Cyzicenis uerò cum obsiderentur, opem tulit. Exacto hoc anno, Athenis imperauit Chariclides. Romæ uerò Consules designati sunt Lucius Aemylius Mamercus, & Lucius Sextius Lateranus. Sub his Arcades cum Pisæis communiter Olympiorum ludos faciebant, & potestatem templi, pecuniarumq; quæ erant in ipso, habebant. Cũ autem Mantineenses non pauca ex donarijs surrepta in priuatum usum conuertissent, ij qui sacrilegium patrarant, summo studio bellum aduersus Eleos integrũ seruare & producere annitebantur, ne si pax intercederet, ad reddendam rationem insumptorum ipsi uocarentur. Reliquis Arcadibus contra pacem componere uolentibus, seditionem aduersus suam gentem concitabant. Constitutis igitur duabus societatibus accidit, ut in altera primos ordines ducerent Tegeatę, in altera Mantineẽses, cumq; dissidium, admodum creuisset ad transigendã rem armis descenderunt, & Tegeatæ missa legatione ad Bœotios, eorum opem implorarunt. Qui duce constituto Epaminõda, exercitum memorabilem ei tradidere & miserunt in auxilium Tegeatis. Mantineenses uerò copias è Bœotia aduentantes atq; Epaminondæ gloriam perhorrescentes, legatos ad infestissimos Bœotiorum hostes Athenienses & Lacedæmonios mittunt, ab hisq; auxiliares copias petunt. Qui cum utriq; grandes exercitus sine mora suppeditassent, crebra grauiaq; prælia circa Peloponnesum fiebant. Confestim itaque Lacedæmonij habitantes in uicinia, impressionem in Arcadiam faciunt. Epaminondas eo tempore procedens cum exercitu, cum iam propè ad urbem Mantineẽsium accessisset, audiuit ex incolis eius terræ, Lacedæmonios toto populo effusos depopulari regionem Tegeatarũ. Proinde existimans Spartam uacuam esse militibus, magnum facinus edere conabatur, sed fortunã habebat aduersam. Nam cum ipse noctu uersus Spartam iter direxisset, rex Lacedæmoniorum Agis, suspectam habens Epaminõdę solertiã, prorsus in tempore decreuit, prudenter sequi, & in præsentia Cretenses mittere cursores, per quos præueniens Epaminondam, relictos in urbe certiores fecit, Bœotios breui uenturos Lacedæmonem, urbem direpturos: se uerò, quã fieri possit, celerrimè affuturũ cum exercitu, & opẽ patriæ laturum. Proinde iussit urbem sine terrore custodirent: se enim statim compariturum ad ferendas suppetias. Cùm igitur Cretenses mandata uelociter essent executi, Lacedæmonij subactionem patriæ, præter expectationẽ effugerunt: Nisi enim proditæ fuissent insidiæ, Epaminondas clàm & illis imprudẽtibus Spartam inuasisset. Itaq; utriusq; ducis industriam non immeritò quis laudibus uehat, maiorem tamen prudentiam Lacedæmonis militiæ tribuat. Cæterùm Epaminondas cum tota nocte uigilasset, & itineris interuallum sedula celeritate peruenisset, summo mane ad Spartam accessit. Contra Agesilaus qui relictus erat ad custodiendam urbem paulò antè de uniuersa re sigillatim à Cretensibus edoctus, statim cum magna diligentia, curam urbis disposuit, & grandiores natu pueros adultiores, in tectis ædium cõstituit, ut ex ijs locis repellerent impetũ eorum, qui ui in urbem irruerent. Ipse uerò ualentes annis ac armis in ordinem distribuit ante urbem in angustias & accessus, & omnibus locis quæ possent aditum præbere, munitis & obseptis, prę̃stolabatur, hostium

Clearchus Heracleensis tyrãnus.

Timotheus Atheniensium dux

Tegeatarũ & Mantinẽsium bellum.

Epaminondas Spartã occupare conatur: sed frustra.

hostium aduentum. At Epaminondas partitus exercitum in plures partes, ab omni parte Spartam adoriebatur eodem tempore, cumq; uideret aciem Spartanorum, cognouit patefactum esse suum consilium. Veruntamen nihilo minus aggressus uniuersos per partes, liceat angustijs impeditus, manus cũ illis conseruit, & multa patiens patransq; non antè cõtendendi finem statuit, quã exercitus Lacedæmoniorum in urbem reuersus est. Cùm autem multi in auxilium uenirent obsessis, simul etiam nox ingrueret, ab oppugnatione destitit, auditoq; ex captiuis, Mantineenses cum uniuersis copijs adesse, ad opem Lacedæmonijs præstandum, regressus paulum ab urbe, castrametatus est: & iussis cœnare, relictisq; aliquot equitibus, quibus mandauit, ut secundum matutinam uigiliam ignes in castris facerent, ipse processit cum reliquis copijs, & improuisa subitaq; irruptione relictos Mantineæ opprimere cogitauit. Proinde magno itinere sequenti die peracto, repentè Mantineenses insperantes aggressus est. Non tamen propositi compos fieri potuit, licet prudenter & prouidè omnib. prospexisset. Sed fortunam habuit repugnantem, & præter spem uictoria frustratus est. Etenim cum iam propinquus ad urbem accederet, ab altera Mantineæ parte uenerunt obuiã milites in auxilium eis missi ab Atheniensibus, sexies mille, cum duce Hegelecho, uiro cũ primis in sua urbe laudato & celebri. Is, quotcunq; ingredi poterant in urbem, immissis, relinquã manum instruxit ad prælium. Extemplò etiã Lacedæmonij & Mantineenses cõparuerunt, & ad ineundam iustam de summa rerum pugnam parabãtur, atq; undecunq; socios conuocabant. Mantineensibus igitur opem tulerunt Elei, Lacedæmonij, Athenienses, & alij quidã, quorum omnium definitus erat numerus, peditum plus uiginti millia, equitũ uerò circiter duo millia. Tegeatis autem uires suas coniunxerant plurimi præstantissimiq; Arcadum, Achiui, Bœotij, Argiui, & alij nonnulli Pelopõnesiorum, atq; externorum sociorum in uniuersum igitur congregati sunt illis pedites triginta millia cum quadringentis, equitum non minus tribus millibus. Iam uerò descendentibus utrisq; ad certamen extremum, & collocatis in aciem exercitibus, cum rem diuinam fecissent, Mantineenses affirmabant, uictoriam utrinq; à dijs portendi. Mantineenses igitur sicut par erat, cum cęteris Arcadibus dextrum cornu tenuerũt, habentes proximè astantes & adiutores Lacedæmonios. Hic continẽtes erãt Elei & Achiui, & alij imbecilliores reliquam aciem implebant. Sinistrum uerò cornu tuebantur Athenienses. Thebani uerò ipsi in læuo cornu steterunt, uicinos habẽtes Arcades. Dextrum autem cornu tradiderunt Argiuis. Reliqua multitudo mediã aciem implebãt Eubœi, Locrenses & Sicyonij, & cum his Messanenses & Malienses, & Aeneanes. Itẽ Thessali & reliqui socij. Equites uerò utriq; ad duo cornua distribuerunt. Ordinatis hoc modo copijs, ubi propè inuicem conuenissent, tubæ classicum canere, exercitus uociferari, magnitudine clamoris uictoriam significare, & primum equestre prælium in cornibus committi, in quo seipsos præ contentione superabant. Nam Athenienses equites impetum in Thebanos facientes, inferiores erant, nõ uirtute neq; magnitudine animorum, neq; uerò peritia equitandi. Nam his rebus omnib. nihil cedebant, neq; imparatiores erant Athenienses. Multitudo uerò & apparatu sociorum atq; militari ordine nequaquam aduersarijs pares. Paucissimos enim habebant iaculatores. Thebani uerò triplo plures ducebant fundi tores & iaculatores, qui ex confinibus Thessaliæ missi erant. Hi à pueritia in eiusmodi conflictib. exercitati, magnum momentũ in prælijs afferre solebant, propter eam quam in his habebant peritiam. Proinde Athenienses cum uulnerarentur à leuis armaturæ militibus ab hostib. superati terga dederunt. Verùm extra cornua fugam facientes, uictoriam in integrum restituerunt. Nam inter discedendum neq; suum agmen perturbarunt, & delati in Eubœos atq; mercenarios quosdam milites, qui ad præoccupandos colles erant missi, manus cum

Agesilaus senex patriã defendit.

Epaminondas Mãtineam opprimere conatur.

Lacedæmoniorum cum Thebanis prælium ad Mantineã.

Equestris pugna.

nus cũ eius cõseruerunt, & omnes ad unũ interfecerunt. Etenim Thebanorũ equites non persequi nec urgere fugientes, sed in hostium agmen irruptionẽ facere, & aciem peditum disijcere conabantur, cumq; acri prælio confligeret, Atheniẽses defatigati fugam capesserẽ. At Eleorum dux equitum, qui caudã exercitus tenebat, succurrit terga uertentibus, & Bœotiorum multos nactus pugnã integrauit. Igitur Elei equites cum hoc modo cornu sinistro subuenirent, sociorum cladem correxerunt. In altero autem cornu cõgressis inter se mutuo equitibus aliquantisper, cõmunis erat certaminis fortuna. Postea uerò superati multitudine & robore Bœotiorum atq; Thessalorũ equitum, qui in Mantineensib. erant, loco cedere coacti sunt. Cumq; multi suorum cecidissent, ad suum agmen refugerunt. Prælium igitr equestre eiusmodi finẽ utrinq; accepit. Pedestres uerò exercitus cum in manus uentũ esset, magnum & admirandum certamen ediderunt. Nunq; enim antea, quando Græci cum Græcis pugnã inijssent, neq; tanta hominum multitudine cõflictum est, neq; præstantiorib. authoritate ducibus, neq; uiris ad pericula subeũda cordatioribus. Nã cum plurimum ualebant pedestribus prælijs ea hominum ætate, Bœotij & Lacedæmonij, opposita mutuo acie, certamen incipere, nullã uitæ rationem habere, primùm hastis concurrere, deinde cum pleræq; lanceę ex frequentia uerberum essent cõtritæ, ad ensium & gladiorum pugnã descendere, in cõgrediundo corpora miscere, uulnera infligere, neq; animorum ardorem remittere. Cumq; diu perstarent in subeundis periculis, p incredibili utrorumq; magnanimitate, ad neutram partem magis inclinari pugna. Nã pro se quisq; dũ periculum uilipendens splendidũ & illustre quid facere conatr ad mortem animo se ruit. Cùm aũt longo tempore concertatum acriter esset, nec ulla adhuc periculi inclinatio animaduertereẽ, Epaminõdas arbitratus suam uirtutem ad adipiscendã uictoriam desiderari, seipsum in periculum imminere statuit. Proinde assumptis fortissimis, his stipatus & circũseptus, in medios hostes incursionem fecit. Ipse uerò ducem se præbens agmini, iaculum in ducem Lacedæmoniorum immisit. Cumq; reliqui statim in manus congrederenr, alijs captis, alijs perterritis, hostium agmen disiecit & dissipauit. Lacedæmonij uerò ob authoritatẽ Epaminõdæ & grauitatẽ satellitum metu perculsi discesserunt è pugna. Instantib. aũt Bœotijs, & ultimos quosq; trucidantib. magna cadauerum multitudo cumulata est. At Lacedæmonij cũ uiderent Epaminondã uehemẽtius animo cõmotum præcipitẽ ferri, omnes ad ipsum concursu facto, multis crebrisq; telis petiuerunt, quorũ ille alia repellere, alia cõfringere, alia de corpore extracta, in hostes incũbentes remittere. Cũq; sic heroicè, p uictoria pugnaret in pectore læthale uulnus accepit. Fracta enim hasta, ferroq; in corpore remanente, statim uictus acerbitate uulneris cõcidit. Orta uerò cõtentione de corpore & multis utrinq; cadentib. uix tandem pualentes corporũ robore Thebani, summo cum labore Lacedæmonios superarũt, factaq; fuga, Bœotij paulisper insecuti redierũt, maximeq; referre existimãtes, mortuis potiri. Reuocãte igitr milites turbarũ sonitu, omnes à pliando destiterũt. Cũq; de uictoria dubitaret, utriq; trophęũ statuerũt. Nã Atheniẽses, fusis in collẽ Eubœis & mercenarijs, corpora obtinebãt. Bœotij uerò quoniã ui Lacedęmonios fudissent, & mortuorũ corpora obtinerẽt, sibi uictoriã ascribebãt. Cũ igitr p aliquãtum tẽporis neutri de mortuorũ sepultura legationes ad alteros mitterent, ne primas hostib. cõcessisse uiderenr, tandẽ Lacedęmonijs pcones mittentib. de sepeliendis occisis, utriq; suos terræ mãdarunt. Epaminõdas aũt uiuus adhuc in castra relatus est, cumq; medici qui accersiti erãt, omnino mortẽ secuturã affirmarent, quãdo telũ de corpore exemptũ esset, fortissimo animo uitã cũ morte cõmutauit. Prius enim aduocatum armigerũ, interrogauit an clypeum seruasset. Qui cum affirmasset seruatum esse, & in conspectum posuisset, rursus interrogauit, utri uictoria potiti essent: atq; respondente puero, Bœotios uicisse:

Pedestrium copiarum consilius.

Epaminondæ interitus.

uicisse:tẽpus mihi nunc,inquit,est,uitã relinquendi, & iussit ut hastã extraheret. Vociferantibus aũt præsentib.amicis, & quodam cum lachrymis dicente, sine liberis mortem oppetis,ô Epaminonda. Minimẽ hercle,inquit,sed duas filias post me relinquo,ui ctoriã Leuctricã & Mantineensem,atq; extracta hasta,sine omni perturbatione,spiritũ exhalauit. Nos uerò cum soleamus fortiũ uirorum occubitus suis laudib.extollere,nequaquam arbitramur æquum esse, tanti uiri mortem silentio præterire. Videtur enim mihi omnib. suæ ætatis hominibus anteceſſisse militari prudentia,& peritia. Item æquitate & animi celsitudine.Floruerunt autem eius memoria clarissimi laudatissimiq; uiri,Pelopidas Thebanus,Timotheus,& Conon,item Chabrias, & Iphicrates Atheniensis.Præter hos Agesilaus Spartiata paucis ante seculis. Ante hunc aũt Medicis & Persicis temporibus uiguerunt Solo, Themistocles,Miltiades,Cimo, Myronides,Pericles & alij quidam apud Athenienses.In Sicilia uerò Gelo filius Dinomenis,& quidam alij. Attamen si quis conferat horum uirtutes ad Epaminondæ belli peritiam & gloriã, inueniet multis spacijs Epaminondæ uirtutem antecurrere. Nam in alijs singulis tãtum unius gloriæ splendor sese exeret:in hoc uerò cumulatim uirtutes omnes simul eluceſcent.Nã & robore corporis,& dicendi facultate,præterea animi sinceritate, diuitiarũ odio,& iustitia, ac quod maximum est, fortitudine atq; militari scientia reliquos multũ superat,& longè post se reliquit.Proinde dum ipse in uiuis ageret, patria summum imperium Græciæ consecuta est.Cùm aũt mortuus esset, eo priuata est, semperq; ad deteriores conditiones deuoluta est:ita ut tandem ob ducũ inertiam de libertate atq; euersione periclitata sit. Epaminondas igitur illustri & peruagata uirtutis apud omnes fama,sic uitã cum morte cõmutauit.Greci uerò post cõmissum prælium, cum ancipitem haberent uictoriam, & ob parem animorum magnitudinem æquali essent conditione certaminis, cumq; propter tolerantiam & perseuerantiam periculorum essent defessi,bellum inuicẽ componunt,communuem pacem atq; societatẽ ineunt,& in eam Messanenses quoq; recipiunt.Lacedęmonij uerò quoniã implacabiles aduersus hos inimicitias gerebãt,cõmunicare pactis recusarunt ꝓpter Messanẽses, atq; soli omnium Græcorũ in fœdera nõ uenerunt. Historicorũ aũt Xenophon quidẽ Atheniensis,Græcorũ res gestas & historiam, in hũc annum usq; ad mortem Epaminõdę,pduxit.Anaximenes uerò Lãpsacenus,qui primã historiã descripsit,à deorũ immortalium atq; hominũ primo genere initium faciens,in hanc Mãtineensem pugnã & Epaminondæ mortẽ desijt. Is uniuersas ꝓpemodum tã barbarorũ quàm Græcorũ res gestas, duodecim uoluminib. cõplexus est. Item q; Philistus unus ex Dionysij iunioris scriptorib.qui quinq; annorum historias in duo uolumina cõtulit,hic finẽ fecit. Imperãte aũt Atheniis Molone, Romę creati sunt consules L.Genucius,& Q.Seruilius.Sub his Asiani qui in maritimis partib.incolebãt,defecerũt à Persis. Præterea nõnulli Satraparũ & ducũ facta cõspiratione,bellum Artaxerxi intulerũt. Adhæc Tachos rex Aegyptiorum etiã bello petere statuit Persas,nauesq; comparauit, & pedestrem exercitum conscripsit.Multos item alios ex Græciæ ciuitatib. stipẽdio & mercede collegit,tum etiam Lacedęmonijs persuasit, ut se belli participes facerẽt. Nam Spartiatæ cum Artaxerxe simultates exercebant, eò quòd Messanenses simul cum reliquis Græcis in cõmunia pacis fœdera à rege recepti essent. Cũ igit tanti in Persia tumultus excitarentur,rex etiam ad bellum necessaria præparauit omnia.Nã eodem tempore bellum ei repellendum erat regis Aegyptiorum atq; Græcarum ciuitatum, quæ in Asia erant:item Lacedęmoniorum & Satraparum ducumq; qui se his coniunxerant, qui cum imperium tenerẽt maritimorum locorum, aduersus regem unà seditionem mouerunt, in quib. erant clarissimi maximeq; illustres uiri Ariobarzanes Phrygiæ prefectus, qui etiã mortuo Mithridate regnum eius obtinuit:Mausolus princeps, sub cuius

Epaminundæ laudes.

Virtutes Epaminondæ.

Græci pacem faciunt.

Xenophon, Anaximenes & Philistus ub historiarũ suarum finem fecerint.

Artaxerxes à multis simul bello petitur.

ditione multæ munitiones urbesq; memorabiles fuerũt, quarum arã quasi & metropolis erat Halicarnassus, arcẽ habẽs pstantissimã, & totius Cariæ regiã. Cũ his Orõtes Mysiæ pfectus, & Autophradates Lydiæ. Ex Ionib. uerò Lycij, Pisidæ, Pãphilij & Cilices. Itẽq; Syri & Phœnices, & fermè maritimi oẽs. Cũ aũt tã ingẽs esset defectio, dimidia pars cẽsuũ & uectigaliũ regi nõ reddebat. Reliquũ uerò ad sustentationẽ & usũ belli nõ sufficiebat. Qui autẽ defecerũt à rege, totius belli curationẽ & potestatẽ cõmiserunt Orontæ. Is cũ accepisset †ductũ, exercitus & pecuniã ad 20000. militũ annuũ salariũ psoluendũ, ꝓdidit eos qui crediderãt. Existimãs. n. se splendidis amplisq; munerib. à rege ornatũ iri, & totius maritimæ regionis Satrapiæ potiturũ, si tradidisset Persis in manus defectores, primũ qdẽ eos, q pecunias attulerãt, cõprehẽsos ad Artaxerxẽ regẽ misit. Deinde multas ciuitates atq; mercenarios milites, ducib. à rege missis ꝓdidit. Eodẽ modo in Cappadocia ꝓditio uersata est, in qua singula re qddã memoratu dignũ accidit. Nã cũ Artabazus dux regis cũ magna manu in Cappadociã aduẽtaret, eius regionis Satrapa Datames aduersus illũ castra fixit, cũ multis atq; collectitijs equitum turmis & peditib. mercenarijs ad 20000. Affinis aũt Datamẽ, pfectus equestrib. copijs, uolẽs gratũ regi facere, ꝓpriẽ salutis ratione habita, cũ pridie de ꝓditione cũ Artabazo rationes cõtulisset, noctu cũ eqtib. ad hostes defecit. Datames uerò cõfirmatis animis mercenariorũ, & pmijs ꝓpositis, defectores psequit: qs ubi cõprehẽdit, iã sese hostib. iũgẽtes, simul etiã ipse in Artabazi exercitũ & eqtes inuadit, atq; ut quẽque habuit obuiũ occidit. Artabazus primũ ignorata rei ueritate, putãsq; cũ prius à Datama desciuisse, iterũ ꝓditionẽ agitare, pceptũ dat suis, ut in aduenientes eqtes cẽde ferroq; sæuiãt. At Mithrobarzanes in medijs cõprehẽsus & circũdatus, cũ alij tanq; ꝓditorẽ defenderẽt, alij rursus tanq; ꝓditorẽ ulciscerẽtur, in extremũ piculũ deductus est. Verũ dũ piculi imminẽtis magnitudo nõ cõcederet cõsilij morã, ad robur fortitudinẽq; se cõuertit, & cũ utrisq; depugnãs, magnã stragẽ edidit. Postremò interfectis plus 10000. reliqs Datames à cæde faciẽda cõuersus, tuba reuocauit instãtes milites. Eqtũ q suprãt, qdã ueniẽtes ad Datamẽ, depcati sunt ueniã, alij uerò cõstituerũt qeti, incerti q̃ se uterẽt, circiter D. & tandẽ circũuenti à Datama, iaculis cõfecti sunt. Datames itaq; cũ antea ꝓpter eximiã bellãdi pitiã suspiceret, multo clariorẽ illustriorẽq; uirtutẽ suã & militarẽ scientiã hoc facto reddidit. Rex uerò Artaxerxes accepto nũcio de militia Datamis, eũ de medio tollere cogitauit, & p insidias eum interfecit. Interea dũ hęc fierẽt Rheomethres missus à defectorib. in Aegyptũ ad regẽ Tacho, acceptis D. argẽti talẽtis, & nauib. lõgis L. nauigauit in Asiæ urbẽ nomine Leucas, in q̃ cũ multos defectorũ duces accersiuisset, cõprehẽsos eos uinctosq; misit ad Artaxerxẽ. Ipse, ꝓditionis munerib. ad defectionẽ ptractus cũ rege i gratiã rediit. In Aegypto uerò rex Tachos cõparatis reb. omnib. ad bellũ necessarijs, 200. habebat triremes magnificè instructas, & mercenariorũ rex Græcia delectorũ 10000. itẽ pter hos peditũ Aegyptiorũ 80000. atque mercenariorũ ducẽ cõstituit Agesilaũ, q cũ M. armatis ei i auxiliũ à Lacedæmonijs missus erat, qq; militib. pesse nouerat, & fortitudinis militarisq; disciplinę magnũ nomẽ habebat. Naualib. uerò copijs pfecit Chabriã Atheniẽsẽ, q qdẽ publico iussu patrię nõ erat miss9: sed ad bellũ à rege psuas9 puenerat. Is cũ bello p uniuersã Aegyptũ esset pfectus, & totius impij dux cõstitut9, Agesilao suadẽdi ut pmaneret in Aegypto, & ducũ opa bellũ gereret, tametsi bonũ cõsiliũ dederat, tñ nõ obtẽpauit. Nã cũ exercitus lõgius ꝓcessisset, & iã circa Phœniciã castra locaret, relictus Aegypti dux à rege desciuit, mittẽsq; ad filiũ Nectanebo psuasit, ut Aegypti regnũ in suã potestatẽ uẽdicaret, atq; ingẽti bello causã pbuit. Nectanebos. n. dux erat à rege ordinatus Aegyptiorũ militũ, & missus ex Phœnicia ad oppugnãdas Syriæ urbes. Cũq; in patris insidias consentiret, duces muneribus, milites uerò promissis in societatẽ adduxit.

Orontes Artaxerxi prodit defectores. *τὴν ἐμονίαν.*

In Cappadocia prodito.

Tachus Aegypti regis belli-cus apparatus.

Postremò

Postremò occupata à rebellibus Aegypto, & metu perterritus Tachos, ausus est per Arabiam ad regem ascendere, delictisq; ueniam petere. Artaxerxes uerò non solum eum crimine soluit, uerùm etiam totius belli contra Aegyptios ducem declarauit. Non multò pòst rex Persarum uita defunctus est, cum annos quadraginta tres imperio prę fuisset: in regnum uerò succesit Ochus qui cognominatus est Artaxerxes, regnauitq; tres & uiginti annos. Nam cum Artaxerxes bonum regem se prę stitisset, planeq; affabilem & pacis amantem, omnium deinceps regum nomina commutarunt, eiusq; nomen ipsis imposuerunt. Cùm autem Tachos ad Agesilai exercitum se rursus cõtulisset, Nectanebos collectitijs copijs militum ultrà centũ millia, profectus est contra Tacha, & eum ad disceptandum armis de regno prouocauit. Agesilaus igitur uidens regem animo consternatum, neq; audentem se periculo committere, bonum fortemq; animum gerere iusit. Non enim statim uictoria potiri qui numero copiarum sint superiores, sed eos, qui animorum magnitudine & uirtute plus ualerent. Verùm cum his ille animum non attenderet, coactus est cum eo discedere in quandam urbem permagnam. Aegyptij uerò primùm conclusos intra mœnia oppugnarunt. At cum multos in murorum conscensionibus amisissent, murum fossamq; urbi circumdederunt, atq; celeriter opera propter operarum multitudinem ad finem perduxerunt. Tunc consumptis rebus omnibus uictu & commeatu, Tachos de salute animum despondere cœpit. Agesilaus uerò conuocatis militibus, & sub noctem hostes adortus, & insperatò milites omnes saluos atq; incolumes conseruauit. Persequentes enim & instantes Aegyptij per loca campestria, statuerunt multitudine undique hostes concludere, & funditus delere. Agesilaus uerò occupato quodam loco, qui utrinq; fossa manufacta, & inundãte aqua munitus erat, in eo sustinuit aduersariorum impetum, collocataq; acie secundum locorũ commoditatẽ, & fluuij fluctibus exercitu firmato septoq;, signa cum hostibus contulit. Cumq; multitudo Aegyptijs inutilis esset, Graeci præstantes uirtute, plurimos Aegyptiorum occiderunt, reliquos in fugam uertere, atq; sic multo negotio regnũ Aegypti Tachos recuperare. Agesilaus itaq; ut qui solus rem in integrum restituisset, conuenientibus iustisq; muneribus honoratus est. Cùm uerò per Cyrenem reuerteretur in patriam, mortem obijt, & corpus eius in melle deportatum Spartam, regia celebritate & honore sepultum est. Atq; res Asiæ eo anno in hunc usq; locum processerunt.

Tachos ab Artaxerxe ueniã impetrat.

Ochus Persarum Monarcha.

Nectanebos Tacho patrem suũ Aegypti regem obijcit.

Agesilaus Nectanebi copias profligat.

Agesilai mors

In Peloponneso uerò, cum pax communis inter Arcades post Mantineensem pugnam esset inita, duntaxat unum annum in fœdere perstiterunt, deinde iterum bellum mouerunt. Continebatur enim in pactis, ut in singuli post pugnam in patriam suã redirent. Migrauerant autem in Magnam urbem finitimæ urbes, eamq; ex patria migrationem ægrè ferebant. Itaq; illis in priores urbes reuersis. Megalopolitæ (hoc est Magnæ urbis ciues) cogebant eos suas patrias relinquere. Hanc ob causam cum controuersia inter eos nata esset, oppidani petierunt auxilium à Mantineensibus & cæteris Arcadibus, itemq; ab Eleis & alijs, qui societatem belli cum Mantineensibus communẽ habebant. Megalopolitæ uerò Athenienses ad suas partes uocauerunt, qui continuò miserunt eis tria millia armatorum, & trecentos equites, quibus præerat Pammenes. Is cùm uenisset Megalopolim, oppidis alijs expugnatis & direptis, alijs metu perterritis, coẽgit eos Megalopolim migrare. Atq; ciuitatum deductio, cum eiusmodi turbis implicata teneretur, sic composita & sedata est. Athanas Syracusius historiographus hinc rerum gestarum Dionis initiũ sumens, conscripsit tredecim libros. Comprehendit autem non descripta tempora septem annorum, à libro Philisti, in uno libro, & summa rerum gestarũ capita percurrens continuauit historiam.

In Peloponneso turbæ.

Athanas historicus.

Imperante autem Athenis Nicophemo, Romæ consularem dignitatem adepti sunt Caius Sulpicius, & Caius Lucinius. His regentibus Alexãder Pheræus tyrannus misit prædatorias naues in Cyclades insulas, & nonnullas expugnatis multos mortales in suam potestatem redegit. In Parethum etiã mercenarijs militibus appulsis, urbem obsedit. Cùm uerò Atheniẽses Peparethijs opem ferrent, ducemq; reliquissent Leosthenem, in Athenienses impetum fecit, qui Alexandri militibus Panormi commorantibus attendebant animum, cumq; ex improuiso interuenissent principis copiæ, singularis quædam felicitas obtigit Alexandro. Non enim solùm eos quos ad occupationem Panormi miserat, è maximis periculis liberauit, uerùm etiam triremes Atticas quinque, & unam Peparethiam cœpit, corporibusq; sexcentis potitus est. Athenienses uerò animis irritati Leosthenem proditionis capitisq; damnant, & facultates eius proscribunt, electumq; ducem Charetem cum naualibus copijs emittunt. At ille hostes metuebat, socios iniuria afficiebat. Profectus enim mari in sociam urbem Corcyram, maximas seditiones excitauit, ex quibus cædes & rapinæ extiterunt. Quæ causa fuit cur Athenienses malè audirent apud socios. Chares igitur similiter alijs sceleribus & iniurijs opertus nihil præclarum aut laudabile gessit: sed patriæ calumnias & odium exterorũ conciliauit. Atq; Dionysiodorus & Anaxis rerum Græcarum historiam usq; in hunc annum literis complexi sunt. Nos uerò res gestas Philippi, antequam ad regnum perueniret, ut in principio proposueramus, hoc libro recensuimus. In sequenti uerò facto initio ab exordio regni Philippi, omnes regis huius res gestas usq; ad mortem literis mandabimus, & alias quæ incognitis terræ partibus sunt gestæ, simul comprehendemus.

Diodori Siculi Historicæ Bibliothecæ libri decimi quinti,
FINIS.

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICAE LIBER XVI. DE GESTIS PHILIPPI regis Macedoniæ, Angelo Cospo Bononiense interprete.

PRAEFATIO.

IN omni rerum gestarum narratione, illud scribentis uidetur esse officium, ut libris singulis ciuitatum, aut regum facta integra ab initio ad finem usque comprehendat: quod ita præcipuè narratę res fideliori memoria retineantur, & aptiores fiant ad cognoscendum. Quæ enim interrupta finem principio continuum non habent, ea intentionem & studium legentium abrumpunt: quæ uerò continenter ad exitum deducuntur, absoluta utique rerum ipsarum utuntur declaratione. Cùm autem ipsa rerum gestarum natura scriptores adiuuat, tum iam prorsus non est ab hoc instituto discedendum. Itaq; nos quoque, postquam peruenimus ad Philippi Amyntæ filij res, eius facta enitemur hoc libro includere. Is quidem annos quatuor & uiginti Macedonum rex fuit, minimisq; occasionibus se ei offerrentibus, omnium quæ in Europa essent maximum regnum suum

Propositio libri 16. de Philippo rege Macedonum.

ſtrum conſtituit,& acceptam Macedoniam Illyrijs parẽtem,multarum ac nobilium gentium & urbium dominam reddidit. Ob ſuam denicꝫ uirtutem ab uniuerſa Græcia imperator electus,populis ei ultrò obſequentibus, & raptores Delphici templi,unde oracula petebantur, ultus, meruit ut inter Amphictyonas nominaretur. In eiuſdẽ pietatis ſuæ mercedem aſſequutus ſuffragiorum ius,quod habuerãt Phocenſes ab eo deuicti:poſt Illyrios, Thraceis, Pęonas,Scythas, & conterminas eis gentes expugnatas, ad Perſarum imperium extinguendum ſe accinxit.Iamꝫ præmiſſis copijs, Græcas aliquot urbeis in libertatem uendicauerat, cum fati uiolentia interceptus, tãtos poſt ſe reliquit apparatus,ut Alexandro ad eandem expeditionem contra Perſas alienis auxilijs haud opus fuerit.Nec tantæ res, fortunæ ipſius potius quam uirtuti adſcribendæ ſunt,quòd plurimum in re bellica & ui, & induſtria magnanimus hic rex excelluerit.Ne uerò in præfatione res eius immaturè tractemus,ad hiſtoriæ ordinem nos conferemus,breuibus priora tempora repetentes.

Regni Philippi annus I. *Anno mundi*

Cùm Athenis Callimedes imperaret, Olympiade quinta & centeſima,qua Cyrenæus Porus uictor ſtadium obtinuit,Romani aũt Conſules eſſent Cneus Genutius,& Lucius Aemylius,Amyntæ filius Philippus, & Alexãdri,qui Perſas deuicit,pater,Macedoniꝫ regnum hoc occupauit modo. Cùm pridem eius pater Amyntas Illyrijs,qui eum debellauerant, ſtipendium pendere,obſidem Philippum,cæteris filijs iuniorem,dare compulſus eſſet, illi adoleſcentulum Thebas cuſtodiendum miſerunt. Ciuitas autem eam curã Epaminondæ patri demandauit,ut ſcilicet puerum creditum diligẽter ſeruaret, & bonis diſciplinis inſtitui faceret.Erat eius domi Epaminondæ filij præceptor Pythagoricus Philoſophus,ſub quo multum profecit Philippus. Cumꝫ adoleſcentes duo & natura adiuuarentur,& diligentia ſibi non deeſſent,uterꝫ ad maximas uirtutes peruenit.Epaminondas quidem magnis & periculoſiſſimis certaminibus,præter omnium opinionẽ patriam ſuam totius Græciæ principem fecit:Philippus autem captata temporum ratione in rebus agendis, nihilo Epaminondæ laudibus inferior fuit.Poſt obitum uerò Amyntæ,Alexander filius maior natu alijs,cùm regnum ſuſcepiſſet,Alorites Ptolemæus dolis & regno & uita eum ſpoliauit. Sed Perdiccas poſtea idem in Ptolemæum patrauit:potitusꝫ regno,aulus eſt magno prælio cum Illyrijs confligere.Qui ab eis captus,& ad ſummam miſeriam redactus eſt.Interim Philippus frater de cuſtodia elapſus,regnum malè affectũ apprehendit, ꝙ in proxima pugna Macedones plures quatuor millibus extincti fuiſſent: qui autem ſupererant, adeò eſſent conſternati,ut ex magna Illyriorum trepidatione uix conſiſterent, omninoꝫ bellum abhorrerent. Accedebat,quòd & Pannones ipſis finitimi,ex quodam contemptu,agros paſsim populabantur. Illyrij ingentes comparabant copias,ut in Macedoniam irruerent. Et Pauſanias quidem regiæ ſtirpis, in regnum illud per Thracum regem inuadere conabatur. Athenienſes quoque,Philippo infenſi, Argæum contra illum iuuabant, Mantiæ duci dato eò negotio,cum tribus hominum millibus,& claſſe, quę rei cœptæ ſufficeret.Ex incommodis itaꝫ prius in bello acceptis, & maioribus quæ uidebantur impendere,anxij & ancipites plurimum erant Macedonum animi. Sed Philippus in tanto rerum omnium timore,in periculis, quæ euidentiſsimè apparebant,neutibuam perterritus,habita cõcione, ad firmitudinem animi ſuos hortatus,audentiores aliquantulum reddidit. Conuerſusꝫ ad emendandam militarem diſciplinam,curauit ut decentib. armis milites ſui inſtructi eſſent:utꝫ meditationibus bellicis exercerentur. Excogitauit præterea ordinem illum iunctiſſimum phalangis,quæ Macedonum peculiaris fuit, ſumpto exemplo heroum,qui clypeos clypeis coniungebant in bello Troiano. In familiari autem ſermone mirificè omnibus blandiri nouerat:aliquos muneribus, quoſdã

Philippi, parẽtes & educatio.

φύσεις καὶ φάσεις λοπονία eruditionis paranda adminicula

Philippus quã do regno auferto potitus.

Phalangis Macedonicæ author Philipp.

Virtutes regiæ

pro missis in suam concilians beneuolentiam. Sed & imminentibus sibi cladibus sapienter ita prouidit. Videbat in primis Athenienses mirifico quodam studio teneri recuperandæ urbis Amphipolis, propterea q; Argæum commouere ad turbandum regnum Macedoniæ. Sponte itaq; ea urbe cessit, ut esset sui iuris. Ad Pannonios autem missis legatis effecit & donis & pollicitationibus ut pacem secum pro tempore firmarent. A' Pausania se liberauit, largitione regem qui eum inuasurus erat, ad suam uoluntatem pellíciens. Mantias uerò Athenienſium dux cum classe Methonam traiectus, ibi ipse subsiltit. Argæum autem cùm mercenario milite Aegas misit. Qui cum urbi appropinquasset, oppidanos cœpit adhortari, ut se reciperent, ex tali beneficio principem locum in regno Macedoniæ habituri. Sed nullo ei assentiente, Methonã reuertebatur, cum Philippus instructis copijs eum adortus, multos cecidit: reliquos qui ad montem uicinum se retraxerant, dimisit, perfugis ex pacto fi-

Philippi urbs. bi deditis. Ex hac pugna uictor Philippus, confirmauit plurimum Macedonum animos ad futura deinceps bella. Dum autem hæc agerentur, Thasij habitatum iuerunt Crenidas, quam urbem rex deinde à suo nomine Philippos nuncupatam, habitantium frequentia ampliorem fecit. Et hinc quidem Chius Theopõpus initium sumpsit libris quinquaginta octo, quos de Philippi reb. edidit. Sunt autem in eo numero quinq;, quorum fides haud satis cõstitit.

Regni Philippi annus II.

Annus mundi 3606. Iam uerò principem Athenienses Eucharistum, Rom. Q. Seruilium, & Q. Genutium Consules habebãt, cum Philippus Athenas missis legatis pacem ab eo populo impetrauit, cum de Amphipoli repetenda nihil actum esset. Ita ab hoste illo iam liber, audiuit Agim Pæonum regẽ mortẽ obijsse: nec oblata occasione ulciscendi, Pæones dimisit. Ductis nanq; in illos copijs, facta dimicatione, in Macedonũ potestatẽ superatos eos redegit. Reliqui erant Illyrij, ad quos expugnandos intendebatur studio. Proinde concione habita, cum milites ad id bellum animasset, in Illyrici fines cum decem millib. peditum & sexcẽtis equitibus intrauit. Quod cum Bardylli regi relatum esset, misit protinus ad Philippum legatos, qui offerrent ei urbium deuictarũ æquã secum administrationẽ, & eo pacto pacẽ firmarent. Sed enim Philippus eam denegauit, nisi omnibus Macedonicis urbib. cederet. Itaq; re infecta legatis reuersis, Bardylus plurimum fiduciæ reponẽs in suorum uirtute, ex uictorijs quas prius multas acquisierant, parato exercitu decem millium peditum, & quingentorum equitum, hosti obuiam uadit. Cumq; alteri alteris uicini constitissent, emisso ingenti clamore, in certamen irruunt. Philippus in dextro cornu, ubi erãt spectatæ uirtutis Macedones, cũ circumagi equites iussisset, ut ex transuerso barbaros adorirentur, hosteis à fronte ferocissimè oppugnabat. Illi aũt quadrata acie instructa, omnib. periculis acriter resistebãt: diuq; anceps fuit prælium, ob egregiã utrorumq; fortitudinem. Et cum ex omni parte multi caderent, multi confoderentur, res nunc in hanc, nunc in illam partem fluctuabat, prout dimicantium uirtus uel excitabat, uel remissa erat: tandẽ cum p̃missi equites à latere, à tergo hosteis premerẽt, & Philippus cum fortissimis suorum magna ui eos dẽ fatigaret, coacti sunt Illyrij in fugã se conijcere: ita etiã multis absumptis, cum eos per loca uaria Philippẽses persequerentur, nouissimè Philippus dato signo suis, uti se reciperẽt, trophæum erexit. Qui ex suis occubuerãt, eos sepeliri curauit. Et Illyrij petitas prius urbeis Philippo per legatos dedentes, pacem obtinuerunt, cum amisissent in ea pugna plus septẽ millib. hominum. Cùm uerò Macedoniæ & Illyrici res satis in præsentia tractauerimus, ad diuersarum gen-

Dionysij iunioris ignauia. tium facta diuertemus. In Sicilia cum iunior Dionysius regnũ Syracusarum pridem accepisset, homo minimè industrius, & patre plurimum degenerans, sub pacis & quietiorum morum prætextu, turpem ignauiam tegere conebatur: & cum successisset in bellum contra Carthaginenses, cum eis pacem firmauit

mauit. Cùm Lucanis itidem bello summa negligẽtia prorogato, & ad ultimũ prælijs aliquot superior cum fuisset, cupidissimo animo pacem eis concesit: in Apulia urbeis duas extruxit, ut tutã efficeret maris lonij nauigationẽ. Qui enim loca maritima incolebant, prædatorijs nauibus discurrentes, Adriaticũ pelagus omnino mercatoribus infestum reddiderant. Post id summo ocio se tradens, omnem militarem exercitationem aboleri permisit. Regnum maximum omnium in tota Europa, & quam eius pater adamante munitã tyrannidem gloriabat, sua ignauia perdidit: quod quemadmodum ab eo cõmissum sit, & quæ singillatim gesta fuerint, suo explicabimus ordine

Regni Philippi annus 11.

Cephisodoto Athenis imperante, Romæ consulib. C. Licinio, & C. Sulpitio, clarissimus inter Syracusanos optimates Dion Hipparini filius ex Sicilia aufugit: & Syracusanos, & alias Siciliæ urbeis ingenti animo in libertatẽ uendicauit huiusmodi initijs. Habuerat senior Dionysius uxores duas, & ex utraque liberos susceperat: ex prima, quæ erat Locrensis, Dionysium, qui ei defuncto successit: ex altera, Hipparini filia, summæ honestatis inter omneis Syracusanas, Narsæum & Hipparinum filios. Huius secũdę uxoris frater erat Dion, uir in philosophiæ studijs famæ celebris: constantia autem & rei militaris scientia lõgè omnib. suis ciuib. præstans: accedebat adhæc nobilitas summa, & singularis animi magnitudo, quę omnia eum tyrãno formidolosum reddiderant: utpote qui aptissimus uideretur ad retundẽda eius scelera. Itaq; decreuerat uirum talẽ, pcul à se habere, intentãs etiã ei mortem. Id persentiẽs Dion apud amicos quosdã primo latitauit, postea ex Sicilia in Pelopõnesum traiecit cum Megacle fratre & Chariclide, qui sub Dionysio copijs militarib. pręfuerat, Corinthumq; pfectus, ab eo populo impetrauit, uti liberationis Syracusarum curã secum susciperet. Cùm milites mercenarios uellet scribere, & arma conquireret, multis eum iuuantib. breui tẽpore & arma, & conductos milites in nauibus duab. onerarijs disposuit: cumq; ijs tantũ è Zacyntho, quæ est propè Cephaleniam in Sicilią transmisit. Triremes & alias onerarias naues Chariclidi, qui paulò pòst Syracusas trãsiret, tradidit. Eodẽ fermè tẽpore Andromachus Tauromenienſis, Timęi historici pater, opib. animoq; plurimum excellens, in unum cõgregatis ijs qui fuerãt reliqui ab excidio Naxi dirutę à Dionysio, collẽ urbi uicinum, qui Taurum nuncupabat, ad multum tẽporis inhabitauit, & à sua diutina mãsione in Tauro, Tauromenium eũ locum appellauit: breuiq; auctis oppidi rebus, factũ est ut incolæ opulẽti, & locus honoratus redderet. Nostra tandẽ ætate, Cæsare adijciente animũ ad Tauromenienſium incremẽta, Romanorũ colonia illuc deducta est. Euboei aũt, dum hæc in Sicilia agerentur, ciuilib. discordijs laborãtes, hi quidem Bœotos, alteri autem Athenienſeis in auxilium accersiuerunt: cœptoq; ibi bello, leuia certamina, & quasi præludia frequenter fiebant, in quib. nunc Thebani, nunc Athenienſes erãt superiores. Sed nunquam iusto certamine dimicatum adhuc fuerat, cum Euboei post bello uastatã insulam, & multos utrinq; mutuis odijs cæsos, tandem suo malo docti, simũl conciliati sunt. Proinde Bœotij illinc discedentes, citra noxam domum reuersi sunt. Athenienſes autẽ, cum ab eis Chij, Rhodij, Coi & Byzantij defecissent, inciderunt in bellum quod Sociale dictũ est, sustinueruntq; illud per triennium. Electos itaq; duces Charetẽ & Chabriam cũ exercitu ad id bellum miserunt. Illi statim Chioni inuadentes, inuenerunt illuc missa auxilia ab ijs qui simul desciuerant, & præterea à Carum rege Mausolo, instructisq; ordinibus, urbem mari & terra oppugnare aggressi sunt. Chares cum peditũ manu ad mœnia terrestri pugna contendebat cum ijs, qui ex oppido eruptiones faciebãt. Chabrias autem in portũ inuadẽs, nauale prelium acriter incepit: sed eius nauí ab actuarijs hostium nauib. afflicta, succumbebat, & sui fortunæ cedentes, saluti suę consuluerunt. Itaq; maioris faciens gloriosam mortem, q̃ ut

Ann. Mundi 3607.

Dion Syracusanus.

Tauromeniũ.

Euboici motus

Bellum Sociale

uictus uiueret, à se hostes fortiter repellens, confectus obijt. Interea Philippus rex magno prælio ab se deuictis Illyrijs, omnes eorum gentes, quæ usq; ad paludem Lychnitidem habitãt, ad sui obsequium compulit, & in Macedoniam est reuersus, cum glorioſam pacem Illyrijs cõcessisset. Iamq; celeberrimũ eius erat nomen apud Macedonas, utpote cuius uirtute res prius malè affectas recreatas uiderẽt. Post hæc cum Amphipolitani infensi essent Philippo, & multis modis eum irritarent, parato iusto exercitu eos inuadit, & inductis ad mœnia machinis, acri & continua oppugnatione eos premens, muri partem ariete deiecit: irrumpensq; in urbẽ per apertum locum, & repulsis qui se opposuerant, ea est potitus: ciuesq; omnes humanissimè habuit, præter paucos, quos sibi aduersos patria mulctauit. Vrbs autem ea ex Thraciæ propinquitate & aliorum locorum multum cõtulit ad Philippi incrementa. Subitò enim ab illa Pydnam occupauit, & Olyntijs ad obtinendam Potideam, cuius rei erant cupidissimi: tulit auxilia. Olynthiorum autẽ ciuitas & potentia & habitantium multitudine plurimi erat momẽti ad bellica negocia perficiẽda: & qua aduersante, multum laboris subeundum esset ei, qui imperiũ suum uellet proferre. Propterea mutua quadam emulatione & Philippus & Athenienses tenebantur, utri ipsorũ illa se adiungeret. Sedenim Philippus Potidea expugnata, Athenienſium præsidium illinc depulit, deuictosq; incolumes Athenas humaniter remisit. Reuerebatur enim ualde eam remp. Philippus, cum ob potentiam, tum propter dignitatem. Olynthijs Pydnam etiam urbem prius ab se captam, & ei finitima, quæ possidebat, donauit. Crenidas dein se cõferens, indu ctis multis qui eam urbem incolerent, ex sui appellatione instituit, ut Philippi nominaretur. Erant in eo tractu fodinæ auri, sed tenues & nõ bene exploratę: eas Philippus magnis operibus ita instruxit, ut annua ei redirent amplius mille talenta. Vnde magnis opibus breui cumulatis, Macedoniæ imperium plurimum auxit, cum pecuniæ cœptis omnibus negocijs sufficerent. Nummum aureum Philippi nomine cudi instituit. Multorum qui stipendia facerent certum & ualidum numerum sibi legit. In Græcia multos muneribus corruptos, ad patriæ proditionem allexit: quæ omnia sigillatim ut facta sint, declarabimus, prius tamen quæ hoc loco subsequuntur, narraturi.

Philippi. Amphipolim subigit.

Pydna.

Olynthus.

Philippi urbs.

Ann. Mundi 3608.

Regni Philippi annus IIII.

Cùm Athenienses Agathoclem principem, Rom. M. Fabium, & C. Petiliũ Conss. haberent, Dion in Siciliam peruenit, Dionysij tyrãnidem oppressurus. Is cùm ante tam nobile cœptum facinus nulla facultate ad id faciẽdum inuitaretur, præter omniũ spẽ, regnum amplissimum totius Europę penitus labefactauit. Quis enim uerò credidisset eum uirum cum nauibus duab. tãtum onerarijs uictorem futurũ in eum regẽ, qui lõgas naues 500. pedites ad 100000. & decem millia equitum, armorum autem, commeatum, & pecuniarũ tantũ haberet apparatum, quantus enumeratis copijs abundè sufficeret? Vrbẽ prętęterea maximam Græcarum omnium tenebat, cui erãt portus & naualia, & instructissimæ arces fermè inexpugnabiles: non deerant & auxilia ualidissima. Sed contra ea omnia Dioni aderãt potiora, ingens animus, uirtus summa, & magna eorum qui misere seruiebant erga eum beneuolẽtia, quodq; ijs maius erat, ipsius tyranni ignauia, & popularium uoluntates abalienatæ. Huiusmodi igitur omnia eodem tempore simul emergẽtia incredibilem exitum rebus quæ gerebantur dederunt, hoc maximè ordine. Cùm è Zacyntho Dion duabus nauibus acceptis discessisset, præteruectus Agrigentinos, Minoam tenuit. Ea urbs superioribus annis à Cretensium rege Minoẽ fuerat extructa, quo tempore persequutus Dædalum, usus est Cocali Sicaniæ regis hospitio. Sed dum hæc agerentur, Carthaginensibus parebat urbs illa, præratq́e ei Paralus, Dioni amicissimus, à quo prompto animo acceptus Dion, cum ex nauibus arma numero ad quinque millia exportari fecisset, ab eo impetrauit, ut Syra-

Dion uadit liberatum tyrãnide Syracusas.

Dionis uirtutes.

Minoa.

ut Syracusas curribus illa deuehi curaret. Ipse autem iter eodem cœpit, mille uiris comitantibus: statimq; Agrigentinos, Gelenses, & alias Siciliæ mediterraneas gentes, Madinæos & Camarinenseis, adhortatus ad uendicandã libertatem, sibi contra tyrannum iunxit, concurrentibusq; ex omni parte auxilijs, comparauit exercitum amplius uiginti millium hominum. Græci pariter ex Italia & Messanenses multi accersiti, magna promptitudine aduenerunt. Iam Dion Syracusanos fines intrauerat, cum ei facta est obuiam ingens multitudo & ex agris & ex urbe uenientium ad se hominum inermium: multis enim, quibus parum credebat, arma Dionysius ademerat. Ipse quidem per ea tempora in urbibus nuper à se constructis circa mare Adriaticum erat, cum magnis copijs. At hi quos ad Syracusarum custodiam duces reliquerat, primò tentauerunt, ut in tyrãni fide oppidanos retinerent, ne defectionem molirentur. Sed quum id frustra fieret, tumultu passim succrescẽte, coacto mercenario milite, & his qui in urbe partes regias fouebant, tumultuantibus ita obsistere decreuerunt. Dion interim Syracusanis, qui armis carebant, aduecta arma distribuit: alios autem eo armorum genere, quod fortuitum ei offerebat, instruxit. His q; omnibus in concionem uocatis, dixit: eo animo se uenisse, ut Siciliæ libertatem quæreret: ideò oportere duceis deligi, qui & libertati recuperandæ, & extinguendæ funditus tyrannidi pareis essent. Tunc una ueluti uoce ab uniuersa multitudine conclamatum est, ut ipse Dion & frater Megacles imperatores in eo bello essent. Subitò igitur à concione urbem inuadens, nullis in aperto se ei opponẽtibus, audacter ingressus per Achradinam, in forum cum exercitu contendit, cum nullus ei occurrere auderet. Erant cum Dione omnino hominum millia quinquaginta. Hi omnes coronati in urbem intrarũt ducente Dione, Megacle, & trigínta Syracusanis, qui soli è numero eorum qui in Peloponneso exulabant Syracusis, ausi sunt fortunæ cum Dione se exponere. Vniuersa autem urbe à seruitute ad libertatem, à tristitia tyrannidis, ad summam hilaritatem & laudationes conuersa, omnia gaudij, omnia sacrificiorum plena erant. Priuatim unusquisq; ad lareis suos excitatis uaporibus, gratias dijs agebat ob accepta bona, concipiebatq; uota uti futuræ res prospere cederent. Sentiebatur & quidam ueluti ululatus fœminarum exulantium, ob felicitatem adeò insperatam. Passim uerò ab omnibus urbis partibus concursus ad Dionem erat. Non liber, non seruus, nõ peregrinus inueniebatur, qui eum uidere non cuperet, cum summa admiratione eius uirtutis, quam maiorem humana omnes animo concipiebant, nec immeritò. Maxima enim ea erat rerum commutatio, & quam nullus unquam futuram existimasset: amarissima quinquaginta annorum seruitute tunc primùm depulsa, & libertate unius hominis uirtute restituta. Dionysius tunc temporis ad Cauloniam Italiæ cum moram traheret, Philistum, quem Adriatico mari præfecerat, ab se cum classe accersitum, iussit Syracusas contendere: ipseq; eodem peruenit, die septimo post eum diem, quo urbem Dion occupauerat: tentauitq; initio, num astu Syracusanos posset circumuenire. Ad eos enim legatos, qui pacem peterent, misit, uarijs modis per eos significans, se concessurum populo imperium: siquidem honores decenteis in remunerationem ipse posset obtinere. Petebat etiam ut ad se uenirent è populo aliqui, cum quibus consultaret de bello componẽdo: quod factũ est. Missi enim sunt uiri honoratissimi à Syracusanis, quos iam multum spes inflauerat. Iis cum Dionysius custodias apposuisset, aditum ad se diutius distulit. Animaduertens interea hosteis, expectatione pacis negligentius in stationibus agenteis, & omnino ad dimicationem male expeditos, extemplò reseratis portis arcis quæ est ad insulam, cum instructo agmine se intromisit. Extruxerant Syracusani murum ex opposito uersus mare: super eum Dionysiani cum clamore & perturbatione ingẽti inscenderunt: trucidatisq;

Dionis exercitus.

Dion Syracusanos ad libertatem recuperandam hortatur, & dux belli constituitur.

Dionysius iunior, quo astu usus ad tyrannidem constabiliendam.

tísq; non paucis, qui ea loca tuebantur, iam interitus penetrauerant, conse-
Dionysiani Syracusas adorti à Dione repelluntur. bantq; manus cum ijs qui ad muri subsidium ueniebant. Tunc Dion præter spem deceptus, cum optimis militum obuiam iuit hostibus, cœptoq; prælio multos passim cædebat. Cumq; haud magnũ loci spacium intercederet (quippe intra munitiones statim erat pugna) accurrit subitò magna uis hostium in eum locum satis angustum, & uix stadij unius. Vtrinq; autem qui summa excellebant uirtute periculis se animose offerebant: his quidem ob ingẽtia Dionysij promissa, illis autem libertatis amore ad summum uincendi studium inflammatis. Et primò ancipitem reddebat pugnam æqualis fermè utrorumq; uirtus, cadebantq; plurimi, nec pauciores cõfodiebantur, uulneribus omnes aduersis. Qui enim in prima partè erant, generosissimè ad mortem usq; decertabant: proximi autem pro eis cadẽtibus, strenuè subibant incommoda omnia. Et pro adipiscenda uictoria nullum erat periculũ quod recusarent. Sedenim Dion cupiens plurimùm facere egregium aliquid, ut labore suo parta uideretur uictoria, in mediam hostium aciem prorupit, & acriter dimicans multos cecidit, perturbatisq; aduerbis ordinibus, in media ea turba solus constitit. Ibi emissis undiq; iaculis & in clypeum & in galeam, nihil offendebatur, armis eum tuentibus. Sed in brachio dextro confixus, uulneris asperitatem haud poterat ferre, paulumq; aberat, ut deueniret in hostium manus, cum Syracusani pro duce suo seruando sollicíti, facto uehementiori impetu in hostẽ, & Dionem periculo eripuerunt, & illum ad fugiendum compulerunt. Itidem & ad aliam muri partem, superiores oppidani, prosequuti sunt Dionysij milites usq; ad portas insulæ. Quum uictoriam hanc clarissimam, & per eam stabilitam liberalitatem Syracusani obtinuissent, trophæum in tyrãni exprobratio-
Trophæum Syracusanorum. nem erexerunt. Dionysius uerò ab eo quod sperarat uidens se decidisse, iamque regni recuperandi animum despondens, ualidis præsidijs arceis firmauit, impetratisq; suorum cadaueribus, quæ erant octingenta, honorificè ea sepeliri curauit, aureis coronis & purpureis uestibus adornata. Sperabat enim huiusmodi officio, alijs animos auctum iri ad subeunda discrimina pro eius tyrannide. Magnis etiam muneribus eos qui strenuè pugnarãt prosequutus est, & ad Syracusios misit qui agerent de pace. Sed Dion excusationibus uarijs legatos distinebat, donec absolutà sine impedimento muri parte quæ deerat, eadem arte hostem ludificatus, qua ipse deceptus fuerat, introductis legatis, quum de pace uerba habuissent, respondit: unicam esse pacis uiam, si deposita tyrannide, contentus sit honoribus certis. Id cum Dionysio renunciatum esset, duceis suos consuluit tyrãnus, qua uia Syracusanos tam superbè respondenteis posset ulcisci. Postmodum cum omnibus rebus, præter quàm frumẽto abundaret, maritimisq; uiribus præstaret, hostilem agrum populatus est: diuisisq; inter suos frumentis illis prædatitijs, misit onerarias naueis cum pecunia ad comparandos commeatus. Syracusani haud multas habebant longas naueis, sed in locis quæ oportuna nouerant, occurrentes, magnam uim frugũ emptarum, quæ deuehebatur, abstulerunt.

Alexãdri Phæreimors. Dum uerò hæc Syracusis gererentur, in Græcia Alexander Pheræorum tyrannus fraude uxoris Thebes, & fratrum eius Lycophrontis & Tisiphoni interfectus est. Qua ex re non mediocrem gratiam tanquam tyrannicidę primò adepti sunt: postea immutati animo, muneribus sibi milites conciliarunt, nec tyrannos seipsos dissimulabant. Sublatis enim è medio qui eorum uoluntati renitebantur, & confirmatis multum uiribus suis principatum apprehenderunt. Erant ea tempestate in Thessalia magni nominis, ac nobilitatis summæ, qui nuncupabantur Aleuadæ. Hi tyrannos eos comprimere conati, cum per se haud sufficerent, Macedoniæ regem Philippum inuocauerunt. Qui in Thessaliam profectus, tyrannis deuictis, pristina urbibus libertate reddita,

eam

eam sibi Thessalorum beneuolentiam comparauit, ut ipse ac filius Alexãder in uarijs bellis eos auxiliares habuerint. In his autem qui historias conscripserunt, Demophilus Ephori filius, belli, quod Sacrum uocarunt, & in annos un decim, donec sceleris illius participes extincti essent, dilatum est, narrationem omissam à patre suscepit, ab eo tempore, quo Delphici oraculi templum & occupatum & direptum est à Phocensi Philomelo. Sed huc usq; tantum peruenit Callisthenes decem libris, quos de Græcorum rebus scripsit. Rursus inde Atheniensis Diyllus libros uiginti septem auspicatus est, queis & Græciæ & Siciliæ facta recensentur. *Demophilus & Diyllus historici.*

Regni Philippi annus V.

Iam principatum Athenis Elpinus, & consulatum Romę iniuerant M. Popilius Lenas, & C. Manlius Imperiosus: cœperatq; centesima & sexta Olympias, in qua uictor in stadio fuit Maliensis Porus. Eò tẽpore in Italia circa Lucaniam colluuio quædam hominum, omnium fermè fugitiuorum, è locis uarijs in unum confluxit, passimq; primo latrocinabatur: dein & excubias agendo, & incursionibus crebris, alijsq; exercitationibus cœpit assuefacere se ad militares ordines seruandos. Itaq; iusta acie cum locorum eorum cultoribus congressi, semper uictores euadebant: auctisq; uiribus, ad urbium oppugnationem conuersi, Terinam oppidum captum diripuerunt. Postea in ditionem suam redactis Arponio, Thurijs, & alijs aliquot urbibus, sibi suam rempublicam instituerunt: uocatiq; sunt indigena appellatione Brutij, quod eorũ plerique serui essent. Vernaculo enim sermone fugitiui appellabantur Brutij. Huiusmodi originẽ habuit is Italiæ populus. At Philistus Dionysij præfectus Rhegium profectus, illinc Syracusas quingentos equites traiecit, assumptisq; ibi pluribus alijs, & peditatu duũm milliũ, in Leontiuos (qui & ipsi à Dionysio desciuerant) se conuertit: ac noctu mœnib. superatis, cum partem urbis occupasset, consertis atrociter manibus, præcipuè Syracusanorum uirib. qui Leontinis uenerant auxilio, illinc eiectus est. Interea Heraclides, quem Dion in Peloponneso cum nauib. longis reliquerat, impeditus antè tempestatibus, ne posset in tempore liberationi Syracusarum adesse, uenit cum longis nauibus uiginti, mille & quingentis militibus. Cumq; is uir plurimùm uirtute excelleret, uidereturq; tantæ rei maximè idoneus, præfectus est Syracusanorum omnib. maritimis copijs, ut communi cõsilio eius & Dionis gereret bellum cõtra Dionysium. Et iam Philistus instructa classe triremium sexaginta, ad naua le prælium excibat Syracusanos, haud multũ ei nauium numero cedentes. Pugnatum est utrinq; summis uiribus, inclinabatq; primò uictoriæ spes ad Philistum, ob egregiam eius fortitudinẽ. Sed à suis tandem derelictum undiq; Syracusani eum prementes, ut uiuum caperent, laborabãt. Sed Philistus ut uitaret quæ plerunque in captiuos committi solent, sibi mortem consciuit: uir integerrimæ fidei, & qui magno usui fuerat tyrannis donec uixit. Huius cadauer discerptum Syracusani per urbem traxerunt, abieceruntq; insepultum. Dionysius amisso tantæ expeditionis duce, cum alium qui bello administrando par esset, non haberet, nec per se idem posset, legatos ad Dionem misit, qui ei primò dimidium imperij sui, deinde & totum obtulerunt. His à Dione responsum est, uti rex arcem populo dederet, impetraturus ex ea munera & honores. Nec Dionysius eam conditionem reijciebat, dum tamen præsidium & opes quas in ea haberet, in Italiam tutò posset transferre. Approbabat id totum Dion, hortabaturq; populum ad subeunda ea pacta: uerùm concionantibus quibusdam in contrarium, noluit Dioni assentiri populus, sperans ui se illud assequuturũ. Sedenim Dionysius ualido præsidio firmata arce, thesauros & omnem regiam supellectilem nauibus clanculum impositam in Italiam transtulit, & in urbe seditiones erumpere cœperunt. Erant qui summam rerum Heraclidę censerent demandandam, quòd is homo ad tyrannidẽ nunquam

Anno mundi 3609.

Brutiorum origo.

Bellum contra Dionysium iuniorem motũ.

Philisti mors.

quam uideretur aſpiraturus. Alij uerò præfici omnibus debere Dionem adſe uerabant. Acceſsit ad alia incommoda, quòd mercenarij milites, qui uenerãt è Peloponneſo ad Syracuſarum liberationem, cum ſtipendia multa eis deberentur, nec ſolutioni ob indigentiam ſatisfieri poſſet, plures tribus millibus omnes q; ſpectatæ uirtutis, & qui multa in bellicis rebus exercitatione longè omnib. Syracuſanis fortitudine præſtarent, diſceſſerunt: adhortati prius Dionẽ ut ſecum & ipſe recederet, ulciſcereturq; ſecum cõmunes iniurias à Syracuſanis acceptas. Denegauerat primo id ſe facturum Dion: uerùm paulò pòſt, ardente urbe ſeditionibus, cõpulſus eſt ſe recipere ad externos milites abeuntes, ſimulq; iter faciebãt ad Leontinos, cum Syracuſani inflammati odio eos perſequi cœperũt: & in ipſo itinere facta dimicatione, cum multos è ſuis amiſiſſent, ſe retraxerunt. Nec Dion ex ea uictoria ſuſtinuit, ut odium cõtra ingratiſſimos ciues exerceret. Miſſis ad ſe qui defunctorum corpora ad ſepulturam peterent, benignè indulſit, captiuosq; multos citra redemptionem liberos dimiſit. Multi etiam ex prælio, cum in fuga interfici potuiſſent, quia tamen uerbis oſtentabant ſe eſſe Dionis partium, ab eorum cæde temperatum eſt.

Syracuſani diſſidijs laborãt.

Dioni quæ gratia à Syracuſanis relata.

Dionyſius tunc temporis, cum Neapolitanum Nypſium, uirum & prudẽtiæ & fortitudinis egregiæ, ducem elegiſſet, ei ut Syracuſas cõtenderet, iniunxit, deditq; aliquot onerarias naues ad commeatus deuehendos. Ille igitur è Locris Syracuſas uerſus diſceſſerat. Iiſdem diebus dum diutius præſidia à Dionyſio arci impoſita, panis & aliorum neceſſariorum inopiam ſumma conſtantia tolerauiſſent, tandem præmente neceſſitate, ad ſalutem proſpiciendam conuerſi omnes, nocte ſimul habitis conſilijs, decreuerunt ſequenti die & arcem & ſemetipſos Syracuſanis dedere. Iamq; primo diluculo ibant ab arce ad populum qui deditionem paciſcerent, cum Nypſius cõſpectus eſt, claſſem circa Arethuſam in portum appellens: ex cuius aduentu ab inopia recreati, ſumma rerum omnium abundantia adfluere cœperunt. Eodem modo arx fermè alienata, ex inſperato confirmata eſt, cum præcipuè Nypſius milites qui arcem tuebantur, in concionem euocatos, oratione tempori accommodata, plurimum ad futura omnia toleranda animauerit. Syracuſani tunc inſtructis triremibus hoſti obuiam egreſſi, cum ille in concionem totus conuerſus eſſet, incurſione ſubita ingentem tumultum excitarunt: quo uehementer perturbati ſunt qui primum impetum debebant excipere. Itaq; prælio cõſerto, Syracuſani hoſtiles aliquot naues demerſerunt, nonnullis potiti, reliquas in fugam cõuerterunt. Ex ea uictoria multum elati, deis primùm ſacrificia ampliſsima rediderunt, ipſi dein ad conuiuia & ingurgitationes conuerſi, nullam habebant excubiarum curam: utpote contra hoſteis, quos uictos nihili facerẽt. Interim Nypſius acriter intentus ut acceptam cladem ulciſceretur, copijs nocte expeditis, inſcendit ipſe furtim oppoſitas munitiones, ibiq; in temulentiã & ſomnum reuolutos uigiles offendit. Non cunctatus, ſcalas ad id factas applicat, per quas ſtrenuiſsimi aliquot ſuperato muro, trucidatis cuſtodibus, cum portas reſeraſſent, introductus eſt totus exercitus in urbem. Syracuſani qui in ſubſidium accurrebant, cum omne eorum robur uino langueret, uel trucidabantur, uel fugam ſtatim arripiebant. Eodem tempore & qui erant in arce cum omnia in cuſtodia eſſent, intra munitiones penetrarunt. In oppidanos ſubito caſu conſternatos & incompoſitos multa cædes committebatur. Intra uerant cum Nypſio plures decem millibus acie ordinata, ut in urbe nullus eorum impetum poſſet ſuſtinere: quippe cum in ea nemo ducis officio fungeretur. Iamq; occupato foro in domos irruebant, diripiebantq; paſsim opes. Fœminæ, pueri, ſerui captiui ducebantur. Refugerant uiri in angiportus & uias quaſdam, ubi continuis dimicationibus decertabant, ſed cum magno detrimento: quum multi interficerentur, alij autem grauiſsima ſubirent uulnera. Et noctu hæc quidem omnia, uti ſors in tenebris obtulerat, utrinque commiſ-

committebatur. Nunquam apparuit, quantam hominum strages ubicp facta esset, nisi demum die aduenìente. Tunc Syracusani animaduertentes unicam salutis spem in Dione esse, miserunt equites aliquot in Leontinos ad eũ, orantes, ne in seruitutem redactam patriam uellet destituere: utcp iniuriarum, quas ei intulissent, sibi ueniã dans, patriæ calamitatem miseratus, ad eam subleuandam festinaret. Dion, ut qui animi magnitudine, & ex philosophiæ studijs sedatum sensum haberet, nihil indignationis in ciues suos retinuit, sed repẽtè milites suos adhortatus, duxit Syracusas. Cumcp ad Hexapila peruenisset, ibi instructis ordinibus progredi cœpit: tunc obuiã facta sunt ei fermè decem millia mulierum, puerorum, & senum ab urbe fugientium. hi omnes cũ lachrymis suam sortem Dioni commendabant. Eo tempore hostes qui ex arce descenderant, domibus quę circa forum erant, post direptionem iniecto etiam igne, ad ulteriores occupandas se conuerterant, totícp in illo erant, cum locis pluribus facto agmine Dion in urbem irrumpens, occupatos in auferẽdis raptis rebus, incompositos & subito eius aduentu perterritos passim trucidat, & in domibus & in uijs, prout se ei offerebant: pluresćp iam quatuor millibus cæsi erant, cum reliqui fuga celeri in arcem se recipientes, obstructis portis imminentem cladem euitarunt. Id facinus celeberrimũ omnium quę prius à se gesta erant, cum Dion peregisset, curauit ut incendia, quibus multæ domus ardebant, coĕrcerentur, utcp reficerentur munitiones, ne ab arce hosti in urbem aditus pateret. Expurgatis denicp omnibus locis, ubi cadauerum acerui iacebant, trophæum erexit, & dijs, quorum ope patriam seruasset, sacrificia exoluit. Populus uerò ut gratitudinem suam in Dionem ostenderet, eum imperatorem delegit, decreuitcp ei honores heroicos. Ille tunc, ut eodem tenore ubicp se magnanimum ostenderet, eis qui inimico animo in se deliquerant, clementer ueniam dedit, populumcp uniuersum ad concordiam seruandam exhortatus est. Vnde plurimum charitatis & commendationis apud suos ciues, ueluti unicus patriæ seruator, & cui ex maximis beneficijs multum debetur, consequutus est. *Syracusani Dionem reuocãt.*

Cùm uerò Siciliæ res in huiusmodi statu essent, in Græcia Chij, Rhodij, Byzantij, & Coi bello sociali cum Atheniensibus cõtendentes, summo studio se instruebant, ut exitum rei nauali pugna experirentur. Itidem Athenienses, cum prius ad eam expeditionẽ Charetem cum 60. nauib. misissent, tunc Iphicrati & Timotheo, clarissimis uiris ea tempestate in populo Atheniensi, totidem dederunt naues, ut profecti cõtra hostes, communi consilio cum Charete rẽ gererent. Iunctis autem quatuor gentium uiribus, illi habebant centum nauium classem, qua Imbrum & Lemnon Athenienssium insulas depopulati, in Samon demum inuaserant: uastatisćp agris omnibus, urbem & mari, & terra oppugnabãt. Complures autem insulas Athenienssium diripuerãt, coactaćp inde ingenti præda, oneribus belli sufficiebant. Atheniẽsium duces postquam in unum conuenerunt, ad oppugnandũ Byzantium subitò profecti sunt: qua ex re hostes ut socijs succurrerẽt, à Samo auersi sunt: cõuenerantcp omnes copiæ in Hellespontũ, expediebãtcp se utrincp ad nauale pl̃ium, cum subitò magna uentorum uis coorta dimicationẽ cohibuit. Et cum nihilominus confligere Chares statueret, Iphicratis & Timothei copiæ eũ in tãta tempestate sequi noluerũt. Tum Chares militum testimonio in præsentem rem aduocato, collegas proditionis insimulauit, populocp Athenienssi eos, quòd se in prælio conserendo deseruissent, per literas detulit. Ille plurimũ commotus, aduersus eos iudicium habuit. Condemnati sunt Iphicrates & Timotheus talẽtis multis, & reuocati à belli administratione. Itacp Chares omnium rerum curam solus susciplens, laborabat multum, ut impendijs belli remp. suã leuaret, & præceps tale facinus aggressus est. Artabazus qui à rege detecerat, compellebat cõfligere cum illius præfectis, quorũ exercitus erat septuaginta millia homi- *Bellũ sociale.*

num

num. Is cum exiguis haberet copias, Charetis auxilium implorauit: qui totis uiribus accedens, hosteis superauit. Huic tanto beneficio parem gratiam relaturus Artabazus, magna munera dedit Chareti, ut facilè inde posset exercitũ suum sustentare. Athenienſibus ea res initio uehementer placuit. Sed Athenas à rege superuenientib. legatis, qui de Charete conquererentur, animi multum immutati sunt, cum rumores iactarent, regem daturum nauium trecentarum auxilia Athenienſium hostibus. Id uerita ciuitas, decreuit componere cum socijs bellum. Cumq; illi non abhorrerent à pace, facilè illud factum est.

Belli ſocialis finis.

Taliq; causa, bello, quod Sociale nuncupatum, tres annos durauit, finis est impositus. Sed enim propè Macedoniam tres reges Illyrici, Pannonum, & Thracum, cum in uicino Philippi regis res indies crescenteis suspectas haberent, iniuerunt consilia de eo coniunctis uiribus opprimendo: quandoquidem anteactis annis ipsorum quisque separatim ab eodem uictus fuerat, nec dubitabant se illud facilè facturos. Verùm Philippus imparatos adhuc, dum copias cogunt, ac reliquo belli apparatui se accingũt, deimprouiſo adortus, superat, compellitq; in ius Macedonum.

Ann. Mundi — *Regni Philippi annus* V I.

3610. Inſequenti anno, quo Athenis Calliſtratus imperauit, & Romæ Conſules fuerunt Marcus Fabius, & C. Plotius, eortum est bellum, quod Sacrum uocauerunt, uiguitq; ad nouem annos. Philomeſus enim Phocenſis, cõfidentiæ & improbitatis extremæ uir, occupauit Delphicum templum, incenditq; bellũ Sacrum ob huiuſmodi causam. Poſtquã Lacedæmonij pugna illa nobili Leuctrica à Shebanis deuicti sunt, ab eiſdem ut ingentem soluerent pecuniam, in Amphyctionum iudicio sunt dãnati, ob occupatã urbẽ Cadmeam. Itidem & Phocenſes, quòd magnã partẽ Cirrhæi agri, qui Apollini est sacer, depopulati fuerant, multorũ talentorũ cõdemnationẽ ſubiuerunt. Sed neutris mulctã exoluentib. agitatum est rursus de eis inter Amphictyonas, & primò de Phocenſium peruicacia. Fuerunt qui censerẽt, ni Deo pecunia iudicata perſolueret, uti Phocenſiũ agri conſecrarentur, & iuris diuini fierent. Pariter dictum est, alios omneis Amphictyonũ dicto audientes esse oportere (in de aũt Lacedæmonij notabant) qui minus id feciſſent, eos uniuerſæ Græciæ indignatione mereri. Hæc ſententia cũ ab omnib. cõprobata eſſet, uidereturq; imminere, ut regio Phocenſis Deo addiceret, Philomelus authoritatis ſummæ apud populareis ſuos, eos longa oratione docuit, grauiſsimã mulctã haudquaq; perſolui poſſe. Rurſus omnium ipſorum agros conſecrari, non tantũ turpe, ſed etiam periculoſum esse: quòd, unde uictũ haberent, eis auferret: ſummaq; iniuria id ab Amphictyonib. factũ esse, cum ob puſillam regionẽ uaſtatã, maxima ſumma damnati ſunt. Poinde conſulebat, iudicium tam iniquum uti reſcinderet: nec Phocenſibus deeſſe rationes contra Amphictyonas, quòd antiquitus oraculi locus iuris & poteſtatis Phocenſium fuerit. in cuius rei teſtimonium antiquiſsimum & maximum poëtam Homerum, ita ſcribentem citabat.

Philomelus Phocenſes ad bellum hortatur.

Phocenſes Schedius ducunt & Epiſtrophus, illi
Saxoſam Pythona tenent, ſimul & Cyparisſon.

Et ideò oportere acriter eniti, ut locus, qui Phocẽſib. patrius esset, uendicaret. Promiſit dein, ſi tãto negotio ſeſe uellẽt præficere, ut plenũ ius imperiũq; haberet: ſe bona diligentia curaturũ, ut imminens infortunium ab eis auerteret. Nec illi, urgente metu pœnæ in eos dictæ, cunctati ſunt, quin imperatorẽ eum deligerent. Tunc Philomelus, ut quæ promiſerat, re præſtaret, initio ſtatim Spartam ſe cõtulit, ſecretosq; cum rege Archidamo ſermones habuit: non minus ei, quàm ſibi laborandum esse, ut Amphictyonũ iudicationes irritæ rederent, cum & in ipſos Lacedæmonios grauem & iniquam ſententiam ualde dixiſſent. Se quidem ideò Delphos inuadere decreuiſſe: quibus cum esset potitus, Amphictyonum decreta uellet reſcindere. Ad hæc Archidamus reſpondit,

Philomelus Dux 1. Phocenſium.

dit,manifesta in præsens se ei auxilia non daturum,sed clanculum & stipendio & militibus eum iuuando,rei cœptæ non defuturum esse. Acceptis igitur ab eo quindecim talentis Philomelus,simul & sua non minori pecunia mercenarios milites conduxit.Ex Phocensibus autẽ mille uiros delegit, quos iaculatores nuncupabat: magnoq; miłtum numero coacto,Oraculum inuasit. Thracidas gentem in Delphis,sibi obsistentes cum magna cæde repulit. Eorum bona passim concessit diripienda.Cæteros enim loci habitatores perterritos, adhortatus est,ut bono animo essent, neue aliquid mali ab se timerent. Sed cum fama templi occupati latè iam uagaretur,Locrenses finitimi subitò instructis copijs Philomelum aggressi sunt, commissoq; circa Delphos prælio uicti multis suorum amissis, domum reuersi sunt. Ea uictoria audentior factus Philomelus, è columnis Amphictyonum decreta excidit, & damnationum quæ conscripta erant monumenta prorsus extinxit: palamq; illud promulgauit, se nec Oraculi diripiendi,neque alicuius iniqui facinoris perpetrandi animum habere,sed maiorum suorum iura uendicãtem, iniquo Amphictyonum iudicio rescisso, patrias leges confirmare uoluisse.Bœotij interim habito consilio,decreuerũt capto templo succurrere,raptimq; milites negotio destinarũt. Sed Philomelus templo murum undique induxerat,coegeratq; magnam uim hominum, dimidiatum, præter integrum, stipendium exoluens. Ex Phocensibus optimos quosque delectos conscripserat,ut instar iusti exercitus, ad quinque millia hominum sub signis haberet. Cum ijs ante Delphos consedit, iam hosti metuendus. Duxit deinde copias eas in agrum Locrensem: magnaq; ex parte eum populatus, conuertit se ad munitissimi castelli (secundùm quod flumen labebatur) oppugnationem, multisq; conatibus, cum id frustra tentasset, omissa oppugnatione, conseruit manus cum Locrensibus. In quo certamine eum uiginti sui milites occubuissent, & eorum corpora essent in hostium potestate, petijt ab eis per Legatos, ut sibi concederentur: id illi denegarunt, superq; addiderunt, apud Græcos omnes communi lege sancitum esse, ut insepulti abijcerentur sacrilegi omnes. Quam rem ægerrimè ferens Philomelus, iterum cum Locrensibus prælium iniuit: plurimumq; laborauit ut hostium quospiam interficeret, eisdemq; potiretur. Ita compulsi sunt illi,permutatione facta, tradere quos inhumatos tenebant. Hinc Philomelus multis populationibus factis, militem suum præda onustum reduxit Delphos. Vbi per oraculum rescire cupiens belli quod gerebat euentum, Pythiam coegit,uti tripodem inscenderet, sibiq; daret responsum. Sed quoniam tripodis occurrit mentio, haud abhorrens uidetur, ueterem de eo traditam historiam repetere. Antiquitas fama ea inualuit, capras Oraculum ipsum inuenisse: cuius gratia & Delphici hac tempestate capris ut plurimum sacrificant in consulendo oraculo. Inuentum uerò ita aiunt. Cum eo in loco, ubi nunc templi adytum est, terræ hiatus pateret, circumq; errant pascentes capræ (quòd scilicet Delphi eo tempore inculti erant) frequenter contigit, ut ad cauum illud capra quæpiam accedens,& introspiciens, miris quibusdã exultationibus, & uoce prius ei insueta, incredibilem pastori suo admirationem concitaret adeò ut & ipse spectatum eius loci situm accesserit.Eum tunc,quod capris euenerat,perturbatio ingens corripuit:ut illę,ea propemodum quæ diuino furore uexatis accidunt, paterentur: hic uerò præter illud, etiam futura prædiceret.Quapropter apud eius regiones homines diuulgata commotione mentis (quæ ad hiatum accedentibus oboriretur) complures illuc conueniebant, tentandiq; gratia quęcunque propius se inferebant, diuino agitabatur spiritu. Propterea res in admirationem uersa, creditumq; terrestre illud esse oraculum. Et aliquandiu seruatum est, ut consulturi de rebus suis, ad hiatum se promitterent,alter alteri responsa redderent. Sed cum multi ex furore in præceps desilirent, itaque interirent, qui eum locum seruabant, instí-

Philomelus Amphictyonũ decretum per uim rescindit.

νόμῳ δὲ εἶναι ἀτάφους ἁπάντας τοὺς ἱεροσύλους.

De tripode Apollinis & Delphicorum Oraculorum origine.

tuerunt, ne quispiam periclitaretur, ibi fœminarum uatem ad omnium usum delegi, à qua prædictiones acciperentur. Ei uerò machinam erigi, super quam tutò & diuinitùs afflari, & consulentibus respondere posset. Quia uerò ea machina futuris tribus sustinebatur, ideo tripus nuncupata est, cuius faciem ferme & nunc retinent ænei tripodes. Quo igitur modo & oraculum inuentum sit, & quibus initijs tripus in usum uenerit, pro re dictum satis arbitror. Solebant etiam primo illo tempore uirgines ob naturam puriorem, & quòd Dianæ uideantur propinquitate quadam iungi, ad officium illud diuina enunciandi adsumi. Aptissimæ enim credebantur ad seruanda ea arcana, quæ in responsis contineantur. Sed annis posterioribus Echecratem quendam Thessalum fama est, cum ad oraculum peruenisset, uisam uirginem Pythiam summæ uenustatis adamasse, & raptam uiolasse: unde ob admissum facinus Delphici sanxerint, ne in posterum respondendi officio fungeretur uirguncula: sed senior fœmina, annorum saltem quinquaginta, quæ tamen uirginali habitu, in memoriam ueteris uaticinandi moris uteretur. Et hæc quidem sunt, quæ fabulosè de oracolo inuento traduntur. Sed nos ad res Philomeli regrediamur. Is quidem eius loci dominus, Pythiã, ut aliquid sibi de patriæ rebus prædiceret, monuit & cum uates eam ipsius patriam sibi uideri responderet, minari & cogere eam uti tripodem inscenderet, cœpit Philomelus. Ad cuius uim inferẽtis asperitatem offensa mulier, cùm dixisset, ei licere facere quid uellet: lætus plurimum uerbum id, ut oraculum rebus suis aptissimũ, accepit Philomelus, statimq; exscriptum illud in propatulo posuit, & passim uulgauit, sibi à deo licentiam datam faciendi quod uellet. Postmodum concione uocata, quid sibi responsum esset exposuit: adhortatusq; uti firmiores animos haberent, ad belli negotia se totum conuertit. Factum est & ei Apollinis templo ostentum huiusmodi: Aquila ædem superuolans, in terram se deuoluit, educatasq; in templo columbas persequebatur, ut earũ aliquot ex ipso altari arripuerit. Idipsum earum rerum petiti Philomelo & Phocensibus fortunatum exitum Delphici belli portendere affirmabant. Inflatus proinde Philomelus, delegit è suis qui maximè idonei uisi sunt, hosq; partim Athenas, partim Lacedæmoniorum, alios item Thebas, cæterasq; Græciæ insigniores urbes adire iubet, excusatum se, ne crederent diuitiarum rapiendarum gratia, sed quo recuperaret ius, quod antiquitus Phocenses in templo constaret habuisse Delphos ab se occupatos: partumq; esse Græcis omnibus sacrarum opum rationum reddere, recensendo numero & pondere munera, quæcunque in templo fuerant dicata, si quispiam id quæreret desiderauit. Precari denique, si forte ab aliquo in Phocenses ex inimicitijs aut odio bellũ pararetur, ut ipsi uel sibi auxilio essent, uel saltem hostes non iuuarent. His per legatos expositis, Athenienses, Lacedæmonij, alij ue quidam, & societatem & auxilia polliciti sunt. Sed Bœoti, Locrẽses, & quidam alij contra statuerant, ac bellum pro deo contra Phocenses gerere decreuerunt.

Mulierculæ oracula in Delphis reddebat

Responsum Philomelo datum.

Excusatio sacrilegij.

Regni Philippi Annus VII.

An. Mundi 3611.

Et hæc quidem anni huius spacio contigerunt. Quo autem Diotimus Athenienſium princeps, Caius Martius & Cneus Manlius Romæ Cõsules fuerunt, Philomelus belli quod cœperat magnitudinem prospiciens, qui secum stipendia facerent, multos ad se incitabat: & Phocensium qui bello idonei uiderentur, delectum habebat. Cumq; his omnibus parandis pecunia opus esset, à rebus quidem sacris manus continuit: cæterùm Delphicos, qui erant cæteris ditiores, cõpulit ut sibi excoluerent unde stipendia mercenario militi cõmodè dari possent. Comparatis igitur copijs iustis, eas in campum eduxit, ut apparet eum certamen non detrectare contra Phocensium hostes. Locrensi bus uerò ei occurrentibus, commissum est prælium ad petras quę Phædriades nuncupantur: in quo uictor Philomelus, multos ex hostibus interfecit, plures cepit

Philomelus Locrẽses prælio uincit.

cepit, quosdam ut se de rupe præcipites darent coëgit. Ex hac pugna prospera elationis multum Phocensibus iniectum est. Sed enim Locrenses grauiter affecti, legatos Thebas miserunt, & sibi, & deo auxilia implorantes. Tunc Bœoti & propter pietatem erga deos, & quòd eis cõducebat, decreta Amphictyonum rata permanere, miserunt ad Thessalos & ad cęteros Amphictyonas, qui orarent, uti secum contra Phocenses bellum susciperent. Et illi quidem cum id ipsum facere constituissent, ingens tumultus & seditio per uniuersam Græciam excitatus est, cum aliqui deo subueniendum, & in Phocenses, ueluti sacrilegos, animaduertendum: alij rursus ut Phocenses auxilijs iuuarentur, decreuissent. In diuersum proinde tendentibus gentium & urbium factionibus, templo succurrere decreuerunt Bœoti, Locrenses, Thessali, Perrhœbi: & præter hos Dores, Dolopes, Athamanes, Achæi, Phthiotæ, Magnetes, Aeneanes & aliquot alij. Phocensibus uerò auxilio erant Athenienses, Lacedæmonij, & quidam alij ex Peloponneso. Sed promptissimi omnium in hoc erant Lacedæmonij cum alijs quibusdam ea de causa. In pugna Leuctrica Thebani cum uictores fuissent, litem ad Amphyctionas contra Lacedæmonios detulerunt, quòd eorum ciuis Phœbidas Cadmeam occupasset, dictaq; ob eam iniuriam mulcta est illis talentorum quingentorum. Sed cum tempore legibus præfinito Lacedæmonij iudicatam summam non exoluissent, rursum Thebani causam renouarunt, ut duplo mulctarentur, mille scilicet talentis, quod cum ab Amphictyonibus factum esset, Lacedæmonij ob debiti magnitudinem similes Phocensibus tergiuersationes moliebantur, iniustè damnatos sese prædicantes. Idcirco cum ipsis pariter expediret, quòd multum condemnationem eam uererentur, ut bellum conflaretur, laborabant: existimantes Amphictyonum scita rescindi posse citra pudorem sub Phocensium uelamine. Propter huiusmodi rationes, alacres ualdè Phocensium rei aderant, uti ius templi in eorum manu confirmaretur. Verùm cum iam pro certo haberet Philomelus, Bœotos magnas copias contra se ducere: statuit conducere affatim mercenariorum militum. Sed cum ea res pecuniam ingentem exposceret, coactus est inijcere manus rebus sacris, & oraculum diripere. Pollicente autem eo stipendia integra cum dimidiatis, ocyus ad eum magna hominum uis confluxit, offerentium se bello ob ampla præmia. Sed nullus utiq; probi ingenij uir ei militiæ nomen suum dedit, propter pietatem erga deos: tantùm qui erant summæ improbitatis, & lucri gratia deos cõtemptui habebant alacri animo ad Philomelum concurrebant: ut breui iustum exercitum equitum & peditum fermè 10000. comparauerit, quos in Locrensem agrum duxit: factisq; ei obuiam Locrensibus & Bœotis uires iunctas habentibus, equestre prælium commissum est, in quo Phocenses superiores fuerunt. Hinc Thessali & propinquæ ciuitates sociæ coacto sex millium hominum exercitu, in Locridem uenerunt. Factoq; certamine cum Phocensibus ad tumulum, qui Argulas dicitur, & ipsi uicti sunt. Superuenerunt postmodum Bœotorum tredecim millia armata. Ab Achæis rursus mille & quingenti milites in Phocensium subsidium adducti sunt, constiteruntq; utrinq; copię in eodem loco. Tunc inter pabulandũ Bœoti aliquot mercenarios Phocensium milites comprehenderunt, adductosq; ad ipsam urbem, per præconem declararunt, Amphictyones illos, utpote cum sacrilegis stipendia facientes, morte mulctare: recq; id confirmantes, iaculis omnes confixerunt. Quia ex re multum conductitius Phocẽsium miles indignatus, ut simili pœna hostes afficeret, Philomelum rogarunt, acriterq; cõtendentes, multos ex hostibus per agros uagantes cœperunt: adductosq; Philomelus itidem iaculis confecit, ut deinde hostes ab arroganti & truculenta illa punitione desiterint. Vtroq; demum exercitu in alia loca transeunte, cum per syluas & difficiles saltus iter faciendum esset, de improuiso primę utrinq; acies sibi inuicem occurrentes, leue certamen inceperunt. Sed postea acriter & totis

Tumultus belli ci in Græcia.

Lacedæmonij cur iuuerint Phocenses.

Philomelus templum Delphicum, nerui bellici parandi causa, spoliat.

uiribus pugnatum est. Bœotiq; cum militum numero longè hostibus præstarent, Phocenses profligarunt. Per loca autem præcipitia, & quæ angustos exi-

Philomeli mors. tus haberent, cum fuga fieret, milites multi Phocensium interfecti sunt. Et Philomelus audacia incredibili depugnans, multis affectus uulneribus in locum quendam præruptũ, & unde non facilè posset euadere inclusus, supplicia quæ

Onomarchus 2. Dux Phocensium. nonnunq; in captos edi solent, timens, sese illinc præcipitem dedit: & ad eum modum persoluta deo pœna debita, extinctus est. Tũc Onomarchus qui cum eo ordines ducebat, susceptа rerum administratione, exercitus reliquias reduxit, & fuga se recipientes milites in unum cogebat. Dum hæc geruntur, Philippus Macedoniæ rex Methonã urbem expugnauit, direptamq; euertit. Pagas etiam captas suo imperio subiecit. Et in Ponto Leuco Bosphori rex, cũ annos quadraginta regnasset, mortuus est: cui Spartacus filius succedens, quinq; annos in eo principatu uixit. Romani uerò contra Phalisco s bellum iniuerunt, nec memorabile aliquid aut magnum gesserunt: tantùm incursionibus & populationibus Phalisçum agrum deuastarũt. In Sicilia Dione imperatore à Zacynthijs mercenarijs militibus interfecto, administrationem eam suscepit Callippus, qui cædis illius author & hortator fuit.

Regni Philippi annus VIII.

An. Mundi 3612. Iam uerò Athenis imperante Eudemo, & Romæ Consulibus Marco Fabio, & Marco Pompilio, Bœoti uictoria contra Phocenses potiti, existimantes sacrilegij, authore Philomelo deorum hominumq; uiribus pœna affecto, alios quoscunq; à facinore simili perterritum iri, sese in sua receperunt. At Phocẽses aduerso prælio afflicti, Delphos contendentes, facto sociorum omnium consilio, de bello consultabant. Ibi qui ingenij æquioris erant, ad pacem trahebantur: sed impij, quibus nec audacia, nec lucri cupido imminuta erat, circumspiciebant, num quispiam oratione suam improbitatem adiuuaret. Tunc Ono-

Onomarchus bellum sacrũ instaurat. marchus, quò honoris iniri prærogatiuam tueretur, oratione mediata bellum turbæ illi cœpit suadere, nequaquam perinde commodi publici, ut sui priuati rationem habens. Quòd enim ut & alij grauiter, ac sæpius pœnis ab Amphictyonibus fuerat mulctatus, nec aliquid exoluere uoluerat, pace bellum sibi commodius fore ducens, Phocenses sociosq; ad perseuerandum in Philomeli cœpto, uerbis suis impellebat. Electus igitur imperator, mercenariorũ militũ magnum numerum conciuit. Ordines militũ obitu extenuatos supplcuit, arctisq; multum collectitio milite copijs suis, in comparandis auxilijs, alijsq; bello necessarijs multum satagebat. Adhæc magnos ei animos fecit somnium,

Somnio deceptus Onomarchus. quod gloriæ incrementi præsagium ei facere uisum est. In quiete enim uisus est sibi uidere æneum Colossum, quem in Apollinis templo Amphictyones posuerant, manibus suis in maius refingi, & ampliorem multò fieri. Hinc conijciebat nominis amplitudinem sibi in imperio deorum ope adfuturam esse. Sed secus se res habebat, contraq; id portendebatur Phocensibus, qui ob id direptas res sacras ab Amphictyonibus malè habiti fuerant, auctiorem pœnam Onomarchi manibus adiunctum iri: itaq; euenit. Igitur imperator Onomachus ænea ferreaq; arma multa confici curauit. Ex argento autem & auro signatam pecuniam sociis ciuitatibus misit, maximeq; præfectos, & earum magistratus muneribus sibi obnoxios reddidit. Ex hostibus etiam quosdam ut sibi auxilio essent: aliquos ut neutri parti se adiungerent, largitione facilè perpulit. Ea hominibus est innata diuitiarum cupido. Thessalos quidem, quorum nomen iter hostes amplissimum erat, per munera induxit, ut à bello contra se cessarent. Inter Phocenses uerò, quos sibi aduersos comperit, interficit, publicatis eorum bonis. Quibus peractis, in hostilem terram inuadens, Thronium expugnatum diripuit: indeq; Amphissenses perterritos, ad faciendam deditionem compulit. Doricis autem urbibus direptis, & agris uastatis, in Bœotiam irrupit. ibi capto Orchomeno, cum Cheroneam oppugnare aggressus

te aggressus esset, à Thebanis uictus in Phocidem reuersus est. Interea Artabazus, qui à rege defecerat, bellum cum regijs præfectis contra se missis gerebat: & initio quidem cùm Athenienſium dux Chares eum iuuaret, fortissimè illis resistebat: abeunte uerò illo, solus relictus, à Thebanis auxilia impetrauit, qui Pammenem ducem cum quinque millibus hominum in Asiam ad eum miserunt. Ibi duobus magnis prælijs præfectos regios ferè opem Artabazo, cum superesset Pammenes, magnam sibi & populariбus suis Bœotis gloriam peperit. Mirum enim proculdubio uidebatur, Bœotos desertos à Thessalis, premente difficili Phocensium bello, in Asiam tamen nauales copias misisse, & in summo rerum discrimine uictoria esse potitos. Cœptum est hisce temporibus bellum inter Argiuos & Lacedæmonios, commissoq; certamine ad urbem Orneas, superiores fuerunt Lacedæmonij: Orneisq; ui captis, in sua se receperunt. Chares autem Athenienſium dux Hellespontem petens cum classe, Sestonoccupauit: ibiq; puberes omnes interfecit, cæteros in seruitutem traxit. Et Cersobleptes Scotyis filius, Philippo regi aduersus, Athenienſibus, quorum amicitiæ indulgebat, Cherroneſi urbibus, Cardia excepta, cesſit: in quas Athenienſis populus colonias deduxit. At Philippus rex, cum Methonenses hostibus suis receptum dare accepisset, ad eos expugnandos contendit, qui aliquanto tempore fortiter propugnarunt: tandem coacti seſe regi dediderunt ea conditione, ut omnes urbe Methona cum singulis uestimentis exirent. Philippus oppidum diruit, & agros omnes inter Macedones est partitus. In ea quidem oppugnatione Philippus alterum oculum confixus sagitta amisit. Inde cum eis auxilium Thessali implorarent, copias suas in Thessaliam duxit: statimq; pro eis contra Lycophronem, qui Pheris tyrannum agebat, bellum iniuit. Cumq; ille petito à Phocensibus auxilio obtinuisset, ut Phaillus Onomachi frater cum septem millibus armatorum ad se mitteretur: cum his Philippus congressus, Phocenses uictos, de Thessalia expulit. Tunc Onomarchus in spem ueniens totius Thessaliæ obtinendæ mouens, cum omnibus uiribus suis, Lycophronis rebus propere iuit succursum. Opponente uerò se illi Philippo & Thessalis, Onomarchus, quippe qui numero militum erat superior, Macedones multos interemit, & Philippum ipsum in maximum discrimen deduxit. Eius enim milites animo ualde consternati eum deserebant: uixq; & multa oratione in fide, & ne sibi non audientes essent, retinuit. Discessit post id Philippus in Macedoniam: & Onomarchus cum exercitu in Bœotiam profectus, prælio facto Bœotos deuicit, & Coroneam urbem occupauit. Philippus autem subitò ex Macedonia in Thessaliam reuersus, contra tyrannum Lycophronem castra posuit. Ille impar uiribus, à Phocensibus auxilia accersiuit: se pariter cum eis pro Thessaliæ rebus obtinendis laboraturum pollicitus. Proterea Onomarcho cum peditatu uiginti millium, & equitibus sexcentis in subsidium ueniente, Philippus Thessalis persuasit, ut uiribus iunctis secum bellum gererent: coëgitq; ita peditesſupra uiginti millia, equitum uerò tria millia. Consertis proinde fortissimè manibus, quum Thessali equites & numero, & uirtutibus alijs præstarēt, factum est ut Philippus uictor euaderet, & Onomarchus cum suis ad mare fugeret. Et eo fortè tempore Athenienſi Charete cum triremium classe illac transeunte, dum multi (in queis & Onomarchus fuit) abiectis armis ad triremes natare contendunt, ingens eorum cædes est facta: ut Phocensium & mercenariorum millium cum ipso duce interemptorum numerus fuerit plus quàm sex millium, captiuorum fermè trium millium. Philippus tunc Onomarchum suspendi, alios ut sacrilegos demergi fecit. Mortuo ita Onomarcho, Phayllus eius frater Phocensium curam suscepit: qui afflictas res recreare connixus, mercenarium militem multum coëgit: stipendia tanto alteriro quàm soleret maior exoluens. A socijs auxilia adsciuit, armorum ma-

Philippi successus.

Onomarchus Colossum quo modo auxerit

Phayllus 3. dux Phocensium.

Principatum aliquot obitus.

gnam uim fieri, pecuniam argenteam & auream signari curauit. Sub hæc tempora Cariæ princeps Mausolus, uigesimum quartum annum cum regnasset, mortem obijt: cui Artemisia & soror, & coniunx succesit in biennium usque. Et Heracleæ tyrannus Clearchus cum Bacchanalibus, quæ celebrabantur, inter spectandum quæstiones multas anxiè adduceret, interfectus est, regni sui anno duodecimo. Et suffectus est Timotheus filius, qui annos quinde cim imperauit. Hetrusci interea bellum gerentes contra Romanos, eorum agros populati, ad Tyberim usq; occursiones fecerunt: inq; sua demum sunt reuersi. Syracusis uerò seditione orta inter Dionis amicos & Callippum: qui erat Dionis partium, superati, ad Leontinos se contulerunt. Postq; aliquãtum temporis Hipparino Dionis filio classem armatam Syracusas appellente, Callippus uictus ex urbe aufugit, & Hipparinus paternum imperium recuperatũ duos annos tenuit.

Regni Philippi annus IX.

An. Mundi 3613.

Sequitur annus, quo Athenienses principem Aristodemum, Romani C. Sulpitium & M. Valerium Consules habuerunt: inita Olympiade septima supra centesimam, qua in stadio Tarentinus Smicrinas uictor fuit. Tunc Phocensium dux Phayllus, à fratris sui clade & interitu Phocensium res ob magnam militũ stragem malè affectas, reficere nitebatur. Cumq; pecuniæ abundantia plurimum polleret, milites multos conduxit, multos etiam è socijs impulit, ut secum belli curam subirent. Re enim numaria citra pudorem quempiam, in omnem rem utens, non tantũ priuatos homines promptos, belli adiutores sibi comparauit, sed & clarissimas ciuitates ad fortunam secum periclitandum traxit. Lacedæmonij enim mille, duo millia Achæi, Athenienses pedi tum quinque millia, & sexcentos equites, duce Nausicle ei Auxilio miserunt. Lycophron autem & Pitholaus, qui Onomarcho mortuo omnibus destituti præfidijs, Pheras ubi tyranni erant, Philippo dediderant, secq; ei iunxerant fœdere, tunc duob hominum millibus stipendio conductis, ad Phayllum transierunt, & in Phocensium auxilijs erant. Minorum quoq; ciuitatũ non paucę Phocensibus ob largitionem factam se adiunxerunt. Aurum enim, quod hominum auaritiam excitare solitum est, illas ad lucri emolumentum decurrere compellebat. Phayllus igitur cum his copijs in Bœotiam mouit, & ad Orchomenum urbem prælio uictus, multos ex suis perdidit. Rursus ad flumẽ Cephisum inito certamine, uictores fuerunt Bœoti. E' militibus Phaylli ultra quingentos desiderati, & sexcenti fermè capti. Paucis etiam diebus pòst, iuxta Coroneam est pugnatum: ubi itidem Bœotis uictoribus, centum & quinquaginta Phocensium interfecti, & centum triginta capti sunt. Sed à Bœotũ & Phocensium rebus ad Philippum transeamus. Cum is nobilissimo prælio Onomarchum superasset, Pheras à tyrannide liberauit, concessa urbi libertate: rebusq; alijs Thessaliæ compositis, contendebat ad Termopylas, ut Phocenseis debellaret. Sed transitum ei intercipientibus Athenijs, reuersus est in Macedoniam, imperio suo plurimum ex rebus gestis, & pietate erga deum auctо. Phayllus uerò copias ducens contra Locrenses qui Epicnemidij nominantur, alias quidem eorum urbes ui occupauit: Arycam, quæ sola supererat, per proditionem nocte cum inuasisset, eiectus, ad ducentos milites suos amisit. Cum demum prope Abas castra posuisset, Bœoti nocturno impetu in eum facto, multos interemerunt. Qua uictoria elati, in Phocensem agrum incursiones fecerunt: latèq; eum populati, cum præda ingenti reuersi ad Arycensium propugnationem contenderunt. Ibi superuenientes Phayllus, eos in fugam uertit: & captam urbem diripuit, ac solo æquauit, Hæc deinceps in tabidam ægrotationem lapsus, diu eo cruciatus cum magno dolore, ut eius merebatur impietas, mortem obiuit: relicto Phocensium duce Phalæco Onomarchi, qui bellum id sacrum inflammaret, filio pubere adhuc, sed gubernatorem

Phayllus νόσῳ φθινᾷ δι perijt.

natorem, simulq; ducem ei constituit Mnaseam, unũ ex suis familiaribus. Post id cum nocte semel Bœoti in Phocenseis ualuissent, Mnaseam cum ducentis militibus interfecerũt: moxq; ad Chæroneam equestri prælio commisso, Phalæcus uictus, multos ex suis amisit. Interea & in Peloponneso, tumultus facti sunt, hac de causa. Inter Lacedæmonios & Megalopolitanos orta controuersia, in horũ agros incursiones fecerunt Lacedæmonij, duce Archidamo. Qua iniuria Megalopolitani commoti, cum per se eiusmodi contentioni nõ sufficerent, sociorũ auxilia implorarunt. Igitur Argiui, Sicyonij, Messenij festinanter auxilio eis fuerunt. Thebani uerò Cesiphontem ducem, datis 4000. peditũ, & equitibus 600. miserunt. Cum his copijs Megalopolitani mouẽtes ad Alphei fontes, castra posuerunt. Lacedæmonij rursus à Phocensibus peditũ 3000. à Pitholao & Lycophrone, qui Phæris pulsi fuerant, equites 150. obtinuerunt, cõparatoq; ita iusto exercitu, confederunt prope Mantineam. Deinceps Orneas in Argiuum agrum contendentes, priusquam hostes ad urbis suæ defensionem uenirent, eam expugnarunt. Cum post id Argiui aduenissent, cõmisso prælio, à Lacedæmonijs uicti sunt: sed Thebanis superuenientibus duplo iam hostib. plures, uerùm inordinata acie atrox prelium instaurarunt, in quo ancipiti. neq; alterutris certa uictoria, Argiui & socij in suas urbeis se retraxerunt: Lacedæmonij in Arcadiam inuadentes, Elissunte urbe ui capta direptaq;, Spartam sunt reuersi. Interiecto tempore aliquantulo, Thebani socijq; prope Telphusam cum hostibus congressi eos profligarunt: multisq; interfectis, ducẽ eorũ Alexandrum cum alijs circiter 60. cœperunt. Paucis diebus etiam post Lacedæmonij cum non paucorum cæde ab eisdem sunt superati. Sed tandẽ magnis uirib. cõgressi, ipsi uictores fuerunt. Tũc utrique in sua redierunt. Cumq; Lacedæmonij inducias Megalopolitanis petentib. cõcessissent, Thebani Bœotiã sunt reuersi. Ibi Phalæcus Cheroneam occupauerat, sed Thebanorum aduentu ab ea eiectus est. Cõparauerũt post hæc Thebani magnas copias, & in Phocidem irrumpentes, eam latissimè populati sunt, & ædificia omnia diripuerũt: expugnatisq; aliquot castellis, cũ ingenti præda in Bœotiam se receperunt.

Phalœcus dux Phocensium.

In Peloponeso tumultuatur.

Regni Philippi Annus X.

Anno uerò succedente, quo Athenis princeps Thessalus, Romæ Marcus Fabius, & Titus Quintius Consules præfuerunt: Thebani Phocensi bello fatigati, & re numaria multum exhausti, legarunt ad Regem Persarum, qui ciuita tis suæ indigentiæ subsidium peterent. Nihil ille cunctatus, promptissimè argenti talenta trecenta eis exoluit. Et leuia quidem duntaxat certamina, agrorumq; uastationes: nihil uerò memoratu ualde dignum anno hoc inter Phocenses & Thebanos gestum est. Verùm in Asia Persarum rex, cum annis superioribus Aegyptum cum ualido exercitu inuasisset, nec tamen aliquid ei cessisset ex uoto, hac tempestate renouata in Aegyptios bello, multis egregiè gestis, summa sua industria Aegyptum, Phœniciam, & Cyprum recuperauit. Quo uerò rei huius historia apertior sit, repetitis altius temporibus, belli casus explicabimus. Annis anteactis, quum Aegyptij à Persis defecissent. Artaxerxes Orchus cognomento, rei bellicæ parum studiosus, à quiete mouere se haud uoluit: missoq; illuc exercitu & præfectis, ex eorum imperitia & fraude fortunam minus prosperam expertus est. Et Aegyptijs nihil eum facientibus, coactus est tantæ ignominiæ, ob animum nimis sedatum, & insitam desidiam succumbere. Aegyptiorum exemplo annis citerioribus Phœnices & reges Cypri & ipsi contempto Artaxerxe, defectionem commiserunt: propterea concitatus rex, decreuit in eos omnes qui à se defecerant, non amplius per præfectos, sed præsens pro tuendo imperio suo bellum gerere. Itaque armorum, telorum, commeatuum, & militum apparatum magnum faciens, peditum trecenta millia, equitum triginta millia, triremes trecentas, onerarias, aliasq; naueis ad necessaria comportenda quingentas coẽgit: bellumq;

An. Mundi 3614.

Thebani à Persa pecuniã impetrant.

Ochus Aegyptum, Phœniciam & Cyprum recuperauit.

Artaxerxes Phœnicib. bellum infert.

lumq; contra Phœnices ex huiusmodi causa iniuit. Est in Phœnicia nobilis urbs Tripolis, nomen ex re habens: sunt enim urbes tres, inuicem stadijs inter uallo distantes, appellaturq; Aradiorum una, altera Sidoniorum, Tyriorũ tertia. Est autem urbs hæc in magna dignatione apud Phœniceis omneis, in qua conuentus habere, & per concilium de maximis rebus agere consueuerunt. Perfectis autem & ductoribus regijs, qui in Sidoniorum parte uersabantur, contumelioſa & superbia imperia in Sidonis exercentibus, malè habiti hi, nõ satis sibi in dolore temperantes, à Persis desciscere statuerunt: cæterosq; Phœnicas ad libertatem occupandam exhortati, legatis ad Nectanebum Aegypti regem, qui Persis erat hostis, missis, ut in belli societatem ab eo reciperentur, omnia quæ bello usu sunt comparabant. Cumq; Sidon urbibus alijs opulentia præstaret, priuatiq; homines essent ex mercatura ditissimi ocyus & trire mes cõplures paratæ, & milites multi conducti sunt. Ad hoc tela, arma, commeatus, reliqua omnia bello oportuna breui conquisita. Initio autem eius concitationis regium uiridarium, ubi Persarum reges animum remittentes, oblectare se consueuerant, decisis arboribus prorsus deuastarunt. Pabuli quoque uim magnam à præfectis in usum belli alendis equis collectam, incenderunt. Animaduersum est, & in captos illos Persas, à quibus contumelias sustinuerant. Quæ omnia confidenter ab illis patrata rex accipiens. Phœnicibus cunctis grauiter, sed omnium maximè Sidonijs comminatus est. Cùm uerò Babylonium copiæ eius omnes peditum & equitum conueniissent, eas mouit contra Phœnices: interimq; dum illuc contendit, Syriæ præfectus, & Mazæus, qui Ciliciæ præerat, iunctis uiribus aduersus Phœnices pugnabãt. Ibi Tenes rex Sidonis ab Aegyptijs Græcos mercenarios milites ad quatuor millia, quibus Rhodius Mentor præerat, obtinuit. Cum his alijsq; suæ gentis conscriptis in regios præfectos, quos diximus, uadens, commisso certamine uictor fuit: illiq; ex Phœnicia sunt pulsi. Eodem tempore & in Cypro bellum est cœptum, superiori & causa, & rebus actis consimile. Erant in ea insula insigniores nouem urbes, quibus reliqua minora oppida in obsequium adsignata erant. Habebant illæ reges singulos, quibus parêrent, ut tamen regi Persarum illi audientes deberent esse. Hæ omnes nouem urbes conspirantes, Phœnicum exemplo à rege desciuerunt: comparatisq; bellis rebus, summum imperium iusserunt illis esse qui regna habebant. His Artaxerxes commotus ualde, Cariæ præfecto Idrieo, qui nuper principatum eum iniuerat, & qui maiorum suorum instituto amicus & socius erat Persarum regi, pet literas iniunxit, ut uenalibus & peditum copijs comparatis, in Cyprios reges bellum susciperet. Ille nihil morę interponẽs, quadraginta triremes, milites cõductos ad octo millia instructos in Cyprum misit: data eorum cura præfectis duobus, Atheniensi Phocioni, & Euagoræ: qui annis superioribus in ea insula regnauerat. Hi nauigatione illuc deuecti, subitò ad primariam insulæ urbem Salaminem copias adduxerunt. Ibi uallo & aggere communito, mari terraq; oppugnationem aggressi sunt. Cumq; insula ea multos annos pacem habuisset, magnaq; esset loci fertilitas, milites agros omnes pro arbitrio peragrãtes magnas opes corripuerunt: ac diuulgata ea rerum abundantia, multi ex ulteriori Syria & Cilicia ultrò milites spe lucri accurrerunt: ut ad duplũ fermè Euagoræ, & Phocionis aucto exercitu, in magnam trepidationem & metum Cyprij regis coniecti sunt. Et is quidem erat rerum status.

Cypricum bellum.

At Persarum rex Babylone in Phœniciam cum exercitu contendit. Ibi Mẽtor, cuius magna erat Sidone potentia, audito ingentem numerũ Persarum aduentare, iudicans Phœnices eis minimè pares esse, saluti suæ priuatim consulere statuit. Itaq; ex suis familiaribus fidum maximè Thessalionem, clàm Sidonijs omnibus misit ad Artaxerxem, Sidonem ei prodere recipiens. simulq; ad bellum Aegyptium cum eo proficiscí: in quo, utpote locorum & eruptionum

nũm quas Nilus faceret, cognitionem exactam habens, adiumentum magnũ afferre posset. Thessalionem omnia ea narrantem rex audiens, mirificè est gauisus: commissæque defectionis gratiam Mentori se facere respondit. Cæterùm si, quæ offerebat, fecisset, magnis muneribus à se donatum eum iri pollicitus est. Ad hæc cum Thessalio sibi à Mentore, ut eius dexteram fidei causa reciperet, iniunctum dixisset: rex, ueluti fides dicto suo non haberetur, commotus, Thessalionem apparitoribus ut capite plecteretur addixit. Cum ita ad pœnam is duceretur, regique dixisset: Facies quidem quod tibi libuerit, sed Mentor, cui illa omnia peragere in promptu est, quòd fidem dare detrectaueris, nihil prorsus promissorum efficiet. Admonitionem eam rex secum uoluens, resipuit: apparitoribusque reuocatis, dimisso Thessalioni dexteram porrexit: quæ res apud Persas pro firmissima fide habetur. Tunc Sidonem Thessalio reuersus, ciuibus omnibus id ignorantibus, Mentori quæ egisset renunciauit. Rex uerò plurimi faciens, uti Aegyptum deuinceret, quòd ea prima in se grauiter cõmiserat, Legatos in urbes Græciæ nobilissimas, qui contra Aegyptios auxilia peterent, misit. Ex eis Lacedæmonij & Athenienses amicitiam quidem erga Persas tueri sibi esse propositum, sed auxilia minimè se daturos responderunt. Thebani Lacratem ducem cum armatis mille, Argiui tria millia miserunt, quibus non ex suo arbitrio, sed rege nominatim id petente, Nicostratum præfecerunt. Is erat uir & fortitudine & consilio optimus, prudentiæ terribilem audaciam commixtam habens: & corporis robore cum multum præstaret, leonis pellem cum claua in prælio gestans, Herculem militiæ referebat. Pariter Græci, qui Asiæ maritima inhabitabant, ad sex millia dederunt, ut è Græcis omnibus auxilia compleuerint numerum decem millium.

Antequam uerò hi conuenirent, rex per Syriam facto itinere, in Phœniciam peruenit, & non longè à Sidone castra metatus est. Eo temporis spacio quod non paruum intercesit, Sidonij armis, telis, rei frumentariæ comparandæ magnam diligentiam adhibuerant, urbem fossa triplici & mœnibus prælatis cõmuniuerant. Habebant & militum urbanorum, qui in gymnasijs & laboribus plurimum exercitati, corpore & uiribus fortissimis erant, iustum numerum. Diuitijs uerò & alio quocunque apparatu cæteras Phœniciæ urbeis superabant. Quodque erat maximum, triremium & quinqueremium supra centum classem comparauerant. Tennes autem iam in proditionis societatem acceptus à Mentore, qui Aegypti auxilijs præerat, hunc reliquit loci cuiusdam præsidio in urbe, ut proditionis negocium curaret: ipse cum militibus sexcentis egressus, simulauit eundum esse ad Phœnicum quendam conuentum: accepitque secum nobilissimos centum ciues, ueluti forent consiliarij. Cum iam haud longè ab ipso rege esset, comprehensos eos centum Sidonios tradidit Artaxerxi. Qui Tennem ut amicum benignè accepit: centum uerò illos, ueluti defectionis authores, telis obrui fecerat. Aduenerant & ex urbe quingenti primores uiri, ramis oleę prętensis ei supplicantes. Ibi rex Tennem seductum, num urbem sibi posset tradere, est percunctatus: (plurimum namque laborabat, ut citra pactionem ullam Sidonem reciperet, quò clade aliqua immani eam afficiens, reliquas urbes castigatione ea perterreret) Tenne se id facturum confirmante, rex impotentem iram in animo fouens, omnes eos quingentos uiros supplicantium insignia gestantes, confodi fecit. Tennes postmodum ad mercenarios Aegyptiorum milites accedens, eis persuasit, se & regem intramœnia reciperent: perquè huiusmodi proditionem Sidon in Persarum potestatem deuenit. Tunc rex, cum Tennis opera non amplius indigeret, eum interfici curauit. At Sidonij qui ante regis aduentum naues omnes suas incenderant, ne quispiam nauigatione saluti priuatæ posset cõsulere, postquam urbem & mœnia ingenti Persarum multitudine uiderunt oppleta, intra domos cum liberis & uxoribus inclusi, appositio igni se incenderunt: ut eorũ & qui sup-

Tennes Artaxerxi Sidonẽ prodit, & ab eo necatur.

Sidonis. Excidium. plicantes interfecti sunt, numerum quadraginta millium perijsse traditum sit. Tanta ex clade Sidonijs affectis, & urbe tota cum ciuibus absumpta, locum ex incendio uastatum, rex talentis multis uendidit. Ob magnam enim oppidanorum opulentiam immensa argenti & auri uis per ignem conflata est inuenta. Huiusmodi interitum miseræ Sidoniorum res fortitæ, reliquas Phœnicię urbes ad deditionem faciendam terrore adiecto, impulerunt. Paulò supra hæc tempora Cariæ princeps Artemisia eo honore annos duos functa, mortem obijt. In cuius locum suffectus frater Idrieus, ad septennium imperauit. In Italia autem Romani percusso fœdere cum Samnitibus, inducias Prænestinis concesserunt, Tarquinienses quingentos & sexaginta publicè in foro capite mulctarunt. In Sicilia Callippus & Leptines Syracusani, comparato exercitu, cum Rhegium, quod tyranni Dionysij præsidijs tenebatur, expugnassent, pulsis hostibus libertatem ibi firmarunt.

Anno Mundi 3615 *Regni Philippi annus* XI.

Cyprus deuicta. Cum uerò Athenienses principem Apollodorum, Romani Marcum Valerium, & Caium Sulpitium Consules haberent, Euagora & Phocione Salaminem in Cypro oppugnantibus, aliæ omnes insulæ eius urbes in Persarum ditionem uenerunt. Solus Protagoras Salaminis rex obsidionem sustinebat, nitebaturq; contra Euagoras paternum illud regnum adiumento Persarum regis recuperare. Sed tempore succedente, Artaxerxes cum ei hic esset delatus. Protagora auxilijs cœpit iuuare, adeò ut rem tentatam despondens Euagoras, ad regem se expugnatum iuerit, à quo maiori multo alia præfectura in Asia est honoratus: in qua deinceps administranda, cum malè se gessisset, coactus fugere in Cyprum, comprehensus & supplicio affectus est. Protagoras autem Persis ultro se dedens, obtinuit in reliquum ut citra impedimentum Salamine sibi liceret regnare. At Persarum rex post deletam Sidonem, cum iam Argis, Thebis, & à Græcis illis qui Asiæ maritima incolunt, auxilia aduenissent, iunctis omnibus copijs in Aegyptum contendit. Illapsus autem inter

Artaxerxes Aegyptũ bel. lo adoritur. eundum in stagnum prægrande, ubi erant quæ uoragines nuncupantur, exercitus partem ex locorum ignoratia amisit. De natura quidem eius stagni, & his quæ præter omnium opinionem in eo contingunt, cum libro primo satis dixerimus, in præsentia hac disputatione supersedebimus. Transgressus

βάραθρα autem uoragines illas uersus Pelusium, quæ est urbs ad primum os. ubi Nilus exitum habet, iter faciens, quadraginta stadia ab eo castra posuit Græci & Aegyptij qui in eius loci præsidio positi fuerant, quum multum temporis ante Persarum aduentum ad instruenda ea quæ opus erant, habuissent: cuncta quidem Nili ora firmiter, sed maximè omnium Pelusiacum, quòd primum esset, & oportunum ualdè situm haberet, communiuerant. Erant ibi in defensione quinque millia armatorum sub præfecto Philophrone. Thebani igitur plurimum laborantes, ut uirtus sua inter Græcos omneis illustris esset, fossam quandam & angustam, & profundam, nulla periculi habita ratione, trajicere incœperant. Tunc qui in præsidio Pelusij erant, ex oppido erumpentes, cum transeuntibus Thebanis manus conseruerunt, proque gloria consequenda utrisque adnitentibus, atrox & periculosum certamen ad extremum diei commissum, nocte superueniente diremptum est. Postridie rex copias Græcorum quas habebat, in treis ordineis est partitus: & unicuique Græcum hominem, simulque Persam aliquem & uirtute, & prudẽtia insignem præfecit. Primique Bœoti duces habebant Lacratem Thebanum & Persam Rosacem. Hic genus ducebat à septem Persis, qui Magos oppressérant, præfectusq; erat Lydiæ & Lydiæ: equitum uerò & peditum Barbarorum magnum numerum ducebat. Argiuorum secũda erat acies sub suo duce Nicostrato: additus est huic in administratione socius Aristazanes, cui ad regem de maioribus rebus referendi cura iuncta erat: fidei supra omneis amicos regios, Bagoa excepto, probatissimæ

probatissimæ. Destinata sunt ei 5000. electorũ hominum, & triremes 80. Tertiam aciem, quæ erat mercenarius miles, ducebat Mentor, qui Sidonem prodiderat, & Bagoas, cui plurimum fidei rex adhibebat, utr audaciæ, & ad omne etiam iniquũ facinus promptitudinis incredibilis. Datus est ei Græcorum qui erant Persarũ ditionis, & Barbarorũ ingens numerus, & naues complures. Ipse autẽ rex cum reliquis copijs totius rei summæ animum intendebat. Facta eiusmodi partitione ordinũ apud Persas, Nectanebus Aegypti rex, licet copijs inferior multò esset, nihil uel ingenti hostium multitudine, uel ordinatione facta cõmotus est. Habebat sanè ipse Græcorũ militũ, qui secũ stipendia facerent, uiginti millia: Aphros fermè totidẽ: Aegyptiorum, qui bellatores apud eos nuncupantur, millia sexaginta: naues fluuiatiles ad conflictus & incursiones circa Nilum cõmittendas, numero qui fidem nõ caperet. Ripam autẽ fluminis quæ in Arabiã uergit, frequentibus castellis, muroq; & fossa cõtinenter ductis, communiuerat. Cumq; apparatus omnes bello gerẽdo opportuni ei non deessent, breui tamen ab omnibus illis ob inopiam consilij decidit. Maxima calamitas eius causa fuit belli administrandi imperitia, & quòd ante id priori bello Persæ ab eo uicti fuerant. Habuerat tunc clarissimos fortitudine, & rei bellicæ scientia præstantes: Athenienſium Diophantum, & Lacedæmoniũ Lamiũ, quorum consilio rectè omnia fuerant ordinata. In hoc autẽ bello dum sese idoneũ imperatorẽ fore arbitrabatur, nulli administrationem rerũ cõmunicare uoluit: neq; per sese quæ bello usui essent, utpote nullius experientiæ, potuit expedire. Oppida igitur & loca alia munita cũ præsidijs positis firmasset, acceptis triginta millibus Aegyptiorum, Græcis ad septem millia, Aphrorũ aũt parte dimidia, loca ea insedit, unde facilè impetus fieri posset. Eo modo utrinque instructis rebus, Nicostratus Argiuorũ dux, ducentibus eum Aegyptijs, quorum liberi & uxores obsides tenebãtur à Persis, per fossam quãdam in locum minus apertum transmisit cum suis copijs, ibiq; uallo munitis castris consedit. Tunc qui in propinquioris loci præsidio erant milites mercenarij Aegyptiorũ, haud pauciores septẽ millibus, ut hostium aduentũ persenserunt, ad eos repellendos sunt progressi. Horum præfectus Clenius Cous cum aciem ad conserendum prælium instruxisset, ab hostibusq; idem esset factũ, atrox certamen initum est, in quo Græci qui sub Persis merebant, egregiè pugnantes, ducem Clenium, & militum eius plus quinq; millibus interfecerunt. Eam cladem Nectanebus rex audiens, ualdè est perterritus, indeq; ijciens reliquas Persarum copias citra impedimentum flumen traiecturas esse: ueritusq; ne Memphim omnes hostium uires conuerterentur, statuit ei rei prospicere. Ducto igitur exercitu quem secum habebat, illuc contendit, & quæ ad oppugnationẽ sustinẽdam essent usui præparauit. Interim Thebanus Lacrates, qui primũ agmẽ apud Persas curabat, Pelusium magno conatu cœpit oppugnare: deriuataq; aliorsum fossæ aqua, per exiccatum locum & peruium, machinas ad urbis mœnia adduxit. Magna autem ex parte eis deiectis, summa celeritate qui intus erant alterum murum cum ualidis turribus ligneis excitarunt. Cumq; dies aliquot eiusmodi mœnium oppugnatio duraſſet: primò Græci qui in oppidi propugnatione erant, fortissimè hostibus resistebant. Sed postquam de Nactanebi regis discessu Memphim certiores facti sunt, miserunt ad Lacratem qui de re componenda agerent. Recipienteq; eo per iusiurandum ipsos, si Pelusium dedidissent, cum rebus quas secum ferrent, citra offensionem in Græciam deuectum iri, oppidi deditionem fecerunt. Ad quod recipiendum cum Artaxerxes Bagoam cum Barbaris militibus misisset, in urbis ingressu Persæ Græcorum abeuntium res multas quas secum exportabant, arripuerunt. Ibi Græcis de iniuria qua afficiebantur grauiter expostulantibus, deosq; iurisiurandi præsides implorantibus, Lacrates in iram concitatus, facto impetu Barbaros repulit: aliquotq; eorum interfectis, Græcos qui sub fide uiolabantur, strenuè tutatus est

Persæ Pelusio potiuntur.

tus est. Bagoas, coniectus in fugam iuit ad regem, eiq; de Lacrate multum est quæstus. Artaxerxes re cognita, Bagoæ milites pœna merita affectos fuisse, insuper de rapinæ illius authoribus supplicium sumi debere iudicauit. Eo itaq; modo Pelusium à Persis recuperatum est. Mentor uerò, cui tertij agminis cura demandata fuerat, Bubastum & complures alias urbes calliditate quadã militari captas, in ditionem regis attraxit. Cum in earum unaquaq; præsidium mixtum Græcorum & Aegyptiorum militum esset, Mentor eiusmodi uerba in castris suis habuit, Artaxerxem statuisse eos qui sibi ultrò urbes dederent, humanissimè tractare. Qui rursus ui superarentur, in eos cladem inferre non mitiorem ea quàm Sidonij passi fuissent. Iniunxit post id custodibus portarum liberè permitterent, egredi qui à se uellent transfugere. Ita nullo impediente captiui Aegyptij qui erant in castris abeuntes, breui per omneis Aegypti urbes uerba illa disseminarunt. Indeq; inter mercenarium militem & indigenam dissensiones subitò ubiq; exortæ sunt: & in omnibus urbibus seditiones cœperunt uigere. Vtriq; enim per quandam æmulationem studebant seorsum prodere loca quibus præessent, ut soli aliquod emolumentum consequerentur. Cœpta est ea res primùm Bubasti. Statim enimuero ut Mentor & Bagoas cum exercitu propè urbem consiederunt, clàm Græcis Aegyptij quendam miserunt ad Bagoã, pollicentes urbem se tradituros, si se saluos præstiturus esset. Id Græci persentientes, missum hominem comprehenderũt, terroreq; iniecto, rem uti erat, ab eo intellexerunt: exq; eo commoti ualde, in Aegyptios inuadentes, aliquos interfecerunt, aliquibus etiam uulneratis, reliqui in partem quandam urbis coacti sunt se tradere. Qui Bagoæ quid contigisset significantes, orabant ut ocyus accedens, urbem à se acciperet. Græcis qui clanculum ad se pro firmandis pactionibus uenerant, secretò iniũxit Mentor, cum Bagoas in urbem ueniisset, ut Barbaros impetu facto adorirentur, Bagoa deinceps cum Persis absq; Græcorum assensu in urbem intrante. Postquam multa pars intromissa est, subitò Græci portis clausis, eos qui intus erant aggressi, omneis interfecerunt, & ipsum Bagoam cæperunt. Is omnem salutis suæ spem in Mentore uidens positam, orauit uti se liberatum ueniret: professus in posterum se nihil nisi ex eius consilio facturum. Tunc Mentor Græcos ad Bagoam dimittendum, sibiq; faciendam urbis deditionem, ut eius receptæ titulus sibi daretur, induxit. Factusq; ita salutis Bagoæ author, rerum omnium societatem cum eo præstito & accepto iureiurando iniuit, quam ad extremum uitæ seruauit. Euenit inde, uti apud regem concordes, mutuoque alter alterum iuuantes, tandem omnium uel amicorum, uel cognatorum regis ambo potentissimi euaserint. Mentor enim maximus præses Asiæ, quæ maritima est, declaratus, multum profuit rebus Artaxerxis, quum Græcos multos conductos subinde ei mitteret: ipseque illic omnia administraret summa & fide & animi magnitudine. Bagoas uerò in superioribus locis ubi præfectum agebat, tam bene ex regis re omnia gessit, uti per eam societatem quam cum Mentore firmauerat, non minoris authoritatis factus sit, quàm si regni ipse esset dominus: neque Artaxerxes aliquid absq; eius consilio ageret. Quinetiam post eius mortem in eligendis nouis regibus semper Bagoæ sententia & nominatio rata habebatur, nihilque huic potestatis regiæ, præter regis appellationem deerat: quæ omnia sigillatim cum ad ea peruenerimus tempora, exponemus. In præsentia quidem post Bubasti deditionem reliquæ urbes perterrefactæ, in Persarum ius per certas conditiones uenerunt. Tunc Nectanebus rex qui ad Memphim commorabatur, uidens hostium successus, minimè ausus est periculis, ut copias ad conflictum duceret, se obijcere: desperatisq; regni rebus cum pecunia ingenti in Aethiopiam fugit. Eo pacto Artaxerxes tota Aegypto potitus, insigniorum urbium mœnia diruit, & sacris ædibus direptis, magnam uim coẽgit auri & argenti. Abstulit etiã ex antiquioribus

Mentor Bubasto aliisq; Aegypti urbibus potitur.

Mentoris & Bagoæ coniunctio.

Bagoæ auctoritas.

Artaxerxes tota Aegypto potitur.

quioribus templis scriptas tabulas, quas postmodum Bagoas, accepta magna pecunia sacerdotibus Aegyptijs restituit. Prosequutus autem muneribus honorificis pro cuiusq; merito Græcos qui secum militauerant, eisq; omnibus ut in patriam redirent à se dimissis, & Pherendate Aegypti præfecto constituto, cum toto exercitu Babylonem reuersus est: spolijs & pecunia multa, sed maioti longè gloria, ac rebus strenuè gestis, auctus.

Regni Philippi annus XII. *Anno Mundi*

Quo uerò anno Athenis Callimachus imperauit, & Romæ Cos. fuerunt M. Fabius & P. Valerius: Artaxerxes animaduertens magno adiumento sibi fuisse Mentorem in bello Aegyptio, eũ ultra amicos alios prouexit: proq; eius uirtute 100. talentis argenti, alijsq; preciosissimis rebus donauit, & Asiæ quæ ad mare est, præfecit. Data insuper summi prætoris potestate, ei bellum contra rebelles suos demãdauit. Tunc Mentor cum necessitudinẽ arctam haberet cũ Artabazo & Memnone, qui superioribus annis cum Persis bello contenderant & ex Asia demum fugientes, ad Philippum in Macedoniam se contulerant, ibiq; morabantur, regi supplicans persuasit ut illis cõmissis criminis ueniam daret, protinusq; eos ambos cũ liberis ad se accersiuit. Habebat sanè Artabazus ex Mentoris & Memnonis sorore susceptos filios mares XI. fœminas X. delectatusq; plurimum ea prole numerosa, iuuenes, datis in exercitu suo præfecturis, honorauit. Primam autem expeditionẽ cœpit contra Hermiam Atarnensium tyrannum, qui ab Artaxerxe defecerat, & loca complura benè munita ac urbes tenebat. Huic pollicitus se inducturũ regem ad remittendam culpam, persuasit ut secum ueniret in colloquium. Ibi ex insidijs facto impetu, eum prehendit: potitusq; ita eius annulo, scripsit literas ad urbes, tanquam Hermias diceret sibi pacificationem initam esse cum Artaxerxe, intercedente Mentore: lignatasq; rapto annulo literas misit per quosdam, qui oppida & arces pro rege acciperent. Populi quibus literæ sunt redditæ, fidem præstantes, & quòd à pace non abhorrerent, facilè arces & urbes dediderunt. Ea calliditate cum Mentor citra periculum belli, rebelles urbes recuperasset, in maximã regis gratiam uenit: quòd uideretur industria & ingenio singulari bellicam rem tractare. Pariter & principes alios qui ab imperio Persarum desciuerant, partim ui, partim dolo aliquo omnes deuicit. Et hæc quidem in Asia gerebantur. In Europa uerò Philippus Macedonum rex inuadens cum exercitu in urbes Chalcidenses. Geram arcem ui expugnatam diruit: iniectoq; inde alijs terrore, aliquot urbes imperio suo coëgit parere. Pheras postmodum, quæ sunt in Thessalia, profectus, Pitholaum qui ibi dominatũ occupauerat expulit. Circa eadem tempora Spartacus iam annos quinq; Ponti rex, diem suum obijt, suffectus est frater Parisades, qui annos octo & triginta regnauit.

3616.

Mentor Asiæ minori præfectus.

Mentor Atarnensium urbibus arte potitur.

Regni Philippi annus. XIII. *Anno Mundi*

Elapso anno hoc, Athenienses principẽ Theophilum, Rom. C. Sulpitium, & C. Quintium Cos. habuerunt: cum inita Olympiade octaua supra centesimã, uictor fuit in stadio Polycles Cyrenensis: tunc Philippus intentus summo studio, ut Micybernam & Toronam Hellespõti urbes caperet, citra periculum aliquod per proditionem eas obtinuit. Conuersus deinde cũ ualidis uiribus ad maximã eius regionis urbẽ Olynthum, initio prælijs duobus Olynthios deuicit, & in urbem cõpulit cœptaq; obsidione, dũ subinde tentat expugnationem, multos suorum amisit. Tandem pecunia corruptos Lasthenẽ & Euthycratem, summos magistratus in urbe induxit uti eam sibi proderent: quã captam diripuit, oppidanosq; omnes cum præda alia uendidit. Eo facto pecuniam multã ad belli usum consequutus est, cæterasq; urbes sibi resistentes perterruit. Datis autem muneribus meritis unicuiq; militum, qui strenuè pugnauerant, ingenti pecunia missa sibi conciliauit eos, qui in urbibus potentiæ maioris erant, adeò ut multos ad patriam prodendam illexerit. Nec ipse id dissimulabat, se magis auri

3617.

Philippus Olynthios subigit.

gis auri copia, quàm armis imperium auxisse, palàm solitus asseuerare. Athe-
nienses quibus iam Philippi incrementa erant suspecta, omnibus in quos Phi-
lippus bellum susciperet, auxilia contra eum mittebant: per legatos etiam ad-
hortabātur ciuitates ad libertatem tuendā, & supplicium de his ciuib. qui pro-
ditionē molirentur, sumendū, omnibus eis auxilia pollicentes. Itaq; se Philippi
hostes profesi, apertè cum eo bellum gerebant. Inflammabat eos maximè ad
propugnationem Græciæ Demosthenes, tunc tēporis Gręcorū omnium acer
rimus in dicendo. Sed nullo pacto reprimi ualebat indomita libido, quæ ple-
rosq; occupauerat, urbes suas prodendi. Tam latè pestis illa Græciam tunc in-
fecerat. Propterea aiunt Philippum, cum urbem quandam egregiè munitam
capere conaretur, ac eius loci quidā contra omnem impetū tutissimā, ac fermè in-
expugnabilē eam esse diceret, quæ fuisse: Num etiam aurū eius urbis mœnia
transcendere esset impossibile? Expertus nimirū erat Philippus, quæ armis ca-
pi non possint, auro facillimè expugnari solere. Præparās igitur largitione in ur-
bibus proditores, eosq; qui tantā fœditatē in se admittebāt, honestis nomini-
bus nunc amicos, nunc hospites appellitans: per eiusmodi infanda cōmercia
munerum uerborumq; mores hominum maximè corrumpebat. Ab Olynthi
uerò expugnatione in Deorū honorē pro concessa uictoria Olympia celebra-
turus, splendidissima peregit sacrificia: & conuocata ingenti hominum multi-
tudine, certamina edidit pulcherrima: multosq; hospites qui ad spectaculū cō-
uenerant, conuiuio accepit. Ibi sermonibus & inuitatione eo loco accommo-
data usus, multis pocula manu sua porrigebat à se prægustata, non paucis mu-
nera est largitus. In uniuersumq; omnes promissionibus amplis prosequutus,
effecit ut quāplurimi amicitiam ipsius auidissimè expeterent. Animaduertens
autē in conuiuio ex amicis quēpiam Satyrū nomine præ se ferentē nescio quid
triste, rogauit, cur solus aliquid humanitatis suæ experiri non dignaretur. Illi mu-
nus aliquod ab eo se cupere dicenti, sed uereri ne intentione sua patefacta fru-
stra haberet. Philippus exhilaratus, cū promisisset quodcunq; petierit, se liben-
tissimè concessurū, hospitis cuiusdā sui uirgines duas adolescētulas nouis ma-
ritis desponsatas, quæ essent inter eius captiuos, se libenter recepturū dixit Sa-
tyrus: nō ex eo munere lucri aliquid consequeretur, sed ut addita etiam de suo
dote, in matrimonium eas traderet: néue iniuriam tenera ætate indignam su-
stinere eas uideret. Philippus hanc petitionem libentissimo animo accipiens,
uirgines duas statim Satyro condonauit, multisq; alijs muneribus & benefi-
cijs eo modo disseminatis, cumulatiora benignitatis præmia accepit. Multi
enim spe liberalitatis eius inducti, alter alterum præuenire studebant, seipsos
& patriam in Philippi potestatem dedentes.

Athenienses instigatore Demosthene, Philippo sunt hostes.

Philippus auro pugnat.

Satyri pietas erga hospitis sui filias.

Regni Philippi annus XIIII.

Anno Mundi 3618.

Iam uerò imperante Athenis Themistocle, & Romæ Consulibus Caio
Cornelio, Marco Pompilio, Bœoti cum agros Phocensium populati essent,
ad Hyampolim manus conserentes, uictores fuerunt, circiter septuaginta è nu-
mero hostium interfectis. Deinceps iterum cum Phocensibus prope Coro-
neam congressi, accepta magna clade repulsi sunt. Quumque in Bœotia insi-
gniores quædam urbes essent Phocensium ditionis, ad earum agros uastan-
dos uersi Bœoti, frumenta omnia destruxerunt. In reditu uerò hostibus occur-
rentes, sunt profligati. Circa id temporis Phalæcus dux Phocensium sacræ pe-
cuniæ ablatæ postulatus est, priuatoq; ei imperij honore quem gerebat, succes-
sores tres dati sunt, Dinocrates, Callias, & Sophanes: per quos eius criminis
quæstio habita est. Petebant sanè ab his qui eam tractauerant, rationem uti
redderent. Philo fuerat quidam præcipuus in eiusmodi administratione. Is cū
haud satis exhibēdæ rationi faceret, capite est damnatus, excruciatusq; à duci-
bus nuper electis, sceleris socios, pdidit. Grauissimis demū supplicijs affectus
eum uitę finem quem eius impietas merita erat, habuit. Alij qui de sacris rebus

Belli Sacri continuatio.

Phalæci successores.

ditiores

ditiores facti, magnam pecuniam furto sibi comparauerant, eam restituere & pœnas ut sacrilegi dare sunt coacti. Ex superioribus autem ducibus Philomelus, qui primus imperauerat, à rebus sacris, quarum necessitas permisit, manus continuit. Sed qui ei successit Onomarchus, multum de pecunia in belli sumptus usus est. Tertius Phayllus frater Onomarchi, non pauca munerum quæ in templo fuerant consecrata, ad pecuniam signandam conflauit, ut conducto militi stipendia exolueret. Dicatos siquidem à Crœso Lydorum rege lateres aureos centum uiginti, quibus pondus erat talenta bina, acceptos pro conficiendis numis desiecit: pariter & aureas trecentas sexaginta phialas binis minis expensas, leonisq; & fœminæ signa aurea, ut ea omnia auri talentis trecentis & triginta æstimata fuerint: redactisq; omnibus quæ ex auro sunt conflata, ad argenti rationem talenta quatuor millia perficerentur. E' rebus autem argenteis, quæ tum à Crœso, tum ab alijs fuerant consecratæ, duces omnes abiumpierant ad summam talentorum supra sex millium, ut auri argentiq; totius ratione inita, talenta esset plus decem millibus. A' scriptoribus nonnullis traditum est, opum hinc correptarum non minus fuisse, quàm illud quod in Persarum thesauris ab Alexandro inuentum fuerit. Aggressi quinetiam fuerant qui sub Phalæco ordines ducebant aperire solum templi, cum à quodam esset dictum, argenti auri & magnam uim ibi defossam esse: lamq; locum circa focũ & tripodem excauare cœperant. Qui uerò thesaurum indicauerat, testimonio clarissimi & antiquissimi poëtæ Homeri nitebatur, ubi ait.

Quanta pauimentum interius non claudit, Apollo
Nunc ubi saxosa Pythone oracula reddit.

De Delphica pecunia.

Sed cum à militibus loca propè tripodem foderentur, magnis terræ tremoribus factis, Phocenses ualde sunt perterriti: planeq; ita deis animaduersionem in sacrilegos præmonstrantibus, ab eo negocio destiterunt. Ac Philo, qui facinoris tam impij dux & author fuerat, breui pœnas meritas exoluit. Sed enim pecuniæ sacræ interuersæ, licet crimen totum Phocensibus adscriberetur, nihilominus Athenienses & Lacedæmonios, qui Phocẽsium causam & censu, & auxilijs tuebantur, nõ parũ contingebat, ideo maximè q; stipendia pro militum numero, quos auxilio eis miserãt, nõ fuerãt exoluta. Athenienses sanè ea tẽpestate uidentur proni ualde fuisse ad faciendas Apollini cõtumelias. Paulũ enim supra Delphicæ direptionis tẽpora, cũ Iphicrates eorũ dux cũ classe circa Corcyrã uersaretur, Dionysijq; Syracusarũ tyranni naues, quæ Delphos & Olympiam signa facta ex auro & ebore deuehebãt, apprehendisset, mississet q; ab Athenien-si populo quæsitum, qui dnã in ea re agẽdum eis uideretur: Atheniẽses respõderũt, Laborandũ nõ esse ei in rerũ diuinarũ respectu: sed prospiciendum, quo modo milites suos sustentaret. Iphicrates ciuitatis suæ uoluntati obsequutus, capta deorũ ornamenta uendidit, propterea tyrãnus in Athenienses cõmotus, epistolã hanc eis scripsit: Dionysius senatui, populoq; Athenienſi Salutem scribere, minimè decere existimauit Cõtra deos & mari, & terra sacrilegia cõmitti tis: statuas quidẽ à nobis, ut dijs dicarent, missas, & rapuistis & conflastis, neq; in deos maximos, Apollinẽ scilicet Delphicũ, & Olympicũ louẽ, scelus impiũ adeò patrare ueriti estis. Eiusmodi rem fecerũt Athenienses contra Deũ illum, quẽ subinde inter populares & maiores suos numerare per ostentationẽ solebant. Pariter & Lacedæmonij, qui & consilio Delphici oraculi rempub. apud gentes omnes admirabilẽ ibi instituerãt, quiq; ea tempestate de maioribus rebus dum Apollinẽ consulebant, nõ ueriti sunt cum tẽpli raptoribus scelestissimam inire conspirationem. In Bœotia uerò Phocenses urbes tres, Orchomenon, Coroneã, & Corsias cũ haberẽt, inde mercenario milite affatim ei suppetente, contra Bœotos copias parabant, eorumq; agros populabãtur. Neq; ad faciendas incursiones, aut certamina cõmittenda eorũ locorum homines Phocensibus deerãt. Propterea bello multum attriti Bœoti, militum suorum multis

Sacrilegij cõsortes.

Dionysij epistola ad Athenienses sacrilegos.

tis amissis, & pecuniæ inopia laborantes, legatos ad Philippum, qui auxilia peterent, miserunt. Ille cum Beotûm res afflictas, ut spiritus eorum inflati ex victoria Leuctrica aliquantulum comminuerentur, libenti animo uideret, milites perpaucos dedit, id tantum curans, ne oraculi direptionem nihil æstimare uideretur. Cum uerò Phocenses prope Abas, ubi non multum abest Apollinis templum, arcem extruere niterentur, Bœoti in eos inuaserunt, subitoq; pars palantes, in oppida proxima fugam arripuerunt: alij ad quingentos in tẽplum cùm confugissent, extincti sunt, miro quodam modo, ut cùm multa eo tempore Phocẽsibus aduersa diuinitùs acciderint, id maximè omnium quod referemus, ita factum esse uideatur. Qui ad templum confugerant, deorum auxilio se saluos fieri existimabant. Sed secus accidit: diuina siquidem prouidentia pœnam quæ sacrilegis conueniebat, eis inflixit. Erant circa templum lecti & mensæ complures. Cumq; in tentorijs Phocensium qui ad templum se receperant, ignis relictus casu lectum unum incendisset, tanta repentè adeoque super omnium fidem flamma excitata est, ut templum & Phocenses qui eò se contulerant, uiui incensi sunt. Visusq; est Deus salutem, quam supplices petiuerant, eis concedere noluisse.

Phocensium clades.

Anno Mundi 3619.

Regni Philippi annus XV.

In sequenti uerò anno, quo Athenis Archias princeps, Romæ Consules Marcus Aemylius, & Titus Quintius fuerunt, Phocense bellum, quod duraret in annum decimum, ad hunc modum finem habuit. Bœotis & Phocensibus pariter ex belli diuturnitate debilitatis ualde, alteri ad Lacedæmonios miserunt petitum auxilia, unde armatos mille, duce Archidamo rege obtinuerunt. Bœoti uerò cum ad Philippum legatos itidem pro auxilijs misissent, Philippus acceptis secum Thessalis, cum ualido exercitu in agrum Locrensem cõtendit. Ibi Phalæcum, qui pridem Phocensium dux fuerat, tuncq; magnam cõductorum militum manum habebat, nactus, ut cum eo dimicatione inita, belli euentum experiretur, aciem instruxit. Erat Phalæcus Niceæ, qui animaduertens Philippo se esse uiribus imparem, misit ad eum legatos pro rebus suis cõponendis: pactusq; ut sibi & suis militibus permitteretur, quò uellet discedere, cum octo millibus hominum secum facientium stipendia, concessit in Peloponnesum. Tunc spe omni destituti Phocenses, sese Philippo dediderunt. Itaq; citra dimicationẽ, quod non sperauerat, Philippus bello sacro confecto, adhibitis in consilium Thessalis & Bœotis, statuit Amphictyonum concilium habere, eorumq; arbitrio cognitionem omnium integram relinquere. Igitur Amphictyones inito consilio decreuerunt, Philippum eiusq; posteros in collegium suum cooptare, quum duorum suffragiorum iure: quæ debellati Phocenses habuissent. Vrbium trium Phocidis mœnia solo æquari, ne ipsi Phocenses aut sacri templi, aut Amphyctionum consilij aliquo modo participes essent, ne eisdem equos, aut arma habere liceret, donec subreptam omnem pecuniam Deo exoluissent. Phocenses autem aliosq; qui sacrilegio eo inquinati aufugissent, sceleratissimos haberi, exq; omnibus locis impunè retrahi posse. Vrbes omnes quæ Phocensibus parerent, dirui & redigi in pagos, qui haberent domos non plures sexagenis, quæ uue haud minus interuallo stadij unius inter se distarent. Agros suorum haberent, sed eorum uectigal annuum talenta sexaginta Deo penderent, quoad pecuniæ in rationibus scriptæ tempore tẽpli direpti, satis Deo fecissent. Philippo, Thessalis, & Bœotis ius Pythia certamina curandi esse, quòd Corinthij Phocensibus in rerum sacrarum interuersione adiutores fuissent, Philippum cum Amphictyonibus arma Phocensium auxiliariorumq; confringere, eorumq; frusta quæ superessent incendere, equos per auctionem distrahere. Ab his Amphyctiones alia nulla quæ ad oraculi refectionem, ad pietatem, pacemq; & concordiam Græciæ faciebant, constituerunt. Quæ omnia eorum scita Philippus comprobauit, decq; omnibus

Phocensis belli finis,

Amphictyonũ decretum.

omnibus ingentes eis egit gratias. In Macedoniam demum est reuersus pietatis & bellicæ uirtutis magna sibi comparata gloria. Sed longè maiora instrumenta augendi res suas inde nactus est, cum toto animo id moliretur, ut à Græcia imperator nominatus, per eam occasionem in Persas bellum susciperet, quod tandem est factum. Sed de his omnibus suo tempore mentionem sigillatim habebimus. In præsentia ad historiæ contextum redeuntes, operæpretium esse iudicamus, palàm facere, deos illis omnibus, qui in oraculo diripiendo deliquerint, pœnam meritam iniecisse: neque eos duntaxat, qui sacrilegij artifices fuerunt, sed omnes prorsus quos illud crimen uel leuiter attigit, nullo pacto inuectam à Deo punitionem effugere ualuisse. Princeps enim templi occupandi author Philomelus, casu quodam belli aduerso sese præcipitem dedit. Onomarchus dein electus dux ab illis, quibus nulla spes bona erat, cum Phocensibus & milite mercenario in Thessalia interfectus, & de cruce suspensus est. Tertius Phaillus, qui multa rerum sacrarum destruxerat, diuturno confectus morbo, haud breui potuit à cruciatu liberari. Qui uerò post omnes eos quicquid in donarijs reliquum erat, corripuit, Phalæcus in uarijs magnisq; periculis & timore uitam longam satis duxit, non quo sors eius melior quàm cæterorum sceleris impij sociorum esset, sed ut longiori tempore cruciatus, multisque ex sua miseria notior factus, insigniorem celebratamque magis calamitatem subiret. Post fugam sanè, qua Philippi captiuitatem uitauit, commoratus est initio in Peloponneso, sustentans ibi milites suos pecunia, quam reliquam de sacris rebus habebat: postea Corinthi nauibus magnis onerarijs conductis, cum biremes quatuor suas haberet, in Italiam & Siciliam transmittere constituit: ibi aut urbem aliquam se occupaturum, aut à quibus stipendio conduceretur, quum eo tempore Lucanis esset bellum cum Tarentinis, inuenturum existimans. Militibus autem suis asseuerabat, se accersitum in Siciliam & Italiam eam nauigationem suscepisse. Cum igitur itinere arrepto, iam ulterius in mare progressi essent milites aliquot, qui eodem nauigio cum Phalæco uectabantur, simul uerba habuerunt, suspicantes non esse uerum ab aliquo se accitos fuisse, quòd itineris aliquem ducem ab eo quem irent, missum secum non uidebant. Apparebat etiam nauigationem cœptam non esse rem facilem sed longam & periculis multis obnoxiam. Propterea parum Phalæci uerbis credentes, ac ueriti ne in hostilem aliquam classem inciderent, conspirarunt illi, præcipuè qui in exercitu ordines ducebant: strictisq; ensibus in Phalæcum & nauis gubernatorem irruentes, ut reuerterentur unde nauigationem cœperant, coegerunt. Pariter qui in nauibus alijs erant, cum idem fecissent, retroacti omnes in Peloponnesum redierunt, simulq; ad Maleam promontorium Laconiæ appulsi, ibi Cnosiorum legatos, qui ex Creta ad milites scribendos uenerant, offenderunt. Hi cum Phalæco ductoribusq; alijs colloquuti, stipendio decenti persoluto, fecerunt ut secum omnes proficiscerentur. Statimq; ut Cnossum in Cretam peruenerunt, ab itinere, Lycto urbe ui sunt potiti. Lyctijs autem è terra sua pulsis, insperatum breui apparuit auxilium. Cum enim eo tempore Tarentini bello inito cõtra Lucanos, misissent ad Lacedæmonios ueluti parentes suos, qui auxilia peterent: hiq; animo promptissimo genti cognatæ succurrere uolentes, copias pedestres & nauales, quibus rex Archidamus præfuit, cum parassent, transituros eos Italiam Lyctij, uti primum sibi ad patriam recuperandam auxilio esse uellent, orarunt. Cui rei Lacedæmonij assentientes, in Cretam transmiserunt. Ibiq; milite illo mercenario deuicto, urbem suam Lyctijs restituerunt. Deinde arrepta nauigatione in Italiam, cum Archidamus in Tarentinorum subsidium ueniisset, inito prælio quodam egregiè pugnans, interfectus est: uir omnibus imperatorijs artibus ex toto uitæ cursu multum probatus, præterquam in Phocensium rebus, quos iuuando, uisus est magna causa fuisse templi Delphici inuadendi. Regnauit is Lacedæmone

aliquot sacrilegorum pœnæ diuinitus illatæ narrantur.

Archidami mors.

annos tres & uiginti, filius autem Agis, qui ei succesſit, quindecim duntaxat annis in regno uixit. Cæſi ſunt poſtea à Lucanis omnes qui ſub Archidamo merebant, direptionis oraculi & ipſi participes. Phalæcus uerò Lycto pulſus, ad Cydoniam oppugnandam ſe conuertit. Vbi dum machinas mœnibus diruendis inſtruit, easq; propius urbem adducit, fulmine incidente, diuinus ignis excitatus illas corripuit. Quas plerique ab incendio defendere conati, igne abſumpti ſunt. In his fuit & ipſe dux Phalæcus. Aiunt nonnulli, eum interemptum fuiſſe à quopiam ſuo milite, quem uerberârat. E' Phalęci militibus, qui cladis eius immunes fuerunt, ij ab exulibus Eleis in Peloponneſum deuecti ſunt: cum quibus in Eleos pugnare occœperunt. Sed enim cum Arcades opem tuliſſent Eleis, multi mercenariorum interfecti ſunt. Reliqui ad quatuor millia captiui inter Arcades & Eleos diuiſione facta, diſtributi ſunt. Arcades eos qui ſibi obuenerant, uenundederunt. Elei ſuos omnes ob ſcelus in oraculo diripiendo admiſſum trucidarunt. Et ad eum modum, qui ſacrilegij illius aliquid omnino attigerunt, Deo authore meritas pœnas ſubiuerũt. Nobiliſſimæ etiam ciuitates, quæ ea impietate ſe aſtrinxerant, ab Antipatro (ſuccedente tempore) deuictæ, & imperium, & libertatem ſuã miſerè perdiderunt. Vxores quoque Phocenſium principum, quæ auſæ ſunt monilibus raptis ſe exornare, impij facinoris pœnas non euitarunt. Quæ enim Helenæ monile geſtare eſt ſolita, in meretricium probrum incidit, pulchritudine ſua eam expetentibus proſtrata. Altera, eo quòd fuerat Eriphylæ, ſubinde ad ornatum utens, cum filius quem natu maximum habebat in furorem cõcitatus, ignem domui iniecisſet, intra eam uiua incendio extincta eſt. Eoq; pacto, qui Deum contemptui habere ueriti non ſunt, ſupplicijs quæ narrauimus, ab ultoribus dijs affecti ſunt. Rurſus qui oraculo ſubſidium tulit Philippus poſt id factũ indies res ſuas auxit, tandemq; pietatis ſuæ beneficio ab uniuerſa Græcia imperator appellatus eſt: & ſuum regnum ampliſsimum omnium quæ eſſent in Europa, effecit. Sed cum abunde ſatis de bello ſacro egerimus, ad res alibi geſtas tranſeamus.

Syracuſanorum motus.

In Sicilia (ortis inter ſe magnis ſeditionibus) Syracuſani miſerè multorum & potentium trahentium'que in diuerſa tyrannide oppreſsi, legatos Corinthum miſerunt, orantes uti mitterent ducem aliquem, qui eorum reipublicæ curam ſuſciperet, ſimulq; tyrannidem inuadere conantium improbitatẽ coërceret. Corinthij honeſtiſsimum eſſe arbitrati, ijs qui à ſe originem traherent, ſuppetias ferre, illuc mittere decreuerunt Timoleontem Timaneti filium

Timoleontis laudes.

præſtantiſsimum uirum, qui uirtute, prudentia, & cognitione rei militaris, omnibusq; bonis artibus erat prędituſ. Huic autem ſingularis contigit res, quę ut deligeretur dux in Syracuſanam expeditionem non parum profuit. Timophanes eius frater, qui diuitijs & ingenita quadam confidentia Corinthijs omnibus præſtabat, diu antea uiſus fuerat ad tyrannidem aſpirare. Sed eo tempore calamitoſos homines ſuſtentando, comparando arma, & cum facinoroſorũ agmine per forum ſpaciando, non diſsimulabat ſe tyrannum eſſe. Omniaq; prorſus facta eius tyrannidem præ ſe ferebant. Huic Timoleon, alieniſsimus ab unius dominatione ſuſtinenda, initio conatus eſt perſuadere, ut à cœpta re deſiſteret: poſtquam ſibi parum audientem illum, indies q; magis inſoleſcere animaduertit, abiecta omni ſpe, ut uerbis emendari poſſet, obambulans foro, ipſe fratrem obtruncat. Excitato inde tumultu, cum ciues quamplurimi ad facinus atrox & inuſitatum accurriſſent, ſeditiones exortæ ſunt: partim cenſentibus, Timoleontem, ut ciuilis cædis authorem, pœna legibus decreta affici oportere: alter quippe qui tyrannicida eſſet, commendationem mereri aſſeuerãtibus. Senatu igitur habito, contẽtio ea inter ſenatores pariter uigebat, Timoleontem grauiter accuſantibus eius inimicis: qui uerò minus agebant, conſulentibus ut ei uenia tribueretur. Cũq; altercatio huiuſcemodi duraſſet in aduẽtum uſque Syracuſanorum legatorum, atque hi expoſitis mandatis uehementer oraſ-

Timoleon fratrẽ Timophanem ſuum occidit ob tyrannidem.

ter oraſſent, ne ſenatus moram interponeret in duce mittendo, quem petebãt, uiſum eſt ſenatui, Timoleontem illuc mittere conducibile eſſe: propoſuerunt quæ ei inſolitam, miramq; prorſus optionem, ſi facinus à ſe commiſſum diluere uellet. Id enim confirmarunt, ſi bene rem Syracuſanam adminiſtrauerit, ſe eum tyrannicidam: ſin ſecus, & ex animi libidine, tunc fratris percuſſorem eundem iudicaturos eſſe. Verùm Timoleon, non tam ex timore per ſenatum ſibi adiecto, quàm uirtutis ſtudio, Siciliæ rebus bene & ex gentium uſu præfuit. Carthaginenſes ſiquidem debellauit: recipiensq; è Barbarorum manibus Græcas urbes uaſtatas & deſertas, multitudine hominum frequentes reddidit. De quibus omnibus, pòſt paulò ſecundum ſua tempora per partes mentionem faciemus. Nunc ad narrationis ordinem reuertamur. • *Annus Mundi 3620.*

Regni Philippi annus XVI.

Cum Eubulus Athenis imperaret, Romæq; M. Fabius & S. Sulpitius Conſules eſſent, Timoleon Corinthius aſſumptus à ciuibus ſuis ad curam Syracuſanæ reipub. parabat ſe uti in Siciliam tranſiret. Conduxit autem milites exteros 700. triremibusq; quatuor, & leuioribus tribus nauigijs milite oppletis, Corintho diſceſsit. Præter hæc in itinere à Leucadijs & Corcyrenſibus obtinuit tres alias naues. Itaq; nauibus decem fretũ, quod Ionium appellant, tranſiuit. Contigit ſanè ei inter nauigandum res præcipua, & digna admiratione, ut Deus quiſpiam in ſuſcepta prouincia eum iuuare, & futurã ipſius gloriam, ac rerum geſtarum magnitudinem præſagio non obſcuro declarare uiſus ſit. Cõtinenti enim nocte fax ardens in cœlo nauiganti ei præluxit, donec in Italiam cum omnibus ſuis copijs peruenit. Prius etiam Corinthi audiuerat, Cererem & Proſerpinam ſacerdotibus ſuis in quiete uiſas eſſe polliceri, cum Timoleon te ſeſe nauigaturas in ſacratam ſibi inſulam. Propterea ipſe dux Timoleon cæteriq; omnes læto animo erant, diuinam opem ſibi haud deeſſe conſpicientes. Nauem etiam, quæ omnibus alijs melior eſt uiſa, dearum numini dicauit, inſtituitq;, uti Cereris & Proſerpinæ ſacra nauis nominaretur. Peruenit autem incolumis cum ſuo exercitu Metapontium in Italiam. Illuc & triremis legatorũ Carthaginenſium ſtatim ſuperuenit, qui Timoleontem conuenientes, ne belli initium faceret, néue omnino in Siciliam tranſiret, ei denunciarunt. Sed Timoleon, cum ad traijciendum Rhegini eum inuitarent, & auxilia pollicerẽtur, Metapontio quamprimùm diſceſsit, quò ſui aduentus famã anteuerteret. Verebatur enim plurimum, ne Carthaginenſes, qui mari dominabantur, trãſitum ſuum in Siciliam interciperent. Adhibita idcirco ſumma diligentia, breui Rhegium contendit. Sed enim Carthaginenſes paulò antè hæc tempora futuri belli in Sicilia magnitudinem proſpicientes, erga inſulæ ciuitates ſocias ſummam benignitatem exhibebant. Cum tyrannis ueteribus controuerſijs poſitis, amicitiam firmauerunt, præcipuè cum Iceta, qui Syracuſis dominabatur, quod eius magna eſſet potentia. Comparatasq; ingentes nauales & pedeſtres copias, præfecto Annone duce, miſerunt in Siciliam. Erant autem naues longæ centum & quinquaginta, peditum & quinquaginta millia, trecenti currus bellici, & bigarum ultra duo millia. Præter hæc arma telaq; omnis generis, machinæ ad oppugnandas urbes multæ: commeatum & aliarum rerum quæ bello uſui ſunt, opinione omnium maior copia. primáque expeditione contra Entellenſeis ſuſcepta, eorum agrum populati, ad oppidi obſidionem acceſſerunt. Tenebant locum eum Campani, qui magno hoſtium numero perterriti, ad ciuitates Carthaginienſibus inimicas auxilia petitum miſerunt. Alij omnes eam rem detrectarunt: Soli Galerienſes mille armatos dederunt. Qui in itinere Pœnis obuiam facti, eorum multitudine circumuenti omnes, & interfecti ſunt. Campani etiam, qui Aetnam habebant, initio compararant auxilia, quæ Entellam, utpote ad gentem cognatam, mitterentur. Sed Galerienſium clade audita, à re cœpta ſuperſedere ſtatuerunt

Timoleontis Corinthij in Siciliam expeditio.

Carthaginenſium exercitus, & apparatus bellicus.

runt. Cum uerè Syracusarum urbs esset in Dionysij manibus, Icetas cum ualido exercitu eò contendit. Iamq; uallum circa Olympium iecerat, & omnibus uiribus tyrānum Dionysium expugnare conabatur. Sed obsidione in multos dies protracta, cum necessariarum rerum inopia premeretur Icetas, ab oppugnatione discessit, ut iret ad Leontinos, unde se prius mouerat. Abeuntē Dionysius insequutus, extremum agmen incessendo, fecit ut conuersus Icetas, manus secum consereret. Qui fermè 3000. armatorum sub Dionysio merentium cæsis, reliquos in fugam compulit. Vsusq; summa celeritate in eis persequendis, irrupit simul cum fugientibus in urbem: & ita Syracusis absq; insula potitus est. In huiusmodi statu erant Dionysij & Icetæ res, cum Timoleon tribus diebus post captas ab Iceta Syracusas, Rhegium perueniens, non longè ab urbe copias suas de nauibus exposuit, & eôdem uiginti Carthaginensium triremes statim aduenerunt. Tunc Rhegini, qui Timoleontis rebus fauebant, populo ad concionem uocato, agere cœperunt de pace inter illos componenda. Ibi Carthaginenses ad hoc intenti, ut reditus in patriam Timoleonti persuaderetur, parum diligenter in stationibus excubabant. At Timoleon nullo eius quod moliebatur dato indicio, ipse quidē præsens prope auscultantiū suggestum stabat: sed clanculum admouerat, ut nouem è suis nauibus in altum abducerentur. Denicq; animis Carthaginensium ad Rheginorum orationem, quæ dolo in longum producebatur, conuersis, clanculum è concione se subripiens, accurrit ad nauem quam sibi relinqui fecerat, ac summa festinatione enauigauit. Carthaginenses ita delusi, conati sunt abeuntes insequi. Sed cum illi magno spacio progressi essent, noxq; iam immineret, factum est, ut citra offensam Tauromœnium appellerentur. Ei loco præerat Andromachus, Syracusanorum libertatis studiosissimus: qui humaniter Timoleontem suosq; omnes accepit: & ab impetu persequentium, ut salui essent, non parum profuit. His ita peractis, Icetas cum 5000. armatorum electis contra Adranitas, qui suas partes sequi nolebant, profectus est, & non longè ab oppido castra posuit. Tunc militibus aliquot à Tauromœnensibus impetratis, Timoleon cum militibus circiter mille contra Icetam Tauromœnio discessit. Noctisq; superuenientis occasione adiutus, iter Adrianum ita confecit, ut sequenti die ex improuiso Icetæ exercitum prandentem inuaserit, & in castra irruptione facta, plus trecentis interfecerit, captiuosq; fermè 600. comprehenderit, castrisq; ipsis potitus fuerit. Aliam insuper rem strenuitate eadem peregit. Subito enim ad ipsam urbem Syracusas contendit, totumq; illud iter currendo emensus, adeò ut à pugna fugientes hostes præuerterit, Syracusas, cum nullus ibi huiusce rei timor esset, facilè intrauit.

Timoleon Icetæ tyranni castra opprimit

Regni Philippi annus. XVII.

An. Mundi 3621. Et hæc quidem omnia anno præsenti contigerunt: quo uerò Athenienses principem Lyciscum, Rom. M. Valerium & M. Pompilium consules habuerunt: labenteq; nona & centesima Olympiade, in stadio Aristolochus Atheniensis uictor fuit, Romani primum cum Carthaginensibus fœdus percusserunt. In Caria cum Idrieus, ibidem septennium princeps, mortem obijsset: Ada eius coniux & soror suffecta est, quæ ad annum quartum imperauit. Timoleon autem in Sicilia, acceptis in societatem Adranitis, Tyndaritisque, non parua auxilia ab eius obtinuit. Eratq; mirificus tumultus intra Syracusas, cum Dionysius insulam, Icetas Achradinam, & nouam urbem, reliquum omne urbis teneret Timoleon, & Carthaginienses portum maiorem cum classe nauium centum quinquaginta intrassent, terraque castra metati essent cum peditatu quinquaginta millium. Qua ingenti hostium multitudine cum ualde perterritus esset Timoleontis exercitus, inopinata, & quæ nullo consilio parari potuisset, rerum mutatio subsequuta est. Primo omnium Marcus Catanensium tyrannus, qui non paruas copias secum habebat, Timoleonti adhæsit,

Syracusanæ res à Timoleonte quo successu administratæ.

sit. Post id urbes complures studio libertatis consequendæ ad eundem defecerunt. Nouissimeq; à Corinthijs naues 10. cum auxilijs & stipendio missæ. Syracusas aduenerunt: propter quæ confirmatus multum est Timoleus, & Carthaginenses timore correpti, classem è portu imprudenter sanè eduxerũt, motisq; castris in insulæ partẽ, quæ suæ erat ditionis, discesserunt. Tũc Iceta auxilijs destituto, urbs Syracusarũ, cũ ciues ei tuendæ parũ sufficerent, in Timoleontis potestatẽ redacta est Mesene itidẽ, quæ in partib. Carthaginensium erat, ab eodẽ statim est recepta. Dũ hæc in Sicilia geruntur, Macedoniæ rex Philippus odio, quòd à patre hæreditarium pertinaciter contra Illyrios seruabat, incitatus, cum ualido exercitu in eorum terram irrupit: agrisq; uastatis & expugnatis urbib. multis, in Macedoniam reuersus est. Postmodum in Thessaliam profectus, tyrannis aliquot, qui ciuitates opprimebãt, expulsis, magna beneuolentia Thessalos omnes sibi deuinxit: ex eorum societate sperans Græcos pariter in amicitiam suam traductum iri. Quod sanè euenit. Finitimi nanq; Thessalis Græci, ui cinorum factum sequuti, fœdus cum Philippo inierunt.

Regni Philippi annus XVIII. *Anno Mundi*

Anno uerò sequenti, quo Pythodorus Athenis imperauit, & Romæ cõsulatũ gesserũt C. Plautius, & T. Mãlius, Timoleon Dionysio in desperationem magnam à se cõpulso, persuasit, uti arce tradita, & principatu relicto, in Peloponnesum cũ omni sua pecunia ex composito trãsiret. Illeq; ita per ignauiam, & animi torporem nobilissimũ regnũ, & quod adamante reuinctũ prędicabãt reliquit: ac Corinthi in magna egestate uitam traducẽs, ijs qui in rebus prosperis temerè insolescunt, ex sua uitæ & fortunæ immutatione exemplũ præbuit. Qui enim prius 400. naues triremes habuerat, nõ multo pòst in pusilla arctaq; nauicula, nimirum casus grauissimi spectaculum admirandum ualdè, Corinthum se contulit. Timoleon autem insula & oppidis omnibus quæ Dionysio parebant, potitus, receptas arces, locaq; alia munita, quibus se tyranni tuebantur, euertit, ciuibus libertatem reddidit. Post hæc statim ad leges scribendas cõuersus, uti hæ populares essent, multum curauit. Quę ad priuatarũ rerum contractus pertinerent, aliaq; multa diligenter & iustissimè ordinauit: rei illi præcipuè intentus, ut æqualitatem induceret. Instituit etiam magistratum honoratissimum annuum, quem Syracusani Iouis Olympij famulatum appellabant. Electusque est primus Callymenes famulus Olympij Iouis, & ita deinceps is honor p manus traditus est: anniq; à magistratu eiusmodi adnotati fuerũt usq; ad tẽpora, quę nostrę huic historię terminus, & mutationi reip. initium fuerũt. Romanis enim Siculos alios in communionem reip. inducentibus, famulorũ principatus ille, qui annos plures 300. durauerat, abolitus est. His ita se habentibus rebus, Philippus in Macedonia summopere laborans, ut ad societatem suã traheret Græcas Thraciæ ciuitates, expeditionẽ sumpsit contra Chersobleptẽ eius terræ regem, qui continuis cladibus uicinas Hellesponti gentes, urbes diruendo, & uastãdo agros afficiebat. Vt igitur eam Barbarorum impotentiam reprimeret, cũ ualidis copijs eos aggressus, aliquot prælijs cõmissis, semper uictor, debellatos ad id compulit, ut decimas regno Macedoniæ exoluerent. Et in locis qui ei opportuni uisi sunt, ad coërcendam Thracum audaciam oppida benè munita constituit. Tunc ciuitates Græcę à metu Barbarico liberatæ, prõptissimo animo cũ Philippo fœdus inierũt. Inter eos qui temporũ horũ res scripserunt, Theopompus Chius, in historia quã de Philippi gestis edidit, tribus libris ea quæ in Sicilia facta sunt, cõplectitur: à tyrannide senioris Dionysij exorsus, perq; spacium annorũ 50. ad Dionysij usq; iunioris casum à regno pergens. Tres illi libri sunt à quadragesimo primo ad quadragesimum tertium.

Dionysius Syracusis pulsus uenit inops Corinthum.

Timoleon Syracusarũ res componit.

ἀμφιπολία Διὸς ὀλυμπίου.

Philippi expedi tio contra Chersobleptẽ.

Theopompus Chius scriptor.

Regni Philippi annus XIX. *Anno Mundi*

At Sosigene Athenis imperante, & Romæ consulibus M. Valerio & M. Pompilio, Arymbas Molossorum rex, cum annos decem regnasset, uita ex-

ceſsit,relicto filio Aeacida,qui Pyrrhi fuit pater.In defuncti locum Alexander Olympiadis frater adiumento Philippi Macedonis ſubiuit. In Sicilia uerò Timoleon contra Leontinos,quò Icetas cum iuſto exercitu ſe retraxerat, mouit caſtra:ſtatimqúe inuadens in eam quam nouam urbem appellant,cum magnum præſidium,& quod ad mœnium propugnationem ſufficeret, intus poſitum eſſet,cœptam rem omittere eſt coactus.Trāſiuitq; ad Engyium, quæ urbs tyranno Leptinæ ſeruiebat:omniq; ſtudio ut urbem,pulſo tyranno,ad libertatem reduceret,nitebatur.Interea Icetas cum omnibus ſuis copijs ex Leontinis ad Syracuſas oppugnandas contendit.Ibi compluribus ſuorum amiſsis, confeſtim unde diſceſſerat,redit.Leptines à Timoleonte grauiter preſſus, deditionem fecit,& per conditiones dictas iuſſus eſt migrare in Peloponneſum,ut eo pacto Græcis deuictorum tyrannorum miſeriæ innoteſcerent. Cumq; eidem Leptinæ Apolloniatæ parerent, receptæ huic urbi, & Engyinis libertatem, ut ſuis legibus uiuerent,conceſsit Timoleon.Sed enim cum rei pecuniariæ indigentia laboraret,ut militibus quos conduxerat,ſtipendia minus poſſet perſoluere:ducibus qui ad hoc idonei uidebantur,mille armatos dedit,iniunxitq; ut in Carthaginenſium prouinciam incurſiones facerent. Hi latiſsimam terram populati,cum præda ingenti redierunt ad Timoleontem. Qui facta auctione pecuniam magnam recepit,indeq; militibus multi temporis ſtipendio dato ſatisfecit.Potitus eſt etiam urbe Entella,ubi ciues quindecim,qui Carthaginenſium partes tuebantur,interfecit,cæteros libertate donauit. Iam Timoleontis potentia & authoritate multum aucta,Græcæ Siciliæ urbes animaduertentes, captis ab eo gentibus libertatem concedi,ultrò ſe omnes Timoleonti dedidérunt.Siculorum etiam,Sicanorum,& aliarum gentium ciuitates,quas tuebantur Carthaginienſes,miſerunt legatos oratum,uti in amicitiam & fœdus ab eo reciperentur.Propterea Carthaginenſium Senatus parum ſtrenuè res Siciliæ à ducibus ſuis adminiſtrari uidens, ſtatuit exercitum magnum cum ducibus alijs eôdem mittere. Subitò igitur ciuibus, qui militiæ idonei uidebantur ſcriptis,Aphrorum militum delectum habuerunt. Præter hos ingenti pecunia Gallos,Hiſpanos & Ligures conduxerunt. Naues item longas fabricarunt. Onerarias complures coëgerunt, apparatumqúe aliarum rerum maximum confecerunt.

Timoleon Siculis urbib. libertatem reſtituit.

Anno Mundi 3624.

Regni Philippi annus. XX.

Athenis uerò cum princeps Nicomachus,& Romæ Caius. Martius, & T. Manlius Torquatus conſules eſſent, Phocion Athenienſis Clearchum quem Eretriæ tyrannum Philippus præfecerat, debellatum expulit. Et in Caria Pexodarus,fratrum natu minimus,eiecta Ada, principatum occupauit, tenuitq; ad annum ſextum,quo ſcilicet tempore Alexander in Aſiam tranſiuit. Philippus autem ſemper ad id intentus,ut res ſuas magis amplas faceret, caſtra mouit ad urbem Perinthum,quæ ipſi infenſa partes Athenienſium tuebatur. Initia oppugnatione, & machinis propius urbem adductis, quotidie in eorum qui feſsi pugnando eſſent locum ſemper integris ſuccedentib. acriter ad mœnia ipſa decertabat Turribus etiam altitudinis cubitorum octoginta, quæ Perinthiorum turres multum ſuperemínerent,extructis, è ſuperiori loco oppidanos plurimum offendebat, & arietibus murum identidem quatiens,foſsionibusqúe ſubterraneis fundamenta demolitus, magnam eius partem euertit. Perinthijs locum apertum fortiſsimè defendentibus, alteroqúe muro ocyus ab eis extructo,certamen magnum iterum pro mœnibus cœptum eſt.Ibi Philippus numerum magnum ſagittariorum, aliorumqúe id genus miſsilibus pugnantium habens,per eos ualdè è mœnium pinnis pugnantes hoſtes conficiebat.Illis autem indies magis deficientibus,auxilia,tela, iaculatoresq; à Byzantijs miſsi ſunt. Viribus igitur reſumptis,ut hoſtibus iam reſiſtere poſſe uiderentur,animoſè pericula omnia pro ſalute patriæ ſuſtinebant. Nec Philippus

Philippus Perinthum oppugnat.

pus diligentiam suam remittebat. Exercitu enim suo in partes plures diuiso per coronam, & alios alijs sufficiendo, mœnia die noctuque acerrimè oppugnabat. Erant ei ad triginta millia armatorum, telorum, machinarumq; ad mœnia diruenda, uis magna, machinæ aliæ penè innumeræ, quibus omnibus obsessos Perinthios grauiter urgebat. Iamq; oppugnatione ea indies multos protracta, oppidanisq; multis interfectis, nec paucioribus uulneratis, & necessarijs rebus non suppetentibus, urbis captiuitas in proximo certissima esse uidebatur. Tunc fortuna periclitantibus non tantum salutem, sed & eam unde minimè sperabant, attulit. Diuulgata enim per loca Asiæ Philippi potentia, quæ indies crescebat, Persarum rex, cui res ea suspicionem aliquam iniiciebat, per literas præfectis suis, qui erant ad loca mari proxima, iniunxit, uti Perinthios totis uiribus iuuarent. Quod ab illis factum est. Magnum enim mercenariorum militum numerum, stipendium, & commeatus affatim, tela, aliaque bello necessaria Perinthum miserunt. Duces itidem, militesque quos optimos habebant, Byzantij dederunt. Ita uiribus æquatis utrinq;, bellocq; instaurato, contentio maxima rursus in oppugnatione exorta est. Philippus ariete mœnia labefactans continuam eorum partem diruerat, missilibusque è propugnaculis oppidanos deturbabat. Et simul per locum apertum, ubi mœnia erant deiecta, conferto agmine irrumpebat: ac scalis in murum defensoribus nudatum inscendebat, ut cùm ita dimicatio cominus gladijs gereretur, multi interficerentur, pluresq; modis uarijs uulnerarentur. Præmia sanè uictoriæ utrinq; pugnantium uirtutem excitabant. Macedones opulentissimam urbem se direpturos, insuper muneribus magnis à Philippo donatum iri sperabant. Eorum commodorum expectatione difficultates omnes forti animo sustinebant. Perinthij rursus præ oculis clades, quæ uictis inferri solent, habentes, pro salute patriæ periculis alacritate ingenti se offerebant. Eos autem plurimum, ut superiores essent, adiuuabat urbis situs. Perinthus enim ad mare posita est, in edito iugo peninsulæ, longitudinis fermè stadij unius. Aedificia habet frequentia & prælata: ut quemadmodum collis cliuus surgat, ita domus una altera tam superet altitudine: uideturq; totius ciuitatis facies esse instar theatri. Propterea mœnibus etiam in uniuersum solo adæquatis, nihilo magis munimentis erant destituti. Obstructis enim uiarum aditib: superiora ædificia uice muri firmissimi tenebant. Idcirco cùm laboribus & periculis maximis Philippus mœnia superasset, munitionem adhuc ex domorum structura factam, difficiliorem offendit. Sed enim cum omnia bello gerendo idonea à Byzanthijs Perinthum summiti animaduerteret, partitus copias suas, earum dimidium cum ducibus quos optimos nouerat, reliquit in Perinthi obsidione: reliquos ipse secum accipiens, de improuiso aggressus Byzantium acriter oppugnare cœpit. Byzantij, utpote qui milites, tela, resque alias gerendo bello commodas, Perinthum miserant, grauiter consternati sunt. Eiuscemodi tunc erat urbium duarum status. Ex his autem qui historiarum monumenta posteris mandarunt, Cumanus Ephorus historiam suam, cùm ad Perinthi oppugnationem peruenisset, desinit. Is in scribenda ea, ab Heraclidarum reditu exorsus, Græcorum & Barbarorum res gestas annorum fermè septingentorum quinquaginta, libris triginta describit: prfatione libro unicuique apposita. Diyllus uerò Athenienſis, qui sequentium temporum res memoriæ mandauit, principium sibi scribendi, ubi Ephorus finem fecerat, sumpsit quæq; ab ea tempestate tum à Græcis, tum à Barbaris gesta sunt usque ad Philippi obitum comprehendit.

Rex Persarũ Perinthijs sue currit.

Philippus Byzantium obsidet.

Ephorus Cumanus, & Diyllus Atheniẽsis historici.

Regni Philippi annus XXI. *Anno Mundi*

At principe Athenis Theophrasto, & Romæ Consul. M. Valerio, & A. Cornelio, Olympias decima septima supra centesimam inita, Anticlesq; Athenienſis in stadio uictor fuit. Eo anno Athenienses, cum Philippus pacem secũ

firmatam, uiolasse uideret, nauales copias raptim Byzantijs subsidio misertt. Idem à Chijs, Rhodijs, alijsq; quibusdã Græcis ciuitatib. factũ est. Tunc Philippus eo Græcorũ concursu perterritus, duarũ urbium obsidionem reliquit: atq; cum Athenienſibus & Græcis alijs ſibi aduersantibus fœdus percussit. Carthaginienſes autẽ, qui magnũ belli apparatũ cõfecerant, in Siciliam nouas copias traiecerunt, ut cum his quos ibi prius habebant, iam in eorum castris pedites plures millibus septuaginta, equites, bellici currus, & bigæ ad 10000. longę naues 200. onerariæ ad equos, tela, & commeatus uehendos ultra mille eis esse crederentur. Neq; tantis Barbarorum copijs Timoleon, licet exiguum militũ numerum ſecum haberet, aliquo modo perturbatus est: ſed cum bellum contra Icetam gereret, pace firmata, auxilia ab eo obtinuit, & non parum inde copias ſuas auxit. Salutare etiã ei uisum est, bellum in Carthaginienſium prouinciam conferre, quo ciuitatũ ſociarũ agros inuiolatos ſeruaret, & eodẽ tempore hoſtilis terra uastaretur. Idcirco auxilijs omnibus & militibus mercenarijs in concionem uocatis, oratione ſua ad prælium omnes totis uiribus cum hoſte conſerendum adhortatus est. Excepta eius oratio magnis omniũ acclamationibus, petitumq; ut contra Barbaros, quamprimum ducerentur. Et ita cum toto exercitu, qui duodecim millium omnino erat, progredi cœpit. Iamq; in Agrigentinum agrum peruenerant, cum tumultus & ſeditio magna in caſtris nulla prius apparente ſuſpicione, ſubitò exorta est. Erat in exercitu miles quidam Thraſius nomine, qui cũ Phocenſibus direptioni ſacri templi interuenerat, uir temeritatis & confidentiæ incredibilis. Hic uitæ ſuæ improbiſsimæ accommodatũ planè facinus eiuſmodi commiſit. Cum enim ſolus, omnibus ferè alijs qui oraculũ expilauerãt, meritò ſupplicio, ut paulò antè à nobis indicatum est, à Deo affectis, neſcio quo pacto diuinã ultionẽ euitaſſet, Timoleontis milites ad ſeditionem concitare auſus est: eum paſsim dictitans proculdubio inſanire, qui ad certiſsimã cædem milites ſuos duceret: quiq; Carthaginenſes ſexies ſuis copijs plures, omniq; apparatu bellico inſtructiſsimos à ſe ſuperatum iri, nõ uereretur confirmare: itaq; militum ſuorum animas in aleam conijcere uellet, ne ſtipendia longi temporis debita, indigentia oppreſſus, perſoluere. Proinde conſulebat Syracuſas redirẽt, ibiq; ſtipendij quod eis deberetur, ſatisfactionem poſtularent: néue ad expeditionem, in qua nulla uincendi ſpes appareret, illum ſequerentur. Admonitio hæc multorum animos commouerat: iamq; tumultum facere cœperant, cum Timoleon precibus & pollicitationibus multis, ſumma cum difficultate ad officium eos reduxit, præter mille, qui Thraſium ſequuti ſunt, eorũ punitionem in tempus magis idoneum differens. Timoleon literas ad amicos quos habebat Syracuſis, dedit, uti benignè hi milites reciperentur, & eiſdem ſtipendia debiti ſatisfieret. Sicq; omnis tumultus ſedatus est. Et uictoriæ quæ deinceps parta est gloria contumaces illi mille caruerunt. Reliquos Timoleon blanda oratione ad priſtinam erga ſe beneuolentiam induxit: itaque contra hoſtes qui haud longè aberant, caſtra mouit. Ibi apud milites cõcionatus, Pœnorum ignauia, & Gelonis ſucceſsibus commemoratis, audentiores eos multo reddidit: ut una ueluti uoce conflictum cũ Barbaris, iamq; pugnæ ſignum proponi expoſcerent. Cum uerò caſu magna apij uis ad toros extruendos iumentis deportaretur, Timoleon ſe illud uictoriæ omen dixit agnoſcere, quod corona Iſthmiaca ex apio texeretur. Itaq; iuſſu eius milites omnes apij coronis caput ſibi exornarunt. Et ſumma lætitia in hoſtes progrediebantur, ueluti uictoriam certam dij denunciaſſent. Saneq; non magis eorum uirtute, quàm manifeſtiſsimo deorum adiumento factum est uti uincerent. Timoleon namque acie inſtructa, cum de monte quodam ad flumen deſcẽderet, iamq; hoſtium decem millia illuc transijſſent, eos ut adhuc à traiectu erant incõpoſiti, adortus, ipſe ordinibus ſuis bene & omni parte firmatis, cuncta perturbauit. Conſertisq; acriter manibus, cum & fortitudine, & oppo-

Timoleon in Carthaginienſes ducit exercitum.

Thraſius in caſtris Timoleõtis ſeditionem excitat.

Timoleõ Carthaginienſes fundit.

opportuniori certaminis statu Græci superiores essent, magna barbarorũ cædes facta est, cunctiq; prorsus qui flumen traiecerant fugiebant, cum reliquæ omnes Carthaginensium copiæ flumine transmisso Græcorum impetum in suos fugientes repressẽrũt. Prælioq; ita instaurato, sua multitudine Græcos pauciores multo circumuenire inceperunt. Tunc maxima & continens pluuia cum fragore ingenti coorta est, simulq; grando, fulgura, tonitrua, & uehementissima uentorum uis omnia confundebat, Hactenus tamen ut Græcos non nisi à tergo, sed barbarorum uultus tota ea procella impeteret. Propterea cum Timoleontis exercitus non difficulter molestiam eam sustineret, Carthaginenses impedimento illi nequaquam pares, cum & ab eo pariter ab ingruentibus Græcis grauiter urgerentur, in fugam conuersi sunt. Omniq; & peditatu, & equitatu, admixtis etiam curribus, ad flumen sese coniiciente, suo ipsorum impulsu conculcabantur: multiq; suorum gladijs & telis confodiebantur. Neq; eiusmodi infortunio ope ulla resisti posse uidebatur. Alij hostium equitatu instante, cum ad ripam fluminis agminatim confluerent, uulneribus multis à tergo coniecti interficiebantur. Multi uerò citra hostilem offensam sibijpsis interitus erãt causa, propter metum & hostium multitudinem, fluminisq; difficultates ibi simul coaceruati strue corporum opprimerentur. Accedebat, quod ex pluuia, quæ nunc maxima fuerat, flumen uehementissimo aquarum impetu rapiebatur, ut qui enatandi causa se in illud coniecerant, fluctibus fuerint demersi. Ex tanto quidem Carthaginensium numero duo millia & quingenti, qui fermè robore, dignitate, & fortunis primi erant ex toto exercitu, sacra acie confecta, maxima cum laude manus conserentes occubuerunt, reliquorum plures decem millibus cæsi sunt, capti uerò ad quindecim millia. Currus bellici in ipso certamine diffracti multi, ducenti tantum recepti sunt. Iumenta uerò & uehicula cum impedimentis milites sibi rapuerunt. Armorum uis magna in flumine est deperdita: eorum quæ superfuerant, thoraces mille, lcuta plus decẽ millibus ad Timoleontis tabernaculum comportata sunt: quæ partim dicata in Syracusanis templis finxit, partim socijs à quibus auxilia habuerat, dono dedit: aliqua etiam Corinthum, ut in Neptuni templo donarentur, misit. Res omnes precioſas, quæ sanè multæ inuentæ sunt, cum argẽtea & aurea multa pocula aliaq; ornamenta æstimationis maximæ Carthaginenses pro sua opulentia in castris habuissent, militibus in strenuè nauatæ operæ præmium condonauit. Qui uerò hostes cædi aut captiuitati superfuerant, magna cum difficultate ad Lilybæum se retraxerunt, consternati adeò, ut nec ausi sint naues inscendere, quod etiam in ipso mari Libyco, ne aduersi aliquid sibi sustinendum esset, uerebantur. Tantæ huius cladis nũcius Carthaginem allatus, mirificè populum eum perterruit. Proponebant namq; sibi in animo, Timoleontem quamprimum cum toto exercitu ad se obsidendos transiturum: idcico Giſconem Annonis fratrem, qui tunc exulabat, ante omnia curarũt in patriam, ut reuocaretur: eumq; quod animi ingentis, & bellicæ rei administrandę scientissimus esset, imperatorem declararunt. Ad hoc, ne ciuium corpora periclitarentur, ut milites exteri multi, maximeq; Græci ducerentur, decreuerunt. Nec dubitabãt, ob famam pugnæ aduersæ diuulgatam, & opes Carthaginẽsium satis notas, multos ad fore, qui ei militia darent nomina. Missi etiam sunt in Siciliam legati primores uiri, qui conditionibus quibuscunq; daretur, pacem cum Timoleonte firmarent.

Giſco Cathag. imperator.

Regni Philippi annus XXII. *An. Mundi*

Sequenti anno, quo principem Athenienses Lysimachidem habuerũt, Romæ. Q. Seruilius & M. Rutilius Cõsules fuerunt: Timoleon reuersus Syracusas, primũ omnium milites qui à se discesserãt duce Thrasio, urbe tanq; deserto res expulit. Hi transmiserunt in Italiam, oppidumq; ibi maritimum in Brutijs occuparunt & diripuerunt. Qua iniuria Brutij commoti, coactis magnis co-

pijs, contra eos profecti sunt: oppidoq; in quo erant ui potiti, omnes eos trucidarunt. Huiusmodi improbitatis suæ præmium calamitosum sortiti sunt, qui contra Timoleontẽ defectionẽ cõmiserant. Posthumium etiam tyrãnum, qui 12. prædatorijs nauibus mare nauigantibus infestum reddebat, cum Syracusas amicitię prætextu uenisset, Timoleon captum interemit. Accepit humanissimè eodẽ tempore 5000. hominum à Corinthijs ad se missa, ut eis habitationẽ agrosq; adsignaret. His confectis, cum legati Carhaginẽsium ad eum uenissent, multisq; precibus pro pace obtinenda usi essent, his cõditionibus quod petebant, concessit: ut Græcas omnes urbes liberas relinquerent, Lycusq; fluuius suæ & illorũ prouinciæ terminus medius esset, ne'ue tyrannis ullis Syracusas tentantibus darent auxilia. Icetam deinde uictum, cum mortẽ obijsset, sepelirí curauit. Cãpanos, qui Aetnam tenebant, interfecit. Nicodemum Centuripinorum tyrãnum iniecto terrore cõpulit, oppressam seruitute urbem relinquere. Apolloniadem, qui Agyrinensibus dominabatur, tyrannidem coẽgit deponere: liberatosq; eo modo populos donauit ciuitate Syracusana. In uniuersum autem tyrãnis omnibus, qui tota insula erant, oppressis, ciuitates iam liberas, societate inita, sibi coniunxit, & nuncios per omnem Græciã misit, qui Syracusanorum nomine agros & domos promitterẽt omnibus, qui in participatum reip. suæ uellent uenire. Propterea Græcis multis ad conditionem oblatam accurrentibus, in Syracusanam ciuitatem noui habitatores ad 40000. sunt recepti. In Agyrinẽsem, quòd ager ibi latissimus, magnaq; esset loci amœnitas, 10000. missa sunt. Post id leges, quas à Diocle conscriptas hactenus Syracusani seruauerant, corrigere aggressus, quæ ad priuatarũ rerum cõtractus & testamenta pertinebãt, eas intactas, uti erant, reliquit: sed eas quibus aliquid de republica decernebatur, in suum propositum, sicut ei expedire uisum est, transtulit, authoremq; & emendatorem eius legum ordinationis habuit Corinthium Cephalum, uirum & doctrinæ & prudentiæ insignis. Ab hoc legum negocio cum se Timoleon liberasset, Leontinos Syracusas habitatum traduxit, coloniaq; Camarinam deducta, ciuitatem eam multũ auxit. Omnibus deniq; Siciliæ locis pace quieteq; reddita, effecit breui, ut urbes omnes magnum rerũ incrementum consequerẽtur. Cum enim prioribus, nec his paucis annis, per seditiones & bella ciuilia, ad hoc tyrannorum multitudine semper urgente, urbes habitatoribus uacuæ, agri cultorum negligẽtia uasti, ut fructuum domesticorum non multum in eis inueniretur, facti essent, tunc habitantiũ magno numero inducto, paceq; in annos multos firmata, ager iam diligẽter excoli, multosq; & uarij generis fructus cœpit progignere, quos magno cum emolumento Siculi mercatotibus uenundantes, haud longo temporis interuallo opes suas auctiores fecerunt. Et sanè tempestate ex magna diuitiarũ abundantia multæ & ingentes extructiones confectæ sunt. Veluti Syracusis prope insulã domus, quam lectorum sexaginta cognomento dixerunt, omnia Siciliæ ædificia & amplitudine & structura eleganti superãs, principis Agathoclis opus. Eius molem deorum sacris ædibus eminẽtiorem fuisse illud fermè indicio est, quòd diuino fulmine, quasi in inuidiam fuerit icta. Et ad minorẽ portum turres sunt, ad partes eas ubi inscriptiones uisuntur, è lapidibus exoticis constructæ. Appositus autem ibi est Agathoclis, eius rei authoris, titulus. Non multo etiã postea ab Hierone rege excitatum est Olympium nõ procul à foro, & iuxta theatrum sacra ædes, quæ in longum stadij spacio extẽdebatur, lata atq; edita pro longitudinis ratione. In urbibus quoq; minoribus aliquid factum est, sicuti Agyrinæ, quò ob soli fœcunditatem coloniam deductam esse paulò antè docuimus, theatrum, Syracusano excepto, omnium quæ in Sicilia sunt pulcherrimũ. Deorum templa, curiæ, fora, turres opere egregio uisendæ, & monumẽta, cum Pyramidibus plurimis & ingentibus, & accurato artificio maximè æstimãdis, extructa fuerunt.

Carthaginenses à Timoleonte pacem impetrant.

Tyrannos Siculos Timoleon uincit.

Dioclis legũ correctio.

Aedificia insignia in Sicilia fiunt.

Verùm

Regni Alexandri Annus XXIII. An. Mundi

Verum enimuerò cum Athenis Charondas imperaret, Romæq; cõsulatum inijssent L. Aemylius, & C. Plotius, Macedoniæ rex Philippus, quamplurimis Græciæ ciuitatibus sibi amicitia iunctis, uehementer rei illi studebat, Athenienses uti clade aliqua deprimeret, itaq; nullo repugnante, totius Græciæ dux appellaret. Propterea subitò Elatea occupata, omnes suas copias illuc euocauit bellum contra Athenienses moturus. Sperabat autem certissimam uictoriam se consequuturum, quòd illos ob fœdus percussum imparatos offensurus esset. Idq; planè contigit. Capta siquidem Elatea, noctu quidam Athenas excurrerunt, renunciantes eam urbem captam: quodq; Philippus cum exercitu in agrum Athiensem rectà esset uenturus. Ibi rei bellicæ duces ex re adeò inopinata ualde consternati, accitos ad se tubicines, per omnia urbis loca dimisserunt, uti tota nocte per signum cunctos cõmonefacerent. Fama ita per domos quascunque disseminata, præ timore animi ciuium arrecti sunt: quamprimumq; cœpit lucescere, populus uniuersus in theatrum conuenit, antequam à magistratibus de more accerseretur. Tunc duces nuncium qui aduenerat, in cõcionem produxerunt, req; ab eo exposita, silentium & timor ingẽs omnes corripuit. Neq; eorum qui ad populum concionari solebant, quispiam aliquid censere audebat, & præcone sæpius admonente, uti quispiam de cõmuni salute ageret, nullus omnino comparebat, qui sententiam suam in medium uellet proferre. In tanta perplexitate atq; omnium trepidatione totus populus oculos in Demosthenem coniecit, qui suggestu conscenso, populum uti bonum animũ haberet adhortatus, docuit oportere quamprimum Thebas legatos mitti, qui gentem eam ad bellum pro Græciæ libertate suscipiendum inducerent. Non enim temporis angustiæ permittebant ab alijs Græciæ ciuitatibus auxilia implorare, cum Philippum intra biduum in Atticam irrupturum esse appareret: cui cum iter per Bœotiam esset faciendum, Thebanos solos in tanto periculo opis aliquid aduersus illum afferre posse constabat. Nec illud rursus in dubium uertebatur, Philippum utpote amicum & socium Bœotis in transitu eos tentaturum, ad ineundum secum bellum contra Athenienses. His rationibus populus persuasus, decretum de legatione in uerba Demosthenis scribi iussit. Sed muneri ei obeundo uir qui facundia præstaret quærebatur. Tunc Demosthenes pro communi omnium cõmodo, uolũtati populi paruit, summaq; celeritate iuit, persuasit, & Athenas rediit. Ad eum modum ciuitas impetratis Bœotorum auxilijs, cum exercitũ suum priorem ad duplum auxisset, animum & spem resumpsit. Statimq; belli ducibus Charete & Lysicle nominatis, milites omnes armis instructos, in Bœotiam iussit contendere. Hi ætate florentes, & animis promptissimi ad dimicãdum, confecto strenuè itinere, Chæroneam quæ est in Bœotia, peruenerunt. Tantam Athenien sium celeritatem admirati Thebani, & ipsi nihil diligentiæ intermiserunt: armatiq; illis occurrentes, simul castra metati sunt, aduenientem hostem ibi expectantes. Philippus autem initio ad Bœotiorum concilium legatos miserat, in queis maximi nominis Pytho, qui eloquentia plurimum ualere existimabatur, & in petẽdis auxilijs Demostheni apud Bœotos opponere se non est ueritus. Ibi omniũ quidẽ aliorũ pstantissimus, sed inferior longè apparuit ipso Demosthene. Isq; ueluti arduã rem confecisset, in orationibus suis multum gloriatur de sua cõtra Pythonem actione, hisce uerbis: Tunc ego Pythonem audacia se efferentem, & flumine quodam uerborum in nos irruentem non subterfugi. His peractis, cum Philippus Bœotiorum auxilijs se destitutũ uideret, nihilo secius cum utroq; hoste prælio decernere statuit. Itaq; expectatis q̃ponè sequebãtur copijs, in Bœotiam contendit, cum peditatu millium plus triginta, equitũ haud minus duobus millibus. Erant copiæ utrinq; certaminis cõmittendi auidissimæ, nec sensu, alacritate animi, aut uirtute alteri alteris cedebant. Sed militum numero & rei

3627.

Philippus Athenienſibus bellum infert.

Conſternatio tum populi, tũ Rhetorum.

Demoſthenis conſilium, de petenda συμμαχίᾳ Thebanorum.

Athenienſes cum Thebanis ſocietatem coeunt aduerſus Philippum.

Pytho oppoſitus Demoſthẽni.

rei militaris scientia rex multum prævalebat, quippe qui multis variisq; rebus belli gestis, inq; his fermè omnibus semper victor, maximã eorum quæ in bello administrando usui esse solent, experientiã haberet. Athenienſium rursus qui optimi existimabantur duces, mortem nũc obierant: Iphicrates, Chabrias, & Timotheus: & eorum qui supererãt princeps Chares, uel consilio dando, uel negocijs obeundis in officio imperatoris nihilo uulgari aut plebeio cuipiam uiro præstabat. Ad primum autẽ lucis ortum acies instrui cœperũt, rexq; Alexãdrum filium ætate iam puberem, uirtutis & promptitudinis in rebus agendis manifestissimæ, alteri cornui præfecit, adiunctis ei ducibus, quos optimos in exercitu habebat. Ipse autem electos milites secum habens, partẽ alteriã exercitus regendam accepit: omnibus quæ ubiq; disponenda essent, cõmodissimè pro temporis ratione à se præparatis. Athenienses ex aduerso acies secundùm gentium diuersitatem partiti, Bœotis partem unam attribuerunt, reliquæ administrationẽ sibi retinuerunt. Itaq; illis manus ad multum tẽporis acerrimè conferentibus, & plurimis utrinq; cadentibus, aliquãdiu pugna in ancipitem uictoriæ spem habuit, donec Alexander summo ardens studio specimen aliquod uirtutis suę patri edendi, eo desiderio præter modum eum urgente, cum etiam fortissimos bellatores propè adiuuantes haberet, primus facto impetu, hostium aciem perrupit: multisq; interfectis, quicunq; ei erant obuij, eos grauissimè premebat. Idem ijs qui cum eo erant facientibus, omnes hostium ordines ibi turbati sunt. Iam uerò ingenti cadauerum strue facta, prima Alexandri acies urgendo, hostes pedem coẽgit referre. Rex itidem ipse ante omnes periculis se offerens, filio uictoriæ partæ titulũ nequaquã cõcessurus, initio impressione facta, hostem è loco deturbauit: tandemq; eodem in fugam compulso, uictoriam authorem se fuisse ostendit. In eo prælio Athenienses plures 1000. cęsi, & 2000. capta sunt. Bœotorum pariter multi interẽpti, nec pauciores in captiuitatem uenerunt. Philippus certamine finito trophęũ excitauit: defunctorum corpora sepulturæ mandauit: dijs in uictoriæ cõcessæ gratiã sacrificia fieri curauit: eos qui strenuè pugnauerant, pro cuiusq; merito honorauit. Traditũ est à quibusdã, Philippũ peracta liberali potatiõe, multo repletũ mero, cũ amicis salutatione iocosam ex uictoriæ gaudio iniuisse, atq; ita per mediam captiuorum turbã progressum cõtumelioſius uinctis illis calamitatẽ quẽ patiebantur exprobrasse: tuncq; oratorẽ Demadem, qui eo tẽpore in custodijs erat, sibi, quin loquendi audacia uteretur, non temperasse, uerbumq; ad regis petulantiã retundendã accõmodatissimũ protulisse. Id autem (ut aiunt) dixit: Cum ô rex fortuna Agamemnonis personam tibi appoſuerit, non pudore afficeris Thersitæ actiones referẽs? Ea hominis dicacitate pulsatus Philippus, adeò sese immutasse fertur, ut totum priorem animi habitum reliquerit, coronis abiectis alioq; salutationis ornatu, qui totus in uictos erat contumelioſus, cõtrito: uirum autem qui tam audacter secum loqui ueritus non fuerat, multum admiratus, à captiuitate liberauerit, honorificesq; tractauerit. Tandem gratia illa Attica per Demadem mitigatus Philippus, captiuos omnes citra redemptionem dimisit, prorsusq; inflatos illos ex uictoria spiritus deponens, legatos ad populũ Athenienſem misit, per quos cũ ea repub. societatem & amicitiam iniuit. Thebis etiam cũ præsidium imposuisset, eo deducto, pacem & genti illi concesit. Athenienſes uerò post tantam cladem acceptam, Lysiclem, qui in eo prælio dux fuerat, capite damnauerunt, deferente eum oratore Lycurgo, qui ea tempestate inter alios oratores maximæ erat æstimationis, & annos duodecim cum magna laude reipublicæ uectigalia administrauerat, totumq; uitæ cursum uirtutibus omnibus celebratum traduxerat, accusator acerbissimus in dicendo. Eius sanè orationum dignitatem & amaritudinem poterit aliquis conijcere ex illis, quę in Lysiclis accusatione dixit: Cum ô Lysicles in bello prętor fueris, & ciuium tuorum mille occubuerint, duo millia in captiuitatẽ uenerint, trophæum in huius urbis

Philippus Athenięſes prælio ſuperat.

Choreæ uictoris.

Demadis ſcõma in Philippum

Philippi moderatio, & reconciliatio cũ Athen. & Thebanis.

Lycurgus Orator.

huius urbis dedecus erectum, Græciæ uniuersæ seruitutis iugum impositum sit: hæcq; omnia te duce, te belli administratore cõtigerint, audes uiuere, & ioIis huius lumẽ tueri, atq; pudoris & probri patriæ tuæ monumentũ in forum prodire, ea autem tempestate res utiq; rara euenit. Quando enim ad Chærone am conflictũ est, eadem die & hora in Italia certamen aliud cõmissum inter Lucanos & Tarentinos: quo in prælio Archidamus Lacedæmoniorũ rex, pro Tarentinis pugnans, interemptus est. Circa id temporis Timothæus Heracleæ Ponti tyrannus mortem obijt, principatus sui anno decimoquarto. Successit ei filius Dionysius, qui ibi dominatus est annos duos & triginta.

Pugnæ diuersæ eodem die.

Regni Philippi annus XXIIII. *An. Mundi 3628.*

Iam uerò Athenis imperante Phrynicho, & Romæ consulibus T. Manlio Torquato, & P. Decio: Philippus ex uictoria Chæronensi cum spiritus maiores haberet, uideretq; clarissimas urbeis à se consternatas esse, laborabat toto animo, ut totius Græciæ dux deligeretur. Eiusmodiq; sermones passim iactabat, se uelle bellum pro Græcia contra Persas suscipere, quorũ impia facinora in res sacras ulcisci statueret. Per quæ beneuolos maximè Græcos sibi reddebat, humanè super id ac liberaliter eos omnes publicè ac priuatim tractans. Tandem ciuitatibus Græciæ denunciauit, aliqua se cupere de communi omnium cõmodo consultare. Itaq; Corinthi cõuentus habitus est, in quo multũ de bello contra Persas loquutus, spemq; bonam eius rei faciens, animos eorũ qui conuenerant, ad negocium comprobandum induxit. Nouissimeq; à Græcis omnibus dux & potestatis summæ imperator appellatus, apparatum magnũ inire cœpit copiarum, quæ contra Persas ducendæ essent. Imperato igitur ciuitati cuiq; militum numero, quem dare deberet ad bellum Persicum, in Macedoniam reuersus est. Et ea quidem à Philippo curabantur.

Philippus à Græcis dux eligitur aduersus Persas.

In Sicilia autem Corinthius Timoleon, cuius res omnes Syracusanorum & Siculorum benè disposuisset, diem suum obijt anno octauo imperij. Eum Syracusani ob egregias uirtutes & ingentia beneficia maximè diligentes, cũ summo honore sepeliuerunt. Cũq; iam cadauer efferri inciperet, coacta ibi magna hominum multitudine, promulgatum est Syracusani populi decretũ, quo singulis annis in omne tempus Timoleontis memoriam musico, equestri, & gymnico certamine honorari iubebat. Tunc aũt minarum ducentarum summã funus constituit, quòd barbaros in Sicilia debellasset, maximas Græcas urbes habitantium frequentia repleuisset, libertatemq; Siculis reddidisset.

Timoleontis obitus.

Per ea tempora mortuus est rex Ariobarzanes, qui annos uiginti sex regnauerat. In regnum successit Mithridates, quod annos quinq; & triginta tenuit. Et Romani, inito cum Latinis & Cãpanis prælio ad urbem Suessam, uictores fuerunt. Victis partẽ agri ademerũt. Manlius, qui ei pugnæ consul præfuerat triumphauit.

Regni Philippi annus XXV. *An. Mundi 3629.*

Sequenti anno, quo Pythodorus Athenis princeps, & Romæ Q. Publius & Tib. Aemylius Mamercus consules fuerunt, Olympias undecima supra centesimã acta est, fuitq; uictor in stadio Cleomantis Clitorius. Tũc Philippus assumpto Græcorum imperio, uti bellum contra Persas iniret, Attalum & Parmenionem cum parte copiarum in Asiam præmisit: demãdata eis Græcarum urbium liberatione. Ipse autem cupiens secundum deorum assensum, tãto bello manum imponere, Pythiam, num Persarum regem sibi uincere daretur, consoluit. Ea huiusmodi oraculum reddidit:

Proœmia belli Persici.

ἕστεπται μόσταυρος, ἕτοιμα ἱλός, σὶ δ' ὀύσων.

Ecce coronatum est qui taurum mactet ad aras.

Anceps hoc dictum Philippus in rem suam interpretatus est, ueluti ab oraculo prædiceretur, Persam uictimæ instar mactatũ iri. Sed res secus habebat contrariumq; significabatur: Philippum scilicet in hominum conuentu, inter ipsa deorum

Pythiæ oraculum de morte Philippi.

Philippus à se ipso disceptus

deorum sacrificia, uti coronatum taurum interfici debere. Lætus proinde agebat Philippus, deos sibi auxiliares, ad Asiam in seruitutem Macedoniæ trahendam, fore existimans. Subito igitur ampla sacrificia in deorum honorem peregit, & Cleopatræ ex Olympiade uxore filiæ, Alexandro Epirotarũ regi Olympiadis fratri desponsatæ, nuptias celebrare instituit. Vtq; plures ex tota Græcia ad genitale conuiuiũ conuenirent, magnificentissima certamina musica & cõuiuia ad amicos & hospites accipiendos, lautissima facere statuit. Inuitauit ad hæc ex omnibus Græciæ locis hospites suos, admonuitq; amicos qui apud se erant, uti pariter & ipsi accirent, quos iure hospitij notos haberent quamplurimos. Maximè enim studebat, humanitatem suam Græcis testatam esse, atq; ex beneficio traditi imperij benigna saltem oratione gratias eis rependere. Ex omnibus igitur locis ingenti hominum turba cõfluente, cum Aegis Macedoniæ urbe nuptiæ & certamina celebrarentur, non tantum singuli clariores uiri coronis aureis Philippum honorarunt, sed & insignium ciuitatum complures idem fecerunt. In queis fuit & ipsorum Athenienſium. Eam coronã cum præco publicè uerbis commendaret, inter alia dixit: Si quispiã Philippi uitæ insidiatus, Athenas se receperit, eum statim ad pœnam deditum iri. Per famã eam ultrò diuina prouidentia erumpentem, uisus est Deus imminens tunc Philippo periculũ significare. Accesserunt & aliæ, ueluti diuinitùs editæ uoces, obitũ Philippo denunciantes. In regio siquidem conuiuio cùm Neoptolemus resonanti uoce, & magni nominis tragœdus, Philippo ei iniungẽte, poëma quoddam recitaret, quod ad expeditionem contra Persas accommodari uideretur, existimans huiusmodi rei aptũ se inuenisse, ut Philippi susceptum negociũ laudaret, & Persarũ regis fortunas maximas eleuaret: quæ licet magnæ & celebres essent: nihilominus in pessum ruere casu aliquo posset, tale exorsus est carmẽ.

Omen.

Vos qui ætheris summum, patentes latius
Agros, domorum & celsa culmina nimio
Inauditis studio, temerè uitæ datum
Cursum tenentes, nunc sapere par est. Iter
Hic ecce nunc apprendit ignotum sibi.
Spes nanq; longas amputans, luctu grauis,
Extrema de improuiso adest mortis dies.

Addidit & alia, quæ ad eandẽ sententiã omnia tendebãt. Verũ Philippus multum inde oblectatus, in audiendis his quæ recitabant̃ totus erat, omnẽ suã cogitationẽ ad interitũ Persarũ regis cõuersam habens. Recordabatur simul oraculi à Pythia redditi, quod ab his q̃ canebant̃, haud uidebant̃ dissentire. Tandẽ finito conuiuio, & in sequentẽ diẽ certaminis initio dilato, turba maxima durãte adhuc nocte, in theatrũ cõuenit. Sed prima luce pompa duci cœpta est, in qua super maximum alium apparatum, 12. deorũ simulachra inuecta sunt artificio & ingentib. ædificijs mirificè exornata. Cum his & tertiumdecimũ ipsius Philippi signũ diuino habitu gestatũ est. Qua in re dignitate parẽ 12. deis rex ostendere se uoluit. Pleno igitur theatro ipse candidatus prodijt, spiculatoribus suis, ut seiunctim & longè à se uenirent, monitis. Per hoc enim omnibus significabat, Græcorum cõmuni beneuolentia sibi munito, haud esse opus corporis defensoribus. Tanto eminentem fastigio, ab omnibusq; & laudatũ & beatissimum iudicatum præter omnium opinionem, nullis prius apparentib. inditijs, insidiarum conatus, simulq; ipsa mors oppressit: cuius rei narratio utiapertius cognoscatur, altius paulò insidiarum eiusmodi causam explicabimus.

Philippi mors

Pausanias erat quispiam, genere Macedo, eius gentis quæ Orestis nuncupatur: allectus inter eos, quibus regij corporis tuendi officium incumbit, Philippo ob formę elegantiam charus ualde. Hic cum alterum Pausaniã sibi cognominem à rege amari animaduerteret, probrosis conuicijs eum grauiter infectatus est, ancipitis sexus hominẽ appellans, quòd amantium libidini sese exponeret.

neret. Is contumelioſa maledicta iniquiſsimo animo ferens, rem pro tempore ſilentio continuit. Attalo autem uni ex amicis, quid deinceps fieri deberet, cũ indicaſſet, ultrò & miro modo uita ſe abdicauit. Poſt paucos enim dies Philippo prælium contra Peluriam Illyrici regem ineunte, hic ante ſuum regem conſiſtens, quæcunq; in eum tela mitterentur, ſuo corpore excipiens, mortem ita obijt. Qua re diuulgata, Attalus inter aulicos & potentiores uiros multũ pollens apud regem, inuitauit Pauſaniam ad conuiuium. Ibi mero multo eum oneratum, mulionibus, qui per contumeliam corpus temulentum ſtuprarent, tradidit. Illic cum ex ebrietate conualuiſſet, ægerrimè illatam iniuriam ferens, Attalum apud Philippum detulit: qui multum quidem ex rei turpitudine eſt motus, ſed Attalo ob magnam familiaritatem, & quod eius opera tunc uteretur, ut noceret, induci non potuit. Erat etiam Attalus ob Cleopatram proximè à rege in matrimonium acceptam, arctiſsima ei iũctus cognatione: copiarumq; in Aſiam præmiſſarum dux fuerat delectus in rebus bellicis egregiæ fortitudinis. Idcirco rex potius, uti Pauſaniæ animum iuſtiſsimo dolore incenſum mulceret, intendit: datisq; ei magnis muneribus, loco inſuper honeſtiori inter corporis ſui defenſores honorauit. Sed ille implacabili ardens ira, decreuit nõ tantum de eo qui ſibi iniuriam feciſſet, ſed & qui ulciſci noluiſſet, pœnam ſumere. Confirmauit maximè hãc eius deliberationem Hermocrates Sophiſta, quem cum Pauſanias frequentaret, ſemel in diatriba percunctatus eſt, quanam uia aliquis clariſsimi nominis poſſet euadere? Reſpõdit ſophiſta: Si uirum, qui res maximas geſſerit, interficiat: dum enim illius mentio habeatur, eius etiam à quo interfectus ſit, meminiſſe oportere. Sermonẽ eiuſmodi Pauſanias iræ quã coquebat, adduxit in ſubſidium. Neq; ſententiæ acceptæ dilationem aliquam interponens, in ipſis certaminibus uim Philippo inferre tali modo inſtituit. Parauit equos ad portas urbis, dein ad theatri aditum ſe recepit cum Gallico gladio, quem occultum tenebat. Ibi Philippum amicos, qui ponè ſequebantur, inuitantem, ut in theatrum progrederentur, ſpiculatoribus procul amotis, cum ſolum relictum uideret, ad eum cucurrit, perq; latera uulnere adacto, mortuum eum proſtrauit, ad portasq;, ubi fugæ equi parati erant, properè contendit. Statim uerò qui pro rege ſoliti erant excubare, partim ad regium corpus feſtinarunt, partim ſe ad regis percuſſorem inſequendum effuderunt. Sed Pauſanias prægreſſus equo inſidens, facilè inſequentes euaſiſſet, niſi intercurrendum uite quadam hærente ad calceum, retentus decidiſſet. Ibi eum conantem de terra ſurgere, qui erant cum Perdicca, inuadentes confoderunt. Philippus itaq; regum omnium, qui ſuo tempore in Europa fuerũt, maximus, quiq; imperij ſui amplitudine duodecim dijs parem ſe annumerare auſus eſt, talem uitæ exitum habuit, cum annos quatuor ſupra 20. regnaſſet. Cognitum planè eſt, regem hunc tenuibus fauentis fortunæ adiumentis in principatu cõparando uſum, ampliſsimum illum etiam inter Græcos ſtabilijſſe, atq; in eo augendo nõ tam armis & fortitudine, quàm ſermone comi, & benignitate in excipiendo ſumma profeciſſe. Fama etiam eſt, Philippum ipſum de prudentia & aſtu imperatorio, neq; minus de ſucceſſu, quem in conciliandis hominibus habuiſſet, magis ultrò, quàm de copiarum & auxiliorum uiribus gloriari ſolitum: quòd rerum benè in prælijs geſtarum laus ſibi cum his qui ſecum militaſſent, communis eſſet: ſed eorum quæ orationis comitate rectè tranſegit, titulũ ſibi uni retineret. Nos autem cum ad Philippi obitum uenerimus, librum hũc, uelut in principio indicauimus, eius rebus propriũ abſcribi uolumus. Sequentis uerò initium ab Alexandri ſucceſsione in paternum regnum facturi, omnes eius geſtas res libro uno complecti conabimur.

Sophiſtæ ſceleſtum reſponſum.

Diodori

DIODORI SICVLI
BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ
LIBER DECIMVS SEPTIMVS, QVI
est de rebus gestis Alexandri Magni
eodem interprete.

SVperiori libro, qui totius nostri operis sextus decimus est, principiū ab inita Philippi Amyntæ filij regni administratione fecimus, cōprehendimusq; in eo ipsius Philippi ad obitum usque, pariter & regnum, ciuitatum, gentiumq; aliarum res gestas, quotquot 24. annis, quibus ille regnauit, contigerunt. In hoc uerò materiam continentem tractaturi, ab Alexandri regno incipiemus, quæ ab eo principe, quoad uixit, gesta sint: simulq; eadē tempestate quæ in alijs orbis terræ celebrioribus locis sint facta, colligentes. Ita enim præcipuè arbitramur res memoria facilè retineri, quando per sua ueluti capita dispositæ finem principio adnexum habent. Confecit autē hic rex magna breui temporis spacio, suaq; uirtute & prudentia reges omnes, quorum per cūcta secula mentio habebatur, operum suorum magnitudini impares esse demonstrauit: quandoquidem intra annum duodecimum non paruam Europæ partem, Asiam uerò fermè totam consequutus, celeberrimum nomen suum reddidit, ut ueteribus illis, qui heroes aut semidei nominati sunt, se prorsus exæquauerit. Verùm nobis haud est opus in præfatione quippiā eorum, quæ à rege laudabiliter facta sunt præripere, cùm ea suis locis sigillatim patefacta, amplissimam principis gloriam planè sint indicatura. Alexander sanè paterno genere Herculem, materno Aeacidas contingebat. Visusq; est & naturā & uirtutem maiorum suorum ueluti hæreditariam, sibiq; ingenitam retinere. Sed iam tempora rebus, quas scribendas sumimus, cohærentia proponentes, ad ipsam historiam explicandam conuertemur.

Regni Alexandri Annus I.

An. Mundi 3629. Cum Euenetus Athenis imperaret, Romæq; L. Furius & C. Manlius Consules essent, Alexander accepto patris defuncti regno, primò omniū qui eius mortis causa fuerant, grauibus pœnis afficit. Dein sepulturę eiusdem maximā impendit diligentiam. Principatum uerò multò melius quàm quispiam existimasset confirmauit. Iuuenis enim atq; ob ætatem adhuc teneram ab aliquibus contemptui habitus, uulgus ipsum humanissimis sermonibus in sui beneuolentiam pelliciebat, regis nomen dūtaxat immutatum dicens: cæterùm omnia haud deterius, ac sub parente solebant, ab se administratū iri. Legationes etiam benignè excipiens hortabatur Græcos, ut in amicitia quam cum Philippo patre habuerant, persisterent. Militibus armorum uim magnam distribuēs, & bellicis meditationibus eos exercens, cunctum exercitum sibi consequentē ualdè reddidit. Cumq; regno suo aduersum, & nouarum rerum cupidū Attalum Cleopatrę, quæ Philippo nupserat, fratrem cognosceret, eum de medio tollere statuit. Etenim Philippo paucis diebus anteq; decederet, natus erat ex Cleopatra filius. Ipse autem Attalus cum Parmenione copijs præfectus, in Asiā missus fuerat: ibiq; cum & beneficijs, & blando sermone militum fauorē captaret, magnam in toto exercitu sui charitatē effecerat. Proinde nō sine causa Alexander, ne is aliquid contra se moliretur, inita cum Græcis, quos sibi aduersos nouerat, societate, uerebat. Propterea ex amicorū numero Hecatæū delegit, quē in Asiā cū iusto exercitu misit: dato ei negocio, ut uiuum maximè si posset, ad se Attalum ducat: sin parū id procedat, quamprimū per insidias eum interficiat. Ille profectus in Asiam, Attali & Parmenionis exercitui suum iunxit, cœpitq; oppor-

Alexander patri iusta facit, & benuolos sibi reddit tū subditos, tum uicinos.

Alexāder Attalum occidere statuit.

opportunum tempus patrandæ rei institutæ obseruare. Alexander autem, cum resciuisset multas Græciæ ciuitates rebus nouis studere, sollicitudine magna erat implicatus. Athenienses enim, quum Demosthenes frequenter ad populum contra Macedones uerba habuisset, Philippi morte multum lætati, non amplius Græciæ imperium Macedonibus concedi uolebant. Præterhæc, missis ad Attalum legatis, societatem cum eo clàm iniuerant, aliasq; ciuitates ad libertatem uendicandam incitabant. Aetoli Acarnanum exules, qui sub Philippo solum uertere fuerant coacti in patriam reducere decreuerant. Ambracienses, authore Aristarcho, præsidium à Philippo sibi impositum eiecerunt, urbemq; ad gubernationem popularem traduxerunt. Pariter & Thebani regium præsidium Cadmea pellere, néue amplius Græcorum imperium penes Macedones esset, decreuerunt. Arcades, qui soli prius Philippo assentiri noluerant, nec Alexandrum imperatorem deligendum tunc censebant. Aliæ Peloponnesi gentes, uti Argiui, Elei, Lacedæmonij, alijq; quidam pro libertate retinenda consurrexerant. Barbaræ etiam nationes non paucæ ultra Macedoniã, cõmissa defectione, graues tumultus excitauerant. Sed licet negocium & trepidatio maxima regno Macedoniæ ex tantis motibus imminere uideretur, ipse tamen Alexander in iuuenili ætate, præter omnium opinionem, breui temporis spacio, eas omnes difficultates expediuit, illorumq; aliquos comi & blanda oratione demulctos, sibi conciliauit: quosdam terrore iniecto, ad officium reuocauit. Nonnullos per uim sibi parere cõpulit. Thessalos præ omnibus commemorata ueteri cognatione, quæ sibi cũ illis per Herculem esset, sermonibusq; humanissimis, uti magna à se sperarent, persuasos induxit, communi totius Thessaliæ decreto ipsum Græciæ ducem ut assumerent. Conterminas itidẽ eis gentes cum in partes suas traxisset, superatis Thermopylis ad illas transgressus, coactis Amphictyonibus, fecit ut cunctis eorum suffragijs Græciæ dux decerneretur. Cum Ambracienſibus per legatos humanissimè egit, data eis spe, propediem ultrò libertatem à se concessum iri. Sed ut eis qui contra se peruicaces essent, terroris aliquid incuteret, Macedonicum exercitum instructissimũ magnis itineribus in Bæotiam duxit: positisq; prope Cadmeam castris, Thebanos magna affecit trepidatione. Tunc Athenienses, audito regis transitu in Bœotiam, non amplius eum nihilfacere ausi sunt. Tanta enim in iuuene celeritas, atque in rebus agendis efficax diligentia eos qui ab eo dissidebant, perterrefecit. Igitur Athenienses de comportandis in urbem rebus, deq́ue mœnibus benè firmandis decretum fecerunt, simulq; legatos ad Alexandrum miserunt, deprecantes quòd in eo duce nominando tardiores fuissent. In ea legatione quum esset Demosthenes, ad Alexandrum cum cæteris legatis non peruenit, sed à Cythærone Athenas reuersus est: siue correptus timore, quòd frequenter in sua repub. contra Macedones uerba fecisset: siue ut regi Persarum se omnis suspicionis immunem seruaret. Magnam enim pecuniam ab illo eum accepisse fama erat, uti Macedonum causam apud ciueis suos oppugnaret. Quod ab Aeschine exprobratum ei esse aiunt, quum in oratione quadam de muneribus acceptis ita dicat: In præsentia sanè regium aurum sumptus huic suppeditat: sed hoc deinceps haud sufficiet quum nullæ opes moribus improbis satis esse possint. Alexander autem benignè Atheniẽsibus legatis respondens, magno metu eam rempubl. liberauit: accersitisq; Corinthum & legationibus, & ijs qui essent concilij Amphictyonum, postquam conuenerunt, differens ibi oratione quæ æquissima uisa est, persuasit eis, ut decreto imperatorem Græciæ se esse iuberent: utq; expeditionem contra Persas, pro eorum ultione, quæ in Græcos cõmisissent, auxilijs iuuarent. Quo honore impetrato, cum suis copijs in Macedoniam rediit. Sed Græciæ rebus tractatis, ad ea quæ in Asia gerebantur transitũ faciemus. Ibi audita Philippi morte, Attalus nouis rebus animũ intendit, cõtraq; Alexandrum

Græcorum cõtra Alexandrum motus, quomodo sedati.

Alexander Græciæ dux eligitur.

Athenienses reuerti Alexandrum.

Demosthenes cur Alexandrũ non adierit.

Alexandrõ bellum Persicum demanda tum in comitijs Græcorũ.

fœdus cum Athenienſibus firmauit. Poſtmodum pœnitentia ductus, Demoſthenis epiſtolam ad ſe miſſam cum ſeruaſſet, Alexandro miſit, uerbiſq; blandis obiecta ſibi crimina diluere conatus eſt. Verùm cum regio iuſſu Hecatæus per inſidias cũ oppreſsiſſet, Aſiaticus Macedonũ exercitus nõ ulterius rebellare, cogitauit: quippe Attalo extincto, & Parmenione erga Alexandrũ bene affecto. Nos uerò de Perſarũ imperio mentionẽ habituros, ſuperiora hiſtoriæ tempora aliquantulũ repetere operæpreciũ uidet. Cum rex Philippus adhuc uiueret, Perſis Ochus imperabat: populis ſuis ob mores truces & ſanguinarios parum acceptus. Itaq; eum multis ex ſua aſperitate odioſum Bagoas militum mille præfectus, ſpado quidem, ſed tamen natura & ſceleſtus, & bellicis rebus tractandis idoneus p medicũ quendã, data potione medicata, interemit: filiumq; regis iuniorem, Arſem nomine, in regnũ intruſit: eius fratribus, qui omnes admodum pueri erant, ſublatis è medio, quò rex ſolus relictus ſibi obſequentior eſſet. Iam uerò adoleſcente rege animũ ad patrata ſcelera adijciente, cum palàm eſſet, de tot flagitiorũ authore pœnas eum ſumpturum eſſe, Bagoas inſidias ſibi intentatas eſſe in uulgus iaciens, Arſem, qui iam annum tertium regnabat, cum omni prole extinguit. Ita domo regia in ſolitudinem redacta, cum nullus eius gentis ſupereſſet, cui regnum per ſucceſsionem deberetur, delegit eunuchus unum ex amicis, cui Dario erat nomẽ, eumq; regem fieri curauit. Erat autem Darius Arſani, qui Ocho Perſarũ regi frater fuerat, filius. Sed Bagoæ caſus quiſpiã ſingularis, & memoratu dignus contigit. Cùm enim in conſuetudinem patricidia committendi ueniſſet, Darium etiã ueneno interimere aggreſſus erat. Verùm dolo cognito, rex comiter ad ſe Bagoã inuitat, poculumq; in ſe paratum ei porrigens, uti uenenũ ebiberet, coëgit. Exiſtimatus autẽ eſt Darius regiæ dignitati ſuſtinendæ idoneus eſſe, q Perſis omnibus uirtute præſtare crederetur propter huiuſmodi facinus. Cum Artaxerxes antea rex Perſarum contra Caduſios bellum ſuſcepiſſet, ibi quodam è numero hoſtium, cuius robur & animi conſtantia in ore omnium erat, inuitante ad certamen ſingulare Perſarum aliquem, cum nullus progredi auderet, ſolus Darius periculo ſe obtulit, aduerſariumq; uictum interfecit. Qua ex re munera ingentia à rege, & à Perſis omnibus exiſtimationem eam retulit, ut ei fortitudinis quædam prærogatiua tribueretur. Principatum itaq; quem ſtrenuè ſe gerendo meruiſſe uiſus eſt, per ea fermè tempora Darius accepit, quibus Philippo mortuo Alexander in Macedoniæ regnum ſucceſsit. Cumq; fortuna talem uirum Alexandri uirtutibus aduerſarium oppoſuiſſet, euenit, uti plura & aſpera certamina de laudibus principatu inter eos cõmitterent: quæ omnia, rebus ſuo ordine explicatis, innoteſcent. Interim ad narrationis ſeriem redibimus. Darius, cum ante Philippi obitum rex eſſet factus, cogitabat de bello in Macedoniã tranſferendo: ſed illius morte audita, omni cura liberatus eſt, quòd Alexandri adoleſcentiam non magni æſtimandã iudicaret. Verùm poſtquã magna in agendis rebus induſtria, neq; minor celeritas Alexandri effecit, uti à Græcis omnibus dux decerneretur: iamq; iuuenis Alexandri uirtus paſsim prædicabatur, Darius ex ijs quæ fieri uidebat, attentior factus, magnam diligentiam exercitui comparando cœpit adhibere. Triremes multas inſtruxit. Magnam militum multitudinẽ coëgit, ducesq; quos penes ſe optimos habebat, delegit, in queis fuit Rhodius Memno, uirtute & rei militaris ſcientia præſtantiſsimus. Huic rex millia quinque mercenariorum militum dedit, iniunxitq; ut ad Cyzicum oppugnandum contenderet, & an eo potiri poſſet, periclitaretur. Memno cum eo manu profectus eſt per Idam, quem montem nonnulli fabulantur ab Ida Meliſſei appellationem eam ſortitum eſſe. Eſt ſanè omnium, qui circa Helleſpontum ſunt montes, altiſsimus: habetq; ad ſui medium, ueluti deis accipiendis extructum antrum, ubi trium dearum iudicium ab Alexandro factum eſſe prædicant. In hoc tractu Dactyli Idæi, qui primi ferrum cudere cœperunt,

Ochi & filiorum eius interitus.

Darius ultimus Perſarũ rex.

Darij, de Alexandri apparatu, ſolicitudo, et ad bellũ προπαρασκευὴ.

Mons Ida.

cœperunt,eam artem à Deorũ matre edocti,nati esse credunt. Sed enim rarissimum,supraq; omnium opinionẽ est,quod monti huic usu uenit. Circa exortum canis in summo eius uertice aër tranquillissimus circũquaq; efficit,ne eà pars flatum aliquem uentorum sentiat. Ibi,nocte etiamnum durante,sol radios suos emittens conspicitur:non quidem ut circularis illius forma,sed potius ut fulgor latè in partes multas ab eo diffusus appareat, uelut si multus ignis terræ horizontẽ corripuerit. Pòst paulò totus ille splendor in unam magnitudinem coarctat, donec dimidiati stadij spacium conficiat:tuncq; die aduenìente, iam plena integraq; solis amplitudo diei lucem inducit. Superato igitur mõte hoc, Memno subitò Cyzicum urbem inuadit:parũq; abfuit, quin eam caperet. Ea spe deiectus, agris uastatis, ingenti præda potitus est. Interea Parmenio urbem Grynnium ui occupauit,captiuosq; multos fecit. Pitanam etiam oppugnare cœperat, sed Memnone superueniente, Macedones perterriti ab incepto destiterunt. Callias autem qui Macedonico & mercenario militi in Troade præerat,conseruit manus cum Persis,numero militũ se longè superioribus uictusq; in Rhœteum se retraxit. Dum hæc in Asia gererentur, Alexander sedatis motibus, qui in Græcia erant exorti, contendit in Thraciam. Ibi populos, qui tumultum fecerant,terrore iniecto compulit,uti in fide manerent. Progressus deinde in Pœoniã,Illyricum,locataq; ijs finitima, deuictis gẽtibus aliquot Barbaricis quæ rebellauerant, totum eum tractum sibi obsequentem reddidit. Hæc ei agenti superueniunt nuncij,multos in Græcia res nouas moliri, ciuitatesq; non paucas,& præ omnibus Thebanos ab eo defecisse. Qua re motus Alexander, in Macedoniam est reuersus, ut factũ in Græcia tumultum reprimeret. Thebanis autem conantibus præsidium Cadmea depellere,ipsamq; arcem obsidentibus,rex cum exercitu magnis itineribus profectus,non longè à Thebanis cum omnibus copijs consedit. Sed prius quàm id accideret, Thebani prælatis fossis,& munitissimo uallo Cadmeã cinxerant:ut nec auxilia, neq; commeatus intrò comportari possent. Miserantq; ad Arcades, Argiuos,& Eleos,qui auxilia ab eis peterent. Cumq; etiam Athenas ad idem petendũ quosdam legassent, à Demosthene magnam uim armorũ gratuitò acceperunt, quibus inermes milites instruxerunt. Eorum autem à quibus subsidia Thebani implorauerant. Peloponnesiaci copias aliquas ad Isthmum miserunt,quæ ibi regis aduentum,cuius expectatio erat,morarentur. Atheniẽses decretum quidem fecerant,suadente Demosthene, uti auxilia Thebanis darent: sed nullos adhuc miserant, expectantes quam in partem belli illius fortuna flecteretur. Philotas uerò prefectus præsidij, quod erat Cadmeæ,cernens magnum Thebanorum apparatum ad oppugnationem ineundam, mœnia diligentissimè communiuerat: telorumq; omne genus multitudinem magnam comparauerat. Verùm postquam Alexander præter opinionem ex Thracia cum toto exercitu aduenit, incertumq; erat an auxilia aduentura essent, ac hostium ualidissimæ uires palàm conspiciebantur, Thebani duces de belli ratione consultare cœperunt:omnibusq; est placidum,uti pro libertate retinenda decertaretur. Idq; ipsum uulgi turba comprobante,sese magna promptitudine ad belli discrimen subeundum expediebant. Sed rex suos continuit,quo illi moram pœnitendi talis consilij haberent:nullo pacto existimans ciuitatẽ unam contra tantas copias dimicare audere. Habebat enim Alexander peditum ultra millia triginta,equitesq; ad tria millia:omnes in bellicis laboribus exercitatissimos, quiq; sub Philippo patre stipendia fecerant, atque in nullis fermè prælijs uicti discesserant: quorum uirtuti & audaciæ confisus Alexander, expeditionem contra Persarum imperium susceperat. Saneq; si Thebani temporum fortunæ cedentes, legatos de pace Macedones misissent, libentissimè Alexander eorum postulatis annuisset, omniaq; rogatus cõcessisset:quòd mirificè studebat,Græciæ rebus compositis,intactum bellum in Persas transferre. Sed

Alexander ui cinos, tũ Barbaros, tũ Græcos, cõpescit.

Thebani Cadmeam oppugnant.

cum se à Thebanis contemptui haberi existimaret, urbem eam funditus euertere, ut qui defectionibus studerent, inde perterrerenter, statuit. Itaq; exercitu animi ad dimicandum paratissimi instructo, palàm claretq; admoneri fecit, ĩ quis Thebanorum ad se transire, & pacis omnibus Græcis datæ societatem ingredi uellet. Ibi Thebani, ut sese hosti exæquarẽt, è turri quadam alta inclamari fecerunt, uti qui cum magno rege & Thebanis Græciã in libertatem uendicare uellent, & Græciæ tyrannum extinguere, ad se transitionem facerent. Inde Alexander ingenti dolore correptus, in magnam prorupit indignationem: atq; pœnis grauissimis Thebanos afficere statuit. Itaq; ueluti elteratus animi, machinas, aliaq; quibus hostes offenderet, expediuit. Tanti huius discrimĩnis quod Thebanis imminebat, haud ignaræ ciuitates Græciæ, ægerrimẽ quidẽ illorum calamitatem ferebant: sed suppetias aliquas ferre non audebãt, temereq; & sine ullo consilio in manifestissimã cladem sese illos coniecisse iudicabant. Cumq; animo alacri & magno Thebani aduersa omnia sustinerent, cogebantur tamen nonnihil dubitare, ob rumores quosdam à uatibus diuulgatos, nec minus ob signa quædam diuinitùs facta. Ante omnia in Cereris tẽplo tela quædam aranearum tenuis adeò extendi uisa est, ut alij magnitudinem haberet, atq; in eius circuitu forma cœlestis arcus, haud absimilis ei qui in aëre solet conspici, appareret. De qua re oraculum Delphicum huiusmodi responsum eis reddidit.

Portenta Thebanam cladẽ antegressa.

Ostentum hoc superi cunctis mortalibus edunt,
Sed mage Bœotis, iuxtaq; colentibus urbes.

Ab eo uerò quod peculiare & patriũ habebãt oraculũ, uocẽ hanc audiuerunt:

Huic contexta malum portendit tela, bonum illi.

Signum hoc ante mensem tertium quàm Alexander Thebas perueniret, accidit. Sub ipsum uerò eius eduentum, statuæ quæ erant in foro, uisæ sunt sudorem guttis prægrandibus emittere. Præter hæc magistratibus renunciatum est, stagnum quod erat Onchesti, edidisse uocem mugitui cõsimilem, atq; in Dircæ horrendam quandam speciem cruentatam in summo aquæ supernatasse. Non defuerunt & alij ex Delphis, qui dicerent culmen ædis, quam Thebani construxissent, à Phocensibus uisum esse sanguine suffusum. Qui coniectantes ostentorum talium significationem exquirere solent, dicebant portendere telam illam, deorũ ab urbe migrationẽ. Cœlestis arcus speciem, molestiarum uarij generis perturbationem. Sudorem de statuis emissum, quòd extrema incõmoda passuri essent. Sanguinem uerò, qui in locis pleriscq; comparuisset, cædis multæ ad Thebanam urbem committendę indicium esse. Consulebant igitur, cum Dei apertissimè calamitatem urbi denunciarent, ne pugna bellum uellent decidere: tutius esse, num dictis conditionibus ab eo se explicare possent, quęrere. Verùm Thebani, nihilo magis animos demittebant, ex aduerso potius mente arrecta, reducebant sibi mutuò in memoriã Leuctricę pugnę euentum, aliarumq; uictoriarum, quas sua uirtute præter spem, non sine admiratione consequuti essent. Ita elatione quadam animosa potius quàm prudenti Thebani inflati, ad patriæ internecionem præcipitati sunt. Rex autem cum tribus continuis diebus quæ ad oppugnationem, quæq; ad aciem instruendam facerent, præparasset, in partes tres totum exercitum suum diuisit. Vnicq;, ut uallum ante urbis mœnia excitatum superare niteret: alteri, ut pugna Thebanos exciperet: tertiæ, ut laborantibus subueniret, atq; succedendo prælium renouaret, demandauit. Thebani equitatum omnem intra uallum collocarunt, seruos libertate donatos: quicq; peregrini aut exules urbem incolebant, in ualli propugnationem hostibus oppositerunt. Ipsi uerò cum Macedonico exercitu, qui penes regem erat, eoscq; multitudine longè superabat, uti manus conferrent, parati fuerunt. Pueri & fœminæ ad templa decurrerunt dijs supplicatum, ut patriam à discrimine impendenti tutarentur. Postquam igitur Macedones sua quisq;

Thebanorum fiducia.

quiſq; in acie progreſsi ſunt, dato tubis prælij ſigno, utrinque ſub idem tempus acriter cõcurſum, ac tela in hoſtes cõiecta ſunt, ocyusq; ijs emiſsis, omnes gladijs cominus rem gerere cœperunt. Ibi atrox inita eſt pugna. Macedones & hominũ numero, & ipſius phalangis impreſsione tantã uim inferebant, ut uix ſuſtineri poſſent. Thebani corporũ firmitate, & cõtinua exercitatione in gymnaſijs, atq; animi quadam altitudine præſtantes, difficultatibus omnibus tolerandis ſufficiebãt. Propterea multi ex utraq; parte ſaucia bantur nõ pauci cadebant, uulneribus omnes aduerſis: ſentiebaturq; ſimul gemitus, clamor, & adhortatio. In parte quidem Macedonũ, ne quæ prius ſtrenuè geſsiſſent, tunc aliqua turpitudine corrumperent. Apud Thebanos uerò, ne parẽtes & filios in captiuitatis periculo, patriamq; ipſam, cui prorſus diruendæ intenti eſſent Macedonum animi, deſtituerent: pugnęq; ad Leuctra & Mantineam cõmiſſæ, quorũ facinorũ fama ubiq; gentiũ celebratiſsima eſſet, recordarent. Ad multũ proinde tẽporis ob egregiã pugnantiũ uirtutem, cũ prælij fortuna anceps fuiſſet, Alexander uidens Thebanos libertatis ſtudio promptiſsimè decertare ſuosq; pugnando defeſſos eſſe, imperauit ijs quos in ſubſidijs locauerat, uti laborantibus ſuccedentes pugnam exciperent. Qui repentè in Thebanos afflictos irruentes, grauiter eos, multis interfectis, perturbarunt. Neq; idcirco Thebani uictoria ceſſerunt: imò tunc uincendi ſtudio magis arrecti, omnia aduerſa parui æſtimabant. Adeoq; ſtrenuè decertando euecti ſunt, ut iactarent Macedones iam fateri, ſe Thebanis uirtute inferiores eſſe. Sanè cum alij omnes ſoleant hoſtium ſubſidijs prælium ineuntibus, utpote quibus uires integræ ſint, perterreri: hi ſoli audentiores ad pericula omnia facti ſunt, ex quo recentes hoſtium copiæ in laborantium locum ſubiuerunt. Ita cum nullo pacto illorum animi ardor uinci poſſe uideretur, Alexander audiens anguſtam quandam portam, amota ſtatione, parum diligẽter cuſtodiri, Perdiccam, datis militibus qui rei ſufficerent, miſit ad eam occupandam, & in urbem irruendum. Eo negocio ſtrenuè peracto, Macedones per eam portã intra mœnia penetrarunt. Tunc Thebani, qui primam hoſtium aciem debilitauerant, ſecundæq; fortiter reſiſtebant, cum eſſet in bona ſpe uictoriæ conſequendæ, ſentientes partem urbis captam eſſe, non ulterius expectauerunt, quin ſe intra murũ reciperent. Quod cum fieret, equites exemplo peditum in urbem concurrere cœperunt: inq; eo tumultu ſuorum multos obtritos interficiebant, ac ipſi per eam trepidationem commixti in uiarũ anguſtijs aut in foſſas incidentes, ſuis armis conficiebantur. Ad hoc qui in præſidio Cadmeæ arcis erant, egreſsi, magnam Thebanorum, quos perturbatos ſunt adorti, cædem faciebant. Capta eo modo urbe Thebis multa & uaria crudelitatis genera commiſſa ſunt. Macedones enim concitati ualdè & inſolenti illa Thebanorum per præconem admonitione, aſperius etiã quàm hoſtem deceret, in eos ſæuiebant: grauiterq; miſeris inſultantes, nulli qui occurreret, parcebant, quin ſtatim eum obtruncarent. Neq; Thebani idcirco tuendæ libertatis animum remittebant, adeò ut nullam ſeruandæ uitæ curam haberent, ſed ultrò in aduenientes hoſtes incurrerunt, atq; illata ab eis uulnera alacriter exciperent. In ea namque urbis captiuitate Thebanus nullus repertus eſt, qui Macedoni alicui, quo uitæ ſuæ parceretur, ſupplicaret: aut qui uictoris genua humiliter amplecteretur. Sed nullis uerbis calamitatem ſuam apud hoſtes miſerati, nec exiguum temporis momentum ad prolatãdum ſupplicij crudelitatem captauerunt. Nihil autem in tota urbe immune fuit direptionis. Pueri, uirgines cum eiulatu magno, parentum nomina inclamantes, paſsim trahebantur. Familiæ cum tota ſtirpe, in uniuerſumq; urbs omnis in captiuitatem rapiebatur. Eorum uerò qui ſpiritum adhuc poſt multam aliorum cædem retinebant, partim ſaucio corpore, quum anima deſtitui incipe-rent, hoſtem aliquem complexi, non ſine ſolatio interempti ſecum inimici motiebantur. Partim lanceæ trunco inuiſi, in obuium quenq; hoſtium impetum

Alexander Thebas oppugnat.

Thebæ ab Alexandro capiuntur.

faciebant, nouissimaq; illa contentione, quàm sibi salute libertas potior esset, ostendebant. Maxima igitur hominũ nece patrata, omnisq; urbis loco cadaueribus repleto, haud ullus uidebatur fore, qui ad tam dirum & calamitosum spectaculum miseratione nõ commoueretur. Tamen Græci homines, Thespienses, Plateenses, Orchomenij, alijq; nõnulli Thebanis inimici, sub rege merentes, postquàm in urbem irruerũt, priuatas simultates in illorum aduersa fortuna exercuerunt. Itaque immanitatis & iniuriarũ genus nullum omissum est: Græci Græcorum manibus, citra ullam misericordiam mactabantur. Quicq; cognatæ gentis necessitudine iũcti erant, comparis sermonis usu nihil animos emolliente, cædibus mutuis conficiebantur. Tandem noctis initio facto, domus omnes penitus direptæ. Fœminæ, pueri & senes, qui ad templa confugerant, cũ omnis ignominiæ dedecore adducti sunt. Cæsorũ Thebanorũ numerus fuit supra sex millia, capti plures triginta millibus, pecuniarũ uis immensa passim distracta. Rex autem Macedones, qui plures quingentis occubuerant, sepeliri curauit. Græcorumq; habito cõcilio, eis commisit, quo modo in captã urbem uindicandum esset, uti decernerent. Ibi quum res tractari cœpisset, quidam Thebanis infensi, extremo supplicio eos puniendos esse cẽsuerunt, quos contra Græciam cum Barbaris fœdus iniuisse demonstrabant. Xerxis enim temporibus, auxilia Persis in Græciæ perniciem dedisse, solosqûe Græcorum omnium, tanquam opitulatores, apud Persarũ reges fuisse honoratos, ut Thebanorum legatis, ante reges sedendi locus daretur. Multa alia huiumodi narrantes illi, cæterorum animos in Thebanorum odium inflammarunt. Factum tandem est decretum de urbe euertenda, captiuis uenundandis, decq; ijs qui aliquò aufugissent, uti ex omnib. Græciæ locis ad pœnam retrahi possent. Sententiam hanc consilij rex sequutus, urbe diruta magnum timorẽ iniecit ijs qui à se defecissent. Venditis autem captiuis, quadringentorum quadraginta talentorũ argenti summã coëgit. His peractis, Athenas misit, qui decem oratores, inter quos clarissimi erant Demosthenes & Lycurgus, contra se ad populum cõcionatos dedi peterent. Conuocato igitur populo, cũ legati introducti postulata regis exposuissent, eis auditis, sollicitudine & dubitatione animi magna omnes correpti sunt. Cupiebãt reip. suæ dignitatẽ tueri: rursus Thebanorũ cladem pertimescebant, ne malũ aliquod sibi accerserent, aduersis uicinorũ rebus facti prudentiores, uerebantur. Quũ uerò multi in cõcione uerba habuissent, exurgens Phocion, q Demosthenis factionẽ agẽdo optimè sciebat retundere, dixit eos q peterent, imitari debere Hyacinthidas & Lei filias, ultro scilicet mortẽ subeũdo, ne eorũ causa detrimenti aliqd patria sustineret. Atq; timiditatẽ & ignauiã multũ eis exprobrauit, qui pro ciuitatis salute mori detrectarent. Hũc ita agentẽ, populus ijs q in contrariũ dicebãt assentiens, facto tumultu è cõcione expulit. Quũq; Demosthenes meditatã orationẽ habuisset, taliũ uirorũ miseratione populus motus eos se incolumes seruare uelle planè ostẽdebat. Tandem Demades quinq; talẽtis argenti, q̃ ab amicis Demosthenis muneri acceperit, corruptus, suadere cœpit, uti periclitantes illi seruarẽtur: recitauitq; decretũ ingeniosissimè à se cõscriptũ, in quo oratorũ excusatio cõprehẽdebatur, simulq; populi promissio recipiẽtis se in illos secundũ leges animaduersurũ, si aliquod mererentur supplicij. Populo id Demadis inuentũ placuit, statimq; decretum cõfirmarunt: atq; ipsum Demadem, & alios nõnullos ad regẽ legatos miserũt, iniũgentes etiã ut precibus cũ eo agerẽt, ne Thebanos exules sibi recipere nõ liceret. Demades profectus eloquẽtiæ suæ uiribus omnia perfecit, uti Alexander culpam ijs, qui in se deliquerant, condonaret, atq; populo Athenienſi alia omnia concederet. Post hęc rex in Macedoniã cum exercitu reuersus, duces & amicos suos præcipuos in consiliũ uocauit, de transitu in Asiam uti consulerent, quib. copijs id fieri, & qua ratione bellum iniri oporteret. Censebant multi, Parmenione & Antipatro authoribus, debere prius Alexandrũ liberis operam

Græci quidã declarant, Τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐν τοῖς τῶν ἠτυχηκότων ἀπλήμασιν.

Thebas euertit Alexãder.

Alexander ab Athenienſibus poſtulat ut ſibi dedantur oratores.

Δημοχάρης.

Demades ad Alexandrum miſſus quid impetrarit.

ram dare, postea tantã expeditionẽ aggredi eũ posse. Sed ipse, qui rebus gerendis intentus erat, cuiq; cessatio omnis displicebat, sententiam eam ualdè respuit se ab ipsa Græcia electũ bello gerendo ducẽ, & q paternas copias firmissimas haberet, nuptijs celebrandis uacare, donecq; filij nascerẽtur desidere, turpe esse demonstrans. Quumq; illos docuisset, quid sibi expedire uideretur, atq; rationibus multis ad bellũ animasset, magnifica Deis sacrificia, in Dio Macedoniæ urbe, louiq; & musis scenica fecit certamina, quæ ab Archelao superiorũ temporum rege instituta fuerãt. Durauitq; ea celebritas in diem nonum, cũ musis singulis diem unum dedicasset. Scenam uerò tam amplam struxit, ut centum lectos caperet, ubi amicos, & qui ordines in exercitu ducebãt, legatosq; ciuitatum cõuiuio accepit. Splendidissimi apparatus conuiuio ei cũ multi interfuissent, militibus etiam omnibus sacrificiorum & conuiuij partes distributæ sunt.

Regni Alexandri annus. II.

Anno Mundi 3630.

Athenis aũt imperante Ctesicleo, & Romæ consulibus C. Sulpitio, & L. Papirio, Alexander cum exercitu ad Hellespontũ profectus, ibi copias ex Europa in Asiam trajicere instituit. Nauibusq; sexaginta discedens Troadem uersus, primus Macedonum omnium è naui hastã iaculatus, littori Asiæ eam infixit, ac statim exiliuit de naui, uisus quodammodo ope Deorum captiuã terrã occupare. Hinc sepulchra heroum, Achillis, Aiacis, aliorumq;, inferijs cæterisq; honoribus ueneratus, copias quæ cum ipso transmiserant, diligenter recognouit, inuenitq; peditum Macedonum millia duodecim: auxiliariorũ septem millia: mercenariorum quinq; millia. His omnibus præerat Parmenio. Odrysij, Triballi, Illyrij, ad quinq; millia sagittarij, & qui Agrianes uocantur mille, eum etiam sequuti fuerant, ut omnes triginta millia numero essent. Equites uerò Macedones mille & octingenti, quos Callias Harpali F. ducebat. Græci oẽs octingenti quib. præerat Erigyus. Thessali Thraces antecursores, & Pannones mille & nõgenti duce Cassandro, reperti sunt. Equitatui omnes numerus factus est quatuor millium & quingentorum. Cum his copijs Alexander in Asiam trãsiuit. In Europa sub Antipatro reliquerat peditum millia duodecim, equites ad duo millia & quingentos. Mouens autẽ castra rex à Troade, peruenit ad Mineruæ templum. Ibi sacerdos Alexander nomine, cum ante ædem Ariobarzanis, qui Phrygię præses fuerat, statuã humi prostratam aliaq; non parui momenti ostenta uidisset, accessit ad regẽ, eumq; in magno equestri certamine uictorem fore confirmauit: præcipuè, si circa Phrygiã manus conseereret. Adiunxit etiam, manibus suis insignem hostium ducẽ eum interempturum esse: ea uerò omnia sibi à Deis ipsis, & maximè à Minerua significari, quæ ei auxilio ad res feliciter agendas futura esset. Sacerdotis huius prædictionẽ læto animo accepit Alexander, ac statim Mineruam amplissimo sacrificio honorauit, scutumq; suum ei dicauit, & ex templo alterũ, quod sibi firmissimũ uisum est, detraxit. Quo armatus, pugnam primam iniuit: ubi sua connisus uirtute, celebrem uictoriã reportauit. Sed hæc paucis diebus pòst gesta sunt. Interea præfecti, & duces Persarum, cum tardi fuissent ad prohibendum Macedonũ transitum in Asiam, conuenerunt gratia consultandi, qua ratione bellum cõtra Alexandrum gerendum esset. In ijs Memnò Rhodius, qui militari prudentia ualde æstimabatur, censuit rem initiò in discrimen deduci nõ oportere, sed agros uastando, necessariorum inopia debere hostem prohiberi, ne ulterius progrederetur: simulq; in Macedoniam naualeis & pedestreis copias traduci, ut bellum totum in Europam transferretur. Optimè prorsus uir ille consulebat, ut ex rerum euentu postea cognitũ est. Sed duces cæteri haud quaq; assentiri uoluerunt, tanquam diceret quæ ingenteis Persarum animos parum decerent. Quum itaq; sententia ea quæ dimicationem suadebat, superior fuisset, copias undiq; accersiuerunt, quæ numero hominum Macedonicis longè erant maiores. Cum his in Phrygiam ad Hellespontum progressi, prope Granicum castra

Alexander Troadẽ uenit

Alexándri cõpiæ.

Sacrificulus Mineruæ uictoriam Alexandrò pronunciat.

Persarum cunctatio, & deliberationes de Bello.

posuerunt,ripasq; fluminis bene muniuerunt. Alexander de hostium profectione certior factus,magnis itineribus obuiam uadens, ex aduerso illorum castrametatus est,ut tantum Granici aqua inter bina castra laberetur. Tunc Barbari ad montis latus retracti,expectabant,ut hostes in transitu fluminis adorirentur,quòd ita,dissipata eorum phalange, uictoria se facilè potiri posse sperarent. Sed Alexander audacia usus,ad primum lucis ortum antequam hostis se opponeret,copias traiecit,aciesq; ad conflictū ordinauit. Contra eas Barbari magna equitum multitudine obiecta,primùm certamen absq; peditatu inire proposuerunt.Sinistram itaq; exercitus partem Rhodius Memno, & Arsamenes præfectus,cum suo equitatu tenebant. Post eos Arsites,cui erant Paphlagones equites:dein Spithrobates Ioniæ præses, cum Hyrcanis equitibus, positi erant.In cornu dextro erant Medi mille, & duo equitum millia sub Arrheomythre,totidemq; Bactriani.Mediam aciem habebant gentium aliarum equites:numero quidem multi,sed quorum uirtus explorata esset, ad decem millia. Peditatus uerò Persarū nihilo erat minor centum millibus hominum. Hi omnes post acies substiterunt, quòd equites crederent̄ sufficere,ad Macedonum uires labefactandas. Concursu igitur equitum utrinq; facto,cum summa alacritate, Thessali equites,qui Parmenione duce in sinistro erant cornu,hostium impetum firmiter sustinuerunt.Alexander autem,qui in altero cornu delectos equites secum habebat,primus in Persas irruit:conflictisq; acriter manibus,cædem hostium magnam faciebat.Barbari pariter strenuè pugnantes,arrigebant animos,quo Macedonum uirtuti resisterent Ibi in locum unum,fortuna bello optimos ad contentionem pro uictoria obtinenda, deducere uisa est.Spithrobates enim præfectus Ioniæ,genere Persa, quem Darius generum sibi fecerat, egregiæ fortitudinis cum magna equitum manu in ipsos Macedones inuasit. Quumq; secum bellatores quadraginta uirtutis spectatæ,sanguine omnes sibi iunctos haberet, aduersos hostes uehementia sua grauiter urgebat, aliquibus interfectis,& multis uulneratis. Atq; eo in loco tantam eius uim nullus uidebatur posse sustinere. Tunc Alexander conuerso equo in Barbarum cōtendit. Persa existimans,ueluti diuino munere sibi concessum, ut cum Alexandro singulari certamine congrederetur,quo Asiam omnem à grauissimo terrore liberare, simulq; audaciam illius passim iactatam reprimere posset, primus in Alexandrum coniecit telum,quod Sunium uocant,atque summum eius dextrum brachium per thoracem uulnerauit. Rex statim extractū uelum abiecit,calcaribusq; acriter equum urgens, incursione & robore suo cōnisus pariter,in medium Persæ pectus lanceam inflixit. Ad quam rem,qui utrinq; aderāt,ex summæ fortitudinis admiratione exclamauerunt.Sed quum lanceę ferrum,in thorace fractum, uulnus irritum fecisset, præfectus ense stricto in Alexandrum ferebatur, qui statim lancea alia arrepta, in faciem Barbarum magno cōfecit uulnere Ad idem temporis momentum, cadentis Spithrobatis frater, Rosaces, equo inuectus, ense tam grauiter caput Alexandri percussit, ut galea cedente ictus leuiter ad uiuum peruenerit. Ibidemq; iterum eum ferire conanti Rosaci, Clitus,Niger cognomento,equo accurrens,manū abscidit.Prope duos fratres iacentes consanguinei omnes subitò conglobati,telis omnes Alexandrum impetere cœperunt. Deinde cominus congressi,nihil non sustinebant,ut eum aliquo modo opprimerēt. Sed ipse,licet multis & magnis incommodis impeditus esset, nihilominus magnam hostium multitudinem fortiter sustinebat. Thoracem habebat duobus in locis perforatum. Galea etiam uno: scutum, quod ex Mineruæ templo acceperat, ictibus tribus confixum fuerat. Tamen nunquam pedem referre uoluit:sed animi magnitudine elatus,aduersa omnia parui æstimabat. Quum demum hostium multi duces circa ipsum interfecti fuissent,quorum clarissimi erant Atixyes & Pharnaces, frater uxoris Darij regis, & Mithrobarzanes ductor Cappadocum:atq; ijs sublatis,ordines Persa-

Alexandri cū Persis pugna ad Granicum.

Alexander Spithrobaten occidit.

tum

rum omnes à Macedonibus fusi essent, primi qui aduersus Alexandrum erāt, post eum & reliqui omnes in fugam compulsi sunt. In ea pugna, omnium confessione, præcipuam fortitudinis laudem Alexander obtinuit. Ab eo Thessali equites magnam commendationem ex eo sunt consequuti, quòd turmarum ordinibus bene seruatis, strenuissimè dimicassent. Profligato ad eum modum equitatu, pugna à peditibus utrinq; excepta est, quæ parū durauit, quòd Barbari ab equitibus suis deserti, animis parum consistentes terga cōfestim dederunt. E Persarum copijs peditum millia decem, equites non minus duobus millibus cæsi dicuntur. Capti sunt ad uiginti millia. Finito certamine Alexander suos, qui mortem oppetierant, magnificentissimè sepeliuit, quò ad strenuè capessenda in prælijs pericula, eiusmodi honore cæteros inuitaret. Deinceps in Lydiam mouit castra, præfecto q; Mithrinne deditionē faciente. Sardes arcesq;, cum thesauris ibi depositis, recepit. Quumq; Persæ, qui aduerso prælio superfuerant, duce Memnone Miletum confugissent, rex eò profectus propè oppidum castra posuit: continentiq; oppugnatione nullo die intermisso, integros fatigatis submittens, non cessabit pro mœnibus decertare. Sed qui intus erant facilè initiò de muro se defendebant, quum militum magna multitudo esset, telorumq; & aliorum oppugnationi necessariorum, uim grandem habe rent. Sed postquam Alexander, machinis appulsis, intentus mœnia quatere, & terra mariq; simul inita oppugnatione, per disiectam muri partem intro Macedones irrumpere cœperunt, illi in fugam sunt conuersi: Milesij cum supplicantium insignibus ad regis pedes prouoluti, sese & urbem in eius fidem dedi derunt. Barbarorū aliqui interfecti, nonnulli ex oppido se subtrahentes aufugerant, reliqui omnes capti sunt, quos Alexander uendidit. In Milesios autem magna est usus benignitate. Quum uerò nauales copias parum sibi utiles esse, & maximo sumptu indigere animaduerteret, classem omnem remisit, pauculis nauibus retentis ad instrumenta oppugnationum deuehenda. In eo numero erant uiginti naues missæ ab Athenienſibus. Aliqui dicūt, ex usu rei bellicæ, Alexādrum missionem eam excogitasse. Quod enim Darium aduenturum, magnoq; prælio cōfligendum esse apparebat, existimasse Macedones ardentius dimicaturos, si omnem fugiendi spem ablatam uiderent. Quod etiā in pugna ad Granicum commissa prouiderat. Ibi enim à tergo uti flumen haberent, curasse, quo nullus fugam tentare auderet, uidens cedentibus omnib. in ipso fluminis alueo certissimam cædem paratam esse. Temporibus etiam insequētibus Syracusarum regem Agathoclem, exemplo Alexādri, magnam & inspiratam uictoriam esse consequutum. Transgressum enim cum paruis copijs in Aphricam, nauibus omnibus incēsis, fugiēdi spem exercitui ademisse, atque ut strenuè decertarent, per necessitatem induxisse, quamobrem Carthaginenses, qui multa hominum millia cōtra se duxerant, superauerit. Capta Mileto, Persarum multitudo ingens, milites q; cōductitij cum ducibus, qui optimi censebantur, Halicarnassum se receperunt. Ea maxima est urbs omnium in Caria, regum sedes, cui magnum ornamentum afferunt arces eleganter extructæ. In eo rerum statu, Memno uxorem & liberos suos ad Darium misit, ex eorum traditione suspicatus pariter & suorum rebus bene prouisum, & regem, tam bonis obsidibus acceptis, facilè omnium administrationem sibi creditum esse: quod non secus euenit. Subitò enim Darius ad omnes qui prope mare incolebant, literas misit, quibus demādabat, uti Memnonē obsequētes essent. Atq; eo modo Memno imperio suscepto, quæcūque oppugnationi sustinendæ usui erant, Halicarnassi præparauit. Rursus Alexander multa oppugnatoria instrumenta, & frumētum eōdem comportari iussit, atq; ipse cum omnib. copijs in Cariam progredi cœpit. In itinere ciuitates humanis officijs sibi conciliabat. Sed Græcis maximè gratificari studuit, ciuitates eorum & liberas, & immunes à uectigalibus omnib. esse iubens: illudq; passim dictitans,

Profligatis equitibus Persis, pedites uicit Alexāder.

Lydia subacta.

Alexāder Miletum expugnat.

Classem cur remiserit Alexander.

Darius Memnoni belli administrationē commendat.

Addæ regnum Cariæ restitutum.

pro Græcorum liberatione bellum se cõtra Persas susceпisse. Cùm uerò ei iter facienti fœmina, cui Adæ erat nomen, eius generis, ut in Cariæ principatũ succedere deberet, obuiam uenisset, fatisq; uerbis de regno, quod maiorũ suorum fuerat, uti ad id consequendum sibi auxilio esse uellet, orasset, Alexander eam Cariæ imperare iussit. Quo beneficio erga Adã Cares omnes sibi beneuolos plurimum reddidit. Protinusq; ab omnibus ciuitatibus, ad eum honorandum missæ sunt legationes cum aureis coronis: promiseruntq; mandata omnia se facturas. Postea Alexander, positis ad Halicarnassum castris, oppugnationem

Alexander Halicarnassum oppugnat.

acrem & terribilem instituit. Initiò enim continua, & identidem per succedentes integros, renouata pugna, mœnia superare conati sunt Macedones, nullamq; diei partem, quin omnibus periculis se exponerent, intermittebant. Post id uariq; generis machinis expeditis, testudines tres foisis, quę ante urbẽ erant, superinduxerunt, atq; ita arietibus turres, murumq; interpositum quatere cœperunt: cuius parte diruta, quod reliquum manserat, consertis manibus in urbem propulsare fecerunt. Memno strenuè Macedones, qui primi in mœnia impetum fecerunt, repulit. Habebat enim magnum in urbe militum numerum. In machinas autem admotas, noctu cum multis eruptiõe ex urbe facta, ignem coniecit: acri ita prælio ante urbem inito, Macedones uirtute multum hostib. præstabant. Sed Persæ multitudine, & omni apparatu abundabant, eisq; decertantibus multum qui erant in muro, auxiliabantur. Hi iaculis & telis Macedones partim interficiebant, partim sauciabãt, simulq; utrinq; tubicines bellicum canebant, & magnus ex omni parte militum clamor edebatur, comprobantium, quæ apud hos uel illos fortissimè fieri cõspiciebant. Erant qui crescẽtem in machinis ignem extinguere conarentur, qui etiam cominus congressi multam hominum cædem facerent. Alij in urbe noua mœnia in detectorum locum multa prioribus firmiora excitabant. Duces autem Persarum, qui cum Memnone erant, ubi plurimũ periculi erat, se offerebant, strenuèq; pugnantibus magna pollicebantur munera. Per quod fiebat, ut pro uictoria obtinenda omnibus animorum ardor incredibilis esset. Vidisses quosdam uulneribus saucios, defectis uiribus cadentes, ex acie deportari. Alios pro iacentiũ defensione, ut auferri possent, acerrimè prælio contendere. Aliquos periculi magnitudine fractos, pedem referre, sed ducum adhortatione concitatos, audaciam & animum recipere. Tandem Macedones aliquot ante ipsas portas interfecti sunt, & in ijs Neoptolemus, è ducum numero uir magni nominis. Quum dein turres duæ, totidemq; mœnium interstitia solo æquata fuissent, noctu milites quidam Perdiccæ temulenti, in arcis murum temerè conatum facere sunt ausi. Qua hominum uecordia animaduersa, Memno cum suis longè pluribus nos inuasit, in fugã cõpulit, multosq; interfecit. Eo cognito Macedones multi, atque hi qui apud Alexandrum præcipui habebantur, auxilio suis accurrerunt: commissaq; acri pugna, Persæ superati in urbem se retraxerunt. Tũc rex per præconem Macedones, qui pro muro ceciderant, ad sepulturã ut sibi concederentur, petijt. Ephialtes & Thrasybulus Athenienses, qui erant in Persarum auxilijs, eos non dedendos censebant: nihilominus Memno idipsum regi concessit, Post hæc Persarum principes, quum de summa rerum consultarent, Ephialtes dixit, sibi expectãdum non uideri, ut urbe occupata, omnes in captiuitatem uenirent: potius debere duces ipsos cum hostibus congredi, priusq; milite conductitio belli fortunam experiri. Memno, qui eius uiri maximam fortitudinẽ perspectam habebat, atq; spei plurimum semper in eius animi magnitudine, & corpus firmissimo robore posuerat, permisit, ut quod sibi expedire uideretur, id faceret. Ille delectis duobus millibus mercenariorũ militum, instituit, uti eorum dimidium ardentes titiones teneret, alteri instructi contra hostes essent. Subitoq; prima luce portis patefactis, se cum ijs ex portis effudit, ac ignem in machinas coniecit, qui protinus ingentem concitauit flam-

mam.

mam. Cum alijs aũt, qui acie denſiſsima cõſtiterant, hoſtibus ad machinas ſeruandas feſtinantibus occurrit. Alexander hanc rem perſentiẽs. Macedonum præcipuos in priori acie collocat, in ſubſidio delectos ponit milites, poſtremã aciẽ ſpectatæ uirtutis hominibus firmat, atq; ita ipſe ante omnes hoſtes, quorum impetum nulli ferre poſſe exiſtimabãtur, repreſsit. Miſit & qui in machinis factum incendium reſtinguerent. Sedenim immenſis undiq; editis clamoribus, & tubis claſsicum perſonãtibus, atrociſsimũ certamẽ initum eſt, quum uirtus & ſummũ conſequendæ laudis ſtudium utriſq; non deeſſet. Ignem Macedones, ne ulterius in machinas ſerperet, prohibuerant, ſed in ipſa pugna hoſtibus multa erãt inferiores. Ephialtes enim corporis robore alijs omnib. præſtans, quotquot ſibi in manus inciderent, interficiebat. Et qui erant in muro recens conſtructo, ingenti ui telorum coniecta, multos opprimebant. Turrim enim ligneam, altitudinis cubitorum centum repleuerant tormentis ad iacula & ſagittas emittendas. Propterea quum Macedones multi cecidiſſent, alijq; uitandæ telorum multitudinis cauſa pedẽ referrent, ſimulq; Memno cũ magno militum numero ſuis ſubſidio ueniſſet, Alexander in dubitationẽ magnam deductus eſt, ut quid conſilij capiendum eſſet, neſciret. Ibi quum firmiſsimi iam eſſent Perſæ, magna rerum immutatio in ipſo prælio facta eſt. Veterani Macedones, qui per totum ætatis ſpacium ſemper in rebus arduis & periculoſis uerſati erant, & ſub Philippo merentes, frequenter uictoriam conſequuti, ad ſummam fortitudinem ita prouecti fuerant, prudentia & rei militaris cognitione longè omnib. præſtantes, tyronibus pugnam detrectantibus, amariſsimis uerbis ignauia exprobrata: ipſi in unum coacti, conſertis ſimul clypeis, hoſtes, qui iam ſe uiciſſe arbitrabantur, exceperunt: Ephialteq; & multis alijs interfectis, reliquos, ut in urbem refugerent, compulerunt: cum mixti Macedones, nocte incipiente, intra mœnia penetrauerunt. Sed quum rex receptui cani iuſsiſſet, in caſtra oẽs redierunt. Tunc duces præfectiq; Perſarum, cum Memnone cõcilio habito, urbem relinquere decreuerunt. Igitur optimo præſidio, apparatuq; omnium rerum idoneo in arce poſito, reliquam hominum multitudinẽ, & pecuniarum uim ſecum in Con abduxerunt. Quod quum Alexãder ad primum lucis ortum intellexiſſet, urbem captam diruit: arcem, muro & foſſa inductis, cinxit. His actis, cum exercitus parte duces in mediterranea miſit, iniungens, ut finitimas oẽs ciuitates in poteſtatẽ ſuam redigerent. Illi reſtrenuè geſta, terris omnibus uſq; ad maiorem Phrygiam deuictis, ex præda capta exercitũ ſuſtentarunt. Alexander in maritima profectus, captis urbibus multis, & caſtellis, quæ munitiſsima erant, magno opere expugnatis, regiones omnes uſq; ad Ciliciam obtinuit. In his locis, ut miro quodam & ſingulari caſu oppidi unius potius fuerit, prætereundum non uidetur. Ad extrema Ciliciæ, rupem quandam munitiſsimam incolebant Marmares nuncupati. Horum plerique, facientes illaciter Alexandro, nouiſsimum eius agmen adorti, compluribus interfectis, non parum hominem & iumentorum numerum abegerunt. Qua iniuria rex irritatus, loci illius oppugnationem inſtituit, atq; omni conatu, ut eam gentem debellaret, contendit. Marmares, & fortitudini ſuæ, & oppidi ſitu confiſi, fortiter oppugnationi reſiſtebant. Iamq; biduum integrum, nunquam pugna intermiſſa fuerat: apparebatq; regem nõ prius ceſſaturũ, quàm rupẽ eam ſuperaſſet. Ibi Marmarum ſeniores iuuentuti perſuadere tẽtarunt, nem uim experiri perſeuerarent, quòd fortaſſe negotium cum rege componi poſſet. Illis huiuſmodi ſententiã reſpuentibus, cunctiſq; ſimul cum libertate interire ſibi proponentibus, ſenes aliud conſilium hoc dederunt, uti pueros, fœminas, ſenesq; omnes interficerent: ipſi, quibus ob corporis firmitudinẽ, haud difficulter ſalus quæri poſſet, noctu per hoſtes medios in montem proximũ aufugerent. Cõprobato hoc cõſilio à iunioribus, iuſsi ſunt ſenes quiſq; domũ ſuam reuerti, ibiq; cum cognatis cibo & potu delicatiore refecti, mortẽ expectare.

Alexander Halicarnaſſum diruit.

Marmares ab Alexãdro oppugnati.

Viſum

Visum est deinde iuuenibus, qui erant circiter sexcenti à cæde cognatorũ hominum abstinere, sed domibus ignem iniícere, eoq; facto, portis patefactis discedere. Vt constituerant peractum est, cuicunq; suorũ ciuium, ut incensa domus pro sepulchro esset, fecerunt: ipsiq; durante adhuc nocte per hostium castra euadentes, in propinquum montem se contulerunt.

Regni Alexandri annus III.

An. Mundi 3631.

Res eiusmodi, anno hoc contigerunt: insequenti uerò, quo Athenis Nicocrates impetrauit, Romæq; Valerius Cæso, & L. Papyrius Cõsules fuerũt, Darius rex ingentem pecuniam Memnoni misit, eumq; totius belli ducem appellauit. Qui conducta magna militum manu, trecentisq; nauibus instructis susceptam belli administrationem curabat. Chium in partes suas traxit. In Lesbum cum classe traiecit, primoq; impetu Antissam, Methymnam, Pyrrham & Eressum occupauit. Mytilenen, q̃ magna, & omni apparatu belli, firmoq; præsidio munitissima erat, dies complures, non sine magno suorum militum detrimento cum oppugnasset, tandẽ per summas difficultates cœpit. Statimq; summa ducis huius strenuitate diuulgata, multæ ex Cycladibus insulis ad eũ legatos pro fœdere miserunt. Fama etiam illa de eo in Græciam peruenerat, quod ad Eubœam cum classe profecturus esset: adeò, ut eius insulæ urbes, magno timore correptæ fuerint: & qui ex Græcis Persarum rebus studebant, sicuti Lacedæmonij, ad nouarum rerum spem arrigerentur. Verũm fortuna Memnonis uirtutem ulterius progredi non permisit. In morbum enim grauem prolapsus, quũ indies eo magis premeretur, decessit. Idq; nõ mediocre Darij rebus detrimentũ attulit: qui sibi pro certo persuaserat, bellum totum in Europam ex Asia translatum iri. Sed enim Memnonis morte audita, concilium amicorũ habuit, retulitq; ad eos, utrum duces cũ exercitu ad res maritimas mittendos censerent: an magis expedire uideretur, regem, adductis omnibus copijs in hostẽ progredi, & belli fortunam experiri. Tũc quibusdã suadentibus ipsum in aciẽ prodire, quod Persæ omnes cupidissimo animo decertaturi essent. Charidemus Athenien sis, uirtute & omnibus artibus imperatorijs præstãtissimus, qui sub Philippo rege meruerat, & in omnibus rebus obeundis princeps & consilio optimus erat, Darium admonuit, ne temerè imperiũ suum in aleã committeret: sed illud ipsum, quod longè & latè patebat, in officio contineret: ducem autem, cuius prudentia explorata haberetur, contra Macedones mitteret. Ad quam expeditionem centum millium peditatum sufficere dicebat, ut eorũ tertia pars essent Græci stipendio conducti. Quo uerò dictorum magis fidem faceret, pollicebatur sese bellum illud confecturum. Mouerant regem eiusmodi Charidemi uerba: sed regis amicis diuersa, quę plus dignitatis habere uidebãtur, censentibus, atq; eam de Charidemo suspicionem Dario iniícientib. quod belli administrationem sibi demandari cupiebat, uti res Persarum Alexandro proderet: concitus ira Charidemus, Persis ignauiam & timiditatem aperte cœpit exprobrare. Per quæ factum est, uti is offensus, ob iram, quid expediret uideretur, parum prospiceret: sed Charidemum zona comprehẽsum, quod est moris Persarum, apparitoribus interficiendum traderet. Qui quum ad supplicium traheretur, exclamauit, breui regem pœnitentia affectum iri, atque iniuriæ sibi factæ amissione regni pœnas daturum. Eodemq; modo Charidemus, propter intempestiuam loquendi audaciam, hunc uitæ exitum habuit. Rex postmodum sedata ira, quùm mentem recepisset, grauiter seipsum facinoris impotenter commissi incusauit. Sed quod iam erat factum, haud dabatur regia potestate infectum reddi. Itaq; secum, quanta Macedonum fortitudo esset, coniectans, uelutiq; ante oculos Alexandri ad omnia promptitudinem sibi proponens, circumspiciebat, quem nam idoneum ducem in Memnonis defuncti locum sufficeret. Quumq; nullum inueniret, coactus est ipse ad periclitandã regni sui fortunam descendere. E locis igitur omnibus copias euocat

Memnonis mors.

Charidemus à rege Persarum ob loquendi libertatem necatur.

uocat, iubetq; Babylonem cõuenire. Ex amicorũ & affinium numero, quos optimos nouerat, delegit, eosq; partim ordinib. cõuenientib. præfecit, partim ut secum in certamẽ contra hostẽ proficiscerẽtur, cõstituit. Quũq; dies præscripta aduenisset, totus exercitus Babylone coactus est. In quo peditũ numerus erat ultra millia quadringenta: equitatus non minor centum millibus. Cũ hac tanta multitudine Darius Ciliciã uersus iter cœpit, secum ducens matrẽ, uxorem, filium unũ, & duas filias. Alexander quũ ante Memnonis obitũ, Chium, & urbes aliquot Lesbi ab eo receptas, Mytilenẽ per uim occupatã esse, atq; cũ classe triremium trecentarũ, & magno peditatu eum in Macedoniam transire uelle, Græcosq; multos ad defectionẽ comparatos intellexisset, non mediocri solicitudine afficiebatur, qua omni liberatus est, ut primũ de eius morte nuncium accepit. Sub hoc tẽpus in morbũ acrem incidit. Quũq; indies grauius premeretur, medicos accersiuit, qui oẽs excepto Philippo Acarnane, ut eum remedijs adiuuare possent, uerebantur. Ille medicamentis uehementib. & præsentaneis uti solitus, promisit per medicatã potionem se eum à morbo curaturum. Alexãder libenti animo hoc audiuit, imperata omnia facturus: quòd iam fama erat, Darium Babylone cum omnibus copijs discessisse. Itaq; Philippus data potione, quum & ęgro tantis natura, & adiumentũ artis pariter cõniterentur, à morbo prorsus Alexandrum liberauit. Propter quod beneficium magnificentissimè honoratus, atq; inter præcipuos regis amicos receptus est. Mater autem Alexandri, quum multa, quæ expediret, filio per literas significasset, inter alia admonuit, uti ab Alexãdro Lynciste sibi caueret. Erat is homo fortitudinis egregiæ, & prudentia multa præstabat: atq; ei iuxta, ac alijs amicis regis, fides in omnibus habebatur. Accesserunt & rumores alq; in eiusdẽ criminationem passim iactati. Idcirco iussu Alexandri captus, & in uincula coniectus, custodiæ traditur, uti de eo cognitio haberetur. Sed enim quũ Alexandro renunciatum esset, paucorum dierum itinere Darium abesse Parmenonem cum parte copiarum ad loca, per quæ illi erat transeundũ (portas nuncupabãt) occupanda misit. Profectus Parmenio, Barbaris qui iam arctiora ea loca insederant, deturbatis, ipse ibi uictor constitit. Darius, ut exercitum expeditum duceret, impedimenta, lixas, calonesq;, gentem bello inutilem, Damasci, quæ est in Syria, reliquit. Audientesq; Alexandrum angustias locorum occupasse, inde eum pugnam detrectare arbitratus, magnis itineribus progredi cœpit. Tunc regionum earum homines, magna Persarum multitudine perterriti, Macedonum paucitatẽ contemnabant: eisq; desertis Dario se adiunxerunt, commeatus, aliaq; necessaria prõpto animo ei subministrãtes. Ipsorum denicq; sententia Persis in manu certissima uictoria esse uidebatur, Alexander interim Issum urbem insignem, terrore iniecto recepit. Ibi factus est certior ab exploratoribus, Darium septem millia passuum abesse, atq; acie instructa, cum ingenti omnium terrore propius accedere. Existimauit ipse deorum beneuolentia occasionem eam sibi offerri, qua uno certamine imperium totum Persarũ eruere posset. Itaq; oratione accõmodata, milites ad prælium utribus omnibus ineundum adhortatus, peditum atq; equitum ordines secundùm loci naturã disposuit. Ante agmen totum equites constituit, peditum phalangẽ post illos, uelut in subsidio esse iussit. Ipse in prima acie ad cornu dextrum cum fortissimis equitibus in hostem cõtendit. Cornu alterũ tenebant equites Thessali, qui alijs omnib. & uirtute & usu præstabant. Postquã acies ad teli iactũ appropinquarunt, tanta uis telorum à Barbaris in eam partem, ubi erat Alexander, cõiecta est, ut missilium densissima multitudo se mutuò collidens, ictum inualidũ habuerit. Tubicines autem cum utrinq; bellicum personassent, Macedones primi ingẽti uoce in lætitiæ signum omnes cõclamarunt. Barbaris rursus clamorem suum edentibus, montes propinqui resonarũt: tantusq; fuit sonus ille, ut tubarum clangorem obruerit. Nec mirum: una enim uox quadringentorum millium

Alexander à Medico aduersa ualetudine liberatus.

Alexandri prælium cum Dario.

millium hominum reddebatur. Alexander omnes hostium partes circumspiciebat, ut Darium nosceret. Quem ut uidit, subitò cum omni equitatu, quem secum ducebat, in eum inuehi cœpit. Neq; tam uictoriæ de Persis obtinendæ intentus erat, quàm ut ipse eius causa fuisse cognosceretur. Interim cætero omni equitatu simul decertante, multis ubiq; cadentibus, certamẽ ob id dimicantium fortitudinem ancipitis erat existimationis, quum & in hãc & in illam partem, factis alternis mutationibus, propenderet. Neq; quispiam aut iaculando, aut feriendo, frustra id ipsum conabatur, quum in tanta hominũ multitudine semper uulneri aliquis expositus esset. Multi aduersis confecti uulneribus cadebant: atq; ita, donec anima eos prorsus desereret, haud cessabãt à pugna, ut spiritu prius, quàm pugnandi studio deficerent. Ipsi uerò duces ante ordines suos fortissimè pugnam capessentes, alios ad idem faciendum incitabant. Vulnerum species innumeræ, contentiones pro uictoria adipiscenda & diuersę & magnæ conspici poterant. Inter hæc Oxathres Persa Darij regis frater, qui maxima fortitudine censebatur, uidẽs Alexandrum repulsis omnibus in Darium contendere, statuit eãdem cum fratre fortunam experiri. Adsumptisq; sę cum equitibus, quos præstantissimos ex suis ordinibus nouerat, in Alexandri turmas imperium fecit. Ratus autem pietatẽ erga fratrem magnum sibi apud Persas nomen comparaturum, ante eius quadrigas pugnam excepit. Ibiq;, in tali re bene exercitatus, cõsertis cum hoste manibus multos interficiebat. Nec Macedones, qui cum Alexandro erant, fortitudine illic cedebant. Itaq; breui magnus cadauerum cumulus ante Darij quadrigas excitatus est. Quum enim omnes regi manus inferri studerent, utrinq; acerrimè, absq; aliqua sui seruandi cura, pugnabatur. Ceciderunt in certamine eo multi insignes Persarum duces. In ijs fuit Antixyes, Arrheomithres, & Tasiaces præfectus Aegypti. Macedonum itidẽ multi desiderati sunt, & ipse rex Alexãder in femore est uulneratus, cum magna hostiũ uis se in eum effudisset. Equi autem, qui ad Darij quadrigas iuncti erant, multis confecti uulneribus, & cadauerum aceruis consternati, frenum excusserunt, atq; regem fermè in medios hostes rapuerunt. Tunc ipse tanto expositus periculo, præter suam dignitatem, & instituta regum Persarum, coactus est habenas, ad equos retrahendos, suis manibus apprehendere. Adduxerunt regij ministri quadrigas alteras, in quas quum transcendere conaretur, & tumulto magno iuxtà exorto, hostes uehementer ingruerent, magna animi perturbatione & timore correptus est Darius. Quod quum à Persis quibusdam in rege animaduersum esset, ij primi se in fugam coniecerunt: proximisq; equitibus eos sequutis, reliqui demum omnes breui terga uerterunt. Quumq; per loca angusta & difficilia iter eis faciendum esset, mutuò se cõculcantes, cadebant, multiq; citra hostilem offensam interficiebantur. Simul enim coaceruati iacebant inermes, armati, & aliqui gladios nudos secum habẽtes, quis multi confossi extinguebantur. Super eos prostratorum hominum cumulos multi cursu incitatos equos impellebant, uti in urbem aliquam amicam se reciperent. Excepit post id pugnam phalanx Macedonica, & peditatus Persarum, sed breui certamen illud durauit. Profligati enim prius equites, quoddam initium totius reliquæ suorum cladis dederant. Omnibus itaque Barbaris fusis, quum tot millium turbam fugientem angustiæ locorum non caperent, citissimè eorum stratis cadaueribus omnia sunt repleta. Sed nocte superueniente, data est Persis, qui superfuerant, commoditas ad regiones uarias se conferendi: quum Macedones, persequutione omissa, ad prædam diripiendam restitissent. Maximè omnium in tabernacula regia cõcursus factus est ob rerum preciosarum copiã, quæ in eis erat. Magna argenti & auri uis, & uestes quamplurimæ ac magnæ æstimationis illinc abreptæ sunt. Affinium etiam, amicorumq; regis, & cæterorum ducum res ditissimæ multæ passim trahebantur. Non tantum enim regiæ mulieres, sed & eius necessariorũ uxores, curri-

Darij fuga.

Pedestrium copiarum conflictus.

Castrorũ Persicorum direptio.

curribus deauratis uectæ, de Persarum more maritos in bellum sequi, procq; opum suarum amplitudine, & pro delitijs quibus innutritæ sunt, apparatum & mundum muliebrem sumptuosissimum secum deferri solitæ sunt. Huiusmodi fœminarum captiuitas nulli nõ uehementissimam miserationem commouisset. Quæ enim prius ob mollitudinem carpentis ornatissimis uix commodè uehebantur, & corporis sui nihil non tectum habebant, nunc simplicẽ indutæ tunicam, uestesq; manibus lacerantes, cumq; eiulatu magno è tabernaculis se proripiebant, Deos inclamando, & ad uictorũ genua sese prouoluendo. Aliæ manu uestem subleuantes, capillis passis, in loca quædam inuia discurrebant, obuiamq; simul factæ alteræ ab alteris opem implorabãt. Erant quæ miseræ ab hoste capillis traherentur, quibusq; discerpto uestitu in nuda corpora uiolentæ manus inijcerentur. Et nonnunquam ima hostilium parte uerberabantur, omneq; genus contumeliarum in honoratissimam illam & celeberrimam Persarum fortunam effundebatur. Sed Macedones, qui benignioris ingenij erant, multum, ad tantæ uarietas fortunæ conspectum, moti, infelicium fœminarum calamitatem miserabãtur, quæ commodis, & maximis suis rebus priuatæ, in aliena hostiliaq; omnia, in probrosam denique captiuitatẽ deuenissent. Maximè uerò adstantibus lachrymas & tristem animi affectum excitauit Darij mater, uxor, filiæ duæ nubiles, & filius teneræ adhuc ætatis. Immutatæ enim fortunæ & extremarum calamitatum illud manifestum spectaculũ, meritò inspicienti cuiuis sensum contristabat. Ignorabãt illæ quomodo cum Dario actum esset, num adhuc uiueret, an in prælio occubuisset. Videbãt armatos hostes ad tabernaculum diripiendum arripuisse: qui fœminarum cõditionem ignorantes, indecora multa palàm committere non uerebantur, simulq; Asiæ imperium iuxta ac ipsas in alienam concedere ditionem. Ducum Persarum uxoribus suppliciter ab eis opem petentibus, nihil adiumenti ferre poterant: sed uicissim ab illis implorabant, uti subsidio aliquo calamitatem suã subleuarent. Alexandri autem regis ministri, occupato Darij tabernaculo, lauacra & epulas, quibus ille uti solitus erat, parauerũt, lampadesq; multas accenderunt, & ita Alexandrum è Darij persequutione redeuntem susceperunt, ut regis illius apparatu apprehenso, in Imperij Asiæ possessionem uenisse uideretur. Cæsa sunt in hoc prælio ad cẽtum uiginti millia peditum Barbarorum, equitum haud minus decem millibus. Macedones uerò pedites circiter trecẽti, equites centum quinquaginta desiderati sunt. Huiusmodi sunt exitus prælij ad Issum Ciliciæ cõmissi, in quo uictus Darius, equis identidem mutatis, ut in cursu sufficerent, fugam arripuit. Alexãdri insequentis manus euitare, & ad superiores præfecturas peruenire maximè contendens. Eum rursus Alexander, cum optimorum, & quos præcipuè amicitia iunctos habebat, equitatu acriter insequebatur, summo potiendi eius studio ardens. Quumq; stadia ducenta progressus esset, ad suos nocte ferè media est reuersus. Vbi quum balneo se multo confectum labore recreasset, quieti & deinceps cœnæ indulsit. Interea ad Darij uxorem & matrem accedens quispiam. Alexãdrum à Dario persequendo, quem cœpisset, redijsse nunciat. Indeq; ploratus, & clamores magni à mulieribus excitati sunt, reliquaq; omnis captiuarum multitudo ad tam tristem nuncium in luctuosas prorupit lamentationes. Quod quũ Alexander intellexisset, Leonnatum, unum è familiaribus suis, ad eas misit, qui tumultum sedaret, ac Sisyngambrim, & alias quæ cum ea erant, de uita Darij certiores eas faciens, quodq; Alexander earum dignitatis rationem habiturus, & prima luce eas salutaturus, atq; re ipsa humanitatem suam ostensurus esset, significans consolaretur. Eo peracto, quum præter opinionem, & prorsus insperata melior fortuna captiuis mulieribus accidisset, omisso luctu, Alexandrum numinis instar uenerari cœperũt: qui diluculo primo secũ assumpsit Hephæstionẽ ex amicorũ numero honoratũ ualde hominẽ, & ad illas intrauit. Quũq; eorũ uterq;

Gynæceũ Persarum.

Darij mater, uxor, filiæ, filius.

Cæsorum numerus.

Alexandri in matrem & uxorem, & filias Darij humanitas.

utercꝫ consimilem uestitũ haberet, magnitudineꝫ & specie, regi Hephæstio præstaret, Sisyngambris eum regem esse rata, suppellex adorauit. His uerò qui adstabant, nutu & digito, qui nam Alexander esset, indicantibus, ob errorem commissum pudore affecta mulier, Alexandrum repetita salutatione uenerata est. Ibi Alexander: Nihil est, inquit, ô mater, quod solicita sis: hic enim etiam est Alexander. Qua humanissima appellatione matris erga mulierẽ grãdem natu, manifestũ clementiæ suę specimẽ captiuis fœminis exhibuit: cõfirmãsꝫ eam sibi deinceps secundam matrem fore, quod dicebat, re statim certũ fecit. Ornamenta enim, quibus reginæ uti solent, omnemꝫ pristinam dignitatem ei decenter honoratæ restituit. Famulatum, quem sub Dario habebat, totũ ei concessit, aliumꝫ insuper non minorem adiunxit. Virginum duarum uti nuberent, haud minorem curam Dario patre se initurum, puerumꝫ non secus, ac si filius sibi esset, educaturum spopondit. Qem accitum ad se exosculatus, cum aspectu firmo, & imperterritũ esse eũ conspexisset, conuersus ad Hephæstionem, alios qui cum eo erant: Hic, inquit, puer sex natus annos, uirtutem supra ætatem præ se fert, longæꝫ patre suo est melior. Recepit etiã sibi curæ fore uxorem Darij, ne quid indignum fortuna priore pateretur: multaꝫ alia misericordiæ & benignitatis plenissima loquutus, fecit ut mulieres ob insperatæ lætitiæ magnitudinem in efficacissimas lachrymas profunderentur. Ad cõfirmandam uerò omnia quæ dixerat, dexterã suã eis porrexit. Atꝫ ex tãta humanitate, non tantum beneficio eius affectæ mulieres, sed totus exercitus laudatione maxima eum est prosequutus. Ego quidem ex omnibus rebus, quas maximas & pulcherrimas gessit Alexander, nullã hac magis æstimandã, & historiæ monumentis digniorẽ iudico. Expugnatæ enim urbes, conflictus, & alia quæ ei prospera euenerũt, fortunæ potius quã uirtuti eius imputanda uidenẽ. Quòd aũt in licenti adeò potentia misericordiã calamitosis impartitus sit, solius prudentiæ eius id munus fuit. Pleriꝫ omnes fortuna aspirante felicẽ rerum suarum exitum nacti, inflante, insolescunt, ac per superbiam humanos & communeis casus parum cõsiderant. Indeꝫ non pauci conspiciuntur, secundã fortunam non secus ac grauissimũ onus, minus cõmodè sustinere, Alexander igitur, qui ante hanc nostrã ætatem sæculis multis uixit, iustissimam & maximè meritam in hac sua historia cõmendationem à posteritate cõsequatur. Darius, quum Babylonẽ peruenisset, eos qui clade ad Issum acceptæ superfuerant, collegit: neꝫ animo in tanta calamitate fractus est, sed literas ad Alexandrũ misit, uti fortuna prospera humanè frueretur, & captiuorũ redemptionẽ non negaret: magnã à se pecuniarũ uim propter id accepturus. Addit etiã, se omnẽ eam partem Asię, quæ est intra Halym, urbesꝫ ibi positas ei concessurum, si fœdus amicitiamꝫ secum habere uellet. Alexander epistolã hanc Darij suppressit, aliamꝫ in propositũ suum, & quemadmodum expediri sibi uisum est, cõfinxit, quam habito amicorũ concilio ostendit: atꝫ ita legati re infecta discedere coacti sunt. Tunc Darius, omni spe pacis per literas obtinendæ abiecta, apparatũ belli maximum iniuit. Eos qui fugientes ex prælio arma reliquerant, armauit: delectum nouorum militũ habuit, quos in ordines descripsit. Copias ex præfecturis superioribus, quas in priori pugna, ob studium proficiscendi ocyus in expeditionem omiserat, accersiuit. Tantaꝫ cura in apparatum eum incubuit, ut hominum numerum quos ad Issum habuerat, duplicauerit. Octingenta enim peditum, equitum ducenta millia coẽgisse dicitur: præter hæc falcatos currus complures. Hæc igitur omnia eo anno gesta sunt.

Fortunam pauci reuerenter habent.

εὐβρῶ πίνως φέρειν τὴν εὐτυχίαν.

Darius uires reparat.

Regni Alexandri annus IIII.

An. Mundi 3632.

Succedit annus, quo Athenis Niceratus princeps, Romæ M. Attilius, & M. Valerius consules fuerunt, & Olympias duodecima supra centesimã acta est: qua uictor in stadio fuit Grylus Chalcidensis. Eo tempore Alexander Macedones, qui in prælio occubuerant, & ex hostibus, quos strenuè pugnantes ceci-

cecidisse intellexit, sepeliri curauit, deosq; magnificentissimo honorauit sacrificio. Illos qui egregiam operam in certamine nauauerāt, magnis munerib. est prosequutus. Aliquot uerò diebus exercitui ad quietē cōcessis, deinde in Aegyptum contēdens ad Phœniciam peruenit, ubi urbes omnes facilè recepit, locorum cultoribus ultrò se ei dedentibus. Sedenim Tyrij, cum Alexander ad eos causa faciendi sacri in honorē Herculis Tyrij ire uellet, ut in urbē suam intraret, recusarunt. Quam rem molestissimè ferens Alexander, cōminatus est, se eos expugnaturum. Illi nihil territi, oppugnationem sustinere, quo Dario gratificarentur, statuerunt: eo pacto incolumem sese cum eo amicitiam seruaturos, atq; insuper ex tanto beneficio amplissima munera consequuturos esse arbitrati, cum obsidione diuturna & periculosa Alexādrum distracturi essent, ut Dario spacium ad belli apparatum perficiendum daretur. Reponebāt etiam plurimum spei in situ insulæ munitissimo, & omnium rerum bello utilium copia, quam habebant. A Carthaginensibus quoq;, stirpe nimirum sua, opis aliquid expectabat. Alexāder autem cum mari haud facilè in urbem inuadi posse, quòd operibus mœnia essent firmissima, & classem Tyrij haberent, terra quoq; rem fermè impossibilē esse animaduerteret, cum insula à continenti stadijs quatuor seiuncta esset, nihilominus pericula labores omnes subire decreuit, nec ab una atque mediocri ciuitate copiæ Macedonum contemptui habitæ uiderentur. Confestim itaq; Tyrum ueterem diruit, lapidesq; eius à multis hominum millibus comportari fecit, atq; aggerem pedes ducētos latū extrue re instituit. Accitis autem undiq; propinquarum urbium hominib. nō multo tēporis interiecto per tātam operantium multitudinem, molem eam absoluit. Tyrij initiò ad inchoatum opus nauibus accedentes, regem irridebant, quòd Neptuni uires se coērcere posse confideret. Sed cum præter opinionem iam illud creuisse conspicerent, pueros, fœminas & senes Carthaginem transportare decreuerūt. Iuniores firmi roboris ad mœnia propugnandæ delegerunt: & triremes octoginta, ut prælium nauale committerent, instruxerunt. Tandem cum festinantes puerorum & senū partem Carthaginem deuexissent, laborantium opus ingenti numero, & hostili clade, cum ad resistēdum impares essent, præuenti & urbem compulsi sunt, atq; ita ex omni parte oppugnari cœperunt. Habebant aūt prius tormenta machinasq; oppugnationi idoneas cōplures, tuncq; nouas & uarias moliri non cessabant. Quæ res eis haud erat difficilis, propter fabrorum, qui machinas studerent, aliorumq; omnis generis artificium Tyri commorātem multitudinem, à quibus omnifariam & peregrina instrumenta multa excogitata & confecta sunt. Hisce undiq; totos urbis muros Tyrij repleuerunt, maximæq; ad eam partē, ubi agger mœnibus erat propinquior. Quem ubi ad teli iactum iam Macedones produxerunt, ostenta à dijs quædam, ad imminentem cladem denunciandam, missa sunt. Fluctus enim à mari ad molem eam incredibilis magnitudinis cetum appulerunt, unde nihil incōmodi factū est. Corpus enim parte altera aggredi acclinata, diutius ibi constitit, cum maximo inspicientium omnium terrore. Rursus demum in mare enatauit. Hincq; religio maxima utrosque occupauit, existimantes illud portendere, Neptunum sibi auxiliarem fore, animo uticq; in id quod optabāt, inclinato. Signa etiam alia, quæ meritò anceps & trepidum uulgus redderent, contigerunt. Apud Macedones, inter prandendum, panem mandentium facies cruentatæ uisæ sunt. In urbe quidam uisum huiusmodi sibi apparuisse narrauit, tanq; Apollo dixisset, Tyriam urbem sibi deferendam esse. Idipsum cum ab eo homine in Alexandri gratiam cōfictum fuisse plebs suspicaretur, iamq; lapidibus eum impetere iuniores quidam uellent, à magistratibus subtractus ille è medio in Herculis templum confugit, atq; ita Dei præsidio, quem implorauit, ab imminenti pœna est liberatus. Sed nihilo magis Tyrij eius rei superstitione se exoluerunt, qui catenas aureas Apollinis signo iniecerunt: ita impedi

In Phœniciam mouet bellum Alexander.

Hanc calamitatem Tyrijs denunciasse Esaiam, cap. 23. existimant uiri pij.

Alexander Tyrum oppugnat.

Ostenta Tyri cladem antegressa.

Tyrij Alexandri aggerē impedire conantur.

tum non amplius ex urbe posse eum demigrare censentes. Verum enimuerò cum aggeris incrementum iam Tyrijs formidinem faceret, scaphas complures scorpionibus, catapultis, sagittarijs & funditoribus repleuerunt, atq; ita ad eos qui in aggere operabantur, appulsi, multos uulnerabant, nec pauciores interficiebant. In densam enim illam & inermem operariorum turbam, cum tela multa & omnes generis conijcerentur, nullus ictus, utpote in expositos & indefensos, frustra erat. Ad hoc non tantum aduersi, sed & à tergo, ob aggeris latitudinem angustam, feriebantur. Neq; aliquis ab eo incommodo sibi cauere poterat, cum utrinq; ab hostibus tela immitterentur. Tunc Alexander ad huiusmodi detrimentum mouendum, naues suas omnes milite instruxit, ipseq; primus eas in Tyriorum portum agere instituit, quo reditum his, qui suos inuaserant, interciperet. Illi ueriti ne Alexander portum obtinens, urbem propugnatoribus uacuam occuparet, summa festinatione ad urbem se conferre cœperunt. Atq; ita maxima contentione utriq;, ut præuenirent, remigijs connitebantur. Iamq; Macedones portui appropinquabant: & parum abfuit, quin Phœnices omnes interficerentur, nauibus quæ ultimæ erant amissis. Reliqui in urbem euaserunt. Alexander magna spe deiectus, ad aggerem superficiendum se conuertit, nauibusq; multis excubantibus, fecit ut operarij tuti essent. Iam aggere ubi proximo palàm erat facilè eam capi posse, cum ecce uentus Caurus uehemens obortus operis partem euertit. Tunc Alexander uidēs, etiam sine hostium ui per se molem fatiscere, multum animo est commotus: ut quid consilij capiendum esset, nō satis prospiceret, atque oppugnationis cœptæ iam eum pœniteret. Tādem laude cupidine arrectus, arbores maximas in montibus concīdi, & ad mare comportari fecit: demersasq; simul cum ramis eas ad uim fluctuum frangēdam obiecit. Celeriter etiam ea aggeris parte, quæ deciderat, refecta, operantium multitudine ita opus promouit, ut ex eo in urbem telum adigi posset. Positis autem in extremo machinis, saxa in urbis murum conijciebat, & eos qui in mœniū propugnatione erant grauiter offendebat. Adiuuabāt sagittarij & funditores, à quibus oppidani multum uulnerabantur. Contra hæc Tyrij, apud quos cōsueti aquis homines, & machinarum artifices erant multi, remedium miri ingenij adhibuerunt. Vt enim catapultis obsisterēt, rotas crebris distinctas interstitijs construxerūt, easq; machina quadam conuertentes, telorum alia conterebant, alia auertebāt, omnium quidem impetus uim dissoluebant. Lapides autem qui tormentis torquebantur excipiebant mollibus quibusdam, & cedentibus, machinis, quibus tormētorum uim infringebant. Rex autem, dum ita ad aggerē contenditur, cum classe tota mœnibus circumuectus, curiosè ea considerauit, ut pro certo, & mari & terra eum oppugnationem initurum esse crederetur. Non ausi sunt Tyrij contra Macedones in mare progredi, sed in fauces portus naues tres in certamen adduxerunt. In eas Alexander conuersus, omnes superatas confregit, deinde in castra milites reduxit. Tyrij uerò uolentes murorum præsidium conduplicare, alterum murum à priore quinque cubitis distantem ædificant, latitudine decem cubitorum, inter quem & priorem, quod erat interualli, aggere & lapidibus complent. Alexander interim coniunctis aliquot triremibus, machinisq; omnis generis superimpositis, mœnia hostium aggressus, ad centum pedum spacium ea diruit, perq; apertum locum irrumpere conabatur in urbem. Sed Tyrij densissimam telorum uim conijcientes, coëgerunt uti pedem cum suis referret. Atque nocte superueniente, nouum murum in deiecti locum excitarunt. Iam uerò aggere urbi coniuncto, cum Tyrus peninsula factus esset, pro mœnibus maxima & acerrima certamina committi sunt cœpta. Oppidani enim imminentem sibi perniciem præ oculis habentes, & quodcunque calamitatis genus captiuis accidere soleat, secum reputantes, eo animo periculis omnibus

nibus se offerebant, ut mortem susque deque facerent. Cumq; Macedones altas & mœnib. æquas turres propius adduxissent, atque inde pontibus muro applicatis multi in mœnium pinnas audacter transirent, Tyrij remedia multa contra hostium conatum, ex industria & ingenio fabrorum, qui uaria instrumenta bellica excogitarunt, suppetebant: Confecerant hi tridentes maximos hamorum instar aduncos, quos in Macedones de turribus pugnantes iniicie bant. Cumq; clypeis infixi essent, eos funibus, unde reuincti erant, ad se trahebant. Erat igitur necesse, ut arma abiicere, atque ita apertos contra tela, quæ innumera mittebantur, se exhibere: aut retentis ob pudorem armis, tractos è turribus altis cadere, & mori. Alij etiam piscatorijs retibus hostes inuoluentes, cum manus explicare non possent, attrahebant, atque in terram deiiciebant. Sed aliud quoddam acrius ad Macedonum uirtutem coercendam excogitauerũt, quo fortissimos uiros multos dura & inexplicabili calamitate affecerunt. Scuta aliquot ænea & ferrea fabricata sunt: hisq; arena repletis, flammam continuam subiiciebant, donec ignita & candens arena fieret: quam demum per machinam quandam in hostes, audacius cæteris pugnantes, effundebant, atque malo extremo eos afficiebant. Illa enim inter thoraces & tunicas penetrans, cutem grauissimè torquebat. Neque ita cruciatis militibus subsidium inueniri poterat, quòd proximos à quibus magno clamore opem implorabant, pestis eadem comprehendisset. Destituti igitur auxilio, cum uehementissimus ille dolor in furorẽ eos adigeret, miserabiliter interibant. Eodem tempore ignem, iacula, lapides innumeros in hostem Phœnices mittebãt, ut tantæ telorum multitudini Macedonum fortitudo succũbere cogeretur. Asseribus insuper, quibus falces adnexæ erant, arietum armamẽta abscindebant, ne deinceps ualidas in quatiendo uires haberent. In hostium frequentiam, de machinis candẽtes magnas laminas ferreas iaculabãtur, quæ in tãta turba semper aliquos attingebant. Coruis & manibus ferreis ex propugnaculis hostes arripiebant, omnes denicq; Macedonum machinas inutiles reddiderant, pugnantiumq; magnum numerũ ceciderant: cum tamen in ea tanta rerũ perturbatione & difficultatib. adeò asperis Macedonũ animi minimè reprimerentur, sed super suorũ cadauera euntes, aliarũ calamitatem nequaquã in terrorẽ suum uerterent. Interea Alexander ad catapultas cõsistens, saxa in murum torqueri, & ex ligneis turribus, per scorpiones ingentem telorum uim in oppidanos, qui mœnia summa tuebantur, conii ci faciebat. Tyrij contra orbicularib. machinis (ut diximus) conuersis, catapultarum tela aut cõfringebant, aut aliorsum auertebant. Consuta etiam coria ad excipiendum missorum lapidum impetũ, muro prætendebant, & eosdem ui illa molliente dissoluebant, ut nihil ictu suo offenderent. Omni igitur modo fortissimè propugnantes, cum uirorũ dimicantium affatim haberent, iam in hostem audẽtiores facti, desertis mœniũ turriũq; stationibus, ad pontes, qua Macedones transibãt, se cõuerterunt, firmaq; acie cõtra hostes instructa, manus strenuissimè, ut patriæ salus exigebat, conseruerunt. Erant nõnulli ex ipsis, qui securibus pugnantes, ut quemq; hostem obuium habebant, ei expositam corporis partem detruncarent. Ibi Admetus, unus è Macedonum ducibus magnitudine animi & corporis robore præstantissimus, dum Tyriorũ conatibus alacriter obsistit, securi caput mediũ percussus, subitò uitam herois instar amisit, ac reliqui oẽs uictoribus Tyrijs cedere coacti sunt. Quod cũ Alexãder uidisset, nocte inita, per tubicines exercitũ excitauit, oppugnationeq; omissa castra in Aegyptũ mouere constituit. Postmodũ laudem, quam de superato hoste expectauerat. Tyrijs se coactũ relinquere ignominiosum existimans, sententiam mutauit: solusq; Amyntas Andromenis Fidipsum comprobauit. Itaq; rursus ad perficiendum quod cœperat, cõuersus, habita cõcione Macedones est hortatus, ne seipso deteriores esse uellent in hoste oppugnãdo: classemq; instructam urbi circumduxit, quò mari simul & ter-

Tyriorũ acris urbis defensio

ra Phœnices premeret. Intelligens aũt ad eam partẽ ubi erat nauale, infirmiora esse mœnia, illuc triremes cum machinis inuexit: atq; ibi rem fermè spectantibus incredibilem facere est ausus. E turri enim lignea ponte applicato, urbis murũ solus conscendit, nihil ueritus, quòd sibi fortuna facinus tam glorioſum inuidere posset, neq; acerbissimo hostiũ animo in se cõmotus, sed rem in Macedonum suorum cõspectu geri gaudẽs, eis subsequi iussis, ipse ante oẽs hostiũ resistentium quosdam lãcea, quosdam ense cõficiebat, nõnullos clypei impulsu deturbabat: quæ audacia multum animos hostium cõminuit. Interim cũ ali-

Tyrus ab Alexandro capitur.

bi ariete pars muri magna fuisset disiecta, atq; intra urbem irruerent Macedones, iamq; multi per pontem Alexandro se adiunxissent, urbs tandem Tyrus capta est. Oppidani non tunc etiam fortitudinis suæ obliti sunt, sed mutuò se animantes, uiarum anguſtias cõmuniuerunt, ibiq; oẽs plures septẽ millib. præter paucos cæsi sunt. Pueri & fœminæ in captiuitatem tracti. Iuniores autẽ qui erant duo millia, Alexander suspendi iussit. Captiuorũ tredecim millia numerata sunt, cum tamen prius multitudo puerorũ & fœminarum ingens Carthaginem cõportata. Tyrij igitur strennè magis quã prudenter obsidionẽ subsiste re ausi, quam menses septem sustinuerunt, in diram adeò calamitatem delapsi sunt. Apollini catenas aureas & compedes à Tyrijs iniectas, Alexander detraxit, atq; Philalexandum appellari iussit. Herculi magnificentissimũ sacrificiũ peregit. Milites qui egregiam operam in bello nauassent, honorauit. Mortuos honestissimè sepeliri curauit. Tyri Ballonymum regem fecit, cuius mẽtionem accuratè facere, propter casum admirabilem, haud uidetur indignũ. Erat prius in ea urbe rex Strato, quo ob Darij amicitiam de principatu eiecto, Alexander

Alexãder Tyri regem creat pauperẽ quendam hominem

Hephæstioni permiserat, ubi hospitum suorũ quem uellet, Tyri regem deligeret. Is quo hospiti, apud quem diuertebat, gratias referret, eum principem nominari constituerat: qui & opibus & dignitate magna præditus, cum nullo cognitionis gradu regium genus contingeret, beneficium oblatum recusauit. Tunc Hephæstioni, quis nam stirpis regiæ extaret requirenti, indicat quẽdam à regibus genus ducentem, prudentem atq; optimum, sed paupertatis extremæ hominem superesse. Ad illum regni tradendi causa protinus Hephæstio cum regali amictu contendit: inuenitq; in horto mercede aquam de puteo trahentem, crassissimo indutum panno. Ei subito casum Hephæstio exponit. Regia uestè atq; alijs decentibus ornamẽtis apparat, productum in forum, Tyrijs regẽ esse iubet: populo libenter eiusmodi fortuitæ, & prorsus mirabili rei assentiente. Atq; ita Alexandro amicissimus ille regnum tenuit: fortunæ supra modum uariantis, hominibus imperitis exemplũ manifestissimũ. Nos uerò cum Alexandri res diutius tractauerimus, aliorsum enarrationẽ nostram conuertemus. In Europa Agis Lacedæmoniorum rex, receptis octo millibus æris me-

Agit in gratiã Darij quæ fecerit.

rentium militũ, qui ex prælio aduerso ad Issum euaserant, nouis rebus in Darij gratiam animum intendit. A quo naues & pecuniam magnam cum obtinuisset, in Cretam transmisit: ubi reges complures captas in Persarum partes traxit. Amyntas aũt, qui prius è Macedonia, ad Darium perfugerat, præliocq; ad Issum Ciliciæ facto interfuerat, cum Persis ex acie cum hominum quatuor millibus, qui stipẽdia faciebant, incolumis discedens, Tripolim, qui est in Phœnicia, priusquam Alexander eò contenderet, peruenit. Ibi è classe naues, quæ militi suo portando sufficerent, accepit, reliquas omnes incendit. Traijciensq; in Cyprum, & naues, & copias illinc obtinuit, cum quibus Pelusium nauigauit. Eiusq; potitus, uulgò iactabat, ducem se ad eos missum fuisse à Dario, cum Aegypti præfectus in Cilicensi pugna occubuisset. Deinceps Memphim profectus, regionis populares, qui in acie ante urbẽ constiterãt, superauit. Postq; uictoriam, cum milites eius populabundi, prædæ congerendæ solutis ordinibus intenti essent, ecce ibi facta ex urbe eruptione, oppidani & Amyntam, &

Amyntæ mors

suos omnes ad internecionem occiderunt. Eoq; modo Amyntas, qui res magnas

gnas tentauerat,à quibus minimè ſuſpicabatur,oppreſſus eſt. Pariter & alij duces præfectiq́, cum aliqua militum manu de pugna ad Iſſum elapſi, de Perſarum rebus non deſponderunt,ſed partim ad urbes firmiores & opportunas ſe contulerant,easq́ in Darij fide retinuerunt. Partim nationes & populos ad reparandas copias induxerunt,quibus cum tempore maximè neceſſario afflictis rebus ſubueniebant. Amphictyones autem in Græcia legatos quindecim qui auream coronam:rei bene geſtæ præmium Græciæ nomine afferrent,partamq́ uictoriam gratularentur,ad Alexandrum mittere decreuerunt. Alexander uerò ad urbem Gazam,Perſarũ præſidijs firmatam:caſtris motis, eam duorum menſium obſidione per uim occupauit.

An. Mundi 3633.

Regni Philippi Annus V. Alexandri

Expeditio in Aegyptum.

Iam Athenis principe Ariſtophane, Romani conſules magiſtratum inierunt Sp.Poſthumius,& T.Veturius. Tunc Alexander cõpoſitis Gazæ rebus, Amyntam cum nauibus decem in Macedoniam remiſit:ut iuuenum, qui militiæ idonei ibi eſſent:delectũ haberet. Ipſe cum omnibus copijs in Aegyptum intrauit urbesq́ omnes citra laborem quempiam recepit. Aegyptij enim, quòd à Perſis multa impiè in ſacra ipſorum cõmiſſa fuerant, crudeleq́ illorum erat imperium, læto animo Macedones ſuſceperunt. Compoſitis Aegypti rebus,Alexander ad Hãmonis templum proficiſci cõſtituit, à Deo reſcire quędam ſummopere cupiens. Cumq́ iam itineris dimidium progreſſus eſſet, Cyrenenſium legati ei occurrunt, coronam & munera ampla apportantes,in quîs erant equi bellatores trecenti,& firmiſsimæ quadrigæ quinque. Exceptis benignè eis Alexander & ſocietatem,& amicitiam ſuam dedit. Poſtea cum ijs quos comites ſumpſerat,ad templum occœpit pergere. Cumq́ ad terram deſertam & aqua carentem:ubi arenæ uis immenſa erat, peruenirent, accepta ſe cum aqua,illac iter faciebant. Intra diem quartum aqua omni, quam ſecum ferebant,abſumpta,defectu eius magnopere conficiebantur:ingensq́ ſollicitudo omnis corripuerat. Tunc pluuia magna repentè extitit: qua præter expectationem cum à ſiccitate eſſent recreati, exiſtimauerunt eam Dei prouidentia ad ſe ſeruandos miſſam fuiſſe. Iterum igitur aqua de conualle quadam hauſta, quantum in dies quatuor ſuppeteret, ſecum portauerunt. Intra quod tempus regionem,quæ aquæ indigentia laborabat,tranſierunt. Cum uerò recti itineris ratio propter arenæ copiam non conſtaret,duces regem admonuerunt, crocitantes coruos ſemitam,quà ad templum eundum eſſet, demõſtrare. Idipſum Alexander in omen fauſtum traxit:interpretatusq́ Deum gratè aduentũ ſuum accipere,magna alacritate progrediebatur. Primò ad ſtagnum quod amarum nuncupant,peruenit. Deinde ſtadia centum cum iuiſſet,urbes, quæ Hammonis dicuntur,acceſsit. Illinc diei unius itinere facto,delubrum tandem attigit. Cuius regio undique deſertis, & aquæ egentibus, prorſusq́ omni humano cultu carentibus locis circumdata,ipſa tamen in latum & longum ſtadia quinquaginta patens,multis amœnisq́,& potu ſalubribus aquis irrigatur, & arborum omnis generis,maximè quæ fructus gignant,referta eſt. Aeris clemẽtiam, qualis propemodum ſolet eſſe uerno tempore,habet. Cumq́ finitima omnia intolerandis æſtibus caleant,locus hic ſolus temperie ſua degẽtes ibi mirificè recreat. Templum ab Aegyptio Danao poſitum fuiſſe aiunt. Regionẽ ſacram circumhabitant ad meridiem & occidentem Aethiopes, ad ſeptentrionem Aphri,qui Numidæ dicuntur,eisq́ uerſus mediterranea coniuncti Naſamones. Interius loca omnia tenẽt Hammonij,in quorum medio eſt arx cum munitione triplici. Prima regiã principum ueterum:altera gynæceum,puerorum,fœminarum,propinquorumq́ regis domicilia,loci totius propugnaculum, delubrum Dei,ſacrum fontem,in quo quęcunq́ Deo offerenda ſunt, prius abluuntur,continet. In tertia ſpiculatores, qui circa principem ambulare ſoliti ſunt, habitant. Ibidemq́ eſt eorum militum receptus, bene firmatus munimentis.

Alexander ad Hammonis tẽplum proficiſcitur.

Hammoniorũ ſedes.

Hammonis fanum, & fons Solis.

Haud longè ab ipsa arce, alterum extat Hāmonis templum, multis magnisq; arboribus inumbratum: prope quod fons est, qui ob id, quod ei accidit, Solis nuncupatur. Habet enim aquam, secundum horarum spacia mutationes mirabiles facientem. Ad primum diei ortum tepida exit de fonte. Progrediēte die ad horarum additamenta paulatim frigescit, donec meridie æstuante ipsa ad summā redigatur frigiditatem, quam rursus per momenta sua remittit sensim, usq; ad solis occasum, nocteq; ineunte usq; ad mediam, semper magis incalescit. Inde calore deficiente fit, ut circa lucem pristinum statum prorsus recuperet. Dei ipsius simulachrū ex Smaragdis alijsq; gēmis est coagmentatū, editq; oraculum peculiari quodam modo. Circūfertur enim aurea naui ab octoginta sacerdotibus, qui humeris deum ultrò gestant, quo ei uoluntatem progredientes esse nouerunt. Subsequitur per uias oēs ingens uirginū matronarumq; turba pœanas canentium, deumq; cantu patrio laudantium. Alexander itaq; in templum à sacerdotibus ductus, cum diuinū simulachrum cōtemplaretur, uates, uir grandis natu, accedens ad eum: Salue inquit, ô fili, & appellationem huiusmodi à Deo habeas. Suscepit Alexander: Accipio eam ô pater, deincepsq; tuus dicar, si tamen mihi terrarum omnium dominium concesseris. Tunc uates in templum se retrahens, cum uiri qui deum subleuauerant, ad certa quędā uocis indicia moti essent, respondit firmissimè Deum ei, quod petebat, promittere. Ibi Alexander: De cæteris etiam quæ scire expeto, mihi, inquit, ô numen respōdeas: an scilicet omnes parentis mei interfectores ultus fuerim, num ue eorum aliqui pœnam euaserint? Vates tunc exclamauit: Haud perperā loquaris: nō enim est mortalium quispiam, qui genitori tuo insidias possit tendere: Philippi quidē peremptores omnes supplicio sunt affecti. Argumēto uerò sit tibi, quod è Deo sis genitus, magnitudo rerū quas feliciter gessisti, quoq; hactenus à nullo fueris superatus, & in posterum ubiq; inuictus sis futurus. Delectatus mirificè Alexander his oraculis, amplissima deo obtulit munera, inq; Aegyptum est reuersus. Ibi cum urbem ædificare decreuisset, eis quos negotio præfecerat, iniunxit, inter paludem & mare, quem locum ipse diligenter metatus, & ad regiones urbis ponendas partitus fuerat, eam extruerent, uoluitq; Alexādriam de suo nomine appellari. Cuius positio cōmoda ualde electa est, ob uicinitatem portus Phari. Rectèq; in uicis disponendis illud fuit consideratum, ut omnes flatu uentorum, qui anniuersarij dicuntur, inspirarentur. Is per latissimū pelagi æquor effusi, urbis aērem refrigerant, unde saluberrima temperies redditur habitantibus. Circuitum ipsum mœniū, & magnitudine, & munitionibus admirabilem prorsus effecit. Cum enim inter magnū paludem & mare posita sint, duos tantum terra aditus habent, qui bene firmati sunt, ut facile defendi possint. Vrbis forma propè chlamydi consimilis, habet plateam à qua urbs ferè media diuiditur, magnitudinis & elegātiæ incredibilis. A porta enim ad portam pertingens, in longitudinem stadia quadraginta, in latum pedes centum perficit: domibusq; & templis magnificentissimis undique est exornata: luisit Alexander, ut ipsa regia & ampla, & operibus præclaris admirabilis maximè fieret. Neque hic tantum, sed & succedentes fermè omnes Aegypti reges usq; ad amnem tēpora, impendijs magnis eam auxerūt. Accepit uerò ea urbs citerioribus annis tantum rerum omnium incrementum, ut à multis prima omnium in toto terrarum orbe numeretur. Magnitudine enim, specie, redditibus amplis, copiaq; omnium humano uictui necessariorum longè alijs omnibus præstat. Habitantium in eo multitudo longè superat degentium in urbibus alijs numerum. Quo nanq; tempore in Aegyptum transmisimus, nobis dictum est ab eis, qui descriptionem habitatorum faciunt, esse Alexādriæ capitum liberorum plus trecentis millibus, regemq; uectigalibus Aegypti capere ultra sex millia talentorum. Alexander igitur cum amicos suos quosdā cœptæ urbis ædificationi præesse iussisset, omnesq; Aegypti res ordinasset,

Idololatria Hammonitarū

Sacrificulorū χρησολογίαι

Alexander Alexandriam construit in Aegypto.

Alexandriæ descriptio.

naſſet,cum omnibus copijs in Syriam redijt. De cuius aduentu,ut primum Darius certior factus eſt,undique copias ſuas euocauit,omniq́ue quæ ad aciem inſtruendam oportuna eſſe uidebatur prouidit. Tela,gladioſq; maiores,quàm prius habuiſſet,in exercitu fieri curauit, quòd ea res Alexandro in Cilicenſi pugna ualdè profuiſſet. Currus falcatos ducentos,perterrendis hoſtibus multum idoneos,ita conſtruxit. Circa equum utrunque,qui loris reuincti currum trahebant,exterius in iugo fixa ſpicula trium palmorum longitudinis,cuſpide in hoſtium faciem conuerſa, conſtituebantur. Ad Axes rotarum demiſſos,altera duo itidem hoſtibus occurrentia extabant: hæc & longiora & latiora erant prioribus,habebantq; in ſummo adnexas falces. Omnino cum exercitum armis inſignibus,& ducibus ſtrenuis bene firmaſſet,Babylone mouit cum peditatu millium octingentorum,equitibus haud minus ducentis millibus, iterq; Tigri ad dextram, ad ſiniſtram Euphrate fluminibus decurrentib. habebat peropulentiſsimam regionem, quæ equis iumentisq; pabulum,hominibus alimentorum omne genus commodiſsimè poſſet ſuppeditare. Contendebat autem ſummo ſtudio,ut Ninum peruenireti,ibiq; cõfligeretur: quòd prope urbem eam planicies erat, quæ latiſsima ingenti militum multitudini explicandæ locum maximè idoneum dare poſſet. Cum uerò ad uicum qui Arbela nominabatur,caſtra metatus eſſet,ibi quotidie acies diſponebat, meditationeq; & exercitationibus continuis milites,ut imperatoris iuſſa audirent, aſſuefaciebat. Plurimum enim uerebatur, ne aliquo modo in tanta gentium & linguarum uarietate,cum ad prælium ueniendum eſſet, ſeditio & motus quiſpiam in exercitu oriretur. Pro componendo bello cum prius miſsis legatis, qui Alexandro terras omnes intra Halym, inſuperq; talentorum duo millia offerrent,nihil efficere potuiſſet, iterum alios ad eum legauit, gratias agens, quòd matrem eius, captiuosq́ue alios tam honorificè tractaſſet: oranſq́ue,ut inita ſecum amicitia, quicquid citra Euphratem eſſet, talentorumq; tria millia & filiarum ſuarum alteram uxorem accipere uellet. Quod ſi obtinuerit,ut generum eum habeat,tunc filij ſui gubernatione conceſſa, ſe admiſſurum quodã modo eum in totius etiam imperij ſocietatem pollicebatur. Alexander auditis legatis, amicorum conſilium habuit, retulitq; ad eos de his quæ offerentur, ut cenſerent qui'dnam eligendum uideretur. Rogabat ut liberè unuſquiſque ſententiam ſuam in medium proferret. Ibi cum alij omnes ob rei quæſitæ magnitudinem haud ſatis regi conſulere auderent,Parmenio primus: Ego inquit,ſi eſſem Alexander,ſuſciperem quæ conceduntur,fœdusq; firmarẽ. Huic Alexander ita reſpondit: Et ego id facerẽ quod dicis,ſi eſſem Parmenio. Alijſq́ue huiuſmodi uerbis magnificis uſus, Perſarum orationem repudiauit,pluris nominis ſui gloriam, quàm promiſſorum munerum utilitatem,faciens. Itaque legatis hoc reſpondit: Quemadmodum mundus, ſi duo eſſent ſoles,nec ornatum,nec ordinem ſuum haberet: itidem & terrarum orbis, duobus regib. principatum tenentibus,non facilè ſeditionum & tumultus expers erit. Idcirco iuſſit Dario renunciarent: Si primas tueri eſſet ei in animo,uti ad certamen pro unico rerum omnium imperio contra ſe ueniret. Sin gloriæ parum appetens,utilitatem & quietis oblectamentum magis diligeret, Alexandro iubenti obſequeretur,in alios poteſtatem regiam, quam ei amplam ipſe eſſet conceſſurus,exerceret. Miſſo conſilio,uerſus caſtra hoſtium cum exercitu eſt progreſſus. Interim cum Darij uxor mortem obijſſet, decẽtiſsimo apparatu eam ſepeliri curauit. Darius autem cum Alexandri reſponſum accepiſſet, deſperans uerbis rem componi poſſe, copias ſuas indies magis exercebat,ut in prælio committendo,ad omnia quæ imperarentur,facienda promptæ eſſent: & Mazęum unum ex amicis cum electa militum manu miſit ad tranſitum fluminis occupandum,ut poſito præſidio eum defenderet. Alijs iniunxit, ut loca omnia qua hoſtibus iter faciendum eſſet, incendijs uaſtarent. Conſtituerat enim flumi-

Darius ad prælium aduerſus Alexãdrum ſeſe iterum parat.

Locus prælij tertij, Arbela.

Alexander oblatam à Dario pacem repudiat.

nis procursu munimenti uice uti contra hostes. Sed Mazæus altissimum & rapidissimum flumen nullo pacto transiri posse ratus, non multum diligentiæ ei custodiendæ adhibuit : adiunctisque populatoribus alijs, longè & latè regiones quamplurimas diripuit, omniaque corrupit : necessariarum rerum angustijs ita preſsos hostes propius accedere haud posse existimans. Verũ Alexander cum ad Tigrim peruenisset, cognito per incolarum loci indicia uado fluminis, copias omnes summo cum labore & periculo transduxit. Aqua enim alta, utpote summa pectoris attingens, impetusque uehemens fluminis faciebat, ut transeuntes multi abriperentur, neque uestigia in imo alueo firma possent. Adhoc clypeis impactus undarum decursus eos euertebat, uiquè ablatos ad extremum periculum deducebat. Tunc Alexander, quo fluminis uiolentiæ obsisteretur, monuit omnes, ut se mutuò manibus comprehenderent, corporumque ueluti molem quandam confertissimam in unum constringerent. Itaque transierunt, non sine magnis difficultatibus, ut in discrimine summo Macedonum salus fuerit. Quamobrem diem unum militi ad se recreandum concesit, postridie acie instructa contra hostes progressus est, quibus cum appropinquasset, castra posuit. Ibi cum animo secum reputaret, ingentem Persici exercitus multitudinem, cladem, quæ maxima ex futura pugna imminebat, quodque omnium contentionum summa tunc uiribus decernenda esset, anxius mirificè de rerum exitu, noctem in somnem duxit. Circa excubias matutinas somno tãdem est correptus profundo adeò, ut iam die clara expergisci nequiuerit: quæ res initiò ualdè eius amicis placebat, existimantibus regem ita in prælio facilius labores omnes subiturũ. Sed cũ iam multum temporis somnus ille continuaretur, Parmenio grandior natu cæteris amicis regijs, exercitui, ut ad certamen se expediret, imperauit. Cuius ædicto cum nulli parerent, ingressi ad Alexandrum amici, difficulter eum excitarunt. Admirantibusque cunctis eam regis securitatem, causamque rescire cupientibus : Magna, inquit Alexander, animi molestia Darius me liberauit, cum uires omnes suas in locum unum conduxerit: quandoquidem die unica semel de rebus omnibus decernetur, ut deinceps laborum & discriminum, quæ alioquin diuturna erant futura, finem habituri simus. Oratione autem accommodata cũ duces omnes suos adhortatus esset, ut animo fortissimo aduersus imminentia pericula esse uellent, instructis copijs contra Barbaros est profectus.

Alexander copias suas Tigrim traducit

Alexander copias suas contra Dariũ iterum ordinat.

Ante peditum phalangem ordines equitum posuerat: in dextro cornu erat ala, quam Clitus Niger cognomento ducebat. Sequebatur altera amicorum, cui Philotas Parmenionis F. præerat. Post hanc & septem aliæ sub eodem duce. Deinceps erat peditum, quos Argyraspidas uocant, agmen armorum elegãtia & uirtute hominum præstantissimum: hisque imperabat Nicanor, filius Parmenionis. Ponè statim Cœnus Elimiotas, ab eoque Perdiccas Orestas ducebat. Deinde Meleager cum suis sequebatur, & Polypercon, cui parebant qui nuncupantur Stymphæi. Erat Philippo Balacri F. suisque ordinibus locus post hos omnes, & secundum eum Cratero. Equitatui autem, quem descripsimus, continenter adiuncti erant auxiliares equites Peloponnesiaci, Achæi, Phthiótæ, Malienses, Locrenses & Phocenses, quorum omnium præfectus erat Mytilenæus Erigyius. Hi contiguos habebant Thessalos, Philippo duce, quorum uirtus & equitandi peritia reliquis omnibus longè præpollebat. Additi erant Cretenses sagittarij, & qui ex Achaia stipendia merebant. In utroque autem cornu acies repanda, ut retro & in latere respiceret, ordinata est, ne hostes sua multitudine, exiguas Macedonum copias possent circumuenire. Contra falcatos currus remedium tale ab Alexandro excogitatũ est. Pedites omnes phalangis commonuit, quãdo propius impulsi fuissent currus, ut clypeos cõiungerent, sarisisque eos uehementer pulsarent, eo strepitu cõsternatos equos quadrigos retrorsum rapturos. Quòd si quæ nihilominus incitato cursu impetum fecerint, tunc uti

aciem

aciem aperirent, locumq; excurrendi illis, ita nihil detrimenti illaturis, darent. Ipse autem dexteram agminis partem regendam suscepit, eaqûe in obliquum uersa, totum periculum sua ipsius opera decernere decreuit. Darius suos ordines secundum gentium nationes distinxit, quemadmodumque Alexander fecerat, ipse etiam in primo agmine hostibus se opposuit. Cum igitur copiæ alteræ alteris appropinquassent, utrinque classicum tubicines personarunt, & clamore emisso, omnes in conflictum proruperunt, statimque falcati currus magna ui impulsi, non mediocri metu & perturbatione Macedones implicarunt. Mazæus enim equitum præfectus, cum turmis plerisque immissos eos currus sequutus, ut terribiliores uiderentur, effecerat. Sed phalange ut ab Alexandro præceptum fuerat, subitò iunctos clypeos sarissis acriter feriente, tantus inde editus est sonitus, ut non pauci currus, equis perterritis, auersi fuerint: neque ulla ui inhiberi potuerint, quin concitati retro in suos cursum caperent. Aliqui cum rectà in phalangem contenderent, hostibus aditum inter ordines dantibus, ruentes, aut multis telis obruti, aut euersi sunt. A nonnullis impetu adiuuante, ulterius inuectis, cum eorum ferramenta acutissima quicquid obuium esset conciderent, multæ & uariæ mortis facies patratæ sunt. Violentia enim & acies telorum, quæ curribus erant inserta, tanta fuit, ut multis brachia simul cum clypeis abscinderent: aliis præcisa ceruice, capita in terram deiicerẽt, oculorũ & uultus habitu, qui uiuentibus erant, etiamnum durante. Latera nonnullorum, ubi letalis maximè est ictus, uulnerata, indeq; subita mors eos subsequuta est. Iam uerò sagittis, fundarum glandibus iaculisque effusis, cum pugna cominus geri cœpisset, primi equites congressi sunt, acriterq; in cornu dextro Macedones decertabant. Darius qui læuum sui exercitus cornu regendum acceperat, mille electos equites consanguineos uirtutis & beneuolentiæ erga se exploratæ, in ala una propè habebat, qui strenuitatis suæ spectatorem regem nacti, quicquid telorum ab hoste in eum iaciebatur, audacissimè excipiebant. His adiuncti erant Melephori, fortes uiri, & multi numero: Mardi etiam, Cissæiq;, corporũ proceritate & magnitudine animi admirabiles. Tenebant & locum suum iuxta regem milites circa aulam excubare consueti: Indiq; qui uirtute egregia censebantur. Hi omnes cum ingenti clamore in hostes impetum fecerunt: ferocissimeq; pugnantes, sua multitudine Macedones multum premebant. Mazæus autẽ, qui erat ad cornu dextrum, secumq; optimos equites habebat, in congressu primo non paruum hostium numerũ oppressit. Caduſios ad duo millia, Scythas mille strenuos equites misit ad hostium cornu circumeundum, iniunxitq; ut uallum castrorum aggrederentur, & impedimenta ipsa diriperent: quod non segniter ab illis est factum. Cumq; in castra irrupissent, captiui qui seruabantur ibi, armis sumptis ad prædam faciendam, equitatui Persico se adiunxerunt. Inde clamore & tumultu ingenti, utpote in re quæ præter omnem opinionem acciderat, per omnem partem castrorum exorto, captiuæ aliæ omnes fœminæ ad Barbaros cõ currerunt. Sisyngambris Darij mater sola, etiam multum per alias admonita, ut ad eam nouitatem assurgeret, haud se uoluit commouere, rumoribus qui incredibiles uidebantur, non satis fidei præstans: ad hoc magna in se Alexandri beneficia parum gratè prosequi nolebat. Scythæ tandem spolijs multis congestis ad Mazæum reuerterunt, quamq; sibi omnia prospere cessissent renunciarunt. Eodem tempore & in parte ubi Darius curabat, equites quidam grauiter instantes, sua multitudine turmas Macedonum oppositas, in fugam coniecerunt: atq; ita iam in duobus locis Persarum erat status pugnæ superior, cum Alexander, cuius illud summum studium fuit, ut succumbẽtem Macedonum aciem per eum reparatam esse constaret, adsumpta regia ala, equitibusq; alijs optimis, in ipsum Darium contendit. Qui fortiter hostilem impetum excepit, deque curru pugnans, multos qui in eum inuecti fuerant, confecit. Erat

Alexãdri cum Dario secunda pugna.

& cum eo bellatorum magnus numerus, qui non segniter manus conserebãt; regesq; ipsi alter in alterum omni conatu irruebant. Tunc Alexander coniecto telo Darium nisus ferire, aberrauit, proq; eo aurigã, qui erat ante regem, interemit. Ibi qui propius Darium pugnabant, cum clamorem ingẽtem extulissent, creditum est à remotis ordinibus ipsum regem confossum fuisse, primiq; illi se in fugam dederunt. Eos proximi sunt sequuti, & sensim usq; ad frontem agmi-

Darij fuga. nis, ubi erat Darius, continenter se milites à prælio subtrahebant, donec latere altero aperto, iamq; sibi timens & ipse fugam arripuit. Ex eorum præcipitato cursu cum magna uis pulueris altius esset excitata, statimq; Alexander cedentes insequeretur, factum est ut propter densissimam & late fusam pulueris nubem, haud potuerit prospici, quorsum Darius contenderet. Ad hoc lamentabiles morientium uoces, excurrentium equitum strepens tumultuatio, & crepitus per flagella excitati, undiq; audiebantur. Interea Mazæus in dextro cornu Persarum cum magno & fortissimo equitatu, quem ducebat, grauissimam pressionem in aduersos Macedones fecerat: & Parmenio cum Thessalis equitibus aliisq; in eodem cornu pugnantibus, hostes strenuè exciperet: acriterq; dimicans, Thessalorum uirtute hostem superare uidebatur. Tunc Mazæi agmine acrius & totis uiribus incumbẽte, Macedones grauiter urgeri cœperunt, multaq; cædes committebatur, neq; Barbarorum impetus amplius bene sustineri poterat. Parmenio hoc uidens, aliquot suorum equitum ad Alexandrum misit, qui dicerent, ocyus laboranti sibi esse ab eo succurrendum. Illi festinanter profecti, cum audiuissent Alexãdrum cum magna copiarum parte ad hostem insequendum esse progressum ulterius, re infecta ad Parmenionem redierunt. Qui fortissima & diligenti Thessalorum opera adiutus, multis cæsis, Barbaros iam de abscessu Darij certiores factos, tandem in fugam compulit. Darius aũt qui rei militaris scientia multum præstabat, obscuritatem de puluere inductam sibi commodam nactus, non cursum rectè, ut Barbari alij, tenuit, sed in contrariam partem est profectus, tegenteq; eum aëre offuscato facilè euasit. Omnes etiam qui eum sunt sequuti, cũ in pagos, qui erant à tergo Macedonum se contulissent, incolumes ab omni seruauit periculo. Nouissimè Barbaris omnibus fusis & fugatis, cum Macedones semper instando, ultimos interficerent, breui planicies tota cadaueribus est repleta: creduntur q; in ea pugna Barbarorũ peditum & equitum plures 90000. Macedones ad 500. cecidisse, uulnerati fuisse quãplurimi. In ijs unus è primis ducibus Hephæstio, qui regij corporis defensoribus præerat, brachium alterum iaculo est confixus, & Perdiccas, Cœnus, Menidas, alijq; nonnulli insignes duces sauciati sunt. Huiusmodi exitum habuit commissum prælium ad Arbela.

Anno Mundi *Regni Philippi annus* VI.

3634 Cuius fama, iam Athenis imperante Aristophonte, Romæ consulibus C. Domitio, & Aulo Cornelio, cum in Græciam peruenisset, ciuitates multæ au-

Græcis Macedonum successus suspecti. ctam Macedonum fortunam formidare cœperunt. Dumq; Persis uires aliquæ superessent, libertatis suæ curam haud negligere decreuerunt, Dariq; facilè & auxilia, & pecuniam, unde magnas copias possent conducere, eis subministraturo, & Alexandro nũquam ad hoc uenturo, ut militum suorum partem cõtra Græciam mitteret: quòd si ociosi extremã Persarũ calamitatẽ spectare uelint, frustra deinceps solos relictos se aliqd pro obtinenda libertate molituros esse. Inuitabat eos Thracum exemplum, qui per id tẽporis ad res nouas cõsurrexerant. Memno enim Thraciæ cũ exercitu præfectus uir audax, cõcitatis Barba-

Thraces deficiunt à Macedonibus. ris, ab Alexandro deficit, magnasq; copias ad bellum manifestum coẽgit. Ad quem motũ opprimendũ Antipater per Macedoniam cum omnibus uirib. in Thraces cõtendit, ipsumq; Memnonẽ bello urgere cœpit. Is igitur cum in huiusmodi expeditione distineretur, Lacedæmonij idoneũ illud tẽpus bello parando esse arbitrati, Græciæ populos ad coniurationem pro libertate ineundã adhorta-

adhortabantur. Athenienſes, qui præ cæteris Græcis omnibus ab Alexandro honoribus maximis affecti fuerant, in quiete ſe continuerunt. Sed ex Peloponeſo complures, & alij nonnulli, conſpiratione facta, delectus habuerũt: procq; ciuitatum uiribus, iuniores bello idoneos ſcripſerunt, ut peditum millia uiginti, equites ad duo millia coacti fuerint. Eorum omnium adminiſtratio Lacedæmonijs conceſſa eſt, qui ſub Agide rege decreuerũt ſemel totius rei fortunã bello experiri. Antipater interea Græcorũ apparatũ perſentiens, res Thraciæ ut datum eſt, compoſuit, omnesq; copias in Peloponeſum duxit, & à ſocijs ciuibus Græciæ auxilia impetrauit, ut exercitum non minorem millibus quadraginta hominum haberet. Commiſſo itaq; magno prælio, Agis rex fortiter pugnans occubuit. Lacedæmonij ad multum temporis cùm difficultates omnes certaminis ſuſtinuiſſent, ſocijs ſuperatis, & ipſi tandem pugna ceſſerunt, Spartamq; ſunt reuerſi. Ceciderunt Lacedæmoniorum, ſociorumq; in eo prælio plures quinq; millibus & trecẽtis, alterius partis millia tria & quingẽti. Singularis & notatu digna res accidit in ipſa Agidis morte. Cum enim egregiè dimicans, multis aduerſis uulneribus affectus fuiſſet, per milites ablatus eſt, in patriam referebatur. In itinere circumuentus ab hoſtibus, cum iam ſalutem deſpondiſſet, ciuibus ſuis, qui eum ferebant, imperauit, ocyus abirent, ſeq; neceſſarijs patriæ uſibus ſeruarent. Ipſe autem armis reſumptis, genu niſus, hoſtibus ſe obiecit, aliquotq; eorum cæſis, ibi confoſſus mortem obijt, regni ſui anno 9. Nos uerò cum de his quæ in Europa geſta ſunt, aliquantulum meminerimus, ad Aſiæ res explicandas reuertemur. Darius accepta Arbelis clade, fugiens, ad præfecturas ſuperiores contendit: ita ratus ex loci longinquitate, citra impedimentum ſe uireis poſſe parare, tempusq; idoneum habere ad ea prouidenda, quæ exercitui eſſent neceſſaria. Primoq; in Ecbatana Mediæ perueniens. Ibi facta mora milites, qui fuga euaſerant è manibus hoſtium, recepit, inermes armauit, à finitimis gentibus militem nouum euocauit: ad duces præfectosq; qui & Bactris, & in locis ſuperioribus erant, miſit admonitum, ne fidem & amicitiam erga ſe imminuerent. Alexander à uictoria cum defunctorum corpora ſepeliri curaſſet, Arbela intrauit, ubi magnos commeatus, & ingentem opum præcioſiq; apparatus inuenit, in quèis fuerunt argenti 3000 talentorum. Conijciens autem ex cadauerum multitudine, facilè eius aëris tractum infectum iri mouit cum omnibus copijs Babylonem uerſus, ubi incolis oppidanisq; liberaliter excepti, & in lauta hoſpitia inducti Macedones, bene recreati ſunt è laboribus quos antè ſuſtinuerant. Commoratus eſt Alexander in ea urbè dies plus triginta, & rerum omnium abũdantia & benignitate hominum eum allicienti-bus. Deinceps diſceſſurus, arci Babylonis Agathonem Pydnæum cum præſidio Macedonum ſeptingẽtorum præfecit. Apollodoro Amphipolitæ & Menitæ Pellæo Babylonẽ, præfecturasq; omnes uſq; ad Ciliciam adminiſtrandas conceſſit: datisq; talentis mille argenti, iniunxit, ut militem ſtipendio conducerent. Mithrinnem, qui Sardis arcem dediderat, Armeniæ præſidem fecit. De pecunia quam recens acceperat, equitibus ſenas minas, auxiliaribus quinas, peditibus Macedoniæ phalangis binas, reliquo peditatui duorũ menſium ſtipendium donauit. His peractis, cum caſtra Babylone mouiſſet, in itinere ad eum peruenit ſupplemẽtum ab Antipatro miſſum. Macedones equites quingenti, peditum ſex millia, equites Thraces ſexcenti, Trallienſes ad tria millia & quingentos, Peloponneſiaci pedites numero quatuor millium, equites paulò minus mille. Aduenerunt & quinquaginta Macedones, filij omnes inſigniũ uirorũ, familiariũ regis. Hos parentes ipſi miſerãt, ut in ordines regij corporis cuſtodum adſcriberentur. Quibus omnibus receptis, Alexander inſtituto itinere perrexit, caſtriſq; ſextis in Sitacinẽ præfecturã peruenit. In ea regione cum omnium neceſſariarum rerum copiam uberem offendiſſet, pluſculos dies ibi moram traxit, quo miles à labore itineris reficeretur: ſimul ut militarium ordinum

Antipater Græcos ſeditioſos uincit.

Agidis interitus.

ἐπάνοδος ad hiſtoriam Darij, & Alexandri.

Alexander Babylonem uenit.

Præfecti ab Alexandro cõſtituti.

ratio

rationem diligentem iniret, administrationesq; ducum & præfectorũ amplio-
res faceret, atq; ita exercitus & militũ multitudine, & uirtute ducũ, ualidior ef-
ficeretur. Igitur perfectis ijs quæ ei uisa sunt, habitoq; accurato iudicio qui nã
præstantissimi essent, multisq; ex magna præfectura ad magnam potestatem
euectus, duces omnes ad maiorem dignitatem, & ad uehementem erga se cha
ritatem perduxit. Neque gregariorum militum curam omisit, sed multis utili-
ter prouisis, in meliorem statum omnia reduxit. Per quæ factum est, ut totus
exercitus beneuolentior erga eum, ad imperatoris iussa obsequentior, & uiri-
bus longè quàm prius fuerat, ualentior redderetur. Ad reliquum belli proinde
Alexãdro Su- instructis ita copijs, Alexander contendit. Cumqũe in Susianam inuasisset,
sæ deduntur. absque periculo & difficultate ulla celeberrimam urbem regiam Susa obti-
nuit: ultro & citra consultationem aliquam præfecto eius deditionem facien-
te. Licet nonnulli scriptum reliquerint, & eum, & alios non imminuta fide, sed
Darij ipsius iussu ad Macedones transiuisse. Illud autem Persarum regis fuisse
consilium, magnis rebus Alexandrum distrahentibus, dum urbes insignes &
ingentes thesauros reciperet, se interim à fuga opportunum tempus exercitui
Thesaurus re- comparando habere posse. Accepta autem urbe Susis, Alexander in thesauris
gius in Susis. regijs inuenit, argenti & auri non signati plus quadraginta millibus talento-
rum, quæ à multis temporibus intacta, ad inopinati alicuius magni discrimi-
nis subsidium reges seruauerant. Præter hæc erant & nouem millia talento-
rum auri sub Darica forma excusi. Hanc pecuniam Alexandro recognoscen-
Alexander ti, præcipua res quædam accidit. Cum regiam sellam insedisset, eaq; esset
throno insi- sublimior, quàm ut corpori ipsius conueniret, puer quispiam animaduertens
dens. pedes Alexandri haud mediocri interuallo solum non contingere, apportauit
Darij mensam, pedibusq; regis pendentibus eam suppposuit. Quæ cum a-
ptissimè fuisset accommodata, Alexander ualdè eius qui id egisset, ingenium
commendauit. Tunc in adstantium turba spado, qui tantam fortunæ uarieta-
tem secum considerauit, animo affectus, lachrimari cœpit. Alexander homi-
nem cum interrogasset, quæ'nam indigna res uisa, fletum ei excitasset? Ille, In
Alexandri mo- præsentia quidem, inquit, tuus sum seruus, sed cum prius Darij fuerim, natura
deratio. q;ue dominos meos diligere soleam, non potui non dolere, rem quæ tantope-
re ab illo honorabatur, abs te nunc contemptui haberi animaduertens. Quæ
ad uerba animo adiecto Alexander, imperij Persarum quanta esset ruina, secũ
cœpit uolutare. Videbaturq; sibi ipsi insolens, neq; humanitati, qua erga fœ
minas captiuas usus fuerat, compar facinus admisisse. Propterea famulum qui
mensam apposuerat, accersiuit, iussitq; uti eam auferret. Ibi Philotas, nihil con-
tumelioſius à rege factũ fuisse ait, cum ipse illud fieri neutiquam mandasset, sed
fauentis potius dei cuiusdam prouidentia & uoluntate eam rem uideri euenis-
se. Traxit eiusmodi Philotæ dictũ Alexander in fausti ominis significationem,
mensamq;, uti erat, sub solio permanere uoluit. Darij deinde matrem & liberos
cum Susis remanere, Græcamq; linguam, datis præceptoribus, doceri cõstituis-
set, cum omnibus copijs castra mouit: quatuor q; dierum itinere ad fluuium
Tigris fluuius Tigrim peruenit. Is de monte Vxiorum currens, primò per terram asperam &
cõuallibus magnis interruptam, ad mille stadiorum spacium fertur. Exceptus
Alexander in postea campestri planitie, semper fluit placidior: peractisq; stadijs sexcen-
Vxiorum fi- tis, in Persicum mare ingreditur. Flumine eo traiecto, Alexander in Vxiorum
nes cum exer- fertilissimos agros, & multis aquis irriguos contendit. Nascuntur ibi innume-
citu profectus ri & omnis generis fructus: aduenientesq; sub frigido autumnali tempore, per
Tigrim à mercatoribus Babylonem fructus, quicunq; ad hominũ oblectamen
ta facere possunt, illinc deuehuntur. Inuenit, autem rex aditus omnes occupa-
tos, præsidijsq;e firmatos à Madete, qui Dario iunctus sanguine, cum iustis
copijs ei loco præfectus fuerat. Cumq; omnem situm diligenter explora-
set, apparebant rupes esse prorsus inuiæ. Tunc uir quispiam indigena è gente

Vxiorum

Vxiorum, cui bene loca ex longo usu comperta fuerant, pollicitus est Alexandro, per semitā quandā angustam & difficilē se milites eius illò ducturū, ut ipsis hostibus loco sublimiores essent. Libenter hæc audiens Alexander, cum illo misit idoneum militum numerum, & ipse irruptionem, quà haud possibilis fore uidebatur, moliri cœpit. Congressusque cum hostium stationibus acriter, defessis integros summittendo, rem gerebat, donec Barbaris omnibus in hoc certamen intentis, qui missi fuerant, de improuiso supra regionis angustiarum propugnatores comparuerunt. Ibi perterritis Barbaris, & in fugam coniectis, transitum ita liberum sibi fecit Alexander. Breuique oppidis omnibus Vxianæ terræ potitus, in Persidem iter arripuit: quintisque castris ad Susiadas quas uocant petras accessit. Eas Ariobarzanes cum peditatu uiginti quinque millium, & equitibus trecentis insederat. Alexander arbitratus ui à se aditum posse obtineri, nullo prohibente, in loca impedita & angusta cum exercitu ingredi cœpit. Hostes per aliquantum temporis eos progredi permiserunt. Vt uerò in medias loci angustias est peruentum, de repente facto impetu, ingentia, & quàm plurima saxa supernè prouoluere cœperunt. Quæ in Macedones decidentia, multos opprimebant. Multi etiam è rupibus altis tela cōiicientes, aliquos semper, utpote in conferta turba, feriebant: aliq; de manu lapidibus missis inferentes Macedones repellebant. Omninoque locorum asperitate Vxios adiuuante, Macedones multi interficiebantur, nec pauciores sauciabantur. Alexander cum tantis difficultatibus prouidere non posset, uideretque hostium neminem aut uulnerari, aut interfici: ex suis autem multos perisse, nullumque fermè esse in prima acie non saucium, receptui per tubicinem cani iussit. Et retro ad stadia trecenta cedens, castra posuit. Exquirebat curiosè à regionis eius hominibus, num aditus alter esset, præter eum quem infeliciter tentauerat. Omnes respondebant alium nullum inueniri, sed esse circuitū, qui non nisi multis diebus peragi posset. Hic Alexander turpe ualdè esse insepultos suos, qui mortem obiissent, relinquere: rursum ab hostibus cadauera petere ignominiosum, & quasi confessionem uicti esse, secum reputabat. Imperauit igitur captiuos omnes ad duci ad se. In quis unus qui linguæ Græcæ & Persicæ gnarus erat, ad Alexandrum ueniens, se Lycium genere esse, sed in captiuitatem tractum, pastoritiam rem annos complures prope eos montes exercuisse dixit: propterea cum bonam totius regionis experientiam haberet, posse regium exercitum per nemorosa quædam loca ducere, ut è tergo hostibus, qui circa aditus excubabant, superueniret. Alexander magnis muneribus promissis, eum ducē tem sequutus, noctu montem superauit, non sine magnis laboribus, frequenter per altas niues iter faciens. Regionemque totam rupibus præcipitem, lacunisque & conuallibus profundissimis interscissam, tandē emensus, ad primas hostium stationes peruenit: ubi omnes facilè circumuentos interfecit. In secundis uiuos comprehendit. Qui erant in tertijs interim se in fugam coniecerunt. Et eo modo itinere omnia in suam redegit potestatem, quamplurimis Ariobarzanis militibus occisis. Hinc Persepolim uersus discedens, literas in itinere accepit à Teridate, qui ei urbi præerat: eis regem admonebat, uti festinantius accederet, receturus à se urbem, si prius quàm Darij præsidia, quæ expectarentur, ipse eò peruenisset. Nihil propterea diligentiæ aut laboris omisit Alexander, quin copias suas quàm primum duceret, Araxem flumē ponte iungeret, militesque traijcere iuberet. Dum ita progreditur, spectaculum rarum & prorsus miserabile ei obijcitur, quod plurimum inuidiæ, & odij in eius authores: erga eos autem, qui graui calamitate sine ullius subsidij spe afflicti erant, miserationem & propensum animi affectum meritò cuiuis excitare poterat. Venerunt enim obuiam cum supplicantium insignibus Græci, qui à superioribus Persarū regibus corpore turpiter mulctati fuerāt octingenti fermè numero & plærique ætate senes: mutilati omnes. Hi quidem manus, alij pedes, quidam aures & nasum. Si qui scien-

Alexād. Vxiorum angustias superat.

Venit in Persidem.

Alexāder Ariobarzanis regione potitur.

Græci 800 supplices.

scientia,arte,aut disciplina aliqua excellebant, his membrorum omnium,exce
ptis quibus ad exercendas suas artes uterentur,extremitates amputatæ fuerãt:
ut quicunq; prouectæ eorum ætatis dignitatem,& miseriam corporum lacera-
tionem uiderit, non multum infelicis hominum sortis misereri non potuerit.
Præcipueq; ipse Alexander, qui & uehementer indoluit, nec lachrimas ualuit
continere. Cum uerò illi uoce una exclamassent, rogassentq; Alexandrum,
ut suæ calamitati adiumentum afferret,solatus est eos rex, curæq; sibi fore pro-
misit:adijciens,quemadmodum suam animi magnitudinem decebat, curatu-
rum ut in patriam honestè reducerentur. Ab hoc sermone Græci in unum con
uenientes,habita simul de suis rebus consultatione, præstare iudicarunt,in eo
loco ubi erant permanere, quàm reuerti in patriam: quòd restituti in loca di-
uersa discedere cogerentur,paucíq; eorum simul degentes,dum per urbes cum
alijs ciuibus uersarentur,dolorem ex erubescentia sui infortunij sensuri essent.
Sed cum in Asia simul & eadem affecti calamitate uitam ducerent, solatium a-
liquod miseriarum suarum ex pari cohabitantium fortuna mutuò omnes per-
cipere.Itaq; Alexandrum rursus adeuntes,quí dnam decreuissent,exposuerũt,
oraruntq; eum,ut præsentem suum statum adiumento decenti recrearet. Rex
comprobato eorum consilio, tria drachmarũ millia, uestes uiriles quinq;,toti-
dem muliebres,duo paria boum,oues quinquaginta, quinquaginta etiam tri-
tici medimnos singulis dono dari iussit:immunesq; omnium tributorum,quę
regi soluerentur fecit.Præfectis suis iniũxit,bonam curam haberent,ne eis ho-
minibus iniuriæ ab aliquo fierent. Tali beneficentia,ut liberalis eius ingenio
consentaneum erat, usus est Alexander, ad hominum infelicium calamitatem
subleuandam.Habita deinde cõcione militibus demõstrauit,Persepolim,quæ
esset metropolis imperij Perfarum, præ omnibus alijs Asiæ ciuitatibus maxi-
mè semper nomini Macedonum infensam fuisse: propterea eam, excepta re-
gia,diripiendam uulgò concesit.Erat ea urbs omnium quæ sub sole sunt,opu
lentissima, priuatorum hominum facultatibus ex longi temporis felicitate in-
immensum auctis.Tunc Macedones impetu facto,oppidanos ipsos interfice-
re,& bona omnia inuadere,quæ multa & apparatu precioso ornamentisq; o-
mnis generis erant refertissima.Ibi argenti magna uis,nec auri minor, diuersas
in partes auferebatur.Vestes purpura infectæ, aut prætextæ auro,à ualentiori-
bus rapiebantur.Ita magna urbs regia,per uniuersum terrarum orbẽ celebrata,
contumelijs & cladi maximæ exposita fuit.Macedones autem, licet totum diẽ
in direptione fuissent, haud poterant tamen cupiditatem, semper plura affe-
ctantem explere:tantaq; in rapiendo insolentia utebantur,ut inter se etiam di-
micare cœperint, multiq; interfecti sint,quòd bonam prædę partem sibi uen-
dicarent.Aliqui:inuentis rebus quibusdam magnæ æstimationis, auidi & mo-
ræ impacientes,partem sibi gladijs abscindebant,& cum ea discedebant.Non
nulli contendentium pro re aliqua,uiq; retinentium manus ira concitati, am-
putabant. Mulieres mundo suo ornatas,uiolenter in seruitutem adducebant.
Quantum itaque Persepolis urbes cæteras fortunis antecedebat, tantũ eisdem
omni calamitatum genere præstitit.Alexander autem arcem ingressus,thesau-
ros qui ibi seruabantur accepit. In eos à Cyro primo rege Persarum usque ad
hæc tempora publici redditus semper congesti fuerant, ut argenti & auri ma-
gnam uim continerent. Inuenit sanè Alexander auro argenti rationem re-
ducto,centum & uiginti millia talentorum, cuius summæ partem secũ ad bel-
li usus portare,partem Susa mittere,ut ea in urbe custodiretur, statuit. Itaq; ex
Babylone & tota Mesopotamia & Susis mulos, qui & dorsuarij & iugales es-
sent,quamplurimos,& camelos ad tria millia adduci imperauit.Hac iumento-
rũ multitudine totã pecuniam,quò decreuerat,comportari fecit. Non enim sa-
tis credendum terræ eius hominibus iudicabat. Ad hoc ipsam urbem Perse po
lim prorsus delere habebat in animo:de cuius munitissima & pulcherrima re-

Alexãder Per sepolim militum direptioni exponit.

Rapacitas militum.

gia

gia breuibus meminisse haud inconueniens uidetur. Arcem iustæ magnitudinis cingebant triplicia mœnia. Quorum primus muri cinctus, magnis operibus extructus, altitudinem habebat sedecim cubitorum, supraq; pinnas quæ ei non paruo erant ornamento. Secundus priori cætera consimilis, altero tanto altitudinis eum superabat. Tertius murus formam habebat quadratã, & sexaginta cubita in altum erigebatur. Vnum quodq; quatuor laterum muri portam æneam, & ante eam uallum itidem æneum uiginti cubita extantem. Hunc quidem ad iniiciendum aspectu ipso terrorem, illam autem ad firmam loci defensionem habebat. Ad orientalem partem arcis, mons interuallo fermè pedũ quadringentorum distabat, qui regius nuncupatur, ubi regum inerant sepulchra. Saxum erat ingens excisum, in cuius medio multa facta fuerant domicilia, defunctorum regum sedes. Neq; aditus quispiam opere factus ducebat in locum eum, sed instrumentis quibusdam sublata cadauerum cõditoria illic reponebantur. In ipsa arce elegantissimæ & omnibus rebus instructæ ædes complures uisebantur, ad reges & milites accipiendos. Thesauri, quibus seruarentur pecuniæ, ingeniosè ibidem parati fuerant. Alexander pro rebus bene gestis uota soluturus, sacrum splendidissimum in deorum honorem fecit, & amicos prælauto accepit conuiuio. Eo & fœminæ, quæ corpore quęstũ faciebant, admissæ sunt. Crebris potationibus cũ bene indulsissent, ebrietas, & post eam insania multos corripiebat. Tunc è turba mulierum Thais quædam genere Attica: Pulcherrimum esset, inquit, inter omnes rex quas in Asia gessit Alexander, si ipse rex, nobiscum inita saltatione ludicra, Persepolis regiã incendio absumeret: ut res nobilissima apud Persas, manibus fœminarum breui temporis spacio deleta prorsus fuisse diceretur. Exceptus est hic sermo à iuuenibus, & qui per temulentiam parum quid deceret possent perspicere. Itaq; unus agendum idipsum, incensosq; torres afferendos exclamauit. Commissa in Græcorum sacras ædes impia facinora, ut omnes ulciscerentur, admonebat. Comprobarunt hanc sententiam & cæteri, tantumq; opus Alexandro soli conueniens esse dicebãt. Non defuit cœpto rex, amicorum sermonibus excitatus. A' potatione igitur exultantes, pro parta uictoria festiuitatẽ Liberi patris se uelle agere prædicabant. Subitoq; magna lampadum ui allata, & musicis mulieribus, quæ in conuiuio erant, accitis, rex primus in pompam cum cantu, tibijs & fistulis progressus est, meretricula Thaide rei totius authore & duce, quæ prima à rege ardentem titionem in regiam coniecit. Idem cum à reliquis factum esset, citò ob ingentem flammam excitatam combusta est tota regia. Quodq; perquam admirabile est, impietatem Xerxis Persarum regis quam in Atheniensium arcem cõmiserat, unica fœmina gentis eius, quæ iniuriam illã sustinuerat, post multos ânnos in festo ludicro eodem cladis genere ulta est. Peracta eiusmodi re, Alexander ad cæteras urbes Persidis occupandas contendit. Earum aliquas ui cepit, alias benignitatis suæ fama iam passim uulgata per deditionem obtinuit. Inde in ipsum Darium castra mouit. Qui cum ex Bactriana, alijsq; præfecturis militem cogere in animo haberet, festinansq; cum millibus triginta Persarum & Græcorum, qui ære merebant, Bactra se ex fuga reciperet, à præfecto Besso per seditionem captus & interemptus est. Alexander interim cum equitatu insequens, de eius morte certior factus est, curauitq; uti pompa & more regio sepeliretur. A' quibusdam scriptum est, Dario adhuc spiranti, Alexandrum superuenisse, eiusq; calamitatem uehementer indoluisse: cumq; Darius orasset, uti cædem suam ulcisci uellet, Alexandrum se id facturum recepisse, & in persequendo Besso multum operæ impendisse. Sed quum ille magno spacio iter præuertisset, atq; in regionem Bactrianam contenderet regem assequi eum se posse desperantem, reuertisse. Dum hæc ab Alexandro geruntur, Lacedæmonij in Europa magno prælio uicti, compulsi sunt legatos supplices ad Antipatrum mittere, qui dandum eis responsum quum in Græcorum

Persepolitanæ arcis descriptio & incendium.

Sepulchra regia.

Ebrietas & Venus, uide quid efficiant.

Darij mors.

corum conuentum reiecisset, Corinthum Amphictyones coacti sunt. ibi multis in utranq; partem dictis, decreuerunt tandem, ut integra eius rei deliberatio Alexandro relinqueretur. Itaq; obsides quinquaginta è primoribus Lacedæmonijs Antipater accepit, ciuitasq; legatos in Asiam misit ad ea quæ temerè commisissent, deprecanda.

Anno Mundi 3625

Regni Philippi annus VII.

Iamqûe præsenti anno elapso, Athenis Cephisophon imperare cœperat, Romæq; consules erant Caius Valerius, & Marcus Claudius. Tunc Bessus, qui post Darij mortem fugiens cum Narbano & Barxaente, alijsq; nonnullis Alexandri manus uitauerat, in Bactrianam perueniens, Satrapa eius terræ pridem à Dario appellatus, propterea q; multis ibi notus & familiaris, gẽtem eam ad libertatis studium adhortabatur: demonstrabatq; locum regionis, quæ fermè inuia erat, magno eis adiumẽto esse posse, multitudinem autem hominum ad libertatis propugnationem sufficere. Pollicebatur insuper totius belli administrationem se subiturum. Adeoque accommodata oratione usus est, ut se regem nominari obtinuerit. Eo peracto, milites scribere, armis eos instruere omniaq; quæ temporis necessitas exigebat, curare non omisit. Alexander autem cum animaduertisset, Macedones militiæ finem sibi proposuisse Darij obitum, iamq; eos animo ad reditum in patriam inclinatos esse, concione habita persuasit humanissima oratione, ne reliquo bello perficiendo deesse uellẽt, Acccersitosq; auxiliares equites, quos à ciuitatibus Græciæ impetrauerat, ob ea quæ strenuè gessissent, multũ cõmendauit, emeritosq; esse iussit: singulis talentis equitibus, peditibus denis minis donatis. Super hæc stipendia hactenus debita exolui, addiditq; uiaticũ, quo in patriam reuerti possent. Si qui eorũ sub rege stipẽdia facere etiamnũ maluerũt, eis singulis talẽta tria est largitus. In uniuersumq; milites omnes magnis muneribus est prosequutus. Id quod tum natura, quæ eum animi magnitudine insigni decorauerat, tum facultate, pecuniarum ui magna, dum persequitur Darium, potitus, faciebat. Accepit à custodibus thesauri regij octo millium talentorum numerum: ex militibus Darij tum pecuniam, tum ornamenta & pocula, quæ tredecim millia talentorum conficerent. Suppressa & ablata totidem & amplius fuisse existimatũ est. Alexãder motis uersus Hyrcaniam castris, intra diem tertium metatus est prope urbem opulentã, cui Hecatompylo est nomen: ubi cum omnium necessariarum rerũ abundantia adesset, exercitum ad dies aliquot, ut reficeretur, detinuit. Progressus deinde stadia centum quinquaginta, castra posuit ad montem prærltũ, sub cuius radicibus antrum erat diuino quodam horrore uenerandũ, unde fluuius Stibœtes nũcupatus erũpebat. Is ad tria stadia cõcitato cursu fert. Hinc diuisus in partes duas iuxta montem, cui mamillæ muliebris est species, in subterraneam & ingentem specum cum fragore magno, & undis in saxa illisis, spumosus penetrat. Itaq; subter humum ad trecẽta stadia currit, in loca demum aperta iterum effunditur. Postquam in Hyrcaniæ fines Alexander cũ exercitu intrauit, urbes regionis eius omnes recepit usq; ad mare, quod Caspiũm aliqui, alij Hyrcanum nominant. In eo multos & ingentes angues gigni aiunt, pisces autẽ multorũ generũ colore plurimum à nostratibus diuersos. Dum ita Hyrcaniam rex peragrat, peruenit ad pagos, qui fortunati, nec ab re, nuncupantur. Ea enim terra fructum abundantia cæteras multum antecedit. Vitem unamquamq; uini singulam metretam: arborem quamuis ficum, tantum fructuum suorũ, qui exiccati medimnos decẽ impleant, producere traditũ est. Frumenta, quæ inter metendum in terram decidunt, absque aliqua semente, per se ita crescere, & ad maximam frugũ copiam peruenire dicuntur. Arborẽ etiam habet gens illa, quæ à quercu haud multum facie differat, è cuius frondibus, guttæ mellis defluunt: idq; ab aliquibus colligitur, & in multos usus adhibetur. Est & bestiola quædam uolucris in eo tractu (Anthedonem appellãt) ape aliquanto

Bessus post Darij mortem rex appellatus ad bellum se parat.

Alexandri munificentia.

Expeditio in Hircaniam.

Fluuius Stibœtes.

Pagi fortunati in Hircania.

Anthedon.

aliquanto minor, cætera multum consimilis, quæ in montanis pastus gratia multum degit, floribusq; omnis generis alitur. In cauatis autem saxis, aut arborum latebris, quæ plerunq; ex ictu fulminis fieri solent, domicilium sibi è fauis cõstruit, succumq; nobilissimum ibi cogit, qui dulcedine melli nostro haud multum cedat. Circuibat ita Alexander Hyrcaniam totam, & gentes ei conterminas. Interimq; duces multi, qui cum Dario post aduersam pugnam fugerant, seipsos in Alexandri potestatem dediderunt: quibus humanissimè receptis, magnum sibi clementiæ nomen comparauit. Eaq; res effecit, ut Græci, qui sub Dario merebant, circiter mille & quingenti fortissimi uiri, & ipsi in Alexandri fidem se crediderint. Eos rex, uenia data, in suos ordines distribuit: uoluitq;, ut idem stipendiũ, quod ab hoste accipiebant, apud se haberẽt. Sed enim quum Alexander per maritima Hyrcaniæ iter faceret, coactus est hostiliter in Mardorum terram irrumpere. Hi enim robore multum præstantes, tanti regis magnitudinem nihil faciebant: neq; legatione aut honore aliquo eum dignabantur. Itinera, quibus ad se intrari posset, octo millibus hominum firmauerant, Macedonũq; aduentum ita confidenter operiebantur. Alexander igitur prælio cum eis congressus, maiorem partem interfecit, reliquos usque ad asperiora regionis loca est insequutus. Deinde igne totam eorum terram uastare cœpit. Tunc pueris, qui equos regios ducebant, paulò post regem euntibus, Barbari aliquot facto impetu, equum, qui cæteris erat melior, abstulerunt. Hunc equũ regi donauerat Corinthius Demarathus, eoq; Alexander in omnibus prælijs Asiæ usus erat. Is, quum esset nudus, sibi etiam equisonẽ insidere patiebatur. At quum ephippijs, & regijs ornamẽtis erat instructus, sessorem alium nullum quàm Alexandrum accipiebat, cui & ultro adstabat, corpusq; inscendenti reclinabat. Ob eiusmodi dotes, equum eum sibi ablatũ esse ægerrimè ferens Alexander, iussit loci arbores omnes concidi, perq; homines eiusdem linguæ incolis denunciari, nisi equum restituerint, omnes eorum agros & urbes uastari, homines ad internecionem occidi conspecturos. Hæ uiuæ cum celeriter reipsa præstarentur, Barbari perterriti sunt, equumq; cum magnis muneribus per uiros quinquaginta remiserunt, orantes uti secum clemẽter agere uellet. Alexãder accepit obsides maximè insignes uiros. Cum autem reuersus esset Hyrcaniam, Thalestris Amazonum regina eum conuenit. Imperabat hæc regioni, quæ est inter Phasim & Thermodontem, pulchritudine & corporis robore excellens ualde fœmina, uirtute autem & animi magnitudine cuiuis gentis suæ præstabat. Reliquerat copias suas in Hyrcaniæ finibus, trecentas tantum Amazonas bene ornatas secum adduxerat. Alexander reginæ aduentum inexpectatum, egregiamq; fœminarum dignitatem non mediocriter admiratus, interrogauit Thalestrim, cuius rei gratia ad se uenisset. Illa se prolis suscipiendæ causa ad eum uenisse respondit. Quum enim ipse rebus gestis facilè omnium mortalium præstãtissimus sit, se autem uiribus corporis & animi uirtute fœminas cunctas antecedere cognoscat: uerisimile esse, ex adeò excellentibus parẽtibus editos liberos reliquis hominibus fore meliores. Pellectus est Alexander, & plurimum oblectatus talibus reginæ sermonibus. Quumq; dies tredecim simul uersati fuissent, magnis muneribus eam donatã rex, ut domum rediret, dimisit. Cœpit tunc primùm Alexander in delicias & luxum Asiaticum desciscere, uidens Persarũm imperio, quod affectauerat, se potitum, neq; parto regno hostem aliquem timendum imminere. Ante omnia apparitores aulæ, in Asia natos homines esse uoluit. Clarissimisq; eiusdem gentis officium iniunxit, ut circa se cum telo ad corporis custodiam essent. In ijs erat Oxathres, Darij frater. Diadema Persicum capiti induxit, & alba tunica cum cingulo Persarum more utebatur, omnemq; prorsus habitũ peregrinum, præter feminalia & uelamen, quem Candym nuncupant, assumpsit. Amicis etiam purpurea uestimẽta distribuit, equosq; instructu Persico ornari fecit. Ad hæc con-

Mardos subigit Alexãder.

Alexandri èquus à Barbaris raptus.

Amazonũ règina Alexandrum cõuenit prolis causſa.

Alexander Asiaticis delitijs corrumpitur.

cubinas ſecum habere,ut Darius conſueuerat,inſtituit. Earum numerus erat, quem habent anni dies.Forma non niſi excellentiſsima:utpote è tota Aſia electæ,adhibebantur.Hæ ſingulis noctibus regio cubili adſtabant, ut optionem eius quæ ſecum cubitura eſſet,faceret. Huiuſmodi aũt uoluptatibus rarò Alexander,uſus eſt,licet inter eas uerſaretur. Timebat enim,ne Macedonum animos offenderet, quorum iam plerique de eo expoſtulabant. Hos Alexander muneribus commitigare ſtuduit.Quumq; audiuiſſet Satibarzanem olim Da-

Alexander Satibarzanẽ rebellantem ſubigat.

rij præfectum,milites,quos à ſe acceperat,interfeciſſe,Beſſoq; adiunctũ, decreuiſſe contra Macedones bellum gerere, expeditionem aduerſus eum ſuſcepit. Ille exercitum ſuũ Chortacana, quæ eſt urbs eius regionis maximè inſignis,& naturali ſitu munitiſsima,contraxit. Verùm ut primùm Alexander eò peruenit, Barbarus Macedonum multitudine & ſtrenuitate,quæ iam ubiq; gentium nota erat,perterritus,cum duobus millibus equitum ad Beſſum perfugit,petiturus ut quamprimum eius rebus auxilio uenire uellet. Reliquis ſuis perſuaſit,ut in montem quendam ſe reciperent, qui aditus haberet difficillimos, ubi etiam latebræ opportunæ eſſent, ſi hoſtium ui apertè obſiſtere non ualerent. Idq; factũ eſt ab illis.Sed rex ingenita ſibi in rebus perficiendis diligentia uius, in præcipitem & firmiſsimam rupem eos reductos, acriter adeò oppugnauit, ut timore ad deditionẽ uenerint. Poſt hanc expugnationẽ,oẽs eius præfecturæ urbes intra diem trigeſimum recepit.Poſtea diſcedens ex Hyrcania,in regiã urbem Dranginæ terrę ſe contulit,ubi moram aliquam facere,& exercitum recreare conſtituit. Tunc temporis nefarium facinus,& eius bonitate prorſus indignum,in ipſum Alexandrum paratũ eſt. Quiſpiam enim è numero amicorum regis,Dimnus nomine,quęſtus ei de quibuſdam, atq; inde ira cõcitus,inſidias in eum moliri cœpit,adſumpſitq; in cogitatæ rei cõmunionem Nicomachũ,à ſe habitum in delicijs:qui,utpote iuuenis, Cebalinũ fratrem de facinore eo celandum nõ putauit. Is audita tanti momenti re,uereri multum,ne aliquis è conſpiratis rem Alexandro indicaret, ideoq; ipſe primus hoc facere ſtatuit. In aulam itaq; ingreſſus,Philotam cõuenit: habitisq; colloquijs, eum rogauit, ut quamprimum regi rem notam faceret. Philotas, ſiue cõſcius inſidiarum,ſiue tarditate negotium iniunctum ſegniter perfecit. Ingreſſus enim ad Alexandrum prolixos & uarios ſermones cum eo habuit:nec tamen ne his,quæ à Cebaliano audiuerat,uerbum fecit.Egreſſus dixit, ſe idoneum tempus rei detegẽdæ non habuiſſe: ſed poſtero die ſibi eſſe in animo regem ſolum alloqui,certioremq; de omnibus facere.Sequenti die Philotas,ut pridie, rem in craſtinum diſtulit.Tunc Cebalinus timens,ne enunciata per alterius indicium conſpiratione,periculum ſibi immineret,dimiſſo Philota,ad puerum quendam regium accedens,ſingillatim facinus totũ ei expoſuit, orauitq; ut ſtatim id regi ſignificaret. Puer Cebalinum in armamentarium introduxit, iuſsitq; ut ibi latitaret. Ipſe ad regẽ,qui lauabat, profectus,quæ ſibi dicta eſſent enarrauit. Rex commotus ualdè, Dimnum ſtatim comprehendi fecit,per quem omnia intellexit. Cebalinum & Philotã accerſitos diligenter interrogauit, reſciuitq; quod actũ erat.Tunc Dimnus ſeipſum,metu grauioris pœnæ,interemit.Philotas fatebatur negligentiam ſibi imputari poſſe, ſed coniurationis nequaquam ſe participem fuiſſe aſſeuerabat.Permiſſa eſt à rege cognitio hæc Macedonum conſilio. Ibi poſt multam diſputationem decretum eſt tandem,Philotam alioſq; accuſatos morte mulctandos eſſe. In quo numero & Parmenio ipſe,qui inter præcipuos Alexandri amicos habebatur,comprehenſus eſt. Aberat is quidem:ſed creditum eſt Philotam ex uoluntate patris tale facinus molitum fuiſſe. Excruciatus eſt primùm tormentis Philotas,& confeſſus ſe regi inſidias paraſſe. De eo demum & damnatis alijs ſecundum inſtituta Macedonum capitale eſt ſumptum ſupplicium.Eadem fuit cauſa Alexandri Lynciſtis,qui machinationis in uitam regis inſimulatus,iam tres annos in cuſtodia tenebat: prorogataq; eius

In Alexandrũ coniuratio, et eiuſdem detectio.

Philotæ & Parmenionis interitus.

fuerat

fuerat cognitio, in Antigoni gratiam, quo cum magnam familiaritatem habebat. Tunc igitur, quum in Macedonum cõsessum uti iudicaretur uenisset, maleq; negotium suum defensare sciuisset, pœna capitis affectus est. Rex autẽ per celeres camelos quibusdam missis, ut rumores de Philota extincto præuerterent, interfici curauit Parmenionem Philotæ patrem, cuius fidei Mediæ imperiũ & thesauros in Ecbatanis, ubi talentorũ centum & octoginta millia asseruabantur, cõmiserat. Post id è toto exercitu selegit eos, qui grauius cõtra se loqui uulgo solebant, & qui Parmenionis mortem iniquo ferebãt animo: eos etiam, à quib. asperiores literas in Macedoniam ad amicos de regijs negotijs scriptas fuisse compererat. Atq; eorum agmen unum, quod extraordinariorum appellabat, confecit, ne importuna & immodica sua loquacitate reliquam turbam inficerent. Expeditis his omnib. atq; ordinatis, quæ in Drangina erant necessaria, mouit castra in gentem, quæ prius Arimaspi, tunc Euergetæ (id beneficos significat) nuncupabatur. Causa noui nominis eiusmodi fuit. Cyrus, qui à Medis ad Persas imperium transtulit, quum in expeditione quadam coactus fuisset intrare regionem desertam, & omnium uitæ necessariorũ inopem, tam graue subiuit discrimen, ut eius milites ob uictus indigentiam cõmilitonum corpora in cibum uertere compulsi fuerint. Ibi quum Arimaspi currus frumento onustos ad triginta millia adduxissent, præter spem ab ingenti calamitate oẽs sunt liberati: & Cyrus populum eum deinceps à tributis omnibus immunem esse uoluit, magnisq; insuper affecit muneribus, & priori dempto nomine, pro Arimaspis Euergetas appellauit. Ad hos quum Alexãder ducto exercitu peruenisset, humanissimè exceptus, donis decentibus eos est prosequutus. Idem quum factum esset à finitimis, qui Cedrosij dicuntur, experti sunt & ipsi Alexandri liberalitatem in referendis gratijs. Duabus his gentibus Teridates præesse iussus est. Hæc agenti regi nunciatur Satibarzanem ex Bactriana cum magno equitatu ad Arios uenisse, eosq; induxisse ut ab Alexãdro deficerẽt. Non cunctatus, partem exercitus, ducibus Erigyio & Stasanore, contra eum misit. Ipse cum reliquis copijs Arachosiam contendens, eam intra paucos dies superauit, oppidanosq; ad obsequium compulit: atq; ita annus hic exactus est.

Alexander in quos animaduerterit.

Alexãder in Arimaspos proficiscitur.

Cedrosij.

Regni Philippi annus VIII. *Anno Mundi* 3636.

Sequenti, quo Athenis princeps Euthycritus, Romæ consules fuerunt L. Plautus & L. Papirius, atq; Olympias tertiadecima supra centesimam decurrit, Alexander in Paropamisadas profectus est. Huius gentis terra posita est sub ipsos septentriones, atq; uniuersa maximis obruitur niuibus, gentesq; externæ, ob frigora ingentia, eam intrare non audent. Est eius maxima pars plana, & arboribus carens: ideoq; quum pagis multis habitetur, domorum tecta è lateribus conficiunt, camera in angustum tendente. In summo culmine relinquitur foramen, unde fumus emittitur. Inferiores etiam ædium parietes omni ex parte bene extruuntur, ut habitatores undiq; sint nutriti. In eiusmodi domicilijs maiorem partẽ anni se cõtinent, ueluti niuibus obsessi, præparantq; idoneo tempore, quæ uictui sunt necessaria. Vites & fructiferas arbores obtegunt terra, ut frigoris hyemalis uim sustineãt. Quum demũ germinandi tempus appetit, amota terra in apertum eas educunt. Facies uerò eorũ locorũ non uiridis, non amœna, ut alibi fert natura, sed cana & micans est ex niue, & super eã congelata glacie. Idcirco neq; aues suo cantu homines permulcent, neq; feræ ibi è latebris excitantur, sed inhospita & prorsus inaccessa regio ea uidetur. Neq; tamen his tantis difficultatibus impediri potuit Alexander, quin Macedonũ suorum animo & tolerantia asperitatẽ loci omnẽ superaret. Multi quidẽ milites & alij qui extra ordines regem sequebantur, tantis incommodis nõ sufficientes, extincti sunt: aliqui ex præmicanti fulgore niuis, & nimiæ claritudinis refusione graues offensas cõtraxerunt. Neq; semota res aliqua cõspici poterat, nisi quum fumus exhalans pagos ipsos indicabat, quos citra ullum certamẽ Macedones

Alexandri in Paropamisadas expeditio.

occupauerũt. Ibi cũ magnã cõmeatuũ abundantiam inueniſſent, recreati ſunt à laboribus, q̃s duriſsimos ſuſtinuerãt. Breui aũt omnia eius tractus in Alexandri poteſtatẽ uenerũt. Dein progreſſus ad radices Caucaſi, caſtra poſuit. Montem hunc aliqui Paropamiſſum uocant. Secundũ eius latitudinem Alexander ſexdecim dierũ iter fecit: ibiq̃ prope aditũ, qui in Mediam ducit, urbem, q̃ Alexandriam appellarunt, condidit. Ad medium huius montis Caucaſi eſt rupes, quæ in partes quaſcunq̃ ſtadia decem, in altum quatuor protenditur ſtadia, in qua Promethei antrum, & fabuloſæ illius aquilę nidus, cathenarumq̃ ſigna ab incolis oſtendebantur. Extruxit & alias urbes Alexander propè Alexandriam ad unius diei iter, in quas colonos traduxit ſeptem millia Barbarorũ, & hominum qui eum extra ordines ſequebantur tria millia. Si qui etiam militum æremerentium ibi remanere uoluerunt, eis poteſtatẽ fecit. Ipſe in Bactrianam contendit, Beſſum diadema regium ſumpſiſſe, magnasq̃ comparaſſe copias cũ audiuiſſet. Dum hæc ab Alexandro gerunt̃, duces miſsi contra Arios, cũ inueniſſent ualidum exercitum ab hoſtibus coactũ, ducemq̃ illis eſſe Satibarzanẽ, qui & rei militaris ſcientia, & uirtute multũ præſtabat, non temerè agendũ rati, propè hoſtem caſtra metati ſunt. Committebanturq̃ frequenter leuia certamina, neq̃ magnis uirib. ad aliquod tẽpus congredi uoluerunt. Tandem Barbari inſtructis copijs omnibus, in aciem pugnandi cauſa proceſſerunt. Ipſeq̃ Satibarzanes ſuis manibus depoſita galea de capite ſeſe quis eſſet oſtendit, atq̃ è ducibus hoſtium, qui ſecum ſingulariter pugnare uellet, inuitauit. Accepit conditionem Erigyius: initaq̃ forti & planè heroica pugna, Satibarzanes uictus eſt. Tunc Barbari ex ſui ducis morte perterriti, fide accepta, ſe in regis poteſtatem tradiderunt. Beſſus autem, qui ſe regem appellari fecerat, cum peractis honorem deorũ ſacrificijs, amicos conuiuio accepiſſet, inter potandũ cum Bagodara familiari ſuo altercari cœpit: paulatimq̃ contentione creſcente exaſperatus Beſſus, eum interficere, niſi amicorum caſtigationibus reuocatus fuiſſet, ſtatuerat. Ille imminenti periculo uitato, noctu ad Alexandrum perfugit: à quo cum & ſalutẽ & munera impetraſſet, inuitati ea liberalitate primi Barbarorum duces conſpirarunt, captumq̃ Beſſum ad Alexandrum adduxerunt. Eos honorificis muneribus rex eſt proſequutus. Beſſum autem fratri Darij, reliquisq̃ eius conſanguineis, ut pro arbitrio ſuppliciũ de eo ſumerent, conceſsit. Illi cum omnia cõtumeliarum & cruciatus genera in eum exercuiſſent, minutatim corpus conciderunt, membrorũq̃ fruſta fundis in partes uarias proiecerunt. Regina autẽ Beſsi uxor, accepto iureiurando Alexandri, cuius magnitudinẽ animi plurimũ admirabatur, ingẽtis precij munera ad eũ miſit: ſeq̃ imperata factu rã pollicita eſt. Mercenarij milites ex pacto confeſtim urbe diſceſſerunt, progreſsiq̃ ad ſtadia octoginta, nullo ꝓhibente caſtra poſuerũt: qui dnã de ſeipſis futurũ eſſet, nihil dũ certi habẽtes. Alexãder q̃ implacabili cõtra illos indignatione feruebat, inſtructo exercitu in Barbaros inuaſit: factaq̃ repentè impreſſione, multos interfecit. Tunc illi initiò contra iuſiurandũ ſibi uim inferri exclamare, atq̃ uiolatos deos implorare cœperunt. Alexãder uoce alta, ut à udiri ab eis poſſet, ſe non impediuiſſe, quin urbe excederent, & eos non uerè Macedonum amicos eſſe cognoſcere reſpõdit. Mercenarij magnitudinem periculi cernentes, conſtructos ordines in ordinem reduxerũt, pueros & fœminas in medium receperunt, minori cũ incommodo hoſtibus omni ex parte reſiſtere poſſent. Cumq̃ ſpẽ uitæ prorſus abieciſſent, animoq̃ & uirtute, quã in multis certaminibus ſibi parauerãt, præſtantes pugnam fortiter iniuiſſent, neq̃ Macedones aliquo pacto eis deteriores cognoſci uellent, res in magnum diſcrimen deducta eſt. Comínus enim ut manus conſerere cœperunt, & cædes & uulnera omnis generis q̃ plurima edebant̃. Macedones fariſsis Barbarorũ peltas penetrãtes, in eorũ uitalia cuſpides infigebant. Et illi lanceas ſuas in confertiſsimam Macedonũ turbã conijciẽtes, nunq̃ fruſtrabant̃, cum haud procul eſſent, quòs telo

Alexander ad Caucaſum proficiſcitur.

Alexandri duces Arios ſubigunt.

Beſsi ſupplicium.

Barbarorum cum Macedonibus atrox pugna.

telo petebant. Vtrinq; multi interficiebantur, nec pauciores sauciabantur. Fœminæ uirorum cadentium sibi arma induebãt, & pugnantibus militib. auxiliabantur. Imminens enim periculũ, & rei difficultas faciebat, ut supra naturã auderent, & fortiter præliarentur. Aliquæ igitur armatæ, eodẽ statu cum uiris pugnam sustinebant: aliæ inermes, scutò duntaxat tectæ, hostibus aliquid molestiæ inferebant. Tandem omnes cum uxoribus strenuè pugnantes, multitudine Macedonum superati & cæsi, glorioſam mortem oppetere, quã turpiter captiui hostium uiuere maluerunt. Eorũ inermis & inutilis turba, fœminæq; superstites omnes equitibus, qui eos cogerent, ab Alexandro traditi sunt. Multas quoq; alias urbes eius regionis obtinuit, quosq; sibi aduersantes inuenit, eorũ uitæ non pepercit. Confugerant in munitissimã quandam petrã, cui Aorno erat nomen, circumiacentis terræ habitatores, uti ab hostium ui incolumes essent ad hanc quoque Alexander uenit. Cum fama esset, antiquum Herculem eam quondam oppugnare adortũ, ob tremores terræ & alia prodigia, quæ eum perterruissent, re infecta discessisse, eo magis hoc audito inflammatus est ad negociũ perficiendũ, ut Dei illius gloriæ æmulus appareret. Saxi eius circuitus erat stadiorum centum, sexdecim autẽ in altũ erigebatur: habebatq; undiq; æqualem, & sese in circulum uertentem speciem. Partem quæ ad meridiem spectat Indus, inter Indiæ flumina maximus, alluebat: partes alias profundæ ualles præcipitem rupem cingentes tutabantur. Speculatus Alexander omnes loci difficultates, desperabat ui se aliquid posse efficere. Tunc ad eũ senex quidam cum duobus filijs accessit. Is erat homo extremæ paupertatis, multosq; annos in eis locis uixerat. Inhabitabat cauum quoddam ad radices eius petræ excisum hactenus, ut tres lectulos caperet. Hoc senis & duorum filiorũ erat domicilium. Qui postquam regem conuenit, de totò statu suo eum reddidit certiorẽ pollicitusq; est per anguſtias quasdam ad id loci eum ductũ, unde Barbaris, qui petram occupauerant, uim inferre posset. Magna munera ei rex, si id faceret, promisit. Primumq; ducente sene aditum, qui unicus in saxũ ferebat, occupauit: præsidiumq; imposuit, ut nulla alia patente uia, hostes spe auxilij destitutos expugnaret. Post id, operantium multitudine ingẽti coacta, super uallem & radices saxi aggerem iacere instituit. Qui cum in editum iam sublatus esset, acriter, & sine ulla intermissione barbaros cœpit oppugnare: semperq; fatigatis integros summittendo, dies septem & totidem noctes eos grauiter urgebat. Illi primò superioribus locis adiuti, Macedones facilè repellebant, & si qui audacter manus conserere conabantur, interficiebãt. Sed postquam aggere perfecto catapultæ, quibus tela in hostem mittuntur, aliaq; tormenta erecta sunt, & apparebat regem nullo pacto, nisi facta expugnatione, ab incepto discessurum, magnus terror obsessos corripuit. Tunc Alexander callidè, quid euenturum esset prospiciens, iussit præsidia quæ loco imposuerat, ubi in saxum iter patebat, discedere, ut liberũ discessum barbari haberent: qui Macedonum uirtute, & Alexandri animo ad laudem obtinendam pertinaci consternati, nocte deserta pugna aufugerunt. Eiusmodi stratagemate usus Alexander, citra aliquod detrimentũ, saxo eo est potitus. Seni, quem authorem expugnationis habuerat, promissa munera liberaliter exoluit, atq; inde in ulteriores partes castra mouit. Interim Aphrices Indus cum uiginti millibus hominum, & elephantis tredecim loca, quà Alexandro transeundũ erat, cum insedisset, interemptus est à quibusdam, & ab eisdem caput ad Alexandrũ portatum. Quos ob tãtum beneficium rex humanissimè excepit, habuitq; in amicorũ numero. Elephantos qui uagabãtur conquiri, & ad se adduci iussit. Deinde progrediens, ad Indum flumen peruenit, ubi triginta remorũ nauibus constructis, atq; simul iunctis, pontem ad trajciendum parauit. Quumq; exercitum dies triginta quiescere permisisset, & magno sacrificio deos esset ueneratus, exercitum flumen transduxit. Vbi præter spem res optima statim ei euenit. Taxiles rex decesserat,

Aornum expugnat Alexander.

Alexander Indũ trajicit.

filiusq; eius Mophis, accepto paterno imperio, cum etiamnum Alexander in Sogdiana esset, nuncios ad eum miserat, pollicitus, si in Indiam uenire uellet, se ei contra Indos aduersantes auxilio futurum. Tunc autem legatis missis regnũ suum ei liberè obtulit. Aberat Alexander ad stadia quadraginta. Mophis agmine instructo, ueluti in prælium proficisceretur, & elephantis adornatis, cum amicis suis obuiam regi processit. Alexander magnum exercitum, acie facta, appropinquare conspiciens, uereri cœpit, ne Mophis pollicitationib. fraudulentis usus esset, quo Macedones de improuiso adoriretur. Itaque tubicines bellicum canere imperauit, dispositisq; ordinibus aduersus Indos contendit. Tunc Mophis Macedonum concitatione animaduersa, suspicatus qua de causa illud fieret, copias suas consistere iussit: cumq; paucis ipse eques progressus omni errore Macedones leuauit, & seipsum Alexandro dedit. Quo facto multum delectatus Alexander, regnum donatum ei restituit, Taxilemq; cognomẽto appellauit, & deinceps eo amico & socio semper est usus. Hactenus anni huius res gestæ sunt.

Mophis Rex Alexandro se dedit.

Anno Mundi

Regni Alexandri annus. IX.

3637. Sequitur annus, quo Athenis princeps Chremes, & Romæ consules P. Cornelius & Aulus Posthumius imperarunt. Eo tempore cum Alexander milites suos in Taxilæ regno bene refecisset, castra mouit aduersus Porum, terræ finitimq; regem, qui peditum quinquaginta millia, equites ad tria millia, bellicos currus plures quàm mille, & elephantos centum triginta comparauerat. Ad hoc sibi sociorum asciuerat uicinum regem nomine Embisarũ, cuius copiæ Pori exercitu non multo erant minores. Hunc Alexander audiuerat non adhuc Poro se adiunxisse, sed distare ad stadia quadringenta. Itaq; prius, quàm is appropinquaret, prælio cum Poro decertare statuit, castraq; propius iam contulerat. Tum Porus hostem sibi imminere sentiens, aciem quamprimum instruxit. Equitatum omnem in cornua distribuit. Elephantos cum apparatu quodam terrifico, in fronte, paribus interuallis constituit, ubi inter ipsas feras locus armatis militibus est datus: quibus iniunctum, ut pugnantes elephantos adiutarent, tuerenturq;, ne à latere hostis iaculando eos offenderet. Huiusmodi erat totius Pori exercitus facies, quæ urbem repræsentare uidebatur. Elephantes enim turribus, milites in medio ferarum stantes, interiecto turribus muro haud erant absimiles. Considerauerat Alexander hostis consilium in acie ordinanda, ipseq;, ut res exigere uidebatur, copias suas disposuerat: atq; inito certamine primus equitum & curruum factus est concursus. Ibi quoq; quum & corporum mole, & ui magna elephantes impetum in hostes fecissent, Macedones multi ferarũ pedibus conculcati, armis simul & ossibus contritis, extinguebantur. Alij promuscide apprehensi, & in altum coniecti, ad terram rursus illidebantur, & ita miserè peribant. Non pauci dentibus tota traiecti corpora, statim mortem obibant. Nec tamen tot difficultatibus pressi Macedones succumbebant, qui forti animo omnia sustinerent, & eos qui inter feras manus conserebant, sarissis passim interficerent, ut eo modo pugnæ discrimen æquatum uideretur. Tandem quum belluæ telis multis confectæ, dolorem uulnerũ perpeti non possent, Indi, qui insidebant, eis regendis haud pares erant: reluctantesq; illæ in suos impetu, cui nulla ui obsisti poterat, ferebantur, ac multos ita proiectos cõprimebant. Magna autẽ ordinum inde orta perturbatione, Porus sibi non defuit, quin imminẽti detrimento prouideret. In elephanto namq; fortissimo consistens, coëgit secum alios quadraginta, qui nondum cõsternati erant: cumq; ea belluarum uiolentia in hostes impressionẽ fecit. Vt uerò corporis robore ante omnes milites suos erat, magnã hostium cædem faciebat. Eius magnitudo cubitis quinq;, pectus in latum duplo eius, quod uiri robustissimi sit, porrigebat. Propterea quæ conijciebat Sunia eo ferebantur impetu, quò ferme, si ex catapulta fuisset in totra. Eaq; regis Indi fortitudo mirificè Macedonũ qui

Alexãdri cum Poro rege certamen.

Porus.

Gigas.

qui obiecti ei erant, animos perterruerat. Tunc Alexander sagittarios & leuis armaturæ ordines accitos, iussit, tela omnia sua in Porum mitterent. Eo uti iubebatur ocyus facto, maxima missiliũ uis, eodem tempore effusa est, atq; omnia fermè, ob magnitudinẽ corporis, ipsum Porũ attigerunt. Qui strenuissimè pugnans, quum undiq; tot uulneribus confectus fuisset, ac sanguinis multum amisisset, animo est defectus, pronusq; super elephantũ, deinceps & in terram decidit. Creditum est tunc, & passim rumoribus iactatum, regem interemptũ fuisse. Igitur Indorum exercitus facilè sese in fugam coniecit: plurimaq; eorũ cædes interim per Macedones patrata est. Alexander autẽ tam insigni potitus uictoria, receptui tubicines iussit canere. Inuentũq; est in ea pugna, Indos plures duodecim millibus occubuisse, in quibus duo filij regis Pori, alijq; duces & præfecti magni nominis fuerunt. Viuorũ militũ nouẽ millia, Elephanti octoginta capti sunt. Porus ipse adhuc aliquid spiritus retinens, traditus est suis Indis, uti eum curarent. Macedones equites ducenti octoginta, pedites plures septingentis desiderati sunt, quos Alexander sepeliri curauit. Viuentibus autem, qui fortem operã in prælio nauauerant, pro cuiusq; merito magna munera donauit: solemq; ipsum sacrificio est ueneratus, quòd sibi orientalem terram superare concessisset. Quum uerò in uicinis montibus abietem, cedrum, piceam, aliamq; fabricandis nauibus idoneam materiem multam esse comperisset, classem extruere instituit. Cogitabat enim, postquam ad Indiæ fines peruenisset, gentesq; omnes superasset, per Indum flumen in ipsum Oceanum nauigare. Vrbes etiam duas constituxit: unam in ulteriori fluminis ripa, quà traiecerat: alteram in eo loco, ubi Porũ pugna superauerat. Atq; utraq; citò ob multitudinem operantiũ perfecta est. Interim quum Porus adhibita curatione cõualuisset, Alexãder ei, propter egregiã uirtutem, imperium totum, quod obtinuerat, restituit: exercituiq; dierum triginta quietem indulsit: quòd rerum omnium necessariarum copia esset in eo loco. Mons uicinus imminebat, in quo mirum & singulare quiddam reperiebatur. Præter enim arbores, quæ nauium cõstructioni erant idoneæ, habebat multos & inusitatæ magnitudinis serpẽtes cubitorum sexdecim. Genus etiam simiarum, quæ & quamplurimæ & prægrandes erant. Eis uenatione capiendis ars ex belluæ ipsius natura excogitata est. Sunt enim rerum, quascunque fieri uiderint, imitatrices. Quumq; ualido corpore, & animi sagacitate præstent, haud facilè ui capi possunt. Igitur è uenatorum turba quispiam melle sibi oculos perungere, alius belluis hæc omnia uidentibus, calciamenta sibi induere, nonnulli alij specula capitibus solent applicare. Calciamentis connectuntur laquei, atque ita ea discedentes relinquunt. Pro melle uiscum supponunt, & speculis adijciunt funes, quibus attrahi possint. Simiæ, post uenatorum abitum, conantur ea quæ uiderunt facere & ipsæ, sed frustra. Cilia enim uisco adglutinantur, pedesq; laqueis impediti, & corpora uicta remanẽt. Alexander autem + Sabisarum, qui tardius cum auxilijs ad Porum uenerat, iniecto terrore ad obsequium, ut imperata faceret, compulit. Postea cum exercitu flumen traiecit, ubi uaria erant arborum genera, quæ septuaginta cubitis in altum surgerent, crassitudinis tantæ, ut quatuor homines uix eas complecti possent, umbram ad trecentos pedes extenderent. Erat in eo tractu magna uis serpentum, qui haud magni, corporum uarietate distinguebãtur. Aliqui æneis uirgis specie erant consimiles. Nonnulli densam & hirsutam cristam arrigebant: atque omnium ea erat morsus uis, ut mortem citissimam inferrent. Si qui enim ab eis læsi fuerant, grauissimo torquebantur dolore, fluebatq; è toto corpore cruentatus quidam sudor. Magna proinde cum difficultate à tanta peste sese Macedones tuebantur. Suspendebant ex arboribus lectos, multamq; partem noctis insomnem ducebant. Tandem à loci incolis radicem quandam optimum ei malo remedium, docti sunt, illaq; usi incolumes se à serpentibus seruarunt. Hinc Alexander castra

Alexander urbes duas construit.

Simias capiendi ars.

+ ἐμβίσαι-ους.

Arbores insignes.

Serpentes.

mouerat,quum ei à quibuſdam nuncatum eſt, Porum regem, Pori, quem debellauerat,nepotem ex fratre, deſerto ſuo regno, ad Gangaridas ſe contuliſſe. Motus eo facto Alexander,Hephæſtionem cum exercitu in illius regnum miſit,iuſſitq; ut occupatum,Poro quem ſecum habebat,cõcederet: ipſeq; in Andreſtarum terram cum exercitu inuaſit, & urbibus partim ui,partim per dedi-

Catharorum gens. tionẽ receptis, transijt ad Catharos,quæ gens lege illud ſcitum habet atq; obſeruat,uti uxor eum marito mortuo incendatur. Idq; ob fœminæ cuiuſdam ueneficium in marito patratum,à Barbaris inſtitutum ferunt.Ibi oppidum maximum & munitiſsimum ſummo cum labore Alexander expugnauit,atq; incendit. Inceperat & alterius oppugnationem,cum oppidani ſupplicantium inſignia prætendentes,poſt multas preces pacem impetrarunt. Exercitum poſt id

Sopitha Alexandro ſe dedit. duxit ad urbes,quæ Sopithæ,parebant, ac bonis legibus mirabiliter erant inſtitutæ.In eis alia multa publicè cum ſumma laude ſeruabantur.Sed corporis pulchritudo præ omnibus in magna erat æſtimatione: atq; in ipſa ſtatim infantia puerorum diſcrimen faciebant,ut qui membra ac naturam ad bonum corporis ſtatum & robur idoneam habere uiderentur,eos educarent: Quibus corpora eſſent infirmiora, ijs alendi curam impendere ſuperuacaneum exiſtimarent,ac mortem inferrent. Pariter & in matrimonijs contrahendis,neq; dotis, neq; magni apparatus,ſed formæ duntaxat & proceritatis corporum ratio habebatur. Propterea earum ciuitatum indigenæ,cæteris hominibus ſpecie honeſta longè præſtabant,& ante omnes ipſe rex Sopithes & inſigni forma,& corporis magnitudine cubitis quatuor eminentiori ſpectabilis, tunc Alexandro obuiam è regia ſua progreſſus eſt,ſeq; & totum regnum in eius poteſtatem dedidit, atque illud è benigno uictore rurſus obtinuit. Macedones omnes aliquot dies honorificè apud ſe recepit,& Alexãdro ipſi præter multa & ſplendida dona alia dedit centum quinquaginta canes,qui prægrandes,robuſtiſsimi,aliijq; naturæ donis præſtantes ualde erant, atque cum tigribus commiſceri

Canes inſignes Alexãdro donati. dicebantur. Eorum uirtus ut Alexandro reipſa innoteſceret,leonem fortiſsimum intra ſepta duci fecit Sopithes, duosq; imbecilliores è numero canum, quos donauerat,contra ferã immiſit. Qui quũ ſuccumbere uiderentur,duos alios addidit,ſimulq; quatuor leonem proſtrauerunt. Tunc à Sopithe quiſpiã cum gladio miſſus,crus dextrum unius canis cœpit abſcindere. Ibi Alexandro inclamante,regij ſpiculatores adcurrerunt, manumq; hominis retraxerunt. Iuſſit Sopithes æquo animo id ferrent,pro eo cane tres à ſe dono accepturi.Igitur uenator,reprehenſum crus paulatim concidere, neq; unquam canis aut lartratum,aut clamorem quempiam edidit:tantummodo frendens dentibus,carnificinam eam ſuſtinuit,donec exanimatus ſuper leonem expirauit. Interim Hephæſtio debellatis gentibus multis Indiæ cum exercitu ſecum miſſo ad Alexandrum redijt,qui eum ob res egregiè geſtas, multum laudauit,atq; cum co-

Phegeus rex Alexandro ſe dedit. pijs omnibus in Phegei regnum inuaſit. Vbi à populis omnibus gratiſsimè eſt exceptus,& ipſe Phegeus cum magnis muneribus ei obuiam prodijt.Tanta hoſtis fiducia motus Alexander, uti regnum ſuum obtineret,permiſit:duoſq; dies magnificentiſsimè ab eo cum toto exercitu acceptus,ad fluuium uſq;

Hyphaſis.fluuius. Hyphaſim perrexit: cuius ſeptem ſtadiorum erat latitudo, profunditas ulnarum ſex,curſus autem concitatus adeò ut nullo ferè modo traijci poſſet.

Factus eſt ibi certior à Phegeo, trans id flumen terram eſſe deſertam ad dierum duodecim iter,excipere tunc fluuium Gangem, omnium quos India habeat altiſsimum,qui in latum ſtadia triginta duo pateat:ab eo gentes duas eſſe,Tabræſios & Gangaridas,ſub rege Xandrame,qui equitatum uiginti millium,peditum ducenta millia, curruum millia duo, & elephantos bellico more inſtructos ad quatuor millia haberet. Videbantur hæc parum credibilia Alexandro.Itaq; accerſitum Porum,ſeuerius percunctatus eſt,qui'dnam de hiſce compertum teneret.Illæ cætera omnia uera eſſe confirmauit:ſed regem ipſum

Gangari-

Gangaridarum abiectum hominem, & nullius æstimationis esse dixit: utpote qui tõsoris filius fuisse pro certo crederetur, quòd patrem eius satis uenustum, regina quum deperiret, regem maritum fraude interfecerit, & tonsorem ita in regnum induxerit. Intelligebat Alexander expeditionem in Gangaridas aprimè difficilem fore, nihilominus in cupiditate sibi sueta gloriæ consequendæ, Macedonum suorum uirtuti confisus perstabat. Cõfirmabatur etiam ora culis, quæ acceperat, uictoriam contra Barbaros haud esse desperãdam, quum Pythia insuperabilem eum appellasset, & uniuersi orbis imperium ei Hammõ promisisset. Sed quum militem suum bellis continentibus fatigatum ualde, iamq; annos octo in laboribus & periculis maximis fuisse cognosceret, oratione benenola & accommodata, suorum multitudinem ad nouum bellum adhortari necessarium duxit. Mirificè ordines omnes, ob prælia identidem commissa erant extenuati, neq; bellorum finis quispiam uulgò sperabatur. Absumpta erant & disrupta in longo itinere arma fermè omnia, & equorum & hominum. Vestimentis Græcis non amplius utebantur: Barbarica adsumere, Indorum tunicas concisas sibi aptare coacti necessitate. Fortè etiam euenerat, ut imbres magni & tonitrua cum fulminibus ad dies septuaginta continenter tunc temporis fierent, quæ Alexander ad se terrendum facta fuisse existimans, unicam desiderij sui spem habebat, munificentia milites ad id quod moliebatur, induci posse. Itaq; facta eis potestate eundi prædatum in hostilem terram, quæ omnium rerũ copia affluebat: interim dum absunt in populatione uxores omnes, & filios eorum ad se uocauit, promisitq; mulieribus mense quouis dimensum frumentum: pueris autem militare stipendium, quantum eorum patribus dabat, persoluit. Quumq; multis spolijs, & omnis generis præda ditati milites in castra redijssent, Alexander in concionem eos uocauit, ibiq; oratione, quam meditatus fuerat, ne expeditionem contra Gangaridas detrectarent persuadere studuit. Sed cum illi nullo pacto assentiri uellent, coactus est à proposito desistere. Proinde quum statuisset suorum bellorum ibi esse terminum, aras duodecim dijs magnitudine quinquaginta cubitorum excitauit. Castrorum circuitum duplo, quam prius fuisset, ampliorẽ fieri iussit, ducta fossa pedes quinquaginta lata, intra quam quæ agger & murus præaltus extructus est. Peditiq; cuique, ut in suo tabernaculo lectos duos quinque cubitorum: equiti ut idem, insuperq; præsepes solitis altero tanto maiores facerent, iniunxit. Pariter & alia, quæ in discessu relicturi erant, spacio auctiori produxerunt, quod à rege curatum est, ut castra insignia & planè heroica, opus suum apparerent. Simul ut indicia & ueluti uestigia uirorum prægrandium, documento eius loci incolis forent, præstantissimam Macedonum fuisse fortitudinem. His peractis, itinere eodem quo progressus fuerat, rediẽs diuertit ad fluuium Acesinem, ubi naues complures inchoatas absoluit: aliaq; construere instituit. Ei negotio dum curam impendit, auxilia & milites ære conductos sub ducibus suis è Græcia uenientes recepit. Erant pedites plures triginta millibus: equites ad sex millia. Cũ ijs arma, quæ uiginti quinq; millibus hominum sufficerent, & medicamentorum talenta centum sunt aduecta, quæ militibus Alexander distribuit. Nauibus autem cum armamentis omnib. quarum ducentæ erant non tectę, reliquæ minores ad ministeria omnia obeunda agiles octingẽtæ, atq; eodem tempore urbibus duabus iuxta flumen perfectis, harum unam, in uictoriæ partæ monimentum, Nicæam: alterã ab equi sui nomine, qui in pugna contra Porum occiderat, Bucephaleã nominari iussit. Ingressusq; cum amicis in classem, flumine Oceanum uersus meridionalem nauigare incœpit. Maiorem exercitus partem terra non longè à flumine ducebant Craterus & Hephæstio. Peruentum erat ad locum, ubi Hydaspes & Acesines in unum confluunt. Ibi Alexander naui egressus, contra Ibos ductis copijs contendit, quam gentem fama erat ab ijs qui cum Hercule Aornum petram oppugnare adorti, re infecta discesserant,

Φιλαρχίαι & λεγοδοξίαι, in quas difficultates coniiciant tum Principes, tũ subditos, uel ex hoc loco colligere licet.

Macedones expeditionem in Gangaridas detrectant.

Alexandri reditus ex India.

Alexãder per fluuium Acesinem nauigat Oceanum uersus.

atque in eis locis permissu Herculis consederant, originem habuisse. Cumq; castra prope clarissimam urbem posuisset, exiuerunt ad eum primores Vrbis ciues: commemoratacq; ueteri cognatione, imperata omnia, ut consanguineos deceret, se promptissimè facturos dixerunt, addiderunteq; preciosa munera. Accepit eos rex in suam amicitiam, Vrbesq; omneis donauit libertate. Deinde in finitimas nationes cum exercitu profectus, reperit Agalasses coëgisse peditum millia quadraginta, tria autem equitum: initoq; cum eis certamine, uictor maximum cecidit numerum: reliquos, qui in oppida propinqua fugerant, expugnatos, in captiuitatem traxit. Contulerant etiam se uiginti millia eius terræ hominum, in magnam quandam urbem. Eò Alexander copias duxit, uiq; intra mœnia irrupit. Indi uiarum angustijs communitis, acriter ex ædibus resistebant, adeò ut non pauci Macedones inter oppugnandum occubuerint. Tunc ira concitatus rex, ignem domibus iniecit, sicq; maxima pars hostium est incensa. Qui periculum uitare potuerunt, in arcem se recipientes, pacem supplices ab Alexandro petiuerunt, atque impetrarunt.

Ipse rursus in naueis cum amicis ingressus, iter flumine continuauit, donec à duorum, quos diximus, amnium & Indi confluente classis excepta, perturbari ualde cœpit. Vbi enim concitati aquarum cursus simul collidebantur, uortices & multi & tremendi, abreptas naueis distrahebant, & nonnunquam opprimebant. Ad hoc impetus ipse præcipitatus & uehementissimum trium fluminum, omnem nautarum artem & industriam superabat, adeò ut prouideri non potuerit, quin longæ duæ naues summergerentur, & complures in terram conijcerentur. Nauis ipsa regia à rapidissimo fluctuum decursu comprehensa est. In summoq; discrimine ita uersabatur Alexander: qui præsentem mortem uidens imminere, uestimenta éxuit, nudusq; ad extremum natandi subsidium se expediuit. Regis amici, periclitanti naui sese appellebant, ut ea à fluctuum ui retracta, Alexandrum reciperent: magnusq; eo in loco tumultus est excitatus, uiris & nauibus fluminum uiolentiæ se opponentibus, illis autem ingenium & uireis humanas facilè superantibus. Tandem summa cum difficultate nauium succurrentium auxilio factum est, ut ad ripam Alexander impelleretur. Ita præter spem seruatus, dijs sacrum fecit, quòd ueluti pugna cum flumine commissa, maximum euasisset periculum. Hinc contra Oxydracas & Mallos, bellicosos & maximos populos castra mouit. Illi copias octoginta millium peditum, decem equitum, currus autem septingentos coëgerant. Quumq; ante Alexandri aduentum bellum inter se habuissent, tunc extraneo hoste appropinquante, discordias omnes posuerunt: datisq; & acceptis mutuò decem millibus uirginum, amicitiæ affinitatem adiunxerunt. Non tamen ita reconciliati, simul in aciem uenerunt, sed dissensione orta, penes utros summum esset imperium, in proximas urbes se receperunt. Alexander quum prope totius regionis maximam urbem consedisset, eam absque mora aliqua oppugnare statuit. Tunc Demophon quidam ex his qui futura de ostentis & signis alijs solent conijcere, regem aggressus, ex augurij obseruatione se inquit adnotasse, magnum ei periculum portendi, ob uulnus quod in oppugnatione acceptus esset. Propterea admonebat, uti pro tempore ab inuadenda ea urbe animum ad res alias conuerteret. Hominem Alexander obiurgauit, quòd talibus consilijs uirorum fortium uirtutem frangeret: atque his quæ oppugnationi erant necessaria, prouisis, ipse primus sequentibus copijs urbem aggressus est, uehementer eam ui capere cupiens. Ibi quum serius machinæ adducerentur, portam unam adortus perfregit, irrumpensq; in urbem, multos interfecit: reliquos in fugam uersos, usque ad arcem est persequutus. Interim uerò Macedonum multitudine adhuc in tentandis mœnibus occupata, non cuncta-

Alexander in fluminum confluente periclitatur.

Oxydraces & Malli.

tunctatus, ipse scalam properè arripuit, & muro arcis applicuit, scutoq; supra caput prætento, inscendere occœpit. Tantam autem his omnibus celeritatem adhibuit, ut prius quàm excubitores barbari in muri custodiam uenirent, ipse iam in eum summum conscenderit. Non audebant hostes propius accedere, ut manus cum eo conferrent, sed eminus & iaculatores & sagittarij ita eum grauiter urgebant, ut uix missilium uim sustineret. Macedones scalis, quas duas apposuerant, frequentes scandere conabantur: sed eis pondere per fractis, omnes in terram deciderunt. Igitur omni destitutus auxilio Alexander, facinus mirum & memorabile exequi ausus est. Quum enim indignum rebus à se felicissimè gestis existimaret, omisso quod tentauerat, è muro ad suos redire, solus & armis oneratus in ipsam arcem desilijt, indisq; impetu facto in eum incurrentibus, audacissimè resistebat. Dextra arborem prope mœnia positam, læua murum ipsum, ne circumueniri posset, sibi pro munimento accepit: atque ita cum hostibus manus conferebat, eo animo, ut tanquam rex tot clarissimis rebus gestis, summam uirtutem demonstraret, mortemq; gloriosam oppeteret. Multos galea, multos clypeo ictus sustinuit. Tandem sagitta ei infra mamillam infixa, ui doloris in genua procumbere est coactus. Ibi statim Indus, qui uulnus intulerat, contemptim accedens, ferire eum aggrediebatur, quum Alexandri gladio subter ilia transfixus, lethali uulnere concidit. Rex ramo, qui de arbore prope se pendebat, comprehenso adiutus, surrexit, cœpitq; prouocare ex hostibus, si qui secum uellent decertare. Interim Peucestes unus è custodibus corporis regij, scala mœnibus superatis, primus ad sui principis defensionem peruenit: postq; alij plures, qui uisi barbaros perterruerunt, atque à periculo Alexandrum seruarunt. Capta autem per uim & urbe & arce, hostes quicunque in Macedonum manus inciderunt, ob conceptam ex periculo regis indignationẽ, trucidati sunt: omniaq; loca urbis cadaueribus sunt repleta. Quum uerò in terra hac Alexander multorum dierum moram traxisset, uti à uulnere curaretur, Græci, qui Bactrianam & Sogdianam præfecturam incolentes, diu antea ægrè tulerant conditionem illam uiuendi inter barbaros, tunc de uulnere & obitu Alexandri rumoribus uulgatis, contra Macedones surrexerunt: coactiq; in unum ad tria millia, magno tumultu excitato, in patriam redire conati sunt. Postea Alexandro mortuo, seditiosam eam omnem turbam Macedones interfecerunt.

Alexander in urbis cuiusdã oppugnatione uulneratus.

Peucestes Alexandro succurrit.

Iam Alexander à uulnere conualuerat, sacrumq; dijs ob acceptam salutem fecerat, & magnificentissimo conuiuio amicos suos acceperat. Ibi ex ipsa potatione res rara, & memoratu digna euenit. Erat inter conuictores alios Macedo quidam, Coragus nomine, qui corporis robore, & rebus strenuè gestis multum præstabat. Is uino incalescens, ad certamen singulare Dioxippum Athenien sem athletam, cui ob multas insignes uictorias coronæ præmium datum fuerat, inuitauit. Studijsq; omnium qui aderant, ut mos est, in alterutrius gloriam arrectis, Dioxippus conditionem suscepit, atque ipse rex certaminis diem constituit. Qui ut illuxit, multa hominum millia ad eiusmodi spectaculum conuenerunt. Hinc Macedones, & ipse Alexander populari suo Corago, illinc Græci suo Dioxippo omnibus uotis fauebant. Progressi sunt in medium bellatores duo, Macedo fulgentibus armis ornatissimus, Athenien sis nudus, atque oleo unctus, cum serto maximè decenti. Quumq; corporis uigor atque fortitudo in utroque admirabilis esset, deorum quodammodo certamen futurum uidebatur, ut statu ipso atque terrifico armorum apparatu Coragus Marti, Dioxippus autem firmitate membrorum, exercitatione pugnandi, & præcipuè ex claua quam gestabat, Herculi esset consimilis. Postquam igitur alter alteri cœpit ingruere, Macedo medio-

Ebrietas quorum malorũ caussa.

Coragi & Dioxippi duellum.

cri

cri distans interuallo, lanceam in aduersarium intorsit: quam illi paululum re-
clinatus, euitauit. Post id sarissa intenta ad eum feriendum contendens, ut
propius accessit, Dioxippus claua sarissæ inflicta, totam eam confregit. Sicq;
Macedonis conatus bis frustra fuit. Tunc gladio rem gerere uolens, manu
educere eum instituerat: quum assiliens Dioxippus præuenit, suaq; sinistra
manu illius manum qua ensem stringere parabat, occupauit: dextra autem è
statu eum suo deturbauit, cruribusq; subtractis in terrã deiecit. Ibi super iacen-
tis ceruicem pedem impressit, clauaq; in ictum sublata, ad spectatores se con-
uertit. Qui incredibili & maxima uiri uirtute commoti, clamorem ingentem
ediderunt. Alexander iussit ut uicto parceretur, atque spectaculo finito illinc
discessit, Macedonis casum egerrimè ferens. Dioxippus aduersario suo inco-
lumi dimisso, ob partam adeo insignem uictoriam, corona à suis popularibus
honoratus est, existimatusq; communem Græcis omnibus gloriam peperis-
se. Sed enim fortuna diutius hominem tanto gaudio frui non permisit. Rex
enim semper postea ab eo fuit alienatus, omnesq; regis amici, & aulici Mace-
dones uirtuti eius mirificè inuidentes, id tandem excogitarunt, ut minister
quidam à se persuasus, poculum aureum Dioxippi puluino subijceret. Post-
modum conuiuio inito, conqueri cœperunt de furto patrato: uestigantesq;
poculum ablatũ, se inuenisse simularunt, cum magno pudore & probro Dio-
xippi. Qui Macedonum concursum ad se uidens, tunc exijt ex conuiuio: dein-
de paulo post cum in suum diuersorium uenisset, statim epistolam ad Alexan-
drum de fraude in se commissa scripsit, amicisq; uti eam regi redderent, man-
dauit. Atq; eo facto uita se abdicauit, imprudens, qui temerè in certamen cum
Macedone descenderit: sed imprudentior longè, quòd sibi uim intulit. Pro-
pterea obtrectatores eius ad hominis dementiam coarguendam illud passim
iactabant: Haud facile euenire, ut quispiam ingentes corporis uires, & inge-
nium subtile habeat. Rex autem lecta epistola, grauiter illius obitum tulit, fre-
quenterq; uirtutis eius desiderio tactus est. Et quem uiuentem abhorruerat,
mortuum, quando id frustra erat, penes se habere cupiens, quanta fuisset eius
innocentia, ex calumniantium scelere cognouit. Igitur Alexander copijs ad
ripam fluminis, uti secundùm classem iter facerent, ductis, nauigationem cœ-
ptam ad Oceanum continuare instituit. Progressusq; ad gentem, qui Samba-
stæ dicuntur, peruenit. Hi hominum multitudine atque egregia uirtute nulli
populo Indiæ postponendi, urbes liberas, quæ populari administratione re-
gerentur, habitabant. Auditoq; Macedonum aduentu, peditum millia sexa-
ginta, equitatum sex millium, bellicos currus quingentos coëgerant. Sed
quum flumine classem Macedonum appropinquare sensissent, nouo & ino-
pinato genere accessus perterriti, quum etiam toties uictoris exercitus no-
men uererentur, suaderentq; seniores ne prælij fortunæ res committeretur,
quinquaginta clarissimos uiros legatos ad Alexandrum miserunt, oratum,
ne ad se, qui amici esse uellent, hostiliter ueniret. Rex laudato eorum consilio,
pacem concessit, atque magna munera. Honores autem plus quàm hũmanos
ab ea gente consequutus, in Messanos, deinde & Sodras, qui utranque flumi-
nis ripam tenebant, contendit. Quibus in locis secus flumen urbem Ale-
xandriam condidit, decemq; millia hominum, qui eam incolerent, designa-
uit. Hinc & Musicani regnum ingressus, eum captum interfecit, gentesq;
deuictas sibi parere compulit. Transijt deinde in terram, cui Porticanus impe-
rabat: ubi primo impetu urbes duas expugnauit, concessaq; militibus præ-
da incendit. Porticanum, qui in arcem bene munitam confugerat, expu-
gnatum oppressit: omneis eius urbes ui captas euertit, ita ut magnum sui no-
minis terrorem finitimis populis iniecerit. Vastauit eodem modo Sam-
bi regnum, oppidis compluribus occupatis ac dirutis, & hominum millibus

supra

Alexãdro mo lesta Dioxippi uictoria.

Principis animus mutabilis, inuidiæ aulicæ fomentũ.

Χαλεπὸν δὲ νάμω μὴ σὼ μαζος ἔχειν μεγαλλω νᾶν ὂ μικρόν

Principis ani mis fera.

Alexander ali quot gẽtes Indicas subigit.

Pax bello prælata.

Alexandria.

supra octoginta passim interfectis. Tantam calamitatem genti huic Brachmanum Alexandri intulit. Cæteras, quæ supplices ueniam rogarunt, his tantum, qui sumendi arma præcipui authores fuerant, è medio sublatis, clementius tractauit. Sambus ipse rex cum elephantis triginta transmittens in ulteriorem Indi fluminis ripam, imminenti periculo se subtraxit. Vltima erat Brachmanum urbs, nomine Harmata, quæ & suorum hominum uirtuti, & loco munitissimo confisa, Alexandri gratiam parui æstimabat. Ad hanc pauci è regijs amicis missi sunt, qui lacesserent oppidanos, ut si ad exeundum elici possent, ipsi retrocederent. Erant quinquaginta numero, qui mœnibus appropinquantes, ob paucitatem contempti sunt, atque ex urbe ad tria millia insequendi gratia egressis, simulabant se perterritos pedem referre, donec ad uicinum locum hostes perducerent: ubi Alexander instantes barbaros excepit, manibusq; acriter consertis, aliquos interfecit, reliquos uiuos comprehendit. In ea pugna quum Macedones multi uulnerati fuissent, magnum ij omnes periculum adiuerunt, propterea quòd barbarorum ferramenta letali ueneno fuerant illita, quæ res fiduciam ueniendi in certamen dederat. Conficiebatur id ueneni genus è quibusdam serpentibus, quos per uenationem conquisitos & interemptos ponebant in sole. Ibi sideris cœlestis ardor iacentia corpora, uti liquarentur, soluebat: atque ita sudor quidam exprimebatur, qui nihil aliud erat, quàm anguium ipsorum humor omnis uenenatus. Is igitur ubi per uulnus quempiam contigerat, eius corpus stupens continuò reddebat. Pòst paulo acerrimi consequebantur dolores, contractioq; & tremor omnia membra inuadebat. Cutis ipsa frigebat cum atro colore. Vomitu bilis identidem reijciebatur. E' uulnere prodibat nigra quædam spuma, & sanies inde facta confestim nobiliores corporis partes attactu suo corrumpebat, morsq; ita miserabilis insequebatur. Neque minus periculi aut cruciatus leuiter saucijs, quàm ijs qui maiora subiuissent uulnera, accidebat. Eiusmodi peste quum Macedones absumerentur, Alexander non adeò cæterorum omnium miserabatur, quàm unius Ptolemæi, qui succedentibus temporibus regnauit, tuncq; ei plurimum erat dilectus, casum dolebat. Contigit uerò ratum & uix fidem capiens quiddam in Ptolomæi salutem, quod omnes diuinæ prouidentiæ acceptum referebant. Omnibus, ob suas summas uirtutes, & cunctis gratificandi studium, æquè charus humanitate, quam præstabat, condignam mercedem hanc reportauit. Vidit dormiens Alexander eam speciem, quasi draco ore herbam quandam teneret, & eius naturam, uirtutem, atque locum, ubi nasceretur, doceret. Postquam surrexit, repertam herbam contriuit, & Ptolemæi corpori applicuit. Dedit etiam potionem inde medicatam, per quæ bonæ ualetudini subitò eum restituit. Cæteri qui ex uulneribus laborabant, cognito herbæ profectu, eadem usi curatione, conualuerunt. Ad urbem ipsam Harmata & magnam & munitionibus bene firmatam cum exercitu oppugnandi causa accessit Alexander. Ibi egressi oppidani, supplicantes, secq; in eius pòtestatem dedentes, pacem & ueniam impetrarunt. Ipse nauigatione repetita, ad oceanum peruenit: ubi quum insulas duas inuenisset, deos splendidissimo sacrificio in eis peracto ueneratus est, magnaq; & multa aurea pocula simul cum libaminibus in mare ipsum coniecit: Tethydi & Oceano aras, quòd sumptam expeditionem ibi finiuisset, excitauit. Ab Oceano rursus classe iter relegens, per flumen ad Hyala insignem urbem appulit: cuius respublica eodem ferè modo quo Spartanorum regebatur. E' familijs duabus, reges duo per successiones adsumebantur, qui bellicæ rei præessent. In omnibus autem quæ gerenda essent, præcipua senectutis authoritas. Incendit Alexander naues eas quæ labefactatæ multum erant: reliquas omnes Nearcho, alijsque amicis quibusdam tradens, iniunxit, littoraleis gentes per oceanum adirent,

Vrbs Harmata.

Macedones uenenatis telis uulnerati.

Ptolemæus.

Alexandro in somno monstrata herba aduersus uenenũ telorum

Hyala.

rent, atq; ad obsequium compellerent, sibiq; ad Euphratis ostia occurrerent.

Ipse autem cum terrestribus copijs latissimam regionem peragrans, contumaceis & sibi aduersos debellauit. Qui imperata facere non recusarunt, liberaliter & in fidem accepit: donecq; per Orbitas & Cedrosiam terram transiuit, nihil sensit detrimenti. Ab eis loca multa aquæ egentia, nec pauciora deserta ingressus, attigit tandem Oridis finitima. Ibi exercitu in treis parteis diuiso, uni Ptolemæum ducem, alteri Leonnatum præfecit: ut hic mediterranea, ille quæ secundùm mare essent, populabundi percurrerent. Ipse cum tertia in monteis & subiacentia loca, uastans omnia, inuasit. Quum igitur sub unum atque idem tempus multis in partibus regio ea uastari cœpisset, ocyus igne, rapinis, & cædibus omnia sunt repleta. Macedones ita magna præda sunt potiti, interemptorumq; numerus excesit multa millia. Vicinæ gentes tali perterritæ exemplo, in regis potestatem uenerunt: qui ad sui nominis incrementum urbem iuxta mare extruere statuit. Quum enim portum naturali

Alexander Alexandriam constituit.

situ quietissimum inuenisset, lociq; propinqui opportunitas placuisset, ibi conditam urbem, Alexandriam nominauit. Postea itinere, quod sibi patentissimum fecerat, in Oritarum agros irrumpens, breui gentem eam totam sibi coëgit parere, quæ mores & instituta reliquis Indis consimilia habet, uno excepto, quod eis peculiare uix fidem capiat. Obeuntium apud eos cadauera, cognati nudi, & lanceas gestantes in syluam aliquam efferunt, atque ibi uinciunt. Post id uestimenta omnia, & totum funeris apparatum diripiunt: relictis corporibus uti à feris deuorentur, raptas uestes concidunt, ac loci eius genio sacrificant. Inde omnes domum reuertuntur. Progressus est deinde Alexander in Cedrosiam, propius mare iter faciens, inciditq; in gentem quandam inhospitalem & prorsus feram, cuius homines à primo ortu ad senectutem usque ungueis nutriunt: comam autem in unum collectam promittunt, quæ ob intemperatos solis ardores eis est adusta. Pellibus ferarum amiciuntur. Cete, quæ mari ad terram eijciantur, eorum carne uesci soliti, pro cibo habent. Construendarum domorum eam habent rationem, ut parietibus excitatis, tectum è piscis eiusdem costis superimponant, atque ex ea materia plerunque trabeis decem & octo cubitorum in structura ipsa suspendant: squamis autem tegularum uice in cooperiendo tecto utantur. Laborauit Alexander hac in regione magnis commeatuum angustijs: pergensq; in desertam, & omnium quæ usui sunt inopem terram deuenit. Ibi cum ex fame multi perijssent, mirificè Macedonum omnium animi fracti sunt: & ipse rex dolore & curis ingentibus corripi cœpit: quandoquidem miserabile illud passim uidebatur, ut uirtute animi, & optimis armis instructissimi homines in desertis, omnium egeni turpiter occumberent. Quibus ut subueniret Alexander, expeditos milites in Parthiam, Dranginam, Ariam, cæterasq; desertæ terræ uicinas præfecturas misit, mandans, uti camelos celereis, aliaq; dorsuaria iumenta frumento & rebus quibuscunque necessarijs onusta, agerent ad Carmaniæ fines. Illi properè euntes ad præfectos locorum, fecerunt ut magna commeatuum uis ad dictum locum comportaretur. Amisit initiò Alexander milites multos ob uictus inopiam, & postea in ipso itinere Oritæ aggressi agmen quod Leonnatus ducebat, multis interemptis, in suam terram se receperunt. His omnibus difficultatibus circumuenti Macedones, superata tandem deserta ea regione, in habitabilem, ac rebus omnibus affluentem peruenerunt. Vbi postea quàm à toleratis incommodis recreati sunt, Alexander ipse septem dies continuos ornatus ad pompam suo præiuit exercitui, ad ludicrum festum in honorem Liberi patris celebrandum, atque in uia media potationes, nec citra tumulentiam, exercuerunt. Quibus peractis, quum præsides multos, quibus regendæ terræ ab ipso designatæ fuerant,

Oritarum funera mira.

Macedones fame laborant.

Bacchanalia ab Alexandro celebrata.

rant, impotenter & præter æquum iniurijs populos afficere audiuiſſet, minimè id ratus ferendum, in præfectos & duces pleroſque animaduertit. Ea uerò regis in primores uiros ſeueritas, ut paſsim uulgata eſt, duces complures iniuriarum & patratorum ſcelerum conſcij, uehementer ſibi cœperunt timere. atque aliqui cum mercenario milite, cui præerant, à rege defecerunt: nonnulli coacta undique pecunia aufugerunt. Quorum factus certior Alexander, ad duces omnes & ſatrapas Aſiæ ſcripſit, ut quum primum literas ſuas legiſſent, milites omneis ſtipendio merentes dimitterent. Eo autem tempore, quum moram traheret in maritima urbe, cui Salmunti erat nomen, ac ſcenica certamina in theatro ſpectaret, eò appulſi ſunt quos per Oceanum ad maritima obeunda miſerat. Statimq; theatrum ingreſsi, regem ſalutarunt, ac quæcunque egiſſent, renunciauerunt. Macedones ex ſociorum aduentu magna affecta lætitia, plauſum ingentem ediderunt: atq; ita effuſiſsimo gaudio omnia diffluebant. Narrauerunt illi miros ſe in Oceano gurgites, quibus aqua ſorberetur, & rurſus effunderetur: fluctuum etiam uaſtas agitationes inueniſſe, ac prope eos gurgites inſulas magnas complures ab extremo continenti proſpici, neque aditum ad eas modo ullo patere, ob crebras æſtuantis maris exundationes, uento uiolentiſsimo ab inſulis in terram perflante, quibus ex ſpumæ ui magna fluctus identidem excitata ſpecies candida eſſe uideretur. Quodq; magis admirabile, in multa & incredibilis magnitudinis Cete ſe incidiſſe: unde conſternati, ſpem omnem uitæ abiecerint: quippe qui arbitrarentur uiros omneis unà cum nauibus ab illis abſumptum iri. Sed poſtea animis reſumptis, clamorem magnum omnes ſe pariter edidiſſe: ſimulq; armis colliſis, & perſonantibus tubis, tantum ſtrepitus feciſſe, ut perterritæ belluæ ſubter aquam ſe demerſerint. His acceptis, Alexander iuſsit uti ad nauigationem redirent, pergerentq; uſque ad fluuium Euphratem. Ipſe cum exercitu itinere per regiones uarias facto, ad Suſianæ fines peruenit. Circa id temporis Calanus Indus, magni nominis in philoſophiæ ſtudijs, & qui ab Alexandro multum obſeruabatur, miro mortis genere ſe interemit. Cùm enim annos tres & ſeptuaginta omnis prorſus aduerſæ ualetudinis expers uixiſſet, tuncq; morbo tentatus, indies grauius haberet, reputans felicitatis eius, quæ à natura, aut à fortuna accipi poſsit, terminum ſibi iniectum eſſe, ab hac uita decedere ſtatuit. Rogauit igitur Alexandrum, ut pyram conſtrui, ac poſtea quàm à ſe ea incenſa fuerit, per ipſius apparitores ignem ſubijci faceret. Conatus eſt initiò rex à propoſito eum dimouere: ſed ut in ſententia permanere uidit, ſe, quæcunq; oraſſet, curaturum recepit. Regioq; iuſſu pyra ſtatim eſt compoſita, & ingens hominum multitudo ad tam inuſitatum confluxit ſpectaculum. Calanus, uti ſe facturum aſſeuerauerat, ſumma alacritate pyram inſcendit, atque ibi cum ea incenſus, uitam finiuit. Quæ res ab aſtantibus uario modo excepta eſt. Hominis aliqui furorem, nonnulli inanem fortitudinis oſtentationem damnabant. Erant & qui animi & magnitudinem in contemnenda morte admirarentur. Alexander ſummo cum honore eum ſepeliri curauit: ac deinde Suſa profectus, Statiram maiorem Darij filiam ſibi iunxit matrimonio, iuniorem Drypetim Hephæſtioni uxorem dedit. Suaſit inſignioribus amicis, uti exemplo ſuo ſponſalia inirent, fecitq; ut nobiliſsimæ Perſicæ puellæ eis nuberent. Dum hæc agerentur, triginta Perſarum millia Suſa uenerunt, qui omnes & iuniores & corporibus bene compactis robuſtiſsq; electi, regis iuſſu ſimul ad idoneum tempus ſub magiſtris & præfectis omnia belli munia perdidicerant, ac Macedonica armatura pulcherrimè inſtructi fuerant. Hi caſtra ante urbem poſuerunt. Quumq; bellica uſi meditatione, ſe in armis regi oſtendiſſent, maximis ab eo muneribus ſunt affecti. Quòd enim Macedones Gangem flumen trajicere recuſauerant,

Alexandri hominis narrant quæ in Oceano uiderunt.

Calani Indi philoſophi mors mira.

Alexander ducit uxorem.

rant,

Alexander cur Macedonibus iratus.

Harpalus delicijs indulget.

rant, & frequenter in concionibus reclamare ei non uerebantur, opinionemq; de patre Hammone passim eleuabant, agmen hoc Persarum, quorum unus & idem esse animus, ad Macedonicæ Phalangis animos reprimendos comparauerat. Atque his quidem rebus Alexander operam dabat. Harpalus autem qui thesauris & uectigalibus seruandis Babylone præfectus fuerat, quum in Indiam Alexandrum facilè intrasse audiuisset, in eam uenit sentẽtiam, ut illinc eum haud amplius rediturum crederet. Itaq; delicijs & intemperantiæ se dedens, fœminis uim primò inferre, & omne libidinis genus cum barbaris exercere incœpit: cuius rei magnam difficultatem latissimæ terræ imperans, habebat. Pecuniarum autem uim magnam in turpium uoluptatum usum impendere: à mari siquidem usq; rubro, quod maximè distat, pisces multos sibi afferri curabat, atq; in omni uictu tantum prodigebat, ut inde passim malè audiret. Præter hæc, Athenis ad se insigne maximè scortum, cui Pothynice erat nomen, acciuit, uiuentiq; munera planè regia donauit, & mortuam magnis sumptibus sepeliri fecit, condito ei in terra Attica preciosissimo sepulchro. Hinc Attica itidem alia muliere, quam Glyceram nominabant, uocata ad se, in summa mollitudine, & immoderatis impendijs uitam ducebat. Ad omneis uerò fortunæ casus Atheniensem populum, quò, si opus esset, profugium haberet, sibi præcipuè demereri studebat. Quum igitur ex India reuersus Alexander,

Harpalus fugit Athenas, inde in Tænarum, mox in Cretã.

præfectos multos sibi delatos morte mulctasset, Harpalus idem de se timens, collectis quinq; millibus talentorũ argenti, secum adsumpsit ad sex millia mercenariorum militum, ex Asiaq; in Atticam contendit. Vbi quum à nullo reciperetur, ad Tænarũ Laconicæ relicto milite, Athenas supplex cum pecuniarum parte est profectus. Superuenerunt ab Olympiade & Antipatro nuncij, qui eum ab Athenien sibus reposcerent. Tunc ipse grandem pecuniam oratoribus, qui ad populum pro se agerent, dilargitus aufugit. Atque ad suos miles iuit in Tænarum. illinc in Cretam transmisit, ubi à Thibrone, uno è suis familiaribus, per insidias est interemptus. Athenienses habita de his cognitione, qui pecunias ab Harpalo accepissent, Demosthenem aliosq; quosdam Oratores criminis eius damnauerunt. Alexander in Olympiacis ludis per præcones significari fecit, omnibus exultantibus, præter quàm sacrilegis & homicidis, reditum in patriam se cõcedi. Atq; è suo exercitu decem millia seniorum hominum selegit, hisq; uacationem militiæ indulsit. Quumq; eorum multos

Alexandri erga exules & emeritos clementia: erga Macedones seueritas.

ære alieno obstrictos esse intellexisset, de uno exoluit debita paulò minus decem millium talentorum. Macedones, qui in ordinibus remanserant, cõtumacius se gerentes, concionantiq; sibi obstrepere ausos, commotus acerrimè obiurgauit: iniectoq; multitudini terrore, è tribunali desilire non dubitauit: ipsosq; tumultus authores suis manibus comprehensos, apparitoribus punien dos tradere. Gliscente autem indies magis seditione, Alexander è Persarum lectorum numero duces adsumpsit, primosq; eis honores in exercitu concessit. Qua contumelia Macedones affecti, supplices, lachrymantesq; à rege summa cum difficultate, ut eis reconciliaretur, impetrarunt.

Regni Alexandri Annus X.

An. Mundi 3638.

Iam uerò Athenis imperante Anticle, Romæ Cõsulibus L. Cornelio & Q. Pompilio, Alexander ordines, qui militum interitu extenuati erant, è Persis suppleuit. Eorundem & mille in aula ad sui custodiam esse iussit. In uniuersumq; Persis nihilominus quàm Macedoni cuiuis, fidendum censuit. Venit & tempore eodẽ ad regẽ Peucestes, ducens funditores & sagittarios ad uiginti millia, quos prioribus copijs immiscuit: eaq; nouatione mixtũ quendã exercitum, & sibi audientẽ fecit. Macedonum filios, qui è fœminis captiuis fuerãt

Alexãder Persas Macedonibus comparat & iungit.

susceptí,

ſuſcepti,diligenter exquiſiuit,inuenitq; numero eſſe fermè decem millia. Quibus omnibus,ut liberaliter educarentur, certam pecuniam de ſuo exoluit utq; eis bene inſtituendis magiſtri & doctores præeſſent, conſtituit. Exercitu uerò bene interim recreato,Suſis diſceſsit,traiectoq; Tigri flumine, ad pagos qui Cari dicuntur,cſtra poſuit. Ibi quatuor moratus dies,in Sambana (id loci nomen)contendit.Septem dies ad quietem hîc exercitui dati ſunt. Poſtea caſtris tertijs ad Celonas peruentum eſt: qua in gente tunc etiam Bœotorum proles ſupererat,ex his orta,qui de Xerxis exercitu ibi conſederant.Hi igitur morum patriæ etiamnum memores, duplici utuntur ſermone. Vno, qui ſit indigenarum:altero,in quo plurima referant Græca uerba.Inſtituta itidem quædam rerum agendarum antiqua retinent. Expectauit Alexander ueſpertinum crepuſculum: tuncq; ex eo loco diſcedens, rectum iter declinauit, ac Bagiſtamam uidendi loci cauſa eſt profectus. Ea regio amœniſsima, & quæ etiam oblectandis idonea uideri queat:fructiferum arborum,ceterorumq; omnium quæ uſui & uoluptati eſſe poſsint, magnam habet copiam. Tranſijt poſtea in terram,quæ paſcuorum ubertate, armentis equorum innumeris alendis ſufficiebat. Dicebatur olim paſtionis gratia equorum millia centum & ſexaginta eò cogi fuiſſe ſolita. Sed tempore aduentus Alexandri ſexaginta tantum millia numerata ſunt. Dierum triginta moram fecit in his locis. Deinde dies ſeptem progreſſus,attigit Ecbatana,quæ ſunt in Media.Ducentorum & quinquaginta ſtadiorum ambitum ea habere, & totius Mediæ regiam eſſe, coactoſque ibi theſauros magnam pecuniæ uim capere prædicant. Pluſculum temporis in hac urbe fuit Alexander,militi quietem conceſsit,ſcenica dedit certamina,continenterq; potationibus inſeruitum eſt.Tunc Hephæſtio regis amicus,cum largius ſe inuitaſſet, crapula correptus in morbum incidit, unde obijt mortem. Aegerrimè tulit Alexander caſum hunc,defunctiq; cadauer Perdiccæ, uti Babylonem deferri curaret, tradidit: ampliſsimo funere mortuum amicum ſepelire habens in animo.Dum hæc ab Alexandro aguntur,magni motus in Græcia exorti ſunt, nouisq; rebus plerique animum intenderunt, unde bellum, quod Lamiacum nuncuparunt, huiuſmodi initijs & ratione eſt conflatum. Quum rex per literas omnibus Aſiæ præfectis imperaſſet, ut à ſe milites mercenarios dimitterent: eoq; uti iuſſum erat facto, per Aſiam uniuerſam externi homines militia ſoluti paſsim uagarentur, & neceſsitate cogente uictum ſibi ex prædationibus & latrocinijs conquiterent, contigit ut undique hi omnes ad Tænarum Laconicæ promontorium conuenirent. Perſidis etiam ſatrapæ & duces,qui regem ueriti aufugerãt, eum pecunia & milite ſuorum manu eodem tranſmiſerunt mari, omnesq; uires ſimul iunxerunt. Nouiſsimè imperator duxq; omnium aſſumptus eſt Leoſthenes Athenienſis,uir magnitudine animi præſtantiſsimus,& Alexandro maximè infenſus. Is habito conſilio,cum de belli ratione diſſeruiſſet, talenta quinquaginta ſtipendijs perſoluendis, armorum autem in omnes uſus magnum numerum obtinuit. Ad Aetolos,quibus cum Alexandro malè conueniebat, legatos miſit, qui rogarent auxilia. Et reliquis omnibus bello gerendo neceſſarijs mirificè intentus erat:quippe qui negocium magnum ſibi imminere proſpiceret. Interea Alexander Coſſæos ſibi parêre detrectantes, cum expedito mouit exercitu.Ea eſt gens ſumma præditа fortitudine, quæ Mediæ montem incolens,loci difficultate & militari ſua uirtute confiſa,nunquam externo principi ſe ſum mittere uoluit, atque à Perſarum regibus nulla ui ad obſequium compelli potuerat: tuncq; magna fiducia Macedonum uireis paruí æſtimabat. Igitur rex occupatis locis unde aditi poterant, ingreſſus in Coſſæam, terram fermè eam totam eſt populatus: frequenterq; manibus conſertis,ſemper uictor, magnam barbarorum cædem fecit, ac longè plureis uiuos cœpit. Per quæ factum eſt, ut Coſſæi tot aduerſis

Macedon.militum liberos educari curat Rex.

Bagiſtama regio amœniſsima.

Ecbatana.

Hephæſtio moritur.

Lamiaci belli origo.

Leoſthenes Dux Militum à Rege dimiſſorum.

Coſſæos ſubigit Alexander.

prælijs & suorum magna captiuitate fracti, seruitutem recipiendorum suorum causa subire compulsi fuerint. Pax eis sub conditione imperata faciendi data est. Eoq; modo Cossæis intra diem quadragesimum debellatis, & ubi difficultates locorum poscebant, oppidis extructis, Alexander exercitum reduxit.

An. Mundi — *Regni Alexandri annus* XI.

3639. *Alexandro Chaldæi nunciat mortis periculum, si Babylonem uenerit.*

Sosicle Athenis regente, Romæ cõsulibus L. Cornelio Lentulo, & Q. Pompilio, Alexander debellata Cossæorum gente, illinc discedens, castra Babylonem uersus mouit, paruis itineribus, ut exercitus reficeretur, contendens: idemq; interim eundum quiescens. Distabat ab ipsa Babylone stadia 300. cum Chaldæi, qui maximam sideralis scientiæ opinionem habebant, quòd per æternam quandam cœlestium obseruationem futura prædicere consueuerint, è suo numero seniores, quibusq; plus erat experientiæ, elegerunt. His datum negotium, ut Alexandro irent nunciatum, se nosse ex diuinatione astrorum, Babylone ei mortis periculum imminere: omniq; modo suaderent, ne urbem ingrederetur. Posse autem id discriminis euitari, si Beli sepulchro, quod à Persis conditum fuerat, instaurato, uia quam docuerint ipsi, introëat in urbem. Princeps eius legationis erat Belephantes, qui regem de tali re, ne fortè detrimentum aliquod sibi inde accerseret, minimè ausus compellare, Nearcho uni ex amicis regijs, quo cum familiaritas ei intercedebat, negocium totum indicauit: utiq; regi id palàm faceret rogauit. Alexander à Nearcho Chaldæorum denunciationem audiens, territus est. Cumq; eorum hominum prudentiam & magnum nomen identidem secum reputaret, animo turbabatur. Igitur amicorum multis in urbem missis, ipse in tempus aliud profectionem eam differre instituit: metatusq; castra stadijs 200. procul Babylone, moram ibi trahebat, non sine omnium admiratione. Venerunt interim ad eum frequentes Græci homines, & præcipuè qui philosopho Anaxarcho operam dabant. Hi cognito qua causa rex non progrederetur, rationibus philosophiæ uarijs acriter adeò disseruerunt, ut ille prorsus animum mutauerit: omneq; diuinationis genus, & maximè quo utuntur Chaldæi, damnandum iudicauerit. Ita rex animo quasi saucio, philosophorum uerbis sanato, Babylonem cum exercitu intrauit. Vbi humanissimè à ciuibus, ueluti prius etiam factum fuerat, excepti, sese omnes ad ocium & uoluptates conuerterunt, necessariarum rerum abundãtia omni suppetente. Hoc quidem anno res gestæ ita se habent.

Philosophi Alexandro persuadent ut Babylonẽ intret.

An. Mundi — *Regni Alexandri annus* XII.

3640. *Ad Alexandrum ueniunt diuersarũ gentium legati.*

Sequenti, quo Athenis Aegesias imperauit, & Romæ consules fuerunt C. Pompilius, & Papyrius, actaq; est Olympias quartadecima supra centesimam, uictore Micina Rhodio, ex omnibus ferè orbis terrarum partibus legati ad Alexandrum uenerunt. Aliqui, ut ea quæ feliciter gessisset, gratularentur: alij ut coronas offerrent, nõnulli amicitiam & societatem eius petituri. A multis splendidissima afferebãtur munera: quidã etiã de obiectis criminibus se expurgatum uenerãt. Non tantũ nationes, populi, principesq; Asiæ diuersi legationes miserãt, sed & plerę q; erãt ex Europa & Africa: hinc quidem Carthaginiensiũ, Libophœnicũ, gẽtiumq; omniũ iuxta mare ad colũnas usq; Herculis habitantiũ: illinc aũt Græcarũ cõplurium ciuitatũ, Macedonũ, Illyriorũ. Missę etiam sunt ab his qui uicina mari Adriatico incolunt, à Thraciæ gentibus ac Gallis conterminis, quæ gens tunc primũ Græcis cœpit innotescere. Alexander auditis omnium legatorum uolũtatib. constituit quibus primum & deinceps per ordinem à se respondendum esset. Primi expediti sunt, qui sacrarũ rerum causa uenerant: secundi, qui munera attulerant: tertij, quorum tractatio erat de obsidibus: quarti, quibus de priuatis negocijs agẽdum: ultimus fuit locus exulum restitutionem detrectantibus. Ante omneis autem Hammonij, Delphi, Co-

Quo ordine responderit Legatis.

rinthij

rinthij, Epidaurij, & alij quidem ob dignitatem sacrorum, de quibus agebant, cognitionem & responsum obtinuerunt. Cunctiq; in uniuersum legati benigna ac liberali responsione, quantum eorum negotia patiebantur, uti læti ac bene erga se affecti dimitterentur, studuit. Legatorum re perfecta, totus se ad Hephæstionis funus celebrandum conuertit. Tantaq; in eo diligentia est usus, ut non tantum prioris ætatis quascunque eiusmodi funebres pompas superauerit, sed & posteris excedendi, quod ipse fecisset, facultatem nullam reliquerit. Illum sanè tanto affectu dilexerat, ut eorum, quos amicitia iunctissimos fuisse fama prædicat, animi propensioni nihil cesserit. Post obitum autem nullo modo seruato honorauit. Donec uixit Hephæstio, ante amicos omnes semper à rege æstimatus est, licet Craterus minus nihilo amaretur, adeò ut cum semel à quodam familiarium Craterum in regis amicitia Hephæstione haud minorem esse, dictum fuisset: Alexander responderit, Craterum esse philobasilea, id est amicum regis: Hephæstionem philalexandrum, id est Alexandri amicum. Darij sanè mater cum in primo congressu ex ignorantia Hephæstionem pro Alexandro salutasset, ac monita sese ad regem conuerteret, illud ei dixit Alexander: Nihil curæ habeas, ô mater, hic namque est Alexander. In omnibus & potentia, & quòd familiaritatis multæ esse solet, loquendi fiducia adeò utebatur, ut Olympiade per inuidiam infensa ei, & literis acerbius nonnunquam obloquente ac minante, non dubitauerit haud molliter ad eam rescribere, & in epistolæ fine illud apponere: In me calumnias moliri desinas, neque amplius asperitate & minis mecum utare. Sin perseueraueris, scito haud magnæ curæ mihi eam rem fore: cum (uti nouisti) Alexander æquitate omnibus præstet. Ad parandum itaque tam chari hominis funus, Alexander uicinas omnes ciuitates monuit, uti omnibus quibus possent, præsentem pompam iuuarent. Gentibus autem Asiæ omnibus imperauit, ignem, qui sacer à Persis dicitur, extinguerent, donec funus esset absolutum. Id autem apud Persas tantummodo in regis obitu fieri solitum erat. Idcirco populi in malum omen regiam iussionem traxerunt, ueluti deus ita futuram regis mortem significaret. Contigerunt pariter ostenta alia quædam mira, quibus Alexandro uitæ finis est prænunciatus, ut sepulchrali hoc honore explicato, à nobis narrabitur. Duces & amici omnes regis sui uoluntati inseruientes, signa ex ebore, auro, & materia alia preciosa fieri curarunt. Ipse autem architectos, & diligentiores fabros multos conquisiuit: ac primùm mœnium stadia decem deiecit, lateresq; omnes colligi & exportari mandauit, quò locus ad pyram extruendam æqualis fieret. Eam autem quadratam erexit, ac latus quodque in stadij longitudinem produxit. Reliquam aream partitus est in domos triginta, quæ extructæ sunt cum tabulatis è ligno palmæ arboris. Totius autem ædificij formam quadratam effici uoluit. Deinde circumquaque ornamenta applicabantur. Ad imam quidem partem posita sunt quinqueremium aurea rostra ducenta quadraginta numero: in eorum prominente utrinque asse-re, ut solet in proris nauium, sagittarij bini quatuor cubitorum magnitudinis genu innitebantur. In medio quinque cubitorum statuæ armatæ erant. Loca omnia intermedia tegebantur obductis uelis purpureis. In secundo loco supra hæc erant quindecim cubitorum lampades, queis circa partem quæ manibus capitur, annexæ erant coronæ aureæ: in summo, ubi ignis excitatur, aquilæ alas protendebant, ac deorsum uersus intuebantur: ad infima iacebant dracones, aquilas & ipsi inspicientes. Tertium superiorem locum ferarum omnium, quæ uenando capiuntur, ingens tenebat multitudo. Quartus locus habebat Centaurorum pugnam, factam ex auro. Quintus tauros & leones alternos aureos. Super hæc omnia in sexto ordine erant ubique Macedonica & barbarica arma: altera in uirtutis testimonium: barbarica, uti gentium deuictarum

Alexãder Hephæstioni sumptuosißimè parentat.

Ignis sacri extinctio malum omen.

Inutilis apparatus in funere Hephæstionis.

darent significationem. Summum fastigium tenebant Sirenes introrsus cauatæ, in queis conditi homines funebrem næniam canerent. Totius operis altitudo credita est fuisse cubitorum plus centum triginta. Quumq; simul duces, milites, legati, & indigenæ homines summo studio pompæ eius apparatum adiuuissent, impensa sunt talentorum millia plus quàm duodecim. Ad magnificentiæ huius rationem reliqua omnia in funere summo cum splendore sunt celebrata. Nouissimè imperatum, ut Hephæstioni tanquam præsidi deo omnes sacrificarent. Fortèq; tunc temporis Philippus unus è regijs amicis Babylonem cùm uenisset, oraculum ab Hammone acceptum de Hephæstione, uti deo sacrificijs adorando, renunciauit: quod plurimum Alexandro, quum sententiam suam à deo comprobari uideret, placuit. Primus itaque ipse sacrum fecit, liberaliterq; hominum multitudinem ingentem suscepit, uarij generis uictimis ad decem millia mactatis. Honoribus autem mortuo amico exolutis, Alexander ad remissionem animi ac uitam lætiorem sese dederat: uidebaturq; potentiæ & felicitatis humanæ summum fastigium attigisse, cum fati uiolentia tempori, quod eius uitæ natura concedebat, terminum iniecit. Deusque ipse & miris ostentis, neque dubijs signis imminentem mortem demonstrauit. Cùm enim Alexandro unctioni uacante, regia uestis cum diademate super tribunal fuisset posita, uir quidam indigena, qui uinctus tenebatur, ruptis compedibus è custodum manu clàm aufugit: ingressusq; aulam, nullo in portis prohibente, ad tribunal contendit: repertam uestem & diadema induit, atque ita ornatus quietè consedit. Audito hoc inusitato facinore, Alexander ualdè est territus: aggressusq; hominem, qui nihil commotus quietissimè sedebat: eum interrogauit, quis nam esset, & cuius causa rem talem fecisset. Illo simpliciter respondente, se nihil scire: uisum est regi de hoc facto ad uates referre: quorum consilio hominem interfecit, ut si quid aduersi eo ostento denunciatum esset, in illius caput effunderetur. Alexander uestem recipiens, dijs depulsoribus sacrum fecit, non sine magna animi tristitia. Et Chaldæorum admonitionibus identidem recordatus, philosophos, qui sibi aduentum Babylonem in animum induxissent, detestatur, artem rursus & sapientiam magnam Chaldæorum admiratione & cultu dignam iudicabat, omninoq; cuiuis contra uim fati argumentis & copiosis disputationibus differenti, mirificè infensus erat & obloquebatur. Haud multo post hæc, signum aliud ad regni mutationem pertinens, diuinitus editum est. Correptus cupidine uisendi paludem, quæ erat propè Babylonem, ingressusq; naues cum amicis nauigare incœperat. Ibi regia naui à cæteris diuulsa, coactus est aliquot dies solus uagari, adeò ut salutem quandoque desponderit. Interim per anfractus quosdam difficiles, & multis impeditos arboribus dum progreditur, à ramis supernè pendentibus retentum diadema, deinde in aquam cecidit. Tunc è remigum numero unus adnatans, receptum illud, ut tutius ferret, capiti suo imposuit, atq; ad nauem uenit. Errauit ita Alexander dies tres, & totidem noctes. Liberatus igitur à periculo, & diademate præter spem recuperato, iterum uates consuluit, quid nam de eo, quod sibi euenerat, censerent. Illi monuerunt, ut magnis & insignibus sacrificijs deos sibi propitios redderet. Tunc temporis Medius quidam Thessalus, unus ex amicis regijs, uehementer eum rogauit, uti ad geniale conuiuium, quod celebrabat, uenire non recusaret. Ibi mero multo se onerauit. Nouissimè quum repletum magnum Herculis poculum ebibisset, repentè ueluti fortissimo ictu uerberatus, & clamorem & suspiratum ingentem edidit. Sublatus adstantium amicorum manibus, illinc discessit: statimq; adhibiti medici, fecerunt uti cubaret, diligenterque ei adsidebant. Morbo autem inualescente, cum medici nullo remedio ei possent succurrere, doloresq; acutissimi, & ueluti cruciatus eum torquerent, uitæ omnem spem

Idololatria.

Ostenta Alexãdri mortem antegressa.

Alexandri mœsticia.

Superstitio.

Hoc exemplũ homines ebrios si perpendãt, & à crapula abhorrere discant.

spem abiecit, detractumq; è digito annulum Perdiccæ tradidit. Amicis roganti-bus, cui imperium relinqueret: Præstantissimo respõdit. Atq; hac nouissima uoce illud nimirum significauit, magno primorũ ducum certamine sibi tri parentatũ. Eo, quem diximus modo, Alexãder est mortuus, regni suo anno duodecimo, mense septimo, maximis reb. gestis, ut regum qui ante eum, postq; ad meam usq; ætatem fuerunt, nullus ei cõparari possit. Sed quoniã scriptores aliqui in tradẽda regis huius morte uidẽt discrepare, ueneno interemptũ dicentes, operæpreciũ fuerit & eorũ opinionẽ non prætermittere. Aiunt igitur Antipatrũ, quẽ in Europa ducẽ Alexander reliquerat, uenisse in magnas controuersias cũ regis matre Olympiade. Ac primò quòd Alexandrũ expostulationibus de se fidem non adhibere nouerat, fœminã cõtemptui habuisse, postmodum auctis indies magis simultatibus, Alexandrũ ex pietatis officio, cum matri in omnib. gratificari cuperet, multa signa alienati ab Antipatro animi dedisse, accessisse crudelẽ Parmenionis & Philotæ necẽ, ex qua amicis omnib. regijs non mediocris iniectus fuerit terror. Antipatrũ idcirco per filiũ, qui erat à cyathis, curasse, uti regi uenenum porrigeretur. Post cuius obitum, cum in Europa ipse imperiũ tenuisset, & deinceps eo mortuo, filius Cassander, nõ ausos fuisse scriptores ueneni dati mentionẽ facere. Illud sanè ex his quæ facta sunt constare, Cassandrũ rebus Alexandri aduersum fuisse, cum Olympiadẽ interfectã abijci, ne sepeliretur, iusserit: & euersas ab illo Thebas, magna diligentia instauraverit. Mortuo Alexãdro, Sisyngambris Darij mater, cum multũ & illius obitum, & suam calamitatem, quod tãto præsidio in extremo uitæ fuisset priuata, defleret, intra diẽ septimũ uita functa est: in summa quidẽ tristitia, sed non citra laudem extincta. Nos uerò ad Alexãdri mortẽ progressi, ueluti initio libri promiseramus sequentibus libris successorum eius res narrabimus.

τῶ κρατίσῳ regnum relinquens, Alexander obijt.

Antipatri & Olympiadis simultates.

Quorundam opinio de morte Alexandri, quasi ueneno subiati.

Diodori Siculi Bibliothecæ historiæ libri XVII. *finis.*

DIODORI SICVLI
BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ
LIBER DECIMVS OCTAVVS. INTERPRETE *Sebastiano Castellione.*

Præfatio.

PYthagoras Samius, & alij quidam ueterum naturæ indagatorum hominũ animas immortales esse tradiderunt: atq; ut huic sentẽtiæ consentaneũ est, easdẽ etiam futura prænouisse, quo tempore in obitu separantur à corpore. Cùm his sentire uidetur & poëta Homerus, dum facit Hectorem in ipso obitus tempore prædicentem Achilli mortem ipsorum cõtinuo consequuturam. Similiter & recentioribus temporibus in multis è uita migrantib. proditũ est idem accidisse, & maximè in Alexãdri Macedonis decessu. Is enim Babylone è uita discedens, in extremo halitu interrogatus ab amicis, cuinam regnum relinqueret, dixit, Optimo. Præuideo enim ingens mihi futurũ sepulchrale certamen amicorum, id quod ueritate ipsa euenit. Nam amicorum eius clarissimi de primatu dissidentes, multa bella, ingentiaq; certamina conflarũt post obitũ Alexandri. Atq; eorum res gestas continens hic liber, id quod dixi perspicuum faciet legendi cupidis. Liber enim qui hic antecessit, Alexãdri gesta omnia comprehendit, usq; ad eius obitum. Hic autem eorum gesta complectens, qui ei in regnum successerũt, desinit in annum qui proximus antecessit Agathoclis tyrannidem, continetq; annos septem.

Animæ immortales futura interdũ prænunciant cum è corporibus migrãt.

Libri 18. propositio.

DIODORI SICVLI BIBLIOTHECÆ HISTORICAE LIBER XVIII.

An. Mundi 3641.

REctore Athenis Cephisodoro, Romani Consules crearunt, L. Furium, & D. Iunium. Eorum tempore Alexandro rege sine liberis uita defuncto, fuit interregnum, & ingens dissidium de principatu. Peditum enim agmen Arridæum Philippi filium, hominem animi uitijs laborantem insanabilibus, ad regnum promouebat. Sed amicorum & stipatorum Alexandri, ij qui maxima dignitate pollebant, habito cõcilio, assumptaq; equorũ equitum turma qui socij nũcupabantur, primum armis decertare statuerunt cum agmine, & legatos miserunt ad pedites, uiros dignitate præditos, quorum erat clarissimus Meleager, petentes ut pedites ipsis parêrent. Meleager uerò, ubi uenit ad pedites, legationis nullam fecit mentionẽ, contraq; collaudans illorũ institutũ, eos irritauit in aduersarios. Itaq; Macedones, creato sibi duce ipso Meleagro, processerunt in aduersarios cum armis. Cumq; stipatores Babylone discessissent, seq; ad bellum præpararent, qui erant eorum gratiosissimi eos in cõcordiam reduxerunt: atq; illi protinus regẽ crearunt Philippi filium Arridæũ, eumq; nominarunt Philippum: regni autẽ procuratorem fecêre Perdiccam, eum cui rex moriens annulum dederat. Amicorum autem & stipatorum primarios præfecerunt satrapijs, regioq; & Perdiccæ parêre iusserunt. Is accepto reiũ omnium imperio, habito cum ducibus cõcilio, Ptolemæo Lagi filio Aegyptũ dedit. Laomedonti Mitylenæo Syriam: Philotæ Ciliciam: Pithoni Mediam: Eumeni Paphlagoniã & Cappadociã, omnesq; illas finitimas regiones, quas Alexander non adiuerat, excluſus temporibus, dum bellum gerit cum Dario. Antigono uerò Pamphyliam & Lyciam, & eam quæ uocatur magna Phrygia. Postea Cassandro Cariam: Meleagro Lydiam: Leõnato eam quæ est apud Põtum Phrygiam. Atq; hæ quidem satrapiæ hunc in modũ distributæ fuerunt. In Europa uerò Lysimacho data est Thracia, & finitimæ gentes ad mare Ponticũ. Macedonia uerò & uicinæ gentes Antipatro assignatæ sunt. Quod ad præter missas in Asia satrapias attinet, uisum est eas non mouere, sed sub eorundẽ ducum imperio sinere. Eorum finitimam satrapiam regib. cõcessit qui erant circa Taxilę fines. Eam uerò quæ ad Caucasum sita nominatur Paropamisadarum, attribuit Oxyartæ Bactriano regi, cuius filiã Roxanam duxerat Alexander in matrimoniũ. Et Sibyrtio quidẽ dedit Arachosiam & Cedrosiam: Stasanori aũt Solio Ariam & Dranginam. Philippo attribuit Bactrianam & Sardianũ. Phrataphernæ Partbiam et Hyrcaniam: Peucestæ Persidẽ: Tlepolemo Carmaniã. Atrapæ Mediam, Archoni Babyloniam: Arcesilao Mesopotamiã. Seleucum præfecit ordini sociorum equitũ, qui ordo erat clarissimus. Huic enim primus præfuerat Hephæstio: secundùm eum Perdiccas: tertius is quem dixi Seleucus. Similiterq; Taxilam & Porum dominos esse iussit suorum regnorũ, quẽadmodum Alexander ipse statuerat. Corporis autem deportationi & apparatui currus, qui defuncti regis corpus ad Ammonem portaturus erat, prefectus est Arridæus. Craterus uerò præfectorum clarissimus, fuerat præmissus in Cilicíam ab Alexãdro, cum emeritis militibus, qui erant decies mille, simulq; scripta mandata acceperat, quæ ei rex Alexander dederat ille quidem exequenda: sed eo uita defuncto, uisum est successoribus decreta non exequi. Perdiccas enim cum accepisset in regis commentarijs tum confectionem rogi Hephæstionis multis pecunijs egentem, tum reliqua regis instituta multa simul & magna, & immensos sumptus habentia, iudicauit expedita irrita fieri. Verum ne quid uideretur priuato iudicio detrahere Alexandri gloriæ, horum consiliũ retulit ad cõmunem Macedonũ multitudinẽ. Erant autẽ cõmentariorum maxima & memoriæ digna hæc: Vt 1000. naues lõgæ, triremibus maiores construerentur

Mortuo Alexandro fuit ἀναρχία & σεισις περὶ τῆς ἡγεμονίας.

Aridæus, Rex: Perdiccas, uice rex nuncupatus.

Quæ satrapiæ quibus demandatæ.

renturin Phœnicia,Syria,Cilicia & Cypro ad expeditionẽ aduersus Carthaginienses & reliquos maris accolas Libyæ & Hispaniæ,finitimæq; regionis maritimæ,usq; ad Siciliã:& peruia redderẽt regio maritima Libyæ,usq; ad Herculeas colũnas.Itẽq; tẽpla cõstruerentẽ sumptuosa 6.singula 1500.talentis,ac sicuti postularet tãta classis,portus & naualia idoneis locis ædificarentẽ.Præterea ciuitatum aliarũ in alias cõmigrationes fierẽt,& corporũ translationes ex Asia in Europã,& uicissim ex Europa in Asiã,ut maximas cõtinentes connubijs & necessitudinib. ad cõmunem beneuolẽtiam,cognatamq; amicitiam perduceret.Ea autem quæ dixi templa construi oportebat in Delo,& Delphis, & Dodona.In Macedonia autẽ dij Iouis,Amphipoli Dianæ,Cyrni Mineruæ. Similiter & Illi eiusdem deæ templum ędificari,quod à nullo superari posset.Philippi autem patris Alexãdri sepulchrum extrueretur æquale maximæ pyramidum Aegyptiarum,quas nõnulli septẽ maximis operib. annumerant.Recitatis commentarijs Macedones, licet Alexandri admodum studiosi fuissent,tamen cum immania & ardua esse uiderent instituta,iudicarunt nihil illorũ quæ diximus,esse præstandum. Perdiccas uerò primum turbulentos militum, & maximè sibi infensos interfecit,numero triginta. Deinde Meleagrum,qui in seditione & legatione proditor fuerat, priuata calumnia & criminatione aggressus,quasi insidijs ab eo petitus supplicio affecit.Postea in superiores satrapias Græcorum, qui illic ad habitandum collocati, defecerant,copiasq; non contemnendas confecerant, unum insignium uirorum misit, Pithonem, qui eis bellum inferret. Nos uerò ad res gestas quas narraturi sumus,conueniens esse existimamus,exponere prius & causas defectionis, & totius Asiæ situm, & satrapiarum magnitudines atq; naturas.sic enim perspectu facilis erit lectoribus narratio,posito ob oculos omnium locorum situ atq; interuallis.Igitur à Tauro Ciliciæ perpetuus mons per totam Asiam extenditur ad Caucasum usque & orientalem Oceanum.Atque ijs uarijs iugorum spacijs distinctus,proprias in singulis habet appellationes.Hoc pacto diuisa in partes duas Asia,una pars eius uergit ad septentriones,altera ad meridiem.Cumq; secundum horum attractum naturam flumina in diuersas partes fluant, pars in Caspium mare,alia in Euxinum Pontum,nonnulla in septentrionalem Oceanum influunt.Quæ uerò his contraria sunt,partim in Indicum mare,partim in continuũ huic continenti Oceanum feruntur:nonnulla in mare rubrum (ut uocant) deferuntur.Atque his similiter diuisis satrapijs pars ad septentriones,aliæ ad meridiem uergunt.Ac prima quidem earum quæ ad septentriones cõuersæ sunt, sita est apud Tanaim fluuium Sogdiana & Bactriana,& his continua Aria & Parthia,à qua comprehenditur Hircanium mare,quod separatum est. Postea & Media,quæ multas habet locorum appellationes, estq; omnium satrapiarum maxima. Sequuntur deinceps Armenia, Lycaonia & Cappadocia,quæ omnes hyberno cœlo infestantur.His finitimæ sunt ex directo magna Phrygia,& quæ ad Hellespontum sita est:ex obliqua uerò Lydia & Caria.Ad dexteram Phrygiæ,& secundum eiusdem longitudinem protensa est Pisidia, & huic continua Lycia.Atque in maritimis harum satrapiarum locis Græcorum urbes sitæ sunt,quarum nomina scribere non necessarium est ad nostrum propositum.Igitur spectantium ad Septẽtriones satrapiarum situs is est quem dixi.Earum uerò quæ meridiem spectãt,prima est ad Caucasum India, regnum & populosum,quod incolitur à compluribus Indicis gentibus,quarum maxima est Gãgaridum gens,in quos propter multitudinem elephantorum, quos habent,non duxit exercitum Alexander. Terminat autem regionem hanc, & huic annexam Indicam,flumẽ eorum locorum maximum, quod latitudinem habet stadiorum triginta.Huic iuncta est reliqua India, quam debellauit Alexander,fluuialibus aquis irrigua,& felicitate clarissima,in qua erat cum alijs

Alexandri cõmentaria, in quib.præscribebat quid fieri uellet.

Perdiccas in quosdam animaduertit.

Propositio.

Asiæ Chorographia.

Satrapiæ Septentrionalis Asiæ.

Meridianarũ Satrapiarum enumeratio.

compluribus regnis, Pori Taxilæq; ditio, per quã fluit Indus fluuius, à quo nomen obtinuit regio. Indicæ satrapiæ continua separatur Arachosia, & Cedrosia, & Carmania: & præter has Persis, in qua sita est Susiana & Sittacina. Deinceps & Babylonia, usq; ad desertam Arabiæ regionem. Ab altera parte à qua facimus ascensum, est Mesopotamia, duobus fluminibus circumdata, Euphrate & Tigride, propter quæ sortita est hanc appellationem. Babyloniæ adiacet ea quæ uocatur Syria superior, & huic continuæ maritimæ Cilicia, Pamphylia & Cœlesyria, in qua comprehenditur Phœnicia. Ad extrema Cœlesyriæ & huic coniunctam solitudinem, per quam delabẽs Nilus Syriam & Aegyptum terminat, designata est satrapia omnium optima, & magnos redditus habens Aegyptus. Sunt autem hæ omnes æstuosæ, quippe cum meridianum cœlum naturam habeat septentrionali contrariam. Igitur debellatæ ab Alexandro satrapiæ eo quem dixi modo sitæ, primarijs uiris distributæ fuerunt. Qui uerò in superioribus (ut uocatur) satrapijs collocati fuerant ab Alexandro Græci, cum Græcos mores uitamq; desiderarent, & in extrema regni essent abiecti, uiuente equidem rege ferebant præ metu: sed eo defuncto rebellarunt, & animis concordes, delecto duce Philone Aenione, non cõtemnendas copias coẽgerunt. Peditum enim habebant supra uiginti millia, equitum tria, eosq; omnes bellica certamina sæpe expertos, & uirtute præstantes. Perdiccas uerò audita Græcorum rebellione, fortitus est ex Macedonibus peditum tria millia, equites octingentos. Cumq; multitudo ducem elegisset Pithonem, qui fuerat Alexandri stipator, homo magni animi, & exercitus ductandi peritus, tradidit ei quos fortitus erat, & tradit ei ad satrapas literas, in quibus scriptum erat, ut milites traderent Pithoni, uidelicet peditum decem, equitum octo millia, misit aduersus rebelles. Pitho uerò, homo rebus magnis gerendis addictus, libenter expeditionem recepit, cogitans Græcos humaniter sibi conciliare, auctisq; eorum societate copijs, suas res agere, cæterasq; satrapias suę ditioni subijcere. Perdiccas uerò suspectum habens, eius consilium iussit ut debellatos rebelles interficeret, prædamq; militibus distribueret. Pitho cum traditis sibi militibus profectus, & assumptis socijs à satrapis, aggressus est cum omnibus copijs rebelles, & corrupto per quendam Aenianen Lipodoro, qui apud rebelles tribus militum millibus præerat, omnino superior euasit. Commisso enim prælio, & uictoria nutante, proditor derelictis socijs nulla de causa discessit in quendam collem, unà cum tribus millibus. Reliqui hos in fugam se coniecisse rati, perturbati sunt, & in fugam conuersi. Pitho prælio uictor, per præconem uictis edixit, ut positis armis, & fide accepta, domum se reciperẽt. Ac præstito iureiurando, Græcisq; permixtis cum Macedonibus, admodum lætus erat Pitho, rebus ei ex sententia succedentibus. At Macedones mandati Perdiccæ memores, & iusiurãdum nihili facientes, Græcis fidem fregerũt. Nam inopinantes aggressi, incustoditosq; nacti, uniuersos missilibus confixerunt, pecuniamq; diripuerunt. Igitur Pitho spe sua frustratus, discessit cum Macedonibus ad Perdiccam: Atque hic quidam status erat rerum Asiaticarum.

Aegyptus omnium optima Satrapia.

Græci superiorum satrapiarum deficiunt à Macedonib.

Pitho rebelles Græcos subigit

In Europa uerò Rhodij, erecto Macedonico præsidio, ciuitatem liberarunt. Athenienses Antipatro bellum intulerunt, quod Lamiacum appellatum est, cuius causas prius enarrare necessarium est, ut quæ in eo gesta sunt, fiunt manifestiora. Alexander breui tempore ante obitum suum decreuit reuocare omnes in Græcis urbibus exulantes, partim gloriæ causa, partim quod uolebat habere in singulis urbibus multos sibi beneuolẽtia deuinctos, aduersus res nouas, defectionesq; Græcorum. Itaq; cum propinqua essent Olympia, misit in Græciam Nicanorem Stagiritam, tradita ei de reuocatiõe epistola, quam quidam iussit in cõuentu à uictore prẽcone recitari multitudini. Cumq; Nicanor mandatum fuisset exequutus, præco acceptam epistolam recitauit hanc.

Causſæ Lamiacibelli.

Rex

Rex Alexander urbium Græcarum exulibus. Vt uos sitis exules, non nos in causa fuimus: sed ut in patrias uestras redeatis, nos erimus, exceptis sacratis. Scripsimus autẽ de his Antipatro, ut ciuitates suos reuocare nolentes cogat. *Alexandri ad Græcos epistola de reuocandis captiuis.*

His proclamatis assensa est magno cum applausu multitudo. Amplexi enim qui erant in cõuentu gratiam regis, præ gaudio beneficium laudibus prosequebantur. Aderant autem exules omnes in conuentu, numero supra uiginti millia. Et quidem plericq; reuocationem exulum, tancq; bono futuram, approbabant. At Aetoli & Athenienses eam rem grauiter & iniquo animo ferebant. Aetoli enim eiectis ex patria Oeniadis, expectabant sequuturum delicta supplicium. Etenim rex minatus fuerat non Oeniadas, sed seipsum illis pœnam irrogaturum. Similiter & Athenienses, cum Samum sorte partitum fuissent, hac insula haudquaquam cedere uolebant. Sed cum Alexandri uiribus pares non essent, in præsentia quietem agebant, tempus obseruantes idoneum, quod fortuna celeriter illis præbuit. Paulò pòst enim mortuo Alexandro, & regno filios successores non habente, ausi sunt libertatem capessere, & commune Græcorum imperium. Occasionem autem habuerunt belli gerendi tum multitudinẽ deprehẽsarum Harpali pecuniarum (de quibus singillatim in superiore libro disseruimus) tum mercenarios, qui in Asia mercede fraudati fuerant à satrapis, qui mercenarij erant octies mille, degebantq; apud Tænarum Peloponnesi. Hanc ob rem mandauêre clanculum Leosthenì Athenienſi, ut primũ illos assumeret, tancq; priuata id authoritate faceret iniussu populi: ut & Antipater segnior esset ad apparatum cõtemptu Leosthenis, & Athenienses ocium tẽpusq; sumerent ad ea præparanda quæ bellum postularet. Itaq; Leosthenes magna cum quiete conductis illis quos diximus, præter opinionem paratas habuit ad negocium gerendum satis magnas copias. Illi enim in Asia diu militando, & multis magnisq; certaminibus fungendo, rei militaris periti euaserant. Atq; hæc quidem sic agebantur nondum satis cognito obitu Alexãdri. Verùm post ea quàm uenerunt Babylone quidam, qui ipsimet regis decessum uiderant, tũc apertè bellum suscepit populus, & Harpali pecuniæ partem misit Leosthenì, & arma nõ pauca, mãdauitq; ne amplius occultaret, sed apertè faceret aliquod operæprecium. Ille distributo mercenarijs præscripto stipẽdio, armatisq; inermibus, uenit in Aetoliam, cõposiurus cõmune negociũ. Cumq; libẽter obsequerentẽ Aetoli, eiq; militum 7000. Leosthenes dimisit ad Locros & Phocenses cæterosq; finitimos, hortatum ut libertatem capessèrent, & à Macedonum dominatu Græciam liberarẽt. In Athenienſi autem populo, cũ locupletes bello superſedendum censerent, tenues uerò plebem concitarent, & ad bellum fortiter capessendum cohortarentur, longè multitudine superabãt qui bellum eligebãt, sibiq; uictũ ex mercenaria militia parare soliti erãt, quib. aliquando dixit Philippus bellũ esse pacẽ, & pacẽ bellũ. Protinus igit oratores plebeiorum impetus cõfirmãtes, scripsêre plebiscitũ, ut cõmunis Græcorũ libertatis curã susciperet populus, & præsidijs occupatas urbes liberaret, classemq; ædificaret, uidelicet triremes 40. & quadriremes 200. Militarẽt autẽ omnes Athenienses, qui annum quadragesimum non excessissent, atq; tres tribus Atticam custodirent, septem uerò ad longinquas expeditiones paratæ forent. Legati item mitterentur, qui Græcas urbes adirent, docerentq; quemadmodũ etiam antea populus omnem Græciam communem esse patriam Græcorũ iudicãs, barbaros ad eam subigendam militantes mari propulsauerit, & nunc sibi putet pro communi Græcorum salute, & corporibus, & pecunijs, & nauibus ante omnes periclitandum. Hoc plebiscito promptius quàm condecebat, sancito, qui Græci intelligentia præstabant, populum dicebant Athenienſium ad gloriam quidem bene decreuisse, sed ab utilitate aberrasse. Confugere enim eum ante tempus, & aduersus inuictas magnasque uires suscipere periculum nulla

Athenienses Sami retinendi causſa bellum faciunt Antipatro.

Plebiscitum de iugo Macedonico excutiendo.

Iudicia prudentum.

urgente neceſsitate: cumq; prudentia excellere uideatur eam tamen ne uulgatiſsimis quidem Thebanorum calamitatibus admonitum ſapere. Iam uerò legatis urbes obeuntibus, & ſolita dicendi ui ad bellum incitantibus, pleræq; ſocietatẽ coiuerunt, pars ſingularum nationũ, aliæ ſingularum ciuitatũ nomine. Reliquorum Græcorum alij ad Macedones inclinarunt, alij bellũ detrectarũt. Aetoli quidem omnes primi pacti ſunt ſocietatem, ſicuti iam dictum eſt. Poſt eos Theſſali omnes, exceptis Pellenæis: & Oetæi exceptis Heracleotis. Achiuorum item Phthiotæ, exceptis Thebanis: & Elienſes, exceptis Maleenſibus. Deinceps Dorienſes omnes, & Locri, & Phocenſes: præterea Aenianes, & Clyzęi, & Dolopes: Itemq; Athamantes, & Leucadij, & Moloſſorum Aryptæus. Is inita ſocietate parũ fideli, poſtea per proditionẽ Macedones adiuuit. Illyriorũ itẽ & Thracũ pauci ſocietatẽ coiuerunt odio Macedonũ. Deinceps in belli ſocietatẽ uenerũt Caryſtij ex Euboea: poſtremi uerò Peloponneſiorũ Argiui, Sicyonij, Elei, Meſſenij, & littoris incolæ. Atq; hi ſunt Græcorũ qui ſocietatẽ coiuerũt. Populus uerò milites miſit Leoſtheni ſuppetias, uidelicet ciues pedites 5000. equites 500. mercenarios 2000. His per Bœotiã proficiſcentib. accidit ut Bœoti ab Athenienſibus alienati ſunt ob huiuſmodi quaſdã cauſas. Alexãder Thebis euerſis regionem finitimis Bœotis dedit. Hi ſortiti poſſeſsiones infortunatorum, ex eo agro magnos redditus percipiebant. Itaq; ſcientes fore ut Athenienſes, ſi bello ſuperiores euaſiſſent, Thebanis patriã agrũq; reſtituerẽt, inclinabant ad Macedones. Eis autem caſtra habentibus ad Platæas, Leoſthenes aſſumpta parte ſuarum copiarum, uenit in Bœotiam: & cum Athenienſibus commiſſo prælio aduerſus incolas, uicit, erectoq; trophæo, ſtatim reuerſus eſt ad portas. Hic eñ cõmorans aliquãdiu, aditus occupauerat, & Macedonũ copias expectabat. Antipater uerò relictus ab Alexandro dux Europæ, poſtq; & de regis in Babylone obitu, & de ſatrapiarum diuiſione certior factus eſt, ad Craterũ in Ciliciã miſit, oratũ ut q; primũ ſubueniret. Is enim permiſſus in Cilicia, reducturus erat in Macedoniã emeritos milites Macedones, qui erãt ſupra 5000. Miſit & ad Philotã, qui ſatrapiã acceperat apud Helleſpõtum Phrygiã, ſimiliter petitũ, ut hic quoq; ferret auxiliũ, ꝓmittẽs ei ſeſe collocaturũ unã filiarum ſuarũ. Sed cũ Græcorum aduerſus eũ concurſionẽ audiuiſſet, Macedoniæ ducẽ reliquit Sippã traditis ei ſatis multis militib. mãdatoq; ut q; plurimos colligeret. Ipſe aſſumptis Macedonũ 13000. & equitib. 600. (laborabat enim Macedonia ciuium militum penuria, propter multitudinem miſſorum in Aſiam ad ſuccedendum militiæ) profectus eſt ex Macedonia in Theſſaliam, comitante tota claſſe, quam miſerat Alexander ad deportãdam pecuniarum multitudinem ex regijs theſauris in Macedoniam, quæ triremes erant in uniuerſum centum decem. Theſſali uerò principio auxiliantes Antipatro, multos bonosq; equites miſerunt ei. Sed poſtea ab Athenienſibus permoti, ad Leoſthenem equitarunt, adiunctiq; Athenienſium exercitui, belligerare cœperunt pro libertate Græcorum. Quæ uires cum magnæ Athenienſibus acceſsiſſent, uincebãt Græci, Macedonibus longè ſuperiores. Antipater uerò pugna ſuperatus, & deinceps, neq; congredi audens, neq; in Macedoniam tutò reuerti ualens, confugit in urbem Lamiam. In hac copias extruens, præterea arma, catapultas, frumentumq; comparans, expectabat ſocios Aſiaticos. Leoſthenes uerò cum uniuerſis copijs progreſſus propè Lamiã, & caſtris alta foſſa uallòq; munitis, primo inſtructã aciẽ mouet ad urbẽ, & Macedones ad prelium ꝓuocat. Deinde nõ audentibus illis in certamen deſcendere, mœnia quotidie per uices oppugnat. Sed propugnantibus fortiter Macedonibus, multi temerè irrumpentes Græci peribant. Nam cùm eſſent in urbe uires mediocres, & omnis telorum generis copia, & inſuper magno ſumptu conſtructus eſſet murus, facilè uincebant obſeſsi. Leoſthenes uerò de urbe ui capienda deſperans, commeatu eam intercludit

Qu'inã Græcorum conſpirauerint aduerſus Macedones.

Bœoti ab Athenienſibus alienantur.

Antipater auxilia corrogat.

Theſſali Athenienſibus copias ſuas iungunt.

Leoſthenes Lamiam obſidet.

intercludit, existimãs facilè se cibariorũ penuria debellaturũ obsessos. Cõstruit & murũ, & foueam magnã altamq; ducit, exitu prohibẽs obsessos. Postea Aetoli cum petijssent à Leosthene propter quædam gentilitia negocia, ut in præsentia domũ discedere liceret, omnes reuersi sunt in Aetoliam. Ita factum est ut deuictis Antipatrinis, & urbe in expugnationis periculũ, propter cibariorum imminentem penuriã, perducta, fortuna Macedonũ sortẽ præter omnium opinionẽ in melius conuerterit. Antipatro enim eos qui fossam ducebant aggresso, prælioq; commisso, Leosthenes suis suppetias ferens, & saxo ictus in capite, protinus corruit, & exanimatus in castra deportatus est. Tertiò deinde die eo mortuo, & heroicè propter bellicã gloriã sepulto, populus Athen. funebrẽ de eius laudib. oratiõnẽ habere iussit Hypperidã, qui oratorũ primarius erat, tũ propter uim dicendi, tũ propterea quod Macedonib. erat infensus. Illo enim tẽpore princeps Athenienſiũ oratorũ Demosthenes exulabat, dãnatus ob acceptã Harpalinã pecuniã. In Leosthenis autẽ locũ suffectus est dux Anthiphilus, uir militari prudentia & fortitudine præstans. Et Europæ quidem status hic erat.

Leosthenes occumbit.

In Asia uerò eorũ qui satrapias partiti erant Ptolemæus sine periculo Aegyptum obtinuit, & incolis quidẽ humanũ se præbebat, adeptusq; octo talentorũ millia, mercenarios congregabat, copiasq; cõparabat. Concurrebat & amicorũ multitudo ad eum, propter eius æquitatẽ, & ipse missis ad Antipatrũ legatis, cũ eo societatẽ coijt, certò sciens fore, ut Perdiccas Aegypti satrapiã sibi uendicare conaretur. Lysimachus autẽ aggressus loca Thraciæ, nactusq; Seuthã regẽ castrametatũ cũ peditũ 20000. equitũ 8000. non est perterritus multitudine copiarũ, quin cũ in uniuersum haberet peditũ nõ plures 4000 equitũ 2000. prælio cõgressus est cũ barbaris, & uirtute quidẽ superabat eos, sed multitudine inferior, acre prælium cõmisit: ac multis suorũ amissis, multoq; plurib. hostiũ interfectis, reuersus est in castra, ancipitẽ habẽs uictoriã. Et tunc quidẽ digressi sunt ex illis locis utrorũq; copiæ, maioresq; apparatus facere cœperunt ad decernẽdum de summa rei. Leonnatus uerò, cũ ad eum uenisset Hecatæus legatus, oraretq; ut cõ primũ Antipatro & Macedonib. suppetias ferret, promisit se fore illis belli sociũ. Igit in Europã cũ traiecisset, & in Macedoniã uenisset, assumpsit multos milites Macedones, coactisq; in uniuersum peditũ plusq; 20. millia equitũ 2500. processit p Thessaliã in hostes. Græci uerò soluta obsidione, crematisq; castris, imbellẽ turbã & impedimẽta in Melitiam urbẽ miserũt. Ipsi accincti & ad prelium parati, processerunt obuiã Leonnato, anteq; se illi coniungeret Antipater, & uterq; copiæ unũ in locũ conuenirent. Habẽt autẽ in uniuersum peditũ 2200. (nã Aetoli omnes domũ discesserant: & reliquorũ Græcorũ nõ pauci illo tẽpore in patrias se receperãt) equitum autẽ cum eo militabãt supra 4500. quorũ erant Thessali 2000. uirtute prestãtes, in quibus maximã spem habebãt uictoriæ. Commisso igitur equestri certamine, acri atq; longo, & Thessali uirtute superantibus, Leonnatus præclarè prælíatus, & in palustrem locum inclusus, armis erat inferior, multisq; acceptis uulneribus, occubuit, & à suis sublatus, ad impedimẽta deportatus est mortuus. Iam cũ equestri certamine Græci egregiè uicissent, duce Menone Thessalo, protinus Macedonum agmen metuens equites, discesit ex campo in superiora loca difficilia, & eorum præsidio saluti suæ consuluit. Thessalis autẽ equitibus oppugnantibus, & propter loci iniquitatẽ nihil proficientib. Græci erecto trophæo, mortuisq; potiti, à pugna se subduxerũt. Postridie cum uenisset Antipater cum copijs, uictisq; se adiunxisset, fecerunt omnes Macedones una castra, totiusq; rei administrationẽ suscepit Antipater. Atq; hic in præsentia prælio supersedendum iudicans, & hostes equitatu supiores animaduertẽs, armis se sibi discessũ parare posse diffidit ac p difficiliora loca procedẽs, & æquiora occupãs, discesit ex his locis. Antiphilus aũt Græcorũ dux, uictis insigni pugna Macedonib. apud Thessaliã commorabat, expectãs impetũ hostiũ. Et Græcorũ quidẽ res eũ successum habebãt.

Ptolemæus Aegyptũ obtinet.

Lysimachi cũ Thracibus pugna.

Leonnatus Antipatro opem ferre parans occubuit in prælio.

Cum

Cum autem Macedones mari dominarentur, Athenienſes ad eas quas habebant naues ædificarunt alias, ut fuerint in uniuerſum 170. Macedonicarum autem, quæ erant 240. imperium habebat Clitus. Is cum Eetione Athenienſium claſsis præfecto acie nauali congreſſus, uicit duobus prælijs, multasq; aduerſarium nauium corrupit circa eas inſulas, quæ uocantur Echinades.

Clitus Macedo Athenienſes nauali prælio uincit.

Hæc dum geruntur, Perdiccas habens ſecum regem Philippum, regiasq; copias, expeditionem fecit aduerſus Ariaratham Cappadociæ adminiſtratorem. Is enim non obediens Macedonib. ab Alexandro neglectus fuerat, quippe Daricis certaminibus diſtracto, ociumq; diutinum habuerat imperans Cappadociæ. Ideoq; grandem ex redditibus pecuniam conflauit, copiasq; tum domeſticas, tum peregrinas contraxit: eamq; ob cauſam regnum affectans, paratus erat cum Perdicca decertare, peditum habẽs 30000. equitum 15000. At Perdiccas prælio cum eo congreſſus atq; victor, interfecit ad 4000. uiuos cepit ſupra 5000. inter q̃s interfuit & ipſe Ariarathes. Hunc eiusq; cognatos omnes excruciatos, crucifixit. Victis autẽ conceſſa ſalute, cõpoſitisq; rebus Cappadocię, tradidit ſatrapiã Eumeni Cardiano, quẽadmodum ab initio partitus fuerat.

Perdiccas Ariarathã Cappadociæ moderatorẽ profligat.

Per eadem tempora Craterus ex Cilicia profectus uenit in Macedoniam, auxilium laturus Antipatro, Macedonumq; clades correcturus. Ducebat autem peditum, qui in Aſiam cum Alexandro traiecerãt, 6000. eorum autem qui itinere aſſumpti fuerãt 4000. itemq; Perſas ſagittarios & funditores 1000. equitesq; 1500. Cumq; ueniſſet in Theſſaliam, primas partes ultrò conceſsit Antipatro, ac communiter cum eo caſtra fecit apud Peneum fluuium. Atq; in uniuerſum congregati ſunt cum ijs qui cum Leonnato uenerant, pedites plures 40000. grauioris armaturæ, ſagittariorum & funditorum 3000. equitum 5000. Græci uerò eo tempere ex aduerſo caſtra fecerunt, multitudine longè inferiores. Nam eorum multi propter geſtas feliciter res contemnentes hoſtes, in patriam diſceſſerant ad ſua uiſenda. Has ob cauſas cum militum multi ordines nõ ſeruarent, reliqua habebant in caſtris peditum 25000. equitum 3500. in quibus maximam ſpem habebant uictoriæ, tum propter uirorum uirtutem, tum quia campeſtris erat regio. Ad extremum Antipatro quotidie producente copias, & ad prælium prouocante, primum expectabant uenturos ex urbibus: ſed urgentibus temporibus coacti ſunt in certamen de ſumma rerum deſcendere. Igitur inſtructa acie, properantes equitum opera bellum decernere, eos ante peditum agmen collocant. Ac commiſſo equeſtri prælio, & Theſſalis equitibus uirtute ſuperantibus, Antipater agmen ſuum inducit, & facta in hoſtium pedites impreſsione, magnam ſtragem edit. Græci hoſtium grauitatem & multitudinem non ferentes, protinus ſe receperunt in loca difficilia, ſeruantes diligenter ordines. Itaq; occupatis locis æquioribus, facilè propulſarunt Macedones, ipſi ex æquiore loco pugnantes. Græcorum autem equites cum ſuperiores extitiſſent, ubi peditum receptum cognouerunt, protinus ad eos equitarũt. Actum quidem hoc pacto prælíati, dirempti ſunt, inclinante ad Macedones uictoria. Mortui ſunt in ea pugna Græcorum plures 500. Macedonum 130. Poſtremò Meno & Antiphilus Græcorum duces concilio conuocato, conſultarunt utrum expectatis ſocijs ex ciuitatibus, ut iuſtas copias haberent, de ſumma rerum decertarent, an præſenti tempore cedentes, legatos de compoſitione mitterent. Igitur uiſum eſt mittere præcones de belli compoſitione. Ii cum mandata feciſſent, reſpondit Antipater, ut ſingulæ ciuitates legatos mitterent: nullo enim pacto ſe communem compoſitionem facturum. At Græcis compoſitionem ſingularum ciuitatum non admittentibus, Antipater & Craterus Theſſalicas urbes obſident, & ui capiunt, non ualentibus Græcis ferre ſuppetias. Itaq; perterritę ciuitates, priuatim mittunt ſingulę legatos de compoſitione: quibus Antipater omnibus pacem concedens comiter utebatur: eamq; ob cauſam commotis ciuitatibus ad quærendam priuatim ſalutẽ, celeriter omnes

Craterus ſocia arma iungit cũ Antipatro, contra Græcos.

Crateri et Antipatri cũ Græcis pugna ad Peneum.

Ciuitates Græciæ cũ Macedonibus pacẽ faciunt.

pacem

pacẽ adeptę ſunt. At Aetoli & Atheniẽſes Macedonib. infenſiſsimi, cum eſſent à ſocijs deſtituti, cũ ducib. de bello cõſultabant. Antipater uerò cũ hac arte diſſoluiſſet Græcorũ cõſpirationẽ, duxit uniuerſas uires aduerſus Atheniẽſes. Ac populus ſociorum auxilio deſtitutus, admodum trepidare: cunctiſcę Demadẽ petentib. & hunc mittendum eſſe de pace legatum ad Antipatrum uociterãtibus ipſe cum ad cõſultandum uocaret non paruit. Fuerat enim ter dãnatus uio latarum legum, eamcę ob cauſam infamia notatus, conſultare prohibebat à legibus. Sed in honorẽ à populo reſtitutus, cõtinuò miſſus eſt legatus cum Phocione & quibuſdã alijs. Antipater audita oratione, reſponſum dedit, nõ alia cõditione ſe ſoluturũ cũ Atheniẽſib. bellũ, niſi illi ſua ei in poteſtatẽ traderent. Nã & illos obſeſſo Lamiæ Antipatro eadẽ reſpõſa dediſſe, cũ ipſe legatos de pace miſiſſet. Hic populus cum uirib. impar eſſet, coactus eſt urbẽ in Antipatri arbitriũ poteſtatẽcę tradere. Ille humane eos tractãs, pmiſit ut urbẽ & poſſeſsiones cæteracę omnia haberẽt: ſed reipub. formã, abrogato populi potẽtatu, mutauit inſtituitcę ut à cenſu legerent gubernatores, ac qui ſupra 2000. drachmarũ poſſiderẽt, ij adminiſtrationis ſuffragiorũcę domini forẽt, qui uerò infra cẽſum hũc eſſent, hos oẽs ceu turbulẽtos & belli cupidos, priuauit iure magiſtratus gerendi, & ſi qui uellẽt, ijs agrũ dedit ad habitandũ in Thracia. Atcę hi quidẽ numero plures 20000. trãslati ſunt ex patria. Qui uerò definitũ cẽſum habebãt, circiter 9000. creati ſunt & urbis & agri domini, ac ſecundũ Solonis leges rẽpub. adminiſtrarũt: omnib. quidẽ ſuarum poſſeſsionũ liber uſus permiſſus eſt. Cæterũ prędij prędectũ Menyllum & præſidium coacti ſunt admittere, ꝙ nulli res nouas moliri permitteret. De Samo uerò ad reges referendũ cẽſuerunt. Igit Athenienſes præter ſpẽ clemẽter tractati, pacẽ adepti ſunt, ac deinceps rempub. tranquillè adminiſtrãtes, & agro intrepidè fruentes, breui facultates ſuas auxerunt. Antipater uerò reuerſus in Macedoniã Craterũ dignis honorib. doniscę ornauit, & elocata filiarũ ſuarũ natu maxima Phila, eius in Aſiam reditum curauit. Similiter & reliquis Græciæ urbib. comiter uſus, & earum adminiſtrationib. ritè cõpoſitis atcę conſtitutis, laudes & coronas cõſequutus eſt. Perdiccas uerò Samijs urbe agrocę reddito, eos reduxit in patriam, cum exulaſſent annos tres ſupra 40. Nos uerò poſtquã Lamiaci belli geſta narrauimus, trãſibimus ad id quod Cyrenæ geſtum eſt bellũ, ne longis tẽporum interuallis interrumpamus hiſtoriæ perpetuitatẽ. Eſt autẽ neceſſarium ſuperiora tempora paululum repetere, ut ſingulas res geſtas reddamus apertiores. Cum Harpalus ex Aſia fugã illam feciſſet, & in Cretam cum mercenarijs nauigaſſet, quemadmodum in ſuperiore libro declarauimus, Thimbro qui unus eius amicorum exiſtimabatur Harpalo per dolum interfecto, potitus eſt & pecuniarum & militum, qui erant 7000. Similiter & nauium potitus, & militibus in eas impoſitis, nauigauit in agrum Cyrenæorum: aſſumptisqúe ſecum ijs qui à Cyrene exulabant, & ijs utens inſtituti ſui ducibus propter locorum peritiam, cum occurriſſent Cyrenæi, commiſſo prælio, Thimbro victor multos interfecit, nec paucos uiuos cepit ac portu potitus, obſidione expugnatos perterritosqúe Cyrenæos compoſitionem facere coẽgit, ea lege ut penderent argenti talenta quinquies mille, curruumqúe dimidium ad expeditiones cum eo mitterent. Miſit & ad reliquas urbes legatos de coeunda ſocietate, tanquam finitimam Libyam euerſurus. Diripuit & mercatorum relictas pecunias in portu, & militibus ad rapinam dedit, eorum alacritatem ad bellum prouocans. Sed rebus Thimbroni ita fœliciter cedentibus fortuna breui mutata depreſsit eam ob huiuſmodi cauſas. Eorum quos habebat, ducum quidam natione Cretenſis, nomine Mnaſicles, homo rei militaris peritiam habens, diſſedit ab eo, crimini dans prædæ diuiſionem: & natura turbulentus atque audax, perfugit ad Cyrenæos: atque Thimbrone à crudelitate & perfida multum accuſato perſuaſit, ut ſoluta compoſitione libertatem capeſſerent. Itaque cum talenta

Antipater ſoluto Græcorũ fœdere, in bellũ auctores Athenienſes & Aetolos animaduertit.

Antipater Athenis potius reipub. formã mutat.

Cyrenaicum bellum.

Thimbro Cyrenæos ſubigit.

Thimbronis aduerſa fortuna.

talenta duntaxat 60. essent soluta, reliquæ pecuniæ non soluerentur, Thimbro rebellantes accusans, comprehendit Cyrenæorũ eos qui aderant in portu, circiter 800. statimq; copijs ad urbem ductis, obsidet Cyrenen. Sed cum nihil proficeret, rursus in portum reuersus est. Cum autem Barcęi & Hesperitæ cũ Thimbrone militarent, Cyrenæi, relicta copiarum parte in urbe, altera in expeditionẽ educta, populantur agrum uicinorum urbi. Quibus Thimbronis opem implorantibus, ille omnes milites ad auxiliũ eduxit. Quo sanè tempore portus solitudinem conijciens Cretensis, persuasit ijs qui Cyrenæ restabant ut portum inuaderent. Atque illis obtemperantibus, protinus ipse dux portum inuasit, & eo propter Thimbronis absentiam facilè potitus, reliquas merces reddidit mercatoribus, portumq; studiosè tutari cœpit. Thimbro uerò primò animum despondebat, amisso loco opportuno, & militum impedimentis. Postea sumpto animo, & urbe quæ Taricha nominabatur, per obsidionem expugnata, spem concepit. Sed paulò pòst eum contigit rursus in magnas clades incidere. Nam qui erant in nauibus, portu priuati, uictuq; carentes, soliti erant quotidie in eam regionem excursiones facere, & ex ea uictum sibi parare. Afri uerò eos per agrũ palãtes insidijs oppresserunt, multosq; interfecerunt, nec paucos uiuos ceperunt. Qui uerò ex periculo superfuerũt, in naues confugerũt, & ad socias urbes nauigarũt, ortoq; magno uẽto, pleræq; à mari depressæ sunt: cæteratũ aliæ in Cyprũ, aliæ in Aegyptũ abiectæ sunt. Thimbro uerò tãta calamitate pressus, tamẽ bellũ fouebat: adhibitosq; amicorũ idoneos misit in Pelopõnesum ad assumẽdos peregrinorũ eos, q ad Tænarũ commorabant. Adhuc em̃ cũ stipẽdijs carerẽt, multi uagabant, quærẽtes qui stipẽdia darẽt: ac tũc apud Tęnarũ erant supra 2500. Hos missi illi assumpserũt, atq; ad Cyrenẽ nauigarunt. Ante horum aduentũ superioribus uictorijs confisi Cyrenęi, prælium commiserunt, uictoq; Thimbrone multos militũ occiderunt. Ob has clades desperans iam Thimbro de re Cyrenaica, præter opinionẽ rursus animũ sumpsit. Appulsis em̃ Tænariis militib. & magna ei adiecta manu, bonã spẽ animo cõcepit. Cyrenæi uerò rursus bellũ augeri uidentes, auxilia accersunt à uicinis Afris & Carthaginensibus: coactisq; uniuersis militib. unà cum urbanis, quorum summa fuit 30000. ad aciem de summa rei decernendũ sese parãt. Ac instructa ingenti acie Thimbro pugna uictor, multisq; interfectis, admodũ gaudebat, tanq; mox potiturus propinquis urbibus. A Cyrenæi occisis in pugna cunctis ducibus, Cretensem Mnasiclem cum alijs, elegere ducem. Thimbro uerò uictoria elatus, portũ Cyrenæorum obsedit, & Cyrenen quotidie oppugnabat. Cyrenęi deinde cum bellum protraheretur, cibariorum penuria laborãtes, seditionem inter sese excitarunt, in qua præualentibus plebeijs, & locupletes eijcientibus, illi patria priuati aufugerunt, pars ad Thimbronem, alij in Aegyptum. Atq; hi inductio ad ipsos reducendos Ptolemæo uenerunt, iustum agentes exercitum tum pedestrem, tum naualem, & ducem Ophellam. Eorum aduentu audito profugi qui erant apud Thimbronem, noctu conatu sunt ad eos clam se recipere: sed deprehensi, omnes trucidati sunt. Cyrenaici uerò duces plebeij exulum reditum ueriti, cum Thimbrone pacẽ fecerunt, & communiter Ophellam oppugnare cœperunt. At Ophellas Thimbrone debellato, uiuoq; capto, urbib. præterea potitus, tradidit & urbes, & agrum Ptolomæo regi. Igitur Cyrenæi & finitimæ urbes hoc pacto amissa libertate, Ptolemaico regno subiectæ sunt.

Perdiccæ gesta in Pisidia.

Perdiccas uerò & rex Philippus debellato Ariaratha, eiusq; satrapia Eumeni tradita, discesserunt ex Cappadocia, atq; in Pisidiam profecti, decreuerũt euertere funditus urbes duas, uidelicet Larandæorum & Isaurensium. Hæ enim adhuc uiuente Alexandro Balacrum Nicanoris filium interfecerant, qui fuerat constitutus dux simul & satrapa. Igitur Larandæorum urbem primo impetu subactam, & puberibus interfectis, reliquis sub corona uenditis, complanarunt. At Isaureorũ urbem munitam & magnã, præterea fortium uirorũ plenã,

cum

cũ per biduum operosè obsedissent, & multos suorũ amisissent, sese inde receperũt. Incolę enim telis cęterisq; ad sustinendã obsidionẽ necessarijs abundantes, præterea animis periculũ cõstanter sustinẽtes, promptè pro libertate morie bantur. Tertiò die multis interfectis, & mœnib. diminutiores habentib. custodias propter uirorũ penuriã, oppidani heroicũ & memoria dignũ facinus patrarũt. Videntes enim sibi inde precabile supplicium imminere, nec uires habẽtes ad propugnaculũ pares, urbẽ dedere, suaq; permittere hostib. non decreuerunt, cũ manifestè immineret cũ contumelia supplicium: sed noctu uno animo generosam mortem petẽtes, liberis & uxorib. & parentib. in domos conclusis ignem iniecerunt, communẽ mortẽ & sepulchrũ, ab igne eligentes: ac flamma subitò in sublime elata, Isaurienses suas opes, & quæcũq; uictorib. usui esse possent, in ignem coniecerunt. Perdiccas factum admiratus, copias ubi undiq; admouet, & omnibus locis irruptionẽ facere conat. Sed oppidanis ex muris propugnãtibus, multosq; Macedonum deijcientib. Perdiccas adhuc magis attonitus, causam quærebat cur qui domos relinquaq; omnia igni tradidissent, studiosè muros custodirent. Tandem cum Perdiccas & Macedones ab urbe recessissent, Isaurẽses in ignem seipsos cõiecerunt, atq; ita in domibus unà cum suis sepulti sunt. Perdiccas uerò præterita iam nocte urbem militibus diripiendam dedit: illi extincta flamma multum argenti auriq; inuenerũt, quippe cum urbs fuisset longo tempore beata. Post hostium interitum nupsêre Perdiccę fœminæ duæ, uidelicet Nicæa Antipatri filia, quam Perdiccas ipse sibi desponderat, & Cleopatra Alexandri germana soror, filia Philippi Amyntæ filij. Decreuerat autẽ antea Perdiccas cõmune habere imperium cum Antipatro, eamq; ob causam sponsalia fecerat, nondum rebus suis certò stabilitis. Sed posteaquã & regias uires, & regnorũ administrationem adeptus est, sententiam mutauit. Regnum enim affectans, Cleopatrã in matrimonium ducere studebat, existimans se per eam pellecturũ esse Macedones ad conflandã sibi summæ rei potestatem. Sed cum consilium suum nondum detegi uellet, in præsentia duxit Niceam, ne Antipatrũ haberet conatib. suis aduersantem. Postea cum Antigonus eius institutũ animaduertisset, & amicitia haberet cũ Antipatro, & insuper esset hic uir ad res gerẽdas omnium ducũ maximè idoneus, decreuit eum de medio tollere. Igit cõfictis in eum calũnijs, iniquisq; criminationib. manifestò uidebat eum interfecturus. At Antigonus intelligẽtia & audacia præstãs, apertè profitebat sese de criminib. causam uelle dicere: sed clã adornata fuga, cum suis amicis & filio Demetrio noctu, inscio Perdicca conscendit naues Atticas, & in eis portatus, in Europã contendit, sese coniuncturus Antipatro. Per eadem tẽpora Antipater & Craterus in Aetolos expeditionẽ fecerũt, habẽtes peditum 30000. equitũ 2500. Hi enim ex ijs qui Lamiaci belli socij fuerãt, restabãt indomiti. Aetoli uerò tãtis copijs eos inuadentib. nõ sunt animis perterriti, sed coactis ijs qui ætate uigerẽt, ad 10000. cõfugerunt in mõtana aspera q; loca, in quæ liberos, uxoresq; & senes, pecuniarumq; multitudinẽ deposuerũt. & infirmas urbes deseruerunt: quæ uerò munitiores erant, eas iustis præsidijs firmarũt, atque ita hostium aduentum audacter expectabant. Antipater & Craterus cum in Aetoliã inuasissent, & infirmas urbes desertas uiderent, aggressi sunt eos qui se in difficilia loca receperãt. Ac primũ Macedones in loca munita & aspera nitentes, multos militũ amiserũt. Aetolorũ enim audacia adiuta locorũ munitione, facilè ppulsabat eos qui temerè pícula subibãt ineluctabilia. Postea cũ Craterus locorũ angustias obstruxisset, cogeretq; hostes ferre hyemẽ, et sub niuoso cœlo perdurare, commeatuq; carere, in extrema deuenêre pericula. Erat enim necesse, ut aut de montib. degressi decertarent cum copijs longè maioribus insignibusq; ducibus: aut manentes, fame & frigore perirent. Sed iam desperantibus salutem, spontè apparuit malorum exitus, tanquam deorum quopiam eorum animi prę stantiã miserante. Antigonus enim, is qui ex Asia aufugerat, cum

Perdiccas & Philippus Isaureorum urbem obsident.

Isaurenses seipsos concremant.

Perdiccas totum imperium affectat, nuptiarum prætextu utens.

Antipatri & Crateri expeditio in Aetolos.

cum se Antipatro coniũxissẽt, docuit eum de toto Perdicæ consilio, & quemadmodum ducta in matrimonium Cleopatra, iamiam uenturus esset cum copijs in Macedoniam, ceu rex, & eos imperio priuaturus. Hic Craterus & Antipater tam inopinato nuncio perterriti, concilium cum ducibus habuerunt: ac proposito de his consilio, uisum est cũ Aetolis quibus conditionibus fieri posset componere, copiasq; celeriter in Asiam trajcere: & Cratero Asiæ, Antipatro Europæ imperium tradere. Mittere etiam ad Ptolemæũ legatos de imperij cõmunitate, qui Perdiccæ prorsus esset infensus, & ipsis amicus, & cõmuniter insidijs appeteretur. Protinus igitur cum Aetolis pacẽ fecerunt, in animo habentes eos postea debellare, & cum totis familijs uniuersos in solitudinem & longissimè ab Asia remotam regionem transferre. Ipsi scripto decreto ijs quæ diximus consentaneo, expeditionem adornant. Perdiccas uerò amicis ducibusq; congregatis, deliberandum proposuit, utrum in Macedoniam facienda sit expeditio, an prius sit adoriendus Ptolemæus. Hic omnibus Ptolemæum prius debellandum esse censentibus, ut in Macedonica expeditione nullũ impedimentũ haberent. Eumenem misit cum iustis copijs, cum mandato ut circa Hellespontum consideret, transitumq; prohiberet. Ipse ex Pisidia profectus, in Aegyptum contendit. Et hæc quidem hoc anno gesta sunt.

Craterus & Antipater cũ Aetolis componunt.

Perdiccas bellum decernit aduersus Ptolemæum.

Anno Mundi 5643.

Rectore Athenis Philocle, Romæ creati consules C. Sulpitius, & C. Aelius. Horum tempore Arridæus: cui fuerat mandata prouincia deportandi corporis Alexandri, perfecto curru in quo deportãdum erat corpus regis, sese præparabat ad deportationem. Et quoniam confectum illud opus, Alexandri gloria dignum, non solum sumptu cæteris antecellebat, quippe ex multis talentis confectum, uerùm etiam artis præstantia celebre erat, operæprecium facturos nos existimamus, si de eo scripserimus. Primũ aureum fabricatũ est feretrũ ductile, corpoli quadrans, idq; infertum aromatis, quæ possent corpori fragrantiam simul & perdurationem præstare. Feretro impositum erat tegumentum aureum, ad unguem quadrans, summamq; superficiem comprehendens. Hoc insuper cõprehendebat purpureus pannus auro uariegatus, cui appositi sunt, arma defuncti, uolentes tota imagine exprimere eius res gestas. Postea adhibuere currum qui illud portaret, cuius uerticem tegebat aurea testudo, tectorio gemmis ornato, latitudine octo, longitudine duodecim cubitorum. Tecto præter totum opus suberat aureum solium forma quadrata, habẽs tragelaphorum prominentes partes anteriores, quibus affixi erant anuli aurei, de quibus pendebant insignia ad spectaculum fabricata, uarijs coloribus decenter florida. In summis erat fimbria reticularis, habens prægrandia tintinnabula, ut ex longo spacio peruenirent sonitus ad propinquantes. In huius testitudinis angulis erat in uno quoq; latere aurea uictoria trophæum gestans. Quod uerò testudinem undiq; sustinebat columnium, erat aureum, columnarum capitulis Ionicis. Intra columnium rete erat aureũ, macularum crassitudine digitali, quod rete tabulas habebat alternas quatuor, depictas animalibus, pares parietibus. Harum prima habebat currum tornatilem, & in eo sedentem Alexandrum, manibus gestantem decorum sceptrum. Regem stipabat unum satellitum armatum Macedonum, & alterum Persarum maliferorum, quos antecedebãt armigeri. Secunda tabula habebat sequentes satellitium elephantos, ornatos belli cè: quibus portabantur à fronte Indi, à tergo Macedones, cõsuetis armis armati. Tertia habebat equitũ turmas, quæ præliorũ conflictus imitabantur. Quarta naues ad prælium instructas. Apud aditum testudinis erant leones aurei, intuentes in eos qui intrarent. In singulis intercolumnijs erat aureus acanthus, paulatim usq; ad capitula columnarum exporrectus. Supra testudinem in medio uertice purpureus pannus erat subdialis, habens auream lauream permagnam, quam radijs feriens sol, splendorem reddebat fulgẽtem atq; tremulum, quæ res procul spectantib. fulguris speciem præbebat. Sella testudini subiecta duos

Feretri Alexandri descriptio.

duos habebat axes, quos circumuertebantur rotæ Persicæ quatuor, quarum erant orbilia & radij deaurati, quæ uerò pars terram pulsat, erat ferrea. Axium prominentes partes erant auro fabricatæ, habentes anteriores partes leonum, pila mordicus tenentium. In media longitudine polum habebant arte accommodatum in media testudine, ita ut per eum posset testudo inconcussa esse, in successionibus inæqualibusq; locis. Cumq; essent temones quatuor, unicuiq; quadruplex ordo iugorum subiunctus erat, quatuor mulis unicuiq; iugo alligatis, ita ut in uniuersum muli essent sexaginta quatuor, tum robore, tum proceritate electi. Horum unusquisq; coronatus erat aurata corona, & ad utranq; genam pendens habebat tintinabulum aureum, & circum collum torquem gẽmis ornatum. Igitur currus hunc habens apparatum, & aspectu magnificentiæ famam superans, multos spectatores alliciebat propter celebrem gloriam. Nam ex urbibus in quascunq; ueniebatur occurrebant toti populi, rursumq; deducebant, nec expleri spectandi delectatione poterant. Iam ut hac magnificentia dignum erat, subsequebatur multitudo hominum, qui uiam præpararent, & opificum, itemq; militum deducentium. Igitur Arridæus consumptis duobus ferè annis in operum apparatu, deportauit corpus regis de Babylone in Aegyptum. Ptolemæus uerò Alexandrum honorans, ei obuiam processit cum copijs usq; in Syriam, acceptoq; corpore, maximam curam in id contulit. Decreuit enim illud in præsentia ad Ammonem non deportare: sed in condita ab illo urbe, omnium fermè totius orbis urbium clarissima, reponere. Igitur delubrum extruxit magnitudine apparatu Alexandri gloria dignum, in quo cum ei iusta persoluisset, eumq; heroicis sacrificijs, & magnificis certaminibus honorasset, non ab hominibus solum, uerùm etiam à dijs honesta præmia consequutus est. Homines enim propter Ptolemæi gratum magnumq; animum, concurrebant undiq; Alexandriam, & seipsos alacres ad militiam præbebant, quamuis regiæ copiæ bellum aduersus Ptolemæum gesturæ forẽt. Ac licet mãnifesta magnaq; imminerent pericula, tamen omnes eius salutem suis ipsorum periculis peperẽrũt. Dij uerò propter eius uirtutem & erga omnes æquitatem ex maximis periculis mirabiliter eum tutati sunt. Perdiccas enim suspectum habens eius incremẽtum, ipse quidem decreuit cum regibus & maxima parte copiarum expeditionem in Aegyptum facere. Eumenem uerò misit in Hellespontum, qui Antipatrum & Craterum aditu prohiberet in Asiam, traditis ei idoneis copijs. Misit & unà cum eo præstantium ducum quot satis essent, quorum erant clarissimi Alcetas frater, & Neoptolemus, ijsq; mandauit ut ad omnia parerent Eumeni, tum propter imperandi peritiam, tum propter constantiam fidei. Eumenes igitur cum traditis sibi copijs profectus ad Hellespõtum, & præparata ex sua satrapia equorum multitudine, ornauit exercitum, hac in parte alioquin minus instructum. Cum autem Craterus & Antipater suas copias ex Europa traiecissent, Neoptolemus inuidens Eumeni, & circum se copias habens Macedonias satis magnas, legatos clàm misit ad Antipatrum. & commune cum eo imperium pactus, insidiatus est Eumeni. Sed deprehensus & prælio congredi coactus, & ipse in periculum de uita uenit, & copias ferè omnes amisit. Eumenes enim uictor, multis interfectis, & reliquã militum multitudinem sibi conciliauit, & copias suas non solum uictoria auxit, uerùm etiã additamento multitudinis Macedonum, egregiorum uirorum. Igitur Neoptolemus cum trecentis equitibus elapsus ex conflictu, equitauit cum ijs ad Antipatrum. Atq; hi habito concilio de bello, statuerunt copias in partes duas diuidere, quarum unam Antipater assumptam duceret in Ciliciam, bellum gesturus aduersus Perdiccam: cum altera Craterus Eumenem adoriretur, eoq; debellato, adiret Antipatrum: ut coactis unum in locum copijs, & Ptolemæo in societatem cooptato, regias possent superare copias. Eumenes uerò cum audiret ad se uenire hostes, coẽgit undiq; copias, & maximè equestres. Cum enim

Apparatum inutilem fuisse, quis sanus non dixerit.

Ptolemæus Alexandri corpus honorat.

Perdiccas cur Eumenem miserit, in Hellespontum.

Neoptolemus insidiatus Eumeni profligatur.

peditatu Macedonicum agmen æquare non posset, comparauit satis magnum equitatum, cuius opera sperabat se aduersarijs fore superiorem. Postquam inter se propinquarunt acies, Craterus coacta ad cõcionem multitudine, milites apta oratione cohortatus ad certamen, dixit se eis tradere, si prælio uicerint, omnes hostium facultates in prædã. Cumq; omnes redditi essent alacres, aciem instruxit, dextrum cornu regens ipse, sinistri gubernatione Neoptolemo tradita. Habebat autem in uniuersum peditum 20000. quorum erant plerique Macedones, qui uirtute excellere existimabantur, in quibus maximam uictoriæ spem habebat. Equites subsequebantur plures 2000. Eumenes habebat peditum 2000. nationibus diuersa, equitum 5000. quorum opera periculum decernere statuerat. Igitur cum ambo equites in cornibus collocassent, & longè ante agmen equitando processissent, Craterus primus cum delectis facta in hostes impressione, præclarè certauit: sed lapso equo ad terram cecidit, ac propter immundiciem & equitum densitatem ignoratus qu'isnam esset, conculcatus est, atq; ita uitam infeliciter finiuit. Huius obitu elatis hostibus & multitudine undiq; circumfusis, magna facta est strages Craterianorum, & dexterum quidem cornu hoc pacto pressum, coactum est, cum esset planè uictum, confugere ad agmen peditum. In sinistro uerò, cum esset Neoptolemus Eumeni oppositus, extitit certamen ingens, ducibus inter se congressis. Agniti enim tũ ex equis, tum ex alijs insignib. conflixerunt inter sese, feceruntq; ut ipsorum duellum uictoria sequeretur. Ac primũ gladijs inter sese dimicantes, incredibile ac planè mirandum duellũ excitarunt. Nam ira & odio alter alterius elati, sinistris manibus laxatis equorum habenis, alter alterum corripuerũt. Quo facto equi impetu excurrerunt, ipsi ad terra collapsi sunt. Cumq; utriq; surgere, propter casus pernicitatem & uiolentiã difficile foret, quippe armis quoq; corpora impedientibus, Eumenes prior surrexit, & Neoptolemi poplitem ferire anticipauit, Neoptolemus magno uulnere accepto, & crure eneruato, iacebat inualidus, & uulnere surgere prohibebatur. Tamen animi magnitudine corporis cladem superante, in genua constitit, & aduersarij brachium & fœmora tribus ictib. uulnerauit. Sed cum nullus ictus esset lethalis, & uulnera adhuc calida, Eumenes secundo ictu in collum illato Neoptolemum interfecit. Hęc dum geruntur, reliqua equitum multitudo prælio congressa, magnam stragem edebat. Itaq; alijs cadentibus, alijs uulnera accipientibus, principio erat anceps periculum. Sed postea cognito Neoptolemi obitu, & alterius cornu fuga, omnes fugam fecerunt, & tanquam ad ualidum murum ad peditum agmen confugerunt. Eumenes uerò uictoria contentus, & utriusq; ducis corpore potitus, reuocauit tuba milites, erectoq; trophæo, & sepultis mortuis, misit ad eorum qui uicti fuerant agmen, hortatum ut sibi accederent, & singulis, quicunque uellent, discedendi potestatem fecit. Macedones acceptis conditionibus, datáq; per iusiurandum fide, potestatem acceperunt in quibusdam pagis prope illum locum positis frumentandi, & Eumenẽ fefellerunt. Cum enim seipsos refecissent, & cibaria comparassent, noctu discesserunt, & clam ad Antipatrum se contulerunt. Eumenes periurorum perfidiam ulcisci conatus est, & agmen uestigio persequi. Sed quia tum propter uirtutem discedentium, tum propter uulnerum suorum cladem, agere nihil poterat, persequutione supersedit. Hic igitur insigni pugna uictor, & duobus magnis ducibus interfectis, magnam gloriam adeptus est. Antipater uerò exceptis refectisq; ijs qui ex fuga euaserant, mouit in Ciliciam, Ptolemæo suppetias ferre properans. Perdiccas autem, audita Eumenis uictoria, multo audacior factus est ad expeditionem in Aegyptum ac postquã prope Nilum uenit, castra fecit non procul ab urbe Pelusio. Cum autem aggressus esset fossam quandam expurgare, ac flumen affatim exundasset, operaq; labefactasset, multi amicorum eo derelicto ad Ptolemæum se contulerunt. Erat enim Perdiccas crudelis, reliquosq; duces abdicabat, & omnino omnibus impera

Eumenis cum Cratero prælium.

Crateri obitus.

Eumenis & Neoptolemi duellum, & Neoptolemi obitus.

Perdiccæ expeditio in Aegyptum.

imperare uiolenter uolebat. At Ptolemæus contra beneficus & æquus erat, cunctisq; ducibus loquendi libertatem permittebat. Præterea Aegypti opportunissima quæq; loca firmis custodijs, & telorum omni genere, reliquisq; rebus omnibus probè comparatis occuparat. Itaque in oppugnationibus ut plurimi superior erat, multos habens beneuolos & alacriter periclitantes. Perdiccas uerò, ut clades corrigeret, duces conuocauit, cumq; hos donis, illos magnis promissis, omnes humanis colloquijs sibi conciliasset, cohortatus est ad imminentia pericula. Cumq; edixisset ad profectionem parati forent, profectus est cum copijs sub uesperam, nemini indicato loco quem adire habebat in animo: ac continuato tota nocte celeriter itinere, castra metatus est apud Nilum, prope castellum quoddam quod Murus Camelorum appellabatur. Illuescente deinde die copias traiecit, præeuntibus elephantis, subsequentibus satellitibus & scaliferis, cæterisq; quorum opera murum oppugnaturus erat. Agmen claudebant optimi equitum, quos cogitabat aduersus Ptolemaicos mittere, si fortè apparerent. Iam cum in medio itinere essent, apparuere Ptolemaici, ad oppiduli subsidium uenientes. Qui cùm præuenissent, & in locum introgressi, aduentum suum tubis & clamore manifestum fecissent, Perdiccas perterritus non est, sed audacter mœnibus exercitum admouit. Ac protinus satellites admotis scalis ascendunt, qui uerò elephantis uehebantur, uallum diuellunt, pinnasq; deijciunt. Hic Ptolemæus habens circum se præstantissimos, & uolens reliquos duces & amicos ad subeundum periculum prouocare, ipse sumpta sarissa, & in summo muri propugnaculo stans, eum elephantum, qui cæteris præibat, excæcauit, quippe ex æquiore loco pugnans, & insidentem ei Indum uulnerauit: eosq; qui per scalas ascendebãt, contemptim feriens atq; uulnerans, in fluuium cum armis deuoluit. Ad eius imitationẽ cum eius quoque amici decertarent, proxima primæ belua, Indo qui eam gubernabat, missilibus confixo, planè inutilis reddita est. Cumq; diu duraret oppugnatio, Perdiccani per uices oppugnando, summo studio locum ui capere conabantur. Ptolemæus uerò, ipse egregiè pugnans, & amicos ad beneuolẽtiam simul uirtutemq; exercendam cohortans, heroica certamina excitauit. Multis autem utrinq; pereuntib. propter ducum acerrimam cõtentionem, cum Ptolemæani ex æditioribus locis pugnantes, superiores essent, Perdiccani multitudine præpollerent, ad extremum cum utriq; toto die periculum sustinuissent, Perdiccas omissa obsidione, reuersus est in castra sua: ac nocte inde profectus, clanculum iter fecit, peruenitq; in locum è regione Memphis positum, apud quam scinditur Nilus, insulamq; facit quæ castra exercitumq; maximum tuto capere possit. In hanc igitur copias transportauit, militibus ægrè transeuntibus, propter fluminis altitudinem. Nam usq; ad mentum pertingens unda, agitabat corpora transeuntium, quippe armis quoq; eos impedientibus. Perdiccas uerò animaduersa amnis difficultate, elephantos ad sinistram collocauit, qui fluminis impetum excipientes, fluctus mitigarent: equites uerò ad dexterã partem constituit, qui, si quos flumen abriperet, exciperent, & ad ripam perducerent. Accidit autem in huius exercitus traiectione inauditum quiddam & admirandũ. Cùm enim primi tuto traiecissent, qui postea trajiciebant, in magna pericula incidebant. Nam flumen nulla manifesta causa multò altius factum est, cumq; corpora tota demergerentur, omnes in summam difficultatem uenerunt. Eius redundantiæ causa cum quæreretur, ueritas perueſtigari non poterat. Dicebant nonnulli, fossam superioribus locis aggeribus munitam, rursus effractam fuisse, admixtamq; flumini, altius uadum effecisse. Alij imbres in superioribus locis extitisse, qui Nili magnitudinem auxissent, quorum neutrum erat. Sed uadi primam traiectionem tutiorem esse propterea contigit, quòd intacta erat arena uadi. At in alijs, cum pedibus equorum & elephantorum, itemq; pe-

Καμήλων τεῖχος.

Perdiccas Murum Camelorum fruſtra oppugnat.

Perdiccas Nilum ægrè trãsijcit.

ditum qui priores transierant, calcata motaq; arena, undis abrepta fuisset, accidit ut hac re excauato uado, altior fuerit traiectus in medio fluminis. Hanc ob causam cum reliquæ copiæ traijcere nequirent, Perdiccas in summam trepidationem uenit, cum neq; qui traiecerant, pares essent hostibus, neque qui trans flumen erant, suis auxilium ferre possent. Itaq; iussit ut omnes rursus retro abirent: quo factum est ut omnibus flumen traijcere coactis, qui probè natare sciebant, & corporibus ualentioribus erant, ij summa cum difficultate Nilum tranarint, amissis multis armis. Reliquorum propter imperitiam natandi pars à flumine absorpta est, alij ad hostes delati sunt: plerique diu abrepti, à fluminis beluis deuorati sunt. Cumq; plures duobus millibus perijssent, & in ijs nonnulli duces illustres, alienati sunt multitudinis animi à Perdicca. At Ptolemæus eorum corporibus qui ad ipsum unda eiecti fuerant, combustis, exequijsq; procuratis, misit ossa ad necessarios amicosq; defunctorum. Quo facto Perdiccani Macedones in Perdiccam multo magis efferati sunt, & in Ptolemæum beneuolentia inclinarunt. Vbi nox uenit, plena erant castra eiulatu atq; luctu, tot uiris infeliciter amissis sine ictu hostili, & eorum non minus mille deuoratis à bestijs. Multi ducũ coire & Perdiccam incusare: totũ quidẽ agmen peditũ animis alienatum minaci uoce alienationem præ se ferre. Itaq; primi ducum defecêre circiter 100. quorum erat illustrissimus Pitho, is qui Græcos omnes debellauerat, & uirtute atq; gloria nulli amicorum Alexandri cedebat. Postea etiam equitũ nonnulli facta conspiratione, Perdiccæ tabernaculũ adeunt, & aggressi eũ uniuersi iugulãt. Postridie facta concione, Ptolemæus digressus, salutatisq; Macedonib. factum suum excusauit, & cum illis commeatus defecisset, suppeditauit copiosè frumẽtum copijs, reliquisq; necessarijs castra compleuit. Cũq; esset gratiosissimus, postetq; propter multitudinis beneuolentiam regum tutelam adipisci, non cupiuit, sed cum Pithonis & Arridæi beneficijs deuinctis esset, eis summum imperium conciliauit. Macedones enim consultatione de imperio proposita, & suadente Ptolemæo, omnes alacriter creârunt regum tutores summam potestatem habituros Pithonem & Arridæum, eum qui regis corpus deportauerat. Igitur Perdiccas, postquam annos tres imperauit, hoc pacto imperium simul & animam amisit. Post eius obitum statim uenêre quidam, qui nunciarunt apud Cappadociam commisso prælio uicisse Eumenem: Craterum uerò & Neoptolemum uictos occubuisse: quod nũcium si duobus ante Perdiccæ obitum diebus allatum fuisset, nemo fuisset ausus Perdiccæ manus afferre, ppter rei feliciter gestæ magnitudinẽ. Macedones quidem audito Eumeniano negocio, eum capitis dãnarunt, necnon eius comitũ quinquaginta uirorum illustrium, in quibus erat & Alcetas Perdiccæ frater. Interfecerunt & amicorum Perdiccæ fidelissimos, & eius sororem Atalantam, quam duxerat in matrimonium Attalus, qui classis gubernationem receperat. Post Perdiccæ necem Attalus, qui classis gubernationem habebat, apud Pelusium cõmorabatur: sed postq; de uxoris & Perdiccæ nece certior factus est, classe adhibita soluit, & ad Tyrum peruenit. Huius uerbi præsidij præfectus Archelaus, natu Macedo, Attalum comiter excepit, et urbem ei & pecunias tradidit, quæ à Perdicca fuerant ad custodiendum traditæ, & tunc meritò redditæ sunt talẽta uidelicet 800. Attalus uerò Tyri commorans, reficiebat ex Perdiccæ amicis eos qui ex Memphitica expeditione euadebant. Antipatro autem in Asiam transgresso, Aetoli ex fœdere quod eis cum Perdicca intercedebat, expeditionem fecerunt in Thessaliam, Antipatrum in diuersa retrahere uolentes. Habebant autem peditum 12000. equitum 4000. quorum dux erat Alexãder Aetolus. Hi in transitu obsessis Amphissensibus Locris, eorũ agrum populati sunt, & propinqua quædam oppidula cœperunt. Vicerunt & pugna Antipatri ducem Polyclem, eumq; & militum non paucos sustulerunt. Captiuorũ nonnullos uendiderunt, alios precio reddiderunt. Postea Thessaliam aggressi, plerisq;

Perdiccæ milites multi à Nilo absumpti.

Perdiccas à suis militibus occiditur.

Attalus Tyri excipitur.

Aetolorum in Thessaliam expeditio.

Thessalorum

Theſſalorum perſuaſerunt, ut belli aduerſus Antipatrum gerendi ſocij fierent. acceleriter coacta ſunt in uniuerſum peditum 25000. equites 1500. His urbes ſibi conciliantibus, Acarnanes Aetolis infenſi in Aetoliam incurſionem faciũt. agrumq; uaſtant, & urbes obſident. Aetoli de patriæ periculo certiores reddíti, cæteros milites reliquerunt in Theſſalia, præfecto eis duce Menone Pharſalio: ipſi domeſticis aſſumptis, ueniunt celeriter in Aetoliam, & perterritis Acarnanibus, patriam à periculis uendicarunt. His circa hæc occupatis, Polyſperchon relictus in Macedonia dux uenit in Theſſaliam cum iuſtis copijs uictisque prælio hoſtibus, & ducem Menonem ſuſtulit, & reliquorum pectoſq; concîdit, & Theſſaliam recuperauit. In Aſia uerò Arridæus & Pitho, regum tutores, à Nilo cum regibus & exercitu profecti uenerunt in Triparadiſum ſuperioris Syriæ. Hic Eurydica regina multa curioſius agente, & tutorum conatibus obſiſtente, Pitho incõmodè agens, & Macedones illius præcepta ſemper magis attendere uidens, concionẽ cõuocauit, & tutela ſeſe abdicauit. Macedones tutores elegerunt Antipatrum, ſumma authoritate uirum. Is cum paucos poſt dies cum ueniſſet in Triparadiſum, Eurydicam offendit ſeditiones mouentem, & Macedones ab antipatro Alienantẽ. Ac magno inter milites exorto tumultu, coactaq; concione, Antipater habita ad multitudinem oratione tumultum ſedauit, perterritæq; Eurydicæ, ut quietem ageret perſuaſit. Poſtea ſatrapias de integro partitus eſt, & Ptolemæo quam iam habebat aſsignauit. Hũc enim ut mutaret, fieri non poterat, propterea quod uidebatur Aegyptum ſua uirtute quaſi ferro partam habere. Et Laomedonti quidem Mitylenæo Syriam tradidit: Philoxeno Ciliciam. Ex reliquis ſatrapijs Meſopotamiã & Arbelitim Amphimacho, Babyloniam Seleuco, Antigono Suſianã, propterea quòd hic primus author fuerat inuadendi Perdiccæ. Peuceſtæ Perſidem tradidit, Tleopolemo Carmaniã, Pithoni Mediam, Philippo Parthiam, Staſandro Cyprio Ariam & Dranginam, Staſanori Solio Bactrian & Sogdianam, qui erat ex eadem inſula. Paropamiſadas Oxyartæ aſsignauit, Soxanæ patri, uxoris Alexandri. Indiæ uerò ea quæ erant contermina Paropamiſadis aſsignauit Pithoni Agenoris filio. Ex regnis autem contiguis illud quod eſt ad flumen Indum Poro: quod uerò apud Hydaſpem, Taxilæ. Hos enim reges mouere nõ licebat, quin eis concederentur regiæ uires, & illuſtre imperium. Ex eis autem quæ uergunt ad ſeptentriones Cappadociam dedit Nicanori, magnam Phrygiam & Ciliciam Antigono, ſicut ante habebat. Cariam Caſſandro, Lyciam Clito, Phrygiam eam quæ iuxta Helleſpontum eſt Arridæo. Regiarum copiarum ducem creauit Antigonum, cui mandatum erat ut Eumenem Alcetamq; debellaret. Antigono tribunum adiunxit filium ſuum Caſſandrum, ne poſſet clam priuatum negocium agere. Ipſe aſſumptis regibus, ſuiſq; copijs, contendit in Macedoniam, reges in patriam reducturus. Antigonus in Aſia dux creatus ad Eumenì bellum inferendum, coegit ex hybernis exercitum, & comparatis quæ bellum poſtulabat, contendit aduerſus Eumenem, degentem apud Cappadociã. Eumenes, cum in eum rebellaſſet dux quidã illuſtris, nomine Perdiccas, qui caſtra habebat tridui itinere ab Eumene remota, unà cum rebellib. militib. peditum 9000. equitib. 500. miſit aduerſus eum Phœnicem Tenedium, habentẽ lectorum militum 40000. equitũ 2000. Is maturato noctu itinere, inuaſit ex improuiſo rebelles circa ſecundam noctis uigiliã, eoſq; dormientes nactus, Perdiccam uiuum cepit, & exercitu potitus eſt. Eumenes præcipuos authores rebellionis necauit: milites uerò reliquis immixtos, & comiter acceptos, in ſui beneuolentiam pellexit. Poſtea Antigonus miſſo ad Apollonidem quodam, qui apud Eumenem equitibus præerat, magnis & arcanis pollicitationib. effecit ut ille proditor fieret, & in pugna ad hoſtes perfugeret. At Eumene in Cappadocia caſtra habente in quibuſdam accommodatis ad equeſtre prælium locis, Antigonus cum uniuerſo exercitu imminentem campis radicem montis

Eurydica regina turbas mouens ab Antipatro coercetur.

Antipater ſatrapias de integro partitur.

Antigonus Eumeni bellum facit.

occupauit. Habebat aũt Antigonus illo tẽpore peditũ supra 10000. (quòtũ erat dimidia pars Macedones, uirtute admirabiles) equitũ 2000. elephantos 30. Eumenes pedites habebat non pauciores 12000. equitum 5000. Cõmisso acri prælio, cum Apollonides cum suis equitib. infeliciter à suis secessit, uicit Antigonus, fustulitq; aduersariorũ ad 8000. & omnib. eorũ facultatib. potitus est, ita ut Eumenis milites & propter cladem perterriti, & propter facultatũ iacturam anxij facti fuerint. Postea Eumenes aggressus est in Armeniam fugere, & incolarum aliquos in societatem asciscere. Sed cum celeritate opprimeretur, & milites ad Antigonum deficere uideret, locum firmum occupauit, qui Nora nuncupatur. Erat autem castellum hoc sanè quàm paruum, quippe ambitu non maiore duobus stadijs: cæterùm munitione mirabile. Nam in excelsa rupe domos habebat ædificatas, eratq; tum natura, tum artè mirificè munitus. Erat ibi & frumenti, & ligni, aliarumq; rerum tanta copia reposita, ut in multos annos suppeditare posset ijs, qui eò confugissent. Fugerunt una cum eo etiam amicorum ij qui beneuolentia præstabant, & cum eo in extremis periculis mori statuerant: quorum omnium tum equitum, tum peditum numerus erat circiter 60. Antigonus uerò assumptis Eumenianis copijs, & satrapijs earũq; prouentibus potitus, præterea grandem pecuniã adeptus, maiora appetebat. Nõdum enim quispiam Asianorum ducum pares habebat uires ad cõcertandum cum ipso de primatu. Itaq; aduersus Antipatrum in præsentia amico se animo esse simulabat: sed in animo habebat, rebus suis stabilitis, deinceps nec regibus parêre, nec Antipatro. Primum igitur cinxit eos qui confugerant in castellum duplici muro, & fossis uallisq; admirabilibus. Postea cum Eumene colloquutus, renouata antiqua amicitia, persuasit ei ut agerent commune negocium. At Eumenes fortunam celeriter mutari sciens, maiorem sua conditione benignitatem postulabant. Putabat enim debere sibi concedi datas ab initio satrapias, & omnium criminum absolutionem. At Antigonus de his ad Antipatrum referendũ censuit, relictoq; loci idoneo præsidio, contendit aduersus iter facientes duces hostium, & exercitum habẽtes, uidelicet Alcetam Perdiccæ fratrem, & Attalum toti classi imperantẽ. Postea Eumenes ad Antipatrum legatos misit de compositione, quorum dux erat Hieronymus, is qui successorum scripsit historias. Ipse uerò multis uarijsq; usus uitæ mutationib. animo non deprimebatur, certò sciens fortunã celeres facere in utranq; partem mutationes. Videbat enim Macedonũ reges inanem habere regni speciem, multosq; & magni animi uiros potestatum successores, qui omnes sibi quisq; priuatim consulere uellẽt. Sperabat igitur, id quod reuera erat, multos suam operam requisituros, tum propter prudẽtiam, reiq; militaris peritiam, tum propter singularem fidei constantiam. Iam uerò cum uideret equos, quia propter angustiæ loci asperitatem exerceri non poterant, fore ad præliorum usum inutiles, cõmentus est nouam quãdam & insolitam equorũ exercitationẽ. Eorũ enim capita catenis deligabat ad quasdã trabes aut palos, duobus tribusue tignis eleuatis, eosq; cogebat in posterioribus pedibus consistentes, prioribus terram leuiter attingere, paululum distantes. Protinus igitur uolens equus prioribus pedibus inniti, laborabat tum reliquo corpore, tum cruribus, propterea quòd totius molis membra omnia unà laborabant. In hac motione sudor multus ex corpore manabat, atq; hac laboris magnitudine summam exercitationem animalibus comparabat. Militibus autem cunctis eundem cibum præbebat, particeps ipse tenuitatis: qua quidem conditionis communitate & sibimet magnã beneuolentiam, & ijs qui eò confugerant omnibus concordiam conciliauit. Et Eumenis quidem res, eorumq; qui in rupem confugerant, hoc in statu erant.

Eumenes ab Antigono per proditionẽ uictus in castellum Nora cõfugit.

Eumenes in angusto loco equos tamen exercet.

Ptolemæus Syriam sibi subigit.

In Aegypto uerò Ptolemæus, profligato præter opinionem Perdicca, regijs copijs, Aegyptum tanquam ferro partitam habebat. Cumq; uideret Phœniciam, & eam quæ Cœlesyria nominatur, accommodatè contra Aegyptum sitas,

sitas, magno studio illis urbibus potiri conabatur. Itaq; magnum exercitum eò misit, delectumq; ducem unum amicorum, nomine Nicanorem. Is profectus in Syriam, Laomedontem satrapam uiuum cepit, omnemq; Syriam subegit. Itidemq; Phœniciæ urbes sibi conciliauit: præsidijs firmauit, deinde in Aegyptum reuersus est, celeri operosaq; expeditione perfunctus.

Rectore Athenis Apollodoro, Romani consules crearunt Q. Popilium, & Q. Publium. Horum tempore Antigonus, debellato Eumene, statuit bellum inferre Alcetæ & Attalo. Hi enim restabant de Perdiccæ amicis & domesticis duces non contemnendi, & qui militum satis haberent ad contendendum de imperio. Profectus igitur cum omnibus copijs ex Cappadocia, cõtendit in Pisidiam, in qua tum commorabatur Alcetas: ac celeriter & contentissimè iter faciens, septem diebus totidemq; noctibus emensus stadiorum 2500. peruenit ad eam quæ uocatur urbs Cretensium. Cumq; hostes propter itineris celeritatem latuissent, & prope eius aduẽtus ignaros ueniſſet, anticipauit occupare colles quosdã, & locorum angustias. Alcetas audito hostium aduentu, aciem celeriter instruxit, & equites adortus qui iugum occupauerant, ui superare conabatur, & eos de colle deturbare. Hic commisso acri prælio, & multis utrinque occisis, Antigonus habens equitum 6000. summa ui ducit in agmen aduersariorum, properans Alcetanis receptum ad suorum agmen intercludere. Quo perfecto qui erant in colle, cum & multitudine, & locorum difficultate longè superiores essent, aduersarios terga uertere coẽgerunt. Alcetani receptu ad pedites intercluſi, & hostium multitudine cincti, manifestam habebãt perniciem. Itaq; cũ res esset in angusto, Alcetas multis amissis, ægrè ad peditũ agmen elapsus est. Antigonus uerò ex æquioribus locis elephantos, totumq; exercitum in hostis ducens, eos perterruit, lõgè multitudine inferiores. Erãt enim socij in uniuersum peditũ 16000. equites 900. At Antigoniani, præter elephantos erãt peditum supra 40000. equitum plus quàm 7000. Iam cum simul elephanti in fronte incederent, & equites propter multitudinem eos undiq; circumdarent, & insuper pedites & longè plures, & uirtute præstantiores essent, & loci æquitate adiuuarẽtur, Alcetani magno tumultu & terrore perculsi sunt: ac propter singularem hostium celeritatem atq; strenuitatem, ne ordinare quidem ritè potuerunt. Igitur fuso uniuerso exercitu Attalus & Docimus & Polemo, multiq; insignes duces, uiui capti sunt. Alcetas cum suis satellitibus & pueris fuit unà cum Pisidis comilitonibus in urbem Pisidicam, nomine Termesum. Antigonus his per compositionem assumptis, reliquos in suos ordines distribuit, eisq; comiter usus, auxit uires suas non mediocriter. Pisidæ uerò numero ad sex millia, & robore præstantes, Alcetam bono animo esse iubent, sese nullo eum pacto derelicturos pollicentes. Erant enim singulari in eum beneuolẽtia præditi, propter huiusce modi causas. Alcetas post Perdiccæ mortem non habens in Asia socios, statuit Pisidas sibi demereri, existimans habiturum se socios bellicosos uiros, & regionẽ habentes aggressu difficilẽ, munitorũq; castellorũ plenã. Hanc ob causam in expeditionib. maiorẽ eis q̃ ullis socijs, honorẽ habebat, & quas ex hostili agro utilitates percipiebat, eis imperciebat, dans prædæ dimidium. In colloquijs itẽ orationis humanitate utẽdo, & in cõuiuijs quotidie præcipuos eorũ ad epulas adhibẽdo: præterea multos insignib. donis honorãdo, eorũ beneuolentiam sibi cõciliauit. Hinc factũ est, ut tũc quoq; cũ in eis spẽ haberet Alcetas, illi spem eius haud fuerint frustrati. Nam Antigono cũ omnibus copijs propè Termesum castrametato, & Alcetã poscente, & insuper seniorib. ut dederẽt consulentib. cõiurarunt iuniores, & à parentib. discrepãtes, decreuẽre quodlibet subire periculũ propter eius salutẽ. Seniores uerò primũ persuadere tentabãt iuuenib. ne ppter unũ Macedonẽ patriã ferro expugnari paterent. Sed postq; irreuocabilẽ esse uiderunt eorũ impetũ, facta clã cõspiratione, miserũt noctu legatos ad Antigonũ, pollicẽtes se Alcetam aut uiuũ tradituros aut

Antigonus Alcetam debellat.

Alcetas Pisidarum beneuolẽtiam sibi cõciliauit.

mortuum. Petebant autem ut per dies aliquot urbem oppugnans,& paruulis prælijs oppidanos alliciens,se tanquam fugiens inde reciperet. Hoc enim dum fieret,& iuniores in pugna extra urbem occuparentur, capturos se occasionem conata perficiendi. Antigonus illis obsequutus,castra procul ab urbe metatus,uelitationibus protrahit iuuenes ad certandũ extra urbem. Seniores desertum uidentes Alcetam,delectis seruorum fidelissimis quibusq́,& uegetorum ciuium ijs qui cum Alceta non militabant, conata perfecerunt absentibus iuuenibus. *Alcetæ mors.* Viuum quidem capere nequiuerunt (occupauit enim sibi manus inferre,ne uiuus ueniret in manus hostium) sed corpus eius lectulo impositum,uiliq́ lacerna contectum,per portas extulerunt,& inscijs uelitibus Antigono tradiderunt. Hoc suo commento periculis à patria depulsis, bellũ auerterunt illi quidem,sed iuuenum offensionem effugere nõ potuerunt. Illi enim à prælio reuersi,audito facto,in suos efferati sunt propter singularem erga Alcetam beneuolentiam. Ac primum occupata urbis parte,decreuerunt domos incendere,& cũ armis ex urbe effusi,mõtanaq́ inuadẽtes, agrũ Antigono subiectum uastare. Sed postea mutata sententia, ab urbe incendenda abstinuerũt, sed ad latrocinia & incursiones conuersi,multum hostilis agri corruperũt. Antigonus uerò accepto Alcetæ corpore,& per triduum excruciato, mortuoq́ putrefacto,reliquit insepultum,atq́ ex Pisidia profectus est. Termesensium uerò iuuenes, retinentes erga excruciatum beneuolentiam, corpus sustulerunt, & splendidis exequijs prosequuti sunt. Vsq́ adeò beneficentię natura,propriũ quoddam amatorium habens erga bene meritos, immutam conseruat erga eos beneuolentiam. *Beneficentiæ philtrum.* Igitur Antigonus ex Pisidia profectus,contendit in Phrygiam cum omnibus copijs. Vbi in Cretensium urbem peruenit,uenit ad eum Aristodemus Milesius, nuncians Antipatrum obijsse,& omnium imperium, regumq́ procurationem ad Polysperchontem Macedonem translatam esse. His ille rebus delectatus, spe efferebatur,& Asianis rebus animum intendere, necq́ cuique de illius imperio cedere cogitabat. Et Antigonianarum rerum hic quidem status erat. In Macedonia uerò Antipatro in grauiorem infirmitatem lapso,& senectute ad uitæ exitum adiuuante, Athenienses legatum miserunt ad Antipatrum Demadem,quòd is Demades in Macedonico negocio dexterè uersari uidebatur, postulantes ab Antipatro ut quemadmodũ ab initio promiserat,educeret præsidium ex Munychia. Antipater primo animo erat erga Demadem beneuolo: sed postea mortuo Perdicca,& inuentis quibusdam regijs epistolis inter scripta regis, in quibus hortabatur Perdiccam Demades,ut celeriter transiret in Europam aduersus Antipatrum, abalienatus est ab eo,occultasq́ fouebat inimicitias. *Demades Athenienſiũ legatus ab Antipatro necatur* Itaq́ Demade secundùm data à populo mandata promissum exigente,& liberius minato de præsidio, Antipater nullo dato responso,tradidit suppliciorum præfectis,tum ipsum Demadem,tum ipsius filiũ Demeam,qui cũ patre legatione fungebat. Atq́ hi quidẽ abducti in quoddã gurgustium necati sunt propter eas quas dixi causas. Antipater iam extremo morbo laborãs,cõstituit regũ tutorẽ,& summæ potestatis imperatorem Polysperchontẽ,qui ferè natu maximus erat eorũ qui cũ Alexãdro militauerant,& à Macedonib. in honore habebat. *Polyſperchon regũ tutor cõſtituitur.* Filium autẽ Cassandrũ fecit tribunũ,& potentia secundũ. Fuit autẽ tribuni ordo atq́ accessus primum à Persicis regib. in nomẽ gloriamq́ promotus. Postea rursus ab Alexandro magnã potestatẽ & honorem adeptus est,tum cum aliorũ quoq́ Persicorũ institutorũ imitator factus est. *Tribuni ordo Perſicus.* Itaq́ Antipater secundũ idẽ institutũ filium Cassandrũ iuuenẽ adhuc, creauit tribunũ. Nec tamẽ Cassander patris constitutionẽ approbauit,indignũ iudicãs ut in patris imperium succederet ijs,qui ei nulla cognitione iunctus esset, præsertim cũ posset filius res administrare,& uirtutis fortitudinisq́ specimẽ iam satis magnũ dedisset. Primũ igit rus cũ amicis profectus,cũ ijs sermocinat (opportunitate abundans & ocio) de summę rei imperio,ac singulos seducẽs incitat ad

tat ad cõciliandã sibi potentiã, magnisq; promissis persuadet, ut sint ad cõmune negociũ parati. Misit ad Ptolemæũ clã legatos, amicitiã renouans, utq; belli socius fieret cohortãs, & nauales copias quãplurimũ mitteret ex Phœnicia in Hellespontũ. Itidẽ & ad alios duces ciuitatesq; misit, qui ad belli societatẽ secũ coẽundã incitarent. Ipse instituta in multos dies uenatione, seipsum à rebellionis suspicione eximebat. Polysperchõ uerò regnũ tutelã adeptus, inito cũ amicis cõcilio, Olympiadẽ de consiliariorũ sentẽtia accersiuit, eamq; hortatus est, ut Alexandri filij, qui puer erat, procurationẽ reciperet, & in Macedonia degeret, cuius esset regalis præfectura. Olympias aũt superioríb. temporib. in Epirũ fugerat propter Antipatris inimicitias. Et hic quidem Macedoniæ status erat.

Eodem anno mundi 3647. Olympias regnauit, & Antigonus summam administrationem sibi sumere cœpit.

In Asia diuulgato obitu Antipatri, factũ est initium rerũ nouarũ atq; motus conantíb. sua negocia agere ijs qui potestates gerebãt. Atq; horũ primus Antigonus, quia iam uicisset Eumenem apud Cappadociam, eiusq; copias acquisiuisset, & Alcetam Attalumq; apud Pisidiam debellasset, & eorum copias recepisset: præterea ab Antipatro Asiæ dux summæ potestatis electus fuisset, simulque magni exercitus dux creatus, magnos sibi spiritus arrogantiamq; sumpserat, ac spe summũ imperium præcipiens, statuit nec regib. nec eorũ procuratoribus obnoxium se præbere. Suspicabat enim se, qui maiores uires haberet, Asiaticis thesauris potiturũ esse, cum nemo esset qui secum armis congredi posset. Habebat enim illo tempore peditum 60000. equitum 10000. & elephantos 30. Præterea alias quoq; se copias comparaturum esse sperabat, si esset opus, cũ posset Asia peregrinis militibus stipendia cõtinenter suppeditare. Hæc habẽs in animo, Hieronymum, eum qui scripsit historias, accersiuit, amicum ciuemq; Eumenis Cardiani, eius qui in locum Noram appellatum confugerat. Hunc magnis donis prouocatũm misit legatum ad Eumenem, hortatũ ut prælij aduersus ipsum in Cappadocia gesti obliuisceretur, fieretq; sibi amicus & socius, & dona acciperet longè longeq; maiora illis quæ ante habuisset, satrapiãq; maiorem: breuiter fore eum suorum amicorum primum, & totius instituti sociũ. Iam uerò protinus conuocato amicorum concilio, & eis demonstrata totius instituti sui summa, assignauit præcipuorũ amicorũ quibusdã satrapias, alijs imperia, omnibusq; magnas spes faciens, alacres eos reddidit ad suos conatus. Cogitabat enim Asiam peruadere, & eos qui iam erant satrapas eijcere, & imperia ad suos amicos transferre. Hæc illo agitãte, Arridæus, eius Phrygiæ quæ est apud Hellespontũ, satrapa, cognito eius consilio, decreuit, collocatis in tuto rebus, suæ satrapiæ etiam præcipuas urbes præsidijs firmare. Cumq; esset Cyzenicorum urbs opportunissima, eademq; maxima, profectus est ad eam, habens mercenariorum militum supra decem millia, Macedones mille, Persas sagittarios & funditores quingentos, equites octingentos, telorum omne genus, catapultas tum ad missilia, tum ad saxa iacienda, reliquumq; omnem apparatum ad obsidionem necessarium. Igitur repentè adortus urbem, & magnã plebis partẽ ruri nactus, obsidionẽ egreditur & peritos oppidanos cogere uolebãt præsidium accipere. Cyziceni autem, cum de improuiso inuasi fuissent, & plurimis ruri exclusis, pauci essent reliqui, imparati prorsus erãt ad obsidionem: tamen libertatẽ tuendam esse iudicantes, palã legatos miserũt, acturos cũ Arridæo de obsidiõe soluẽda: facturã enim urbẽ omnia Arridæo, excepta admissione præsidij. Sed clam iuuenes cogẽtes, & seruorũ aptissimos quosq; deligentes armãt, murosq; cõplent, ppugnatoribus. Atq; Arridæo, ut p̃sidium acciperẽt urgẽte, dixerũt de his sese ad populũ referre uelle. Quod cum satrapa cõcessisset, illi relaxationem adepti, ea die sequẽtiq; nocte melius præpararunt q̃ essent ad obsidionẽ sustinẽdã necessaria. Arridæus illorũ arte illusus, & amisso de manib. idoneo tẽpore, spe frustratus est. Nã Cyziceni urbẽ habẽtes ualidã, & à terra defensu facilimã (quippe cum esset cõtinens) præterea classe pollentes, facilè propulsabant hostes. Accersiuerunt item à Byzantijs milites & tela, &

Arridæus Cyzicum frustra obsidet.

cætera quæ ad obsidionem requiruntur: quæ cum omnia illi celeriter & alacri ter suppeditassent, in bonam spem uenerunt, & ad pericula audẽtes facti sunt. quin & tractis in portum longis nauibus, ad oram nauigant, & assumptos eos qui ruri erant, in urbem deportant: ac breui militum copiam nacti, multisq; eo rum à quibus obsidebantur, interfectis, obsidionem propulsarunt. Igitur Arri dæus à Cyzicenis arte deceptus, infecta re in suam reuersus est satrapiam. An-

Antigonus Cyzicenis ferre conatur suppetias.

tigonus uerò de Cyzicenorum urbis obsidione certior factus, cũ quidem Celænis cõmoraretur, decreuit periclitantem urbem suũ efficere ad futuros conatus suos. Itaq; delegit ex uniuersis copijs optimos quosque uidelicet peditum 20000. equitum 3000. His assumptis celeriter contendit ad ferendum Cyzicenis auxilium. Sed cũ paulò serius uenisset, manifestã quidẽ habuit erga urbem beneuolentiam: sed tantus conatus frustra fuit. Ad Arridæum uerò misit legatos, accusans, quòd Græcam urbem sociam, nulla affectus iniuria, fuisset ausus obsidere. Deinde quòd manifestò rebellis esset, & satrapiã suæ ipsius ditionis

Antigonus Arridæum iubet satrapia cædere.

faceret. Postremò imperat ei, ut satrapia cedat, & sumpta ad uictum una urbe, quietem agat. Arridæus auditis legatis & orationis superbia reprehensa, negauit se satrapia cessurum, quin urbibus præsidijs firmatis aduersus illum experturum. Ac secundum hanc responsionem urbibus firmatis, copiarum partem emisit, præfecto eis duce, cui mandauit ut Eumeni se coniungeret, solutaq; obsidione castelli, Eumenem à periculis liberaret, sociumq; efficeret. Antigonus uerò Arridæus ulcisci studens, emisit ad eum debellandum copias: atque ipse assumpto copioso exercitu, mouit in Lydiam, uolens eijcere eius satrapam Clitum. At ille eius aduentu præcognito, præcipuas urbes præsidijs firmauit, ipse in Macedoniam nauigauit, demonstraturus regibus & Polysperchonti audaciam rebellionemq; Antigoni, & postulaturus ut sibi suppetias ferret. Antigo

Antigonus Ephesum capit.

nus uerò Ephesum primo aduentu cœpit, adiuuantibus eum quibusdam opidanis. Postea cũ appulisset Ephesum Aeschylus Rhodius, & portaret ex Cilicia in quatuor nauibus argenti talenta 600. in Macedoniã ad reges missa, intercepit dicens eis sibi opus esse ad conductorum militum stipendia: quo quidem facto perspicuum fuit eum ad priuatum negocium spectare, & regib. aduersari. Postea illa expugnata, aggreditur cæteras deinceps urbes, quasdam ui subigens, alias oratione pellicens.

De Eumenis fortuna.

Nos uerò Antigoni res prosequuti, narrationem ad ea trãsferemus, quæ Eumeni acciderũt. Hic enim magnis & inopinabilibus mutationib. utens perpetuò præter spem fuit bonorum malorumq; particeps. Etenim ante ea tempora Perdiccæ regibusq; opem ferẽs, satrapiam adeptus est Cappadociam, & huic contermina loca, in quibus magnarũ copiarum, multarumq; pecuniarum potitus, celebrẽ habuit fortunam. Craterũ enim & Neoptolemũ, celebres duces, & inuictas illas Macedonum copias habentes, collatis signis uicit, & ipsos in pugna occidit. Iam cum uisus esset insuperabilis, tãtã expertus est mutationẽ, ut ab Antigono magno prælio uictus fuerit, & cum paucis amicis confugere coactus in quendam per paruum locum. In hũc inclusus, & ab hostibus dupli muro cinctus, nullum habuit qui sibi sua calamitate opitularetur. Cumq; annua esset obsidio, & salus desperaretur, repentè inopinabilis extitit exitus infortuniorum. Nam ille idem qui Eumenem obsidebat, & tollere studebat Antigonus, mutatus, eum ad cõmuniter agendũ negociũ inuitauit. Ita ille accepta per iusiurandum fide, obsidione solutus est. Aliquanto post tempore præter spem elapsus, tunc quidẽ apud Cappadociam degebat, recipiẽs superioris temporis amicos, & eos qui in illa regione uagabãtur, qui antea fuerãt eius cõmilitones. Et quia mirũ in modũ amabat, breui multos habuit eiusdem spei socios, & ad cõmunem cum eo militiã obsequẽtes: Tandem intra paucos dies præter 500. amicos, qui unà cum eo fuerant obsessi, milites habuit ultro obsequentes plures duobus millibus. Ac fortuna eum adiuuante, tanto incremento auctus est, ut regias

ut regias copias adeptus sit, regibusq; prefuerit aduersus eos, qui eorum imperium abolere conati fuerant. Verùm hoc quidem paulò pòst suo tempore persequemur accuratius. Nunc satis res Asianas persequuti, transibimus ad res gestas in Europa.

Cassander cũ Antigono conspirat.

Cassander cum in affectando Macedoniæ imperio offendisset, non deterritus est, quin de eo contẽdere decreuit, turpe esse existimans patris imperiũ ab alijs administrari. Cumq; uideret Macedones in Polysperchontem esse propẽsos, cum ijs amicorum quibus fidebat, seorsum colloquutus, eos misit in Hellespontum sine suspicione. Ipse per aliquot dies ociando in illis finibus, & uenationibus uacando, eam de se opinionem genuit, ut imperium non affectare uideretur. Postq; ei omnia ad profectionẽ ritè cõparata sunt, clàm ex Macedonia profectus est. Cũq; in Cherronesum peruenisset, inde profectus uenit in Hellespontum. Inde in Asiam appulsus ad Antigonum, petit ab eo sibi auxilium, dicens Ptolemæum quoq; pollicitum fuisse belli se fore socium. Antigonus eo alacriter excepto, promisit ad se ei alacriter ad futurum, copias confestim daturum, & pedestres, & nauales. Hæc aũt faciebat simulans se propter Antipatri amicitiam illi opitulari, sed reuera uolebat Cassandrum bello aduersus Polysperchontem gerendo destineri, ut ipse sine periculo Asiam aggrederetur, totiusq; regimen ad seipsum transferret. Hæc dum geruntur, in Macedonia Polysperchon regum tutor post discessum Cassandri præuidebat ille quidem magnitudinem belli aduersus Cassandrum gerendi, sed nihil sine amicorũ sententia faciendum esse iudicãs, cõuocauit duces omnes, reliquorumq; Macedonũ præcipuos. Erat aũt perspicuum Cassandrum ab Antigono cõfirmatũ, affecturum esse urbes Græciæ, propterea quòd earum pars patrijs præsidijs custodiretur, pars paucorũ dominatu administraretur sub amicorũ & hospitum Antipatri dominatu. Præterea opitulaturum Cassandro, & Ptolemæi Aegypti gubernatorum, & Antigonum qui iam apertè rebellauerat in reges: utrũq; aũt habere magnas uires pecuniæq; copiam, & insuper multis gentibus egregijsq; urbibus imperare. Igit proposita deliberatione quomodo aduersus eos belligerandum esset, multisq; & uarijs sermonib. de bello habitis, uisum est eis ciuitates Græciæ libertate donare, & constitutũ in eis ab Antipatro paucorum dominatum antiquare. Sic enim maximè Cassandrũ depressuros esse, & sibi ipsis magnam gloriã, multasq;, & easdem egregias societates conciliaturos. Igitur protinus aduocatis legatis, qui ex ciuitatib. aderãt, ijsq; bono animo esse iussis, promiserunt sese ciuitatibus restituros esse dominatum populi: scriptumq; decretũ dederunt legatis, ut citò in patrias reuersi, renunciarent populis regum ducũq; in Græcos beneuolentiam. Erat autem scriptum huiusmodi.

Polysperchõ de bello aduersus Cassandrũ deliberat.

Quo consilio Macedonibus Græciæ libertas cõcessa à Macedonibus.

Macedonũ decretũ de Græcis ciuitatibus in libertatem restituendis.

Quandoquidem factũ est, ut à maioribus nostris multa fuerint in Græcos collata beneficia, uolumus eorũ institutũ retinere, & omnib. perspicuũ facere, qua beneuolentia continenter Græcos prosequamur. Primũ igitur Alexandro uita defuncto, regnoq; ad nos delato, existimantes omnes ad pacem esse reuocandos, & ad rerũpub. institutiones quas Philippus parẽs noster constituit, scripsimus de his ad omnes ciuitates. At postquã accidit ut absentibus nobis Græcis quidam non rectè sentientes bellum Macedonibus intulerint, & à nostris ducibus ficti fuerint, multaq; & difficilia ciuitatibus usu uenerint, scitote horum authores fuisse duces. Nos uerò quod ab initio fuit institutum in præcio habentes, pacem uobis cõciliamus, & rempub. eas formas quæ sub Philippo & Alexandro fuerunt, utq; cætera agantur secundũ libellos ab illis antea cõscriptos. Item eos qui migrarũt, aut relegati fuerunt à nostris ducibus ex ciuitatibus, ex quo tẽpore in Asiã traiecit Alexander, reuocamus, necnon eos qui à nobis descenderunt, ita ut omnia sua habentes, sine seditione aut ueterũ iniuriarũ recordatiõe, in suis patrijs uersentur: ac si quid aduersus eos decretum est, irritũ esto: nisi si qui ob homicidiũ aut impietatẽ secundùm legem exulant. Ne reuocẽtur

item

item neq; Megalopolitanorum ij qui cum Polyæneto proditionem exultant, neq; Amphissenses, neq; Triccæi, neq; Pharcadonij, neq; Heracleotæ. Reliqui admittantur ante trigesimam diem mensis Xanthici. Quod si qua instituta Philippus & Alexander pugnantia ediderũt, ueniatur ad nos, ut illis correctis ea agantur, quæ & nobis & ciuitatib. cõducant. Athenienſibus uerò sint reliqua sicuti sub Philippo & Alexandro: sed Oropum habeant Oropij sicut nunc. Samum damus Athenienſibus, quandoquidem & Philippus dedit pater. Edant autem decretum Græci omnes, ne quis uel militet, uel agat contraria uobis: alioquin relegetur tum ipse, tum eius progenies, suisq; facultatibus priuetur.

Polysperchõtis literæ cum ad alios tum Eumenem, ad eum Macedonibus concilianduṁ.

Mandauimus autem Polysperchonti, ut & de his & de reliquis agat. Vos igit, sicuti uobis & antea scripsimus, huic ascultate. Nam si qui aliquid eo quæ scripta sunt, non fecerint, haud permittemus. Hoc scripto edito, & ad omnes urbes misso, scripsit Polysperchon tum ad Argiuorũ ciuitatem, tum ad reliquas, impetrans ut eos qui sub Antipatro reipub præfuissent, relegarent, quosdam etiam morte damnarent, & eorum facultates publicarent, quò depressi tãdem Cassandrum nihil iuuare possent. Scripsit & Alexandri matrem Olympiadem in Epiro degẽtem ob Cassandri inimicitias, ut quamprimum in Macedoniam ueniret, & accepto Alexandri puero, eius curam gereret, donec adolesceret, patriumq; regnum acciperet. Misit & ad Eumenem scriptis regum nomine literis, ne cum Antigono in gratiam rediret, sed ad reges inclinaret, siue in Macedoniam uenire uelit, & cum ipsa commune negocium agens, regum tutorem agere: siue malit in Asia manere, & accepto exercitu atque pecunijs, cum Antigono bellum gerere, qui aperte iam rebellauerit in reges. Reddere autem ei reges satrapiam quam abstulerit Antigonus, omniaq; dona quæcunq; prius habebat in Asia. Deniq; ostendebat maximè omnium decere ut Eumenes regiæ domus curam solicitudinemq; gereret, sequens ea quæ à seipso gesta fuissent in domum regiam. Quod si maioribus uiribus egeret, se quoq; cum regibus profecturum ex Macedonia cum omnibus regijs uiribus. Hæc eo anno gesta sunt. Rectore Athenis Archippo, Romani Consules creatunt Q. Aeliũ, & P. Papirium. Horum tempore Eumenes, cum modo ex castello discessisset, literas à Polysperchonte missas, in quibus scriptum erat, præter ea quæ iam diximus, reges ei dona dare quingenta talenta ad correctionem casuum qui ei acciderant: itemq; eosdem reges misisse literas ad Ciliciæ duces & quæstores, ut ei quingenta talenta darent, necnon aliarum pecuniarum quantum postularet, tum ad milites conducendos, tum ad alios usus necessarios, utq; duces triũ millium Macedonum argenteos clypeos gestantium seipsos traderent Eumeni, eumq; in reliquis alacriter adiuuarent, utpote creatum totius Asiæ Imperatorem. Venerunt & ab Olympiade ei literæ, orante & flagitante ut regibus & sibi suppetias fieret. Solum enim illum amicorum fidelissimum superesse, & qui posset regiæ domus solitudinem corrigere. Petebat autem ab eo Olympias, ut sibi consuleret, utrũ expedire censeat eam in Epiro manere, neq; ijs credere qui semper tutores esse uideantur, sed re uera regnum ad seipsos transferant: an ut reuertatur. Eumenes Olympiadi protinus rescripsit, Consules ut in præsentia maneret in Epiro, donec bellum exitum aliquẽ adipisceretur. Ipse cum semper beneuolentiam firmissimam erga reges retinuisset, decreuit Antigono non parere, regnũ sibi uendicanti: sed cum Alexãdri puer, tũ quia pupillus, tum propter ducum auaritiã, egeret auxilio, statuit sibi conuenire quoduis periculũ causa salutis regũ. Igitur confestim edicta suis profectione, castra mouit ex Cappadocia, equites habens quingentos, pedites supra duo millia. Nec enim spaciũ habebat expectandi eos qui nondum aduenerant, polliciti se unà militaturos, propterea quòd aduentabat ab Antigono magnus exercitus, duce Menandro, ut ipsum in Cappadocia degere prohiberent, quia factus esset hostis Antigoni. Verùm ille exercitus cum serius, uidelicet tribus post diebus uenisset,

Eumenes Asiæ Imperator constituitur.

conatus

conatus est Eumenis agmen persequi: sed cum assequi non posset, reuersus est in Cappadociã. Eumenes magnis itineribus usus, & breui superato mõte Tauro, uenit in Ciliciam. Duces uerò argenteos clypeos gestantium Antigenes & Teutamus, regnum literis obtemperantes, Eumeni procul obuiam processerũt cum amicis, eoq; comiter salutato, & ei gratulati, quòd ex maximis periculis incredibiliter euasisset, promiserũt sese ei ad omnia alacriter adfuturos. Nam & ipsi argento clypeati Macedones numero circiter tria millia, similiter ei obuiam uenerunt cum comitate atq; beneuolentia. Atq; omnes fortunæ mutabilitatem & admirabilitatem admirabantur, cum uiderent reges & Macedones paulò antè tempore Eumenẽ & eius amicos capitis damnasse: nũc oblitos sui iudicij, non solum immunem à supplicio dimisisse, uerũ etiam totius regni administrationem ei tradidisse. Et quidem meritò accidebat hæc admiratio omnibus qui nunc Eumenis casuum uarietatem cõsiderabant. Quis enim est qui humanæ uitæ inæqualitatem contempletur, non stupeat fortunæ in utrãq; partem refluxus? aut quis secũdę fortunæ potestati credat, & maiores humana infirmitate spiritus sibi sumat? Cõmunis enim uita, tanq; deorum quopiam gubernante, bonorum malorumq; uicissitudine circumuertitur perpetuo. Itaque mirum est, non si quid præter rationẽ contigit, sed si non quicquid cõtingit, insperatum. Quamobrem meritò approbanda est historia. Hæc enim factorũ inæqualitate & mutatione corrigit & fortunatorum superbiam, & infelicium infortunium. Quæ nunc quoq; cogitans Eumenes, prudenter res suas stabiliuit, fortunæ præuidens inconstantiam. Videns enim seipsum peregrinũ esse, & nihil ad regiam potestatem pertinere: subiectos uerò sibi Macedones se capitis damnauisse: eos item qui militiæ officijs fungerentur, plenos esse arrogantiæ, magnarumq; rerum cupidos, suspicatus est se breui contemptu & inuidia prefsum iri, & ad extremum de uita periclitaturum. Neminem enim libenter impetrata facturum eorum qui inferiores esse uideãtur, neq; passurum sibi eos dominari, qui ipsi debeant alijs esse subiecti. Igitur hisce rebus ad seipsum perpensis, primum cum ei darentur quingenta talenta, secũdùm regum literas, quibus se ipsum reficeret atq; pararet, negauit accepturum se. Nec enim egere tanto dono, quippe qui nullum imperium affectaret. Etenim ne nunc quidẽ libẽter hoc munus recepisse, sed à regibus coactum fuisse hoc subire ministeriũ. Omnino enim propter militiæ perpetuitatem non iam posse ferre ærumnas & uagationes, præsertim cum nullum subiectum haberet imperium, quippe peregrinus, & cognatæ Macedonibus potestatis expers. Demonstrabat enim se uidisse in somnis uisum mirabile, quod omnibus declarare necessarium putaret, quippe multum ad concordiam & cõmunem utilitatem profuturum, suo quidem iudicio. Visum enim se sibi in somnis uidere Alexandrum regem uiuentem, & regio uestitu ornatum, ius dicere, & mãdata dare ducibus, omniaq; regni negocia strenuè administrare. Itaq; existimo, inquit, cõficiendum esse ex regijs opibus aureum soliũ, in quo collocato diademate, & sceptro, & corona, reliquoq; apparatu, sacrificent ei prima luce duces omnes, & propè solium concilium habeant, mandataq; nomine regis accipiant, tanquam uiuentis, suoq; regno moderantis. Huic orationi cùm omnes suffragati essent, celeriter omnia quæ ad eam rem pertinerent, confecta sunt, utpote cum auro abundarent opes regiæ. Igitur protinus confecto uestitu magnifico, ponitur solum in quo esset diadema, & sceptrum, & arma quibus ille uti solitus fuerat, positoq; foco ignem habente, libant ex aurea capsula duces omnes, thus, aliorumq; odorum pretiosissimos quosq;, & Alexandrum ceu Deum adorant. Secundùm hæc positis multis sedilibus sedent in eis quæ ducatibus fungebantur, & consessum habẽtes cõsultant de eis quæ maximè urgebant. Eumenes uerò in omnib. quæ ibi tractabantur parem se reliquis ducibus præbẽs, & cunctos humanissimis colloquijs demulcens, & inuidiam à se propulsauit, & magnam ducũ erga se beneuolentiam

μάνιλ Θ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων.

De fortunæ mutabilitate.

Historiæ utilitas.

Præclarũ modestiæ in secundis, sed dubijs rebus exemplum in historia de Eumene.

Eumenis somnium & consiliũ de Repub.

uolentiam conciliauit. Ac simul inualescente in regem superstitione, bona spe repleti sunt oēs, tanq́ deo quodā eos regente. Eodeḿq́ pacto sese erga argento clypeatos Macedones gerens, ab eis magnam iniit gratiā, tanq́ dignus qui curam regū gereret. Destinauit aūt amicorū maximè idoneos, datoq́ ad cōducendum militē copiosa pecunia, eos dimisit, finitis militi iustis stipendijs. Atq́ euestigio pars in Pisidiam & Lyciā finitimumq́ agrū profecti, sedulò militem conducunt: alij in Ciliciam uadunt: alij in Cœlesyriam & Phœniciam: nōnulli in Cyprias urbes. Diuulgato hoc delectu, & propositis satis magnis stipēdijs, frequentes etiam ex Græcis urbib. ultrò ueniebāt, & nomina dabant. Itaq́ breui tempore coacta sunt peditū supro 10000. equitū 200. præter argento clypeatos, & eos qui cum Eumene uenerant. Iam cum incredibili & ueloci creuisset Eumenes incremento, Ptolemæus cum classe appulsus Zephyriū Ciliciæ, nuncios misit ad argento clypeatorū duces, hortatum ne Eumeni obnoxios se præberēt, quem omnes Macedones capitis damnassent. Similiter & ad præfectos præsidiorum, quæ erant in Quindis, misit significatū ne quid pecuniarum darent Eumeni, seq́ eos tutos redditurum spopondit. Verùm ei nemo obtemperauit, quia reges, & tutor eorum Polysperchon, itemq́ Olympias Alexādri mater, scripsissent ut ad omnia inseruirent Eumeni, quippe imperatori regni. In primis uerò displicebat tunc Antigono Eumenis cooptatio, & potestatis magnitudo, qua præditus erat. Suspicabatur enim hunc à Polysperchonte paratum esse maximum aduersarium sibi, qui à regno defecisset. Hanc ob causam insidias ei struendas esse iudicans, subornauit ex amicis suis Philotam, eiq́ dedit scriptas literas tum ad argento clypeatos, tum ad Eumenis comites Macedones, Misit & unà cum eo alios 30. Macedones, homines curiosos & loquaces, quib. mandatum erat, ut seorsum conuenirent duces argēto clypeatorum Antigenem & Teutamum, & eorū opera componerēt aliquas insidias Eumeni, magna dona pollicens, & satrapias maiores. Similiter & ex argento clypeatis notos ciuesq́ conuenirent, donisq́ corrumperent ad insidiandū Eumeni. Et reliquorum quidem nemini persuadere potuerunt: at Teutamus argento clypeatorum dux corruptus, conatus est etiā collegæ Antigeni persuadere, ut facinoris sociū se præberet. At Antigenes prudentia fideiq́ firmitate præstans, non solum contradixit, uerùm etiam illum iam corruptū de sententia deduxit. Docuit enim eum, conducibilius esse ut uiueret Eumenes quàm Antigonus. Hunc enim cùm esset magnus, si uires accreuissent, ablaturū ab ipsis satrapias, & in ipsorum loco suffecturum amicos suos. At Eumenē, qui peregrinus esset, nunquā sibi aliena uendicare ausurū esse, sed cum esset dux, amicitia ipsorū usurum esse, & si se adiuuerint, conseruaturum eis satrapias, fortasis & alias insuper daturum. Igitur qui Eumeni insidias moliebant, hoc pacto offenderunt. Cùm autem Philotas cōmunes literas ducibus reddidisset, coiuerunt argento clypeati cæteriq́ Macedones seorsum absq́ Eumene, & literas iussere recitari. Erat aūt in eis scripta accusatio Eumenis, & adhortatio Macedonum ad Eumenem celeriter cōprehendendum atq́ occidendū. Quod nisi facerent, sese cum uniuerso exercitu uenturū ad bellum eis inferendum, & cōtumacibus dignas irrogaturum pœnas. Recitatis literis in magnū ęstum cecidere tum duces, tum Macedones omnes. Erat enim necesse, ut aut si ad reges inclinassent, Antigono pœnas darent: aut si Antigono dicto audientes fuissent, à Polysperchonte & regib. punirentur. Huiusmodi confusione multitudinē tenente, superuenit Eumenes, lectisq́ literis, hortatus est Macedones, ut agerēt quæ à regib. decreta forent, ne ue ei qui rebellasset, obsequerent. Ac multis quæ ad præsens negocium pertinerent, uerbis habitis, non solū ipse ab instāti periculo liberatus est, uerū etiā multitudinis maiorē sibi priore beneuolētiā cōciliauit. Ita factū est ut denuo lapsus insperata pericula, uires suas miro modo reddiderit ualidiores. Itaq́ edicta militib. profectione, contēdit in Phœniciā, studēs naues ex omnib, urbibus

Eumenes conscribit exercitum.

Ptolemæi erga Eumenem inuidia.

Antigonus Eumeni insidias frustra molitur.

urbib. cõgregare,& iustã classẽ cõficere,quo Polysperchõ assumptis ex Phœnicia manib.mari dominaret̃,tutoq; transportare posset qñ uellet Macedoniæ copias in Asiã aduersus Antigonũ. Et hic quidẽ in Phœnicia morabat̃, nauales copias cõparãs. Hæc dum gerunt̃,Nicanor,qui Munychiã tenebat, audiẽs Cassandrũ ex Macedonia discessisse ad Antigonũ,Polysperchontẽ uerò expectari celeriter uenturũ in Atticã cũ exercitu,cẽsebat Athenienslib. retinendã esse erga Cassandrũ beneuolentiam. Sed nemine ei obtẽperante, quinimo omnibus p̃sidiũ quãprimũ educendũ esse,censentib. primũ eluso populo persuasit, ut paucos dies differret:facturũ enim se quæ ciuitati cõducerẽt. Deinde Athenienslib.aliquot dieb.quietẽ habẽtib. noctu milites paulatim Munychiam clãculũ introduxit,ita ut satis magnę uires fuerint ad loci præsidiũ,& ad sustinendam castelli obsidionẽ,si qui tentarẽt. At Athenienses ubi Nicanorẽ nihil sani facere cognouerunt,ad regẽ & Polysperchontẽ legationem miserunt, petẽtes ut sibi suppetias ferrẽt,secundũ libellos quib.scriptũ fuerat,ut Greci suis legib. uterent̃. Ipsi sæpe coacta cõcione cõsultant quid agendũ sit de bello aduersus Nicanorẽ gerẽdo. Hic adhuc circa hæc occupatis,Nicanor multis mercede cõductis,clã noctu edictis militib.occupat muros Pirei,& clausträ portus. Athenienses cũ neq; Munychiã recepissent,& Pirẽũ insuper amisissent,ægrè ferebãt. Itaq; delectis legatis uiris illustrib. & Nicanori amicitia iũctis, Phocione Phoci,& Conone Timothei, & Clearcho Nausiclis filio, eos ad Nicanorẽ miserũt, accusantes eum ob illud factũ, petẽtesq; ut ipsis potestatẽ redderet uiuẽdi suis legib.secundũ scriptũ decretũ. Nicanor responsum dedit,ut ad Cassandrũ legatos mitterẽt:se.n.ab illo præfectũ p̃sidio,nullã habere potestatẽ quicq; priuata authoritate agẽdi. Eodem tẽpore uenerũt Nicanori ab Olympiade literæ,in quib.ei mãdabat ut Athenienslib. Munychiã Piræumq; redderet. Nicanor audiẽs fore ut reges & Polysperchion reuocarẽt in Macedoniã Olympiadẽ, eiq; & pueri tutelã traderẽt,& pristinã authoritatẽ & honorẽ (ut Alexãdro uiuente fuisset) restituerẽt,territus, ꝓmisit ille quidẽ se redditurũ, sed semper causas aliquas prætexẽs, ꝓcrastinabat̃. Athenienses uerò cũ superioribus tẽporib. Olympiadẽ magni fecissẽt,& decretos ei honores re uera ratos esse existimarẽt, secq; leges suas eius opera sine ullo piculo recuperaturos esse sperarẽt,lętabant̃. Verũ cũ ꝓmissa nõ p̃starent̃,uenit Alexander Polysperchontis filius cũ exercitu in Atticã. Eum suspicati sunt Athenien.uenire ut populo Munychiã Pirẽũq; redderet,sed re uera non ita erat:cõtraq; ipse sibi utrũq; accepturus ueniebat ad usus belli. Authores.n.habebat quosdã q Antipatro fuerãt amici, & Phociõ legũ pœnas metuẽs,obuiã iuit Alexãdro,ac q̃d cõduceret docendo, ꝓsuasit ei ut p̃sidia retineret,nec Athenienslib.traderet,donec debellatus esset Cassander. Alexãder uerò ꝓpè Pirẽũ castra metatus,Atheniẽses nõ admittebat ad colloqa cum Nicanore,sed seorsum cũ eo sermocinãs,& negociũ arcanè tractans,Athenienslib.nociturus aptè uidebat̃. Populus uerò coacta cõcione,præsentes magistratus abrogauit,ac cõstituta ex maximè popularib.curia.eos qui in paucorũ dominatu magistratũ gesserant dãnauit,quosdã morte,alios exilio, & bonorũ publicatione,in quib. erat & Phocion,is qui sub Antipatro summæ rei potentatum habuerat.Igitur hi ex urbe eiecti,confugerunt ad Alexandrũ Polysperchontis filium,ac per eum salutẽ sibi parare cõtendebant. Ab hoc comiter excepti,literas acceperũt ad patrẽ Polysperchontẽ,ne q̃d mali accideret Phocioni,q illius partes defendissẽt,& nũc ad omnia se ei adfuturũ ꝓmitteret. Cũ aũt populus legationẽ misissẽt ad Polysperchontẽ, q̃ & Phocione accusaret, & ut ipsis Munychia cũ legũ libertate daret̃ oraret,Polysperchõ auebat ille q̃dẽ Piræum p̃sidio tenere, ꝓpterea quòd magnas haberet portus ad usus belli cõmoditates:sed cũ puderet cõtraria facere libellis à se ꝓmulgatis, & existimaret perfidũ se iudicatũ iri apud Græcos,si in clarissimam urbẽ delinqueret,sententiam mutauit: auditisq; legatis,eis qui à populo missi erãt comiter & benigne respon-

Nicanor Munichiam et Piræũ occupat clam Athenienſibus.

Olympias Nicanori ſcribit, ut Athenienſibus Munychiam Piræumq; reddat.

Polysperchon Athenienſibus Phocionem dedit.

reſponſum dedit: ſed Phocionem cum ſuis comprehẽſum miſit uinctum Athenas, populo poteſtatem dans uel interficiendi ſi uellet, uel à criminibus abſoluendi. Igitur coacta Athenis concione, propoſitoq; Phocioni & ſuis iudicio, multi eorum qui ſub Antipatro exulauerant, & qui in republica ab eis diſſidebant, eos capitis accuſarunt. Erat autem accuſationis ſumma hæc, quòd hi poſt Lamiacum bellum, ex parte cauſa fuerint tum ſeruitutis patriæ, tum antiquationis reipub. atq; legum. Vbi deinde reis tempus datum eſt, cauſam dicendi, exorſus eſt Phocion pro ſe uerba facere. Sed plebs tumultuando defenſione excuſsit, adeò ut in magnam trepidationem uenerint rei: Finito deinde tumultu Phocion rurſus cauſam dicit, ſed turba reclamat, uocemq; periclitãtis audiri prohibet. Multitudo enim plebeiorum à reipub. adminiſtratione depulſa, & præter ſpem reditum adepta, acriter ijs ſuccenſebat, qui legum libertatem ſuſtulerunt. Vrgente autem Phocione, & in tam deſperato ſtatu pro uita ſua clamante, qui propè aderant, audiebant æquitatem cauſæ. Sed qui longius diſtabant, præ clamoris tumultuantium magnitudine audiebant nihil: ipſam tantum ſpectabant corporis motionem trepidantem, & uariam, propter periculi magnitudinem. Tandem de ſalute deſperans Phocion, exclamauit orans, ut ſe quidem capitis damnarent, ſed alijs parcerent. Sed cùm immutabilis ac uiolentus eſſet plebis impetus, proceſſerunt quidam amicorum ut Phocioni patrocinarentur: quorum orationis initia audiebat plebs. Verùm cum progredientes

Phocion cum ſuis ab Athenienſibus per calumniam necatur.

manifeſtò defenſionem explicabant, eijciebantur tumultibus & aduerſis clamoribus. Ad extremum totius populi ſuffragijs damnati, in carcerem ad mortem abducuntur. Subſequebantur eos multi uiri boni lamentantes, & caſus illorum magnitudinem dolentes. Quod enim primi gloria & nobilitate uiri, & qui multa in uita ſua benignè feciſſent, nec orationẽ, nec iudicium iuſtum obtinerẽt, hoc uerò multos in animi ſolicitudinem metumq; adducebat, quia ſit inconſtans, & omnibus fortuna communis. Rurſus plebeiorum multi, & ei pariter infenſi conuiciabantur immiſericorditer, & acerbè ei calamitates exprobabant. Etenim tacitum in rebus ſecundis odium, dum ex mutatione in rebus aduerſis præ ira rumpit, efferatur in eos qui ſunt inuiſi. Igitur illi cicutæ potione,

Caſſander in Piræum nauigat.

ſecundùm morem patrium, uita priuati, proiecti ſunt omnes inſepulti extra fines Atticæ. Itaq; Phocion eiuſq; comites calumnia oppreſsi, hũc uitæ finem habuere. Caſſander uerò acceptis ab Antigono triginta quinq; longis nauibus, militumq; quatuor millibus, nauigauit in Piræum, & admiſſus à Nicanore præſidij præfecto, Piræum clauſtraq; portus accepit, Munychiam ipſe Nicanor retinuit, habens ſuos milites qui ſatis eſſent ad tuendum caſtellum. Polyſperchon uerò cum regibus morabatur in Phocide. Sed audito Caſſandri in Piræum appulſu, uenit in Atticam, & prope Piræum caſtra fecit. Habebat autem ſecum peditum Macedonum uiginti millia: reliquorum ſociorum circiter quatuor millia, equites mille, elephantos ſexagintaquinq;. Et conatus eſt ille quidẽ obſidere Caſſandrum: ſed quia commeatu carebat, & obſidionem longam fore ſuſpicabatur, coactus eſt copiarum partem in Attica relinquere, cui parti poſſet frumentum ſuppeditari, duce ipſius filio Alexandro. Ipſe aſſumpta copiarum parte maxima, uenit in Peloponneſum, ut Megalopolitanos cogeret parere regibus, qui quidẽ Caſſandri partes tuebantur, & inſtituto ab Antipatro dominatu paucorum utebãtur. In his dum Polyſperchon occupatur, Caſſander aſſumpta claſſe Aeginetas ſibi conciliauit: Salaminios animis à ſe alienos concluſit ad obſidendum: ac quotidianis oppugnationibus, cum & telis & militib. abundaret, eos in extremum periculum adduxit. Iam cum urbs neui expugnaretur in periculo eſſet, Polyſperchon magnas copias miſit tum pedeſtres, tum nauales, quæ obſeſſores inuaderent. Quibus territus Caſſander ſoluta obſidione, nauigauit in Pirẽum. Polyſperchon uolens res Peloponneſi utiliter componere, eò uenit, congregatisq; conſeſſoribus ex ciuitatibus, uerba fecit

ba fecit de ineunda se cum societate. Misit & ad ciuitates legatos, mandans ut constitutos ab Antipatro magistratus in paucorum dominatu necarent, populisq; liberas leges redderent. Cumq; multi obedirent, & in urbibus cædes fierent, nonnulli relegarentur, Antipatri amici perierunt, & respub. legum suarum libertatem recuperarunt, cumq; Polysperchonte societatem coiuerunt. Cumq; soli Megalopolitani Cassandri amicitiam retinerent, statuit eorũ urbẽ obsidere. Megalopolitani Polysperchontis consilio cognito, decreuerunt quæ essent in agris, in urbem comportare: & habito ciuium & peregrinorum seruorumq; censu, 15000. inuenerunt quæ ad usus bellicos essent idonea. Protinus igitur partem prælijs destinant, partem ad ministeria operibus adhibent, alijs murorum curam mandant. Ac uno eodemq; tempore pars circum urbem altam fossam ducit: alij ex agris uallos comportant: nonnulli laborantes murorum partes reficiunt: alij cudendis armis, & missilium atq; catapultarum apparatui incumbunt, denicq; tota urbs in operibus uersatur, tum ob uirorum alacritatem, tum ob imminentia pericula. Erat enim peruulgata tum magnitudo exercitus regij, tum multitudo subsequentium elephantorum, qui & robore & corporis impetu inuicti esse uiderentur. Ita breui omnibus rite compositis, uenit cum uniuersis copijs Polysperchon, & prope urbem consedit, binis castris positis, unis Macedonũ, alterius sociorum: constructasq; turres ligneas, murorum altitudines superantes, admouit urbi locis opportunis, adhibitoq; telorum omni genere & pugnatoribus, repulit eos qui in pinnis propugnabant. Simulq; dum hæc geruntur, sub rutis per cuniculos muris, incensisq; sustentaculis, demolitus est tres turres maximas, & totidem interturria. Quę ruina cum tanta tamq; inopinabilis accidisset, exclamauit multitudo Macedonum: oppidani uerò magnitudine rei perterriti sunt. Hic Macedonibus per ruinam in urbem irrumpentibus, Megalopolitani seipsos diuidunt, atque una parte hostem subsistentes, & loci ruinæ difficultatem adiutricem habentes, acre prælium committunt. Altera parte uallo sepiunt locum qui erat intra ruinam, alterumq; murum contra extruunt, die nocteq; continenter operantes. Quæ opera dum celeriter perficiuntur, tum propter operarum multitudinem tum propter omnium rerum apparatum, effectum est ut ruinæ detrimentum Megalopolitani citò refarserint. Rursus aduersus eos qui deligneis turribus certabant, utebantur catapultis ad missilia & funditorib. sagittarijsq;, quibus multos hostium uulnerabant. Ita cum frequentes utrinq; caderent, & uulnerarentur, & nox interueniisset. Polysperchõ reuocatis tubam militibus, reuersus est in castra sua. Postridie expurgatum ruinæ locum fecit beluis peruium, & cogitabat eorum robore uti ad urbis expugnationem. At Megalopolitani duce Damide, qui fuerat in Asia cum Alexandro, & naturæ ususq; elephantorum peritiam habebat, longè superiores fuerunt. Hic enim commenti sui ope aduersus beluarum uiolentiam usus, inutilia reddidit robora corporum. Nam complura magna ostia densis clauis confixit, & in humilibus foueis constrauit, tectis quæ extabant cuspidibus, atque ita per ea aditum in urbem reliquit. Et à fronte quidem nullum militem collocauit, sed obliquè à lateribus multitudinem constituit iaculatorum & sagittariorum & catapultarum quibus tela iaciuntur. Iam Polysperchonte totum ruinæ locum expurgante, & uniuersis beluis per eum locum adytum parante, accidit hoc inopinatum elephantibus. Nemine enim à fronte occurrente beluis, Indi in urbem irrumpere cogebantur. Elephantes uerò magna mole incedentes, incedebant in confixa stimulis ostia. Cumq; eorum pedes clauis uulnerarentur, & propter corporum grauitatem stimulis perforarentur, neq; ulterius progredi, neque reuerti, ppter mouendi difficultatem poterant. Cumq; simul omne telorũ genus in eos ex obliquo ferretur, Indorum pars moriebatur, alij uulnerabantur, atq; ita ad negociũ inutiles reddebantur. Beluæ uerò partim propter telorum multitudinem, partim

Megalopolitani se ad sustinendam obsidionem parãt.

Polysperchon Megalopolitanos nequicquã obsidet.

Damidis industria aduersus elephantos.

tim propter naturam ictus clauorum, cum dolore cruciarentur, per amicos reuertebantur, eorumq; multos conculcabant. Tandem earum fortissima ac terribilissima, cecidit. Reliquarũ pars prorsus inutilis reddita est, pars multis suorum mortem intulit. Post hunc successum Megalopolitani bono animo fuerunt. Polysperchon de obsidione pœnitentiam agens, & diu manere non ualens, in obsidione reliquit partem exercitus: ipse ad alia magis necessaria negocia se conuertit. Et Clitum quidem nauarchum cum uniuersa classe misit, cum mandato, ut consideret in ijs locis quæ sunt apud Hellespontũ, & copias prohiberet quæ ex Asia transportarentur in Europam. Assumeret etiam Arridæum, qui in Cianorum urbem cum militibus confugerat, & Antigono inimicus erat. Cum Clitus ad Hellespontum nauigasset, & Propõtidis urbes in suas partes pelliceret, atq; insuper Arridæi copias accepisset, appulit in illa loca Nicanor Munychiani præsidij præfectus, missus à Cassandro cum uniuersa classe. Assumpsit & eas, quæ erat ab Antigono naues, ita ut uniuersum plures centum haberet. Igitur commisso non procul ab urbe Byzantinorum nauali prælio uicit Clitus, & depressit aduersariorum naues septendecim, cœpit cũ ipsis uiris non pauciores 40. Reliquæ confugerunt in portum Chalcedonio-rum. Hoc successu usus Clitus, arbitratus est deinceps nõ ausurus hostes naua li prælio contendere, propter acceptæ cladis magnitudinem. At Antigonus audita clade classis, industria & arte sua detrimẽtum mirificè reparauit. Accersitas enim à Byzantijs noctu naues administratorias, traiecit, necnon sagittarios, & funditores, & reliquorum leuis armaturæ militum satis multos. Hi ante diem eos aggressi qui ex hostilibus nauibus ad terram descenderant, & pedestria castra posuerant, Clitianos perterruerũt: ac celeriter cunctis præ metu turbatis, & in naues insilientibus, ingens tumultus extitit, tum propter impedimenta, tum propter captiuorum multitudinem. Interim Antigonus instauratis longis nauibus & impositis in eas multis peditum robustissimis, eos dimisit, hortatus ut hostes confidenter aggrederentur, tanquã omnino potituri uictoria. Igitur cũ Nicanor noctu soluisset, & dies illucesceret, adorti subito turbatos hostes, primo impetu in fugam uertunt, & nauium alias rostris uerberantes disijciunt, aliarum remos detergunt, aliarum sese unà cum uiris dedentium potiuntur sine periculo. Tandem excepta naue prætoria, reliquarũ omnia unà cum uiris potiti sunt. Clitus cum ad terrã fugisset, relicta naui, conatus est per Macedoniam euadere: sed lapsus in quosdam Lysimachi milites, interijt. Igitur Antigonus cõiectis in tantam calamitatem hostibus, magnam gloriam ob imperandi scientiam & solertiam adeptus est. Studebat autem mari dominari, & Asiæ incontrouersum imperium sibi parare. Itaq; delectis ex uniuerso exercitu peditum probe instructis 20000. equitum 4000. contẽdit in Ciliciam cupiens Eumenem profligare, priusquam copiorem exercitum cogeret. Eumenes audito Antigoni impetu, conatus est ille quidem Phœniciam recuperare regibus, occupatam iniustè à Ptolemæo, sed temporum celeritate impeditus, profectus est ex Phœnicia, & per Cœlesyriam processit cum exercitu, cupiens superiores (ut dicuntur) satrapias attingere. Atque apud Tygrim fluuium, adortis eum noctu incolis, amisit nonnullos milites. Similiter in Babylonia aggresso eum Seleuco apud Euphratem fluuium, parum abfuit, quin uniuersum exercitum amiserit, cum fossa quædam rupta foret, & uniuersa castra concluſa. Verùm imperatoria arte usus, confugit ad quendam tumulum, & auersa iterum fossa, & seipsum exercitum conseruauit. Ac mirabiliter elapsus ex Seleuci manibus, peruenit in Persidem cum exercitu, habens peditum quindecim millia, equitum mille trecentos. Et recreatis ex labore militibus, misit ad satrapas & duces superiorum satrapiarum ad accersendos milites & pecunias. Acres quidem Asiæ hoc anno hactenus progressæ sunt.

Clitus Nicanorem in nauali prælio fundit.

Clitus ab Antigonianis prælio nauali uictus.

Eumenes in Oriẽtem cum Exercitu proficiscitur.

In Europa

In Europa uerò Polysperchõte,ppter cladem in Megalopolitana obsidione acceptam contempto,pleraeq; Græcarum urbium à regibus ad Cassandrum defecerunt.Cùm autem Athenienses præsidium depellere,neq; Polysperchõtis neq; Olympiadis opera possent,ausus est quidam laudatorum ciuium dicere in concione,expedire ut cum Cassandro componerent.Ac primum tumultus extitit,dum nonnulli contradicunt,alij illi sententiæ suffragantur. Deinde perpensa utilitate,uisum est omnib. legatos ad Cassandrum mittere,& cum eo quàm fieri posset optimè componere.Ac compluribus interiectis colloquijs, conuenit de pace ea conditione,ut Athenienses haberent urbem & redditus, & naues,cæteraq; omnia,& Antipatro amici sociq; forent: Munychiam uerò in pręsentia retineret Cassander,donec bellũ aduersus reges finiuisset.Respub. autem ex censu administraretur usque ad menses decem,& constitueretur curator urbis unus,quemcunq; uisum esset Cassandro.Est autem electus Demetrius Phalereus.Hic susceptа urbis cura, pacatè texit,& ciuibus humanum se præbuit.Postea cum Nicanor in Piræum appulisset ornata classe nauiũ rostris, quæ ex uictoria reportauerst, primò eum honorificè excepit Cassander, propter successus secundos. Sed postea uidens eum arrogantiæ fastusq; plenum & insuper Munychiam suorum militum præsidio tenentem, eum dolo interfecit. Fecit & in Macedoniam expeditionem,& incolarum multos habuit,qui ad ipsum defecerunt. Similiter & Græcas urbes inuasit quædam libido coëundi cum Antipatro societatem.Nam Polysperchon pigrè uidebatur & insipienter præesse,tum regno tum sociis.At Cassander æquum se omnibus exhibens, & in rebus gerendis sedulum,multos habebat sectatores sui potentatus. Cærum quoniam sequenti anno Agathocles factus est Syracusanorum tyrannus, huius libri finem faciemus, quemadmodum initium proposuimus.Sequentis uerò initio ab Agathoclis tyrannide facto, res gestas huic operi conuenientes persequemur.

Athenienses cum Cassandro pacem componunt.

Demetrius Phalereus.

Nicanorẽ Cassander per dolum interficit.

Libri XVIII. *finis.*

DIODORI SICVLI
BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ
LIBER DECIMVS NONVS. INterprete quodam Gallo.

NEtvs quoddam inualuit dictum,respub. illas populi imperio administrari solitas,non à uulgaribus,sed à primarię dignitatis hominibus profligari. Quocirca nonnullæ ciuitates habentes suspectos eos qui potentia præstarẽt reliquis rempublicam gerentibus, ipsorum splendorẽ emergentem supprimunt. In principio enim uidẽt esse eorum inclinatio qui in potentia cõstituti sunt,ut patriam in seruitutẽ redigant. Ac difficilè sibi temperãt, quin soli dominari uelint,qui propter authoritatem spem dominationis cõceperunt.Insitum enim est maiora appetẽtibus,ut plus habere conentur,& eorũ cupiditas modũ non habet.Igitur Athenienses propter hasce causas ciues principes relegarunt,lege sancientes Ostraciſmum,quæ apud eos dicebaẽ, testularum suffragijs ex urbe ad tẽpus eiectio. Atq; id faciebant non ut de anteactis delictis suppliciũ sumerent,sed ut ijs qui leges uiolare possent,nullus locus relinquereẽ aduersus patriã delinquendi. Vocis enim Solonis tanq; oraculi meminerant,dum præsentiens Pisistrati tyrannidẽ,hoc elegiacum protulit.

Democratiam uulgus Aristocratiam Optimates,quo studio tueantur.

Ostraciſmus.

Per magnos est urbs collapsa : tyrannus iniquo
Ignauum populum mancipat imperio.

Maximè uerò omnium increbuit ſtudium ad Monarchias in Sicilia, antequã Romani ei inſulæ dominarentur. Ciuitates enim popularibus concionibus deceptæ eo uſq; debiles in poteſtatem extollebãt, donec deceptorum domini fierent. Maximè autem peculiariter præ omnibus Agathocles Syracuſanis domi natus eſt, uſus quidem minimis opportunitatibus: grauiſsimis autem calamitatibus non ſolum Syracuſas, ſed & totam Siciliam, & Libyam circumuoluẽs. Nam propter uictus inopiam & rerum difficultatem, artem fictilem cum exercuiſſet, eò potentiæ atq; crudelitatis prouectus eſt, ut omnium maximã & pulcherrimam inſulam ſeruam redderet, & certo temporis ſpacio maximã Libyæ partem atq; Italiæ tractus ſibi uſurparet, & Siciliæ ciuitates flagitijs & cędibus cumularet. Nullus enim tyrannorum ante hunc tale quid perpetrauit, neq; talem crudelitatem aduerſus ſubiectos exercuit. Priuatos enim puniebat, & omnem cognationẽ mactabat. A' ciuitatibus autem pœnas exigebat, per omnia ætatum genera cædibus graſſans, & propter paucos reos, multos qui ne tantulum quidem offenderant, cogens hanc eandem ſubire calamitatem paſsim omnes urbes in ſupplicium capitis uocabat. At cùm hic præſens liber cum alijs cõplectatur & tyrannidem Agathoclis, omiſſa de ea præfatione, coniungemus ea quæ prædictis ſunt continua, prius adijcientes tempora ſcriptioni conuenientia. Igitur in præcedentibus octodecim libris deſcripſimus antiquiſsimorũ temporum res geſtas, in cognitis orbis habitati regionibus, quantum uires tulerunt, uſque ad eum annum, qui Agathoclis tyrannidem anteceſsit, in quem à Troia capta anni 866. numerantur. In hoc uerò principium ducẽtes ab hoc dominatu, finem faciemus in pugna, quæ fuit ad Himerã Agathocli cum Carthaginenſibus, annos 7. complectens.

De Agathocle Iuſtinum conſule li. 22. 23.

Regente Athenis Demogene, Rom. crearunt Conſules L. Plotium, & Manium Fuluium: Agathocles uerò Syracuſanus ciuitatis tyrannus extitit. Vt autem res ſingillatim tractatæ fiant clariores, breuia quædã ordine congeremus de prædicto principe. Carcinus Reginus patria exulans, habitauit Thermis Sicil[illegible]æ, quæ ciuitatis Carthaginenſibus ſubiecta erat. Cum autem rem habuiſſet cum quadam hominum eius loci uxore, eamq; grauidam reddidiſſet, continuè in ſomnijs perturbabatur. Quapropter anxiè ſollicitus de prole ſuſcipienda, quibuſdam Carthaginenſibus ſpectatoribus Delphos nauigantibus mandata dedit interrogãdi Dei de partu futuro. Cum munere ſibi demandato ſedulo perfuncti fuiſſent, oraculo reſponſum eſt, natum illum Carthaginenſibus & toti Siciliæ fore magnarum calamitatum authorem. Quæ cùm audijſſet, cõſternatus infantulum publicè expoſuit, & cuſtodes, ut è uiuis tolleretur, conſtituit. Progreſſu uerò aliquot dierum, is non moritur: deſtinati autem ad cuſtodiam, rem negligebant. Cæterùm eo tẽpore mater noctu acceſsit, & clam puerulum ſubtraxit, nec apud ſe collocauit, maritum extimeſcens, ſed apud fratrem Heraclidem deponens, Agathoclem denominauit, nominis ſimilitudinẽ in ſuijpſius patrẽ referens. Apud quẽ educatus infans, euaſit & aſpectu formoſus, & corpore multo ualentior quàm pro ætate. Cùm ipſe ad annum ſeptimũ peruenijſſet, inuitatus Carcinus ab Heraclide ad quoddam ſacrificiũ, & intuitus Agathoclem colludentem cum quibuſdam ſuis æqualibus, admirabatur & formam & robur. Dicente uerò uxore, quod tantæ magnitudinis foret ille expoſitus, ſi modò educatus fuiſſet: dixit ſe facti pœnitere, & aſsiduè lachrymabatur. Deinde exploratum habens illa animum uiri conſentiẽtem cum ijs quæ facta eſſent, totam ueritatem expoſuit. Is uerò libẽter excipiens hos ſermones, filium quidem aſſumpſit, & Carthaginenſes formidans, cum tota ſua familia Syracuſas commigrauit. Et cum pauper eſſet, Agathoclen, adhuc in ea ætate puerum, docuit artem fictilem. Eo autem tempore Timoleon Corinthius prælio ad Ceniſſum commiſſo, ſuperatis à ſe Carthaginenſibus, donauit ciuitate Syracuſana omnes quicunq; uellent. Carcinus autem cum Agathocle in

Agathoclis natiuitas.

Agathocles figulinam didicit.

ciuium

ciuium numerum adscriptus. Posthac uitæ ad breue tempus protracta, mortem obijt. Mater uerò filij statuam lapideam in quodam loco erexit, apud quã examen apum considens, in femoribus ceram confecit. Hoc signo ostenso ijs qui circa hæc occupabantur, omnes declararunt, secundum ætatis uigorem, eum peruenturum ad summum splendorem: quod quidem etiam accidit. Damus enim quidam inter illustres Syracusis cõnumeratus, Agathoclem adamauit, & primo omnia largè suppeditans, author fuit ut ipse mediocres opes consecutus sit. Postea Acragantis electus dux (defuncto quodam tribuno hunc in illius locum sustinuit. Hic uerò ante militiam erat grauitate præcipua propter armorum magnitudinem, se enim exercuerat in procinctu gestandis tanta magnitudine armis, ut nullus alius facilè posset uti eo armorum onere) Electus uerò tribunus, multò maiorem gloriam sibi comparauit, cùm esset periculorum contemptor, & in pugnis audacissimus: acris & expeditus in concionibus popularibus. Cùm uerò Damas morbo defunctus esset, & facultates uxori legasset, eam duxit, & inter ditissimos unus referebatur. Post hæc Crotoniatis obsessis à Brutijs, Syracusani ualida subsidia miserunt, quorum imperator erat cum alijs Antander Agathoclis frater. Horum uerò omnium principatum sortitus est Heraclides & Sosistratus, uiri in consilijs insidiosis, & cædibus & magnis piaculis magnam partem ætatis suæ cõfirmati. Quæ quidem singillatim liber præcedens complectitur. Militabat autem & cum ipsis Agathocles notus ei populo, & tribunatui præfectus. Qui quidem primò factus superior in prælijs aduersus barbaros, per inuidiam priuatus est præmio præstantis fortitudinis à Sosistrato, quo facto indignatus, ipsos accusauit ad populum, ut qui ad tyrannidem aspirarent. Cum uerò Syracusani calumnias nihil morarentur, post reditum ex Crotone, Sosistratus rexit patriam. Agathocles autem eis infensus, primùm in Italia residebat, cum ijs quos rerum suarum socios habebat, & conatus capere urbem Crotoniatarum, spe sua excidit, & cum paucis Tarentum saluus se recipit: & apud Tarentinos adscriptus in classem stipendiariorum, & multas res easq; proteruas aggrediens, in suspitionem uenit, quasi qui rebus nouis studeret. Quapropter hac quoque militia priuatus, colligit eos qui per Italiam profugi erant, & Reginis oppugnatis ab Heraclide & Sosistrato suppetias tulit. Deinde principatu Syracusano abolito, & Sosistrato exulante, in patriam reuersus est. Cùm autem multi uiri illustres cum potentibus pulsi fuissent, uidelicet sexcenti de clarissimis, quasi qui dominatus paucorum participes fuissent, bellum profugis intercessit cum ijs qui popularem dominatum tuebantur. Cum auxiliares essent Carthaginenses profugis Sosistrati, assidua pericula obtinebant, & conflictus uirorum & copiarum. In quibus Agathocles, qui aliquando priuatus, aliquando dux creatus, creditus est homo strenuus & industrius in excogitanda quapiam commoditate, ad singulas opportunitates: quorum quidem unum & ualdè memoria dignum præstitit. Nam aliquando Syracusanis propè Gelam castra metantibus, ipse noctu cum mille militibus in urbem subirrupit. Sosistratiani autem cum exercitu numeroso & aptè dispositò exorti, subingressos in fugam uertunt, & ad trecentos deiecerunt. Alijs uerò conantibus effugere per quendam angustum locum, & salutem non expectantibus, præter expectationem Agathocles à periculis eos liberauit. Ipse enim Illustrissimè omnium prælijatus, septem uulnera accepit, & ex copia cruoris defluentis, corpus elanguit. Hostibus imminentibus, denunciauit tubicinibus, ut progressi ad ambas partes muri, prælij signum darent. Cùm è uestigio mandatum hoc executi fuissent, qui ex Gela in auxilium accurrerant, propter caliginem ueritatem non poterant obseruare: suspicati enim alterum Syracusanorum exercitum per utraque mœnium latera subingressum esse, persequi

Agathoclis ẽ incrementa.

deinceps deſtiterunt, & diuiſo in duas partes exercitu, confeſtim auxiliabantur, ad ſonitum tubarum concurrentes. Interim qui Agathoclis partes ſequebantur, ſpacium nacti, tutiſsimè euaſerunt in uallum. Sic igitur Agathocles cum militari aſtutia hoſtes deluſiſſet, nõ ſolùm ſuos, uerùm etiam auxiliarium ſeptingentos uiros inopinatò conſeruauit. Poſthæc Aceſtoride Corinthio electo Syracuſis duce, uiſus propter prudentiam affectare tyrannidem, euaſit periculum. Nam Aceſtorides ſeditionem euitans, atq; ob id nolẽs ipſum apertè de medio tollere, iuſsit urbe excedere, & emiſit qui noctu inter proficiſcendum eum interficerent. Agathocles autem imperatoris conſtitutum cõſciens, ex pueris delegit eum qui ſuiſpſius formam maximè referret, et magnitudine corporis & uultu. Huic cum tradidiſſet arma ſua & equum, præterea ueſtem, circumuenit eos qui ad internecionem emiſsi fuerant. Ipſe uerò pannis opertus, per locum inuium alterius partis iter fecit. Illi ex armis atq; aliſs indicijs Agathoclem eſſe ſuſpicati, nec propter tenebras exactè uidentes, cædem quidem executi, ſed facto quod erant moliti, fruſtrati fuerunt. Poſt hæc exulibus Soſiſtratianis receptis à Syracuſanis, & ab iiſdem pace cum Carthaginenſibus conſtituta, Agathocles profugus cum eſſet, proprium exercitum in regione mediterranea conſcripſit, ac cum perterrefeciſſet non ſolùm ciues, ſed & Carthaginenſes, perſuaſus eſt redire in patriam: & à ciuibus in Demetrij fanum productus, iureiurando confirmauit ſe populari dominationi nihil reſtiturum, & profeſſus promouere Democratiam, uariſs concionibus apud populum habitis, imperator creatus eſt & pacis conſeruator, donec qui in ciuitatem confluxerant, concordes fierent. Contigit enim in multas factiones diuidi ſodalitates coëuntium, & magnas diſcordias inter ſeſe ſuboriri. Maxima autem erat diſſenſio Agathocletianis, conſenſus ſexcẽtorum, qui poſt paucorum dominatum ciuitati præfuerunt. Nam Syracuſanorũ primarij tum gloria, tum facultatibus erant delecti. Agathocles igitur dominationis cupidus multas nactus eſt opportunitates conata perficiendi. Non enim ſolùm in ſua manu habebat copias, ut qui dux eſſet: uerùm etiam cum nunciatum fuiſſet, quod nõnulli transfugæ in mediterraneis apud Erbitam exercitum coëgerẽt, eam nactus eſt poteſtatẽ ſine ſuſpitione, ut militũ quos appeteret delectum haberet. Quocirca cum ſui muneris eſſe ratus dimicare apud Erbitã ad militiam delegit, partim Morgantinos partim ex aliſs urbibus in mediterraneis, & qui ſecum aduerſus Carthaginenſes profecti fuerant. Hi enim omnes amiciſsimo erant animo erga Agathoclẽ, in bello multis beneficijs prouocati. Sexcentos autem Syracuſis qui participes fuerant principatus paucorum, hoſtiliter inſectabantur, in uniuerſum populũ erant peroſi, coacti exequi ſibi præſcripta. Cũ hi eſſent numero ad tria millia, & aptiſsimi ſtudijs & inſtitutis ad euerſionẽ democratiæ, unà etiam delegit ex ciuibus eos qui prę egeſtate & inuidia potentũ ſplendori aduerſarentur. Cumq; ipſi omnia ritè parata forent, militibus edixit ut ſummo mane in Timoleontium conuenirent: ipſe accerſito Piſarcho & Decle, qui uidebantur ſocieteti ſexcentorum præeſſe, qui ſermonem facturus de utilitate publica: ubi aduenerunt, aſſumptis amicis ad quadraginta, ſimulans ſeipſum inſidijs impeti, omnes comprehendit, & eos inter milites criminatus eſt, dicens ſe à 600. raptum iri propter ſuam erga populum beneuolentiam, & deplorauit ſuiſpſius uicem. Inflammata multitudine, ac uociferante, non iam eſſe cunctandum, ſed delicta abſq; dilatione ſupplicijs eſſe uindicanda. Tubicinibus mandauit claſsicum canere, & militibus tollere de medio authores, & diripere facultates ſexcentorum & eorum quos facti ſocios habebant. Omnibus impetu quodam impulſis ad direptionem, urbs repleta eſt perturbatione & magnis calamitatibus. Siquidem ciues gratioſiſsimi hanc cædem contra ſe ipſos præparatam ignorabant, exiliebãt in uiam ex ædibus, ut maturè tumultum perci-

Agathocles Aceſtoridis inſidias callidè euadit.

Agathocles Imp. Syracuſanorum.

Syracuſanorũ in urbe cædes miſerabilis.

tum perciperent. Milites partim propter auaritiam, partim propter furorem animis exacerbati, cædebant eos qui per ignorantiam nuda corpora armis uindicibus exponebant. Angiportis singillatim occupatis à militibus, alij in uicis, alij in ædibus interficiebantur. Multi igitur etiam eorum qui ne tantulum quidem accusati fuerant, mactabantur, desiderantes nosse causam cladis: multitudo enim armata potentiam nacta, non discernebat amicum aut hostem: sed eũ inimici loco ducebat, ex quo se plus commodi reportaturam suspicabatur. Itaque licebat uidere omnem urbem refertam iniurijs & cædibus, & omnis generis iniquitatibus. Siquidem alij propter antegressas inimicitias, à nulla uiolentia sibi temperabant aduersus eos quos odio prosequebantur, cum possent omnia quæcunq; animo libuerat peragere. Alij uerò rati suam rem domesticam diuitum necibus instauratum iri, nihil non moliebantur in eorum perniciem. Alij enim atriorum portas excindebant, alij scalas in domorum fastigia ascendebant, alij pugnabant aduersus eos qui è tectis resistebant. Nec ijs etiam qui ad fana profugerant, deorũ supplicatio salutem adferebat, sed pietas erga deos ab hominibus superabatur. Atq; hæc flagitia perpetrare audebant Græci ad uersus Græcos tempore pacis, in patria, domestici contra cognatos, non naturam, non fœdera, non deos reueriti, in quibus, non quia amicus, sed omnino hostis, sed natura moderatus, non poterit quis reperiri quem afflictorum casus ad commiserationem non inducat. Omnes enim urbis portæ occlusæ fuerunt, & plures quàm quater mille eodem die cæsi sunt, eo solo nomine damnati, quòd alijs gratia præstarent. Eorum uerò qui profugerant alij cum ad portas se recepissent, comprehensi fuerunt: alij de muris seipsos deijcientes, in urbes uicinas euaserunt, nonnulli præ formidine prosilientes, per præcipitia collapsi fuerunt. Multitudo expulsorum à patria erat super sex millia, quorum plurimi ad Acragantinos profugerunt, & illic comiter tractati sunt. Qui Agathocli adhærebant, totum diem occupati in cædibus ciuium, ne quidem se continebant ab iniurijs & iniquitate in mulieris exercenda, uerùm se sumpturos esse dignas pœnas de ijs qui necem effugerant, suspicabantur, si in consanguineos crudeliter sese gererent. Erat enim uerisimile maritos & patres grauiora morte ipsa passuros, cum uxoribus & uirginibus stupra illata considerarent: à quibus nobis amputanda est tragœdia illa ascititia & familiaris alijs scriptoribus, maximè propter afflictorum commiserationem: præterea ut nullus lectorum narrationem singulorum requirit, cum in promptu sit cognitio. Qui enim interdiu in uicis & foro ausi erant mactare innocentes, nõ opus habent narraturo quid tali noctu committebant in ædibus, & quomodo sese gerebant erga uirgines orphanas & uxores, destitutas auxilijs, & in potestatem supremam inimicissimorum prolapsas. Agathocles, elapsis duobus diebus, postquam tandem cæde aduersus ciues expletus est, uiuos captiuos cogens, Dinocratem dimisit, ob amicitiam quæ inter eos intercesserat, alios de medio sustulit, qui animo prorsus abalienato fuerant: reliquos in fugam compulit. Post hæc concione conuocata, criminatus est sexcentos & paucorum principatum, quem ipsi procurarã; cum dixisset se ciuitatem perpurgasse ab ijs qui principatum affectarent, demonstrauit se synceram uiuendi proprijs legibus libertatem populo peperisse, ac cupere aliquando liberatum à laboribus priuatam uitam degere, æquale omnibus, atque hæc dicens, suum paludamentum dilacerauit, & pallio assumpto abibat, se spectandum præbens tanquam unum è multis. Hæc agebat, se popularem simulans, & certò sciens complures ex concione participes fuisse flagitiorum nefariorum, & ob id nunquam consensuros, ut cuipiam alteri imperatoris dignitas demandaretur. Confestim igitur qui oppressorum bona compilarant, uociferabantur ne se desereret, sed omnium curam susciperet. Is initio quietus fuit: deinde multitudine uehementius urgente, dixit se admit-

Nunc etiam Christiani aduersus Christianos bellã gerunt.

Agathocles simulat se Democratiæ amãtem, cum tyrannidem affectaret.

tere prouinciam imperatoriam, sed non quidem cum alijs dominaturum: non enim se ferre, ut quæ alij contra leges committerent, horum ipse collega redderet rationem contra leges. Ita cum per multitudinem liceret ei soli dominari, ipse electus est dux belli, per se solus imperans, & deinceps aperte rexit, & ciuitatis curam gerebat. Ex Syracusanis qui cordato essent animo, alij propter formidinem præ se ferre patientiam cogebantur, alij à multitudine uicti, non audebant in uanum inimicitias manifestare. Plericq; egenorum & eorum qui in ære alieno essent, libenter hanc mutationem exceperunt. Agathocles enim in concione denunciarat fore debitorum immunitates, & pauperibus agrum distribuendum esse. Cum his finem imposuisset, destitit ullos deinceps, aut occidere aut punire, in cõtrarium uerò inclinans, sese beneuolo animo erga multitudinem gerebat, de multis bene meritus, non paucos pollicitationibus in sublime erigens; omnes autem blandis sermonibus populariter demulcens, non mediocrem plausum promerebatur. Ad tantum principatum eùectus, neque diadema assumpsit, neque stipatores habebat, neque difficilem aditum ad se patere uoluit: quæ quidem omnes ferè tyranni sibi parare solent. Curam uerò habuit redditũ & præparandorũ armorũ atq; telorũ. Præterea una cũ nauibus lõgis quę iam suppetebãt, cõpinxit & alias insuper, & assumpsit plurimas quæ erãt pagorũ & ciuitatũ in mediterraneis. Atq; hic quidem Siciliæ status erat.

τῶν ἀκτραιόνων.

Romanorum bellum cum Samnitibus.

In Italia uerò agebatur iam nonus annus, quo Romani cum Samnitibus bellum gerebant: & superioribus temporibus magnis uiribus erant inter se congressi: tunc uerò incursionibus hosticum inuaserunt. Nihil uerò præclarum aut memoria dignum gesserunt. At sine intermissione præsidia oppugnabant, & sine intermissione agrum depopulabantur. Apuliæ uerò totam Dauniam deuastarunt, & subactis Canusijs, obsides ab eis acceperunt. Adiecerũt autem duas tribus ijs quæ iam erant, Valernam & Opheltinam. Hæc dum fiunt, Crotoniatæ fœdus contraxerunt cum Brutijs. Aduersus uerò eos ciues qui à Democratia exciderant, propter societatem erga Heraclidem & Sosistratum (de qua singillatim diximus in libro qui hunc antecedit) iam anno secundo bellũ gerentes, crearunt duces Paronem & Menedemum, uiros illustres. At profugi ex Thurijs impetu facto, assumptis stipendiarijs trecentis, conati sunt noctu clàm irrumpere in patriam, repulsi à Crotoniatis, castrametati sunt ad finitimorum Bruttiorum regionem. Non ita paulò pòst exercitu urbis numeroso superueniente, omnes in pugna mactati sunt.

An. Mundi 3648.

Nos uerò postquam percurrimus ea quæ obuenerunt circa Siciliam & Italiam, sermonem ad reliquas partes Europæ transferemus. In Macedonia Eurydice regno præfecta, & audiens Olympiadem præparari ad reditum, misit tabellarium ad Cassandrum in Peloponnesum, flagitans ut sibi quàm celerrimè auxiliaretur Ex Macedonibus eos qui rebus agendis essent aptissimi, muneribus & pollicitationibus magnis euocans, priuatos beneuolentia sibi conciliabat. Polysperchon autem manum sibi collegit, assumpto Aeacide Epirota, & deduxit Olympiadem in regnum cum nato Alexandri. Audiens igitur Eurydicem in Euijs Macedoniæ esse cum exercitu, irruit in ipsam, festinans uno prælio negocium totum componere. Cum exercitus essent è regione inter se oppositi, Macedones reueriti Olympiadis dignitatem, & memores beneficiorum Alexandri, mutarunt sententiam. Itaque Philippus rex cum suo comitatu statim captus est. Eurydice cum Polycle, uno ex ijs qui erant ipsi à Consilijs, se recipiens Amphipolim, intercepta est. Ad eundem modum Olympias regiorum corporum facta domina, & citra periculum regno recuperato, prosperam formam humanè non tulit: sed primò Eurydice, & eius uiro Philippo in carcerem coniectis, aggressus est eos affligere. Conclusis enim in exiguo loco ipsorum corporibus, per angustum receptaculum necessaria

Olympias in regnum restituta.

Olympias seuit in Eurydicem & Philippum.

faria suppeditabat. Post multos uerò dies sese gerens iniquè aduersus oppressos, quandoquidem apud Macedones malè audiebat propter commiseratio nem erga afflictos: Philippum quidem qui fuerat rex sex annos & mẽses quatuor, quibusdam Thracibus extimulandum tradidit. Eurydicem autem insolescentem, acuociferantem sibi magis conuenire regnum quàm Olympiadi, iudicauit dignam maiori supplicio. Misit itaque ad eam gladium & laqueum, & cicutam, & optionem proposuit, quónam istorum uellet uti ad mortem, omnino nihil reuerita superiorem dignitatem oppressæ, neq; communis fortunæ commiseratione affecta. Vnde in similem mutationem prolapsa, sortita est dignum crudelitate uitæ exitum. Eurydice enim comprecata deos, præsente eo qui illa attulerat, ut Olympiadi talia dona euenirent, uirum obuelauit, curatis eius uulneribus, uti tempus patiebatur. Deinde cum se cingulo suspendisset, finijt uitam, neque lachrymis deplorauit suam fortunam, neque abiecta est magnitudine calamitatum. Olympias his sublatis, sustulit Nicanorem fratrem Cassandri, inuertitq́ue tumulum Iolli, ulciscens, ut ipsa dixit, Alexandri mortem. Delegit autem Cassandri amicorum illustrissimos centum Macedones, quos omnes mactauit. In eiusmodi autem iniquitatibus explens suum animum, fecit ut statim multi ex Macedonibus odio haberent eius crudelitatem. Omnes enim memores erant uerborũ Antipatri, qui ueluti oracu lo prędicens, in morte cohortatus fuerat, ne unq́; permitteretur mulieri præesse regno. Hæc igitur in Macedonia hoc modo administrata, manifestissimè mutationẽ futuram præ se tulerunt. In Asia uerò Eumenes habens Macedones milites argẽteis scutis insignes, & eorũ ducem Antigenem, hybernauit in Babyloniæ nominatis capitum pagis. Misit autem legatos ad Seleucum & Pithonem, postulans ut regibus auxiliarentur, & cum ipso unà bellum gererent cum Antigono. Ex his autẽ Pitho Mediæ, alter uerò Babyloniæ satrapa factus fuerat, quo tempore satrapiarum prouinciæ facta est secunda diuisio in Triparadiso. Qui Seleuci partes sequebantur, dixerunt regibus se uelle necessaria suppeditare: Eumeni uerò se nunquam dicto audientes fore, quem Macedones conuenientes damnassent capitis. Cum uerò multa de hoc instituto disputassent, unà miserunt ab ipsis legatum ad Antigenem & milites argenteis scutis insignes, declarantes æquum esse, ut Eumenes se abdicaret imperio militari. Cùm Macedones ijs sermonibus non obtemperarent, Eumenes laudato eorum prompto studio, cum exercitu profectus est, & cum ad Tigrim fluuium peruenisset, castrametatus est, distans à Babylone stadijs trecentis: ac in animo proposuit iter habere Susam, cogitans de euocandis uiribus è superioribus satrapijs, & de utendis thesauris regijs ad urgentes necessitates.

γυναικοπρα-γείκ quorũ maiorum cau-sa interdũ fit.

ἐπάνοδος ad Eumenis historiam.

ἐφ ταῖς ὀνομαζομέναις κατὰ μέρη πώμαις.

Eumenes à Seleuco & Pithone non admittitur.

Cogebatur autem traijcere fluuium, quòd regio citerior direpta esset, ulterior uerò intacta & integra remaneret, quæque posset commeatum copiosum exercitui suppeditare. Itaque congregatis ab illo undique multis nauibus ad transitum, Seleucus, & Pitho duabus triremib. adnauigarunt, & conplúribus nauibus quæ contis propellerentur. Nam adhuc erant ad terram naues eæ ex ijs quæ fuerant ab Alexandro cõpactæ, circa Babylonem. His adductis ad transitum, rursus conabantur persuadere Macedonib. ut imperio militari abrogaretur Eumenes, ne contra se educeretur homo externus, quiq́; plurimos ex Macedonibus trucidarat. Cùm nulla ratione persuaderetur Antigeni, Seleucus nauigauit ad quandam ueterem fossam, & perrupit ipsius initium, temporis tractu obstructum. Ita inundatis Macedonum castris, & undiquaque loco stagnante, periculum fuit ne periret totus exercitus illuuione. Igitur illa die quieti fuerunt, dubitantes quomodo rebus esset utendum. Postridie solutis nauibus quæ contis impellebantur, circiter numero trecentis, transmiserunt ualidissimam partem exercitus, nullo impediente transi-

tum. Nam Seleucus solos equites habebat, eosque multo pauciore numero aduersarijs. Nocte iam intercipiente, Eumenes anxius de sarcinis, rursus retrò traiecit Macedones: ac duce quodam indigenarum, aggressus est loci cuiusdam repurgationem, per quem facilè esset diuertere fluentem, & peruiam reddere regionem propinquam. His uisis Seleucus uolens quàm celerrimè ipsos ex sua satrapia discedere, legatos misit super inducijs, permisso transitu, statim etiam tabellarios misit ad Antigonum in Mesopotamiam, postulantes ut euestigio ueniret cum exercitu, priusquam ipsi satrapæ cum copijs descendissent. Eumenes autem cum transmisisset Tigrim, & peruenisset Susianam in tres partes diuisit exercitum, propter tritici penuriam. Percurrens autem singillatim regionem, tritico prorsus carebat. Oryzam autem, & Sesamum & fructum palæ militibus distribuebat, cum hæc regio huiusmodi fructibus copiosè affloreret. Cæterùm & prius dederat literas à regibus ad duces superiorum satrapiarum, in quibus erat scriptum, ut in omnibus parerent Eumeni, tuncetiam tabellarios misit, postulans ut omnes obuiam prodirent cum suis copijs in Susianam. Quo quidem tempore contigit & illos collegisse exercitum, & concurrisse mutuò propter alias causas, de quibus necessarium est prius dicere. Pitho creatus fuerat satrapa Mediæ, & dux uniuersarum superiorum satrapiarum, genere Parthus, qui & Philotam præcedentem imperatorem interfecit, & Eudamum fratrem suum in eius locum suffecit. Quo facto reliqui omnes satrapæ concurrerunt, ueriti ne consimiliter affligerentur, cum esset Pitho turbulentus, & magnis conatibus bellicis inuolutus. Igitur superiores prælio, & multis interfectis eorum qui simul prælíati sunt, expulerunt eum ex Parthia. Et ille initiò recessit in Mediam, & paulò pòst cum in Babyloniam peruenisset, cohortabatur Seleucum ut sibi auxiliaretur, & communem spem secum haberet. Itaque propter has causas, cum superiores satrapæ ad eundem locum congregassent exercitus, adfuerunt tabellarij ab Eumene, ad copias expeditas. Erat uerò ducum illustrissimus & communi sententia omnium ducatum assecutus Peucestes, qui fuerat à custodia corporis Alexandri, & propter fortitudinem à rege profectus. Habebat autem maximam partem satrapiæ Persidis, & summo studio ab incolis colebatur. Propter quas causas aiunt etiam Alexandrum ipsi soli Macedonum permisisse usum stolæ Persicæ, uolentem gratificari Persis, & ob id existimantem se habiturum uniuersam multitudinem obedientem. Tunc autem habuit Persas sagittarios & funditores decies mille: armatos ad aciem Macedonicam uarios ter mille: equites Græcos & Thracios sexcentos: Persas plures trecentis. Polemon autem Macedo Carmaniæ satrapa creatus, habebat pedites mille quingentos equites uerò septingentos. Et Sibyritus præfectus Arachosiæ suppeditabat pedites mille, equites uerò decem supra 600. Androbazus ex Paropamisadis Oxyarta dominante satrapiæ, missus est cum peditibus milie ducentis, & equitibus trecentis. Stasander Ariæ & Drangínæ satrapa, assumptis ijs qui essent ex Bactriana, habebat pedites mille quingentos, equites mille. Ab India Eudamus aduenit cum equitibus trecentis, & peditum tribus millibus, & elephantis centum uiginti. Has autem belluas accepit post Alexandri obitum, postquam dolo Porum regem interfecisset. Omnes uerò cum satrapis congregati sunt, pedites quidem plures decem millibus septingentis, equitum quatuor millibus sexcentis.

Satraparum bellum.

Peucestes dux copiarum aduersus Pithonem.

φιλοτιμία ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας.

Cùm peruenissent ad Susianam ad eos qui sequebantur partes Eumenis, publicam quandam concionem indixerunt, in qua multiplex ambitio suborta est de imperio militari. Peucestes enim & propter multitudinem sociorum in pugnando, & propter prærogatiuam quam ab Alexandro habebat, putabat seipsum esse præficiendum omnium imperio. At Antigenes dux

dux Macedonũ Argyraſpidarũ declarauit deferendã eſſe poteſtatẽ electionis Macedonib. qui bello ſubegiſſent Alexãdro Aſiam, & propter fortitudinẽ inuicti permanſiſſent. Eumenes autem formidans ne proter mutuam diſcordiam facilè uicti ſubijcerentur Antigono, cõſilium dabat, ne unus dux conſtitueretur: ſed omnes ſatrapæ & imperatores è multitudine præpoſiti, in aulã regiam conuenientes, ſingulis diebus conſultarent publicè de ijs quæ conducerent. Alexander enim defunctus conſtitutum habebat tabernaculum, & in eo ſolium, apud quod ſacra facientes conſueuerant conſeſſus habere de rebus urgentibus. Atq; omnibus ſignificantibus utilem eſſe ſententiam illam, conſeſſus conueniebat ſingulis diebus, tanquam ciuitatis cuiuſdam populari imperio adminiſtratæ. Poſt hæc cum ipſi Suſa peruenisſent, Eumenes à theſaurorum cuſtodibus conſecutus eſt pecuniarum tantam copiã, quantam neceſsitas poſtulabat. Huic enim ſoli per literas reges ſtatuerant tantum eſſe erogandũ quantum ipſe cenſeret. Igitur cum in ſex menſes erogaſſet ſtipendia Macedonibus, Eudamo adducenti elephantos ex India dedit ducenta talenta: uerbo quidem in expenſas belluarum, ſed re uera hoc munere hominem deliniens. Cuicunq; enim factionis hic homo ſeſe adiunxiſſet, non leue momentum habebat, cum earum belluarum eſſet terribilis uſus. At unuſquiſq; aliorum præfectorum nutriebat eos qui ex regione ad ſeipſum deducti fuerant. Eumenes igitur in Suſiana morans recuperauit exercitum. Antigonus autem cum hybernaſſet in Meſopotamia, primùm conſtituit eueſtigio perſequi Eumenis manum priuſquam uires acquireret. Vt uerò audiuit ſatrapas & copias quæ erant cum eis ad Macedones confluxiſſe, ſtudium cohibuit, & exercitum recuperauit, & milites conſcripſit: uidebat enim bellum magnis caſtris & apparatu non fortuito indigere. Hæc dum aguntur, Attalus & Polemon & Docimus, præter ea Antipater & Philotas, qui duces cum Alcetæ copijs capti fuerant, cuſtodiebantur, in caſtello quodam mirabiliter munito. Hi cùm audiſſent Antigonum in ſuperiores præfecturas adornare profectionem, rati ſe habere accommodã opportunitatem, perſuaſêre quibuſdam ex cuſtodibus, ut ſe ſoluerent: atq; armis potiti, circa mediam noctem cuſtodiam inuaſerunt. Cum ipſi numero eſſent octo, & cuſtodirentur à militibus 400. præſtãtes autem audacia & manuũ dexteritate, propterea quòd cum Alexandro militauerant, correptum Xenopithem præſidij præfectum, è muro præcipitem dederunt, ſaxo illo ſtadij altitudinem habente, aliis partim mactatis, partim deiectis, domos incenderunt. Ex ijs uerò qui foris progreſſum negocij obſeruabant, aſſumpſerunt numero 50. Cùm uerò caſtellum tritici & aliorum neceſſariorum copia abundaret, conſultabant utrum expediret manere, & uti locorum munitione, præſtolantes ab Eumene ſuppetias: an quam primum fugientes uagari per agros, obſeruantes tempus mutationum. Ita cum maior diſſenſio orta eſſet, Docimus egrediendũ eſſe conſulebat. At Attalus aduerſa ipſos ferre poſſe negabat, propter ęrumnã quæ in uinculis acciderat. His inter ſe diſſentientibus, anteuerterũt ex propinquo caſtello accurrentes milites, pedites quidem plures 500. equites uerò 400. & præter hos ex indigenis alij undiq; collecti, plures 3000. qui ex ſeipſis creato duce, exercitu cinxerunt locum. Ita cum ipſi rurſus eſſent incluſi præter expectationem, Docimus explorato quodam deſcenſu non cuſtodito, legationem miſit ad Antigoni uxorem Stratonicen, quæ loco propinqua erat: & cum uno comitãte per eam exilijſſet, ipſe quidẽ fidelitate fruſtratus eſt, ac proditus in cuſtodiã coniectus eſt. Qui uerò cũ ipſo deſcẽderat, is ducẽs hoſtes ſubduxit in locũ nõ paucos, & unũ ex prærupti ſaxis occupauit. Attaliani autẽ multo inferiores multitudine, uirtute reſiſtebant, & quotidie in pugna perſeuerabant. Cæterùm obſeſsi per annum & menſes quatuor, capti ſunt penitus.

Macedones de ducis electione cõſultant.

Attalus & eius collegæ ad ptiui euadere conati tãdem expugnant.

Regente Athenis Democlide, Romani conſules crearunt C. Iunium & Q. Aemilium

Aemilium. Agebatur autem Olympias sexta supra centum & decem, in qua stadium superauit Dinomenes Laco. Circa hęc tempora Antigonus ex Mesopotamia uenit in Babyloniam, & illic cum Seleuco & Pithone communicationem de rebus instituit: assumptisq; milibus ab his, coniunxit nauibus Tigrim fluuium, ac traiectis copijs, contendit in hostes. Quibus auditis Eumenes, Xenophilo arcem custodienti Susis præscripsit, ut neq; aliquid pecuniarum Antigono erogaret, neque rationes subduceret. Ipse assumptis copijs contendit in Tigrim fluuium, distantem à Susis itinere unius diei: quæ ei montanæ regioni contigua est, quæ occupata est ab ijs qui liberi proprijs legibus uiuunt, quos Vxios appellant. Latitudo in multis locis est trium stadiorum, aliquando quatuor: profunditas autem in medio defluxu æquat magnitudinem elephantorum: ac delatus à montanis per stadia septingenta in mare rubrum erumpit, & marino pisce atque marinis belluis affluit, quæ præcipuè apparent sub exortum caniculæ. Hoc fluuio occupato, & uniuersa regione fluuio finitima, à fontibus aduſque mare custodijs muniuerunt, atque ita incursum hostium præstolabantur. Sed cum custodia propter longitudinem non paucis militibus indigeret, Eumenes & Antigenes petierunt à Peuceste ut ex Perside accerseret sagittariorum decem millia. Is uerò initiò non obtemperabat ipsis, expostulans quòd non assecutus esset exercitum. Sed postea re considerata, consensit, quòd uictore Antigono futurum esset ut & satrapiam amitteret, & de uita periclitaretur. Aestuans igitur de seipso, & imperio facilius sic potiturum se existimans, ut qui haberet plurimos milites, adduxit, quemadmodum postulabant, decem millia militum. Ac nonnulli Persarum distantes iter triginta dierum audierunt eo ipso die quod denunciatum fuerat, propter artificiosam solertiam in custodijs: quod quidem non erit consentaneum prætermittere. Nam cum Persia sit interrupta uallibus & scopulis altis atque crebris plena, in his stabant indigenarum uocalissimi quique. Diuisis enim à uocis auditum locis, qui mandatum accipiebant, similiter alijs tradebant: deinde illi rursus alijs, donec usque ad finem satrapiæ perferretur. Cum hæc gererentur ab Eumene & Peuceste, Antigonus, postquam progressus cum exercitu uenit in regiam Susa, Seleucum creauit satrapen regionis, & datis ipsi militibus, præscripsit ei ut obsideret arcem. Dissuadente Xenophilo thesauri custode, ipse cum exercitu conscendit ad hostes, cùm esset uia æstuosa & omnino periculosa peregrinis copijs ad eam ingrediendam. Iccirco noctu cogebantur profectionem instituere, & castra metari circa fluuiũ, antequam sol oriretur. Non tamen potuit esse omni ex parte immunis ab omnibus malis in regione accidentibus: quin quamuis omnia peregisset, quæ peragi possunt, multos milites amisit, propter æstus excessum, cum uidelicet tempus esset circa Caniculæ exortum. At postquã peruenisset ad fluuium Copraten, quæ ad traijciendum opus erant præparabat. Is fluuius ex quadam montana regione manans, influebat in Tigrim, qui ab Eumenis castris stadijs octoginta distabat, & in latitudine continebat ut plurimum quatuor iugera: rapidus aũt in defluxu indigebat nauigijs & pontibus cõiugatis recuperatis paruis nauibus conto impulsis, ijs aliquot pedites transmittit præscribens ut uallum foderent, & ductis aggeribus reliquam partem exercitus reciperent. At Eumenes exploratorum opera auditis hostium insidijs cum transijsset pontem Tigris cum peditum quatuor millibus, equitibus uerò mille trecentis, offendit ex Antigoni militibus qui traiecerant, pedites supra 3000. equites autẽ 4000. & ex ijs qui sparsim consuerant traijcere ad commeatum, non pauciores quàm 6000. Hos repentè turbatos aggressus, alios statim in fugã uertit: ex Macedonib. uerò q restiterũt, ui & multitudine superãs, omnes ad fluuiũ fuga se recipe cõpulit, cũq; oẽs ferrẽt in naues, eæ à multitudine nauigãtiũ sunt demersę.

Eumenes ad Tigrim fluuiũ uenit.

Persicorum nũciorum celeritas.

eorum

Eorum uerò qui natare ausi fuerunt, plurimi à fluctibus abrepti perierunt, pauci salui euaserunt. Qui nationis imperiti erant, ij præferentes captiuitatem interitui, ad fluuium capti fuerunt, ad quatuor millia. Antigonus autem tantam multitudinem perire uidens, propter nauium penuriam auxiliari non poterat: & existimans fieri non posse ut traijceretur, castra mouit ad urbem Bagadem, quæ ad fluuium Eulæum sita est. Cùm autem esset ardens iter propter magnitudinem æstus, multa corpora contabuerunt, & exercitus incidit in inopiã & desperationem. Nihilominus cum in prædicta urbe aliquot dies resedisset, ac exercitum à laboribus recreasset, commodum duxit castra mouere ad Ecbatana Mediæ, & illinc acquirere superiores satrapias. Cùm uerò essent duæ uiæ quæ ducerent in Mediam, suberat nonnihil difficultatis. Editior enim erat pulchra & regia, sed æstuosa & longa, protensa ferè ad dies quadraginta. Quæ uerò ducit per Cossenses gentes, est quidem difficilis, & angusta, & præceps, & per hostiles: adhæc necessariorum penuria laborans, sed breuis & frigidior. *Cossensis gẽs.*

Nec uerò facilè est exercitum ad ipsam transmittere, nisi Barbaris montana hæc loca inhabitantibus persuadeatur. Liberè enim uiuentes propriis legibus iam ab ipsa uetustate, commorãtur in speluncis, uescuntur muribus & fungis: præterea sale cõditis carnibus ferarum. His persuadere Antigonus minimè gloriosum ducebat, aut muneribus eos pellicere, cũ secum haberet tam numerosum exercitum. Igitur adhibitis peltatorum illustrissimis, & sagittarijs, & funditoribus, & alijs leuis armaturæ militib. in duas partes diuisis, partem Nearcho commisit, præscribens ut præcederent, & occuparent loca angusta & confragosa: alijs uerò secundũ uiam cõmunem dispositis, ipse cum phalãge præibat, & extremo ordini exercitus Pythonẽ præfecit. Qui cũ Nearcho priores missi fuerant exiguos scopulos occuparunt, sed non assecuti multa loca eaq; necessaria, multos suorum amiserunt, & uix euaserunt, Barbaris imminentibus. Qui sequebãtur partes Antigoni, postquam tandem uenissent occupaturi locorum angustias, in pericula inciderunt, quibus auxilium adferri non poterat. Nam indigenæ locorum peritiam consecuti, cum præcipitia anticipassent, saxa uasta & continua deuoluebant in transeuntes. Vnà etiam & sagittis crebris usi uulnerabãt eos qui neq; poterant uim illatam propulsare, neq; tela declinare, propter locorum difficultatem. Cũ uia esset præceps & difficilis transitus, accidit ut elephanti & equites, & qui grauibus armis muniti essent, periclitarentur, simul & laborarent, cùm nõ possent sibi ipsis auxiliari: eò difficultatis redactus Antigonus, pœnitentia ducebatur, quòd Pithoni nõ acquieuisset, consulenti ut transitum pecunia redimeret. Cæterùm multis amissis, & alijs periclitantibus, uixi ipse nonus se in terram Mediæ saluus recepit. Exercitus autem propter calorum perpetuitatem, & excessum ærumnarum, culpæ ducebat Antigono, ita ut uoces querulas proferret. Nam diebus quadraginta nondum cõpletis in tria magna infortunia inciderãt. Nihilominus humanè collocutus cum militibus Antigonus, facta copiosa præparatione omnium commeatuum necessariorum, exercitum ex labore recreauit. Et Pithonem misit cum his mandatis ut totã satrapiam percurreret, & colligeret quàm plurimos equites & bellatores equos. præterea iumentorũ multitudinẽ. Hæc autẽ regio cũ semper esset quadrupedũ affluens, facilè Pitho mãdata sua præstitit, & uenit ducẽs equitũ 2000. equos uerò cũ ornamẽtis plusq; 1000. iumentorũ uerò tantã multitudinẽ, ut potuerit totũ exercitũ armare: præterea 500. talẽta ex pecunia regia. Antigonus aũt equites disposuit in ordines, & cũ equos distribuisset ijs qui amiserãt, & iumentorũ multitudinẽ gratis dedisset, militũ beneuolentiã recuperauit. Satrapę & duces Eumeniani ubi audiuerũt hostes castrametari in Media, inter se dissenserunt. Si quidem Eumenes & Antigenes Argyraspidarum dux, & omnes qui à mari eò uenerant, rursus opinabantur oportere discedere in mare: qui ex superioribus satrapijs descenderant, anxij de suis dixerunt tuenda esse loca superiora.

Accrescente

Accrescente dissensione, Eumenes uidens quòd diuiso exercitu, alterutra pars separatim impar esset hostibus, obtemperauit satrapis qui descenderant. Itaq; castris motis à Pasitigride, progressi sunt ad Persepolim, quæ est regia Persidis cum esset iter dierũ uiginti quatuor: cuius erat prima uia usq; ad eam quæ scala uocatur caua, & æstuosa, & laborans inopia necessariorum: reliqua, edita & omnino salubrem aërem habens, & referta annuis fructibus. Habebat enim ualles crebras & umbrosas, & uiridariorum plãtas uarias. Præterea omnis generis arborum naturales conualles & aquas: ita ut uiatores cum summa uoluptate immorarentur locis amœnissimis ad requiem. Erat etiam prædæ multiplicis abundantia, quam accersitam ab indigenis, Peucestes copiosam distribuebat militibus, prouocans eorum beneuolentiam. Inhabitant autem hanc regionem Persarum bellicosissimi, omnes sagittarij & funditores. Videre est autem hominum frequentia hãc regionem multum differre ab alijs Satrapijs. Tandem cum peruenissent in Persepolim regiam, Peucestes huius regionis satrapa, & dux, magnificum sacrificium fecit dijs, & Alexandro & Philippo. Ac accersita ex uniuersa ferè Perside multitudine uictimarum, & aliorum conducentium ad epulas & publicum conuentum, conuiuio excepit exercitum. Repleuit autem sacrificio celebrantium festum, orbes quatuor, qui alij intra alios erat, & ab uno maximo continebantur, cuius erat ambitus decem stadiorum quem adimplebant tam stipendiarij, quàm auxiliariorum multitudo. Secundus autem erat octo stadiorum, in quo erãt partim Argyraspides Macedones. partim alij qui cum Alexandro militarant. Sequentis uerò ambitus stadiorum quatuor. Locus autem replebatur ducibus secundis recumbentibus, & ijs qui essent extra ordinem, & amicis, & ducibus, & equitibus. Intimi ambitus erat duorum stadiorũ lectos diuiserant duces & præfecti equitibus, præterea Persarum illustrissimi. In medio horum erant aræ deorum, & Alexandri, & Philippi, & lecti ex fronde facti fuêre, coopertę aulæ ijs & uarijs tapetib. Perside suppeditãte omnia copiosè ad delicias & uoluptatem. Orbes autem inter se adeò distabant, ut nullus epulantium interturbaretur: & omnes apparatus in promptu essent. Omnibus cum ritè administraretur, multitudo cum applausu prædicabat Peucestæ alacritatem, & manifestum erat eum multum beneuolentiæ acquisiuisse. Quæ quidem conspicatus Eumenes, & ratiocinando colligens Peucesten populariter conciliare sibi multitudinem, quòd imperatoriam dignitatem ambiret: literas commentus est, quorum opera milites ad pugnandũ audaces fecit, & Peucestæ fastum & splendorem deprimens, seipsum in altum euexit, & in expectationem spei maximè apud multitudinem. Erat autem scriptorũ hæc sententia, quòd Olympias assumpto puerulo Alexandri, etiam Macedoniæ regnum authoritate recuperauit, sublato Cassandro. Polysperchon autem in Asiam ad Antigonum transmisit, munitus potentissima manu regia atq; etiam elephantos ducens in Cappadociam. Epistola autem Syriacis literis conscripta, missa fuit ab Oronte, regente Satrapiam Armeniæ, amico Peucestę. Persuasionem obtinente epistola, propter antegressam cum satrapis familiaritatem, Eumenes iussit rem diuulgari & declarari ducibus, & aliorũ militum plurimis. Vniuersus uerò exercitus de sententia decessit, & omnes cõijcie bant oculos in conceptam de Eumene expectationem: ut cuius in manũ futurum esset & prouehere per reges quos uellet, & pœnas sumere de sontibus. Post epulas Eumenes uolens consternatos reddere à se dissentientes, aut appetentes imperatoriæ dignitatis, Sybutum detulit in iudiciũ, qui erat Arachosiæ satrapa, & Peucestę maximè amicus. Miserat autem eo insciò equitum aliquot ad Arachotas, & impedimenta tolli iusserat. Igitur in tantum incidit periculũ, ut si clandestina fuga se non subduxisset, à multitudine fuisset interfectus. Ad eum modum cum alios perterrefecisset Eumenes, & sibi fastigium splendoremq; peperisset, denuò suum institutum mutauit, & Peucesten colloquijs humanis

Conuiuium heroicum.

Eumenes fictis literis Peucestæ authoritatem deprimit.

humanis & magnis promissionibus pellectum bene cupientem sibi & studiosum reddidit ad ferendas regibus suppetias. Festinans autem ab alijs etiam satrapis & ducibus tanquam obsides capere, ne ipsum derelinquerent, praetexuit pecuniae penuriam, & cohortatus est unũ quenq; ut pro uiribus mutuò darent regibus. Cùm accepisset quadringenta talenta à ducibus, à quibus expedire uidebatur, eos quos prius habebat suspectos insidiarũ aut captiuitatis, habuit fidelissimos custodes & pugnae socios. Cùm ipse ad eum modum de ijs in futurum imperium administraret, uenêre quidam è Media, renunciantes q̃ cũ exercitu Antigonus in Persidẽ profectus esset: quibus auditis, & ipse castra mouet, statuens obuiã prodire hostib. & periculo se exponere. In ipsa aũt profectione secũdo die cũ sacrificiũ dijs peregisset, & exercitũ magnificis epulis excepisset, multitudinẽ ad beneuolentiã pellexit, ipse cũ inuitantib. ijs quos ad epulas adhibuerat, ebrius factus fuisset, in debilitatem incidit. Quapropter aliquot dies ab itinere abstinuit, grauatus morbo. Exercitus autẽ animũ despõdebat cũ hostes breui cõgressuri expectarent, & omniũ p̃stantissimus dux morbo oppri mereẽ. Nihilominus morbo iam decrescẽte, postq; se aliquãtulum recollegit, profectus est cũ exercitu prę eunte exercitui Peucestę & Antigene: ipse uerò lectica uectus, subsequaẽ eos qui belluas ducebant, ne ꝓpter tumultũ & loci angustiã cõturbareẽ. Cũ autẽ iter unius diei alteri ab alteris distarẽt exercitus, uterq; misit exploratores, & explorata multitudine & cõsilijs hostiũ, parati erãt quidẽ ad periculũ, sed tamẽ sine p̃lio direpti fuerũt. Vtiq; eñ prætergressi quendã fluuiũ & torrentẽ, disposuerunt exercitũ ad prælũ, sed ꝓpter locorũ angustias cõferere manus nõ potuerũt. Cũ 3. stadiorũ spacio alteri ab alteris castra dimouissent, 4. totis dieb. paruulis p̃lijs inter se decertabãt, & in deprædãda regione p seuerarũt, omniũ penuria laborãtes. Quinto die Antigonus misit legatos & ad satrapas & ad Macedones, postulãs ut Eumeni nõ parerẽt, sed sibi ipsi fidẽ adhiberent. Dixit enim se permissurũ satrapis, ut ꝓprias satrapias retineant: alijs se multas regiones daturũ, alios cũ honore & munerib. in patriã remissurũ, alios militare uolẽtes collocaturũ in ordines unicuiq; cõuenientes. Cũ Macedones his nõ obtẽperarent, sed legatis minarenẽ, Eumenes superueniens laudauit ipsos, & fabulã retulit, quasi p manus traditã & antiquã, sed hoc loco nõ intempestiuam. Leonem amantẽ uirginis, contulisse cum patre puellæ de nuptijs. Patrẽ uerò dicere, quemadmodum paratus sit quidem eam ipsi cõcedere, formidare autẽ ungues & dẽtes, ne quando cõtractis nuptijs, propter aliquã causam exacerbatus, sese gerat belluinè cum uirgine. Cũ leo abiecisset ungues & dẽtes, pater cõspicatus omnia abiecisse, per quæ erat formidabilis, baculo feriens, facilè interfecit. Non absimile facere Antigonum: eouscq; promissiones extẽdere, donec exercitu potiaẽ, atq; ita de ducibus pœnas sumat. Multitudine ut rectè dicenti applaudente, dimisit concionem. Nocte oborta, uenere nonnulli ueluti transfugæ à castris Antigoni, dicentes Antigonum significasse militibus, ut circa uigiliã secundã castra mouerẽt. Eumenes ratione subducta, uerè suspicatus est hostes ituros in Gabienẽ. Hęc eñ distãs trium dierũ iter: erat adhuc intacta, & referta fructib. & alimoniæ, & in uniuersum omnib. quæ possunt numerosis exercitib. necessaria abũdè suppeditare. Prę ter has cõmoditates locus ipsis auxiliabaẽ, habẽs fluuios & torrẽtes inuios. Festinãs aũt anteuertere hostes, similiter fecit. Nã nõnullos stipẽdiarios pecunia ꝑsuasos misit tanq; trãsfugas, cũ mãdatis, ut nũciarẽt Eumenẽ decreuisse noctu uallũ inuadere. Ipse impedimenta præmisit, & militibus præscripsit, ut sumpta cœna quàm celerrimè, castra mouerent. Quibus omnibus statim peractis, Antigonus audiens ab exploratoribus, quòd noctu pugnare decreuissent hostes, à profectione abstinuit, & disposuit exercitũ ad pericula. Eo circa hæc conturbato, & anxiè sollicito de futuris, Eumenes eodẽ insçio ꝓgressus est, & celeriter Gabienẽ cõtendit.

Eumenes ex ebrietate in morbum incidit.

Antigonus frustra Macedones alienos ab Eumene facere conatur.

Fabula de ape more uirginis & leonis.

Eumenes & Antigonus alter alterũ arte militare uicissim eludũt.

Antigonus

Antigonus autem aliquantisper in armis continuit exercitum. Vt uerò ab exploratoribus audiuit decessum hostium, ac intellexit seipsum militari astutia deceptum, nihilominus in proposito perseuerauit. Cumq; edixisset militibus progredi, processit itinere cõtento & persecutioni simili. Sed cum Eumenes anteuertisset duabus noctis partibus, uidens non esse facilè uniuersum exercitum assequi tantum progressos, tale quid excogitauit. Reliquum exercitum Pithoni commisit, & præcepit ut lento gradu sequeretur. Ipse assumptis equitibus, raptim iter fecit. Cumq; suo auroram deprehendisset extremam partem exercitus hostilis descendentem de quodam collo, stetit in cacuminibus montis, factus conspicuus hostibus. Qui sequebantur Eumenem, ex iusto interuallo conspicati hostium equites, & rati uniuersum exercitum, iter inhibuerunt, & copias disposuerunt, tanquam futuro mox prælio. Itaque amborum exercituum duces illo modo mutuis sese artibus circumuenerunt, tanquam certantes de prudentia, & ostendentes spem uictoriæ in seipsis reponere. Igitur Antigonus propter eiusmodi solertiam excogitatam, hostibus fuit impedimento ne ulterius progrederentur: & sibi ipsi spacium peperit ad expectandum exercitum. Postquam manus uniuersa aduenit, aciem instruxit, & ad hostes descendi terribiliter procinctus. Habebat autem in uniuersum cum ijs qui adiecti fuerant per Pithonem & Seleucum peditum supra 28000. equitũ 8000. elephantos 65. Insolitis autem usi fuerunt ordinibus duces, in his quoq; de peritia inter se contendentes. Siquidem Eumenes in sinistro cornu collocauit Eudamum, qui ex India elephantos adduxerat, habẽtem circum se turmam equitum numero centum quinquaginta. Ante hos collocauit cohortes duas lectorum lanceariorum, ordine equitum quinquagenos. Hos adiunxit ijs qui loco superiores erant. Secundùm hos Stasandrum constituit ducem habentem ex propriis equitib. nongentos quinquaginta. Post hos etiam constituit Amphimachum Mesopotamiæ satrapam, quem consequebantur equites 600. His cõiunxit Eumenis famulorum cohortes duas, quarum utraq; constabat ex equitibus quinquaginta. Itemq; obliquas cohortes 4. quæ extra cornu præsidio essent: equites sexcentos quorum dux prius erat Sibyrtus, sed propter eius fugam imperium sortitus est Cepsalon. Deinceps erant quingenti ex Paropamisadis, & totidem Thraces ex superioribus satrapijs. Ante hos omnes statuit in quodã ueluti flexu elephantos quadraginta quinq;, & sagittarios atq; fundítores in ipsis beluarum interuallis, maximè idoneos. Ad eundem modum munito dextro cornu, coniunxit ipsorum phalangem. Huius partem superiorem obtinebant mercenarij excedentes numerum sex millium. Deinceps erant qui Macedonico more armati, ex diuersis gentibus conuenerant. Post hos Macedones constiterunt, non plures quàm tria millia Argyraspidarum, inuictorum quidem & qui propter res præclarè gestas hostibus essent magnopere formidolosi. Super omnes autem eos qui erant ex propugnatoribus, supra tria millia, Antigene, & Teutamo his & simul Argyraspidis imperantibus. At in fronte uniuersæ phalangis statuit elephantos quadraginta quatuor, & horum interualla leuis armaturæ militibus expleuit. Ad dextrum cornu statuit equites, qui haberent phalangi, ex Carmania octingentos, quibus præerat Tlepolemus satrapa. Præterea nongentos ex ijs qui socij uocabantur: & Peucestæ & Antigenis turmam habentem trecentos equites, una cohorte comprehensos. In summo cornu collocauit Eumenis turmam, quæ totiden habebat equites, & eorum principia, in quibus erant equites electi ducenti: & præter hos ex omnibus equitum turmis delectos celeritate & alacritate trecentos equites collocauit ad frontem agminis circum se cõstituti. Præter uniuersum cornu ordinem, constituit à fronte elephantos quadraginta. Vniuersus autem exercitus Eumenis erat ad sedecim millia, equitum ad sex millia, elephantorum ad centum & quatuordecim. Antigonus autem à superiorib. locis despiciẽs aciem hostium, ad eius

Eumenes aciẽ instruit.

Antigonus aciem instruit.

ad eius rationem suum exercitum aptè disposuit. Siquidem uidens dextrum cornu aduersariorum feris & equitibus fortissimis munitum, in fronte collocauit equites optimos, qui ad frontem fuga præliarentur, ac rari distantes, per uices pugnarẽt, & hoc modo redderent inefficacem eam partem hostiũ, cui maximè confidebant. Statuit autẽ ante phalangem hanc ex Media & Armenia equitantes sagittarios, & hastatos circiter 1000. cõparatos ad dimicandũ per uices, præterea eos qui è mari unà conscenderãt Tarẽtinos, 2200. delectos in insidijs & beneuolo animo affectos erga ipsum: ex Phrygia autẽ & Lydia 1000. ex ijs qui cum Pithone erat, 1500. ex ijs qui erant cum Lysania, hastatos 400. insuper & decursores nominatos, & qui in superioribus regionib. habitabãt 800. Cornu autẽ sinistũ huiusmodi equitib. cõpletum est, quorũ omnium dux Pitho erat. Ex equitib. uerò primo ordine collocati sunt mercenarij, plures quã 9000. Post hos Lyciorũ & Pãphyliorum 3000. diuersarũ autẽ nationũ armati Macedonicè plures 8000. Supra omnes erant Macedones non pauciores 8000. quos suppeditauit Antipater, quo tẽpore regni procurator fuit declaratus. Equitũ autẽ primi erãt in dextro cornu adhærentes phalãgi omnis generis stipendiarij 500. deinde Thraces 1000. ab auxiliaribus autẽ 500. & his adiuncti 1000. qui socij dicebãtur habentes Demetrium imperatorẽ Antigoni filium, tunc primo pugnaturum cum patre. In supremo cornu erat agmen equitũ 300. cum quib. & ipse periclitabatur. Ordo autẽ hic ex propriis tamulis tres erant cohortes, & alteri totidẽ, simul cum ipsis belligerãtib. 100. Tarentinis. Circa uniuersum cornu disposuit 30. elephantos, omnium præstãtissimos. Facto uerò quodã flexu sinuoso, horum interualla cõpleuit agminib. leuis armaturæ delectis. Ex alijs belluis plures ante ipsum phalangẽ ad frontẽ statuit, paucas autẽ cũ equitib. qui in sinistris partib. erant cõstituit. Ad eũ modum disposito exercitu, descẽdit ad hostes, ordine inflexũ obliquũ disposito. Dextrum em̃ cornu, qui maximè confidebat, ulterius protendit, alterũ cõtraxit hoc pugnã declinare, illo pugnare cõstituẽs. Postq̃ castra propius admota fuêre, & signũ datum est ab utrisq̃, sæpius alternis exclamarunt & cecinerũt tubicines classicũ. Primi autẽ equites [illegible]ũ Pithone erãt, cũ nullũ firmũ & magnificiendũ præsidiũ circũ se haberẽt, & multitudine atq̃ celeritate præcellerẽt aduersarios, suis prærogatiuis conabant. Nõ enim tutũ existimabãt ad occursum elephantorum in acie exercitus periclitari. Obequitãtes autẽ circa cornu, telisq̃ frequẽter & obliquè iniectis, uulnera infligebãt: ipsi uerò propter agilitatẽ nihil perpessi grauiter lædebãt eos qui propter grauitatẽ nõ poterãt neq̃ arcere, neq̃ recedere, quãdo opportunitas ferebat. Eumenes uidens cornu oppressum multitudine sagittariorũ equitantium, ab Eudamo, qui sinistro cornu præerat, equitum expeditissimos accersiuit: ac post exiguuũ ordinẽ cornu adiectũ, leuib. & celerrimis equitib. irruit in hostes: cõsequentib. aũt & belluis, facilè cõuersos in fugã Pithonianos, usq̃ ad radicẽ mõtis persequit. Dũ hæc fiunt, accidit ut pedites lõgo satis tẽpore phalãgis inter se cõfligerent, & tandẽ multis ab utraq̃ parte cæsis, qui ab Eumene ad præliũm fuerant instructi, superarẽt propter Argyraspidarũ Macedonũ uirtutẽ. Hi enim ætate erant prouecti, & ob multitudinẽ periculorum cõfidentia & peritia præcellebãt, ut ad frontẽ exercitus nullus posset impetũ uiolentũ sustinere. Iccirco 3000 constituta fuêre, qui essent ueluti frons exercitus uniuersi. Antigonus uidens sinistrũ cornu suorũ fugisse, & totã phalangẽ uersam, cõsulentib. ut recederet ad mõtana, & reciperẽt eos qui ex fuga euadebãt, cũ haberet circũ se partẽ exercitus illæsam, nõ obsequutus est, quin cõmoditatè dextrè usus quã tẽpus attulerat, & suos qui fugerãt liberauit, & uictoriã obtinuit. Siquidẽ Argyraspides qui erãt apud Eumenẽ, & reliqua multitudo peditũ, cũ primũ cõuerterunt in fugã aduersarios, persequuti sunt usq̃ ad radicẽ mõtis. Antigonus facto interuallo in hostium exercitu, cum parte equitum per eos equitans, irruit in latera Eudamianorum ad sinistrum cornu collocatorum. Statim autem præ-

Demetrius quando cœpit prælijs interesse.

Eumenis cum Antigono prælium.

ter expectationem fugatis aduersarijs, & multis cæsis, misit equites celerri-
mos, & per hos reuocauit fugientes, & ad radicem montis rursus in aciem con-
stituit. Etenim Eumenes audita fuga suorum, tubis reuocauit persequentes,
maturans auxiliari Eudamianis. Iam cum primæ facis hora foret, utrique reuoca-
tis profugis, rursus in ordinem coëgerunt omnem exercitum: tanto uincendi
studio flagrabant non solùm duces, sed & turba pugnantium. Cùm esset autẽ
nox serena, & luna plena, & copiæ inter se circiter quatuor iugera distarent, ar-
morum strepitus & equitum fremitus, in manibus uidebatur esse omnibus in
acie uersantibus. Vt autẽ regressi destiterunt ad triginta stadia ab ijs qui in pu-
gna ceciderant, mediæ noctis hora ingruebat, & malè erant utrique affecti, tum
propter iter, tũ propter pugnæ laborem, tum propter inediam. Itaque coacti sunt
omissa pugna castra facere. Eumenes igitur tẽtabat proficisci ad mortuos, pro-
perans eis potiri, & uictoriam certissimam obtinere. Verùm cum milites non
assentirentur, sed uociferarentur recedendũ esse ad suas sarcinas procul distan-
tes: coactus est multitudini parêre. Non enim opportunum erat milites ama-
rè increpare, ambientibus multis imperium: neque tempus idoneum uidebat pu
niendis ijs qui reclamabant. Contrà Antigonus citra popularem concionem
cum stabilem obtineret ducis potestatem, compulit multitudinem in cæsos ca-
stra mouere. Horum sepulturæ factus dominus, contendebat de uictoria, af-
firmans nihil potius esse in prælijs, quàm potiri eorum qui ceciderunt. Cęsi ue-
ro sunt in pugna ex Antigoni exercitu peditum 3706. equitum uerò 54. saucij
fuerunt supra 40000. Ex Eumeni exercitu cæsi sunt pedites 540. equites omni-
no pauci. Saucij extiterunt plures 500. Antigonus post decessum à pugna ui-
dens milites animum despondentes, statuit celerrimè castra mouere quam lon-
gissimè ab hostibus. Volens autem copias ad discessum expeditas reddere, sau
cios & grauissima quæque impedimenta præmisit ad quandam propinquam ur
bem: mortuis uerò prima luce sepultis, & retento apud se præcone, qui ab ho-
stibus propter mortuorum sepulturam uenerat, denunciauit ut hac hora cœ-
na sumeretur. Die transacta, misit præconem, concessa in diem crastinum cæ-
sorum sepultura. Ipse prima uigilia ineunte, castra mouit cum omni exercitu, &
longis itineribus profectus, longè remotus fuit ab hostibus, nactus regionem
intactã ad exercitus instaurationem. Peruenit enim ad Gamarga Mediæ, quæ
regio à Pithone administrabatur, & poterat magnis exercitibus in alimoniam
omnia copiosè suppeditare. Eumenes audito per exploratores discessu Anti-
gonianorum, persequi destitit, quia etiam eius milites inedia & ærumnis labo-
rauerant: ac cæsorum exequijs intentus, sepulturam splendidè curauit. Vbi sa-
nè accidit res inopinabilis, & multum à legibus Græcorum abhorrens. Ceteus
enim, eorum qui ex India uenerant, dux, cæsus est in pugna, egregiè præliatus.
Duas autem uxores reliquit comitantes in exercitu, unam quidem quæ recens
nupserat, alteram uerò quæ paucis ante annis in societatem domesticam uene-
rat, utramque autem amico animo erga ipsum affectam. Cùm autem apud Indos
uetus esset lex, ut qui ducerent uxores & quæ uirgines nuberẽt, nõ ad parẽtum
præscriptum, sed mutuò cõsensu nuptias cõtraherent: superiori tempore factis
spõsalibus per iuniores, plerunque accidebat ut iudicia immutarentur, & statim
utrisque pœnitẽtia ductis, multæ mulieres corrumperẽtur, & per intemperantiã
alios adamarent. Tãdem cum nõ possent honestè deficere ab ijs quos primum
elegerunt, in eodem contubernio habitantes ueneno necabant. Regio autem
non exiguas occasiones ipsis dabat, quæ multas & uarias plantarum uires ad
necandum cõparatas ferebat, ex quibus quædã in usu ciborum & potus interi
tum adferrent. Hac fraude uigẽte, & multis ad eum modũ pereuntib. postq; pu
niendo sontes, alias auertere nõ poterãt à maleficijs, legẽ tulerunt, ut uxores si-
mul cũ maritis cõcremẽt: exceptis grauidis aut habẽtibus natos: & ut ea quæ
decreto nollet parere, uidua esset, & ipsi perpetuò interdiceretur sacrificijs &
alijs

Antigonus ab Eumene procul castra mouet.

Indi, ut clandestina matrimonia inhiberẽt defunctorum uiduas quæ in scijs parentib. nupserant, cũ maritis cremãdas cẽsuerũt.

alijs iure constitutis, tanquam impiè se gerenti. His ad eum modum iure stabilitis, accidit ut uxorum improbitas in contrarium prolaberetur. Nam propter nimiam infamiam, cum unaquæq; libenter perferret mortem, non solùm procurabant salutem secum habitantium, tanquam quæ communis esset, sed inter se certabant, ueluti de summa gloria, quod & tunc accidit. Cùm enim lex unam comburi iussisset, aderat utraq; ad Cetei sepulturam, ut commorerentur, tanq; pro præclaro præmio simul ambitiosè decertantes. Ducibus dijudicantib. iunior declarauit alteram esse grauidam, & propter id non posse uti lege. Senior declarauit iustius esse ut quæ ætate prouectior esset, eadem honore quoq; præcederet. Siquidē usu euenire in omnib. alijs rebus, ut seniores iunioríb. multò superiores sunt in reuerentia & honore. Duces cū per eos qui obstetricari possent, seniorē grauidā esse, cognouissent, iudicio prætulerūt iuniorē. Quo facto ea quæ iudicio exciderat, cū lamētatione abibat lacerato diademate quo caput obuolutū habebat, & uulsis capillis, perinde ac si grauis quædā calamitas denūciata fuisset. Altera uerò super uictoria gaudēs abibat in pyrā, mitris coronata à familiarib. mulierib. ornataq; magnifice, ueluti in quasdā nuptias produceba tur à cognatis, in uirtutē ipsius hymnū canentib. Vt autē pyræ admota fuit, detractum ornatū suum, distribuit domesticis & amicis, ut uideri posit amatorib. reliquisse monimentū. Erat aūt ornatus ad manus multitudo annulorū alligatorum lapidib. preciosis, & colore uarijs caput erat ornatū aurearū stellarū numero nō paruo, uarijs lapidib. distincto: collū frequentib. torquib. circundabatur, quarū erāt quædā minores, aliæ cæteris impositę paulatim maiores. Ad extremū salutatis familiarib. à fratre rogo imposita est, atq; admirāte eam multitudine quæ ad spectaculū cōcurrerat, uitā heroicè finiuit. Exercitus enim uniuersus in armis ante incēsum rogum ter circūiuit. Ipsa ad uiri latus collocata, & in flāma ignis nulla molliore uoce emissa, cōmouit spectatorū alios ad misericordiam alios ad laudes immensas. Quanquam Græcorum nonnulli institutā illa uituperabant, tanquam agrestia atq; dura. Eumenes uerò mortuorum sepultura defunctus, profectus est à Parætacis ad Gabenam, quæ intacta erat & poterat exercitibus omnia abundè suppeditare. Distabat autem hęc regio ab Antigono, si quis per cultum agrum iter faceret, stationes uiginti quinq; per desertum uerò & aridum nouem. Igitur Eumenes, & Antigonus tantum inter se distantes, in his locis hyemabant simul, & exercitus reficiebant.

Certamen mulierum de morte, mirum & insuctum.

In Europa uerò Cassander in Peloponneso Tegeam obsidens, cognito Olympiadis in Macedoniam reditu, & Eurydicæ Philippiq; regis nece, præterea quòd circa fratris Iolli sepulchrum contigisset, cum Tegeatis composuit, assumptoq; exercitu contendit in Macedoniam, relictis socijs in magna perturbatione. Confederat enim ad Peloponnesi urbes Alexander Polysperchontis filius, habens exercitum. Aetoli uerò Olympiadi & Polysperchonti gratificari uolentes, portarum angustias occuparunt, & Cassandrum excluserunt. Cassander de tam difficilibus locis per uim superandis desperauit, ac comparatis ex Eubœa & Locride nauigijs & ratibus, transportauit exercitum in Thessaliam. Cumq; audiret apud Perrhœbiam statiua habere Polysperchontem, Callam ducem misit cum exercitu, cum mandato ut Polysperchonti bellum inferret. Dinias uerò angustias occupaturus, cum occurrisset militibus ab Olympiade missis, transitus prius occupauit. Olympias cum audiuisset Cassandrum magno exercitu esse prope Macedoniam, Aristonum creauit ducem, eiq; præcepit ut Cassandro bellum inferret. Ipsa Pignam uenit habens Alexādri filium eiusq; matrem Roxanam, & Thessalonicam filiam Philippi Amyntæ filij. Præterea Deidamiam Aeacidæ filiam, regis Epirotarum, & Pyrrhi sororem, eius qui postea cum Romanis bellum gessit, & Attali filias. Similiter reliquorum præcipuorum amicorum consanguineos, ita ut circa eam coiuerit corporum magna multitudo, sed quorum maxima pars ad bellū esset inutilis. Nec enim

Cassander cū Tegeatis composuit & cum exercitu in Macedoniam contendit.

Olympiadis gynecæum.

cibariorum satis erat magna copia, diuturnam obsidionem toleraturis. Qui cum omnes periculum ob oculos haberent, illa nihilominus hîc manere statuit, sperãs sibi auxilium laturos per mare multos Græcorum & Macedonum. Comitabantur eam nonnulli equitum ex Ambracia, & eorum militum qui soliti erant in aula uersari bona pars. Præterea Polysperchontianorum elephantorum hi qui fuerant relicti. Nam reliquis belluis, quæ fuerant in priore inuasione Macedoniæ, Cassander potitus erat. Is tunc superatis Perrhœbiæ angustijs, cum prope Pydnam uenisset, urbem uallo à mari ad mare cinxit, & ab ijs qui socij esse uoluerunt, accersiuit naues, & telorum ac machinarum omne genus, eo consilio ut Olympiadis comites terra mariq; obsideret. Cùm autem intellexisset Aeacidam Epirotarum regem cum exercitu suppetias uenturum Olympiadi, ducem misit Ararriam, tradito ei exercitu, cùm mãdato ut obuiam iret Epirotis. Qui cùm celeriter mandata fecisset, & transitus Epiri occupasset, accidit ut Aeacides conata perficere non potuerit. Etenim Epirotarum multitudine inuita expeditionem fecit in Macedoniam, & seditionem excitabat in castris. Aeacides uerò omninò uolens Olympiadi succurrere, eos qui alienis erant animis, exauthorauit: & assumptis his qui cum ipso periclitari uolebant, alacer erat ille quidem ad subeundum periculum, sed erat impar uiribus, quippe paucis circa eum relictis copijs. Qui uerò Epirotarum exauthorati in patriam discesserant, seditionem contra absentem regem fecerunt, & communi decreto eo in exilium damnato, cum Cassandro societatem coiuerunt, quod quidem nunquam antea contigerat in Epiro, ex quo Neoptolemus Achillis filius in ea regione regnauerat. Semper enim filius patris principatum excipiens, in regno moriebatur, usque ad hæc tempora. Postquam autem Cassander Epiri societatem asciuit, & eò procuratorem simul & ducem misit Lyciscum, qui prius in Macedonia dissidebant de societate, hi de Olympiadis rebus desperarunt, & in Cassandri partes concesserunt. Cumque esset Olympiadi unicum à Polysperchonte auxilium, accidit ut hoc quoque contrarium sit præter opinionem. Missus enim à Cassandro dux Callas, postquam prope Polysperchontem uenit, & castra fecit in Perrhœbia, corrumpebat pecunia plurimos suorum militum, ita ut pauci, qui maximè fideles erant, superfuerint. Igitur Olympiadis res breui tempore in hunc modum attenuatæ sunt.

Olympias retinetur diuinitùs, ut det pœnas scelerum.

Epirotæ regẽ suum relegãt.

In Asia uerò Antigonus hybernans in Gadamalis Mediæ, & suum exercitum infirmiorem esse uidens quàm hostium, studebat hostes nec opinantes aggredi atq; arte uincere. Habebant autem illi hyberna in multis partibus disiuncta, ita ut nonnulli inter sese distarent itinere sex dierum. Igitur per cultam regionem iter faciendum non putauit, propterea quòd & longa foret, & hostibus conspicua. Audere autem per deserta & arida ducere, laboriosum equidem iudicabat, sed ad suum institutum utilissimum. Non solùm enim per eam regionem citò peruenire licebat, uerumetiam facilè opprimere nec opinantes, quippe propter ignorantiam per pagos dispersos & negligentes. Hæc habens in animo, militibus edixit ut essent ad profectionem parati, & decem dierum cruda cibaria parata haberent. Ipse famam sparsit sese in Armeniam ducturum, & repentè præter omnium opinionem per deserta ire contendit, cum esset tempus anni circa solstitium. In castris autem præcepit, ut interdiu ignes accenderent, noctu prorsus extinguerent, ne qui noctu ex æditis locis ignes conspicati, negocium hostibus nuntiarent. Erat enim solitudo tota ferè campestris, eademque circumdabatur excelsis collibus, ex quibus facilè erat ex longo spacio conspicere splendorem ignis. Iam exercitu quinq; dies laboriosè iter faciente, milites propter frigus ususq; necessarios ignem interdiu noctuque in castris accendebant. Id conspicati quidam solitudinis accolæ, miserunt qui nunciarent eodẽ die Eumeni & Peucestæ, per dromadas & camelos: Emetitur

Antigonus per insidias Eumenis exercitum aggredi conatur.

itur enim hoc animal uno die stadia non multò pauciora 1500. Peuceestes cum audiuisset in media uia consp ecta fuisse castra, statuit recipere se in extrema loca hybernorum, metuens ne opprimeretur ab hostibus, priusquam conuenisset undiq; socia manus. Eorum metum uidens Eumenes, hortatus ut bono animo sint, & maneant in finibus solitudinis: inuenisse enim se rationem, qua effecturus sit, ut Antigonus tribus aut quatuor diebus seruis aduenìat quo facto fore, ut & ipsorum copiæ facilè coeãt, & hostes labore subacti, & omnium egentes, in potestatem ueniant. Hic omnibus tam incredibilem promissionem admiratis, & discere studentibus, quid tãdem futurum sit quod aduersariorum progressum impedire possit, iussit ut se sequerentur duces omnes cum suis militib. habentes inuasis complurib. ignem, ac delecto ex ædita regione loco, in solitudinem spectante, & ad stationem, & ad spectandũ undiq; apto, positis lignis comprehendit circiter 70. stadiorum ambitum, ac diuisis unicuiq; comitum locis, præcepit ut noctu ignem incenderent, ac distantes inter sese circiter 20. cubitos, prima uigilia luculentam flammam facerent, tanq; adhuc uigilantes, & cultum corporis cœnamq; adornantes: secunda minorẽ: tertia exiguã omnino relinquerẽt, ut procul spectantib. uera castra esse uiderentur. Hæc mãdata cum milites exequuti fuissent, ignes animaduerterunt quidã eorũ qui montana ex aduerso incolebãt, & Pithoni Mediæ satrapæ amici erãt. Hi exercitũ reuera esse rati, in campũ cursu degressi, negociũ Antigono & Pithoni renũciãt. Illi tã inopinata re perculsi, itinere inhibito consultãt, quid super eo negocio facto sit opus. Erat em̃ periculosum fessos & omnium egẽtes cõgredi cũ coactis iam hostib. & omniũ copia abũdantib. Ac suspicati proditionem esse, & hostes de futuro prius certiores redditos coiuisse, rectà progrediendum nõ putarunt, sed ad dexterã declinãtes, cõtenderunt in utrãq; partem regionis habitatæ, uolentes exercitũ ex labore reficere. Eumenes delusis hoc pacto hostibus accersit undiq; dispersos milites, & in pagis hyemantes, extructoq; uallo, & munitis alta fossa castris, excipit ut quiq; socij ueniebant, omnibusq; reb. necessarijs castra impleuit. Antigonus uerò peragrata solitudine, cũ cognouisset ab incolis ferè oẽs reliquas copias cũ Eumene cõuenisse, elephãtos uerò ex hybernis p̃fecturos esse, ac propè adesse omni auxilio destitutos, misit aduersus eos equites hastatos: uidelicet Medorum 2000. Tarẽtinos 200. & oẽs leuis armaturæ pedites. Sperabat em̃ si destitutas belluas inuasisset, & his facilè se potiturũ, & hostes optima exercitus parte priuaturũ. At Eumenes suspicatus id quod futurum erat, misit auxilio equites præstãtissimos 1500. & peditũ leuis armaturæ 3000. Cum aũt prius apparuissent Antigoni milites, elephantorũ duces ordinatis in quadrũ beluis, mouerũt, cõprehensis in medio impedimentis, à tergo uerò habẽtes ad auxiliũ equites nõ plures 400. ac aggressis eos hostib. cũ omnib. uiribus & uiolẽtius urgentib. equites in fugã uertunt, oppressi multitudine. Qui uerò elephãtis præerant, primũ resistere ac durare, cũ undiq; uulnerarent̃, neq; quicq; hostib. incõmodare possent. Cũq; iam fathiscerẽt, apparuere præter spẽ Eumeniani, eosq; ex periculo eripuerũt. Post paucos dies cũ exercitus 40. stadijs distãtiã altera ab alteris castra haberẽt, instruxerũt ambo aciẽ, tanq; de sum̃a rerũ decertaturi. Igit̃ Antigonus diuisis in cornua eqtib. sinistrã partem Pithoni tradit, dexterã filio suo Demetrio: cũ quo ipse quoq; decertare decreuerat. Pedites in medio collocatos secundũ uniuersos exercitũ ordinat, elephãtorum spacia leuis armaturę militib. repleuit. Erat eius copiarum numerus in uniuersum peditũ 21200. equitũ 9000. cũ ijs qui ex Media ascripti fuerãt. Beluę erant 65. Eumenes cũ cognouisset Antigonũ in dextro cornu collocatũ esse, cũ optimis equitib. ipse quoq; illi se opposuit, collocatis in sinistro cornu præstantissimis. Etenim satraparũ plurimos hîc collocauit, cũ delectis equitib. qui cũ eis certaturi essent, & ipse cũ eis priclitaturus erat. Aderat unà cũ eis & Mithridates Ariobarzanis filius, pgnatus uno septẽ illorũ Persarũ, qui Magũ Smerdim interfe-

Antigonus & Eumenes inter sese fraudem mouere sunt.

Antigonus aduersus Eumenem aciem instruit.

Copiæ Antigoni.

cerunt,uir fortitudine præstãs,& à puero militariter educatus. Ante uniuersum cornu collocauit in flexa acie optimos elephãtorum 60. & spacia leuis armaturæ militib. inferſit. Peditũ autẽ primos ordinauit ꝓpugnatores, deinde argẽto clypeatos,& post oẽs ꝑgrimos & reliquorum eos,qui Macedonico more erãt armati,& ante hos elephantes,& ex leuiter armatis q̃t satis essent. Ad dextrum cornu collocauit equitum et elephãtorum infirmiores,& omniũ ducẽ cõstituit Philippũ. Huic impauit ut fuga pugnaret,& alterius partis euẽtum spectare. Erãt autẽ eo tẽpore cũ Eumene in uniuersum peditũ 36700. equitũ 6050. elephantes 114. Paulò autẽ antè cõflictum misit Antigenes argẽto clypeatorũ dux, unũ Macedonũ equitũ ad agmẽ aduersariorum,cũ mãdato, ut postq̃ ꝓpe aduersarios ueniſſet,exclamaret. Is cum solus eousq̃ equitasset,ut exaudiri posset, qua parte agmẽ erat Antigonianorũ Macedonũ,exclamauit in hunc modũ. Aduersus patres uestros,ô ꝓdita capita,arma fertis, q̃ cũ Philippo & Alexãdro omnia perfecerunt, quos paulò pòst uidebitis & regib. dignos & superiorib. certaminib. Etem̃ erãt eo tẽpore argẽto clypeatorum natu minimi circiter sexagenarij, reliquorum bona pars circiter septuagenaria, nõnulli etiã grandiores, oẽs quidem peritia & robore inuicti, tanta erãt dexteritate & audacia prædíti, propter periculorum perpetuitatem. Hoc edito præconio, quemadmodum iam dictũ est, apud Antigonianos exiſtebant molestæ uoces, quòd aduersus consanguineos & seniores pugnare cogerentur. At apud Eumenianos exaudiebatur cohortatio & uox iubentium ut quàm primum agerentur in hostes. Quorum Eumenes uidens alacritatem, signum sustulit, qua re effecit, ut tubicines classicum canerent, & uniuersus exercitus alacriter clamaret. Commiserunt autem prælium primùm beluæ & secundũ eas equitum multitudo. Cùm esset autem campus admodum spacioſus, isq̃ totus incultus, propter salsuginem qua obsitus erat, accidit ut tantus excitaretur ab equitibus puluis, ut non facilè conspici posset ex paruo spacio quid fieret. Quo animaduerso Antigonus, misit Medos equites & Tarentinorum quod satis essent ad hostium impedimenta. Sperabat enim (id quod uerum erat) propter puluerem id clàm fore, & propter impedimẽtorum expugnationem se sine certamine potiturum hostibus. Igitur qui missi fuerunt, aduersariorum cornu clàm præteruecti, inuaserunt calones, qui distabant à pugna circiter quinq̃ stadia, & castra nacti plena turbæ ad pugnam inutilis, & paucos qui propugnarent, celeriter conuersis in fugam his qui resistebant, reliquis omnibus potiti sunt. Hæc dum geruntur, Antigonus prælio cum aduersarijs commisso, cum equitum multitudine apparens, Peucesten terruit Persidis satrapam, qui cum his quos circum se habebat equitibus, ex puluere se abducens, traxit unà secum etiam reliquorum mille quingentos. Eumenes cum paucis relictus in summo cornu, cedere fortunæ, & fugere turpe putauit, & seruando datam à regibus fidem, generoso instituto moriẽdum potius iudicans, in ipsum inuasit Antigonum. Hic orto acri certamine equestri, & Eumenianis alacritate superantibus, Antigonianis multitudine uincentibus, multi utrinq̃ cadebant, cum quidem accidit ut elephantis quoq̃ inter se certantibus ceciderit dux Eumenianorum, congressus cum præstantissimo aduersariorum. Quapropter Eumenes uidens suos undiq̃ inferiores esse, eduxit ex prælio reliquos equites, & profectus ad alterum cornu, assumpsit eos qui cum Philippo erant in acie, quibus mandauerat, ut fuga pugnarent. Et equitum quidem prælium hunc exitum habuit. Peditum uerò hi qui argenteos clypeos habebant, conferta acie aduersarios uiolentius adorti, partim pugnando interfecerunt, partim fugere coẽgerunt. Ac tam uiolento impetu cum uniuerso aduersariorum agmine decertarunt, tantumq̃ dexteritate & robore excelluerunt, ut suorum neminem amiserint: aduersariorum uerò occiderint supra 5000. & pedites omnes in fugam uerterint, qui erant longè longeq̃ plures. Eumenes cum impedimenta capta esse cognouisset, equites autẽ qui cũ Peucesta erant

Copiæ Eumenis.

Prælium.

Antigoniani potiuntur impedimẽtis Eumenianorum.

Antigoni cum Eumene prælium.

Virtus Argyraspidarum.

erant, non procul abesse, conatus est omnes congregare, & rursus equestri prælio cum Antigono decertare. Sperabat enim, si prælio uicisset, non solùm sua impedimenta se seruaturum, sed insuper hostium impedimentis potiturum. Sed cum Peucestes non obtemperaret, contraque longius se receperet in quendam locum, & simul nox ingrueret, coacti sunt cedere tempori. Antigonus equitibus in duas partes diuisis, partem ipse habens, Eumeni insidiatur, obseruans quò feratur: reliquis Pithoni traditis, mandat ut argento clypeatos adoriatur, destitutos equitum auxilio. Illo celeriter imperata perficiente, Macedones quadrato agmine compositi, tutò ad fluuium se receperunt, & Peucesten incusabant, tanquam cladis equitum authorem. Eò cum ipse quoq; Eumenes circa primam facem peruenisset, congressi consultabant quid facto esset opus. Igitur satrapæ quamprimùm discedendum esse dixerunt in superiores satrapias. At Eumenes manendum & certandum esse censebat, cum aduersariorum agmen concisum esset, & equitum copiæ utrinq; pares. At Macedones neutri parendum censuerunt, quòd ipsorum impedimenta capta forent, & penes hostes essent liberi, & uxores, multaq; alia corpora necessaria. Igitur tum digressi sunt nulla concordi sententia decreta. Postea Macedones missis clàm ad Antigonum legatis, correptum Eumenem ei tradunt, receptisq; impedimentis, & fide accepta in eius castra cooptati sunt. Similiter satrapæ reliquorumq; ducum & militum plurimi, derelicto imperatore, suæ tantùm saluti consuluerunt. Antigonus præter opinionem potitus Eumenis & totius aduersarij exercitus, Antigenẽ argento clypeatorum ducem comprehendit, & lignorum strui impositum, uiuum comburit. Eudamum uerò qui ex India adduxerat elephantos, & Celbanum, & alios quosdam qui semper ei fuerant infensi interfecit. Eumene autem in custodiam tradito, consultabat quid de eo faciẽdum esset cupiebat enim habere secum ducem bonum, & suo beneficio obstrictum. Sed nõ admodum credebat eius promissis, propter eam quæ ei intercedebat cum Olympiade & regibus amicitiam. Etenim antea seruatus ab eo, apud Nora Phrygiæ, nihilominus regibus alacerrimè auxiliatus erat. Igitur cum uideret Macedones inexorabili cupiditate flagrare supplicij Eumenis, hominem interfecit. Sed propter superioris temporis amicitiam, corpus cremauit & ossa in pheretro reposita, ad eius domesticos misit. Abductus est etiam inter saucios captiuus Hieronymus Cardianus, is qui historias composuit, qui superiori tempore ab Eumene perpetuo fuerat habitus in precio, & post illius mortem ab Antigono humanè & fideliter tractatus est. Antigonus uniuerso exercitu in Mediam abducto, ipse in quodam pago hyemauit Ecbatanis proximo, ubi est regionis illius regia. Milites enim distribuit in totam satrapiam, & maximè in eam præfecturam quæ Ragæ appellatur, quæ nomen hoc sortita est ab infortunijs, quæ superioribus temporibus in ea acciderunt. Cum enim plurimas haberet urbes, omnium quæ sunt in illis locis præfecturarum, & maximè locupletes, tantos habuit terræmotus, ut & urbes, & incolæ omnes perierint, & omnino regio mutata fuerit, & flumina pro his quæ antè erant, alia extiterint, atq; lacus. Iisdem temporibus accidit, ut extiterit apud Rhodiorum urbem tertium diluuium, quod multos incolarum corrupit, quorum diluuiorum primum paululum nocuit hominibus, quippe urbe recens ædificata, ideoq; amplum spacium habente. Secundũ maius fuit, & plura corpora perdidit. Postremũ incidit in initium ueris, delapsis repẽtè magnis imbribus, & grandine magnitudinis incredibilis: cadebant enim lapides minæ pondus habentes, interdum etiam maiores, ita ut multæ domus conciderint propter grauitatem, nec pauci hominum perierint. Cùm esset autẽ Rhodus theatri similis, ita ut aquæ maxima ex parte in unũ locũ cõfluerent, ptinus demissa urbis loca cõplebant, quòd aquæductus (quia hyems præterijsse uidebatur) neglecti fuerãt, & murorũ tubi obstructi. Iam cũ aqua præter expectationẽ cõgregaretur,

Peucestes cladis equitum auctor.

Perfidiæ exemplum.

Macedones Eumenẽ Antigono tradunt.

Antigenis mors.

Eumenis mors.

Hieronymus Cardianus historiographus.

Ragæ terræmotus.

Rhodi tertium diluuium extitit.

ὁ πρὸς τὸ δεῖγμα, garet, repletus est totus is locus qui erat apud Indiciũ, & Bacchũ. Cũq; iã restagnãs aqua ad Aesculapij tẽplum accederet, perculsi erãt oẽs, & ad salutẽ diuersis utebant iudicijs, nã pars eorũ in naues cõfugerunt, alij in theatrum cucurrerunt. Nõnulli malo oppressi, trepidãtes in altissimas aras & statuarum bases ascẽderunt. Cumq; periculum esset ne urbs funditus cũ incolis periret, aduenit spõte quoddã auxilium: rupta enim magno parte muri, effluxit hac quæ consti terat aqua, in mare, ac celeriter rursus in suum quisq; priorẽ locum restitutus est. Profuit et hoc miseris, quòd diluuium interdiu accidit: plurimi eẽ occuparunt ex domib. exilire in ædita urbis loca. Profuit & hoc q; nõ lateritiæ erant domus sed lapideæ, ideoq; qui intecta cõfugerant, tutò euaserunt. Tamen tanta fuit calamitas, ut corpora perierint supra 500. domus uerò partim planè conciderint, partim concussæ fuerint. Et Rhodi quidem casus tale habuit periculum.

motus in Media excitatos. quo artificio sedauerit.

Antigonus uerò hyemans in Media, cum audiret Pithonem multos qui in hybernis erant milites promissis & donis sibi conciliare, nouisq; rebus studere: quid in animo haberet occultum habuit, & simulando se accusatoribus non credere, eos multis audientibus obiurgauit, ut qui amicitiam dirimerent, & ad externos famam sparsit se relicturum superiorum satrapiarum ducem Pithonem, & satis magnas copias ad tuitionem. Scripsit etiam ad eum literas, petens ut primo quoq; tempore ueniret, ut coràm de rebus necessarijs colloquuti, citò ad mare descenderent. Hæc autem commentus est, quòd cupiebat illum uera suspicione auocare, eiq; persuadere, ut in manus ueniret, tanquam satrapa relinquendus. Nam ui capere non erat facilè, uirum qui & apud Alexãdrum propter uirtutem magnæ fuerat authoritatis, & illo tempore satrapa erat Mediæ, & uniuerso exercitui acceptus. Hybernabat autẽ Pitho in ultimis Mediæ partibus, & iam multitudinem corruperat eorum qui se cum eo rebellaturos pollicebantur. Cùm autem scriberent ei amici de Antigoni proposito, & magnas spes facerent, deceptus expectatione uana uenit ad Antigonum. Ille corpore potitus, instituta inter concilij consortes accusatione hominem facilè damnauit, & euestigio interfecit, ac coacto in unum locum exercitu, satrapam Mediæ creauit Orontobaten Medum: ducẽ uerò Hippostratum, habentẽ peregrinorum peditum 3500. Ipse adhibitis copijs uenit Ecbatana. Hic acceptis argenti infecti 5000. talentis, contendit in Persidem, quò ascẽsus erat circiter 20. dierum, in regiam quæ uocatur Persepolis. Interea dum est Antigonus in uia, Pithonis amicis, qui insidiarum cõsortes fuerãt, (quorum erant clarissimi Meleager & Menætas) congregarunt uagos Eumenis & Pithonis familiares ad 800. equites: ac otimùm agrum depopulantur Medorum, qui unà cum eis rebellare nolebant. Deinde cum cognouissent habere castra Hippostratum & Orontobathen, noctu castra inuadunt, ac parum abfuit quin uoti compotes fuerint: sed multitudine inferiores, postquã militum quosdam ad defectionem pellexerunt, inde se receperunt. Cumq; probè instructi essent, & omnes equis uterentur, incursiones inexpectatas faciebant, & regionem tumultu repleuerunt. Aliquanto pòst tempore concluſi in locum quendam præcipitibus cliuis circumdatum, partim occisi, partim uiui capti sunt. Ex ducibus Meleager & Cranes Medus, & præcipuorum uirorum quidam, cum restitissent, interfecti sunt. Hic fuit eorum casus, qui in Media rebellarunt.

μεμνησο ἀπατᾶν, & Pithonis exemplo doctus, ne nimium tribuas aulæ fauori & pollicitationibus.

Pithonis amici nouis rebus student.

Antigonus regnat.

Antigonus uerò cum primùm uenit in Persidem, affectus est ab incolis honore regio, ut qui sine controuersia dominus esset Asiæ. Ipse cum amicis habito cõcilio, cõsultabat de satrapijs. Igitur Carmaniam siuit habere Tlepolemũ, & Bactrianam similiter Stasanorẽ: nec enim facilè erat hos per literas expellere qui essent incolis accepti, & magnas copias multosq; belli socios haberent. In Ariam misit Euitum: quo paulò pòst uita defuncto, suffecit in eius locum Euagoram, uirum & fortitudine & solertia mirandum. Oxiartem uerò Roxanæ patrem siuit habere satrapiam quæ est in Paropamisadis, quemadmodum

antea

antea habebat. Nam neq; hunc eijcere licebat sine longo tempore, & copioso exercitu. Accersiuit & Sibyritum ex Arachosia, hominem erga se beneuolum eiq; ut satrapiam haberet, concessit. Argento clypeatorum turbulentissimos quousq; destinauit uerbo quidē usibus belli, sed reipsa interitui. Seorsim enim mandauit eos paulatim ad eiusmodi uisus dimitti, in quibus perituri essent. In his accidit ut essent etiam hi qui Eumenem dediderant, ut commissi in Imperatorem sceleris breui pœnasederint. Nefarij enim usus potentib. propter potestatem fiunt conducibiles: sed priuatis obsecutis, omnino magnorum malorum causæ existunt. Igitur Antigonus uidens Peucestem apud Persas esse in magna gratia, primò eum satrapia abdicauit: deinde indignantibus incolis, & uno ex clarissimis Thespio etiam liberè prolocuto, non esse Persas obedituros alteri, hunc interfecit, & Asclepiodorum constituit præfectum Persidis, eiq; satis multos milites tradidit. Peucestem cū ad alias spes transtulisset, & inani expectatione repleuisset, eduxit ex illa regione. Cum autem Susa uersus iter faceret, occurrit ei apud Pasitigrin fluuium Xenophilus, qui Susanas pecunias habebat in potestate, missus à Seleuco ad imperata faciendum. Huc cum excepisset, simulabat se inter maximos amicorum honorare, metuens ne pœnitentia ductus rursus excluderet. Ipse recepta Susorum arce, nactus est in ea auream frondem, & aliorum operum multitudinem, quorum omnium precium conficiebat quindecim millia talentorum. Congregata est ei alia quoque multitudo pecuniarum ex coronis alijsq; donis, & præterea ex manubijs. Erant enim hæc ad quinque millia talentorum, & in Media totidem alia, præter Susanos thesauros, ita ut in uniuersum comportata fuerint talentorū uiginti quinque millia. Et Antigoni quidem res eo statu erant. Nos uerò Asiæ gesta persecuti, orationem in Europā transferemus, & quæ iam dictis coniuncta sunt, narrabimus.

Pœna proditorum Eumenis.

Peucestes satrapia abdicatus.

Antigonus magna pecunia potitur.

Cassander cum in Pydnam Macedoniæ Olympiadem conclusisset, mœnia oppugnare propter imbres non poterat. Sed urbe exercitu cincta, ductoq; à mari ad mare uallo, præterea ad portum statiua habens, omne subsidium prohibebat, ac celeriter consumpto commeatu, effecit ut tanta esset oppidanis rerum inopia, ut omnino defatiscerentur. Nam eò necessitas uenerunt, ut militibus Chenice quinque singulis mensibus uiritim demensum darent: elephantis uerò conclusis serratarum trabium scobem præberent: iumentaq; & equos ad alimoniam mactarent. Cùm esset urbs eo statu, & Olympias adhuc à spe externi auxilij penderet, elephantos inedia confecti sunt. Equitum ij qui extra ordinē erant, cum nullo omnino demensum eis daretur, ferè omnes abierunt: nec pauci militum similem exitum sortiti sunt. Nōnulli barbarorū uincente natura formidinem, carne humana uescebantur, colligentes corpora morientium. Cūq; urbs mortuis citò repleretur, qui reginę stipatoribus præerant, corporū partem infodiebant, partem super muros foras proijciebant, ita ut esset & spectaculū horum triste, & fœtor intolerabilis, nō solū fœminis reginis, & assuetis delicijs, uerumetiā militum ijs qui ærumnis erant assueti. Iam ineunte uere, & penuria in dies magis augescente, concurrunt multi militum, & Olympiadem rogant, ut ipsos propter inopiā dimittat. Illa quia nec demensum eis dare, nec obsidionem soluere omnino poterat, abitum eis concesit. Cassander cum profugos oēs excepisset, et eis comiter usus fuisset, eos in urbes dimisit. Sperabat enim futurū ut cognita per eos Olympiadis infirmitate, Macedones de eius reb. desperarent: id quod nō malè suspicatus est. Nā qui obsessis auxiliari statuerāt hi pœnitentia ducti, ad Cassandrū se receperūt, soliq; ex ijs qui erāt in Macedonia beneuolentiā seruarūt, Aristonous & Monimus: hic Pellæ, ille Amphipoli imperans. Olympias cū uideret bonā partē ad Cassandrū defecisse, reliquos amicorū suppetias ferre nō posse, conata est quinqueremē in mare deducere, & p eā sese amicosq; seruare. Sed cùm perfuga quidam negocium hostib. renūciasset,

Cassander Olympiadē obsidet, & fame expugnat.

Cassander eò nauigauit,& nauigio potitus est. Olympias de suis rebus desperans,legatos de compositione misit. Cumq; sui arbitrium Cassandro putasset esse permittendum,ægrè obtinuit ut solius eius corporis salutis ratio haberet. Cassander urbe potitus,misit qui Pellam Amphipolimq; reciperent. Igit Monimus qui Pellæ imperabat,audito casu Olympiadis, urbem dedidit. Aristonous primũ se defendere statuerat,quòd & milites multos habebat,& nuper feliciter rem gesserat. Paucis enim ante diebus cum Crateua Cassandri duce congressus,aduersariorũ maximam partẽ interfecerat,ipsum,Crateuam qui secum 2000 militũ ad Bedym Bisaltiæ fuga receperat,obsidione expugnauerat,& exarmatũ data fide dimiserat. Hanc ob causam insolescens,& Eumenẽ adhuc uiuere arbitrans,atq; insuper Alexandrũ & Polysperchontẽ sibi ad futurũ existimans. Amphipolim dediturũ se negauit. Verùm postq; ad eum scripsit Olympias,fidem reposcens,& urbem dederet imperans:Ille imperata facere necessarium esse ratus,urbem tradidit,& fidem de salute sua accepit. Cassander uidẽs Arioſtonoum propter eam quæ apud Alexãdrum ualuerat gratiam,esse in authoritate,& studẽs eos è medio tollere qui res nouas agitare possent, hominẽ per Crateuæ cognatos interemit. Inuitauit etiam familiares occisorũ ab Olympiade,ut in cõmuni Macedonũ cõcione fœminã accuserẽt:qui cũ mãdata executi fuissent,& Olympias nec adesset,nec patronos haberet,Macedones eã capitis damnarũt. At Cassander missis amicorũ quibusdã in Olympiadẽ,cõsulit, ut clàm fugiat,,pmittens ei se nauẽ paraturum,quæ eam Athenis deportaret. Id autem faciebat,non ut illius saluti consuleret,sed ut cum ipsa se ipsam fugæ damnasset,& in nauigatione perijsset,iustas dedisse pœnas uideret. Formidabat enim tum eius dignitatem,tum Macedonum inconstantiam. Verùm cũ fugiturã se negaret Olympias, cõtraq; parata foret apud oẽs Macedones causam dicere,Cassander ueritus ne fortè plebs reginã causam dicentem audiens,& Alexandri Philippiq; collata in uniuersam gentẽ beneficia recordãs, pœnitentia duceret,200. milites ad eam rem accõmodatissimos,misit ad eam,cum mandatis,ut eam extẽplo necarẽt. Hi cùm in regiã domum irrupissent,ut uiderunt Olympiadem,eius dignitatem reueriti,infectare discesserunt. At necatorum consanguinei,tum ut Cassandro gratificarentur,tum ut defunctis parentarent, reginam iugularunt,nullas molles & muliebres preces fundẽtem. Igitur Olympias, quæ maximam suo tempore dignitatem habuerat,& filia erat Neoptolemi regis Epirotarum,& soror Alexandri,eius qui regnauit, & in Italiam expeditionem fecit:prẽterea uxor Philippi,qui omnes qui ante ipsum in Europa imperarunt,potestate superauit , & mater Alexandri, qui plurima maximaq; gessit,hunc exitum sortita est. Cassander rebus ex animi sententia succedentibus,Macedonum regnum spe concepit,ideoq; Thessalonicam duxit in matrimonium, Philippi filiam, Alexandri sororem ex patre, cupiens seipsum in regiam cognationem insinuare. Condidit etiam urbem apud Palenam,à suo nomine dictam Cassandriam, in quam Chersonesi urbium incolas transtulit, & Potideæ,ac præterea non paucorum ex finitimis locis. Transtulit in eandem etiam Olynthiorum superstites,qui erant non pauci. Iã cùm multus ager, isq; bonus,attributus esset Cassandrinis,& insuper magno studio in eorum incrementum incubuisset Cassander,breui magnum incrementum accepit urbs, & omnem Macedoniæ urbium maximam potestatem adepta est. Statuerat autem Cassander interficere Alexandri natum,& eius matrem Roxanam,ut nullus regni successor esset. Sed in præsentia cum obseruare uellet quinam de Olympiadis nece uulgi sermones essent,& insuper nihil de Antigoni reb. audiuisset,Roxanam cum puero in custodiam dedit,traductam in arcem Amphipolis,& præfecto ei Glaucià quodam cui fidebat. Summouit etiã pueros unà nutriri solitos,& uictũ non iam regiũ,sed priuato cuius cõuenientẽ fieri iussit. Postea regio more iam imperiũ administrans. Eurydicam & Philippum reges

Cassander Aristonoum interficit.

Olympiadis mors.

ἐτως ἀπόλοι τὸ Θ ἄλλο Θ.

An. Mundi 3645.

Cassãder uxore ducta, Regẽ Macedonũ se haberi uoluit.

Cassandria urbs.

Cassander Roxanam & eius filium in custodiam dat.

item q;

ſtemq; Cynnam quam occiderat Alcetas, ſepeliuit Aegis, ut mos erat regibus. Cumq; defunctos certaminibus funebribus honoraſſet, conſcripſit Macedonum idoneos militiæ, habens in animo expeditionem facere. Eo in his occupato, Polyſperchon Naxij in Perrhœbia obſidebatur. Is audito Olympiadis obitu, & prorſus de re Macedonica deſperans, ſeſe ſurripit ex urbe cum paucis atq; ex Theſſalia profectus, aſſumpto Aeacida, in Aetoliam ſe confert, arbitratus ſe tutiſsimè expectaturum hic rerum mutationes. Erat enim erga gentem hanc bene animatus. Caſſander contracto ſatis magno exercitu, profectus eſt ex Macedonia, cupiens Alexandrum Polyſperchontis filium ex Peloponneſo deturbare. Is enim ex aduerſarijs reliquus erat cũ exercitu, & urbes, locaq; idonea occupauerat. Et Theſſaliam quidem tutò peragrauit: ſed portarum aditus nactus ab Aetolis cuſtoditos, his ægrè ui ſummotis, peruenit in Bœotiam, & accerſitis undiq; Thebanorum his qui ſupererant, eis habendas Thebas tradit: ratus pulcherrimam habere ſe occaſionem, urbem inſtaurandi tum propter traditas de ea fabulas: ac propter hoc beneficium ſe immortalem gloriam adepturum. Accidit autem ut hæc urbs plurimis & maximis fuerit uſa mutationibus, non ſemel euerſa funditus. De quibus ſummatim dicere non erit alienum. Poſt Deucalionis diluuium, cum Cadmus condidiſſet eam quæ ab ipſo Cadmea nomẽ habuit, commigrauit in eam populus, quem nonnulli Spartum appellarunt, quia undiq; congregatus eſſet. Nonnulli Thebigenam, quia principio, cùm eſſet ex urbe Thebis, propter diluuiũ emigraſſet, ac diſperſus fuiſſet. Igitur qui tunc eò migrarunt, hos poſtea debellatos Euchelenſes expulerunt, cùm quidem accidit, ut etiam Cadmus in Illyrios migrauerit. Poſtea cùm Amphion & Zethus loco potiti eſſent, & tunc primum urbem condidiſſent, quẽadmodum & poëta ait:

(Qui primi ſeptem ſtruxêre inſignia portis
Mœnia Thebarũ) ſecundò quin eum locũ cõmigrauerant, emigrarunt cum eò eſſet reuerſus Polydorus Cadmi filius, & negocia contempſiſſet, propter eã quæ Amphioni acciderat circa natos calamitatem. Deinceps regnantibus eius prognatis, & tota regione Bœotiæ nomẽ habẽte, à Bœoto Menalippe & Neptuni filio, qui in illis locis imperauerat, tertiò emigrarunt Thebani cum Argi poſteri urbem expugnaſſent. Ex his autem qui emigrarunt, qui ſuperfuêre, cõfugerunt in Alalcomeniam & Tilphoſum montem: deinde digreſsis Argiuis, reuerſi ſunt in patriam. Poſtea Iliaco bello profectis ad bellum in Aſiã Thebanis, reliqui eiecti ſunt cum alijs Bœotis à Pelaſgis, ac non paucis poſtea caſibus exagitati, ægrè poſt quartum ſeculum, ſecundùm editum de coruis oraculum, abierunt in Bœotiam & Thebas incoluerunt.

Poliſperchon fugit in Aetoliam.

Thebanorum urbis uarij caſus.

Ab his temporibus cum duraſſet urbs ad annos ferè octingentos, ac primò Thebani ſuæ gentis imperium adepti fuiſſent, & poſtea Græcorum imperium affectaſſent, Alexãder Philippi filius urbem ui captam complanauit. Vigeſimo deinde poſt anno, Caſſander gloriæ ſtudio, cum Bœotis perſuaſiſſet, reſtituit urbem ſuperſtitibus Thebanorum. Adiuuerunt & Græcarum urbiũ multæ habitationem illam, tum propter miſericordiam erga miſeros, tum propter urbis gloriam. Athenienſes etenim magnam muri partem inſtaurarunt, & reliquorum alij pro uiribus ædificarũt, alij etiam pecunias ad uſus neceſſarios miſerunt, non ſolùm ex Græcia, uerùm etiam ex Sicilia, quin & ex Italia. Igitur Thebani hunc in modum patriam recuperarunt.

Caſſander Thebas inſtaurat.

Caſſander uerò cum exercitu profectus in Peloponneſum, cum Alexandrũ offendiſſet Polyſperchontis filium, qui Iſthmum cuſtodijs muniuerat. Megara conceſsit. Hic comparatis ratib. his elephantos traiecit ad Epidaurum nauigijs uerò reliquas copias. Deinde ad Argiuorũ urbem prouectus, eam ab Alexandri ſocietate deficere, & in ſuas partes cõcedere coẽgit. Poſtea Meſſenæ urbes ſibi conciliauit, præter Ithomã, & Hermionidem per compoſitionem accepit:

pit: atq; Alexandro ad conflictum descendente, ille relictus ad Isthmum uetẽranorum militum duobus millibus, & duce Molyceo, Macedoniam repetijt.

Hoc anno trãsacto, Athenis rector erat Praxibulus, & Romæ creati sunt Cõsules Naullius Spurius & M. Publius. Horũ temporib. Antigonus Susianæ reliquit satrapã Aspisam unum incolarũ, ipse pecunias oẽs in mare deportare habẽs in animo, plaustra & camelos cõparauit, & cũ copijs hæc habẽs, contendit in Babyloniã. Cumq; uiginti duob. diebus Babylonẽ peruenisset, Seleucus illius regionis satrapa regalibus donis honorauit Antigonũ & uniuersas copias excepit cõuiuio. Ac exigẽte Antigono rationes prouẽtuum, negauit se rationem reddere debere de hac regione, quã Macedones ei dedissent, ppter accepta ab eo cõmoda, uiuẽte Alexãdro. Hoc disidio in die gliscẽte, Seleucus Pithonis casum cogitãs, metuebat ne fortè occasionẽ nactus Antigonus, ipsum interficere conaret: uidebatur enim uiros dignitate præditos, & qui de imperio contendere possent, oẽs cupere è medio tollere. Hęc ueritus sese inde surripuit cum equitib. quinquaginta, cogitãs in Aegyptũ se recipere ad Ptolemæum: erat enim peruulgata eius probitas, & erga confugientes ad eum comitas atq; humanitas. Quo audito Antigonus lætitia exultauit, quod uideretur ipse non fuisse coactus inferre manus uiro amico, & cuius opera in bellis alacri usus erat: quin Seleucus ipsemet seipsum damnãdo, satrapiã tradidisset sine certaminibus & periculis. Postea cùm eum cõuenissent Chaldæi, & prædicerent, si Seleucum de manibus dimitteret, fore ut Asia tota subigeretur, & ipse Antigonus prælio cõgressus cũ Seleuco, uitã finiret. Facti pœnitẽtia ductus, mittit qui illum persequãtur: qui aliquousq; insecuti, re infecta reuersi sunt. Antigonus in cæteris contemnere solitus eiusmodi prædictiones, nõ mediocriter tum cõmotus est, territus hominũ dignitate. Magna enim experientia præditi uidẽtur, & astrorum obseruationẽ habere accuratissimã. Perhibent enim multa annorum dena millia esse, ex quo apud eos est harum rerũ studiũ. Videntur & Alexãdro prædixisse, si Babylonem uenissẽt, obiturum esse. Ac similiter, ut illa de Alexandro prædictione accidit, & Seleuco idem usu ueniret secundũ illorũ hominum responsa: qua de re singulatim dicemus, ubi ad illius rei tẽpora peruenerimus. Igitur elapsus in Aegyptum Seleucus, à Ptolemæo summa cùm humanitate exceptus est, & Antigonũ acerbè accusauit, dicens eum statuisse omnes dignitate præditos, & maximè eos qui cum Alexandro militassent, expellere ex satrapijs. Cuius rei argumentum afferebat Pithonis necem, & Peucestę Persidis priuationem, eiusdemq; casum. Omnes enim cum nihil deliquissent, quinimo multa magnaq; cõmoda in amicitia præstitissent, uirtutis pœnas luisse. Narrabat & eius copiarum magnitudinẽ & pecuniæ multitudinem, præterea recentes successus, ex quibus demõstrabat superbũ esse factum, & uniuersum Macedonum regnum spe cõplexum esse. Huiuscemodi sermonib. pellecto ad adornandum bellũ Ptolemæo, misit amicorũ quosdam in Europam cùm mandatis ut conarentur similibus sermonib. inimicos reddere Antigoni Cassandrum & Lysimachum: qui cũ celeriter impetrata fecissent, initiũ ortum est disidij magnorumq; bellorũ. Antigonus ex rei probabilitate suspicatus Seleuci propositum, legatos misit ad Ptolemæum & Lysimachum & Cassandrũ, petens ut ueterem amicitiã seruarẽt. Ac cõstituto Babyloniæ satrapa Pithone eo qui ex India aduenerat, profectus est cũ exercitu, Ciliciã uersus iter faciens. Vbi ad Malã peruenit, copias in hyberna distribuit, post occasum Orionis. Accepit & Quindianas pecunias talentorum decem millia. Præterq; reficiebantur ei ex annuis redditibus talentorum undena millia. Qua re fiebat, ut esset formidabilis & propter magnitudinem copiarum, & propter multitudinem pecuniarũ. Contendente in superiorem Syriam Antigono, aduenerunt à Ptolemæo et Lysimacho, et Cassandro legati. Hi in concilium introducti, postulabant ut Cappadocia et Lycia Cassandro darentur, Phrygia uerò, quę est ad Hellespontum, Lysimacho

Dissidiũ inter Seleucum & Antigonũ unde natum.

Seleucus ad Ptolemæũ confugit, metuens Antigonum.

Chaldæorum diuinatio.

Inter Antigonum & Seleucum belli primordia.

Lysimacho, Syria uniuersa Ptolemæo, & Babylonia Seleuco. Ac quos thesauros post gestum cum Eumene prælium accepisset, partiretur: illos enim belli fuisse socios. Quòd si nihil horum faceret, conspirantes uniuersi, dixerunt se eum bello petituros. Cùm Antigonus asperius respondisset, & se in apparatu aduersus Ptolemæum esse dixisset: factum est ut legati infecto negocio reuersi sint. Postea Ptolemæus & Lysimachus itemq; Cassander, contracta inter sese societate copias cogunt, & armorum telorumq;, ac reliquorum necessariorum apparatum faciunt. Antigonus uidens aduersum se conspirasse multos & magnos dignitate uiros, surgentisq; belli magnitudinem considerans, gentes & ciuitates & principes ad societatem inuitat. Agesilaum, ad Cypri reges Idomeneum & Moschionem, in Rhodum: Ptolemæum ex fratre nepotem cùm copijs in Cappadociam mittit, ut Amisi obsidionem soluat, & missos à Cassandro in Cappadociam omnes eijciat. Præterea ut in Hellespontum profectus, Cassandro immineat, si ex Europa trajicere conetur. Aristodemum Milesium in Peloponnesum mittit, habentem mille talenta. Huic mandatum est, ut cùm Alexandro & Polysperchonte contrahat amicitiam, habitoq; iusto mercenariorum delectu, Cassandro bellum inferat. Ipse uniuersam Asiam, cuius erat dominus, facibus & tabellarijs instruxit, quorum opera celeriter administrarent omnia. His perfunctis, profectus est in Phœniciam, cupiens nauales uires comparare: tunc enim mari pollebant hostes, nauales multas habentes, cum ipse omnino ne paucas quidem haberet. Ac positis ad Tyrum in Phœnicia castris, Tyrum obsidere cogitans, Phœnicum reges accersit, & Syriæ præfectos: ac reges quidem inuitat ad se in ædificandis nauibus adiuuandum, quandoquidem naues ex Phœnicia omnes cum armamentis Ptolemæus haberet in Aegypto. Præfectis imperat, ut celeriter præparent tritici medimnorum nouies centena millia: tantus enim in annum sumptus fiebat. Ipse congregatis undique arborum sectoribus & serratoribus, præterea nauium ædificatoribus, deportauit materiam in mare ex Libano, secantibus eam & serrantibus uirorum octo millibus, deportãtibus autem mille iugis. Pertingit autem hic mons ad Tripolim & Byblium, itemq; Sidoniam, plenusq; est lignis Cedrinis, & Piceis, & Cupressinis, tum pulchritudine, tum magnitudine mirandis. Naualia autem instituit in Phœnicia tria, ad Tripolim, & Byblium, & Sidonem. Quartum apud Ciliciam, quò aduehebatur materia ex Tauro. Erat & Rhodij aliud cum concessissent populus ædificari naues ex ea quæ aduehebatur materia. Dum hæc agit Antigonus, & prope mare castra habet, uenit ex Aegypto Seleucus, cum nauibus centum, regiè ornatis, & satis nauigantibus. Is cum ipsa castra contemptum præteruehere-tur, qui aderat ex socijs urbibus, & omnes qui Antigonum communiter adiuuabant animis relanguerunt. Erat enim perspicuum, fore ut maris potentes hostes, depopularentur eos propter Antigoni amicitiam aduersarios adiuuarent. Antigonus eos bono animo esse iubebat, affirmans sese ea æstate soluturum esse cum quingentis nauibus. Interea dum hæc agit, aderat Agesilaus, is qui in Cyprum missus fuerat, renuncians Nicocreontem, & reliquorum præstantissimos quosq; reges coiuisse cum Ptolemæo societatem. Cittieus uerò & Lapithius, præterea Marius & Cerynita cum eo amicitiam contraxerunt. Quibus ille auditis, tria militum millia, & ducẽ Andronicum reliquit in obsidione. Ipse cum exercitu profectus ad Ioppen & Gazam quæ cõtumaces erant, eas expugnauit, & deprehensos ibi Ptolemæi milites, in suos ordines distribuit, atq; in ipsas urbes præsidium introduxit, quod habitatores dicto audientes esse coge ret. Ipse reuersus ad uetera apud Tyrum castra, obsidionem adornat. Per eadẽ tempora Aristo, is cui credita fuerant ossa Crateri, tradidit ea ad sepulturã Phi-læ, quæ prius Cratero, tũc Demetrio Antigoni filio nupserat. Hæc fœmina prudentia excellere uidebatur: nam si qui erant in castris turbulenti, eos sedabat, sese

Antigonus parat se ad belli aduersus Ptolemæũ, Seleucũ, Cassandrũ.

Libanus.

Seleuci classis & nauigatio.

Philæ laudes.

ſeſe erga unumquenq; ſic gerens uti conueniebat,& ſorores, filiasq; pauperũ elocabat ſuis ſumptibus,multos etiam calumnijs appetitos liberabat à periculis.Fertur & Antipatrum: eius patrem (qui uidetur prudentiſsimus fuiſſe eorũ qui potentatu functi ſunt) eadem ætate cum puella eſſet adhuc Phila, ſolitum cum ea de maximis conſultare negotijs. Indicabit autem accuratius fœminæ mores procedens oratio,& negotia dum peruenient ad mutationem,& extremum exitium Demetriani regni.Et Antigoni quidem,& Philæ Demetrij uxoris res hoc ſtatu erant.Ex ijs uerò ducibus qui ab Antigono miſsi fuerant,Ariſtodemus cum in Laconicam nauigaſſet,& à Spartiatis poteſtatem mercenarios colligendi accepiſſet,coëgit militum octo millia ex Peloponneſo, ac cum Alexandro & Polyſperchonte congreſſus, amicitiam cum eis contraxit pro Antigono,& Polyſperchontem quidem ducem creauit Peloponneſi, Alexandro uerò perſuaſit,ut in Aſiam nauigaret ad Antigonum. Alter ducum Ptolemæus,profectus cum exercitu in Cappadociam,& nactus Amiſum obſeſſam ab Aſclepiodoro Caſſandri duce,eam ex periculis eripuit,& dimiſſo fide data Aſclepiodoro,Satrapiam recuperauit. Poſtea profectus per Bithyniam,& Zibyram Bithyniorum regem nactus obſidẽtem Aſtacenorũ & Chalcedoniorũ urbem,coëgit obſidionem ſoluere. Et contracta cum his urbibus,cumq; Zibyta ſocietate,& inſuper acceptis obſidibus, contendit in Ioniam & Lydiam. Scripſerat enim ei Antigonus, ut ſibi per oram celeriter ferret auxiliũ quippe Seleuco hac nauigaturo. Poſtquam tandem uenit prope ea loca Seleucus, ipſe Erythras obſidet. Sed ubi cognouit hoſtium uires prope eſſe, inde ſoluit infecta re. Antigonus cum ad eum ueniſſet Alexander Polyſperchontis filius cũ eo contraxit amicitiam. Ipſe coactus militum, & illic peregrinantium, communi concione, Caſſandrum accuſauit, exprobrans ei Olympiadis occiſionem & commiſſum in Roxanam regemq; facinus. Præterea dicebat eum duxiſſe per uim Theſſalonicam in matrimonium, & manifeſtè Macedonum regnum ſibi uendicare.Præterea ut Olynthios,homines Macedonibus inimicisimos,habitatum duxiſſet in urbem à ſuo nomine nuncupatã,& Thebas inſtauraſſet,à Macedonib, cõplanatas.Hic indignãte cũ eo plebe,decretum ſcripſit,quo Caſſandrũ hoſtẽ eſſe pronunciauit,niſi & regem Roxanãq; matrem eductus ex carcere,redderet Macedonibus.Breuiter niſi pareret ei qui dux cõſtitutus eſſet,& regni procurationem accepiſſet,uidelicet Antigono: eſſentq; etiam Græci omnes liberi,à præſidijs immunes & ſui iuris. Hæc cũ ſanxiſſent milites,paſsim dimiſit,qui decretũ ferrent.Græcos enim ſuſpicabatur propter ſpem libertatis alacres habiturum ſe ad bellum adiutores. Superiorum autem Satrapiarum duces,& Satrapas,qui Antigonum ſuſpectum haberẽt,ut qui reges abrogare ſtatuiſſet,pro quib.Alexãder bellũ apertè ſuſcipiebat,omnes ſententiã mutaturos,& imperata libẽter facturos.Hiſce defunctus, datis Alexandro 500.talentis,eoq; de futuro in magnas ſpes adducto,eum miſit in Peloponeſum.Ipſe accerſitis nauibus à Rhodijs,& inſtructis earum plerisq; quæ ædificatæ fuerant,nauigauit ad Tyrum, ac maris imperio pollens,& frumẽtum importari prohibens,perſeuerauit annum & menſes tres:& obſeſsis ad dirã ægeſtatem perductis, permiſit miſsis à Ptolemæo militibus, ut cum ſuis facultatibus diſcederent, & urbe per compoſitionem accepta, præſidium ad cuſtodiam in eam introduxit.Hæc dum geruntur Ptolemæus audito Antigonianorum Macedonum decreto de libertate Græcorum, ſcripſit ipſe quoq; conſimilia,quò Græci intelligerent, ſe quoque libertatis eorum curam habere,non minus quàm Antigonum. Cùm enim uiderent ambo non parui eſſe momenti Græcorum beneuolentiam conciliaſſe, contendebant inter ſeſe de conferendis in eos beneficijs. Aſciuit in ſocietatem etiam Cariæ Satrapam Caſſandrum, hominem potentem, & ſibi ſubiectas urbes habentem non paucas. Cumq; Cypri regibus militum tria millia antè miſiſſet, miſit tunc copioſum exercitum

Miſsi ab Antigono duces quid egerint.

Lupus lupum reus peragit.

Caſſander accuſatore Antigono hoſtis Macedonum pronũciatur.

Antigonus Tyro potitur.

Ptolemæus Græcos ambit

exercitum, cupiens cogere aduersantes ad imperata facienda. Igitur Myrmidonem Athenienſem milit cum militum 10000. & Polyclitum cum 100. nauib. & omnium ducem Menelaum fratrem. Hi cum in Cypro nauigaſſent, & ibi Seleucum cum claſſe offendiſſent, conuocato concilio deliberãt quid facto ſit opus. Igitur uiſum eſt eis ut Polyclitus cum 50. nauibus nauigaret in Peloponneſum, & cum Ariſtodemo atq; Alexandro, itemq; Polyſperchonte bellum gereret. Myrmido uerò & Mercenarij in Cariam, ad ferendas Caſſandro ſuppetias, qui à Ptolemæo duce oppugnabatur. Seleucum uerò & Menelaum in Cypro relictos, iuſsit cum Nicocreonte rege, cæterisq; ſocijs bellum gerere cũ aduerſarijs. Hũc in modum diſtributis copijs, Seleucus Cerynniam & Lapithum expugnauit, ac pellecto Manenſium rege Staſiæco, Amathuſiorum principẽ obſides dare coẽgit. At Cithiorum urbem cum in ſuas partes pellicere nõ poſſet, continenter ſummis uiribus obſidebat. Eodem tempore ad Antigonum naues • uigarunt ex Helleſpõto & Rhodo naues 40. Themiſone præfecto. Itẽ ex Helleſponto & Rhodo adduxit nauigia Dioſcorides 80. Habebat autẽ inſtructas naues eas quæ in Phœnicia primæ perfectæ fuerant. Erat eę cum his quæ Tyrij fuerant relictæ 120. ita ut in uniuerſum ei congregatæ fuerint naues longæ inſtructæ 240. Ex his erant quadriremes, 90. quinqueremes 10. nouemremes tres, decemremes decem, inermes triginta. Igitur diuiſa claſſe, quinquaginta naues miſit in Peloponneſum. Reliquis præfectum cõſtituit Dioſcoridem, ſuum ex fratre nepotem, eiq; præcepit, ut circumnauigaret, quo & ſocijs præſidio eſſet, & inſularum eas quæ nondum in ſocietatem ueniſſent, ſibi conciliaret. Et Antigoni quidem res hoc ſtatu erant.

Nos uerò poſtquam geſtas in Aſia res perſecuti ſumus, rurſus Europæ res uiciſsim narrabimus. Apollonides præfectus à Caſſandro dux urbis Argiuorum, excurſione noctu in Arcadiam facta, potitus eſt urbe Stimphaliorum. Eo in his occupato, Argiuorum ij qui Caſſandro erant infenſi, inuocarunt Polyſperchontis filium Alexandrum, urbem ſe dedituros pollicentes. Alexandro tardante, Apollonides Argos uenire anticipauit, ac nactus aduerſariorum ad quingentos in curia conſultantes, eos exitu excluſos comburit uiuos, reliquorum magnam partem relegauit, paucos comprehenſos interficit. Caſſander cognita Ariſtodemi in Peloponneſum nauigatione, & coactorum mercenariorum multitudine, primo conatus eſt auocare Polyſperchontem ab amicitia Antigoni. Sed illis non obſequentibus, coacto exercitu, uenit per Theſſaliam in Bœotiam. Hic cùm Thebanos in ædificãdis mœnibus adiuuiſſet, conceſsit in Peloponneſum, ac primum expugnatis Cenchræis, Corinthiorum agrũ depopulatus eſt. Deinde duobus caſtellis expugnatis, præſidium ab Alexandro collocatum, fide data dimiſit. Deinceps oppugnata urbe Orchomeniorum, & ab eis conductus, qui Alexãdro infenſi erant, urbis cuſtodiam ibi reliquit. Cumq; Alexandri amici in Dianæ fanum confugiſſent, dedit poteſtatem ciuibus faciẽdi quod uellẽt. Igitur Orchomenij arreptos per uim ſupplices, omnes interfecerunt, contra communia iura Græcorũ, Caſſander profectus ad Meſſeniam, & urbem à Polyſperchonte præſidio munitam nactus, eam in præſentia obſidendam non iudicauit, ſed in Arcadiam profectus, Damim urbs procuratorem reliquit. Ipſe in Argiam profectus, poſitoq; certamine Nemeorũ, in Macedoniam ſe recepit. Hoc digreſſo Alexander obiens Peloponneſi urbes cum Ariſtodemo, conſtituta ibi à Caſſandro præſidia eijcere tenebat, & ciuitatibus libertatem reſtituere. Quibus cognitis, Caſſander miſit ad eum Prepellum, petens ut ab Antigono deficeret, & ſecum fidelem ſocietatẽ coiret. Id ſi feciſſet, imperium ſe illi daturum dixit totius Peloponneſi, & exercitus dominium effecturum. Alexander id ſibi concedi uidens, cuius gratia ab initio Caſſandrũ oppugnabat, inita ſocietate, dux creatus eſt Peloponneſi.

Apollonides Argiuos ſenatores concrematt.

Caſſander Alexandrũ ſibi conciliat.

Hæc

Polyclitus Theodotũ & Perilaum opprimit.

Hæc dum geruntur, Polyclitus à Seleuco missus, cum ex Cypro soluisset, appulit ad Cenchreas, & audita Alexandri mutatione, ac uidens nullas esse hostiles copias, nauigauit in Pamphiliam. Hanc transportatus in Aphrodisiadẽ Ciliciæ, audiuit Theodotũ Antigoni classis præfectũ, ex Pataris Lyciæ præterue hi Rhodijs nauibus, ex Caria instructis, & Perilaum cum militibus secundùm classem terra iter facere, ut ei tutũ iter præberet. Igitur utrosq; decepit: nam milites ex nauib. depositis occultauit idoneo loco, secundũ quem necesse erat hostes transire: ipse cum omnibus nauib. nauigat, & occupato quod erat ante se promontorio, obseruat aduentum hostium. In has insidias cum primò pedites incidissent, accidit ut Perilaus captus fuerit, & reliquorũ alij partim ceciderint pugnando, partim uiui uenerint in potestatem hostiũ. Cumq; qui erant in classe suis auxilium ferre conarentur, Polyclitus eò ordinata acie profectus, facilè uertit in fugam turbatos hostes, quò factum est, ut & naues captæ fuerint, oẽs, & uirorum non pauci, in quibus ipse quoq; Theodotus saucius paucos post dies interijt. Polyclitus igitur sine periculo, tantas res consecutus, nauigauit in Cyprum, & inde ad Pelusium. Hunc Ptolemæus laudatum, magnis donis honorauit, multoq; magis promouit, ceu authorem magnæ uictoriæ. Perilaũ uetò & reliquorum captiuorum nonnullos soluit. Cùm uenisset de illis ab Antigono legatio, ipse concessit in eum locum qui Eruptio, & ibi cõgressus ad colloquium cum Antigono, rursum discessit, non concedente Antigono postulata. Nos uerò persecuti gesta Græcorum Europæ in Græcia & Macedonia inuicem narrabimus de uergentibus ad Occidendem partibus.

ἔκφρασις.

Agathoclis quædã gesta.

Agathocles Syracusanorum princeps, cum Messanẽsium castellum teneret, promisit, si accepisset ab eis triginta talenta, sese traditurũ locum. Quod argentum cùm dedissent Messanenses, non solum fefellit eos qui promissis crediderant, uerùm etiam Messanam ipsam occupare conatus est. Cùm enim partẽ aliquam muri in ea cecidisse audiuisset, per terram misit equites ex Syracusis. Ipse assumptis triremibus nocte nauigando prope urbem accessit. Verùm cũ id sensissent quib. insidiæ parabant, hoc conatu frustratus est. Deinde ad Mylas nauigauit, obsessumq; castellum per cõpositionem accepit: ac tum quidẽ Syracusas se recepit. Deinde messis tẽpore rursus in Messaniã expeditionem fecit, ac prope urbẽ castra metatus, & eam cõtinuis oppugnationib. tentãs, nullũ memorabile detrimentũ inferre potuit hostib. Etenim Syracusanorũ exulũ multi concurrebant in urbem, qui tum propter suam salutẽ, tum ppter tyranni odiũ, animosè certabãt. Quo quidẽ tempore uenerũt à Carthagine legati, qui Agathoclem ob illa facta obiurgarunt, ut qui fœdera uiolaret. Messanensibus uerò pacem fecerunt, & coacto castellũ reddere tyrãno, in Africã nauigarunt. Agathocles uerò profectus Abacænam urbem sociã, eos qui à se dissidere uidebantur iugulauit numero plures 40. Dum hæc geruntur, Rom. belligerantes cum Samnitibus, Ferentam urbem Apuliæ expugnarũt. Nuceriæ uerò incolæ, quę Alfaterna uocãt, inducti à quibusdã, amicitiæ Rom. renunciarũt, & cum Samnitis societatẽ fecerũt. Hoc anno elapso Athenis regebat Nicodorus, Rom. uerò Cos. erant L. Papirius quartũ, & Q. Publ. secundũ. Horũ tempore Aristodemus dux ab Antigono cõstitutus, postquã Alexandri Polysperchontis filij rebellionẽ cognouit, ipsa dicta ei cõmuni Aetolorũ causa, multitudinem pellexit ad auxiliandũ rebus Antigoni. Ipse cũ mercenarijs ex Aetolia profectus in Peloponesum, offendit Alexandrũ & Eleos obsidẽtes Cyllenã, ac opportunè periclitãtibus aduenies, soluit obsidionẽ. Atq; hinc relictis qui castellũ tutũ præstarẽt, profectus est in Achaiã, & Patras quidẽ liberauit, quæ præsidio tenebãtur à Cassandri militib. Deinde Aegio expugnato, præsidio potitus est, & Aegiẽsib. secũdũ decretũ uolẽs libertatẽ restituere, phibitus est hac ratione Militib. in rapinã uersis multi Aeginẽsiũ iugulati sunt, & domorũ plurimę corruptę. Postea cũ in Aetoliã nauigasset. Dymæi præsidiũ habẽtes à Cassandro, urbem muro

Romanorum bellũ cum Samnitibus.

An. urbis 365

Aristodemi quædam gesta contra Cassandrianos Duces.

distinxerunt

distinxerunt, ut seorsum ab arce diuīcta foret: atq; inter sese ad tuendā libertatē cohorti, arcem castris cingūt, & assiduis oppugnationib. tentāt. De quibus certior factus Alexāder, uenit eò cū exercitu, & illis intra murū cōpulsis, potit urbe, Dymæorūq; nōnullos interficit, alios in custodiā cōiecit, multos in exilium pellit. Reliq; Alexādro ab urbe digresso aliquāto tēpore quietos se tenuerūt, pculsi magnitudine calamitatis, simulq; socijs destituti. Sed aliquāto post tēpore euocatis ex Aegio mercenarijs Aristodemi, rursus adoriunt pīdiū, & arce poti ti, urbē in libertatē uindicant: atq; interfectis eorū qui relicti erant plurimis, simul sustulerunt etiā suorū ciuiū quotquot cùm Alexādro amicitiam habebāt.

Alexāder Polysperchontis occiditur.

Hæc dū agunt, Alexāder Polysperchōtis filius ex Sicyone, profiscēs cū exercitu, ab Alexione Sicyonio, & quibusdā alijs amicitiā simulantib. interfectus est. Vxor uerò Gratesipolis, susceptā rerū administratione, retinebat exercitum, & erat supramodū chara militib. ppter beneficia. Succurrebat. n. assiduè miseris, & inopū multos sustinebat. Erat & prudētia pdita in reb. gerēdis, & audacia maiore, q̄ p fœmina. Cū. n. Sicyonij eā pter uiri obitū cōtēpsissent, & cū armis ad libertatē cōcurrissent, ipsa plio cōgressa, multos uictrix interfecit, captosq; circiter triginta crucifixit, ac stabilitis urbis reb. impabat Sicyonijs, habēs multos milites ad omne periculū paratos. Et Pelopōnēsi quidē res hoc statuerant.

Gratesipolis.

Cassander Acarnanes sibi conciliat.

Cassāder uerò uidēs Aetolos Antigono opitulātes, & uicinū bellū aduersus Acarnanes habētes, iudicauit expedire simul, & socios facere Acarnanes, & deprimere Aetolos. Itaq; pfectus ex Macedonia cū magno exercitu, uenit in Aetoliā, tum castrametatus est apud eū fluuium, q̄ Cāpylus appellat. Atq; Acarnanib. in cōmunē concionē cōuocatis, & demōstrato, quēadmodum uicinū bellum habeāt ex antiqs tēporib. cōsulit ut ex munitis, paruisq; locis, in paucas urbes cōmigrēt, ne diuersa habitatione, nequeāt alij alijs auxiliari, & aduersus in expectatas hostiū aggressiones difficulter cōgregent. Id cū esset Acarnanibus persuasum, plurimi Stratopolim cōmigrarūt, quæ erat munitissima atq; maxima. Oeneadæ & alij quidā cōuenerunt Sauriā. Deniēses cū alijs Agrinij Cassādri relicto duce Lycisco cū satis multis militib. huic mādauit ut suppetia ferret Acarnanib. Ipse cū copijs pfectus ad Leucadē, urbē sibi per legationē cōciliauit. Postea cōuersò in Adriā impetu, Apolloniā primo aduentu recepit, & in Illyridē progressus, traiecto q̄ Ebro flumine, prælio congressus est cum Glaucia Illyriorū rege, & uictoriā cōsecutus, cū eo fœdus fecit, ea cōditione, ut Glauciæ militare nō liceret aduersus Cassandri socios. Deinde Epidamniorū urbe sibi conciliata, & præsidio ibi collocato, reuersus est in Macedoniam.

Aetoli Agrinienſibus fidē frangunt.

Digresso ex Aetolia Cassandro, cōspirantes Aetolorū ad tria millia, Agrinium uallo cinctum obsident. Cumq; oppidani cōpositionem ea lege fecissent, ut oppidum dederent, & data fide discederent, ipsi pactis credentes abierunt. At Aetoli uiolatis pactis illos persecuti, qui nihil sibi mali euenturū sperabāt, oēs, paucis exceptis, interfecerūt. Cassander uerò, postq; uenit in Macedoniā, ut certior factus est oppugnari Cariæ urbes, quæcunq; ut Ptolemæo & Seleucò societatem habebant, misit exercitum in Cariam, quod & uolebat auxilium ferre socijs, & cupiebat Antigonū negotijs distrahere, ne otium haberet in Europam traijciēdi. Scripsit etiam ad Demetrium Phalereum, & ad Dionysiū qui Munychiam custodiebat, imperans ut uiginti naues in Lemnum mitteret. Qui cum protinus naues misisset, & nauium præfectum Aristotelē, hic ad Lemnū nauigauit, & euocato Seleucorum classe, Lemnijs persuadere conabatur, ut ab Antigono deficerent. Sed cum non obsequerētur, ille agrum depopulabatur, & urbē uallo circundatā obsidet. Postea Seleucus in Con nauigauit. Dioscorides uerò constitutus ab Antigono classis præfectus, cognita Seleuci nauigatione, appulit in Lemnum, & Aristotelem expulit ex insula, nauium q̄ plerasq; cum ipsis uiris cœpit. Cassander uerò & Prepelaus præerant illi quidem missis à Cassandro copijs in Cariam, sed cū audiuissent Ptolemæum Antigoni ducē,

copias in Hyberna diuisisse, & ipsũ in sepultura patris occupari, miserũt Eupolemũ ad insidiandũ hostib. apud Caprima Cariæ, & cũ eo unà miserũt peditum octo millia, equitũ duo millia. Quo quidẽ tẽpore Ptolemęus, audito ex quibusdã trãsfugis cõsilio hostiũ, cõgregauit ex his q̃ ppinquo hyemabãt militib. peditũ octo millia trecẽtos, eqtes sexcẽtos. Ac ex inperato circa mediã noctẽ aggressus uallũ aduersariorũ, & eos nactus incustoditos atq; dormiẽtes, ipsum Eupolemũ uiuũ cœpit, & milites seipsos dedere coẽgit. Et hic quidẽ status erat eorũ, qui à Cassandro duces missi sunt in Asiã. Antigonus uerò uidẽs Cassandrũ de Asia cõtẽdere, Demetriũ filium reliquit in Syria, cũ mãdato ut insidiaret Ptolemæo, quẽ suspicabat ex Aegypto cõcessurũ cũ exercitu in Syriã. Reliquit autẽ cũ eo peditũ peregrinorũ decẽ millia, Macedonũ duo millia, Lycios & Pãphylios quingentos, Persas sagittarios & funditores quadringẽtos, equitũ quinq; millia, elephãtos supra 40. Ei appositi cõsiliarios 4. Nearchũ Cretẽsem, & Pithonẽ Agenoris filiũ, qui paucis antè dieb. Babylone uenerat, & pter hos Andronicũ, Olynthium, & Philippũ, uiros seniores, & qui cũ Alexãdro in tota illa expeditione militauerãt. Erat enim Demetrius adhuc ętate iuuenis, quippe annos natus duos supra uiginti. Ipse reliquũ exercitũ sumpsit, ac primò Taurum mõtem superãs, cũ in multã niuẽ incidisset, cõplures milites amisit. Hãc ob causam rursus in Ciliciã reuersus, aliudq; tẽpus nactus, eundẽ montẽ tutius trãsijt, ac postq; Celęnas Phrygię peruenit, exercitũ in Hyberna distribuit. Postea classem ex Phœnicia accersit, cuius p̃fectus erat Medius, qui cũ in Pydnæorum naues incidisset, numero 36. cõmisso nauali pẽlio, nauibus cũ ipsis uiris potitus est. Et Græciæ quidẽ atq; Asiæ res sic se habebãt. In Sicilia uerò Syracusanorũ exules Acragãte degẽtes mouebant urbis moderatores ne Agathoclẽ urbes suæ ditioni subijcere paterent. Siquidẽ satius esse, anteq; tyrãnus potẽs euaserit, ultrò belligerare, quã expectato eius incremẽto, cũ potẽtiore necessariò decertare. Hi cũ uera dicere uisi fuissent, populus Acragãtinorũ bellũ decreuit, & Geloos quidẽ, & Messanẽses in societatẽ cooptarũt, atq; in Lacedæmoniã exulũ quosdã miserunt cum mãdato, & ducẽ adducere conarent, qui negotijs præesse posset. Ciues enim suspectos habebãt, tanq; tyrãnidis familiares. At externos existimabãt iustè gesturos curã omniũ, memores imperij Timoleontis Corinthij. Illi missi postq; tandẽ in Laconicã peruenerũt Acrotatũ Cleomenis regis filiũ, multis iuuenib. uisum, ideoq; peregrinarũ rerũ cupidũ. Lacedęmonijs enim post gestũ cùm Antipatro pẽlium absoluentib. ab infamia eos, qui ex clade euaserunt, solus decreto intercessit. Hinc affectũ est ut etiã aliorũ nõ paucos offenderit, & maximè q̃s leges pœna afficiebãt. Hi enim cõspirantes, eum pulsarunt, & deinceps insidiabant. Hanc ob causam peregrini imperij cupidus, libẽter obsecutus est Acragãtinis, ac peregrinatione citra Ephororũ sentẽtiã suscepta, soluit cũ paucis nauibus, uti ad Acragantẽ appulsurus. Sed uentis abreptus in Adriã, appulit in agrũ Apolloniatarũ, & urbẽ nactus ab Illyriorũ rege Glaucia obsessam, soluit obsidionẽ, pellecto rege ad fœdus faciẽdum cũ Apolloniatis. Hinc cùm Tarentũ nauigasset, & populo ad liberandũ unà Syracusios cohortatus fuisset, persuasit ut 20. nauium auxiliũ decernerẽt. Nam pptẽr cognationẽ, eiusq; familiæ splendorem, habita est eius orationi magna fides atq; põdus. Tarẽtinis in apparatu occupatis ipse cùm ad Acragantẽ nauigasset, imperium accepit: ac primũ eum plebẽ magna spe inflasset, efficit ut oẽs breui futurã expectarẽt exactionẽ tyrãni. Verùm progrediente tempore rem nullã neq; patria, neq; generis nobilitate dignã gessit, cõtraq; cũ sanguinarius esset, & tyrãnis crudelior, plebẽ offendit. Ad hæc patrios mores mutauit, & uoluptatib. adeò intẽperãter indulsit, ut Persa, nõ Spartiata, esse uideret. Postq; prouentuũ bonã partẽ, partim res administrãdo, partim in suã rem cõuertendo, absumpsit: ad extremũ Sosistratũ exulum clarissimũ, qui sæpe copijs præfuerat, ad cœnã uocatũ dolo interfecit, habẽs alioquin nihil omnino quòd eum accusaret, sed uolebat

Antigonus relicto in Syria Demetrio filio, transit in Phrygiam.

Acragantini bellum suscipiũt aduersus Agathoclem.

Acrocatus Spartiata in Siciliã nauigat ad auxiliandũ Acragantinis.

Acrotatus crudelis & mollis.

uolebat è medio tollere, uirũ strenuũ, & q̃ insidiari ijs posset, q̃ imperiũ malè ad ministrarẽt. Peruulgato facinore partiũ exules cõcurrunt aduersus eũ, & oẽs reliqui ab eo alienant. Ac primò eũ impio abdicãt: paulò pòst etiã lapidib. petere aggrediunt. Itaq; uulgi ueritus impetũ, noctu aufugit, & clã in Laconicã appellit. Post huius discessũ Tarẽtini classẽ quã in Siciliã miserãt, accersũt. Acragãtini & Geloi, & Messanẽses bellũ q̃ cũ Agathocle gerebãt, cõponunt sequestre fœderis Amilcare Carthaginẽsi. Erãt aũt pactorũ capita hęc, ut ex Gręcis urbibus Siciliæ Heraclea & Selinus. & p̃ter has Himera, in Carthaginensiũ ditione essent, sicut & ante erãt: reliquæ oẽs sui iuris essent, imperiũ obtinẽtib. Syracusanis. Postea uidẽs Agathocles expertẽ esse Siciliã hostiliũ copiarũ, urbes et loca suæ ditiõi sine metu subijcit, & multis breui potitus, ualidũ parauit principatũ. Etenim socios multos, & puẽtus huberes, & memorabilẽ exercitũ sibi peperit. Nã p̃ter socios et cæteros ex Syracusis cõscriptos ad militiã, mercenarios delectos habebat, peditũ 10000, equitũ 3050. Cõparauit & apparatũ armorũ & telorum omnis generis, sciẽs Carthaginẽses repræhẽdisse Amilcarẽ de fœdere, et breui sibi bellũ illaturos. Et Siciliæ quidẽ res eo tẽpore hoc statu erãt. In Italia Sãnites bellũ cũ Romanis cõplures annos gerẽtes de imperio, Plisticã. q̃ præsidium Romanũ habebat, expugnarũt, Soranisq; psuaserunt, ut Rom. q apud ipsos erãt, necarẽt, & cũ Sãnitib. societatẽ cõtraherẽt. Postea Rom. Satriculã obsidẽtib. superuenerũt cũ copioso exercitu, obsidionẽ soluere cupiẽtes. Igit̃ commisso ac plio, multi utrinq; occubuerũt: tãdẽ superiores extitẽre Romani. Post plium urbe expugnata, persuaserũt intrepidè uicina oppida & loca recipiẽtes. Cũ aũt extitisset bellũ apud urbes Apuliæ. Sãnites cõscriptis omnib. q per ætatẽ arma ferre possent castra ppe hostes fecerũt, tanq; de summa rei dimicaturi. Quo cognito, Romanus pop. de euẽtu solicitus, magnas copias eò misit. Iam cũ eis mos esset periculosis tẽporib. imperatorẽ belli cõstituere aliquẽ uirũ pcipuũ, creauere tunc Q. Fabiũ, & cum eo Q. Aeliũ Magistrũ equitũ. Hi acceptis copijs, plio cõgressi sunt cum Sãnitib. apud eas q̃ uocant̃ Laustolæ, & multos milites amiserunt, factaq; totius exercitus fuga, Aelius cũ eũ fugæ pudoret solus restitit hostiũ multitudini, nõ q uictoriã speraret, sed q̃ inuictã patriã, in sua parte ostẽderet. Hic igit̃ nõ ciuiũ socius in fugæ turpitudine, priuatim mortem sibi gloriosam cõparauit. Romani ueriti ne Apuliæ res prsus amitterẽt, coloniam miserũt in Luceriã, urbẽ eorum locorũ clarissimã. Hic copias habẽtes bellũ gerebãt cum Sãnitibus, in quo quidẽ nõ malè reb. suis pspexerunt. Etenim huius urbis opera nõ solũ in hoc bello superiores fuerũt, uerumetiã in ijs q̃ postea usq; ad nostra tẽpora gesta sunt, eius urbis p̃sidio aduersus uicinas gentes usi sunt. Huius anni reb. gestis finẽ adeptis, Athenis magistratum inijt Theophrastus, Romæ Cõsules creati sunt M. Publius, & C. Sulpitius. Horũ tẽporib. Callantiani habitãtes in sinistris partib. Põti, & p̃sidiũ habentes à Lysimacho, illud expulerunt, & p libertate certamẽ susceperunt. Itemq; liberata Istrianorũ urbe, cæterisq; finitimis, societatẽ cõtraxerũt, quò principẽ cõmuniter oppugnarẽt. Asciuerunt in amicitiã etiam Thracum & Scytharum finitimos, adeò ut essent copiæ graues, & quæ copiosis uiribus repugnare possent. Lysimachus his reb. cognitis, cum copijs cõtendit in rebelles, ac per Thraciã iter faciens, traiectoq; Aemo, castra posuit ppe Odessum institutaq; obsidione, oppidanos citò perterruit, & per compositionẽ accepit urbẽ. Postea simili modo recuperatis Istrianis profectus est in Callãtianos. Quo quidẽ tẽpore uenerunt Scythæ & Thraces cum magnis copijs, suppetias laturi socijs ex fœdere. Quibus obuiã factus Lysimachus & extemplò cõgressus, Thracib. perterritis persuasit, ut ad se desicerẽt. Scythis uerò prælio deuictis, & multis interfectis, reliquos persequutus est extra fines, & Callantianorũ urbe castris cincta, instituit obsidionẽ, cupiens omnino punire authores defectionis. Hæc illo agente, aderãt quidã, nuncientes missos ab Antigono duos exercitus, suppetias Callantianis, unũ terra, alterum

Acragantini & cæteri pacem faciũt cũ Agathocle.

Romanorũ bellum cum Samnitibus.

Anno urbis 441.
Orbis 3653.
Co. C. Sulpitius & M. Petilius.
Callantinorũ bellum.

rum mari & classe quidē Lyconē ducē in Pōtū nauigasse, Pausaniā uerò habentē nō paucos milites, castra fecisse apud eū locū q̄ & sacrū appellat. Hic perturbatus Lysimachus, in obsidione relict̄ satis multos milites, & assumpta copiarū parte p̄stantissima, ipse aduersus hostē cōtēdit, p̄lio cōgredi cupiēs. Vbi ad Aenū traiectū peruenit, inuenit Seuthā regē Thracū qui defecerat ad Antigonū, & cū multis militib. custodiebat aditus. Cū eo cōgressus satis, plixo p̄lio suorum nō paucos amisit, & occisis hostiū plurimis, barbaros, ppulsauit. Supuenit & Pausanianis, eosq̄ nactus in angustijs in quas confugerāt, eas expugnauit, & interfecto Pausania, militū alios accepto precio dimisit, alios in suū exercitum cooptauit. Et Lysimachi quidē rerum status his erat. Antigonus uerò hoc conatu frustratus. Telesphorū misit in Pelopōnesum, traditis ei 50. nauib. satisq̄ multis militib. eiq̄ urbes in libertatē asserere mādauit. Nā eo facto, sperabat se apud Greços fidē inuenturū, q̄ reuera eorū libertatē curaret, simulq̄ cogniturū se sperabat res Cassādri. Telesphorus uerò cū primū appulit in Pelopōnesum, pagrauit munitas ab Alexādro p̄sidijs urbes, & oēs in libertatē uindicauit, excepta Sicyone, & Corintho. In his .n. degebat Polysperchon, copiosas uires habēs. & tum his, tum locorū munitionib. confidēs. Hæc dū gerunt, Philippus à Cassandro dux missus ad gerendū cū Aetolis bellū, ut primū peruenit in Acarnaniā cū exercitu, primò Aetoliā depopulari aggredit: sed paulò pòst certior factus Aeacidē Epirotā in regnū peruenisse, & copiosum exercitū congregasse, celeriter cōtendit aduersus eū. Properabat.n. seorsum decertare, prius q̄ Aetolorū uires accessissent. Et nactus Epirotas ad p̄liū paratos, primo aduentu manus cōtulit, & multos interfecit, nec paucos uiuos cœpit, in quib. accidit ut essent etiā ex authorib. reditus regis circiter 50. numero, quos cōstrictos misit ad Cassandrū. Cumq̄ Aeacidani ex fuga coiuissent, & Aetolis sese cōiunxissent, rursus aggressus eos Philippus, p̄lio superauit, & multos interfecit, in quibus erat etiā rex Aeacida. Ita paucis dieb. perpetratis tā egregijs facinorib. perterruit multos Aetolorū, adeò ut infirmas urbes deseruerint, & in maximè inaccessos mōtes cū liberis & uxorib. cōfugerint. Et Græciæ quidē gesta hūc habuēre finē. In Asia uerò Cassander imperās, quia bello p̄mebat cōposuit cum Antigono ea cōditione, ut milites oēs Antigono traderet, & Græcas urbes sui iuris esse sineret, ac Satrapiā quā prius habebat dono retineret, & Antigoni firmus amicus esset. De his cū obsidē dedisset Agathonē fratrē, & paucos post dies, eū pactorū pœniteret. Fratrē suū obsidē surripuit, missisq̄ ad Ptolemæū & Seleucū Legatis, petit ut q̄ primū mittāt auxiliū. Quib. reb. indignatus Antigonus copias ad urbiū liberationē, terra mariq̄ misit, cōstituto classis magistro Medio, & creato exercitus duce Docimo. Hi postq̄ ad Milesiorū urbē uenerunt, ciues inuitāt ad libertatē, & expugnata arce, q̄ p̄sidio tenebat, legū libertatē Reip. restituerūt. Hæc dū ab illis aguntur Antigonus Tralles expugnauit, et ad Caunum, pfectus, & classe accersita, hāc quoq̄ urbē excepta arce, hac uallo cincta, qua parte erat oppugnabilis, assiduis oppugnationib. tentabat. Ptolemæus aūt ad lasum urbem cum satis magno exercitu missus, coactus est ad Antigonū deficere. Igitur hæ urbes Cariæ hoc pacto subiectæ sunt Antigono. Paucos deinde post dies cùm ueniissent ad eū ab Aetolis & Bœotis legati, cū eis societatē coiuit, & cū Cassādro in colloquiū cōgressus de pace ad Hellespōtum, re infecta discesit, q̄ inter sese cōsentire minimè possent. Hāc ob rem Cassander de cōpositione desperās, statuit quòd rebus Greçiæ iterū contēdere. Igitur profectus cùm 30. nauibus ad Oreum, oppidū obsidet, cumq̄ strenuè oppugnationibus uteret, & oppidū iam ui caperetur, aduenit suppetias laturus Oritis Telesphorus ex Pelopōneso, cum nauibus 20. & militibus mille, & Medius ex Asia habens naues 100. Hi uidentes in porta stationem habētes naues Cassandri, ignem iniecerunt, & quatuor cremarunt, ac propemodū oēs corruperunt. Cumq̄ inferiorib. ueniisset ab Athenis, auxilium nauigauit Cassander aduersus

Antigonus Telesphoū mittit in Hellespontum.

Philippus Aetolos profligat.

Aeacidæ Regis interitus.

aduersus contemnentes hostes,& cum eis congressus nauem unam depressit, tres una cùm uiris cepit.Et Græciæ quidem Pontiq; gesta talia erant.

In Italia Samnites cum magno exercitu perualebant,depopulantes urbium Italiæ, quæcunque aduersarios adiuuabant.Eo profecti Consules Romani cum exercitu,auxilium ferre conantur periclitantibus socijs. Posuerunt autem castra è regione hostium apud Cinnam urbem,& hanc quidem protinus eripuerunt ab imminente terrore. Deinde post paucos dies cum utriq; aciem instruxissent fit acre prælium, & frequentes utrinque cadunt. Tandem annixi Romani hostes per uim superant, eosq; procul persecuti supra decem millia interficiunt. Hoc prælio adhuc ignorato, Campani Romanos despicati bellarunt. Et populus protinus satis magnum exercitum contra eos misit, & Imperatorem C.Manium,& cum eo ex patria more, Manium Fuluium Magistrum equitum. His propè Capuam castrametatis,Campani primò decerta re conabantur, sed postea, cognita clade Samnitum,& rati uniuersas copias aduersus ipsos uenturas,pacem fecêre cùm Romanis. Nam tumultus authores dediderunt, qui constituto iudicio, non expectata pronunciatione,ipsos interfecerunt. Vrbes uerò ueniam consequutæ in priorem societatem restitutæ sunt.

Samnitum clades.

Campanorum motus.

Hoc anno decurso,Athenis regebat,Polemo:Romæ Cõsules erant Lucius Papirius quintum,& Caius Iunius. Trãsacta est etiam illo anno Olympias septima supra centesimam decimam,in qua Parmenio Mitylenæus in stadio uictor extitit.Per hæc tempora.Antigonus legauit in Græciam ducem Polemonem,Græcos liberaturũ. Misit autem cum ipso naues centum quinquaginta Medio constituto nauium præfecto,militũ uerò peditum quinq; millia, equites quingentos.Contraxit & cum Rhodijs societatem,& ab eis assumpsit decem naues ad bellum instructas,ad Græcorum liberationem.Ptolemæus uerò cum uniuersa classe Bœotiam uersus facta nauigatione ad portũ profundũ appellatum,à cõmuni Bœotorum assumpsit pedites bis mille ducentos, equites mille trecentos.Accersiuit & ab Oreo naues,& cum Salmonem muro tinxisset,huc coẽgit uniuersas copias. Sperabat enim se Chalcidenses suscepturum,qui quidẽ soli ex Eubœis ab hostibusq; præsidio tenebantur. Cassander solicitus de Chalcide,Orei obsidionem soluit,& in Chalcidem uenit,& copias accersiuit.Antigonus,certior factus in Eubœa exercitus alterum aduersus alterum consedisse,accersit Medium in Asiam cum classe ac statim copijs assumptis contendit in Hellespontum cum celeritate tanquam transiturus in Macedoniam, ut aut manente Cassandro circa Eubœam,ipse Macedoniam deprehenderet, destitutam defensoribus: aut ut regno ferens suppetias Cassander, pro domesticis decertaret,omissis negotijs quæ illi erant circa Græciam. Cassander cognito spectato eius consilio, Pistarchum reliquit præsidiorum præfectum quæ erant in Chalcide.Ipse cum uniuerso exercitu cum soluisset,Oropum per uim cœpit,& Thebanos in suam societatem cooptauit. Factus uerò indicijs cum alijs Bœotijs,& relicto Græciæ duce Eupolemo, recessit in Macedoniam,solicitus de hostium transitu Antigonus ubi peruenit in Propontidem,legatos misit ad Byzantinos,postulans ut secum inirent fœdus.Cũ etiam à Lysimacho ueniissent legati, & adhortarentur ne aliquid fieret,uel contra ipsum, uel contra Cassandrum, Byzantinis uisum est manere in quiete,& pacem atq; amicitiam ergo utrosq; seruare. Antigonis his incommodis motus, simul & tempestate hyberna includente,militibus singulas urbes ad hybernandum dedit.Hæc cùm fierent, Cercyræi auxiliati Apolloniatis & Epidamnijs Cassandri milites fide data dimiserunt:ex urbibus autem liberarunt Apollonium,& Epidamnum Glauciæ Illyriorum regi tradiderunt. Ptolemæus Antigoni dux,profecto in Macedoniã Cassandro,& perterrefactis Chalcidis præsidijs,urbem cœpit,& Chalcidenses sine præsidio dimisit,ut clarum fieret, quẽ-

An. urbis 442. An. orbis 3654.

Antigoni gesta quædam.

Ptolemæus. Antigoni dux, quo cum successu in Græcia bellũ gesserit.

admodum Antigonus secundùm ueritatem dictus fuerit Græcos liberare. Est enim urbs opportuna propugnaculum habere uolẽtibus ad de rerum summa belligerandum. Igitur Polemo Oropum obsidione captam Bœotijs tradidit, & Cassandri milites in potestatem accepit. Post hæc Erythræis & Carystios in societatem receptis, castra mouit in Atticam, Demetrio Phaleræo urbis præfecto. Athenienses primùm clàm legatos miserunt ad Antigonum, postulates ut urbem liberaret. Tunc autem cùm Ptolemæus prope urbem aduentasset, magna confidentia coëgerunt Antigonum inducias facere, & legatos mittere ad Antigonum de fœdere ineundo. Ptolemæus autem cum soluisset ex Attica in Bœotiam, Cadmeã cœpit, & præsidijs eiectis, Thebas liberauit. Post hæc profectus in Phocidem, & subactis cõpluribus urbibus undiquaq; eiecit præsidia Cassandri. Aggressus est Locridem, cumq; Opuntij Cassandri præsidium habe rent obsidionem parauit, & continuas oppugnationes faciebat. Eadem æstate, Cyrenæi facta defectione à Ptolemæo arcem obsederunt, quàm celerrimè eiectis præsidijs. Cùm uenissent legati ab Alexandria, & adhortarẽtur ut cessaret obsidio, hos quidem interficiunt, arcem uerò maiori contentione obsident.

Cyrenæi Ptolemæo regi rebellant.

Quibus exacerbatus Ptolemæus, misit Agim ducẽ cũ exercitu pedestri. misit & classem auxilio futuram in bello, constituto Nauarcho Epæneto. Argis autẽ acriter congressus cùm defectoribus, per uim urbe potitus est, & cõiectis in uincula defectionis authoribus, eos ablegauit Alexandriam & ablatis aliorum armis, & cõstituris ijs quæ ad urbis statum pertinerẽt, quemadmodum ipsi cõmodum usum est, in Aegyptum regressus est. Ptolemæus uerò cum in memoriam reuocasset ea quæ circa Cyrenem acciderant, ex Aegypto contendit cum exercitu in Cyprũ, ad reges rebellantes, ac cùm inuenisset Pygmalionem legatione fungẽtem apud Antigonum, sustulit de medio. Praxippum Lapithię regem & Ceraniæ principem suspicatus ab alienato à se animo esse, cõpræhendit, & Stasiœcum Malei filium. Et urbem quidem euertit, incolas autem in Paphum seruitio adictos transtulit. His peractis, Cypri ducem constituit Nicocreontem

Nicocreon Cypri dux constitutus.

tradictis urbibus & prouentib. regum, qui uicti fuerant, ipse cũ copijs instituta nauigatione in Syriam superiorem appellatam, Posideum & fluuios Carum per uim expugnatos diripuit ac expeditè cum nauigasset in Ciliciam, Mallum cœpit, & quos ibi deprehendit sub corona uendidit. Expugnauit & propinquam regionem, & exercitu impleto commoditatibus, nauigauit in Cyprum. Sic autem sese gerebat apud milites, ut excitaret eorum alacritatem ad pericula quæ ingruerent. Demetrius autem Antigoni uersabatur assiduè apud Cœlesyriam imminens Aegyptiorum copijs. Postquam uerò audiuit urbium captiuitates, in his locis Pithonem ducem reliquit, datis illi elephantis & grauioris armaturæ militibus ipse assumptis equitibus & leuis armaturæ ordinibus, celeri itinere contendit in Ciliciam, periclitantibus auxiliaturus. Sed cum tempore serius uenisset, & hostes soluisse deprehendisset, regressus est celeriter ad exercitum, amissis compluribus equitibus inter proficiscendum. Confecitenim sex diebus à Mallostationes uigintiquatuor, ita ut propter immẽsos labores, nullus lixarum, aut equi sonum insequeretur. Ptolemæus autem, cùm ei res ex animi sententia successissent, tunc in Aegyptum profectus est. Sed post exiguum tempus à Seleuco exacerbatus, propter alienationem ab Antigono, constituit expeditionem in Cœlesyriam, & prælio cõgredi cum Demetrianis. Igitur coactis undiq; copijs, soluit ab Alexandria in Pelusium, habentes peditum octodecim millia, equitum quatuor millia, ex quibus erant partim Macedones, partim stipendiarij. Ex Aegyptijs uerò multitudo, partim gestabat tela & alium apparatum: partim arma ad pugnandum erat idonea. A Pelusio per solitudinem profectus, castrametatus est propè hostes, circa ueterem Gazam Syriæ. Consimiliter & Demetrius, cum undiq; ex Hybernis milites in ueterem Gazam euocasset, expectabat aduersariorum impetũ. Atq; amicis consulen-

Demetrius ad conflictum se parat.

tibus,

tibus, ne cum tanto duce & copijs amplioribus manus conseret, his non obsequitur, quin confidenter ad periculum sese præparat, quamuis omnino iuuenis esset, & sine parte in tam graui prælio congressurus: cum inter arma concionem ipse conuocasset, & in quodam suggestu cum anxietate & mentis conturbatione constitisset, turba una uoce acclamauit, confidendum, & priusquam præco sedasset tumultuantes, omnes silentium præstiterunt. Neque enim erat aduersus eum ulla criminatio, uel militaris, uel ciuilis, ut qui recēs in imperium euectus esset, quod quidem fieri cōsueuit ueteribus ducibus, quando ex multis causis una criminatio in unum tempus congeritur. Multitudo enim semper morosa est sub ijsdem manens: & quicquid modum non excedit, gratam habet mutationem. Patre autem iam sene facto, regni expectatio in huius successionem adducebat simul principatum & turbæ beneuolentiam, præcellebat autem & pulchritudine & magnitudine: præterea armis regijs ornatus præ se ferebat præstantiam & terrorem, per quem in spem arduam multos adducebat. Ad hæc in ipso quędam mansuetudo elucebat, nouum regem decēs per quam, omnes ad beneuolentiam alliciebat, ita ut etiam qui extra ordinem essent, ad audiendum concurrerent, soliciti cum iuuentute de euentu futuri prælij. Nec enim solum aduersus plures erat periclitaturus, sed & in duces ferè maximos, Ptolemæum & Seleucum, hi enim omnes cum Alexādro in militiam profecti, & sępe per seipsos copijs præfecti, usque ad hæc tempora inuicti permanserant. Igitur Demetrius cum amicis sermonibus multitudinem excitasset, & promisisset se pro meritis munera daturum, & spolia cōcessurum, disposuit exercitum ad prælium. In sinistro cornu, in quo ipse periculum erat facturus, equites primos qui circa ipsum erant, statuit, delectos ducentos, inter quos erant amici alij omnes, & Pitho qui cum Alexandro militauerat, & unà ab Antigono fuerat dux constitutus, & omnium socius. In frōtis ordinem tres cohortes æquitum constituit, & custodias à lateribus totidem, & separatim extra cornu tres Tarentinas dissipatas, ita ut essent circa corpus constituti equites hastati quingenti, Tarentini uerò centum, deinde disposuit ex equitibus illos qui uocabātur socij, numero octingentos, post hos, omnis generis equites non pauciores mille quingentis. A fronte uniuersi cornu constituit elephantos triginta, & ipsorum interualla compleuit ordinibus leuis armaturæ, ex quibus erant iaculatores & sagittarij mille, funditores Persæ quingenti. Igitur sic instructo sinistro cornu, decreuerat hoc decernere de prælio. Deinceps statuit peditum agmen constans uirorum undecim millibus ex his erāt Macedonum duo millia, Lycij ac Pamphilij mille, stipendiariorum octo millia. Ad dextrum cornu statuit reliquos milites mille quingentos, quibus præerat Andronicus. Huic mandatum est ut in obliquum consisteret, & fuga, pugnaret, expectans euentum ipsius. Ex reliquis elephantis tredecim statuit ante agmen peditum, immixtis ad quędam interualla idoneis leuis armaturæ. Igitur Demetrius ad hunc modum disposuit suum exercitum. Ptolemæani autem & Seleuciani initio ordinem dextrum ualidum disposuerunt, ignorantes aduersariorum cōsilium, edocti uerò ab exploratoribus quod factum fuerat, celeriter aciem instruxerunt, ut dextrum cornu habens uirtutem & potentiam ualidissimam, cōfligeret aduersus eos qui in sinistris partibus cum Demetrio erant constituti. Statuerūt autem ad cornu equitum fortissimorum tria millia, inter quos & ipsi certare statuerant. Præposuere autem huic ordini portantes uallum ferratum, & catenis uinctum, quod præparārūt ad elephantorum occursum. Hoc enim facilè erat arcere belluas ne ulterius tenderent. In fronte uerò cornu huius statuerunt ordines leuis armaturæ, cū mandatis ut iaculatores & sagittarij belluas uulnerarent, & eos qui ipsis portabantur. Ad hunc modum munito dextro cornu, & reliquo exercitu ut res postulabat instructo, cum graui uociferatione irruunt in hostes. Aduersarijs autem ex aduerso irruentibus, initio equestris

βαρβαρικῶς. Demetrius aciem instruit

Ptolemæi cum Demetrio prælium.

stris pugna extitit pęqtes in fronte cõstitutos, inter ąs lõgè præcellebãt Demẽtriani. Post exiguũ tẽpus cũ Ptolemæani & Seleuciani cornu obęqtassent, & directis cohortib. uiolẽtius irrupissent, p̃lio acri dimicatũ est, ꝓpter utriusq; partis alacritatẽ. Itaq; primo occursu iaculis cõgressi, horũ plurima cõtriuerunt, & nõ paucos ex cõgredientib. uulnerarũt. In secũdo cõgressu, aggressi sunt præliari gladijs, & collatis manib. multos ab utraq; parte interficiũt. Ipsi duces præ omnibus periclitãtes, adhortabanť sibi subiectos ut fortiter sustinerẽt uiolentiã. Equites q cornib. præerant, oẽs ex uirtute delecti, mutuò decertabãt, cũ haberẽt suæ fortitudinis spectatores, duces unà cõfligẽtes. Cùm lõgo tẽpore equestris pugna anceps persisteret, belluæ ab Indis in prælium impulsæ, aliquãdiu non sine fenore, ꝓgressæ sunt, ita ut nullus sustinere posset. Vt aũt occurrerũt ferrato uallo, multitudo iaculatorũ & sagittariorũ assiduè uibrantium, elephentorũ corpora, & ipsis insidẽtes uulnerabat. Indis aũt ui adigentibus, & sæuientib. in belluas, quædã ex ipsis perforabanť arte facto uallo, & uulnerib. & frequentia uulnerantiũ dolore affectæ tumultũ cõcitabant. Eiusmodi enim genus belluarum, in locis planis & læuib. obtinet à fronte inuictã potentiã: in salebrosis uerò & inuijs uires habet omnino inutiles, ꝓpter pedũ mollitiẽ. Quocirca cũ Ptolomæus prudenter præsensisset qd futurũ esset, factũ est ut impactæ in acutos uallos, irritã habuerint uiolentiã. Tandẽ cũ plurimi indi iaculis fuissent cõfossi, accidit ut oẽs elephãtes captiui fierẽt, quo cõfecto, multi Demetriani eqtes ani-

Demetrij fuga.

mo perculsi, ad fugã cõpulsi sunt. Ipse cũ paucis derelictus, et depræcatus unũquẽq; ut subsisterẽt, nec se desererẽt, cũ nullus obsequereť, unà recedere cogebať. Igiť usq; ad Gazã multi ex equitib. cõsequentes parebant, & ordines seruabant, ita ut nullus facilè auderet accedere temerè persequentibus. Cãpis. n. cùm esset latè patẽs et leuis, adiuuabat uolẽtes recedere in acie. Cõsequebanť & expeditibus ij qui uoluerãt deserere ordinẽ, & absq; armis seipsos expeditos seruare. Ipse cùm circa solis occasum Gazã præteuehereť, nõnulli ex equitib. eo deserto iuerũt in urbẽ, uolentes exportare suas facultates. Igiť portis apertis, & collecta iumentorũ multitudine, ꝑterea unoquoq; primo maturãte educere onerata iumẽta, accidit tãtũ tumultũ circa portas excitari, ut nullus ex Ptolemęanis superuenientib. potuerit anteuertere portas claudere. Quocirca cũ hostes irrupissent intra muros, urbs uenit in manus Ptolemæi. Prælio huiusmodi exitũ sortito, Demetrius cõtendebat in Azotũ circa mediã noctẽ, percussis stadijs septuaginta & ducẽtis. Hinc pręconẽ de sepeliẽdis mortuis misit, cupiẽs omni genere sepulturę requisitæ defũctos ornare. Plurimi enim ex amicis ceciderãt, quorũ erant illustrissimi, Pitho æquali potentia socius ipsius in regendis militibus & Bœotus, qui lõgo tẽpore unà uixerat cũ Antigono patre, et omnis arcani particeps fuerat. In ipso aũt prælio acciderũt plures quingẽtis ex quibus erat magna pars eqtes uiri illustres, capta sunt supra octo millia. Ptolemæus & Seleucus, cũ cõcessissent sepultura mortuorũ, facultates regias captas, & captiuorũ eos q in aula uersari cõsueuerãt, sine præcio liberationis, miserunt ad Demetriũ. Negarũt. n. de ijs secũ Antigono dissidere, sed qa bellũ cũ cõmune extitisset, prius qdẽ aduersus Perdiccã, post aduersus Eumenẽ, portiões regionis bello captæ, amicis nõ reddidisset, & rursus pacto inito cũ ipso, ꝑter omne ius detraxisset Seleuco Satrapiã Babyloniæ. Ptolemæus captiuis missis in Aegyptũ statuit, ut in usus rei nauticæ distribuerenť Ipse omnib. suis in p̃lio cæsis magnificè inhumatis, cũ exercitu inuadit urbes Phœniciæ, alias obsidẽs, alias psuadẽdo sibi cõciliãs. Demetrius uidẽs sibi nõ suppetere iusti apparatus exercitũ, ad patrẽ misit tabellariũ, postulãs celerrimè sibi dari auxiliũ. Ipse, ꝓfectus ad Tripolim Phœniciæ, accersiuit milites ex Cilicia, & ex alijs quotq̃t custodiebant, aut urbes aut castella lõgè ab hostib. distãtia. Ptolemæus uerò potitus ijs q̃ sub dio essent, Sidonẽ sibi cõciliauit: et ꝓpe Tyrũ castrametatus, inuitauit Andronicũ præsidio præfectum, ut sibi urbẽ traderet, et pollicitus est se præmia ampla daturum.

τῶν ὑπαί θρων.

Ptolemæus Tyro potitus.

tur̃. Is respõdit nulla uia se uiolaturum datã ab Antigono & Demetrio fidẽ, & grauiter cõuiciatus est Ptolemæo. Postremò cũ milites seditiosè dissedissent, & ipse Tyro expulsus fuisset, ac in hostis manus uenisset, expectabat se punitũ iri, & ꝓpter conuicium, & qa noluisset urbẽ dedere. Tandẽ Ptolemæus iniuriæ nõ recordatus, sed cõtra, in eum dona cõtulit, eũq; unũ ex amicis fecit, & honorificè extulit. Erat em̃ princeps is mirificus æqtatis obseruator, & ad clementiã ꝓpensus p̃terea beneficus, q; qdẽ & maximè ei cõmodauit, & fecit ut multi cũ eo inirẽt amicitiã. Qua ꝓpter & tũc Seleuco ipsum rogãte ut sibi cõcederet milites Babylonẽ ascẽsuros, libẽti aĩo obsecutus est, & insup pollicitus, se oĩa præstiturũ, donec recupasset p̃fecturam, q; prius obtinebat. Et Asiæ qdẽ hic status eras. In Europa uerò, Telesphorus Antigoni nauarchus, circa Corinthum commorãt, postq; uidit Ptolemæũ sibi p̃latũ, & eius fidei cõmissa omnia Græcię negotie, de ijs cũ Antigono expostulauit, & naues quas habebat reddidit, & militũ ijs assumptis q eius institui participes esse uellẽt, res suas curauit. Profectus em̃ ad Elim, quasi adhuc in Antigoni amicitia remaneret, arcẽ muro cinxit, & urbẽ seruã reddidit. Spoliauit & fanum, q; erat ad Olympiã, & corrasis argenti plusq; quinquaginta talẽtis, externos mercede cõducebat. Telesphorus igitur inuidia cõcepta ꝓpter Ptolemæi ꝓuectionẽ ad eũ modũ Antigoni amicitiã ꝓdidit. Ptolemæus aũt Antigoni dux, præfectus erat administrationi rerũ Græciæ. Is audita Telespori defectione, & captiuitate urbis Eleorum, p̃terea direpti one pecuniarũ ad Olympiã, trãsijt in Pelopõnesum cũ exercitu & cũ pueniisset ad Elim, arce solo æquata in libertatẽ Eleos uidicauit, & pecunias Deo restituit. Hęc dũ fiunt Epirotę, defuncto Aeacide rege suo, Alcetę regnũ tradiderunt, qui fuerat fugatus ab Arybilo patre, & infensus Cassandro. Qua ꝓpter & Lyciscus q à Cassandro dux Acarnaniæ fuerat cõstitutus, cum exercitu trãsijt in Epirum, ea spe cõcepta, q; facilè posset Alcetã priuare regno, nondum cõpositis regni negocijs. Ipso aũt citra Cassopiã castrametato, Alcetas misit in urbes filios Alexãdrum & Teucrũ, cũ mãdatis ut q; plurimi ad militiã deligerent̃. Ipse cũ ea quã habebat manu cum soluisset, ubi ꝓpe hostes uenit, expectabat natorum aduentum. Lyciscо aũt irruẽte, & multitudine lõgè præstãte, Epirotę perterrefacti ad hostes defecerunt. Hi arce p̃lio cõmisso, multi ex militib. interẽpti fuerũt, inter qs erãt cũ alij quidã uiri, tũ Micythus dux, & Lysander Atheniensis, cui cum Cassandro Leucadis administratio cõmissa fuerat. Post hęc cũ Dinius infectiorib. tuli̇sset auxilium, extitit alterũ p̃liũ, in q Alexãder & Teucer uicti in quẽdã pagũ munitũ cũ patre ꝓfugerunt. Lyciscas aũt obsessas & direptas Eurymenas solo æquauit. Eo tẽpore Cassander cũ suorũ uictoriã audijsset, & ignorans ꝓsperũ succesũ q; post hęc obuenerat festinãter adijt Epirũ, auxiliaturus Lyciscо. Cũq; eũ feliciter rem gessisse deprehendisset, cũ Alceta pacẽ fecit & amicitiã cõtraxit. Atq; assũpta parte exercitus, soluit in Adriã, Apolloniatas obsessurus, q; eiectis ipsius p̃sidijs, se Illyrijs adiunxerant. Verũ q; in urbe erãt, nequaq; pter refacti sunt, sed auxilio ab alijs amicis accersito, ante muros exercitũ in acie instruxerunt. Hic acri p̃lio in longũ tẽpus cõmisso, Apolloniatæ multitudine superiores, aduersarios in fugũ adegerunt. Cassander multis militib. amissis, & copias nõ pares habens, & uidẽs hybernã esse tẽpestatẽ in Macedoniã se recepit. Cùm hic discessisset Leucadij adepti auxiliũ à Corcyręis, Cassandri p̃sidium eiecerũt. Epirotæ aũt certo temporis spatio sub Alcetę regno pseuerarunt. Verùm cum se importunius erga multitudinem gereret ipsum mactarunt, & duo eius natos, adhuc ætatis puerilis, Esionem & Nisum. In Asia uerò. Seleucus post cõparatã Demetrio uictoriam de Syriam Gaza acceptis à Ptolemæo peditibus, non supra octingẽtos, equitibus circiter ducentis, proficiscitur in Babylonem, tanta spe erectus, ut etiamsi nullas omnino haberet copias, cum amicis & proprijs natis ascenderet ad loca superiora. Suspicabatur enim Babylonios, propter præteritã beneuolentiã prõptè sibi adfuturos. Antigonũ autẽ cũ exercitu

Ptolemæus Σωτὴρ πιστὸς συγγενικὸς καὶ εὐεργετικός.

Telesphorus ab Antigono defecit.

Epiroticũ bellum.

Prælium.

Cassander Apolloniatas nẽ quicquam obsidet.

Epirotæ Alcetam regem juuenem necant.

Seleucus imperium affectans proficiscitur in Babyloniam.

procul dissitum, dedisse occasionem opportunam suis institutis. Cùm eo impetu ferretur, amici qui cum eo erant, uidentes sibi omnino paucos adesse unà militantes, hostibus autem in quos uaderent & numerosas copias præstò adesse & copiosos commeatus, & auxiliariorum multitudinem non mediocriter

Seleucus suos amicos trepidantes, quomodo sit consolatus.

deiiciebant animũ. Quos perterrefactos uidens Seleucus, cohortabatur, quod eos qui cum Alexandro militauerant, & qui propter uirtutem ab illo fuerant aliĳ prælati conueniret non omnino uiribus & pecuniis confidentes negocia capessere, sed experientia & prudentia, quibus & ille magna & omnibus admiranda præstitisset. Oportere autem & oraculis deorum fidem adhibere, exitum eius expeditionis fore dignum consilio. Nam in branchilis ipso oraculum consulente, Deum denunciasse regem Seleucum: & Alexandrum in somniis astantem apertè prænuntiasse futurum imperium, quod assequi eum oporteret progressu temporis. Adhæc demonstrauit omnia pulchra & hominibus admirationem adferentia, fieri laboribus & periculis. Popularem etiam se exhibuit, erga eos qui simul secum militabant & sead omnium æqualitatem comparabat ita ut unusquisque eum reuereretur & immensa illam audaciam libẽter ferret. Postquam in Mesopotamiam peruenit, ex Macedonibus eos qui habitabant Caris, alios pellexit, aliosue compulit militare unà secum. Vt autem inuasit in Babyloniam, complures ex incolis occurrerunt, & adiuncti dicunt se omnia quæ ei uidentur simul confecturos. Cùm enim fuisset huius regionis Satrapa quadriennĩ, omnibus pulchrè usus fuerat. prouocans beneuolentiam multitudinis, & longè ante præparans adiutores, si sibi occasio daretur uendicandi imperĳ. Defecit autem ad ipsum etiam Polyarchus, cuidam administrationi præfectus, cum militibus plus mille. Qui uerò seruabant amicitiã erga Antigonum, uidentes multitudinis concitationem effrenem, in arcem confugiũt cuius custos fuerat constitutus Diphilus. Seleucus autem instituta oppugnatione, & peruim capta arce, extulit corpora reseruata puerorum & amicorum, quotquot ab Antigono traditi fuerant in custodiam, post discessum ex Babylone in Aegyptum. His expeditis milites congregat, & coẽmptos equos, tradit ĳs qui possent uti, cũ omnibus autẽ humane congrediens, & in spem bonã eos euehens, promptos & alacres habebat ad subeunda quæuis pericula. Igitur Seleucus ad eũ modũ recuperauit Babyloniã. Cũ uerò Nicanor in Media dux coẽgisset aduersus eum ex Media & Perside & uicinis locis milites peditesquidẽ supra decẽ millia, equites autẽ circiter septẽ millibus peditesquidem millia ipse celeriter contendit aduersus hostes. Habebat autem in uniuersum peditum plures cĳ ter mille, equites uerò quadringentos. Traiecto Tigri fluuio, cum hostes abesse iter paucorũ dierum audĳsset, occultauit milites in pro-

Seleucus Babyloniam recuperat.

Seleucus Nicanorem profligat.

pinquis paludibus, eo consilio ut hostes nec opinantes inuaderet. Nicanor uerò, cùm ad Tigrim fluuium peruenisset, nec hostes inueniret, castra posuit apud quandam regiam mansionem, existimans eos fugisse longius. Exorta nocte, Nicanorianis negligentius & segnius custodias agentibus, aggressus eos repentè Seleucus, magnas turbas & terrorẽ excitauit. Congressis enim prælio Persis, accidit ut & Satrapa eorum Euager, & cęterorum ducum quidam ceciderint. Nicanor cum paucis relictus, & ne hostibus dederetur ueritus, fugit cũ amicis per solitudinẽ. Seleucus copioso exercitu potitus, & humanum sese omnibus præbens, facilè in suas partes pellexit Susianam, Mediam & quædam loca finitima, ac de rebus gestis scripsit ad Ptolemæum, & alios amicos, habẽs iam regium splendorem, & gloriam dignam imperio.

Hæc dum geruntur, Ptolemæus degebat in Cœlesiria, cum quidem Demetrium Antigoni filiũ ingenti conflictu uicisset. Quem audiens ex Cilicia reuersum, habere castra in superiore Syria, adhibuit ex ĳs quos habebat amicis Cillã Macedonẽ. Huic tradito satis magno exercitu, imperauit, ut Demetrium prsus ex Syria expelleret, aut si depræhendisset, profligaret. Hic cùm esset in itinere,

Demetrius Cillam opprimit incautum.

Demetrius

Demetrius per speculatores certior factus Cillam castra negligenter habere, apud Myuntem impedimenta relinquit, & assumptis expeditis militibus, noctu contentè iter facit, & hostes circa matutinam uigiliam repentè aggressus, exercitu sine prælio potitur, & ipsum Cillam ducem uiuum capit: qua quidem re tam feliciter gesta superiorem cladem ultus fuisse existimatus est. Cæterùm Ptolemæum suspicans uenturum aduersum se, cum uniuerso exercitu, castra fecit, eaq; obiecta paludum, & stagnorum muniuit. Scripsit etiam ad patrem de re feliciter gesta, monens eum ut aut copias quamprimum mitteret, aut ipsemet Syriam inuaderet. Erat tunc Antigonus Celœnis in Phrygia. His acceptis literis gauisus est supra modum, quod uideretur filius, quamuis iuuenis, rem suo Marte feliciter gessisse, & regno dignũ se præstare. Ipse assumpto exercitu proficiscitur ex Phrygia, & superato paucis diebus Tauro coniungit suas copias cum Demetrio. Ptolemæus cognito aduentu Antigoni, conuocatis ducibus & amicis deliberat utrum manere conducat, & certare de summa rerum in Syria, an in Aegyptum cõcedere, & illinc belligerare; quẽadmodum prius aduersus Perdiccam. Hic omnes suadent ne periclitetur aduersus longè maiores copias, & belluarum multitudinem, & insuper ducem inuictum. Multò enim facilius decertaturum in Aegypto, ubi & rerum necessariarum copia superior futurus sit, & locorum firmitate confisurus. Itaque Syriam relinquendam esse iudicans, complanauit præcipuas earum quibus potitus erat urbium, Acam Phœniciæ Syriæ, & Ioppem, Samariamque, & Gazam Syriæ. Ipse assumptis copijs, & pecuniarum quantum agi ferriq; poterat, reuertitur in Aegyptum. Antigonus citra periculum recuperata uniuersa Syria & Phœnicia, expeditionem instituit in eorum Arabum regionem qui Nabatæi uocantur. Cùm enim gentem hanc à suis rebus alienam esse iudicaret, adhibuit ex suis amicis Athenæum, traditis ei expeditorum peditum quatuor millibus, & equitibus ad cursum idoneis sexcentis: eiq; iniunxit ut Barbaros repentè adoriretur, & omni præda eos spoliaret. Est operæpretium propter ignorantes percurrere instituta horum Arabum, quibus utentes uidentur libertatem tueri. Igitur uitam degunt sub dio, patriam uocãtes incultã illam, quæ neq; flumina, neq; huberes fontes habet, ex quibus aquari possit hostilis exercitus. Est autem eis lex nec frumẽtum seminare, nec stirpem ullam frugiferam serere, nec uti uino, nec domum ædificare. Si quis contra facere repertus fuerit, capitis pœna est. Vtuntur autem hac lege, existimantes eos qui hæc possident, facile cogi posse à potentibus propter horum usum, imperata facere. Alunt autẽ eorum alij camelos, alij oues, in solitudine pascentes. Cumq; sint non paucæ Arabicæ gentes solitudinem depascentes, hi cęteros facultatibus lõgè antecellunt, numero non multo plures decem millibus. Solent enim eorum non pauci ad mare deportare thus, & myrrham, & aromatum pretiosissima, ab eis accepta, qui ea apportant ex felice (ut uocatur) Arabia. Sunt autem libertatis supra modum amantes, & si quando inuadit copiosus hostium exercitus, fugiunt in solitudinem, huius se præsidio tutantes. Cùm sit enim expers aquæ, alijs est inaccessa, at his quia parata habent uasa humi defossa in crustata, solis præbet præsidium. Cùm sit enim terra partim argillosa, partim rupem habens mollem, faciunt in ea scrobes ingentes, quarum ostia admodum parua faciunt, easq; in profundo semper amplius dilatantes, ad extremum tantam magnitudinẽ efficiunt ut singula latera sint unius iugeri. Hæc uasa replent aqua cœlesti. Deinde ora obstruunt, & ea reliquo solo adæquantes, signa relinquunt sibi equidẽ nota, sed quæ alij animaduertere nequeãt. Adaquãt aũt etiã quæ abigũt pecora in triduũ, ne in locis aridis & fuga egeãt cõtinuis aqs. Ipsi cibo utunt carnib. & lacte, & frugũ terrę idoneis. Gignit em̃ apud eos pip ex arborib. & multũ mel, q̃ agreste uocat, q̃ utunt in potione cũ aqua. Sunt & alia Arabum genera quorum quædam etiã agros colunt, cõmertium habẽtia cum tributarijs, & eadem

Ptolemæus in Aegyptum reuertitur.

De Nabatæorum moribus.

cum

cum Syris habent, nisi quod in domibus non habitant. Et hæc quidem Arabum sunt instituta. Cùm autem conuentum haberent subterraneum, in quem conuenire solent finitimi, pars ad merces distrahendas, pars ad aliquid sibi utile mercandum, in eum profecti sunt, relictis in quadã rupe facultatibus, & natu maximis, præterea liberis & uxoribus. Erat autem locus supra modum munitus, sed sine muro, & à culta regione distans itinere biduí. Athenæus aũt obseruato hoc tempore, contendit aduersus illã rupem, expeditas habens copias. Et emensi ab Idumea præfectura, diebus tribus, totidemq; noctibus, stadiorum duo millia ducenta, inscijs Arabibus circa mediam noctem rupem occupant, ac protinus eorum qui ibi deprehensi fuerunt, quosdã interficiunt, alios uiuos capiunt, nonnullos socios relinquerunt, ac thuris quidem, & myrrhæ maximã partem conuasant, argenti uerò circiter quingenta talenta. Atq; ibi non diutius quàm unam uigiliam commorati, protinus festinantes reuertuntur, suspicantes fore ut sese barbari persequerentur. Emensi stadia ducenta, castra faciunt defatigati, & custodias negligentius agentes, quippe qui putarent non posse ante biduum aut triduum hostes uenire. At Arabes ab his qui exercitum uiderãt, certiores facti, exemplò congregantur, relicto q; conuentu, ueniunt ad rupem, ac cognito à saucijs quid accidisset, festinanter Græcos persequuntur. Cum q; Athenæus castra negligentius haberet, & propter lassitudinem, somno oppressus esset, nonnulli captiuorum clàm aufugerunt, à quibus Nabatæi de hostium rebus edocti, castra tertia uigilia inuadunt, numero non pauciores octo millibus, & magnam partem adhuc in cubilibus iacentes iugulant, eosq; qui excitabantur, & arma capiebant, configunt, ac tãdem pedites omnes perempti sunt, equitum euaserunt ad quinquaginta, & eorum magna pars saucij. Igitur Athenæus principio gestis feliciter rebus, postea propter suam imprudentiam, hoc pacto offendit. Res enim secundas solet plerunq; sequi ignauia, atq; contemptus. Quo fit ut nonnulli ritè existiment, facilius esse res aduersas commodè ferre, quàm res secundissimas prudenter. Illæ enim propter metũ futuri cogunt curã habere: hæ propter superiorẽ successum inuitant ad omnia contemnenda. Nabatæi sumpto de hostibus uiriliter supplicio, ipsi reuersi sunt in rupem, recuperatis rebus suis: ac scriptis ad Antigonum literis, Athenæum accusant, & seipsos purgant. Antigonus eis rescripsit, testans eos meritò illum ultos fuisse, & Athenæum accusans, quod præter iniuncta sibi ab ipso mãdata illos inuasisset. Id autem faciebat quo suum consilium celaret, & Barbaros ad ignauiam pelliceret, ut eos ex inopinato aggressus, conata perficeret: nec enim facilè erat, homines superare uagam uitam degentes, & perfugium inaccessum habentes solitudinem. Arabes gaudebant illi quidem quòd magno metu soluti uiderẽtur, nec tamen omnino credebant dictis Antigoni, sed spes habentes in ambiguo speculatores constituerunt in æditis locis, ex quibus facilè erat procul conspicere incursiones in Arabiam. Ipsi suis rebus ritè compositis, quid futurum esset expectabant. Antigonus simulata aliquandiu aduersus Barbaros amicitia, ratus eos deceptos, tempusq; adesse, quo possent opprimi, eligit ex uniuerso exercitu peditum leuis armaturę, & ad cursum probè comparatorũ, quatuor millia, equitũ supra quatuor millia, hisq; imperauit ut ferrent cruda cibaria complurium dierum. Demetrium uerò filium ducem cõstitutum, de prima uigilia mittit, cum mãdato, ut Arabes quocunq; modo possit ulciscatur. His p triduum pauia loca iter faciens, studebat barbaros latere. At speculatores, ubi hostiles copias ingressas esse animaduerterunt, Nabatęis id per ignes, de q̃bus inter ipsos cõuenerat, significãt. Itaq; Barbari Græcos festinanter uenire rati, in rupem suas facultates deponunt, & ibi idoneam custodiã collocant, cùm esset unus ascẽsus manu factus. Ipsi prædam partiti, alij alijs locis abigunt in solitudinem. Demetrius postquam ad rupem peruenit, & prædam discessisse comperit assiduis oppugnationibus locum tentat. Sed cum qui intus erant, fortiter pugnarent &

Athenæus Nabatæos opprimit.

Nabathæi Athenæum uicissim opprimũt

Cur secunda minus rectè feramus, quàm aduersa.

Antigoni dissimulatio.

Demetrius Nabatæos inuadit.

& propter locorum conditionem facilè superarent, ille tunc usq; ad ueſperam prælíatus, receptui ſignum dedit. Poſtridie cum exercitũ rupi admouiſſet, barbarorum quidã exclamauit, Rex Demetri, quid tibi uis? aut quid te cogit oppugnare nos, habitantes in ſolitudine, & locis nec aquam habentibus, nec frumentum, nec uinum, denicq; nihil eorum quæ habentur apud uos neceſſaria? Nos enim nullo pacto ſeruire ſuſtinentes, confugimus in agrum omnibus carentem, quæ in alijs ſunt utilia, & uitam degere decreuimus planè ſolitariam, atq; brutam, nihil uobis incommodantes. Petimus igitur ut & tu, & pater nos non lædatis, ſed acceptis à nobis donis, exercitum abducatis, & Nabatæos in poſterum amicos exiſtimetis. Nec enim, etiamſi uelis, manere hic plures dies poſſis, cum careas aqua, cunctiſq; cæteris rebus neceſſarijs, neq; nos potes cogere aliam uitam uiuere, ſed captiuos quoſdã ſeruos habebis ignauos, & alijs legibus uiuere non ſuſtinentes. His dictis Demetrius abducto exercitu, iuſsit eos de hiſce mittere legatos. Arabes miſerunt natu maximos, qui ſimilia ſuperioribus locuti ſunt, ut acceptis donis eorum quę ſunt apud eos precioſiſsimis, pacem faceret. Igitur Demetrius acceptis obſidibus, & donis de quibus conuenerunt, profectus eſt à rupe, & emenſus trecenta ſtadia, caſtra poſuit prope Aſphaltidem lacum, cuius natura non eſt ſine mentione prætercurrenda. Sítus eſt is lacus in media Idumææ Satrapia, in longitudinem patens ſtadia maximè quingenta, in latitudinem circiter ſexaginta. Aquam habet amaram, & ſupra modum fœtidam, ita ut neque piſcem alere poſsit, neque aliud animal aquatile. Cumq; in eum magna flumina dulcedine præſtantia influant, ea fœtore uincit. Ex eius medio exhalat quotannis bituminis ſolidi moles quandoque maior tribus iugeris, interdum non multo minor iugero. Quam ob cauſam incolæ barbari maiorem uulgò uocant taurum, minorem uitulum, cumq; natet bitumen procul in aqua, fit ut procul ſpectantibus ſpeciem præbeat inſulæ. Fit autem manifeſta bituminis excretio ante uiginti dies. Nam circum lacum in multa ſtadia, fertur odor bituminis tetri uenti, ac quicquid circa eum locum argenti, & auri, & æris eſt, amittit naturam coloris. Verum eam priſtinum ſtatum redit poſtquam omne bitumen efflatum eſt. Vicinus autem locus cum ſit ardens & putidus, facit corpora finitimorum ualetudinaria, & omnino uitæ breuis. Eſt autem bonus eius tractus palmifer, quantum utilibus fluuijs occupatur, aut fontibus qui irrigare poſsint. Gignitur apud ea loca in ualle quadam, id quod uocatur Balſamum, ex quo percipitur prouentus: quoniam nec uſquam alibi in toto orbe reperitur hæc ſtirps, & eius uſus in medicamenta, medicis eſt ſupra modum accommodatus. Excretum autem bitumen qui ex utraque parte lacum accolunt, diripiunt, hoſtili inter ſeſe animo, ſcitè nauigijs id priuatim percipientes, conficiunt enim arundinum prægrandes rates, quas in lacum conijciunt, atq; in his ſedent non plures tribus, quorum duo alligatos habentes remos, remigant: unus arcus ferens, ſi quis adnauigant ex ulteriore ripa, aut uim tentare audent, propulſat. Vbi prope bitumen uentum eſt, inſiliunt cum ſecuribus quas habent, ac tanquam de molli petra ſecantes, ratem replent. Deinde retro nauigant. Quod ſi quis eorum diſſoluta rate excidit natandi imperitus, non peſſum it, quemadmodum fit in alijs aquis, ſed ſupernatat ſimiliter ut periti. Natura enim hic liquor ſuſtinet onus quod incremento & ſpiritu præditum eſt, exceptis ſolidis, quæ denſitatem uidentur habere ſimilem argento, & auro, & plumbo, cæterisq; ſimilibus. Quanquam & hæc multò tardius peſſum eunt in hoc lacu, q̃ quæ in cæteros lacus conijciuntur. Hunc habentes Barbari prouentum, abducunt bitumen in Aegyptum, & ad mortuorum condituras uendunt. Niſi enim hos cæteris aromatis admiſceatur, fieri non poteſt ut corporum cuſtodia diuturna fiat.

Nabatæi pacem impetrãt.

Aſphaltis Lacus.

Bitumen.

Balſamum.

Antigonus bitumine poturi nequit

Antigonus, cum reuerſus eſſet Demetrius, & geſta ſua ſingillatim retuliſſet, reprehendit eum ob initũ cum Nabatæis fœdus, dicẽs eum multo audaciores effeciſſe

effeciſſe barbaros, ſinendo inultos. Fore eũ ut ueniã aſſecuti uideanť, nõ ꝓpter modeſtiã, ſed propter uincendi infirmitatẽ. Quod autem lacum contemplatus fuiſſet, & uideretur aliquem inueniſſe regno prouentum, collaudauit, & lacui procuratorem prẽfecit Hieronymũ, eum qui ſcripſit hiſtorias. Huic iniunctum eſt ut nauigia pararet, & redactum omne bitumen congereret in unum locũ, nec tamen cecidit res ſecundũ ſpem Antigoni. Arabes enim ad ſex millia, conſpirarunt, & in ratibus nauigantes aduerſus eos qui erant in nauigijs, ferè omnes miſſilibus confixerunt. Ex quo ſanè accidit ut Antigonus de hiſce prouentibus deſperauerit, tum propter offenſionem illam, tum quia mentem ad res maiores applicaret. Aduenit enim per ea tempora tabellarius, literas habens à Nicanore duce Mediæ, reliquarũq; Satrapiarum. In his ſcriptum erat de aſcenſu Seleuci, eiusq; ſecundis ſucceſſibus. Hanc ob cauſam æſtuans Antigonus etiã de ſuperioribus Satrapijs mittit Demettium filium habentem peditum Macedonum quinq; millia, mercenariorum decem millia, equitum tria millia. Huic mandatum eſt, ut ad Babylonem uſq; aſcenderet, recuperataq; Satrapia, deſcenderet celeriter ad mare. Demetrius à Damaſco Syriæ profectus, patris mandatum celeriter exequitur. Patrocles uerò, is qui fuerat à Seleuco Babyloniæ dux conſtitutus, poſtquàm hoſtes apud Meſopotamiam eſſe cognouit, eorum aduentum expectare non auſus eſt, quia paucos ſecum haberet. Sed reliquis imperauit in urbem relinquerent, & eorum pars relicto Euphrate fugeret in ſolitudinem, alij relicto Tigri diſcederent in Suſianam ad Eutelem, & ad mare rubrum. Ipſe cum ijs quos habebat militibus, utens obiectu, fluuiorum atque foſſarum, uerſabatur circa Satrapiam ſimul inſidiãs hoſtibus, ſimul mittens ad Seleucum in Mediam de ijs quæ quotidie fierent, & eum ad quamprimum auxiliandum cohortans. Demetrius poſtquam ad Babylonem uenit, & urbem relictam reperit, obſidere aggreditur arces, quarum unam cùm cœpiſſet, addixit ſuis milites ad diripiendum. Alteram cùm dies aliquot obſediſſet, quoniam tempore egebat, Archelaum unum amicorum ducem reliquit in obſidione, traditis ei peditum quinque millibus, & equitibus mille. Ipſe cum tempus concurreret, in quo ei iniunctum erat ut inde proficiſcetur, cum reliquo exercitu ad mare deſcendit. Hæc dum geruntur, Romanis in Italia bellum aduerſus Samnites gerentibus, continentes fiebant in agrum excurſiones, & urbium obſidiones, & exercituum ſub dio caſtra. Nam bellicoſiſsimè omnium Italiæ gentium de imperio contendentes, uaria ciebant pericula. Igitur Romani conſules aſſumpta copiarum parte caſtra faciunt aduerſus hoſtium caſtra, & tempus ad pugnam idoneum obſeruant, ſociasq; urbes tutas præſtant. Reliquo exercitu aſſumpto Q. Fabius Fretomanorum urbem expugnat, & eorum qui Romanis infenſi erant clariſsimos uiuos capit. Hos numero ſupra ducentos Romam adducit, & in forum productos uirgisq; cæſos ſecuri percutit, more patrio. Deinde cum paucis in hoſticum ingreſſus Celiam & Nolanorum arcem expugnat, & prædæ multitudinem uenundat, militibusq; magnam agri partem ſortediuidit. Populus, rebus ex animi ſententia ſuccedentibus, coloniam mittit in inſulam nomine Pontiam.

Antigonus de Seleuci ſucceſſibus edoctus.

Demetrius Babylonem inuadit.

Romani Samnites bello uincunt.

Agathocles Meſſana per dolũ potitur.

In Siciliam, pace nuper Agathocli facta cum Siculis, exceptis Meſſanenſibus, exules Syracuſani Meſſanam conuenerunt, quod hanc uidebant reliquam eſſe quæ principi infenſa foret. Horum conſpirationem diſsipare cupiens Agathocles, Paſiphilum ducem Meſſanam mittit cum exercitu, eique arcanè mandat quid facto ſit opus. Is de improuiſo agrum ingreſſus, multisque captiuis & alia præda potitus, petit à Meſſanenſibus ut uelint amicitiam, néue cogantur cum Agathoclis inimiciſsimis pacem pacere. Meſſanenſes concepta ſpe fore ut citra periculum liberarentur à bello, exules Syracuſanos eijciunt, & Agathoclem, qui cum exercitu uenerat, admittunt. Ille primò humanum ſe eis præbet, perſuadetque ut exules accipiant qui ei militabant,

militabant, & lege à Messanensibus relegati fuerant. Postea euocat ex Messana & Tauromenio eos qui superioribus temporibus eius potentatui aduersati fuerant, & oēs iugulat, numero nō pauciores sexcentis. Quoniā ēm bellum Carthaginēsibus inferre habebat in animo, oēs qui erant alieno ab ipso animo, è medio tollebat. Messanenses uerò, cū pegrinorū eos quos habebāt beneuolētissimos, & q tyrannum ulcisci possent, ex urbe eiecissent, & ciuium eos q principi infensi erant, uiderēt interfectos, & insup homines ob maleficia dānatos, coacti fuissent accipre, pœnitebat illos quidē facti, sed durare cogebant, territi potētia dominātis. Agathocles uerò primū, pfectus est ad Acragantum, eo cōsilio ut hanc quoq; urbē acquireret. Sed cū Carthaginiēses eò nauib. sexaginta appulissent, ille ab hoc ppositio desistit, & agrum Carthaginiensib. subiectum puadens deprædat, castellorumq; alia expugnat, alia p cōpositionem accipit. Hęc dum gerunt, Dinocrates Syracusanorū exulum dux ad Carthaginiēses mittitur, potu latum ut suppetias ferant, priusq; Agathocles uniuersam Siciliā sub suā pōtestatem redigat. Ipse acceptis ijs exulib. qui è Messana expulsi fuerāt, habēs copiosum exercitum mittit quendā eorum q̄s circum se habebat, Nymphodorū, tradita ei parte militum, ad urbē Centurippinorum. Hāc ēm, ab Agathocle p̄sidio munitā, pmisēre ciuiū q̄dā sese dedituros, ea cōditione ut populus suis legibus uiuere pmitteret. Igit̄ cū ille noctu in urbē intrasset, qui p̄sidio p̄erāt, cū factum sensissent, ipsum Nimphodorū occiderunt, & eos q intra muros irrumpebant. Hoc factum causatus Agathocles, Cēturippinos accusauit, & eos q seditionis authores fuisse uisi sunt, oēs uocauit. In his dum is princeps occupat, Carthaginienses in magnū Syracusanorū portū quinquaginta nauib. inuecti, aliud nihil facere potuerūt, nisi q̄ duas nacti naues onerarias, eā quæ ab Athenis erat suppressērunt, & nauigantiū manus p̄ciderunt. In q̄ cum crudeles se in eos præstitissent à quib. ne tantulā quidē acceperāt iniuriā, breui pœnas eis Deus repræsentauit. Protinus ēm diuulsæ à classe naues quędā, apud Brutiā captæ sunt ab Agathoclis ducib. & qui Pœnorum uiui in manus hostiū uenerunt, eadem passi sunt quæ ipsi captis fecerant. Dinocrates uerò exul, habēs peditum supra tria millia, & equites non pauciores duob. millib. eā quæ uocabat̄ Galaria occupauit, à ciuib. uitrò inuocatus, & Agathoclis socios eiecerūt: ipsi uerò antè urbem castra posuēre. Aduersus eū cū celeriter misisset Agathocles Pasiphilū & Demophilū, cū militum quinq; millib. cōmissum est p̄lium aduersus exules, quib. præerat Dinocrates & Philonides alter alterū cornu regēs. Igit̄ aliquandiu anceps p̄lium fuit, dum uterq; exercitum summa ui cōtendit. Verū cum ducū alter Philonides cecidisset, & illius partis acies terga uertisset, coactus est etiam Dinocrates pedē referre. Agathocles cū cognouisset Carthaginiēses occupasse in Geloa eum collē qui sceleratus appellat̄, statuit totis uirib. decertare. Itaq; aduersus eos cōtēdit, & ubi ppe uenit, puocat ad pugnā, elatus superiore uictoria. Cumq; nō auderēt barbari cōfligere, ratus ille se sine certamine ijs potiri q̄ subdio forent, reuersus est Syracusas, & tēpla clarissima spolijs ornauit. Atq; hæc quidē eo āno gesta sunt, quantū nos assequi potuimus. Regēte Athenis Simonide, Romani consules creārūt M. Valeriū, & P. Deciū. Horū tēpore Cassander & Ptolemęus & Lysimachus cū Antigono pacē fecerūt, & fœdus scripserūt, cuius cōditiones hæ fuerūt: ut Cassander dux esset Europæ, donec Alexāder Roxanæ filius adoleuisset: & Lysimachus Thraciæ imperaret: Ptolemæus Aegypto & urbib. ei conterminis in Africa & Arabia. Antigonus præesset uniuersæ Asiæ: & Gręci uiuerent suis legibus. Neq; tamē steterunt hisce pactis: quin eorum unusquisq; speciosas causas quærēs, plus occupare nitebat. Cassander uerò uidens Alexādrum Roxanæ filium adolescere, & in Macedonia rumores à quibusdā dissipari, pducendū esse ex custodia puerū, patriūq; regnū ei tradendū, metuēs sibimetipsi, imperauit Glaucię p̄fecto pueri custodiæ, ut Roxanā & puerū necaret, & corpora occultaret, factūq; alteri nemini enunciaret. Cùm ille impata fecisset, Cassander & Lysimachus & Ptolemęus itemq; Antigonus,

Dinocrates Agathocli bellū infert.

Nymphodorus à centurippinis occiditur.

Carthaginiēsibus diuinitus par pari refertur.

Dinocrates et Philonides prælio uincuntur à Pasiphilo.

Annus Mundi 3655.
Vrbis Romæ 443.

Quatuor Alexandri successorū fœdus.

Roxana & eius filius necantur.

liberati

liberati sunt imminente eis à rege metu. Cùm enim nullus iam esset q imperiò succederet, deinceps eorum quisq; qui gentib. aut ciuitatibus imperabāt, regias spes alebat, subiectam sibi regionem tanquam ferro partum regnum sic habebat. Igit Asiæ & Europæ res, itemq; Græciæ & Macedoniæ, hoc statu erant.

In Italia uerò Romani cum ingentibus peditum equitumq; copijs expeditionem fecerunt ad Pollitium, quæ erat urbs Marrucinorum. Miserunt & ciuium coloniam, & eam condiderunt quæ Interamna nuncupatur.

In Sicilia uerò indies augescente Agathocle, & maiores copias contrahente, Carthaginenses certiores facti principem in suam potestatem redigere ciuitates insulæ, & uiribus superiorem esse ipsorum ducibus, bellum maiore ui aggrediendum censuerunt. Protinus igitur triremes instruunt centum quinquaginta, & adhibito duce suorum clarissimò Amilcare, ei tradunt ciuiū milium duo millia, in quibus erant multi illustres uiri. Ex Africa uerò decem millia. Ex Tyrrhenia mercenarios mille, & rhedarios ducentos. Præterea Baleares funditores mille. Similiter pecuniæ copiam, & telorum, & frumenti, & reliquorum ad bellum necessariorum idoneum apparatum. Iam cum uniuersa classis à Carthagine soluisset, & altum tenuisset, coorta repentè tempestas sexaginta triremes è medio sustulit, & ducentas ex frumentarijs nauibus corrupit. Cætera classis magnis uexata tempestatibus ægrè in Siciliam euasit. Perierunt & illustrium Carthaginiensium non pauci, propter quos factum est urbs publicum luctum susceperit. Nam soliti sunt, si quando maius infortunium urbi contigit, nigris pannis mœnia tegere. Amilcar assumptis ijs qui ex tempestate euaserant, mercenarios cogit, & ex Siculis socijs conscribit eos qui essent idonei. Assumit & quæ ibi prius erant copiæ, atq; adhibita omnium procuratione, quæ ad bellum essent accommodata, copias sub dio continet, habens peditum circiter quadraginta millia, equitum ferè quinque millia, ac breui correcto superiore detrimento, uisus est esse dux bonus, & sociorum perterritos animos recreauit. & hostibus non uulgarem trepidationem iniecit. Agathocles Carthaginiensium copias uidens suis esse maiores, suspicatus est castellorum non pauca ad Pœnos esse defectura, & urbium quæcunq; ei infensæ erant. Maximè autem metuebat de urbe Geloorum, audiens in eorum agro uniuersas esse hostium copias. Accidit ei circa idem tempus etiam in classe non paruum detrimentum. Nam nauium uiginti in freto, uenerunt in potestatem Carthaginiensium, unà cum ipsis uiris. Cæterùm cum Gelorum urbem præsidio firmare decreuisset, apertè non audebat exercitum introducere, ne Geloi occasionem requirentes eum anticiparent, itaque ita urbem illam amitteret, quæ ei magna commoda præbebat. Misit igitur paulatim milites tanquàm ad aliqua negotia, donec factum est ut multitudine ciues longè superarent. Paulò post ipse quoq; eò profectus, proditionis & defectionis Geloos accusat, siue illi reuera aliquid tale patrare in animo habuerant, siue exulum calumnijs credebat, aut etiam pecunias comparare uolebat. Interfecit autem Geloorum supra quatuor millia, & in eorum facultates inuasit. Imperauit & reliquis Gelois omnibus, ut & numos, & infectum argentum atque aurum referrent, minatus pœnas contumacibus. Quòd cum omnes celeriter præ metu fecissent, pecuniæ multitudinem congregauit, & omnibus sibi subditis, grauem terrorem incussit. Cumq; crudelius sese aduersum Geloos gessisset quàm debebat, necatos in fossas quæ erant extra mœnia, detrusit, & relicto in urbe satis magno præsidio, castra cōtra hostes posuit. Occupabāt aūt Carthaginienses, Sceleratū collē, quem aiunt pſidium fuisse Phalaridis. In hoc fertur construxisse tyrannus celebrem illum taurum æneum, ad excruciandorum pœnas, igne machinæ subiecto. Atq; hanc ob causam locum Sceleratum, ab impietate quę in miseros exercebatur, appellatum fuisse. Ab altera parte Agathocles alterum eorum quæ fuerāt Phalaridis præsidium tenebat, nuncupatum ab illo Phalarium. Castra me-

Amilcar aduersus Agathoclem mittitur in Siciliā.

Naufragium.

Δημόσιον πένθος.

Agathocles Gela potitus, sæuit in Geloos.

Agathocles cōtra Carthaginēses castra facit, et ab eis prælio uincitur.

diùs

dius dirimebat fluuius, cuius obiectu utrique aduersus alteros utebantur. Fuerat autem superioribus temporibus dissipata fama, oportere apud hūc locum multos homines in pugna perire. Quod detrimentum apud utros futurum esset, cum esset incertū, accidit ut religione tenerentur exercitus, essentq; ad pugnam tardiores. Itaq; diu neutri fluuium audebat traijcere uniuersis militibus donec inexpectata quædam causa eos ad plenum periculum incitauit. Afris enim hosticum percurrentibus, Agathocles irritatus est ad idem faciendum, cumq; Græci prædam agerent, & quędam castrorum iumenta abegissent, prodierunt ex Carthaginensium uallo, qui eos persequerentur. Agathocles futuri præscius, apud fluuium collocauit insidias uirorum uirtutis præcipuæ. Hi Carthaginiensibus eos qui prædam agebant persequentibus, & fluuium traiectis, repentè ex insidijs consurgunt, & inordinatos aggressi, facilè in fugam uertunt. Ac dum interficiuntur Barbari, & in sua castra fugiunt, Agathocles ratus uenire tempus decertandi, uniuersas uires ad hostium castra ducit. Et eos ex improuiso aggressus, ac celeriter parte fossæ æquata, uallum conuellit, & per uim in castra irrumpit. Carthaginienses tam incredibili facto perterriti, & ad instruendam aciem ocium capere non uolentes, hostibus ut casus tulit, occurrunt, atq; certant. Ac dum circa fossam utrique fortiter dimicant, celeriter totus propinquus locus mortuis constratus est. Nam & Carthaginiensium clarissimi castra expugnari uidentes, subueniebant: & Agathocleuani uictoria confisi, & existimantes uno periculo se toto bello defuncturos, urgebant Barbaros. Amilcar uidens suos laborare, & Græcorum semper plures in castra irrumpere, funditores admouet, qui erant ex Balearibus insulis, non pauciores mille. Hi continentia & magna saxa iacientes, multos uulnerant, nec paucos ex irrumpentibus interficiunt, ac plurimorum obiecta arma conterunt. Etenim hi homines saxa iacere soliti, quæ minæ pondo habeant, magnum afferunt ad uictoriam momentum in prælijs. Quippe cùm apud eos à pueris exerceri soleat ars funditoria. Hoc illi pacto expulsis ex castris Græcis, superiores extiterunt. Agathocles rursus alijs locis oppugnationem instituit. Cumq; iam castra ui caperentur, appulit Carthaginiensibus exercitus ex Africa imperatus. Itaq; sumptis iterum animis, qui erant in castris in fronte dimicāt: qui uerò suppetias uenerant, in orbem Græcos circumsistunt. Qui dum uulnerantur, præter opinionem pugna fortunæ breui in contrarium mutata est. Fugiebant autem pars ad Himeram fluuium, alij in castra, quod receptus spacium habebat quadraginta stadia, & quidem totum ferè campestre, persequentibus Barbarorum equitibus non minus quàm quinq; millibus, quò factum est, ut interiectus locus mortuis oppletus fuerit, multùm conferente etiam fluuio ad Græcorum interitum. Cùm enim essent dies caniculares, & persecutio circa meridiem fieret, multi fugientium, qui propter ardorem & fugiendi laborem siti cō ficerentur, auidiùs bibebant, & quidem cùm esset unda salsuginosa. Quæ res effecit ut non pauciores ijs qui in fuga necati fuerant, reperti fuerint apud fluuium mortui sine uulnere. Ceciderunt in ea pugna Barbarorum circiter quingenti Græcorum non pauciores septem millibus. Agathocles tanta clade accepta, eos qui ex clade euaserant assumit, crematisq; castris Gelam se recipit. Cumq; famam sparsisset, sese celeriter Syracusas proficisci statuisse, 300. Afri equites inciderunt in quosdam Agathoclis milites, à quibus cùm audiuissent Agathoclem sese recepisse Syracusas, Gelam ingressi sunt tanquam amici, & ipe fruſtrati, missilibus confossi sunt. Agathocles seipsum in Gelam concluſit, non quia ad Syracusas euadere non posset, sed quia Carthaginienses distinere uolebat ad obsidionem Gelæ, ut Syracusanis fruges tutò comportare liceret cogente tempore. Amilcar primò Gelam obsidere conabatur: sed audiēs in ea & uires esse ad propugnandum, & Agathoclem omnibus abundare, hoc consilio supersedit, & castella urbesq; adiens recipit, & omnibus humanum

Funditores Balearij.

πλάδος ἡ μείη ταχὺ παλίντροπος ἐγένετο

Græcorum clades.

Ex Siculis, qui nam ad Carthaginenſes defecerint.

ſe præbet, ut Siculos ad beneuolentiam pelliciat. Et Camarinæi quidē ac Leontini, præterea Catanæi, & Tauromenitæ, protinus miſsis legatis, deficiunt ad Carthaginienſes. Deinde poſt paucos dies Maſſanenſes & Abacęnini, & multæ ciuitatum aliæ alias anticipantes, ad Amilcarem deficiunt: tantus uulgò impetus inceſsit poſt cladem, odio tyranni. Agathocles uerò ductis ad Syracuſas reliquis copijs, laborantes partes murorum reficit, agricę frumentum comportat, cogitans urbi ſatis magnam cuſtodiam relinquere, & copiarum optimam partem in Africam tranſportare, bellumcę ab inſula transferre in continentem. Nos uerò, quemadmodum initio propoſuimus, Agathoclis in Africam tranſitum initium faciemus ſequentis libri.

Libri XIX. *finis.*

DIODORI SICVLI
BIBLIOTHECÆ HISTORICÆ
LIBER VIGESIMVS.

Perſtringũtur qui longas orationes hiſtorijs miſcent.

On iniuria eorum inſtitutũ aliquis improbauerit, qui hiſtorijs ſuis prolixas aut crebras nimis orationes admiſcent. Nã prętерquam quòd perpetuitatem hiſtoriæ intempeſtiua orationum inductione abrũpant, etiam eos qui rerum cognitionis cupiditate tenentur deterrent. Enimuero ſi qui ſunt qui ſuam in oratoria facultate peritiam oſtẽtare uelint, poſſunt id priuatim facere: orationes quę ad populum, aut in legationibus habẽtur: præterea declamationes in laudẽ uel uituperiũ, & alia eius generis cõponendo. Nam qui legitimã dictionis compoſitionẽ ſcriptis ſuis adhibẽt & unũ propoſitũ ad extremũ perſequũtur, eſt profectò cur iure in utrocę ſtudij genere cõmendentur. Nunc inuenire eſt quoſdã qui dũ nimij in orationis elegantia ſunt, hiſtoriã quaſi appendicẽ orationum fecerũt. Nec ſolũ mala ſcriptio lectori moleſta eſt, uerũ etiã ea quæ cũ alioquin in cæteris nõ inepta uideat, aberrat ab ordine proprio locorũ & tẽporum. Hanc ob cauſam talium ſcriptorum lectores partim ſtili genus etiãſi elegantiſsimũ uideatur, prætereãt, partim prolixitate & authoris importunitate deterriti, in uniuerſum & quidem meritò, ab eorũ lectione abſtinẽt. Nam hiſtoriæ natura ſimplex eſt, cõtinua, denicę corporis animati ſimilis, cuius id quod lacerũ eſt amittit animalem illam uenuſtatem, quod contra debitã habet partiũ omniũ cõpoſitionem, eandẽ cõmodè retinet, & propter totius deſcriptionis cohærentiam, iucundã & dilucidã lectionẽ effi-

Hiſtoria qualis eſſe debeat.

cit. Neqę tamẽ nos in uniuerſum ita rhetorũ colores improbamus, ut eos in hiſtoria adhibẽdos eſſe omninò negemus. Cùm enim hiſtoriã uarietate exornare neceſſe ſit, quibuſdam in locis operęprecium eſt huiuſmodi dictione uti. Et hac opportunitate ne me quidẽ priuatũ uelim. Itaqę ſi pro rerum aut tẽporum circumſtantijs aliqua uel legati uel cõſiliarij oratione opus ſit, niſi quis benè inſtructus ad cauſam ſuam defendẽdam deſcendat, profectò ſuam cauſam ſuſpectam reddiderit. Nã multæ cauſæ incidũt propter quas ſępè neceſſariò rhetorũ pręceptis utendũ ſit. Nã cũ multa benè & acutè dicta ſint, nequaqę ea quæ memoriæ digna ſunt, & eam quæ ex hiſtoria petit utilitatẽ afferũt, ocioſè ſunt prætermittẽda. Prętерea ſi ſplendidũ & magni momenti eſt argumentũ, uidendum eſt ne orationis genus humilius ſit quã rerũ magnitudo patiatur. Fit itẽ interdũ ut prætер expectationẽ res eueniant, in eo caſu cogemur cõuenientib. inſtituto uerbis uti, ut omnẽ abſurditatem euitemus. Verũ hiſce de rebus hæc dicta ſufficiant. Nũc eas res de quib. dicere inſtituimus, aggrediamur: ſi tamen prius ipſa tẽpora de quibus in hoc opere agimus, ſubiecerimus. Igitur in prioribus libris ab antiquiſsimis

antiquiſsimis temporib. orſi res geſtas Græcorum & Barbarorum proſequuti ſumus uſq; ad annum qui Agathoclis in Libyam expeditionem anteceſsit, ad quam à Troiæ excidio numerantur anni 83. ſupra 800. Atq; ita ut hiſtoriam cõtinuemus incipiamus ab Agathoclis in Libyam profectione, & nouem annos complexi, in illum annum deſinamus, quo reges facta concordia unamini conſenſu arma in Antigonum Philippi filium ſumpſerunt. *Synchroniſmi.*

Rectore Athenis Hieromnemone, Rom. Coſs. crearunt C. Iulium & Q. Aemilium. In Sicilia Agathocles à Carthaginienſib. ad Himeram pĺio ſuperatus, & maxima eaq; firmiſsima exercitus parte amiſſa, Syracuſas confugit. Videns autem ſocios omnes deſciuiſſe, & barbaros Siciliã uniuerſam pter Syracuſas in ius ditionem q; ſuam redegiſſe, longeq; & terreſtrib. & naualib. copijs potentiores eſſe, rem inſperatã & maximè temerariã aggredit. Cùm enim in ea omnes eſſent opinione, ut ipſum nunq; cùm Carthaginienſib. bellum geſturum putarent, ſtatuit, relicto in urbe ſatis firmo pĺidio, & ſuorum militum idoneis aſſumptis, in Libyam trajicere. Fore em ſperabat ut Carthaginienſes ocij pacisq; delicijs diu aſſueti ac ꝓpterea belli periculorum inexpertes, facilè à ſuis in omnib. malis induratis ſuperari poſſent. Præterea ſocios quos in Libya habebant quoniam iam à multo tẽpore eorum imperata grauiter ferrent, deficiendi occaſionem arrepturos. Et quod omnium erat maximũ inopinato in eorum fines irruptione facta agrum intactum, & omnib. rebus ꝓpter Carthaginienſium opulẽtiam abundantẽ populaturum ſe ſperabat. In ſuma à patrio ſolo & Sicilia tota barbaros abſtractum, & in Africam omne bellum trãslaturum ſe confidebat. Id q; factum eſt. Hoc enim conſilium cum nulli amicorum reuelaſſet, Antandrum fratrem cum idoneo præſidio urbi præfecit: ipſe electis fortiſsimis quos habebat militibus, peditibus quidem ut cum armis expediti præſtò ſint imperat, equitibus uerò ut præter arma remos & frena ſecum aſſumant edicit, ut cum equos nactus eſſet, equites paratos haberet, ijs quæ neceſſaria eſſent comparatis. Nam in ſuperiore clade peditum pleriq; occubuerant, equites autem omnes incolumes euaſerant, quorum equos in Africam deportare non poterat. Ne autem Syracuſani ſe abſente nouis rebus ſtuderent, cognationes alias ab alijs ſegregauit, maximè autem fratres à fratribus, & parentes à natis, quos partim in urbe reliquit, partim ſecum abduxit. Certum enim erat, eos qui Syracuſis relicti eſſent, etiamſi animo erga eum eſſent alieniſsimo, nihil tamen propter amorem erga natos grauius in Agathoclem auſuros. Cùm autem pecuniæ inopia laboraret, pupillorum facultates à tutoribus ablatas ad ſe recepit, longè ſatius eſſe dicens ſe eorum tutorem eſſe, & fidelius iam adultis reſtituturum affirmans. Præterea à mercatoribus pecuniam mutuò ſumpſit, & quędam templorum donaria abſtulit, ac mulieribus ornatum ademit. Quæ cum locupletiſsimis quibusq; diſplicere, & ab ſe eorum animos maximè abalienatos animaduerteret, concionem conuocat, in qua nuper acceptam cladem & immĩnentes calamitates deplorans, ſe quidem (utpote qui eſſent in ferendis quibuſcunq; laboribus iam exercitatus) facilè obſidionem ſuſtinere poſſe dicebat: ciuium autem miſereri, ſi concluſi obſidionem pati cogerẽtur. Hortatus eſt itaq; eos ut ſuæ ſaluti cùm ſuis facultatib. conſulerent, quicunq; dubiam belli fortunam experiri nollent. Cùm autem ex urbe diſcederent hi qui opibus maximè pollebant, & odio in principem flagrabant, eos emiſsis quibuſdam mercenarijs, [illegible] dedidit, & eorum facultates in fiſcum ſuũ redegit. Ex quo tam ſcelerato facto pecuniam nactus, & ab ijs quibus ipſe inuiſus erat urbe purgata, ſeruos ad militiam aptiſsimos libertate donauit. Ac iam omnib. præparatis, & 60. nauib. adornatis, nauigandi oportunitatẽ expectabat. Cũ autẽ eius inſtitutum lateret, quidã eum in Italiam expeditionẽ ſuſcipere, alij eam quæ Carthaginienſibus pareret Siciliæ partẽ depopulaturũ ſuſpicabant. Omnes autẽ de eorum qui diſceſſuri erãt ſalute deſperare, & principis inſaniã arguere. Cæterũ hoſtib.

Anno Mundi 3656. Vrbis 444. Agathocles cur bellum in Africam traij cere cogitauerit.

Aſtus Agathoclis quo uſus eſt, ad retinendos in officio Syracuſanos.

multò pluribus triremibus ſtationem habentibus primum diebus aliquot milites intra naues continere ſe coegit, cùm nauigare non poſſent. Deinde cùm naues frumentariæ ad urbem curſu ferrentur, Carthaginenſes cum tota claſſe ad naues contenderunt. Ipſe uerò Agathocles de incepto ſuo deſperans, poſtquam uidet portus ingreſſum à ſtationarijs deſertum, magna nauigandi celeritate uſus traijcit. Deinde Carthaginienſes onerarijs iam proximi poſtquam uident hoſtes confertis nauibus nauigare, primùm ſuſpicati ipſum auxilio frumentarijs uenire, regreſsi ſunt, & claſſem ad nauale prælium inſtruxerunt. Vt autem eos rectà præteruehi, & iam procul antegreſſos animaduertunt, perſequi cœperunt. Ibi illis inter ſeſe contendentibus nauigia quæ commeatum uehebant præter ſpem periculo euitato, magnam rerum neceſſariarum copiam Syracuſas apportarunt, iam urbe rei frumentariæ penuria laborante. Agathocles uerò ab hoſtibus obſeſſus, cum nox ſuperueniſſet, inſperatam ſalutem conſecutus eſt. Poſtero die tanta ſolis obſcuratio facta eſt, ut planè noctem diceres, ſtellis undique apparentibus. Quamobrem Agathocleani rati etiam diuinitùs ſibi pericula præſagiri, multò magis de futuris ſoliciti erant. Cum autem ſex diebus totidemque noctibus nauigaſſent, prima luce præter expectationem non procul conſpicati ſunt claſſem Carthaginienſium. Itaq; utrinque ſuborta contentione, inter ſe remis certabant. Pœni quidem, quòd ſperarent ſe præter nauium expugnationem etiam Syracuſas in poteſtatem accepturos, ac patriam magnis periculis liberaturos. Græci uerò niſi ſumma cum celeritate ad littus properarent, præſens ſibi imminere exitium uidebant, atq; ijs qui domi relicti erant, grauiſsimam ſeruitutem. Vbi in Africæ conſpectum uentum eſt, fit ſociorum cohortatio & incredibile ſtudium. Ac uelocius quidem naues barbarorum ferebantur, remigibus longo ſtudio exercitatis. Satis autem longo interuallo præceſſerant naues Græcorum. Ac nauigatione celerrimè expedita, poſtquam ad terram appropinquarunt, confertim alij cum alijs in terram ruebant, quemadmodum quidam certatores. Nam in extremas Agathoclis, primæ Carthaginienſium naues impingebant, cùm eſſent intra teli iactum. Itaque cùm pauliſper inter ſeſe miſsilibus & fundis certaſſent, paucis nauibus barbaris congreſsis, Agathocles ſuperior erat, qui multos milites haberet. Deinde Carthaginienſes conuerſis proris paulum extra teli iactum ſe receperunt. Agathocles copijs ſuis ad eas quæ uocantur Lapicidinæ expoſitis, & ducto à mari ad mare uallo, naues remulco ſubduxit. Atque tam audaci facinore perpetrato, aliud priori longè periculoſius aggreditur. Adhibitis enim ducibus, qui ſuo inſtituto dicto audientes erant, factaque re diuina Cereri & Proſerpinæ, conuocat populum. Deinde coronatus cum ſplendida ueſte in concionem progreſſus, & quædam ad ſuum inſtitutum aptè præfatus, dixit ſe præſidijs Siciliæ deabus Cereri & Proſerpinæ, quo tempore à Carthaginienſibus fugati fuerint, uota nuncupaſſe, omnes naues accenſurum. Eſſe itaque laudabile, ſalutem adeptos uota ſoluere, ac pro illis longè plures redditurum ſe promittebat, ſi ſeſe in pugnando ſtrenuè præſtitiſſent. Etenim deos per uictimas totius belli uictoriam portendere. Hæc eo dicente, famulorum quidam accenſam facem adfert, quam poſtquam accepit, reliquis triremium præfectis ſimiliter dari iuſsit, deabuſque inuocatis primus ad prætoriam triremem contendit: ac ſtans in prora, cæteris ut ſe imitentur iubet. Ibi cum præfecti ignem inieciſſent, ſublata celeriter in auras flamma, tibicines claſsicum canere, milites iubilare, omnibus pro domum reditione precantibus. Hoc autem faciebat Agathocles eo maximè conſilio ut cogeret milites in periculis omnino fugæ obliuiſci. Compertum enim habebat ad naues confugiendi ſpe ſublata, in ſola uictoria ſalutem collocaturos eſſe. Deinde cum exiguas copias haberet, uidebat ad cuſtodiendas naues neceſſe fore, partiri exercitum, atq; ita minimè ſe parem fore. Sin autem deſtitutas

Agathocles in Africam traijcit.

Solis defectio

Agathocles in Africam appellit.

Votum.

Agathocles ſuam claſſem cur incendi curauerit.

tutas relinqueret, in poteſtatem Carthaginienſium uenturas eſſe. Enimuero ardentibus omnibus nauibus, & flamma magnum ſpacium occupante, Siculos terror inuaſit. Initio enim calliditate & dementia Agathoclis decepti, cum celeritas facti ad cogitandum tempus nullum daret, omnes eius facto aſſenſi ſunt. Tempore deinde ſingula expendendi ocium largiente, ad pœnitentiam conuerſi ſunt, ac ſecum magnitudinem dirimentis maris reputantes, de ſalute deſperabant. Agathocles uerò eos hac deſperatione liberare cupiens, exercitum ad Magnam urbem (ut uocatur) Carthaginienſium imperio ſubiectum deducit. Media autem regio, per quam ijs proficiſcendum erat, hortis & omni genere ſatorum culta erat, aquis multis per aquæ ductus deductis, & omnem locum irrigantibus. Præterea continuæ uillæ erant, ædificijs ſplendidis & tectorijs operibus elaboratæ, quæ dominorum opes indicabant. Abundabant præterea horrea omnibus ad uictum accommodis, utpote cum incolæ in diuturna pace fructuum abundantiam congeſſiſſent. Erat autem regio partim uitium, partim olearum ferax: aliſq; frugiferis arboribus referta. Altera ex parte tempus erat, in quo boum & ouium greges paſcebantur, & uicinæ paludes equis armentarijs abundabant. In ſumma maxima erat ijs in locis rerum omnium affluentia, cum Carthaginienſium primarij poſſeſſiones occupaſſent, & opes cum elegantiæ ſtudio ad fruendum, in eam rem inſumpſiſſent. Itaq; Siculi regionis amœnitatem & fœcunditatem admirati, ſpe efferebantur, digna periculis præmia uictoribus propoſita cernentes. Quod cum uideret Agathocles, milites iam animos recepiſſe, & ad pericula promptos eſſe, confeſtim muros aggreditur. Quę oppugnatio inexpectata cum accidiſſet, & oppidani propter rei bellicæ imperitiam pauliſper obſidionem ſuſtinuiſſent, urbem ui cepit: quam militibus diripiendam cum dediſſet, milites & præda graues, & animis confidentes reddidit. Inde properè ad album (ut uocatur) Tunetem exercitu ducto, urbem in poteſtatem ſuam redigit, quæ à Carthagine duo millia ſtadiorum diſtabat. Ipſi autem milites utranque urbem præſidio occupare uolebant, & in eas prædam omnem expoſuerant. At Agathocles rebus geſtis contentanea cum cogitaſſet, docuiſſetque milites, quemadmodum non expediret perfugij locum relinqui, quandiu prælio Carthaginienſes non deuiciſſent, complanatis urbibus, ſub dio caſtra metatus eſt. Carthaginienſes autem qui prope ſtationem Siculorum ſtatiua habebant, poſtquam naues accenſas animaduerterunt, primùm lætitia geſtiebant, tanquam hoſtibus ob metum eorum naues corrumpere coactis. Verùm poſtquam hoſtium copias in agrum contendere uiderunt, de futuris coniecturam facientes, nauium iacturam ſuum damnum duxerunt: ac propterea uela ex pilis contexta in proris expanderunt, quod ijs facere ſolenne eſt, ſi quando Reſpublica Carthaginienſis infortunium aliquod paſſa putatur, ſumpſeruntq; in ſuas triremes Agathoclis nauium ferramenta, ac nuncios qui rem omnem accuratè referrent, Carthaginem miſerunt. Priuſquam autem hi quid factum eſſet aperirent, quidam loci illius homines, cognito Agathoclis aduentu, id celeriter Carthaginienſibus nunciarunt. At illi ob rei admirabilitatem attoniti, ſuſpicabantur in Sicilia ſuas & terreſtres & nauales copias perijſſe. Neque enim credibile erat Agathoclem niſi uictorem Syracuſas præſidio deſtitutas relicturum fuiſſe, aut copias traijcere auſurum, hoſtibus maris imperium obtinentibus. Itaque urbem tumultus & trepidatio magna inuadit, & populi concurſus in forum fit, & conſultatio ſenatus quid facto opus foret. Neque enim paratum habebant exercitum, qui hoſtibus opponi poſſet, & ciuium multitudo belli ignara, animum deſpondebat: hoſtes uerò tanquam iam muris proximi expectabantur. Igitur quidam ad Agathoclem legatos de pace mittendos dicebant, qui idem quid in hoſtium caſtris ageretur explorarent. Alij expectandum cenſebant, donec ſingula quemadmodum geſta forent, planè cogno-

Agri Magnæ urbis fertilitas.

Agathocles Magnam urbem & Tunetem expugnat & euertit.

Infortunij publici ſignum, apud Carthaginenſes.

Carthagine trepidatur.

uissent. Hac urbem perturbatione tenente, missi à classis præfecto appulerunt, qui causas rerum gestarum retulerunt. Itaque cum se rursus collegissent, senatus omnes nauium præfectos incusabat, quòd passi fuissent hostiles copias in Africam traijci, cum ipsi mare occuparent. Ac duces militiæ elegit Annonem & Bomilcarem, patria simultate inter sese dissidentes: existimabant enim priuatam eorum dissidentiam & discordiam, communem reipublicæ salutem fore. Sed longè aliter atque putabant euenit. Nam Bomilcar iam à multo tempore tyrannidem affectabat, sed cùm potestatem & idoneum rei gerendæ tempus non haberet, tunc occasionem satis commodam imperium adeptus arripuit. Huius autem rei maximè causa extitit Carthaginiensium in puniendo acerbitas. Nam primarios uiros in bellis ad imperia euehunt, existimantes ijs de summa rerum ante omnes periclitandum esse. At pacem adepti eosdem falso criminantur, & iniusta iudicia ferentes, ob inuidiam ad supplicia rapiunt. Propterea quidam imperijs præfecti futuras in iudicio sententias metuentes, ab imperio deficiunt, alij ad tyrannidem animum adijciunt, quod tum Bomilcar alter ducum fecit, de quo paulò post dicemus. Igitur duces Carthaginiensium, cum nequaquam tempus esse cunctandi uiderent, non expectatis uicinorum & sociarum urbium auxilijs, in apertum ciues ipsos educunt: qui erant peditum non pauciores quadraginta millibus, equites mille, curruum duo millia. Occupato autem quodam tumulo non procul ab hostibus, ad prælium milites instruunt: ac dextrum cornu tenebat Anno, adiuuantibus eum qui sacram cohortem efficiebant. Sinistrum regens Bomilcar, cum propter loci naturam in latum agmen porrigi non posset, densum fecit. Currus & equites ante agmen collocarunt, horum consilio ut hisce primum impetum facerent, ad Græcorum uires tentandas

Duces discordes Anno & Bomilcar.

Carthaginienses & Agathocleani copias ad prælium instruunt.

Agathocles acie barbarorum perspecta, dextro cornui Archagathum filium præficit, attributis ei duobus peditum millibus & quingentis. Deinceps ordinauit Syracusanos, qui erant numero tria millia quingenti. Deinde mercenariorum Græcorum tria millia. Postremò Samnitum, Tyrrhenorum, & Gallorum tria millia. Ipse cum satellitio cum mille armatis dimidium cornu tutabatur, sacræ Carthaginiensium cohorti oppositus. Sagittarios autem & funditores quingentos per cornua diuisit: militibus autem uix armorum satis erat. Itaque cùm eos qui clypeis carebant, inermes uideret, clypeorum tegumenta baculis affixit, & specie circulum clypei imitatus, eis tradidit nequaquam ad usum idonea, sed quæ procul conspecta, armorum speciem referre possent ijs qui rei ueritatem ignorarent. Ac animaduertens milites ob multitudinem barbari equitatus & copiarum perculsos, dimisit in castra compluribus locis ululas, quas iam antea præparauerat, ad tollendam tarditatem multorum. Quæ per agmen uolitantes, & scutis galeisque insidentes, milites animabant, singulis augurantibus, propterea quòd Mineruæ sacrum creditur id animal. Hæc quanquam uani consilij uideri possint, causa tamen sæpenumero magnorum commodorum extiterunt, quemadmodum tunc factum est. Nam cum multitudo animos sumpsisset, & rumores sparsi essent diuinitus manifestè uictoriam illis præsignificari, confidentius periculum subierunt. Nam cum in eos currus irruissent, alios missilibus confixerunt, nonnullos præterferri passi sunt, pleroſque retrogredi ad aciem peditum coegerunt. Similiter equorum impressionem sustinentes, multis uulneratis, in fugam conuertunt. Dum ita strenuè in prima acie pugnatur, barbarorum omnis peditatus ad manus uenit.

Anno occumbit.

Ibi cum acriter pugnaretur, Anno comitante sacra cohorte delectorum hominum, dum suo Marte uictoriam parêre cupit, grauiter Græcos urget, multosque occidit. Cumque in eum omnis generis tela conijcerentur, non cedebat, sed quamuis multa uulnera acciperet instabat, donec

donec defatigatus occubuit. Eo occiso Carthaginenses qui illic pugnabant, animos remiserunt. At Agathocleani arrecti, multò magis confirmati sunt. Quæ cum à quibusdam intellexisset Bomilcar, alter militiæ dux, ratus diuinitus sibi oblatam occasionem tyrannidem occupandi, sic secum cogitabat, si Agathoclis exercitus pereat, se in imperium inuadere non posse, cum ciues sint futuri potentiores: sin ille uictoriam consecutus, Carthaginiensium animos depresserit, facilè se subiecturum iam uictos, atque Agathoclem pauo negocio, cum ei usum fuerit deuicturum. His cogitatis, secessit cum antesignanis, tectè cedens hostibus, & suis Annonis morte indicata, ut ordinatim sese in collem recipiant, hortatur: hoc enim expedire. Instantibus autem hostibus, cum totus discessus fugæ speciem haberet, Afri conferti, existimantes eos qui erant in prima acie ui superatos esse, terga dare cœperunt. Qui sacra cohortem efficiebant post Annonis ducis mortẽ primùm fortiter resistebant, & conscensis eorum qui ceciderant cadaueribus, omne periculum sustinebant. Verùm postquam cognouerunt maiorem exercitus partem in fugam conuersam, & hostes à tergo instare, cedere coacti sunt. Itaque effusè fuga per omnia castra Carthaginiensium existente, barbari ad urbem fugerunt, Agathocles aliquousque persecutus reuertitur, & Carthaginiensium castra diripit. Cæsi sunt in prælio Græcorum ad trecentos: Carthaginensium non plures mille, aut ut quidam memoria prodiderunt, supra sex millia. In castris Carthaginensium præter alias opes inuenti sunt complures currus, in quibus apportata erant supra uiginti millia compedum. Barbari enim cum se Græcos facilè superaturos putarent, inter sese significauerant, ut uiuos quamplurimos caperent, & uinctos ad opera detruderent. Verùm (quemadmodum ego arbitror) deus, sicuti superbis cogitationibus dignum est, malam spem mutat in exitum contrarium. Agathocles igitur Carthaginiensibus præter omnium opinionem deuictis, eos intra muros conclusit. Fortuna autem, quæ alternis post cladem uictoriam dare solet, uictores æquè atque uictos depressit. Nam in Sicilia Carthaginienses magna acie superato Agathocle, Syracusas obsidebant. In Africa tanta pugna uictor Agathocles, Carthaginienses obsidione premebat: & quod omnium maximè mireris, imperator in insula cùm haberet integrum exercitum, barbaris inferior erat, idem in continente parte ante uicti exercitus uictores superauit. Itaque Carthaginienses cùm diuinitùs sibi hanc cladem immissam putarent, ad omne genus supplicationum conuersi sunt: & maximè sibi infensum Herculem, qui erat apud colonos, rati, magnam pecuniarum uim & pretiosissimorum donariorum in Tyrum miserunt. Cùm essent enim orti ex ea coloni, antea soliti erant deo decimas omnium reddituum mittere. Sed postea magnas opes nacti, & prouentibus non contemnendis aucti, parum omnino mittebant, numen parui facientes. Ac post calamitatem illam acceptam omnes ad pœnitentiam conuersi, omnium Tyriorum deorum memores erant. Miserunt etiam confecta ex sacris aurea templa ad supplicandum simulachris: existimabant enim hoc magis ad placandam iram dei conferre, si ad deprecationem donaria mitterent. Causabantur præterea Saturnum ipsis aduersari, quoniam cum superioribus temporibus soliti essent immolare huic deo filiorum præstantissimos: postea clam emptos pueros, eosque enutritos, ad sacrificium mittebant. Et facta inquisitione inuenti sunt quidam ex immolatis subdititi. Hæc cum suis animis cogitantes, & hostium castra ante muros cernentes, religione tenebantur, tanquam qui patrios deorum honores soluissent. Cum autem per imprudentiam errata corrigere cuperent, delectos ducentos primariorum hominum filios publicè immolarunt. Alij calumnijs grauati, sponte sua sese obtulerunt, quorum erant non pauciores ducentis. Erat autem apud eos ænea Saturni statua, quæ manus supinas in terram inclinatas exporrigebat, ita ut im-

Bomilcar suos prodit ut uitam ad tyrannidem capescendam sibi præparet.

Carthaginiensium clades.

Mars dubius.

Superstitio Carthaginensium Deos sibi iratos putantium.

Saturno filios offerebãt Carthaginenses.

positus per deuolueretur, & in uoraginem quandam ignis plenam traderet. Hinc uerisimile est Euripidem fabulosa illa mutuatum, quæ tractantur ab illo de Taurino sacrificio, in quibus Iphigeniam ab Oreste sic interrogari facit. Quódnam sepulchrum mortuus sortiar? Ignem sacrum qui intus est, & opacum terræ hiatum: & fabula quæ à Græcis ex prisca fama tradita est, quòd uidelicet Saturnus suos filios è medio tollere sit solitus, apud Carthaginienses huiusmodi lege seruata uidetur. Enimuero rebus Africis ita mutatis, Carthaginienses in Siciliam ad Amilcarem legatos ire iubent, rogatum ut copias auxiliares mittere maturet, & direpta Agathoclis nauium ferramenta unà mittant. Ille legatos ut acceptam cladem celent hortatur, & eum inter milites rumorem, tanquam si Agathocles omnes & naues & copias perdidisset, dissipent monet. Ipse missis quibusdam qui ex Carthagine aderant legatis Syracusas unà cum ferramentis, ut urbem dedant suadet: Syracusanorum enim exercitum à Carthaginiensibus concisum esse, & naues conflagrasse: quòd si qui non credant, ut id exhibitorum repagulorum argumento demonstrent. Hac Agathoclis calamitate nunciata, oppidanorum multi crediderunt. Primarij uerò dubitantes occultarunt, ne qui tumultus oboriretur, atque confestim legatos dimiserunt. Exulum affines & familiares, aliosque qui eorum facta iniquo animo ferebant, quorum erant non pauciores octo millibus, ex urbe eiecerunt. Deinde cum repentè tanta hominum multitudo patriam deserere cogeretur, fit tota urbe discursus, tumultuatio, & fœminarum ululatus: nulla enim erat per id tempus familia luctus expers. Nam quidam calamitatem tyrannidis Agathoclis, & filiorum suorum casum deplorabant. Ex priuatis alijs eos qui in Africa occubuisse putabantur deflebant: nonnulli eorum qui penates & focos relinquere cogerentur, fortunam dolebant, quibus neque manere concedebatur, neque extra muros prodire integrum esset, Barbaris urbem obsidione cingentibus. Ad tanta mala accedebat eo quòd & infantes, & uxores in fugam secum unà trahere cogebantur. Amilcar exulibus qui ad ipsum confugerant, impunitatem concedit, paratoq; exercitu Syracusas contendit, tanquam ad urbem capiendam, tum propter solitudinem, tum propter nunciatam reliquis calamitatem. Præmissis autem legatis, Antandro eiusque socijs si urbem traderent, impunitatem pollicetur. Cùm itaque conueniissent ex ducibus authoritate maximè pollentes, Antander urbem dedendam censebat, natura effœminatus, quique multum ab audacia & rebus gestis fratris degenerasset. Erymnon autem Aetolus ab Agathocle fratri adiutor appositus, diuersa sententia proposita, omnibus ut perdurent, donec rei ueritatem cognouerint, persuadet. Deinde Amilcar sententia Oppidanorum cognita, omnis generis machinas construit, oppugnationem aggressurus. Agathocles post pugnam duabus actuarijs nauibus fabricatis, alteram Syracusas mittit, præstantissimis adhibitis, & ex amicis quos habebat fidelissimos uno Nearcho, qui uictoriam suis nunciet. Deinde cum secundis uentis nauigarent hi qui missi erant, noctu quinto die Syracusas appellunt, & coronata pæanaq; canentes in nauigio, simulatq; illuxit, in urbem nauigant. Quod ubi Carthaginiensium sensère excubiæ properè persequuntur. Cùm autem fugientes nõ longè præcederent, remigijs contendere incipiunt. Audita remigum contentione tum oppidani, tum urbem obsidentes, ad portum concurrunt, & utriq; de suis solliciti, ut bono sint animo exclamant. Iam cum actuaria illa comprehenderentur, Barbari iubilare, oppidani cùm suppetias ferre non possent, dijs pro salute nauigantium supplicare. Iam persequentium prora impetum in eam faciente, non procul à terra anticipauit actuaria alteram uno teli iactu, & cum Syracusani auxilio uenissent, periculum euasit. Amilcar cernens oppidanos propter anxietatem & incredibilitatem expectati nuncij ad portum

Carthaginienses auxilia ex Sicilia petunt ab Amilcare.

Syracusanorũ perturbatio ex falso rumore orta.

Agathocles nuncium Syracusas de uictoria mittit.

tum concurrisse, suspicans partem aliquam muri incustoditam relinqui, mittit cum scalis militū fortissimos. Ibi custodias desertas nacti, inscijs omnibus muros conscenderunt, & iam ferè interturrium occupauerant, cum circumeuntes de more excubitores, cùm eò peruenissent, id animaduertere: commissoq; prælio oppidani accurrerunt, & eos qui subsidio uenturi erant ingressis præueniendo, alios occiderunt, alios de pinnis præcipites dederunt. Quo facto Amilcar grauiter dolens, ab urbe exercitum deducit, & Carthaginensibus auxiliares copias cum quinq; militum millibus mittit.

Dum hæc geruntur, Agathocles locis subdialibus potitus, circum Carthaginem loca ui capit, & urbium alias propter metum, alias ob earum in Carthaginenses odium imperio suo subiungit: castrisq; propè Tunetem munitione ualidoq; præsidio firmatis, ad maritimas urbes proficiscitur, captaq; armis noua urbe, erga uictos clementem se præstitit. Inde ad Adrymetem progressus, eam obsidione premere aggressus est, uocato in auxilium Afrorum rege Elyma. Quæ ubi Carthaginensibus nunciata fuerunt, cum omnibus copijs ad Tunetem profecti sunt, castrisq; Agatholis potiti, urbiq; tormentis bellicis admotis, in eam continuas impreisiones faciebant. *Agathocles multis Africæ urbibus potitur.*

Agathocles de suorum cladibus per quosdam certior factus, in obsidione maximam partem exercitus reliquit, assumptoq; comitatu, & militum paucis, clàm in locum quendam mõtanum peruenit, unde conspici possit ex Adrimetinorum agro, qui Tunetam obsidebant. Ac cum militibus noctu diuersis in locis ignes excitare imperasset, hanc Carthaginiensibus speciem præbuit, tanquam contra ipsos ualida manu ueniret: obsessis autem, quasi hostibus aliæ amplæ copiæ in subsidium aduenissent. Sed utrí que hac arte decepti, mirabiliter detrimentum passi sunt: dum qui Tunetem oblident, relictis machinis Carthaginem fugiunt: Adrimetini propter metum patriam dedunt. Agathocles ea in deditionem accepta, Thapsum ui expugnat, & eius loci urbes cęteras partim ui capit, partim ad se pellicit. Ac urbibus pluſquam ducentis sub actis, in ulteriorem Africæ agrum expeditionem suscipere statuit. Igitur cum multis diebus iter faciendo processisset, Carthaginienses coniunctis suis cum ijs quæ ex Sicilia uenerant copijs, rursus Tunetem obsidere aggrediuntur, & incolarum quæ hostes possidebant, non pauca recuperant. Agathocles postquam à Tunete nuncij uenerunt, & ea quæ gesta erant à Pœnis retulerunt, cõfestim reuertitur. Cùm autem ducentis stadijs ab hostibus abesset, castra posuit, ac militibus ne ignes accenderent, interdixit. Ac de nocte itinere facto, simulatq; illuxit, in eos qui agrum depopulabantur, & sine ordine extra castra oberrabant, irruit, atque interfectis amplius duobus millibus, captisq; non paucis, magnum in futurum momentum sibi peperit. Nam Carthaginienses coniunctis auxilijs Siculorũ & Afrorum, sese Agathoclianis & superiores putabant: sed Agathocle illam uictoriam adepto, rursus barbarorum animi concíderunt. Etenim Elymam Afrorum regem rebellem prælio superauit, regemq; & barbarorum magnam multitudinem occidit. Atq; hoc in statu erant res Siculæ & Africæ.

In Macedonia Cassander stippetias ferens Autoleonti Pannoniorum regi, bellum cum Autariatis gerẽti, eum periculo liberat, & Autariatos cum eos sequentibus liberis & uxoribus, qui erant numero ad uiginti millia, transportat in montem Orbitaum. Hoc illo agente, in Pelopõneso Ptolemæus dux copiarum Antigoni, principi infensus, quòd debitũ sibi honorem non tribueret, ab Antigono desciscit, ac cùm Cassandro societatem init. Et Hellesponti satrapia Phœnici uni ex fidelissimis amicis demandata, ad eum milites mittit, petens ut præsidia & urbes tueatur, & Antigono non pareat. Cùm autem communibus sententijs inter duces conuenisset, ut Græcas urbes liberas sineret. Ptolemæus *Cassandri & Antigoni gesta quædam.*

Aegypti princeps Antigonum accusans, quòd urbes quasdam præsidijs occupasset, bellum adornat. Ac misso duce Leonide cum exercitu, asperæ Ciliciæ urbes Antigoni imperio subiectas Ptolemæus subigit. Misit præterea ad urbes Cassandro & Lysimacho subditas, petitum ut sibi adhæreant, & Antigonum potentem fieri prohibeant. Antigonus uerò Philippum filiorum iuniorem in Hellespontum mittit, bellum contra Phœnicem & rebelles gesturum. Demetrium in Ciliciam, qui expeditione strenuè defunctus, Ptolemæi duces uincit, & urbes recuperat. Dum hæc geruntur, Polysperchon in Peloponneso degens, Cassandrum accusans, & Macedonum imperium iterum affectans, Herculem Barsanæ filium ex Pergamo accersit, qui erat Alexandri filius, nutriebatur Pergami, annos natus circiter septendecim. Igitur Polysperchon missis undiq; ad priuatos hospites & Cassandri aduersarios, petit ut in paternum regnum adolescentulum restituant. Per literas præterea ab Aetolorum cõmuni petit exercitum & belli societatem, sese multo maiorem gratiam relaturum pollicens, si in puero restituendo operam nauassent. Cùm ei res ex animi sententia succesissent, & eius postulatis Aetoli libenter parerẽt, ac multi alij ad regis reditum confluerent, uniuersi conueniunt peditum supra uiginti millia, equitum non minus decem milia. Et Polysperchon in belli apparatu intentus, pecunias colligit, & ad Macedones sibi fauentes auxilia petitum mittit. Ptolemæus uerò Cyprijs urbibus imperans, postquam de occulta Nicoclis Paphiorum regis cum Antigono amicitia à quibusdam certior factus est, ex amicis Argæum & Callicratem cum mãdatis mittit, ut Nicoclem de medio tollant: multum enim metuebat ne aliorum aliqui ad defectionem inclinarẽt, cum eos qui antea defeciissent uiderent esse tam frequentes. Hi itaque in insulam profecti, & à Menelao duce militibus acceptis, Nicoclis domum circumsident, & regis mandatis expositis, eum ad necem postulant. Ipse primùm quidem ad diluenda crimina sese conuertit: sed ubi nullam audientiam sibi concedi uidet, seipsum occidit. Axiothea Nicoclis coniunx audita morte mariti, filias suas uirgines adhuc perimit, ne quis hostium his potiretur: atque Nicoclis fratrum uxores ut unà secum mortem oppetant hortatur, cum nihil in eas Ptolemæus statuisset, sed impunitatem concesisset. Regia tam inexpectatis funesta cædibus, Nicoclis fratres occlusis ædiũ foribus, eas incenderunt, ac sibijpsis mortem consciuerunt. Hoc pacto Paphiorum regia familia cruentis exagitata casibus interijt. Nos autem cum promissa rerum gestarũ persecuti simus, ad reliquas res gestas transeamus.

Polysperchon Herculem Alexandri M. F. in patrum regnum reducere studet.

Nicoclis & eius familiæ funestæ cædes.

Filiorum Paryadæ Bosphori regis bellũ.

Per idem tempus post mortuum in Ponto Paryadam Cimmerici Cosphori regem, eius filij de primatu inter se contendebant, uidelicet Eumelis Satyrus & Prytanis. Horum Satyrus quod esset natu maximus, imperium à patre acceperat, postquam ille regnasset annos triginta octo. Eumelus uerò constructa cum quibusdam finitimis barbaris amicitia, magnoq; conscripto exercitu, de imperio disceptabat. Quibus auditis Satyrus, contra eum cum ualida manu proficiscitur, & transmisso Thapso fluuio, postquam iam hostibus proximus fuit, dispositis circum castra curribus, quibus commeatum apportauerat, quorum erat ingens numerus, instructaq; acie, ipse medium (quemadmodum Scythis mos est) agmen tenebat. Merebant ei mercenarij Græci non plures duobus millibus, & totidem Thracis, reliqui omnes socij erant Scythæ supra uiginti millia, equites non pauciores decem millibus. Cùm Eumelo militabat Ariopharnes Thracum rex, qui habebat equitum uiginti millia, peditum uiginti duo millia. Commissoq; acri prælio, Satyrus habens circum se delectos uiros, equestre prælium commisit cum Ariopharne, qui in media acie pugnabat. Cumq; multi utrinque cecidissent, tandem regem barbarorum in fugam per uim conuertit. Ac primũ instabat semper obuium quenq; trucidando. Paulò pòst intelligens Eumelem fratrem qua dextrũ cornu erat, superiorem

riorem esse,& mercenarios suos milites terga uertisse,persequi destitit,ac uictis subueniens,iterumq; uictoriam pariens, uniuersum hostium agmen terga dare coëgit, ita ut quiuis facilè iudicaret iure ipsum, & propter ætatem & uirtutem in paternum regnum succedere debere: qui autem ex Ariopharnis & Eumelim ilitibus ex prælio reliqui erant,in regiam confugerunt. Hæc autẽ sita erat ad Thapsum fluuium, qui præter eam fluens, magna satis altitudine, aditum faciebat difficilem.Circundata erat præcipitijs magnis,præterea ampla sylua,quæ omnino duos adytus manu factos habebat. Quarum unus in ipsa regia erat excelsis turribus & propugnaculis munitus.Alter ex altera parte in paludibus situs erat,ligneis firmatus aggeribus:erat autem columnatis domibus prætextus,& supra aquas sita erant ædificia. Cùm ad hunc modum locus esset munitus, principio Satyrus hostilem agrum depopulatus est,& pagos igne uastauit, ex quibus magnam prædæ & captiuorum hominũ copiam abegit.Postea cum per aditus perrumpere tentasset ad propugnaculum & turres, multis amissis militibus discessit. Ac secundùm paludes impressione facta, ligneis munitionibus potitur. Quibus direptis, traiectoq; fluuio,syluam cedere aggreditur,per quam necessariò ad regiam eundum erat. Hęc dum strenuè peraguntur,rex Ariopharnes sollicitus,ne arcem per uim expugnarẽt,cõfidentius pugnabat,in sola uictoria salutem quærendam esse non ignarus. Et ex utraq; parte aditus sagittarios disposuit,quibus facilè lignorum cesores uulnerabat, cum neque missilia pręcauere possent,nec se à sagittarijs,propter arborum densitatem,defendere. Cùm autem per tres dies syluam secuissent Satyriani iter faciendo,& laboriosè perdurando,quarto die muro appropinquarunt,sed missilium multitudine, locíq; angustia uicti, magna detrimenta accipiebant. Nam Menisçus mercenariorum dux, insigni homo & prudentia,& audacia, murum qua aditus patebat aggressus,& cum suis egregiè prælíatus, repulsus est,multò pluribus in eum irruentibus.Quem cum Satyrus periclitari uideret confestim auxilio uenit, & hostium impetum sustinens, hasta per brachium trajicitur, ac malè ex uulnere affectus,in castra reuertitur, & cum nox superueniisset,uita defungitur,cum nouem tantum mensibus post patris Paryſadæ obitum regnasset.Menisçus autem mercenariorum dux,soluta obsidione,Gargazam exercitum abducit. Inde regis corpus per fluuium Panticapæum ad fratrem Prytanim deportat. Qui postquam eum honorificè sepeliuit, eiusq; corpus in regia feretra recondidit,cõfestim Gargazã uenit,& exercitum simul ac principatum accipit.Eumelo autem,qui legatos ad ipsum de parte regni miserat,non obtemperauit,sed Gargazæ præsidio relicto,Panticapæum rediit ad stabilienda regni negocia. *Satyrus occiditur.*

Per idem tẽpus Eumelus,adiuuãtibus eum barbaris,Gargazam in potestatem suam redigit, & alia oppida locaq; non pauca. Cumq; eum cum exercitu Prytanis frater inuasisset, ipse illum prælio superat,& in Isthmum propè Mæotidem lacum, inclusum ad compositionem cogit,qua ille & milites tradidit, & regno cedere se pollicitus est. Postquam autem Panticapæum uenit,ubi regia est omnium regum qui unquam in Bosphoro regnarũt, regnum iterum recuperare conatus est: sed uictus cum in ea quæ uocatur pomaria fugisset,occiditur. *Prytanis occiditur.*

Eumelus post mortem fratrum uolens imperij statum in tuto collocare, Satyri Prytanis amicos,præterea coniuges & liberos occidit, atque solus euasit eum Satyri filius Paryſades, puer admodum: nam relicta urbe ad Agarũ Scytharum regem equo fugit.Cùm autem ciues ob interfectos familiares indignarentur,conuocata concione de ijs se purgat,& paternum reipublicæ statum restituit,& eam quæ fuerat maiorum tempore Panticapæensib. immunitatẽ concessit,prẽterea omnib.tributa se condonare promisit, ac multa popularẽ gratia captãs disseruit.Cumq; omnes eum qua soliti erãt benevolẽtia propter collata *Eumelus imperio potitur.*

beneficia

beneficia complecterentur, deinceps legitimè subditis imperando, & uirtutem sectando, magna cum omnium laude imperium administrauit. Byzantios etenim & Synopenses, & aliorum Græcorum Pontum incolentium, plurimos beneficijs prosequi non destitit. Cumq; à Lysimacho obsiderentur Callantiani, & rerum necessarium penuria premerentur, mille qui ad commeatum comparandum profecti erant excepit, quibus non solum perfugium tutum præstitit, uerum etiam urbem habitandam dedit. Præterea Psoam, ut uocatur, & agrum sorte diuisit, & in gratiam eorum qui Pontum nauigarent contra barbaros, equos, tauros etiam Græcos deprædari solitos, expeditionem cùm suscepisset, mare à latronibus tutum fecit: ita ut præmium suæ beneficentiæ tulerit amplissimum, uidelicet laudem: cùm non solùm hi qui sub eius imperio erant, uerumetiam totius orbis mercatores eius magnanimitatem prædicarent. Præterea magnam partem finitimi agri barbari ditioni suæ adiecit, & regnum longè clarius reddidit. In summa omnes circum Pontum gentes debellare aggressus est, & breui uoti compos euasisset, nisi immatura morte abreptus fuisset. Cùm enim annos regnasset quinque, totidemq; menses, admirabili casu extinctus est. Nam cùm ex Scythia domum reuerteretur, & ad quoddam sacrificium properaret, quadriga ad regiam contendebat, & cum currus quatuor rotis ueheretur, & haberet tentorium, perterrefacti equi, eum abripuerunt: ac cum auriga habenas tenere non ualeret, ueritus ne in scrobes delaberetur, exilire conatus est. Sed cum ensis rotæ implicitus esset, ille unà tractus impetu, euestigio expirauit. De Eumeli & Satyri fratrum morte oracula prodita sunt, paulo equidem uaniora, sed quæ ab incolis credantur. Satyrum enim oracolo admonitum ferunt diuinitùs, ut sibi à mure caueret, ne ipsum necaret. Itaque suorum subditorum neminem siue seruus, siue liber esset, id nomen usurpare passus est. Præterea domesticos & agrestes mures formidabat, & pueris semper ut occiderent, & cauos obstruerent, imperabat: omnia autem cum ritè faceret, irritum se facere posse sperans fatum, uitam finijt in brachij musculo uulneratus. Eumeno autem responsum oracolo fuerat, ut domum quæ portaretur caueret. Itaq; haud temerè rursus domum intrabat, nisi pueri prius & fundamenta, & culmen lustrassent. Cùm autem mortuus esset in quadriga uectus, propter tentoriũ quod quadriga uehebatur, omnes oraculum impletum existimabant. Et hæc de rebus in Bosphoro gestis dicta sufficiant.

Eumeli mors inopinabilis.

Oracula Eumeli & Satyri mortem præsignificantia.

id est, φυλάξασθαι τὸν μῦν ὑφερπύσαν μέλλην οἰκίαν φυλάξεσθαι.

Romani Samnites uincunt.

In Italia Romani Consules in Italiam cum exercitu profecti, Samnites collatis signis ad Italiam (ut uocatur) uicerunt. Cumq; uicti eum qui sacer collis appellatur occupassent, tũc nocte orta, Romani in castra sua reuersi sunt. Postero die redintegrato prælio, multi Samnitũ ceciderũt, & capta sunt supra duo millia & ducenti. Quæ omnia dum Romanis feliciter succedunt, iam sine periculo Consules locis subdialibus potiti sunt, & rebellatrices urbes subiecerũt. Igitur Cataracta & Ceraulinia urbibus expugnatis, præsidia imposuerunt, atq; aliarum quasdam ad uoluntariam deditionem pellexerunt.

An. Mundi 3657. Vrbis 445.

Ptolemæi gesta quædam.

Rectore Athenis Demetrio Phalerei filio, Romæ consulatum iniuerũt Lucius Fabius secundùm, & Caius Marcius. Horum tempore Ptolemæus Aegypti rex, postquam accepit duces suos Ciliciæ urbes amisisse, ad Phaselidem classe cum exercitu profectus, eam expugnat. Inde in Lyciam transportatus, Xanthum Antigoni præsidio firmatum armis subigit. Deinde ad Caunum appulsus, urbem capit, atque arcibus præsidio munitis ui potitur, Heraclium euertit. Persicum autem, dedentibus id militibus, potestati suæ adijcit. Postea Con profectus Ptolemæum accersit, qui cùm esset Antigoni patruelis, copijsq; præfectus, eum deserit, & cum Ptolemæo negotiorum communitatem facit. Atque eum ex Chalcide in Con profectum primò humaniter excepit Ptolemæus. Deinde cùm eum insolescere uideret, & muneribus colloquijsq;

colloquijsq; ducum animos sibi conciliare, ueritus ne quas insidias strueret, hominem confestim comprehendit, & cicutam haurire cogit, eiusq; milites pollicitationibus pellicit, & in numerum suorum militum ascíscit. Hæc dum aguntur, Polysperchon ualido conscripto exercitu, Herculem Alexandri & Barsenæ filium in paternum regnum restituit. Cassander autem, cùm ille castra fecisset ad eam quæ uocatur Stymphalia, cum exercitu uenit. Cum autem non procul castra à castris distarent, & Macedonibus regis reditus non ingratus esset, ueritus Cassander ne aliquando Macedones, natura ad mutationem rerum prompti, ad Herculem transfugerent, legationem ad Polysperchontem mittit: qua ei persuadere conatur, regem, si in regnum redire imperata ab ut[illegible]que facturum: quod si se adiuuerit, & adolescentem de medio sustulerit, protinus accepturum esse quæ iam antea in Macedonia dona accepisset. Deinde exercitu assumpto in Peloponneso militiæ imperatorem constitutum iri, & in uniuerso Cassandri principatu consortem fore, honorem nactum amplissimũ. Tandem multis magnisq; pollicitationibus Polysperchõtem inducit, & clanculum fœdus cum eo percutit, ut adolescentulum dolo perimat. Polysperchõ eo necato, & aperte negocia communiter cum Cassandro administrans munera Macedoniana obtinet, & ex pacto milites accipit, peditum Macedonũ quatuor millia, equites Thessalos quingentos. Assumptis præterea alijs qui sua sponte aduenie bant, per Bœotiam in Peloponnesum trajcere conatus est: sed à Bœotis & Poloponnesibus prohibitus, reuertit, & in Locros profectus, ibi hybernauit. Hæc dum geruntur Lysimachus in Cherroneso urbem à se Lysimachiam appellatum condit. Cleomenes autem Lacedæmoniorum rex moritur, cum regnasset annos 60. & menses 10. cui cum in regnum successisset Aretas eius filius, annos regnauit 4. supra 40. Per eadem tempora Amilcar copiarum quæ erant in Sicilia dux, subacta reliqua regionis parte cum exercitu Syracusas contendit, ut eas expugnaret. Ita q; cõmeatus importationem prohibebat, utpote qui iam multo tempore maris imperium teneret, atq; agrorum frugibus uastatis loca circa Olympium ante urbem sita occupare cõnatur, ac confestim primo aduentu muros oppugnare statuit, cum uates ei dixisset in inspiciẽdis extis, quòd die proxima certo Syracusis cœnaturus esset. Quod consilium hostium oppidani simulatque cognouerunt, de nocte peditum circiter tria millia, equites quadringentos emittunt, cum mandatis ut Euryclam occupent. Quibus confestim imperata exequutis, Carthaginienses noctu exercitum educunt, id clam hostibus fore sperantes. Omnibus præerat Amilcar, habens sui corporis custodes. Sequebatur Denocrates, equitibus imperans. Peditum agmen bipartito diuisit, in agmen barbarorum, & agmen Græcorum auxiliariorum. Sequebatur præterea multitudo plebis uariarum gentium extra ordinem, prædæ gratia, quæ nullum militarem usum præberet, causa tumultus & trepidationis cæcæ existere solet, ex quibus plerunq; pericula maiora oriuntur. Et tunc cùm uiæ essent angustæ & difficiles, qui impedimẽta portabant, & eorum quidam qui extra ordinem subsequebantur, iter faciebant, inter sese de itinere contendentes. Angustijs multitudinem prementibus, & ob hoc quibusdam pugnantibus, & utrisq; subuenientibus multis, clamor & magna perturbatio exercitum peruasit. Eodem tẽpore Syracusani qui Euryclium occupauerunt, auditis hostibus cum tumultu accedẽtibus, cùm superiora loca tenerent, in hostes impetum faciunt, atq; quidam de locis æditis accedentes telis petebant, alij locis opportunis occupatis, transitu barbaros arcebant, nõnulli, fugiẽtes per præcipitia seipsos præcipitare cogebãt: nam propter tenebras & ignorantiam hostes adesse cum magna manu putabãt, ut eos inuaderent. Carthaginenses autem tum propter suorum perturbationem, tum propter locorum imperitiam & angustiam trepidi fugam capessunt. Cũque loca patentem exitum non haberent, alij ab equitibus suis, qui multi erãt, conculca-

Polysperchõ, Herculem, Alexandri F. in Macedoniam ducit.

Polysperchon Herculem interficit.

Amilcar à Syracusanis captus, occiditur

conculcabantur: nonnulli ceu hoſtes inter ſeſe pugnabant, nocte ignorantiam faciente. Amilcar principio hoſtium impetum fortiter ſuſtinebat, & ut unà ſecum periclitarentur qui circum ipſum erant in acie hortabatur. Poſtea cùm propter perturbationem & metum deſeruiſſent eum milites, uix uiuus à Syracuſanis captus eſt. Hic meritò animaduerti poteſt fortunæ incõſtantia, & admirabilitas eorum quæ præter ſpem hominibus eueniunt. Nam Agathocles uirtute præſtans, magnumq; exercitum habens, ad Himerã non ſolùm ui à barbaris ſuperatus fuit, uerumetiam fortiſſimam & maximam exercitus ſui partem amiſit. At intra muros Syracuſis relicti, exigua parte eorum qui antea uicti fuerant, non ſolùm Carthaginenſium copias urbem obſidentes ſubegerunt, ſed etiam ducem Amilcarem ciuium clariſſimum, uiuum ceperunt: & quod omnium maximè mireris, centum uiginti millia peditum, & quinq; millia equitũ exiguus hoſtiũ numerus ope fraudis & loci armis ſuperauit: ut uerũ ſit quod dici ſolet: Multa ſunt in bello uana. Poſt fugam Carthaginenſes diuerſis locis diſperſi, uix poſtridie omnes conuenerunt. Syracuſani cum multis exuuijs in urbem reuerſi, Amilcarem de eo ſupplicium ſumere uolentibus tradiderũt. Ac dictum uatis memoria recolebant, qui prædixerat fore, ut poſtridie Syracuſis cœnaret, ueritate diuinitùs comprobata. Igitur Amilcarem cogniti eorum qui occubuerãt, uinctum per urbem duxerunt, & diris tormentis uexatũ cum ſumma ignominia occiderũt. Deinde ciuitatis primores eius caput præciſum in Africam per quoſdam ad Agathoclem miſerunt, qui etiam res feliciter geſtas renunciarent. Carthaginenſium autem exercitus poſt acceptam cladem intellecta calamitatum cauſa, uix metu liberari potuit: cumq; imperatore carerent, diſſidebant Barbari à Græcis. Igitur exules cum reliquis Græcis Dinocratem imperatorẽ crearunt, Carthaginenſes uerò ijs qui dignitate à duce ſecundi erant, imperium tradiderunt.

ἀπὸ τῆς τύχης ἀνωμαλία.

πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου

Eadem tempeſtate Acragantini uidentes Siciliæ ſtatum ad inuaſionem eſſe accommodatiſsimum, de inſulæ imperio contendebant. Credebant enim Carthaginenſes uix bellum cum Agathocle ſuſtinere poſſe. Dinocratem autem facilè ſuperari poſſe, qui exercitum ex fugitiuis collectum haberet, atque Syracuſanos uictus inopia laborantes, ne tentaturos quidem de primatu certare. Quodq; præcipuum eſt, ſi exercitum ad ciuitatum liberationem conſcriberent, libenter omnes obſequuturos, tũ propter odium in Barbaros, tum propter inſitam omnibus libertatis cupiditatem. Igitur delecto Xenodico duce, eiq; non contemnendo exercitu tradito, ad bellum emittunt. Illi confeſtim Gelam contendit, & noctu quorundam priuatorum hoſpitũ opera in urbem introadmiſſus, ea potitur, nec non ualido exercitu & pecunia. Igitur in libertatem aſſerti Geloi, promptiſsimè uniuerſus populus unà militando ciuitates à ſeruitute liberabat. Peruulgato autem per totam inſulam Acragantinorum incepto, ciuitates reliquas cupido libertatis inceſsit. Ac primi Ennæi miſſis legatis, Acragantinis urbem dedunt. Illi ciuitate à ſeruitutis iugo deliberata, iter ad Erbeſſum dirigunt, urbem præſidio firmatam: commiſſoq; acri prælio, ciuibus auxilium ferentibus, præſidium capitur, multiq; Barbarorum cadunt, atque ad quingentos poſitis armis ſeipſos dedunt. Hæc Acragantinis gerentibus, quidam ex militibus relictis Syracuſis ab Agathocle, occupata Echetla, Leontinam atque Camarinæam depopulantur. Igitur cum ciuitates propter agri uaſtationem & frugum omnium corruptionem grauiter affligerentur, Xenodicus in ea loca cum exercitu profectus, Leontinos & Camarinæos bello liberat, expugnataq; Echetla, loco munito, ciuib. populi domi natum reſtituit, atq; Syracuſanis metum incutit. Breuiter eò profectus, & præſidia & urbes à Carthaginenſiũ dominatu uindicat. Dum hæc geruntur, Syracuſani fame laborantes, poſtquã intellexerunt frumentarias naues ad Syracuſas eſſe nauigaturas, triginta triremes inſtruunt, ac animaduertẽtes Barbaros

Acragantini Siculas ciuitates in libertatem uindicare aggrediuntur.

Xenodicus dux.

ſtationem

ſtationem habere ſolitos, incuſtoditos eſſe, clàm ijs enauigant, & ad Megarenſes profecti, appulſum mercatorum expectãt. Poſtea Carthaginenſib. cum 30. nauibus contra eos profectis, principio nauali prælio certare aggreſsi ſunt: ſed confeſtim ad terram compulſi, ad ædem quandam Iunonis enatarunt. Igitur orto de nauibus certamine, Carthaginenſib. ferreas manus inijcientibus, & à terra uiolentius abſtrahentibus, decem triremes captæ ſunt, reliquæ ſubſidio uenientibus oppidanis, ſeruatæ ſunt. Atq; hæc in Sicilia gerebantur.

In Africa Agathocles, poſtquam qui caput Amilcaris apportabant, aduenerunt, cum eo propè hoſtium caſtra equo profectus, ut eius uox ab hoſtibus audiri poſſet, caput monſtrat, & de copiarum clade certiores reddit. Carthaginienſes magno dolore affecti, & barbarorum more capite adorato, regis mortem ſuam eſſe cladem exiſtimabant, & ad totum bellum ſegniores facti ſunt. Agathocliani autem uictoria in Africa parta elati, cum tantam rerum felicitatem adepti eſſent, ſpe arrecti erant, tanquam iam à periculis liberati. Verùm eis illius felicitatis tenorem inuidit fortuna, atq; imperatorem per ſuos milites in ſumma coniecit pericula. Lyciſcus enim ducum unus ad cœnam ab Agathocle uocatus, uino poſtquam incaluit, in principem maledicta conijciebat. Sed Agathocles ob eius in rebus bellicis uſum hominem ferens, iocis amarulentè dicta mitigabat. Archagathus autem ipſius filius illud iniquo animo ferens, eum cum nimis increpabat, finita cœna, & illius ad tentorium diſcedentibus, maledicebat. Lyciſcus Archagatho, ei nouercæ adulterium obijciẽs: credebatur enim clam cum patris uxore Alcia (id enim ei nomen erat) conſuetudinem habere. Qua re grauiter offenſus Archagathus, ſumptoq; cuiuſdam ſatellitis pilo, eius latus traiecit. Igitur eum eueſtigio mortuum hi quibus hoc negocij datum erat, in eius tentorium deportarunt. Poſtridie prima luce conueniunt occiſi amici, & multi alij milites, factum iniquo animo ferentes, ac magnum per caſtra tumultum excitarunt. Multi præterea duces rei, de ſeipſis ſolliciti, opportunitatem nacti, non exiguam ſeditionem mouerunt. Ac cùm uniuerſus exercitus hac improbitate moueretur, ſinguli arma in homicidam ſumunt. Deniq; multitudo Archagathum de medio tollendum cenſebat, ac ni filium Agathocles traderet, ipſum pro eo ad ſupplicium rapiendum. Exigebant etiam debita ſibi ſtipendia, ac duces qui caſtris præeſſent deligebãt. Tandem muros Tunetis quidam occuparunt, ac paſsim optimates in cuſtodias dederunt. Quod ubi Carthaginenſibus nunciatum eſt, miſerunt quoſdam qui eos ad defectionem ſollicitarent, ſtipendia ampliora & munera non uulgaria promittendo. Itaq; multi ducum ad eos ſeſe cum exercitu deſcripturos pollicebantur. Agathocles aũt ſalutem ſuam in dubio uerſari cernens, ueritus ne hoſtibus traditis ignominiosè uitam finiret, ſatius eſſe duxit, ſi aliquid ferendum eſſet à militibus occidi. Quare exuta purpura, indutaq; uili tenuiq; ueſte, in medium prodit. Facto itaq; ab omnib. ſilentio, multisq; ob rei nouitatẽ accurrentibus, inter eos ad præſentem rerũ ſtatum accõmodata uerba facit, commemoratisq; rebus ab ſe antea geſtis, paratũ eſſe ait mortẽ oppetere, ſi id milites expedire cenſerent. Nam ſe nunc̃ timiditate adductum cõmiſiſſe ut ob uitæ cupiditatem quicquã ſua perſona indignã admitteret: cuius cum eos teſtes feciſſet, enſem tanquam ſeipſum iugulaturus ſtringit. Cumq; iam uulnus inflicturus eſſet, exercitus ne faciat exclamat, ac uulgò uoces eum abſoluentes exiſtunt. Multitudine autem, ut regiam ueſtem aſſumat, iubente, lachrymans, populoq; gratias agens, decentem ornatum induit, multitudine applauſu eius in integrum reſtitutionis approbante. Cæterùm Carthaginenſibus Græcos quaſi iam iam ad ipſos defecturos expectantibus, Agathocles nequaquam rei agendæ occaſionem prętermittens, exercitum aduerſus eos educit. Igitur barbari hoſtes ad ſe deſciſcere rati, nihil de eo quod reipſa acciderat cogitabant. Agathocles uerò iam hoſtibus proximis, claſsicum cani iubet, ac eos adortus, magnam

Cyclopicũ conuiuium.

Archagathus Lyciſcum interficit.

Motus in caſtris Agathoclis.

Agathocles exercitatam aduerſus ſe ſeditionem ſedat.

magnam ſtragem edit Carthaginenſes inopinato caſu oppreſsi, multisq; militibus amiſsis, in caſtra ſe recipiunt. Igitur Agathocles propter filium in ſumma pericula cùm ueniſſet, ſua uirtute non ſolùm malis exitum inuenit, uerumetiã hoſtes ſuperauit. Illi autẽ qui præcipui ſeditionis authores extiterant, reliquiq; qui malè erga principem affecti erant ſuprà ducentos, ad Carthaginẽſes tranſfugere auſi ſunt. Nos uerò de rebus in Africa Siciliaq; geſtis locuti, ad eas quæ in Italia geſtæ ſunt tranſeamus.

Romani Tyrrhenos bello uincunt.

Cùm Tyrrheni urbem Sutriùm Romanorum coloniam bello aggreſsi eſſent, Conſules ualida manu ad auxilium ferendum profecti, prælio Tyrrhenos deuicerunt, & eos ad caſtra uſq; perſequuti ſunt. Per idem tempus Samnites, cùm procul Romanorum exercitus abeſſet intrepidè agrum eorum lapygam, qui Romanis fauebant, depopulabantur. Quare Conſules copias diuidere coacti ſunt, & Fabius in Tyrrhenia manſit, Marcius autem contra Samnites profectus, urbem Allifas ui capit, ſociosq; obſidione cinctos à periculis liberat. Fabis Tyrrhenis magnis copijs Sutrium oppugnantibus, per finitimorum fines in ulteriorem Tyrrheniam clàm hoſtibus inuaſit, iam lõgo tempore ab hoſtium direptionibus immunem. In eam inopinata irruptione longè lateq; regionem uaſtauit, & incolis qui repugnabant ſuperatis, multos occidit, nec paucos uiuos captos poteſtati ſuæ ſubiunxit. Poſtea ad Peruſiam altero prælio deuictis Tyrrhenis, ac multis interfectis, terrorem genti incuſsit, primus Romanorum cum exercitu in illa loca ingreſſus. Pactisq; cum Aretinis & Crotoniatis & Peruſinis indicijs, atq; urbe Caſtula expugnata, Tyrrhenos obſidionẽ Sutrij ſoluere coẽgit. Romæ eodem anno Cenſores creati ſunt: quorũ alter Appius Claudius ſubiectũ habẽs L. Claudium collegã ſuum multa maiorum inſtituta antiquauit. Nam dum populo gratificari ſtudet, nullã ſeuatus rationem habebat. Et primũ Appiam aquam, ſic appellatã, à ſtadijs octoginta Romam deduxit, in quod opus multas ærarij publici pecunias iniuſſu ſenatus inſumpſit. Deinde Appiam uiam à ſe ſic nominatam, magna ex parte duris lapidibus à Roma ad Capuam conſtrauit, quod interuallum eſt ſtadiorum plus mille, & loca eminentia ſolo complanãdo, & depreſſa cauaq; magnis aggeribus exæquando, uniuerſum ærarium publicum exhauſit: ac nominis ſui immortalem famam poſt ſe reliquit, communis utilitatis ſtudioſus. Præterea ſenatum miſcuit, non patritios & eos qui dignitate præſtarent, ſolùm in ſenatũ cooptando, quemadmodum factitari ſolitum erat, uerumetiam alios multos, & ex Libertinorum genere nonnullos: quæ grauiter ferebant, qui generis nobilitatem iactabant. Fecit etiam ciuibus poteſtatem ut ſeſe in quamcunq; uellẽt tribum aggregarent, & facultates ubi luberet æſtimarent. In ſumma cum animaduerteret illuſtriſsimos quosq; odium aduerſus ſe fouere, offẽſionem quorundam reliquorum ciuium uitabat, hoc pacto ſeſe contra alienationem nobilium uulgi beneuolentia præmuniens. Et in equitum exploratione nulli equũ ademit, atq; in Senatorum confirmatione neminem obſcurum ſenatorem eiecit, quod cenſores facere conſueuerant. Etenim Conſules tum propter odium, tum quod primarijs gratificari uellent, in ſenatũ conueniebant. non ab eo inſtitutum, ſed è deceſſoribus cenſoribus delectum. Populus autem ſe illis opponens, & Appij partibus ſtudens, & conſanguineorũ prouectionem cõfirmare uolens, ædilem elegit illuſtrioris ædilitatis Flauium, Libertinæ mulierculæ filium, qui primus Romanorum hunc dignitatis gradum aſſequutus eſt, cum filius eſſet patris libertini. Appius de imperio deturbatus, inuidiam ſenatus metuens, cæcitatem ſimulauit, domiq; ſe continuit.

Appius Claudius.

Anno Mundi 3658. Vrbis 446.

Ptolemæi geſta quædam.

Rectoris Athenis Charino, Romani Coſs. P. Decium & L. Fabium crearunt. Apud Eleos Olympias agebatur duodeuigeſima ſupra centeſimã, qua in ſtadio uictor extitit Apollonides Tegeatas. Eadem tempeſtate Ptolemæus magna claſſe ex Myndo per inſulas nauigans, in tranſitu Andrum liberam reddidit, &

dit,& præsidium exegit.Inde ad Isthmum profectus,Sicyonem & Corinthum, à Cratisipoli accepit.Quibus autem de causis urbes celebres in ius ditionemq; suam redegerit,quoniã superioribus libris demonstratum est,hic de ijs disserere rere supersedebimus.Reliquas præterea Græciæ urbes in libertatem asserere conatus est,ratus Græcarum ciuitatum beneuolentiam rebus suis magno adiumento fore.Sed cùm Peloponnesi frumentum & pecuniàm conferre iussi, eorum quæ promiserant nihil præstarent,indignatus rex cum Cassandro pacem facit.Hac conditione ut ijs quisq; quas possidebat urbibus imperaret: deinde Sicyone & Corintho præsidio munitis in Aegyptum reuertitur. Hæc dũ aguntur Cleopatra Antigono infensa, & in Ptolemæum propensa,Sardibus quasi ad eum profectura discedit.Erat illa soror Alexandri, eius qui Persas debellauit,filia autem Philippi Amintæ filij.Vxor fuerat Alexãdri,qui in Italiam expeditionem fecit.Itaq; ob eius generis nobilitatẽ Cassander & Lysimachus, præterea Antigonus & Ptolemæus,denique omnes duces primarij,post Alexandri obitum eam in matrimonium ambibant.Quisque enim cum Macedones illud coniugium approbaturos speraret,regiam familiam affectabat, tanquam ad se summum imperium translaturus.Cùm autem Sardium præfectus demandatam sibi ab Antigono curam Cleopatræ haberet,eius profectionem impediebat.Postea eius iussu per quasdam mulieres eam dolo peremit. Antigonus nolens se cædis authorem dici,ex illis mulieribus aliquas,quasi quæ insidias struxissent,supplicio affecit,& funus regiè procurauit. Igitur Cleopatra à ducibus nobilissimis cupita ante nuptiarum celebrationem,talem uitæ exitũ sortita est.Nos cùm res Asiaticas & Græcas persecuti sumus, ad reliquas orbis partes transeamus.

Cleopatræ mors.

In Africa cũ Carthaginiẽses misissent exercitũ, qui rebelles Numidas reciperet,Agathocles ad Tunetẽ Archagatho filio cũ parte copiarum relicto,ipse cũ delectis peditũ octo millibus,equitibus octingentis,curribus Africis,quinquaginta magnis itineribus hostis insequit̃.Carthaginiẽses postquam ad Numidas Zuphones appellatos uenerunt, incolarũ multos ad se pellexerunt,& eorũ qui desciuerant nonnullos in antiquã societatẽ restituerunt.Vbi autẽ hostes propè esse intellexerunt, in quodã tumulo fluentis altis traiectuq; difficilibus cincto castra faciunt, atq; ea ad repentinas hostiũ incursiones repellendas opponunt.Numidarũ aũt fortissimos Græcorum agmẽ sequi iubent,quo eos qui iter impedire conarent̃,arcerent. Quibus imperata executis Agathocles aduersus eos,funditores & sagittarios mittit.Ipse cum reliquo exercitu ad alia hostium castra contendit.Carthaginiẽses eius instituto animaduerso,ex castris exercitum educunt,ordinataq; acie parati cũ hostibus congredi cõsistunt.Sed postquam animaduerterunt Agathoclis milites flumen iam traijcere,cõposito agmine eos adoriunt̃,& ad flumẽ transitu difficilẽ magnũ hostiũ stragẽ edunt. Cũ aũt Agathocliani adniterent̃,Græci uirtute,barbari multitudine supabant. Ibi sanè cùm utraq; acie longo tempore strenuè dimicaret, Numidæ è pugna excesserunt,& finẽ prælij obseruabant,hoc consilio ut superatorũ impedimenta diriperent.Agathocles cum suis quos apud se habebat præstantissimos primus aduersarios repulit,atq; eorũ fuga reliquos Barbaros quoq; in fugã cõuertit.Ac soli equites Græci,qui à Carthaginiensiũ partib.stabant,quibus Clinon præerat,Agathoclianos instantes sustinuerunt,& eorũ plericq; fortiter pugnando ceciderũt,reliqui quodã casu euaserunt.Agathocles ab ijs persequẽdis cùm destitisset,aduersus barbaros qui ad castra confugiebãt,contendit,& cũ adniteretur locis arduis,& accessu difficilibus,non minus grauia quã quib. Carthaginiensibus afficiebat,patiebat̃:uerũtamen nihil de cõstantia remisit, quin uictoria elatus,instabat ut hostiũ castris potiretur. Interea prælij finẽ expectãtes. Numidæ Carthaginiensiũ impedimenta inuadere nequibat, propterea quod utræq; copiæ propè castra certabant.Sed ad Græcorũ castra profecti (sciebant

Agathoclis cũ Carthaginiensibus uarium prælium.

enim procul abesse Agathoclem) cùm non essent qui ijs resistere possent, nullo negotio occisis qui pauci erant repugnantibus, captiuis reliquaq; præda potiti sunt. Quæ postquam Agathocli nunciata sunt, confestim eò cùm exercitu profectus, quædam eorum quæ ablata fuerant recuperauit, maximam tamen partem Numidæ abstulerunt, ac ubi nox uenit procul se abduxerunt. Imperator uerò erecto tropheo, ne quis esset qui sibi sua ablata conquereretur, militibus prædam diuisit, & Græcos captiuos, qui Carthaginiensibus auxilio uenerant, in Castellum deposuit. Igitur illi cum principis ultionem metuerent, noctu Castelli custodes inuadunt, ac prælio uicti pauciores mille locum munitum occuparunt quos inter erant Syracusani supra 500. Agathocles de facto certior redditus, cum militum manu eò uenit, atque eis qui irruerant data fide descendere iussis, omnes neci dedidit. Hac pugna defunctus, in eo totus erat, ut Carthaginem subiugare posset. Mittit itaq; in Cyrenen legatum ad Ophellam, Orthonem Syracusanum. Erat hic Ophellas ex amicis unus, qui cum Alexandro militauerant, qui cum urbibus Cyrenẽsibus imperaret, & ualidum exercitum haberet, de principatu propugnãdo cogitabat. Dum in hac cogitatione uersatur, aduenit Agathoclis legatus, postulans ut arma contra Carthaginienses sumat, & pro eo beneficio ei Africæ imperium promittit. Agathocli enim Siciliam sufficere, si ipsi liceat securè ab omni Carthaginiensium metu liberato, tota insula potiri. Præterea uicinam esse Italiam ad imperij amplificationem, si maiora appetat. Neq; enim Africam mari magno & difficili disiunctam ei cõuenire, ad quã quidẽ nunc non cupiditate, sed necessitate uenerit. Ophellas cum ad antiquum consilium hæc noua spes accessisset, lubens paruit. Itaq; ad Athenienses de societate misit, propterea quòd Euthydicẽ Miltiadæ filiam in uxorem duxerat, qui hanc appellationem ad ducem eorum referebat qui in Marathone uictores extiterant. Quare ob illud matrimonium, aliasq; eius uirtutes in urbem admissus fuerat, ac multi Athenienſium prompto animo ad auxilium profecti sunt. Quinetiam ex alijs ciuitatibus Græciæ non pauci illius profectionis participes esse cupiebant, quòd sese Africæ præstantissimam partem sorte obtenturos, & Carthaginiensium opes direptu ros sperarent. Nam Græcia quotidianis bellis & ducum mutuis contentionibus attrita & extenuata erat. Itaq; non solum magnis bonis potituros se, uerũ etiam malis præsentibus liberatum iri putabant. Igitur Ophellas omnibus ad expeditionem necessarijs egregiè comparatis, exercitum educit, peditũ supra decem millia, equites sexcentos, currus centum, aurigas & rhedarios supra trecentos: sequebatur præterea extra ordinem, hominum non pauciores decem millibus. Atq; horum multi, uxores, liberos, reliquaq; impedimenta secum ducebant, ita ut coloniæ similis esset exercitus. Igitur octodecim dierum iter progressi, emensiq; tria stadiorum millia, castra posuerunt apud Automalas. Inde iter facientibus occurrit mons, ex utroq; latere præruptus, in cuius medio alta erat cauerna, ex qua ardua rupes sursum tendebat, ad eius radicem antrũ erat insignis magnitudinis, hædera & taxo obsitum. In eo uixisse fabulantur reginam Lamiam, insignis pulchritudinis mulierem, sed eius faciem postea, propter animi feritatem, in beluinam transformatam ferunt. Cùm enim ei omnes liberi morerentur, hoc casu mœstam, & inuidia aduersus fœcundas motam, ex ulnis infantes abripi, & confestim necari iussisse fama est. Hinc ad hanc usq; diem manere apud pueros illius mulieris memoriam, atq; ijs eius nomẽ esse tum mo terrori. Cùm autem ebria esset, licentiam omnibus dedisse quiduis pro arbitrio faciendi, atque per illud tempus, quoniam ea quæ fierent in illis finibus non inquireret, pro cæca habitam fuisse. Hinc fabulantur quidam, eam oculos in marsupium occultasse, transferentes eam quæ in uino nascebatur incuriam, ad supradictũ carmen, tanq; uinum eam aspectu priuasset. Quod autem ea in Africæ finibus fuerit, author est & Euripides, ait enim. Quis mortalium nomen infame nescit. Lamiæq; Libysticę genus. Igitur Ophellas, assumpto exercitu,

Agathocles Ophellam accersit ad auxilium.

Ophellas spirat ad imperium Aphricæ.

Lamia Libyca.

citu eum per arida, & à feris infestata ducebat: neque enim aquæ solum erat penuria, uerum etiam sicco deficiente cibo, de uniuersi exercitus salute periculũ fuit. Nam cùm solitudines ad Syrtas positæ uenenatis feris abundarent, quorum morsus esset lethalis, multi infestabantur, medicorum & amicorum ope nihil eos iuuante. Nam quidam serpentes illius terræ colorem referentes, ita latebant, ut præuideri non possent: quos cum multi per ignorantiam calcarent, mortiferis icti morsibus peribant. Ad extremum pluſquam duorum mensium itinere cum summa miseria continuato, uix tandem ad Agathoclem uenerunt, & exiguo inter utrisque copias interiecto spacio castra posuerunt. De quorum aduentu certiores facti Carthaginienses, perculsi sunt, cum tantum exercitum contra se uenire cernerent. Agathocles Ophellæ obuiam profectus, & omnibus ei comiter suppeditatis, ut corpora à laboribus debilitata curent monet, & cum diebus aliquot expectasset, & singula quæ in castris fierent considerasset, postquam plerisq; militum pabulatum & frumentatum exierant, & Ophellam nihil eorum quæ à se deliberata erant suspicari uideret, conuocato suorum militum concilio, illum tanquam insidiatorem accusat, & multitudine exacerbata, confestim aduersum Cyreneos instructum exercitũ educit. Qua rei nouitate obstupefactus Ophellas, sese ad defensionem præparat, sed præuentus, nec parem habens exercitum, in prælio occiditur. Agathocles autem reliquam multitudinem arma ponere cum coegisset, & sibi omnium animos magnificis pollicitationibus conciliasset, omnibus copijs potitur. Igitur Ophellas magna sperans, & altera sese nimis facilè credens, hunc uitæ exitum sortitus est.

Ophella exercitũ per Africæ deserta ducit ad Agathoclem.

Agathocles Ophellã perfidè interficit.

Vide cui fidas.

Carthagine Bomilcar qui iamdudum tyrãnidem affectabat, tempus suo instituto idoneũ quærebat. Ac cum rei gerendæ sæpe oblata esset occasio, semper tamen aliqua leuis causa incœptum impediebat. Solent enim res graues, & sceleratas aggressuri, plerunq;, religione teneri, semperq; cunctationem actioni, & dilationem affectioni anteponunt, id quod tunc quoque accidit. Iam aũt opportunitatem nactum se ratus, ciuium quos habebat primarios ad bellũ contra Numidas gerendum emisit, ne quis authoritate pollens eius conatibus obsisteret. Sed apertè tyrannidem detegere non audebat, metu periculi. Eo aũt tempore quo Agathocles Ophellam aggressus est, Bomilcar principatum inuadit, utrisq; quid hostes facerent ignorantibus. Nam Agathocles tyrannidis quæ in urbe erat affectationem & tumultum nesciebat, quoniam facilè Carthagine potitus fuisset. Bomilcar enim rei capitalis damnatus, adesse maluisset Agathocli, quàm ciuibus dare suo corpore pœnas. Nec rursus Agathoclis impressionem audiuerant Carthaginienses, facilè enim Ophellę copijs ad se receptis eum superassent. Verùm egò hanc ignorantiam non abs re utrisq; accidisse arbitror, quãuis magnæ res essent, & uterq; ab altero haud procul distãs: tantum facinus fuerit aggressus. Nam Agathocles hominem amicum occisurus, nihil eorum quæ apud hostes gerebantur pensi habebat. Nec item Bomilcar libertatem patriæ erepturus, quicquam inquirebat, ut qui non quomodo hostes, sed ciues oppugnaret, in præsentia propositum haberet. Hæc cùm ita sint, extiterit fortasse aliquis qui hac in parte historiam incuset, quod animaduertat in uita multas easq; diuersas res eodem tempore gestas, & scriptoribus necessarium esse interrumpere narrationem, & ijs quæ uno tempore geruntur, præter naturam partiri tempora, ita ut rerum gestarum ueritas affectionem habeat, sed descriptio hac facultate destituta, imitetur quidem facta, sed multum à uera affectione superetur. Igitur Bomilcar in noua (ut uocatur) urbe recensitis militibus, non procul ab antiqua Carthagine sita, alios dimisit, eos uerò qui sui incœpti conscij, erant, ex ciuibus numero 500. ex mercenarijs 1000. seipsum Tyrannum declarat: militibusq; in quinque partes diuisis, progreditur, omnes in uijs occurrẽtes occidendo. Facta per urbem fuga, ortoq; grauissimo tumul-

Bomilcar ad tyrãnidẽ aspirat.

Bomilcar seipsum tyrannum declarat.

tu, primũ quidẽ Carthaginiẽſes arbitrati ſunt, hoſtes in urbẽ proditã irrupuiſſe. Sed rei ueritate cognita, inuẽtus cõcurrens inſtructa acie aduerſus tyrannum contendit. Bomilcar occidens eos qui in uicis erãt, in forum ꝓperat, multosq; ibi inermes ciues trucidat. Carthaginẽſes occupatis quæ circa forũ erãt altis domibus, crebris ſocios cõiurationis uulnerabãt, cum locus undiq; telorum iactibus expoſitus eſſet. Quare grauiter laborantes ſeipſos cõglobant, & per anguſtias in nouã urbẽ irruunt, continenter de ædibus ſecundũ quas ibant miſsilib. petiti. Cumq; locũ ſuperiorem quidã occupaſſent, Carthaginis cũ ciues omnes armati cõcurriſſent, contra eos qui defecerunt caſtra faciunt. Tandem miſsis legatis ſeniorum maximè idoneis, & impunitate conceſſa deſtiterunt, & in reliquos iuriarum memores non fuerunt, propter impendentia urbi pericula, ſed Bomilcarem grauiter cruciatum, uita priuarunt, iuſiurãdi nulla ratione habita. Igitur Carthaginenſes de rerum omniũ ſumma periclitati, hoc pacto antiquam Reip. formam recuperarunt. Agathocles oneratis ſpolijs nauibus onerarijs, in easq; ad bellum ineptis, qui ex Cyrene uenerant, miſsis, Syracuſas dimiſit. Sed exorta tempeſtas naues partim demerſit, partim ad Italiæ inſulas Pithecuſas delatæ ſunt, paucæ Syracuſas integræ peruenerunt. In Italia Romani Coſſ. Marſis à Samnitibus bello impetitis auxilio profecti, prælio ſuperiores extiterunt, & hoſtium multos occiderunt. Inde per Vmbrorum fines profecti, Tyrrheniam, quæ hoſtilis erat, inuadunt, & id quod uocatur Caprium præſidium expugnant. Ac inſulis de inducijs legatos mittentibus, cum Tarquinijs in annos 40. cũ cæteris Tyrrhenis in annum unum inducias pepigerunt.

Bomilcaris mors.

An. Mundi 3659.

Vrbis 447.

Tranſacto annuo tempore Athenis Remp. regebat Anaxicrates, Romæ cõſulatum inierunt Appius Claudius & L. Volumnius. Horum tempore Demetrius Antigoni filius traditis ſibi à patre ualidis & terreſtribus, & naualibus copijs, necnõ miſsilibus reliquisq; ad obſidionẽ neceſſarijs, ex Epheſo ſoluit. Iu mandatis autem habebat, ut omnes Græciæ ciuitates ſeruitute liberaret, & primum Athenienſium urbem à Caſſandro præſidio firmatam. Cùm in Pireum appulſus, undiq; oppugnationem primo aduentu aggreſſus eſſet, ac proclamari curaſſet, Dionyſius Munichiæ præſidij magiſter, & Demetrius Phalereus urbi à Caſſandro procurator præpoſitus, hoſtem de muris magna ui propulſant. Cumq; iam ex Antigoni militibus quidam per uim irrupiſſent, & ſecundũ littus murum tranſcendiſſent, plures auditores acceperunt, atq; ita captum eſt Pireum. Ex ijs qui intus erant Dionyſius præſidij præfectus Munychiam, Demetrius Phalereus in urbem cõfugit. Poſtero die miſſus cum alijs ad Demetrium à populo legatus, qui de libertate, & ſua ſalute uerba faceret, honorificè acceptus eſt, & de rebus Athenienſium deſperans, Thebas ſe recepit, inde ad Ptolemæum in Aegyptum confugit. Igitur cum decẽ annis urbi præfuiſſet, hoc modo patria expulſus eſt. Athenienſium populus libertatem conſecutus, libertatis authoribus honores decreuit. Demetrius conſtitutis tormẽtis cæterisq; machinis & telis, Munychiam terra mariq; adoritur, ac ſeſe fortiter de muro defendentibus oppidanis, loci difficultate & æquitate ſuperiores erant Dionyſiani, eſt enim Munychia non loci natura ſolum, uerumetiam murorũ ſtructura munita. Demetrius uerò militum numero belliq; apparatu longè ſuperabat. Tandem cùm per duos dies ſine intermiſsione duraſſet obſidio, & præſidij cuſtodes catapultis ac lapidarijs tormẽtis uulnerarentur, nec qui uulneratis ſuccederent haberent, uincebant. Demetriani per uices pericula ſubeundo, recentesq; ſemper ſuccedendo, nudato propter tormenta muro, Munychiam occupant, ac milites arma tradere cogunt. Dionyſium uerò præſidij cuſtodem uiuum capiunt. Hac felicitate paucis diebus parta Demetrius complanata Munychia, priſtinam populo libertatẽ reſtituit, ac cum eo amicitiam ſocietatemq; coiuit. Athenienſes rogante Stratocle iuxta Armodij Ariſtogitonis ſtatuas aureas Antigoni & Demetrij in curru erigere decreuerunt, atque utrunque ex talen-

Vrbs Attica expugnata.

Demetrius Munychiam expugnat.

Libertas Athenienſibus reſtituta.

tis

tis ducentis coronare, & aram extructam seruatorũ appellare. Præterea ad decem tribus alteras duas, Demetrianã & Antigoniana, adijcereq; ijs quotannis ludos, põpã, & sacrificiũ exhibere, ut ita singulis annis Mineruæ peplo intexerentur. Igit̃ populus Lamiaco bello ab Antipatro sub iugũ missus, post annos decem & quinq; præter opinionẽ patriã reip. formã recepit. Demetrius Megarensiũ urbẽ p̃sidio munitã cùm expugnasset, populũ in libertatẽ asseruit, amplosq; honores, p collatis beneficijs cõsecutus est. Antigonus cũ Athenis ad eum legati uenissent, & honores decretos exposuissent, & de frumẽto lignisq; ad nauium structurã agerent, illis tritici centũ 5000. medimnũ dedit, materiãq; quæ centũ nauib. cõficiendis sufficeret. Ex Imbro p̃sidio educto, oppidanis urbem restituit. Datis præterea ad filiũ Demetriũ literis mãdauit, ut cõsiliarijs ex socijs ciuitatibus constitutis, de cõmuni Græciæ utilitate cõsultarent. Ipse cum exercitu in Cyprum trajceret, & bellũ cõfestim cum Ptolemæi ducib. moueret. Igit̃ cùm is iussa parentis sine mora executus esset, Carias profectus, Rhodios ad bellũ contra Ptolemæum suscipiendũ hortatur. Illi cũ abnuerent, & pacẽ cum omnib. colere uellẽt, hęc prima fuit populi erga Antigonũ abalienationis causa. Demetrius in Siciliã profectus, acceptisq; ibi militib. & nauibus in Cyprum nauigat, habens 15. millia peditum, equites quadringentos: naues quarum aliæ erãt actuariæ triremes, supra decem & centum, aliæ tardiores militares 53. Habebat præterea omnis generis cõmeatum sufficientẽ tum equitum, tum peditum multitudini. Ac primũ castra fecit in ora maritima Carpasiæ & subductis nauibus castra uallo, altaq; fossa muniuit. Deinde occursiones in finitimos faciendo, Vraniam & Carpasiam ui cœpit, ac relicto in nauib. satis firmo præsidio, cum exercitu Salaminẽ contendit. Menelaus aũt à Ptolemæo insulæ prætor cõstitutus, coactis ex p̃sidijs militib. Salamine se cõtinebat. Cùm aũt 40. stadijs abessent hostes, urbe egredit̃ cum 22. millib. peditũ, equitib. circiter octingentis, ac paulisper cõtinuato prælio, Menelaus pressus ab hostib. terga uertit. Demetrius in urbẽ usq; persecutus hostes, captiuos cœpit non multò pauciores trib. millibus ac circiter mille occidit. Captos primũ à criminib. absolutos in ordinẽ suorũ militum inseruit: sed cũ rursus se ad Menelaũ reciperẽt, propterea quod impedimenta sua in Aegypto apud Ptolemæũ reliquerant, cum cognouisset eos firmos permanere, inductos in naues in Syriam ad Antigonũ dimisit. Eo tẽpore Antigonus in superiore Syria degebat, & urbẽ ad Orontẽ fluuiũ Antigoniã à se appellatã cõdebat, quã sumptuosè ædificabat, quæ ambitu suo 70. stadia cõtineret. Erat enim locus ad imminendũ Babyloniæ, & superioríb. satrapijs, & rursus inferiori satrapiæ, p̃terea Aegypti Satrapijs idoneus. Enimuerò haud longo tẽpore stetit urbs, quippe cũ Seleucus extirpauerit, & oppidanos habitatum duxerit in eam quæ ab ipso constructa, & ab eodem Seleucia fuit appellata. Sed de hisce rebus, singula suis locis diligenter tractabimus. *Megara.* *Antigonia.* *Seleucia.*

In Cypro Menelaus prælio superatus, in muris missilia bellicaq; tormenta dispositi, & collocatis pẽ primas militibus sese ad periculum subeundum præparabat, maximè cum & ipsum Demetrium ad obsidionẽ sese accingere uideret. Misit in Aegyptum ad Ptolemæum legatos, qui acceptam cladem nunciarẽt, & ab eo auxiliũ, quippe periclitantib. eius in insula reb. implorarẽt. Demetrius cũ uideret Salaminẽ urbem, & murorũ firmitate, & militũ numero, qui eã defensuri essent, non cõtemnendã statuit, machinas magnitudine excellentes, & Catapultas tum ad missilia, tum ad saxa iaciẽda omnis generis, reliquumq; apparatum terribilem facere. Præterea artifices ex Asia accersiuit & ferrum, & materia, reliquamq; ad opus necessariam copiam. Cùm hæc omnia ei celeriter suppeditata essent, Machinam Helepolim nominatam fecit, cuius latitudo à singulis lateríb. esset cubitorum, 45. altitudo, 90. nouẽ contignationibus distinctam, quæ subiectis quatuor firmis rota ageretur octonum cubitorum. Fecit præterea arietes prægrandes, & duas testudines, quæ arietes portarent. *Demetrius Salaminem oppugnat.* *ἑλέπολις.*

Atq; infimis Heleopolis tabulatis disposuit omnis generis tormẽta, quorum maxima pondus æquabant trium talentorũ: in mediis Catapultas maximas ad missilia, in supremis minimas, & magnum tormentorũ ad iacienda saxa copiã, in ijsq; uiros idoneos collocauit supra 200. Admotis autem urbi machinis, crebrisq; utens missilib. partim murorũ pinnas tormentis, discutiebat, partim muros ipsos arietib. quatiebat. Ac cũ oppidani se fortiter defenderẽt, machinisq; machinas obijcerent, per aliquot dies anceps periculum, cũ utriq; affligerẽtur & uulnerarentẽ. Ad extremũ cadente muro, & urbe ne ui caperet periclitante, cum uox superueniisset, ab oppugnando muro destitit. Menelai milites iam de urbis salute actũ esse uidẽtes, nisi rem aliquã nouam tenerẽt, magnã siccorum lignorum copiã cumularũt. Hanc nocte circiter media hostiũ tormentis iectã, coniectisq; omnib. de muro lãpadib. maxima operum accenderunt. Repente flãma in auras sublata, Demetriani succurrere conati sunt, sed prævalẽte ob celeritatem flãma, multæ machinæ unà cùm militib. qui in eis erant cõflagrarunt. Demetrius licet spe sua frustratus esset, nihilo segnius tamen oppugnationem terra mariq; urgebat, cõfidens se tẽpore hostes superare posse. Ptolemæus audita suorum clade, cum magnis naualib. terrestrib. copijs ex Aegypto trajcit, & ad Cypri Paphum delatus, ex urbib. naues colligit, & Citium proficiscit, quod abest è Salamine 200. stadijs. Habebat omnino naues longas 140. Harum maxima erat quinqueremis, minima quadriremis. Naues aũt quę milites uehere̅t, has subsequebantur, amplius ducentæ, quæ peditum nõ minus decem millib. uehebãt. Igitur Ptolemæus terrestri itinere quosdam ad Menelaum cum mandatis misit, ut celeriter, si fieri posset, ad se naues sexaginta ex Salamine mitteret, quas si acciperet, sperabat fore ut facilè ducens classem ducentorum nauiũ prælio nauali uictor existeret. Demetrius eius cõsilio cognito ad obsidionem partem exercitus reliquit: ipse instructis nauibus, in easq; delectis militib. impositis, tela tormenta imposuit, & trimum palmorum tormenta ad missilia satis multa in proris collocauit. Ac instructa egregiè ad naualem pugnam classe, circam urbem nauigat, & ad portus introitũ extra teli iactum demissis anchoris pernoctat, tum ad prohibendum ne urbis naues reliquis coniungerentur, tum hostium classem expectans, ad nauale prælium cum hostibus conferendum paratus. Cùm autem Ptolemæus Salaminem nauigaret, subsequentibus ipsum subsidiarijs nauibus, procul stupenda classis propter multitudinẽ apparuit. Demetrius cognito hostium aduentu, Antisthenẽ nauium præfectũ cum decem quinremib. reliquit, qui ꝓhiberet ne urbis naues ad nauale prælium egrederentur, cum portus angustũ exitũ haberet: equitib. ut ad littus starent mandauit, quo possint (si fortè quis casus interueniret) eos qui ad terram natarent seruare. Ipse classe instructa it obuiã hostibus, ducẽs secum omnino centũ & octo naues, cùm ijs quæ ex captis locis instructæ erant. Harum maximæ erat septiremes, reliquæ quinqueremes. Ac læuum cornu septem Phœnicum septiremes tenebant, Athenienſium quadriremes triginta, quib. prępositus erat, Medius nauium prefectus. Præter has decem etiam seremes, & totidem quinqueremes ordinauit, uolens fortasse hoc cornu in quo pugnaturus esset, egregiè munire. In media acie minimas naues constituit ijsq; Themisonem hamium, & Marsiam, eum qui Macedonum gesta conscripsit, præfecit. Dextrum cornu tenebat Hegesippus Halicarnasseus, & Plistias Cous, totius classis imperator. Ptolemæus noctu magna cum festinatione Salaminem nauigabat, sperãs se hostes, si portum occuparet, præuenire posse. Sed orta die, cũ non procul hostiũ classis instructa conspiceret, ipse se quoq; ad naualẽ pugnã armat. Igit naues quæ milites uehebãt procul subsequi iubet, reliquisq; nauibus ritè ordinatis, ipse sinistrum cornu regebat, adiutrices habẽs maximas naues. Ita instructa acie, utriq; de more uota facere per nauiũ gubernatores multitudine uoci acclamãte. Principes de uita rebusq; omnibus periclitaturi multũ æstuabãt. Igitur Demetrius

Ptolemæus in Cyprum nauigat, ut suis laborantibus ferat opem.

Demetrius copias ad prælium nauale aduersus Ptolemæũ instruit.

cum

cum ab hostib. 3. circiter stadijs abesset, signũ pugnæ dedit clypeum inauratum, omnibus conspicuũ per uices. Cũ Ptolemæus idem fecisset subitò interuallum dirimens sublatũ est. Ac postq; tubicines classicum cecinerunt, & utrinq; acies clamorem sustulerunt, horrendum in modum omnibus nauibus sese prorum pentibus, primum arcubus, tormentis, crebrisq; telis utentes, subeuntes uulnerabant. Deinde cum naues nauibus appropinquassent, & uehemens immineret conflictus, alij super foris stare, ipsi uerò remiges hortantibus præfectis alacrius instare. Cumq; magna ui & uiolentia coactæ essent naues, partem sibi inuicem remos detergebant, ita ut nec surgere, nec persequi ualerent, & prohiberent quo minus qui ad defensionem ascenderant intrepidi periculũ subirent: partim concurrentibus inter se proris, puppes ad iterandũ impetum conuertebant, & se mutuo qui in ijs stabant uulnerabant, nunq; utrisq; scopus proximus esset propositus. Nonnulli ex triremium præfectis obliquè feriebant, cumq; conflictus fierent tenacissimi, in hostium naues insiliebant, magna mala hostibus inferentes, & uicissim ab ipsis ferentes. Quidam enim uicinis nauium laterib. cõpræhensis, ascensu cum prohiberentur, in mare præcipites ruebant, & subitò superstantium hastis occidebantur. Alij conatis potiti, hos perimebant: alios angustijs oppressos in mare deijciebant. Atq; tam dubia & uaria prælij fortuna fuit, ut sæpè uicti nauium bonitate uictores existerent, & uictores propter iniquitatem promerentur, & earum rerum inæqualitatem, quæ in similibus periculis accidere solent. Nam in terrestribus conflictibus uirtus cuiusq; manifesta sit, potestq; primas obtinere, nullo fortuito casu interturbante. Sed in naualibus prælijs multæ & uariæ causæ existunt, propter quas iure optimo sua uirtute uictores esse oportebat, uicti discedant. Inter cæteros omnes Demetrius fortissimè puppe septiremi conscensa, pugnabat. Nam cum eũ conferri circumstetissent, alios telis petendo, alios hasta manu feriendo sternebat. Ac cum in eum crebra omnis generis missilia iacerent, partim præuidens declinabat, partim armis protelantibus excipiebat. Et tres erant qui eum oppugnabant, quorum unus lancea ictus cecidit, reliqui duo uulnerati sunt. Ad extremum Demetrius hostes premens, dextrum cornu in fugam conuertit, & reliquos similiter terga dare coẽgit. Ptolemæus maximas quasq; naues, & uiros lectissimos apud se habens, facilè aduersarios fudit fugauitq;, ac naues quasdã demersit, & alias cũ ipsis hominib. cœpit. Ab illa uictoria reuersus, se reliquas quoq; paruo negocio uincere posse sperabat. Sed cùm animaduerteret, læuũ suorum militum cornu profligatũ, & reliquas omnes acies fugam capessere, & Demetrianos grauiter instare, Citium se recepit. Demetrius naualis prælij uictoria potitus. Neoni & Buricho nauales copias tradidit, cum mandatis, ut hostes persequerentur, & natantes exciperent. Ipse adornatis suis nauib. uelis, secum captas unà trahens, ad castra & suum portum reuertit. Eo tempore quo nauale prælium cõmittebatur. Menelaus Salaminis præfectus 60. naues Ptolemæo ad subsidium misit, cũ duce Menætio, cõmisso q; prælio ad portus ostium aduersus naues quæ ibi stationẽ habebãt, & oppidanis prementib. 10. Demetrij naues ad pedestres copias se recipiũt. Menœtiani regressi, cùm paulò serius uenissent, Salaminẽ reuersi sunt. Hunc exitũ sortita est naualis illa pugna, in qua amplius 100. captæ sunt, in quib. erant militũ 8000. Ex longis cum ipsis hominib. 40. corruptæ sunt, circiter 80. quas aquæ plenas uictores ad uicina ubi castra subuexerũt. Correptæ sunt & ex Demetrianis 20. sed quæ omnes adhibita conuenienti cura usui postea fuerunt. Postea Ptolemæus de rebus Cypricis desperans, in Aegyptum se contulit. Demetrius, occupatis omnibus insolæ oppidis, acceptisq; militibus qui erant in præsidijs, eos in exercitum cooptauit. Erant autem peditum sexdecim millia ordinata, equites ad sexcentos, ac confestim ad patrem cum maxima naue nuncios mittit, qui ei res feliciter gestas nuncient. Antigonus de uictoria certior factus, elatusq; magnitudine

Demetrij ac Ptolemæi pugna naualis.

Victoria Demetrius potitus.

Ptolemæus redit Aegyptũ.

Antigonus, & Demetrius, et Ptolemæus Reges se dici uolunt.

victoriæ, diadema sibi imponit, atq; deinceps regis nomen usurpauit, idem nomen & honorem concedens Demetrio. Ptolemæus hac accepta clade nihilo animo summissior, sibi quoq; diadema imponit, & apud omnes regem se nuncupat. Quos imitati reliqui duces, seipsos reges declarant, uidelicet Seleucus, superiores satrapias nuper adeptus, & Lysimachus, & Cassander, partes ab initio sibi cõmissas retinentes. Nos uerò de hisce satis loquuti, singillatim res in Africa & Sicilia gestas persequamur.

Agathocles rex.

Agathocles audita supra commemoratorum principum morte, cum se illis nec copijs, nec loci opportunitate, neque reb. gestis inferiorem duceret, seipsum regem pronunciat, nec tamen diadema sibi usurpare uoluit: nam post occupatam tyrãnidem semper corona usus fuerat propter quoddam sacerdocium, quam gestans non deposuerat cùm de principatu cõtenderet. Sunt qui dicant solitum eam gestare ab initio, qui rariorem comam haberet. Enimuerò ea appellatione dignum aliquid gerere cupiens, expeditionem in Vticenses rebelles suscipit. Ac repentè eorum urbem aggressus, & ex ciuibus ad trecentos in agris comprehensis, primum impunitate concessa, ut urbẽ traderent hortabatur. Cæterùm oppidanis non obsequẽtibus, ipse erecta machina captiuos de eo suspensos ad muros adduxit. Vticenses eorum fortunam deplorabant, sed omnium libertatis, quàm eorum salutis potiorem rationem habendã rati, per muros milites disponunt, & magno infractoq; animo obsidionem sustinent. Agathocles in ea machina constitutis tormentis, funditoribus & sagittarijs, inde pugnans obsidionem urbis adortus est, & oppidanorum animos ardenti dolore incendit. Qui autem in muro stabãt, principio missilibus uti cunctabantur, cùm essent illis pro scopo ciues, & ex his quidam primarij. Sed cùm grauis hostes urgerent, coacti sunt eos qui in machina stabant propulsare. Quare grauia passi sunt Vticenses, & fortunæ iniquitatem in necessitate ineuitabilem experti sunt. Nam cùm Græci captos Vticenses obijcerent, alterutrum faciendum erat, ut aut ijs parcendo, paterẽtur patriam in hostium potestatem uenire, aut urbi subueniendo sine misericordia infortunatorũ ciuium multitudinem occiderent: id quod accidit. Cùm enim sese ab hostib. defenderent, & hostem telis appeterent, machinæ superstantium corpora uulnerabant, & ciuium suspensorũ quosdã telis feriebãt, alios tormentis ea quæ sors ferebat corporis parte machinę affigebant. Itaq; cruci similis fuit ignominia supplicijq; grauitas, atq; hæc quibusdam accidebat (si casus ferebat) ab amicis & consanguineis, necessitate pietatẽ erga homines uiolare cogente. Agathocles cernens eos sine ulla cõmiseratione periculis sese obijcere, undiquaq; urbem castris cinxit, & quadam parte quę leuiter munita erat, muros aggressus, in urbem irrumpit. Vticenses ib. partim in domos, partim in templa confugientibus, ira in eos percitus, urbẽ cæde complet. Nam quosdam euestigio interfecit, alios captos in crucem tollit, alios qui se in fana deorum & aras receperãt, spe sua frustrat. Ac direptis eorũ facultatibus, præsidioq; in urbe collocato, castra fecit cõtra eum quę uocat Arx equi, natura uicino lacu munitam: cuius cũ acriter oppugnationẽ urgeret, incolasq; nauali prælio deuicisset, eam ui capit. Ita urbib. potitus, pleraq; tũ maritima, tũ mediterranea loca subiugauit, exceptis Numidis, quorũ quidã amicitiã cũ eo inierunt, alij totius rei euentũ expectabãt. Nam in quatuor populos diuisa est Africa: uidelicet Pœnos, qui eo tẽpore Carthaginẽ occupabãt. Libopœnos, qui multas maritimas urbes incolunt & matrimonia cũ Carthaginiensib. contrahũt, atq; ob hanc affinitatis cõiunctionẽ, eodẽ nomine appellantur. Maior pars incolarum, quę uetustissima est, Libyes uocant, qui inexpiabile odiũ cũ Carthaginiensib. ob eorũ intolerabilẽ dominatũ exercẽt. Postremi sunt Numidę, q magnũ Africę tractum usq; ad desertũ occupãt. Agathocles in Africa, & socijs, & copijs Carthaginiensibus superior erat, sed de rebus Siculis æstuabat. Quare fabricatis nauibus inermibus, & quinquagenarijs, in eas duo militum millia imposuit. Ac rerum Afri-

ἵππου ἄκρα.

Africæ diuisio

carum

carum cura Archagatho filio demandata, ipse cum classe in Siciliam contendit. Dum ea res geritur, Xenodocus Acragantinorum militiæ dux, multas urbes in libertatem cùm uindicasset, & magnam spem Siculis iniecisset, fore ut tota insula libertatem consequeretur, exercitum aduersus Agathoclis duces educit, peditum plusquam decem millia, equites circiter mille. Leptines & Demophilus, conscripto ex Syracusis & præsidijs quanto fieri potuit maximo exercitu, aduersus eum cum peditum 8200. equitibus 1200. castra fecerunt. Igitur commisso acri prælio uictus Xenodocus, Acragantem confugit, desideratis non minus 1500. militibus. Acragantini hac clade accepta, de incepto longè pulcherrimo destiterunt, ac socijs libertatis spem ademerunt. Agathocles incens commisso prælio ex Sicilia Selinuntem profectus, Heracleotas, qui se iam in libertatem asseruerant, rursus seruitutis iugum subire coëgit. Inde in alteram partem insulæ cum uenisset, Thermitas sibi subiecit, & data fide dimisit, Carthaginiensibus eam urbem præsidio tenentibus, & expugnata Cephalædio, ei Leptinem præfecit. Ipse per mediterranea iter fecit, ac noctu Centoripa intrare conatus est, eum in urbem quibusdam ciuibus admittentibus. Sed eius insidijs patefactis, præsidij opera ex urbe expulsus est, amissis plusquam quingentis militibus. Postea ex Apollonia quibusdam eum accersentibus, & patriam tradituros se promittentibus, ad urbem proficiscitur. Sed deprehensis proditoribus & punitis, prima obsidionis die nihil profecit: postridie grauia passus multisq; ex suis desideratis, uix tandem urbe potitus est, ac plerisque Apolloniatarum interfectis, eorum bona diripuit. Dum hæc ille agit, Dinocrates fugitiuorum dux Acragantinorum, institutum persequi uolens, & uindicem se communis libertatis profitens, fecit ut hinc inde ad eum multi confluerent. Quorum alij propter innatã omnibus libertatis cupiditatem, alij propter metum Agathoclis, libenter paruerunt. Postquam iam conuenerunt peditum circiter uiginti millia, equites mille quingenti, quorum omnes erant in fuga & laborum meditationibus assuefacti, in aperto castra metatus est, principi pugnæ copiam faciens. Cumq; Agathocles longè copijs inferior esset, & fuga pugnaret, ille uestigiò sequebatur, cùm antea semper uictoriam peperisset sine labore. Ab eo tempore res Agathoclis deterius se habere cœperunt, non solùm in Sicilia, uerùm in Africa quoq;. Nam Archagathus, qui erat ab eo præfectus constitutus post patris profectionem, primum maiora affectabat, misso in ulteriora loca cum parte exercitus Eumacho duce: qui expugnata Tocas urbe per magnã, multos circumhabitantes Numidas subegit. Alteram deinde urbẽ Phellinam nomine obsidione cœpit, & finitimos populos appellatos Asphodelodas imperium admittere coëgit, qui populi colore ab Aethiopibus nihil differunt. Tertiam quoq; urbẽ maximã Meschelã in ius ditionemq; suam redegit, olim à Græcis qui à Troiæ expeditione reuerterant habitatã, quorũ tertio libro mentionẽ fecimus. Cepit præterea arcẽ Equi sic appellatã, eiusdẽ nominis cum ea, quam ui Agathocles subiugauit, nec non urbẽ Acridẽ nominatã liberã, quã militib. diripiendã concessit, atq; ita præda refertis castris ad Archagathum reuertit. Cuius uirtute iam semel explorata, rursus expeditionem in ulteriorem Africæ regionem suscipit, ac eas urbes quas antea occupauerat adortus, in urbem Miltinam præter omnium expectationem irrupit. Sed Barbari contra eum armis sumptis, & in ujs superiores facti, præter spem Archagathum eiecerunt, & multos eius militum trucidarunt. Inde digressus exercitũ ducebat per excelsum montẽ, porrectũ in longitudinẽ 200. stadiorũ, qui mõs felib. abũdabat, quo fiebat, ut nullę omnino aues ibi neq; in arborib. neq; in uallib. nidos extruerẽt, ppter naturales quib. inter sese dissident inimicitias. Eo montano itinere confecto, in regionem quandam simiarum feracissimam impressionem fecit, & in urbes tres ab ijs animalibus nomen sortitas, quæ Græco uocabulo à simijs Pithecousæ uocantur, & institutis à nostris mul-

Xenodocus ab Agathocle anis uincitur.

Agathocles Siculas urbes quasdam subigit.

Inclinatio fortunæ Agathoclis.

Eumachi in ulteriorem Afri cã expeditio.

tum differunt. Nam eaſdem cum hominibus ſimiæ domos habitant, utpote quæ pro dijs colantur, quemadmodum apud Aegyptios canes. Præterea ex penu repoſita cibaria ſi quando lubebat, nullo prohibente ſumere ſolebant: & parentes liberis ſuis ut plurimum à ſimijs nomina indebant, quemadmodum noſtri à dijs: ijſq; qui hoc animal interfecerant, quaſi qui ſummum ſcelus commiſiſſent, pœna propoſita erat mors. Hinc apud eos prouerbij uicem obtinuit, Simiæ ſanguinem bibiſti. Igitur Eumachus, unam ex illis urbibus ui captam diripuit, reliquas duas ſibi conciliauit. Cæterùm ubi cognouit finitimos barbaros contra ſe magnum exercitum conſcribere, celeriter inde mouit, habens in animo maritima loca inuadere. Et hactenus quidem in Africa Archagatho omnia ex animi ſententia ſuccedebant. Deinceps cum rectè de bello conſultaſſet ſenatus Carthaginienſis, placuit tripartito diuiſum exercitum ex urbe emittere. Vnũ ad oppida maritima, alterum in mediterranea loca, tertium in ulteriorem regionem. Nam ſi hoc facerent, ſperabant fore primum, ut obſidione & penuria rei frumentariæ ſubleuarentur. Cùm enim Carthaginem omnis generis homines confluerent, fiebat ut omnium rerum eſſet inopia: iam ijs quæ ad uictum tolerandum pertinebant exhauſtis. Nec erat cur urbi ab obſidione metuerent, cũ eſſet & propter mare, & proter murorum firmitatem inacceſſa. Deinde ſe ſocios longè facilius in amicitia retinere poſſe credebant, ſi plures exercitus ſub dio eſſent, qui auxilium ferre parati adeſſent, & quod erat omniũ maximum, hoſtes copias diuidere coactum iri ſperabant, & procul ab Carthagine diſtractum, quæ omnia quemadmodum opinati fuerant, euenerunt. Cũ enim ex urbe 30000. militum exijſſent, reliquis in urbe mercatoribus, nõ modo quæ ſufficerent ſuppetebant, uerùm etiam ex ſuperuacaneo omnibus largè utebantur. Quinetiam ipſi ſocij qui antea metu hoſtium coacti ab eorum partibus ſtabant, rurſus ſublato metu priori amicitiæ ſtuduerunt. Archagathus omnem Africam hoſtili exercitu occupari cernens, ipſe quoq; copias ſuas partitur: ac unã exercitus partem in maritimam regionem dimittit, reliqui exercitus partẽ Aeſchrioni traditam emittit, alteram ipſe regit, Tunete præſidio ualido relicto. Cũ autem per agros tam multi exercitus uagarentur, & rerum omnium mutatio imminere putaretur, nemo non futurorum finẽ ſollicitè expectabat. Igitur Annon dux conſtitutus ijs caſtris quæ erant in locis mediterraneis, Aeſchrioni inſidias ſtruit, eumq; nec opinantem aggreſſus, peditum amplius quatuor millia, equites circiter ducentos, quos inter erat ipſe dux, occidit. Reliqui partim capti ſunt, partim ad Archagathum, qui inde quingentis ſtadijs aberat, incolumes ſe receperunt. Imilco in ulteriores partes dux creatus, primum urbi imminebat aduerſus Eumachum onuſtum ex captis urbibus præda exercitum trahens. Interea Græcis acie inſtructa ad prælium prouocantibus, Imilco partem exercitus inſtructam in urbe reliquit, imperans ut quando ipſe ſimulata fuga recederet, ipſi perſequentes adorirentur. Imilco militum parte dimidia in apertum educta, & paulum à caſtris congreſſus cum hoſte, ſubitò tanquam perculſus fugit. Eumachi milites uictoria elati, confuſo ordine perſequuntur, & tumultuariè in fugientes irruunt. Repentè ab altera urbis parte effundente ſe militum ſatis magna multitudine, & ad unius imperium clamorem tollente, animis attoniti conſtiterunt. Itaq; Barbaris inordinatos & metu ob rei nouitatem perculſos aggreſſis, ſtatim Græci terga uertunt. Cumq; ab hoſtibus Carthaginienſibus receptus in caſtra præcluſus eſt. Eumachi milites ſeſe in proximum tumulum aqua carentem recipere coacti ſunt. Ac locum Phœnicibus obſidione cingentibus, partim ſiti cõfecti, partim ab hoſtibus uicti, ferè omnes interierũt: nã ex peditum octo millibus triginta tantum ſalui euaſerunt, ex equitibus octingentis quadraginta periculum effugerũt. Archagathus hac clade accepta, Tunetem reuertitur, & undiquaque ex emiſſis militibus qui reſtabant conuocari

Pithecuſij ſimias pro Dijs habent.

Carthaginienſium cõſilium de bello.

Eumachiani ab Afris cæſi.

uocari iubet, nunciosq; in Siciliam dimittit, qui patri ea quæ acciderant nuncient, & eum ut auxilio uenire maturaret hortentur. Ad eam quã iam acceperant Græci cladem insuper alia accesit: ab ijs enim paucis exceptis omnes socij defecerunt, in eosq; hostes conspirarunt ac castris in propinquo positis ijs imminebant. Imilco in Angustijs confederat, hostemq; ab irruptionibus in agros prohibebat, distãtem stadia centum. Ex altera parte Atarbas castra à Tunete 40 stadijs distãtia habebat. Quo fiebat ut cum hostes terra mariq; dominarentur, Græci penuria rei frumẽtariæ laborarent, & undequaq; metu cingerentur. Dum in hac animi cõsternatione omnes uersantur, Agathocles simulatq; in Africa acceptas clades intellexit, 17. naues lõgas parat Archagatho suppetias ferre uolẽs, ac cũ eius in Sicilia negocia ꝓpter auctũ fugitiuorũ q Denocrati se iungebant, numerũ parum ꝓspere succederent, bellum q̃d in iniula gerebatur administrãdum ducib. Leptinensibus cõmittit, ipse adornatis nauib. nauigãdi oportunitatẽ expectat, Carthaginiensib. cũ 30. nauibus insequentibus. Eodem ianẽ tẽpore ex Tyrrhenia octodecim ei naues auxiliares appulerant, ac noctu clãm Carthaginiensibus in portũ delatæ sunt. Agathocles hãc rei gerẽdæ occasionẽ nactus, socios ut se tãtisper cõtineant monet, dũ egressus Phœnices ad persequendum pelliciat. Ipse, quemadmodũ cõuenerat, ex portu cũ 18. nauibus confestim soluit, ipsi hostes persequuntur. Agathocles ubi Tyrrhenos portũ reliquisse uidet extẽplo naues cõuertit, & instructa acie cũ Barbaris nauali prælio dimicat, Carthaginienses ob rei nouitatẽ, & ꝙ triremes eorum in medio hostium deprehẽdebant, attoniti terga dãt. Græci qnq; nauib. cũ ipsis hominib. potiunt: ipse Carthag. dux iamiã capienda ꝓtoria naue sibijpsi manus infert, mortẽ seruitutẽ imminẽte potiorẽ ducẽs, qua q̃dẽ in re malè sibi cõsuluit. Nauis em̃ secũdo uento impulsa, in altum dolone sublato, piculum euasit. Itaq; Agathocles nunq; se Carthag. in mari superiorẽ fore sperans, præter omniũ opinionẽ eos nauali pugna deuicit, ac in posterum imperium maris obtinẽs, mercatorib. securũ iter reddidit. Quare Syracusanis, cum ad eos ex omnib. locis cõmeatus importaretur, repẽte ex rerum necessariarum penuria summa rerũ omnium nata est abundantia. Imperator ea uictoria sublatus Leptinẽ hostilem agrum, imprimis Acragãtinum, depopulatum mittit. Nam Xenodocus cum eius in Reip. aduersarij ei acceptam cladem obijcerent, ab ijs dissidebat. Quare Leptini mandat, ut hominem, si fieri possit, ad prælium conferendum eliciat: facilè enim superiorem fore, cum hostes inter se seditiosè dissentiant, & antè uicti fuerint, id ꝙ accidit. Nã Leptines impressione facta, Acragantinorum fines uastabat. Xenodocus uerò primo q̃scebat, sese imparẽ esse existimans. Verùm ciuibus eum timiditatis insimulantibus, exercitum educit, numero hostib. fere æqualem, sed uirtute lõgè inferiorem, utpote q essent in ocio & delicijs educati, hostes sub dio in agris cubando, & quotidiana militia exercitati. Hinc facto prælio Leptiniani statim terga dare Acragantinos cõẽgerunt, & in urbẽ cõpulerunt. Cæsi sunt in eo conflictu, peditum, circiter quingenti, equitum amplius qnquaginta. Acragantini has calamitates iniquo animo ferẽtes, Xenodocũ ut ipsis duplicis cladis authorem incusabant, quas criminationes ueritus, Gelã concesit. Agathocles paucis diebus hostib. terra mariq; debellatis, dijs sacrificat, amicosq; opiparis conuiuijs excipit, depositoq; in comessationib. regio ornatu, cuiusuis priuati hominis tenuitatẽ præ se ferebat, qua uia hoc consequebat̃, primũ ut multorũ beneuolentiã sibi conciliaret, deinde cuilibet inter pocula loquendi libertate concessa, quo quisq; animo esset uerè cognosceret, uino ueritatem apertè detegente. Ac cum esset natura facetus & gesticulator, ne in conuentibus quidem dicterijs accumbentes excipere desinebat, & eorum quorundam naturam & mores effingere: ita ut sæpenumero populus in risum prorumperet. Non aliter ac quam si histriones aut præstigiatores spectarent, stipatusq; à populo solus in cõciones ibat, nequaquã Dionysij tyranni similis. Ille enim eosq; omnes

Agathoclis aduersus Carthaginienses uictoria naualis.

Acragantini à Leptine prælio uicti.

Agathocles facetũ sã præbet conuiuis.

suspectos

μία ἀσφάλεια τυραννίδος ἡ ἀπιστία.

suſpectos habebat, ut plerunq; comam & barbam aleret, ne præcipuas corporis partes tonſoris nouaculæ obijcere neceſſe eſſet, ac ſi quando caput tondendum erat, capillos adurebat, innuere uolens, unicum tyrannidis præſidium eſſe incrudelitatem. Igit Agathocles inter conuiuandum ſumpta grandi capedine aurea dixit, ſe non prius ab arte figlina deſtitiſſe, quàm talia poculorum figmenta ſtudioſè feciſſet, neq; enim artē ſuam diſſimulabat, quinimò laudi ſibi ducebat, q ſua uirtute ex infimo loco ad ſummū dignitatis faſtigium emerſiſſet. Ac cum aliqñ urbē non ignobilē oppugnaret, & oppidani de muro clamarent, figule & caminarie, qñ ſtipendia militib. tuis ſolues? reſpōdit, poſtq; urbē cepero. Enimuerò cū p eā quæ in conuiuijs exiſtere ſolet urbanitatē, eos q eius imperiū alieno animo ferrent deprehendiſſet, eoſdē aliqñ priuatim ad conuiuium rurſus uocauit, adhibitis unà Syracuſanorū magnificentiſſimis, numero ad qngentos q̄s cū mercenarijs fortiſſimis circūdediſſet, oēs trucidauit. Vehemēter em̄ metuebat ne poſtq; in Africā ꝓfectus eſſet, eius impium detrectarēt, & Dinocratē cū fugitiuis aduocarent. Ita ſtabilitis imperij rebus, Syracuſis diſceſsit, & in Africā cū ueniſſet, in caſtris milites conſternatos, & rerum omnium inopiam offendit. Quare è re ſua eſſe ducens collatis ſignis cum hoſte pugnare, milites ad ſubeundum periculum hortatur: ac in apertum eductis à copijs inſtructis, barbaris manus conſerendi poteſtatem facit. Habebat autē, ex peditatu reliquo, Græcorū 5000. nec pauciores Celtas, Sānites, & Tyrrhenos. Afrorū ferè 1000. ſubſidiariorū, qui ꝓ tēporis opportunitate ſemp ab uno ad aliū deficiūt. Præter hos ſequebant eqtes mille quingenti, carrarū libycorum amplius 6000. Carthaginienſes occupatis locis ſuperioribus, ijſq; arduis, nequaq; cum hominib. deſperatis pugnando in diſcrimen uitæ uenire uolebant: ſed ſe intra caſtra cōtinentes, rebusq; omnibus affluentes, fame, & tempore hoſtes ſupare poſſe ſpabant. Agathocles cū eos in apertos cāpos elicere non poſſet, & neceſſitas audere aliqd & periculū adire coegeret, exercitū ad caſtra barbarorū educit. Illi cùm egrederent, & numero, & locorū aſpitate lōgè ſuperiores, Agathocliaci aliquandiu eorum impetum undequaq; preſsi ſuſtinuerunt. Poſtea tñ cū mercenarij reliquiq; urgerent, caſtra repetere coacti ſunt. Barbari grauius inſtādo Afros nullū uiolando præteribant, ut ſibi eorū beneuolentiā demererentur: Græcos & mercenarios q̄s ex armis diſcernere poterāt, inſequēdo ad caſtra uſque occidebāt. Eo prælio ex Agathoclis militib. cæſa ſunt tria millia. Nocte inſequente calamitas utroſq; exercitus inopinata inuaſit. Nā Carthag. dum poſt partā uictoriā noctu præſtantiſſ. captiuos dijs ꝓ gratiarū actione immolant, & ſacrificatorū hominū corpora multus ignis occupat, repentè exortus uentus ſacrum tabernaculum araꝫ ꝓximum accendit, inde ꝓtorium tentoriū, atq; ita deinceps reliquorū ducū. Itaq; magnus metus & ꝓturbatio extitit in caſtris. Quidā em̄ cū ignem extinguere, alij arma, & quæ habebant magni pręcij auferre conarent, à flāma intercipiebant. Nā tentoria cùm eſſent ex arundine & ſtramine facta, & ignis ui uentorum magis magisq; gliſceret, nē quicquā milites auxilium ferebant. Quare ſtatim omnibus caſtris igni conſumptis, multi anguſtijs exitus intercluſi, uiui conflagrarunt, ac protinus pœnas ſuæ in captos crudelitatis dederunt, ipſa impietate par ſupplicium irrogante. Eos autem qui ex caſtris cum tumultu & clamore proruperant alterum longè maius periculum ſubſecutum eſt. Nam Afri qui Agathocli militabant, deficientes à Græcis de nocte ad Barbaros numero ad 5000. tranſibant. Hos ſimulatq; ſpeculatores rectà ad Carthag. caſtra tendere uiderunt, rati totum Græcorum agmen eſſe iam ad pugnam inſtructum, properè militib. aduentantem aciem nunciatum eunt. Ea fama ad omniū aures plata, totis caſtris tumultus extitit, & hoſtiū aduentus expectari: ac ſingulis in fuga ſalutem ponentibus, ſine ordine & citra ducū imperata fugientes alij in alios irruere, quorū quidā, ꝓpter tenebras, alij perturbatione quadā ſuos ut hoſtes repellere. Fit cædes multa, ac ignorantia dominante quidam

Agathocles figulum ſe fuiſſe faſſus.

Agathocles Carthaginienſium caſtra oppugnat.

Carthaginienſium caſtra cō flagrant.

dam ferro ſuorum perire alij inermes exilientes, & fugam per loca confragoſa capeſcentes, præcipites dare, metu inexpectato correpti animã efflãtes. Tandẽ plus 5000. occiſis, reliqua multitudo Carthaginẽ peruenit. Oppidani fama ſuorũ decepti in præſentia quidẽ prælio ſuperatos maxima exercitus parte amiſſa, exiſtimabant. Quare æſtuantes portas aperiunt, & cũ tumultu & trepidatione milites in urbem admittũt, metuẽtes ne hoſtes cũ poſtremis irrũperẽt, ſed orta die, & ueritate cognita, uix tandẽ ab expectatione ꝓiculorum liberari potuerunt. Eodẽ tempore fraude & uana expectatione deceptus Agathoclis exercitus, in ſimile malum incidit. Nã fugitiui Afri, dum poſt deflagrationẽ caſtrorum & exortum tumultum alterius ꝓcedere uerentur, retro unde uenerãt reuertuntur, qs ubi Græcorum quidã aduenire ſenſerunt, ſuſpicati eſſe Carthaginienſium copias, Agathocli hoſtium exercitum nõ ꝓcul abeſſe renunciant. Imperatore arma capere iubente, milites extra caſtra magno cũ ſtrepitu feruntur. Cùm aũt flãma in auras ſublata ꝓ caſtra cõſpiceret, & Carthaginiẽſium clamor exaudiretur, reuera Barbaros cõtra ſe cũ omnibus copijs uenire ſuſpicati ſunt, ac cùm ſubita animi ꝓturbatio locum ad deliberandum nullum daret, pauor caſtra inuaſit, omnesq; ſeſe in pedes conijcere cœperũt. Deinde Pœni ſe reliquis immiſcentibus, nocte ignorantiã tegente obuij obuios ut hoſtes inuaſerunt: & cùm per totã noctem paſsim diſperſi uagarent, lymphaticusq; tumultus omnia occuparet, amplius 4000. perierunt, & uix ueritate cognita, reliqui in caſtra reuerterunt. Itaq; ea qua dictũ eſt ratione utriq; exercitus cladem acceperunt, decepti (quemadmodum in ꝓuerbio eſt) belli uanitate. Cæterùm Agathocles hoc damno accepto, cũ Afri defeciſſent, & reliqua multitudo ad prælio certandum cùm Carthaginienſibus impar eſſet, Africa excedere ſtatuit: copias aut unà ſecum ducere ſe nequaq; poſſe uidebat, tum q; ſibi de commeatu non prouiderat, tum q; Carthaginienſes maris imperiũ occupantes nequaq; paſſuros ſciret. Neq; Barbaros copijs longè ſuperiores ab incepto deſtituros facilè cogitabat, confirmatos magis priorũ qui traiecerant, interitu, quin omni ope adnixuros ut reliquos Africa eijciant. Itaq; placuit clàm cum paucis aſſumpto filio iunio Heraclide inde mouere. Nam metuebat ne Archagathus, homo natura audax, conſuetudinem cum nouerca haberet, & contra ſe inſidias aliquas moliretur. Verùm Archagathus eius conſilium ſuſpicatus, profectionem obſeruabat, ijs ducibus iudicare uolens qui eius inſtitutũ impedire poſſent. Neq; enim æquum eſſe cenſebat ut ipſe qui in diſcrimen uitã ſuã pro patre & fratre pugnando, uocaret, ſolus hoſtiũ manibus deditus periret. Itaq; quoſdam ex præfectis de eorũ qui de nocte inſcijs omnib. diſceſſuri erant abitione certiores facit. Illi accurrentes nõ ſolum ꝓhibuerunt, uerũetiam multitudini conatum fraudulentum apparuerunt. Qua re indignati milites, imperatorẽ cõprehendunt, & uinctũ in cuſtodiã dant. Igit cũ in caſtris nullus eſſet princeps, tumultus & ꝓturbationis omnia plena erant: cũq; hic rumor orta nocte diſſipatus eſſet ꝓpè adeſſe hoſtes, omnes animi conſternatio, pauorq; panicus inuaſit, ac ſine duce ſinguli armati ex caſtris egreſsi ſunt. Eodẽ ſanè tẽpore, qui principẽ cuſtodiebant nõ minus q; reliq trepidabãt, ac cũ ſe ab aliqbus euocari ſuſpicarent, repẽte Agathoclẽ cõpedib. uinctũ educũt: quẽ ubi populus cõſpexit, miſericordia motus liberũ dimitti iuſsit. Ipſe uinculis ſolutus, cũ paucis cõſcẽſa ſcapha, clã, ſub Pleiadũ occaſum uigẽte hyeme diſceſsit. Itaq; Agathocles ſuæ tantum ſalutis rationẽ habẽs, filios reliquit: quos milites, eius fuga cognita, interfecerunt, & ex ſuo numero electis ducibus ad Carthaginienſes defecerũt, atq; acceptis trecentis talentis, urbes quas tenebant tradiderunt: quidã ſub Carthaginienſib. militare cũ ſtatuiſſent, mercedẽ accipiebãt, alij in Siciliã ꝓfecti, ad habitãdũ, Solũtẽ occuparũt. Itaq; pleriq; milites in fœdere ꝓſeuerãtes, ea de qb. inter eos cõuenerat conſecuti ſunt. At qcunq; urbes incolentes ſpe q; de Agathocle cõceperant cõfiſi rebellabãt, obſidione capti ſunt. Quorũ ꝓfectos Carthaginiẽſes in crucem

Agathoclis caſtra noctu tumultuantur.

Agathocles Africa excedere ſtatuit.

Agathocles à ſuis cõprehenditur.

Agathocles ex Africa fugit: & milites ad Carthaginienſes deficiunt.

cem ſuſtulerunt,reliquos cõpedibus uinctos,agros quos bello uaſtauerãt ſuis laboribus rurſus colere coëgerunt:atq; ita Carthaginienſes quarto anno bellis conſumpto libertatem conſecuti ſunt. Eſt autẽ operæpreciũ animaduertere. A-

De diuina ultione ſententia.

gathoclis expeditionis Africanæ admirabilitatẽ, & ſumptũ de eius filijs,quaſi diuina prouidentia ſuppliciũ. Nã in Sicilia maxima exercitus parte amiſſa uictus in Africa parua manu uictores fudit. Et amiſsis omnibus quas in Sicilia tenebat urbib. Syracuſis obſidione premebatur: atq; in Africa cæteris omnib. urbibus potitus, Carthaginienſes in urbem concluſos oppugnabat, quo in facto fortuna quaſi data opera quid poſsit in rebus deſperatis oſtendit. Cumq; Agathocles in tantum faſtigium euectus eſſet, & Ophellã hominem amicum & hoſpitem interfeciſſet, manifeſtè Deus oſtendit ob eius in illum ſcelus,quæ ei poſtea acciderunt,diuinitùs accidiſſe. Nam quo menſe & die Ophella necato eius copias ad ſe aſciuit, eodem ei & filij perierunt & exercitus: quodq; eſt notatu digniſsimum, Deus utpotè legislator bonus ab eo binas pœnas expetiuit. Nam cùm unum amicum iniuſtè occidiſſet,duobus filijs priuatus eſt,ijs manus qui cum Ophella uenerant,inferentibus. Atque hæc ijs qui talia contemnunt dicta ſufficiant. Agathocles celeriter ex Africa in Siciliam cùm traieciſſet, aduocata exercitus parte ad ſociam Aegeſtanorum urbem contendit. Cumq; pecuniæ inopia laboraret,ditiſsimos quoſque ciues maximã ſuarum facultatũ partem conferre coëgit,qua in urbe decem hominũ millia habitabant. Quam

Agathocles in Aegeſtanos horribiliter ſæuit.

rem multis iniquo animo ferentibus,& concurrentibus, Agathocles Aegeſtanos,ut inſidiatores,reos egit,& urbem indignis modis afflixit. Nam pauperrimos ex urbe eductos ad Scamandrum fluuiũ interfecit:eos qui aũt opib. abundare putabantur,tormentis excruciando cogebat quantas quiſq; diuitias haberet,dicere. Ac eorum quoſdam rotis excruciabat: alios catapultis illigatos ſagittis conficiebat:nonnullorum talos execabat,& uiolentius urgens,diris cruciatibus torquebat. Excogitauit & genus quoddam tormenti tauro Phalaridis nõ diſsimile. Sedem fieri iuſsit ferream, quæ forma humanum corpus referret,ab omni parte clauis compaginatam. In eam collocatis quos cruciare uolebat, uiuos comburebat,hac machina tantum à tauro illo differente,quod uidelicet homines qui in ijs anguſtijs moriebantẽ,conſpici poterant. Item locupletes fœminas ferreis forcipibus cruciãdo, earum pedum calcanea lacerabat, quibuſdam mammas præcidebat, mulierum aũt prægnantium lumbis lateribus impoſitis,eorum pondere fœtus eliciebat. Hoc pacto cum ſibi tyrannus opes quæreret,& magnus in urbe terror exiſteret,quidam ſe unà cum ipſis domibus comburere,alij ſuſpendio uitam finire. Igitur Aegeſta uno die uexata funditus interijt. Cęterùm Agathocles deportatas in Italiã uirgines & pueros Brutijs uendidit:ipſam urbem,cuius ne nomẽ quidem reliquit, ſed Dicæopolim appellauit,transfugis habitandam conceſsit. Cognita enim filiorum cæde, iratus ijs qui in Africa relicti erant,ex amicis quoſdã Syracuſas mittit ad Antan

Antander in Syracuſanos crudeliſsimè graſſatur.

drum fratrem,cum mandatis ut omnium qui ad Carthaginem militauerãt consanguineos de medio tollat. Ille celeriter fratris mandata executus, cædes omniũ earũ quæ antea commiſſæ fuerant maximè uarias patrauit. Nã nõ ſolũ ætate integros fratres,aut patres,aut liberos morti addicebat,uerũetiam auos,imõ & horũ patres, q iam extremã ſenectutis metã attigerant, & omnibus ſenſibus propter ætatem priuati erant, necnon infantes qui in ulnis geſtabantur,& nullum mortis qua afficiebantur ſenſum percipiebant. Præterea mulieres, quæcunq; eos uel neceſsitudine,uel cognatione contingebant. Denicq; ſi quem putabat morte ſua poſſe mœrorẽ in Africa relictis adferre,eũ necabat. Itaq; cũ magna ac promiſcua hominũ multitudo ad mortem ad mare duceretur,& cæſores inſtarẽt,incredibiles lamẽtationes,fletus,& obſecrationes extiterũt, partim eorũ qui ſine ulla miſericordia interficiebantur, partim eorũ q propter impendentes cruciatus conſternati erant, & nihil ob expectationem animo à iam interfectis

ctis differebant. Ac quod omnium erat grauissimum, multis interfectis, & eorum corporibus secundum littus abiectis, nemo neque consanguineus neq; amicus cuiquam parentare audebat, ueritus ne se quoq; familiaritatem cum eo habuisse proderet. Ac propter occisorum in littore multitudinem mare ad aliquod spacium sanguine infectum, facti insignem crudelitatem significabat.

Anno Mundi 3660. Vrbis 448.

Transacto anno rector Athenis factus est Corybus. Romæ consules creati Q. Marcius, P. Cornelius. Eadem tempestate rex Antigonus, eius filiorum natu minimo Phœnice defuncto, eius funus regio apparatu procurauit, ac Demetrio ex Cypro euocato, exercitum in Antigonia conscripsit, expeditionem in Aegyptum facere in animo habens. Itaq; ipse peditum agmini præfectus, per Cœlesyriam exercitum ducebat, habens secum peditum supra octodecim millia: equitum circiter octo millia, Elephantos tres & octoginta. Demetrium classi præfecit, iubens eum secundũ pedestres copias nauigare, præparatis in uniuersum nauibus longis quidẽ centũ quinquaginta, onerarijs uerò militari bus centum, quibus tela uehebantur. Ac cùm nauium gubernatores expectandum esse censerent usq; ad Pleiadum occasum qui post octo dies futurus erat, eos ut ignauos in adeundis periculis uituperauit. Ipse ad Gazam castrametatus, & Ptolemæi exercitum præuenire contendens, militibus ut commeatum in decem dies haberent imperauit, & Camelis quos Arabes contraxerant, frumenti centum triginta millia medimnum imposuit, & iumentis pabuli copiam ac carris tela uehens, per deserta cùm molestia iter faciebat, propterea quod plæraq; loca erant lutuosa, maximè prope ea quæ uocantur barathra. Cęterùm Demetriani cũ de nocte ex urbe Gaza soluissent, ac per aliquot dies esset tranquillitas, cœlorum nauiũ remulco actuarias trahebant. Deinde cum eos Pleiades oppressissent, & septentrionalis flaret uentus, multæ quadriremes fluctibus ad urbem Raphiam delatæ sunt, urbem ad appellendum difficilem & lutosam. Naues autem quæ missilia uehebant partim undis uibratæ perierant, partim Gazam remearunt, atque illi firmissimis quas habebant nauibus nitentes Cassium usq; nauigarunt. Qui locus à Nilo non procul distat, & importuosus est, hybernisq; temporibus appelli eò non potest: ac propterea coacti sunt iactis in altum anchoris à terra circiter duobus stadijs in salo stare non sine magno periculo. In eas enim maris undis illidentib. erat periculum ne naues unà cum ipsis hominibus celerius demergerentur. Cumq; difficilis esset ad littus accessus, & regio hostilis, neq; naues ad terram tutò appellere, neque homines adnatare poterant, & quod omniũ erat grauissimũ, aqua ijs ad potionẽ accommoda deficiebat: ad eamq; penuriã redacti erant, ut si uel unã diẽ durasset tempestas, oẽs siti confecti perijssent. Dũ in ijs animi angustijs uersant̃, & præsens exitium expectant, sedata est tẽpestas, & Antigonus cũ exercitus aduenit castraq; nõ procul à classe fecit. Igitur è nauib. egressi cũ in castris seipsos refecissent, naues tẽpestate dispersas expectant. In ea maris intẽperie tres quinque remes perierunt, ex quibus quidã ad terrã enatarunt. Deinde Antigonus assumpto exercitu, propè Nilum duobus stadijs inde distans castra posuit. At Ptolemæus præsidijs firmis occupatis locis opportunis, misit quosdã in nauib. quæ contis agerent̃, cùm mandatis ut propè excensum nauigarent, & proclamarent daturũrse, si ab Antigono deficere uellent, in singulos gregarios milites binas minas & in singulos præfectos singula talenta. Dũ hæc p̃ p̃cones euulgãtur, Antigoni mercenarios quędã ad defectionẽ cupido inuasit, quos inter plæriq; duces erant, q certis de causis trãsire ad Ptolemæũ cupiebãt. Cùm aũt multi ad eum descisserent, Antigonus in ripa fluminis sagittarios, funditores, & multa missilium tormenta disposuit, & in Contarijs nauibus adnauigantes repellit, ac quosdam ex transfugis comprehensis, diris supplicijs afficit, ut eorum exemplo reliquos ab eodem instituto deterreat: assumptisque ex ijs quæ tardius aduenerant nauibus ad id quod uocatur Pseudostomum contendit, tatus

τοῖς πεγυναυτούσαις ναυσὶν ἐρυμέλλαν τὸ στρατιωτικὸν πορεῖα.

Antigonus in Aegyptum appellere prohibitus, in Syriã reuerti cogitur.

ratus se ibi quosdam milites transmittere posse. Sed cum ualido præsidio munitum offendisset & missilibus, omnicq; telorum genere prohiberetur, nocte imminente regressus est. Deinde gubernatoribus ut prætoriam nauem sequerentur in facem intenti mandauit, & ad ostiũ Nili quod uocatur Phagniticum profectus est. Cęterùm orta die, quoniam multæ naues à recto cursu aberrauerant, eas expectare coactus est, & actuarijs uelocissimas mittere, quæ eas quærerent. Quare cum multum temporis in eo transigendo tereretur, Ptolemæus de hostium profectione certior factus, properè suis auxilium laturus uenit, & ad littus cõstitit. At Demetrius etiã hoc transitu fruſtratũ se cernẽs, & eam quę cõtigua est maritimæ regionẽ paludibus & lacubus natura munitã, cũ tota classe pedẽ retulit. Interea orto septentrionali uento uehementissimo, & fluctibus sese in altum tollentib. tres quadriremes, totidẽq; naues militares uiolentius maris æstu impulsæ in littus eiectæ sunt, & in Ptolemæi potestatem uenerunt, reliquæ, summa ope connixis nautis, ad Antigoni castra incolumes peruenerũt. Cũ autẽ Ptolemæus omnes fluminis exitus multis & firmis præsidijs obsedisset, & multas fluuiales naues omni genere telorum, & hominib. qui ijs uti possent instructas haberet, Antigonus non mediocriter æstuabat. Nã præoccupato ab hostib. Pelusiaco ostio, inutiles erant nauales copiæ, nec pedestres quicquã proficere poterant, magnitudine fluminis obstante: & quod omnium erat grauissimum, iam multis diebus transactis, & milites frumentum, & iumenta pabulum deficere incipiebat. Cùm propter has causas milites animo remitterent, Antigonus conuocato exercitu, & ducibus consilium proponit, utrũ expediat manere, & cum hostibus congredi, an in præsentia in Syriam reuerti, ut postea melius instructi ad bellũ, q̃ tẽpore minor essent fluminis altitudo, redirent. Omnib. in eam sententiã inclinantibus, ut q̃ citissimè regrediendũ censerent, militibus ut inde castra moueant imperat, & cũ tota classe celeriter in Syriã reuertit. Ptolemæus hostiũ discessu gauisus, & pro beneficijs acceptis facta re diuina, splendidè amicos conuiuio excepit, & per literas Seleucum, Lysimachum, & Cassandrum de rerum suarũ prospero successu, & multorũ ad se defectione certiores fecit. Ipse iam secundùm ab hostium iniuria Aegyptũ tutatus & eam se quasi hasta partam obtinere ratus, Alexandriam reuertit. Interea dum hæc geruntur, Dionysius Heracleæ, quæ in Ponto est, tyrãnus, cùm imperasset annos 32. uita fungitur, eius filij principatum adepti regnarunt annos 17. In Sicilia Agathocles urbes suo imperio subiectas obibat eas præsidijs muniens, & pecunias imperans: uehementer enim metuebat ne Siculi, ob res ab se infeliciter gestas, libertatem aliquando capesserent. Per idem tempus Pasiphilus præfectus, audita filiorum Agathoclis morte, & cladibus in Africa acceptis, spreto Agathocle ad Dinocratem transijt, factaq; cùm eo amicitia, urbes sibi commissas retinuit, & exercitum quem apud se habebat, spe & pollicitationibus inductum à Tyranno abalienauit. At Agathocles omnem spem sibi ereptã cernens, ita animo dejectus est, ut missa ad Dinocratem legatione, eum ad pacem hisce conditionibus faciendũ hortaretur. Primũ ut Agathocles imperio excederet, & ciuibus Syracusas restitueret, nec deinceps exul esset Dinocrates. Deinde ut sibi duo castella, Therma & Cephalidum cùm eorũ iurisdictione cõcederẽt. In quo quis non iniuria Agathoclem mirari possit, quod is qui in cęteris omnibus constans perstitisset, nec unq; in extremis periculis desperasset, tunc eo metu adactus fuerit ut hostibus sine negocio tyrãnide cederet, pro qua summa pericula sustinuisset. Et quod omniũ est absurdissimum, cùm Syracusis alijsq; multis urbibus potiretur, nauesq; & pecunias, & exercitũ non contemnendum haberet, adeò infirmã rationẽ habuerit, ut memor eorũ nõ fuerit quæ Dionysio tyranno acciderãt. Is em̃ cũ aliqñ in eã rerũ necessitatẽ adductus esset ut propter impendentia extrema pericula penitus de principatu suo desperaret, ac propterea relictis Syracusis uoluntariã fugam capessere uellet, Heloris qui

Ptolemæus, Aegyptũ quasi δορίκτητον se obtinere putauit.

Agathocles ad Dinocratẽ legatos de pace mittit.

ætate

ætate reliquos amicos antecedebat, ei proficiscenti obuiam profectus, Dionysij inquit præclarum est tyrannis sepulchrum. Nec absimile est huic quod ei eius socer Megacles respondit. Oportet eum qui tyrānide exuendus sit, tractū erure discedere, & nō uolentē abire. Hisce dictis animatus tyrannus, forti infractoq; animo omnia ea quæ in malis ducunt pertulit, & imperiū suū auxit, atq; in eius bonis cum consenuisset, posteris maximum in Europa potentatum reliquit. At Agathocles nihil hisce exemplis motus, nec humanas spes experientia refellens, tanto imperio supra commemoratis à me conditionibus cessit. Verùm eas irritas fieri contigit, cum essent Agathoclis quidem uoluntate ratæ, sed Dinocratis ambitione non admissæ. Cùm enim Monarchiæ cupiditate flagraret, ab ea quæ Syracusis erat democratia abhorrebat, & id quod tunc tenebat imperium non displicebat. Habebat enim in exercitu suo peditum 20000. equitum 3000. urbes item multas, easq; magnas. Itaq; nomine quidem exulum imperator erat, sed re uera regia poliebat dignitate, cùm penes eum solùm omne esset in suos imperium. Sin Syracusas se reciperet omninò priuatam uitam instituere, & de multis unum esse oportebat libertate æqualitatem amante: atque in suffragijs à quouis causidico de gradu summoueri, plebe eorum authoritati obsistente, qui sunt in dicendo liberiores. Quare non sine causa Agathoclem tyrannicam uitam reliquisse aliquis dixerit, & Dinocratem principi rerū ab eo postea egregiè gestarum authorem fuisse existimauerit. Ipse enim cū ad eum Agathocles de fœderis conditionib. frequentes legatos mitteret, & sibi duo illa præsidia ad uitā in ijs transigendā concedi postularet, semper probabiles aliquas rationes excogitabat, quibus spem omnem pactorū adimebat, modo in Sicilia excederet iubēdo, modo ut natos suos obsides daret postulando. Agathocles eius animum perspectū habēs, legatos ad trāfugas mittit, q; Dinocratem apud eos, ut q eorū libertatē remorēt accusent. Deinde cum Carthaginiensib. missa legatione hac lege pacem facit, ut oēs urbes quib. antea Pœni imperassent, reciperent, pro quib. à Carthaginiensib. aurū accepit quod ad argēti rationē efficeret talenta 300. aut quemadmodū Timæus prodidit 50. frumēti 200000. medimnum. Atq; hoc quidem in statu erant res Siculæ.

Tyrannis præclarum sepulchrum, si cre-dere libet.

Dinocrates cur recusârit pacis conditiones.

Agathocles cum Carthaginiensibus pacem facit.

In Italia Samnites urbes Soram & Atiam Rom. populi socias expugnant, & sub iugum mittunt. Cos. magna manu in agrū lapygum impressione facta nō procul à Siluio oppido castra figunt. Id oppidum tenentib. præsidio Samnitib. cū per aliquod dies obsedissent Rom. ui capiūt, & ex eo captiuorū plus 50000. abducunt, nec nō magnam exuuiorum copiam auferunt. Inde Samnitum passim omnia uastando, & arbores secando inuadunt. Cùm em Rom. per multos annos cum ea gente de primatu armis contenderent, sperabant fore ut hostes terræ frugib. priuati, potentioribus cederent. Itaq; cum quinq; menses in hostili solo depopulādo cōsumpsissent, omnes ferè agros igni corrupuerūt, & agros in uastitatem redegerunt, omnibus ijs quæ usui hominum accōmoda esse possunt deletis. Postea Aegithetis iniuriam inferentibus bellum indixerunt, ac urbe Prusinone expugnata, regionem uendiderunt.

Rom. Samnitum agrū depopulantur.

Hoc anno finito Athenis principatum obtinuit Xenippus. Romæ Consules creati sunt L. Posthumius, & Tiberius Minutius. Hoc anno bellum intercessit Rhodijs cum Antigono, his ferè de causis. Cùm ciuitas Rhodiorum nauali copijs polleret, & optimè inter cæteras Græciæ ciuitates administraretur, de ea reges & principes contendebant, singulis in suam amicitiam trahere properantibus. Rhodij quanto id ipsis futurum esset emolumento procul præuidentes, priuatim cum omnibus amicitiam iniuerunt, nec tamen ullis principibus, dū inter se bellū gererent, subsidium ferebant: quo fiebat, ut à singulis regis munerib. afficerent: & quoniam à multo tēpore alta pace fruerent, eorū res in immēsum crescerēt. Nā in tantū aucta est eorū potētia, ut in gratiam Græcorum suis impēsis bellum in piratas mouerēt, & mare latronib. infestū purgarēt.

Anno Mundi. 3661. Vrbis 449

Belli inter Rhodios & Antigonum causæ.

Eam autem urbem præreliquis maximè coluit Alexander, omnium de quib. memoria proditũ est regũ facilè potentíssimus, ita ut in ea de toto regno testamentum reposuerit, & alioquin eam suspiceret, & multum promoueret. Igitur Rhodij cum omnib. optimatib. inita amicitia, ne cui iure cum ipsis expostulandi occasionem darẽt cauebãt quidẽ, sed eorũ animi ad Ptolemæum magis inclinabãt. Nã maximos ꝓuentus ꝓcipiebant, ꝓpter mercatores qui in Aegyptum nauigabant, & tota ciuitas beneficio illius regni alebat. Quod animaduertens Antigonus, eos ab illa societate auellere maturabat. Itaq; primũ q̃ tempore cũ Ptolemæo armis de Cypro dimicabat, legatos misit petitũ, ut auxiliũ & naues cũ Demetrio mitterent. Verùm cũ illi recusarẽt, ducẽ cũ classe misit, imperãs ut eos qui ex Rhodo in Aegyptum nauigarent, abducat, & merces diripiat. Sed hoc à Rhodijs electo, ille eos iniqui belli authores extitisse dicens, sese urbem ualido exercitu obsidione cincturum minabatur. Rhodij primum ei magnos honores decreuerant, & missis legatis rogabant ne eos cogeret contra iura fœderis bellum aduersus Ptolemæum gerere. Sed cùm rex aperiorem se præberet, & filium Demetrium cũ copijs & machinis ad obsidionem necessarijs mitteret, regis potentiam ueriti, primùm quidem Demetrio renunciarunt, sese Antigono in oppugnando Ptolemæo subsidio uenire paratos esse. Sed cum ille 100. obsides ex primarijs postularet, & classem in portus admitti iuberet, rati eum urbi insidiari, sese ad bellum præparant. Demetrius omnibus suis copijs ad portum qui est in Elorymnis coactis, classem ad expeditionem in Rhodum adornat. Habebat autem naues longas uariæ magnitudinis 200. subsidiarijs plus 170. in ijs erant militum circiter 40000. adiunctis equitibus & socijs piratis. Ea præterea classi omni genere missilium & apparatu ad obsidionem necessario instructa. Præter hæc subsequebantur priuatorum hominum naues onerariæ circumforaneæ circiter 1000. Nam cum per multos annos Rhodiorum fines hostium iniuria non essent uastati, ex omnibus locis magna hominum multitudo confluebat, qui ex damno eorum qui bellis uexarentur suum commodum comparare soliti erant. Igitur Demetrius tanquã ad naualem pugnam instructa terribiliter classe, longas naues præmittit, quę in proris trinũm palmorum tormenta ad missilia habebant, proximè equitum & peditum naues sequi iubet, quæ remulco à remigibus trahebantur. Deinde piratarum, mercatorum, & negociatorum naues, quæ, quemadmodum commemoratum est, multitudine erant insigni: ita ut totum spacium quod est inter insulam, & oram maritimam oppositam, nauibus compleretur, & magnum metum & perturbationem ijs qui de urbe spectabant, incuterent. Nam milites Rhodij per muros dispositi aduentum hostium operiebantur, ac senex cùm mulieribus de ædificijs prospiciebant. Cùm autem tota urbs theatrum uideretur, omnes magnitudine classis atq; fulgore radiantium armorum obstupefacti, non leuiter de rerum omnium summa solliciti erant. Interea Demetrius ad insulam appellit ac educto exercitu extra teli iactum proximè urbem castra ponit, ac repentè piratarum aliorumq; expeditissimos emittit, qui insulam terra mariq; hostiliter inuadant. Ipse in uicinis locis arbores cedit, uillasq; diruit, ex quibus castra communit, ducta triplici fossa, erectiq; densis magnisq; aggerib. ita ut suorum incolumitas esset hostium pernicies. Postea adhibitis omnib. copijs, & nauticis hominibus, paucis diebus spacium quod erat ad urbem usq; consternit ad excensum, & portum satis amplum ad excipiendas naues extruit. At Rhodij per aliquot dies missis legatis, postulant ne quod grauius malum urbi inferat. Sed cùm nemo eos audiret, iam de pacis fœderib. desperatum esse cernentes, ad Ptolemæum, Lysimachum, & Cassandrum legatos mittunt petitum auxilium, cum propter eos urbs hostili bello premeretur. Ipsis autem qui urbem incolebant aduenis & peregrinis, potestatem fecerunt, si uellent pro urbe pugnãdi, reliquos inutiles ex urbe eiecerunt: quòd rerum necessariarum inopiam præuiderent.

Demetrij apparatus ad Rhodum obsidendam.

Rhodij ad obsidionem sustinendam sese præparant.

uiderent, tum ne quis rerum præsentem statum iniquo animo ferens, urbem proderet. Ac recensitis ijs qui arma ferre possent, inuenta sunt ciuium numero ad sex millia, aduenarum & peregrinorum ad mille. Seruis quoque qui sese uiros fortes in adeundis periculis præstitissent, soluto dominis precio libertatem ac ius ciuitatis decreuerunt. Etiam eorum qui in bello occubuissent corpora sepulturos se promulgarunt, item parentes & liberos sumptis de publico penu cibarijs alturos promiserunt: uirgines publico sumptu dotaturos: filios iam adultos in theatro coronaturos armis in Bacchanalibus. Hisce præmijs omniũ animis ad fortiter quæuis pericula sustinenda excitatis, ad reliqua quæ transigenda erant sese conferunt. Nam cùm esset totius populi summus consensus, locupletes pecuniã suggerebant, artifices in fabricandis armis artem suam offerebant. Denicq; omnes in opere intenti erant, nemine non ut alterum diligentia superaret contendente. Itaq; quidam in Missilium saxorumq; tormentis, alij in reliquis faciendis toti erant. Nonnulli mœnium parum ualidas partes instaurabant. Plericq; ad muros lapides portabant. Emiserunt etiam in hostem tres uelocissimas naues, & mercatores qui in urbem cõmeatum inueherent. Quæ nec opinantes hostes aggressæ, multas naues eorum, qui prædæ gratia frumentatum in agros iuerant, demerserunt, alias ad littus compulsas igni cremarunt, & ex ijs qui precium redemptionis soluere poterant, captos in urbem duxerunt. Nam sic inter Rhodios & Demetrium conuenerat ut inter sese precium liberationis darent, pro libero homine mille dragmas, pro seruo quingenteas. Demetrius ad machinarum structuram omnia largè parata habens, cœpit duas testudines facere, unam aduersus, saxorum, alterã aduersus missiliũ tormẽta, atq; ambas duabus nauib. onerarijs traiecit, & coniunxit. Item duas turres quatuor tabulatorum quæ altitudine eas quæ in portu erant superarent, quãtum utraq; duabus æqualibus nauibus portaretur, pariter incedentibus, quo utriusque lateris situs æquale pondus haberet. Cauauit præterea alueum natatilem, ut propius accedens hostes prohiberet quò minus in eos qui nauibus tormenta ueherent, impetum facere possent. Interea dum hæc ad finem perducuntur, lembos firmissimos deligit, eosq; tabulis munit, & feneſtris quæ claudi possent factis, imponit ad missilia ea tormenta quæ longissimè iacerent: hominesq; peritos & delectos sagittarijs imponit: ac nauibus intra telorum iactum deductis, oppidanos uulneribus configit, qui altiores in portu muros erexerant. At Rhodij postquã animaduerterunt omnem Demetrij conatum in occupando portu uersari, ipsi quoque ea quæ ad eius defensionem necessaria essent, parare aggrediuntur. Itaq; super aggerem, duas machinas collocant, tres nauib. oneratijs imponunt propè claustra parui portus, quo possint hostes, si forte aut milites aut machinas ad aggerem exponerent, ab impressione prohiberi. Collocãt etiã in onerarijs, quæ in portu stationẽ habebant, receptacula telorum, ijs conuenientia qui catapultas essent imposituri. Vtrisq; hoc modo ad certamen instructis, primum Demetrio machinas admouere conato, orta uehementior tempestas eius inceptum interrupit. Sed nocte tranquillo mari clàm adnauigauit, occupatoq; maioris portus tumulo editiore, confestim uallo locum circum uallauit, ac postibus lapidibusq; obstruxit, atq; in eum milites quadringentos eduxit omnisq; generis missilium copiã comportauit, qui locus distabat à muris quinq; iugera. Deinde orta die in portum machinas cum tubis & clamore subuehunt, & eos qui murum in portu extruebant, minoribus missilium tormentis, & procul iacientibus, impediunt. Saxis autẽ maximas hostium & murum aggeri proximũ partim concutiũt, partim deijciunt, quoniam eo tempore humilis & parum firmus erat. Cùm autẽ oppidani fortiter hostiũ uim propulsarent, toto illo die utrinq; multa damna, & illata, & accepta sunt. Ac nocte iam aduentante Demetrius remulcantibus nauibus extra telorum iactum tormẽta subduxit. At Rhodij scaphis arido ligno tedaq; impletis, adhibito igne primũ

Demetrius Rhodum obsidet.

hostes persecuti sunt, & machinis uicini materiam illam accenderunt. Sed postea natanti alueo & telis prohibiti, pedem referre coacti sunt: ac flamma inualescente pauci ea extincta cum scaphis reuerterunt, cæteri ardentibus iam lintribus enatarunt. Postero die Demetrius similem superiori in mari irruptionem facit, atque in terra ut undiquaque cum clamore & tubis irrumpant imperat, quò Rhodijs pauorem & trepidationem incutiant, multis rebus eos in diuersas partes trahentibus. Ea autem ratione obsidione per octo dies continuata, machinas quæ erant in uallo dispositæ ingentibus saxis confregit, murumq; qui uallum cingebat cum ipsis turribus diiecit. Muri quoq; qui erat partem occupauerant milites, ad quam conuersi Rhodij, manus cum ijs conserũt, & multitudine superiores, alios occidunt, alios fuga sibi consulere cogunt. Arcebat autem eos qui extra urbem erant loci muro proximi asperitas, multis ibi & grandibus congestis continuis saxis apud structuram extra murum. Ac cum multæ naues quæ milites illos aduexerant, inter trepidandum impegissent, Rhodij celeriter nauium extremitates auellere, ac teda siccoq; ligno iniecto naues cremare. Dum res in eo sunt statu Demetrij milites ex omnibus partibus accedentes scalas muro admouent, & grauius instant, undique ijs qui in terra erant militibus opem ferentibus, & clamorem tollentibus. Ibi dum multi magna audacia periclitantur & conferti mœnia ascendunt, acre prælium committitur, hostibus urgentibus, & oppidanis magna ui repellẽtibus. Tandem Rhodijs strenuè se defendentibus, & ex ijs qui muros ascenderant alij occisi sunt, a-uulneribus confixi capti, quos erant quidam de primarijs castrorum ductibus. Hisce cladibus affectus Demetrius tormenta in suum portum reducit, & naues machinasq; destructas reficit. At Rhodij ciuiũ interfectorum corpora sepe liunt, & capta arma, nauiumq; rostra dijs donant, & murorum ruinas ui saxorũ factas instaurant, Demetrius consumptis in reficiendis machinis & nauib. septem dieb. omnib. ad obsidionẽ necessarijs præparatis, rursus inuadit: in eo em occupando totus erat, ut posset oppidanos commeatu prohibere. Inde intra teli iactum progressus, cùm faucib. quas multas habebat in separatas Rhodiorum naues impetum facit, atq; saxis muros quatit, missilibusq; uisos uulnerat. Cùm itaq; continua & acerrima esset oppugnatio, Rhodiorum naucleri pro nauib. pugnantes, faces extinguunt, at ipsi præfecti solliciti ne portus caperetur ciuium fortissimos ut periculum pro communi salute contemnant hortantur. Igitur multis libenter parentibus tres robustissimas naues delectis uiris complet, quibus mandat ut hostium naues quæ tormenta portabant, rostris, si fieri posset, demergeret. Illi itaque nihil telis quibus petebantur obstantibus primum irruunt: & uallum ferro munitum disrumpunt: deinde naues multis ictibus inflictis aqua replentes, duas machinas demergunt. Cæterùm cum tertia à Demetrianis audentibus retrò traheretur, Rhodij rebus feliciter gestis animati, cõfidẽtius quam par erat periculum subeunt. Quare hostib. cum multis magnisq; nauib. concurrentib. & rostris multas nauiũ tabulas decutientibus, Execestus nauclerus, ac triremium præfectus, & quidam alij uulnerati capiuntur. Reliqua multitudo natando ad suos peruenit, atq; una nauis in Demetrij potestatem uenit, reliquæ periculum euadunt. Hoc nauali prælio commisso Demetrius alteram machinã fecit, quæ priorem & altitudine & latitudine triplo superaret. Quã postq; ad portum aduexit, exortus uentus meridionalis, pcellosus naues cum impetu appellentes aquis subruit, & machinam deturbauit. At Rhodij tẽporis opportunitatem nacti, rursus apertis portis eos qui aggerem occupauerant inuadunt: ac diu durãte acri certamine, cum propter tempestatem Demetrius suis auxilio uenire non posset, & Rhodij uicissim pugnarent, coacti sunt regij milites positis armis seipsos dedere, numero ad quadringẽtos. Hac à Rhodijs parta uictoria ad urbem appellunt socij, Cnosiorum quidem cẽtum quinquaginta, à Ptolemæo missa supra quingenti, inter quos erant quidam Rhodij, qui

Demetrius rursus Rhodi portum inuadit.

qui regi stipendia faciebant. Atq; hoc in statu erat Rhodi oppugnatio.

In Sicilia autem hæc gerebantur. Agathocles cum non posset cum exulibus qui à Dinocrate stabant, conuenire, contra eos cùm ijs quas habebat copijs expeditionẽ fecit, ratus periclitandum esse & de rerum summa dimicandum. Habebat autẽ peditum non amplius 5000. equites 800. Dinocratiani cognito hostium aduentu auidi pugnæ (erant enim longè plures) ijs obuiã profecti sunt. Nam eorum erant peditum 25000. equitum 3000. Cùm autem ad id quod uocatur Gorgium, ex aduerso castra mutati essent, deinde instructa acie prodissent, paulisper acre fuit certamen, utrisque impigrè pugnantibus. Sed postea cũ quidam numero ad 2000. à Dinocrate dissiderent, ad tyrannum transierunt, ac cladis authores exulib. extiterunt. Nam Agathocliani cum longè plures essent animos suos confirmarunt: ac Dinocratiani perculsi sunt, & plures esse trãsfugas opinati, effusi in fugam geruntur. Deinde eos aliquousque persequutus Agathocles, cum milites à cæde reuocasset, ad uictos legatos mittit, rogatum ut finem dissidijs faciant, & suam quisque patriam repetat. Ipsos enim iam experientia edoctos, nunquam exules si secum bello contendant superiores fore, cùm ne nunc quidem numero longè plures, uictores euadere potuerint. Exulum autem equites omnes ex fuga euaserunt in locum quendam nomine Ambricas. Peditum nonnulli cum nox superuenisset, effugerunt, maior pars occupato colle, & desperata per certamen uictoria, cupidi cognatorũ & amicorũ, & patriæ eiusq; bonorum, pacem cũ Agathocle fecerunt. Igitur cũ fidem accepissent, & ex quodam munito colle descendissent, ille eis arma detraxit, & exercitu circum septos omnes missilibus confixit, numero circiter 9000. ut Timæus ait: ut uerò nonnulli scribunt ad 4000. Semper enim tyrannus is fidem & iusiurandum contemnebat sibiq; uires non ex ijs quas habebat copijs, sed ex subiectorum infirmitate conciliabat, socios magis cq; hostes ueritus. Ita cũ aduersarium exercitum profligasset, accepit reliquos exulum, & facta pace cum Dinocrate, ducem eum creauit partis exercitus, & deinceps ei res maximas credidit. Atq; hic admirari licet Agathoclem, quo pacto cum omnes suspectos haberet, nec unquam cuiquam firmiter credidisset, erga solum Dinocratem amicitiam ad mortem usq; retinuerit. Dinocrates uerò proditis socijs Pasiphilum Gelæ correptum interfecit, præsidia & urbes Agathocli tradidit, cõsumpto biennio in subiugandis hostibus. In Italia Roma debellatis Palinijs agrum ademerũt, & quosdam qui Rom. fauisse uidebantur, ciuitate donarunt. Postea Samnitib. Phalerum agrum depopulantibus, profecti sunt Consules aduersus eos, commissoq; prælio, superiores extitere Rom. relata sunt signa militaria 20. captiq; uiui milites supra 2000. ac expugnata statim à Coss. urbe Dola, Gellius Gaius Samnitum dux superuenit, cum militum 6000. Hic commisso acri prælio, Gellius ipse capitur, & reliquorum Samnitum plurimi conciduntur, nonnulli uiui comprehenduntur. Coss. rebus ita feliciter gestis, sociarum urbium captas recuperarunt, Soram, Harpinam, & Saroniam.

Agathocles cum uicto Dinocrate pacẽ facit, occisis perfidè exulibus.

Perfidia tyranni.

Romani Samnites bello uincunt.

Peracto anno Athenis regebat Pherecles: Rom. consulatũ inierũt P. Sempronius, & P. Sulpitius Olympias acta est apud Eleos nona supra 110. in qua stadium uicit Andromenes Corinthius. Horũ tẽpore Demetrius Rhodũ obsidẽs, cũ ei à parte maris oppugnationes parum succederent, à terra statuit impetum facere. Igitur præparata omnis generis materiei copia, machinã ædificauit, quæ uocatur uinea, magnitudine priores longè superantẽ. Cũ esset em eius basis quadrangula, singula latera fecit cubitorum ferè 50. ex quadrãgulis lignis ferro uinctis cõpacta, medianũ spacium occuparunt trabib. inter sese circiter uno cubito distantib. ut locus esset ijs q machinã ppulsaturi erant. Tota moles rotis subiectis agebat, ijsq; firmis atq; magnis, uidelicet 8. Canthorum crassitudo erat binũ cubitorũ, firmis laminis ferrata, atq; ut in obliquũ transferri posset, factæ erãt auertæ, quarũ opera tota machina facilè in omnẽ partẽ moueri posset. In an-

Anno Mundi 3662. Vrbis, 450. Demetrius machinam cõstruit ad Rhodum terra oppugnandam.

gulis erant columnæ lõgitudine paulò minus quã 100. cubitorum, ita alię in alias pronæ ut cum esset totũ ædificium nouẽ cõtignationum, prima contignatio esset lectorum 43. suprema 9. Tria machinæ latera extrinsecus contexit laminis ferreis, affixis clauis, ne quid facibus lædi posset. Ostia habebant contignationes in fronte magnitudine & forma accommodata ad naturam telorũ quæ iacienda forent. Ostijs addita erant tegumenta, quæ per machinam trahebãtur, quæ præsidio forent ijs qui in tabulatis ad iacienda tela uersarẽtur. Erant enim ex corijs undiq; consuta, plana lanarum, ut saxorũ ictus irriti redderentur. Habebant singulæ contignationes duas latas scalas, quarum unà ad importanda quæ essent necessaria, altera ad descensionem utebãtur, quo omnia sine tumultu administrarentur. Ad hanc machinam mouendam electi sunt ex uniuerso exercitu uiri robore corporum præstantes 3400. Horum pars intus comprehensa, pars à tergo astans propellebant, multum iuuante ad motum arte. Aedificauit & testudines partim quæ arietes haberent, partim non item & porticus per quas qui ad opera accederent, ire reuertiq; tuto possent. Atque nauium armentis locum expurgauit in quatuor stadia, quo spacio promouẽdę erant machinæ, ita ut esset opus in longitudinem sex intercolumnorum, & turrium septem. Iam congregata opificum & opera tractantium multitudo non multò minor erat triginta millibus. Itaque cum propter manuum multitudinem celerius quàm quisquam expectasset, omnia perficerentur, formidabilis erat Rho-

Demetrij corporis & animi descriptio.

dijs Demetrius: non solùm enim machinarum magnitudo, & coactarum copiarum multitudo eos terrebat, uerùm etiam regis uiolẽtia & solertia obsidionibus. Erat enim in excogitando supra modum industrius, multaq; præter architectoũr artem inueniebat, ex quo πολιορκητὴς, id est obsessor nominatus est, & in oppugnationibus tãta ui atque impetu utebatur, ut nullus iam firmus murus esse uideretur, qui posset obsessis aduersus illum præbere præsidium. Erat autem ea & magnitudine & pulchritudine corporis, ut heroicam dignitatem præ se ferret, adeò ut qui eum adibant, peregrini, cum decorem uiderent, regali excellentia ornatum, admirarentur, & in profectionibus spectãdi gratia subsequerentur. Ad hæc erat & animo excelsus & magnificus, & contemptor non solùm uulgi, uerùm etiam potentium. Ac quod ei omnium maximè proprium erat, in pace ebrietati operam dabat, & conuiuijs ad quæ adhiberentur saltationes atque luxus. Denique illum qui in fabulis traditur olim fuisse inter homines Bacchi morem: idem in bellis operosus erat & sobrius, ita ut supra omnes operantes, & corpore & animo certatim operaretur. Sub eo enim maxima tela confecta sunt, & omnis generis machinæ, quæ factas ab alijs machinas longè superarent. Quin & nauigia maxima deduxit hic in mare post eam obsidionem & patris interitum.

Rhodij hostilium operum profectorum uidentes, ædificarunt intus murum alterum, secundum longitudinem eius muri qui in oppugnationibus labora-

Rhodij murũ alterum ædificant, & naues admittunt ad hostes infestandos.

turus erat. Vtebantur autem lapidibus diruentes theatri ambitum, & uicinas domos, præterea fana quædam, dijs polliciti pulchriora se ædificaturos urbe conseruata. Dimiserunt etiam nouem naues, quarum ducibus præceperunt, ut passim nauigarent, & præter expectationem hostes aggressi, capti nauigia partim supprimerent, partim ad urbem deducerent. Illi cum tripartito solu issent, Damophilus naues habens quæ apud Rhodios custodes appellantur, nauigauit in Carpathum, & multa Demetrij nauigia nactus, partim rostris uulnerando demergit, partim ad littus ducens incendit, colligens hominum utilissimos, nec paucas quæ insulæ fruges portabant, duxit in patriam. Menedemus uerò tribus myoparonibus præfectus, cum in Patara Lyciæ appulisset, & nauem ibi in statione offendisset, armamentis in terra expositis, nauem incendit, captaque multa nauigia, quæ commeatum in castra supportabant, ad Rhodum misit. Cepit & triremem in Ciliciam nauigantem, ue-

stemq;

ſtemq; regiam, & cæterum apparatum portantem, quem Demetrij coniunx Phila uiro ſtudioſius paratum miſerat. Igitur ueſtitum miſit in Aegyptum, cum eſſent ſtolæ purpureæ, & dignæ quæ à rege geſtarentur. Nauem uerò remulco traxit, & nautas uendidit, tum qui in triremi, tum qui in alijs captis nauibus erant. Reliquis tribus nauibus præfectus Amyntas nauigauit ad inſulas, nactusq; multa nauigia, quæ res ad machinas neceſſarias hoſtibus portabant, partim ſubmerſit, partim ad urbem deduxit, in quibus capti ſunt etiam artifices egregij, & ad tela atque catapultas conficiendas peritia excellentes undecim. Poſtea coacta concione ſuadebant quidam Antigoni & Demetrij imagines eſſe deturbandas, indignum eſſe dicentes, ſi obſeſſores æquè ac bene meriti honorarentur. Quibus indignatus populus, eos ut percantes obiurgauit, & Antigoni honorum nullum ſuſtulit, in quo quidem ſuæ & gloriæ & utilitati pulchrè conſuluit. Illa enim magnitudo animi & conſtantia popularis iudicij, apud alios laudem conciliabat, apud obſeſſores pœnitentiam. Nam cùm Græciæ urbes liberarent, quæ nullam erga benemeritos beneuolentiam exhibuiſſent, eam ſeruam reddere uidebantur, quæ in referenda gratia conſtantiſsimam ſeipſam reipſa præſtabat. Præterea (ut multa præter opinionem fortuna facit) ſi urbem capi contigiſſet, reſtabat eis adorandum ueniam ſeruatæ ab ipſis amicitiæ commemoratio. & hæc quidem à Rhodijs prudenter acta ſunt. Iam cum Demetrius cuniculis murum ſubruiſſet, transfugatum quidam obſeſsis indicauit cunicularios ferè intra murum eſſe. Hanc ob cauſam Rhodij ducta alta foſſa ſecundùm muri longitudinem, qui caſurus uidebatur, celeriter ipſi quoque cuniculis utentes, occurrerunt ſub terra aduerſarijs, & eos ulterius progredi prohibuerunt. Cumq; cuniculi ab utrisq; cuſtodirentur, comati ſunt quidam Demetriani corrumpere pecunia Athenagoram cuſtodiæ à Rhodijs præpoſitũ. Erat is natione Mileſius, à Ptolemeo Mercenariorum dux miſſus. Hic proditurum ſe pollicitus, diem ſtatuit, qua oporteret à Demetrio mitti aliquem ducem præcipuum, qui noctu per cuniculum in urbem aſcenderet, ut locum contemplaretur, qui milites acceptus eſſet. Ita cum Demetrio magnas ſpes feciſſet, rem indicauit ſenatui: cumq; miſiſſet rex ex ſuis amicis Alexandrum Macedonem, hunc per cuniculũ ingreſſum comprehenderũt Rhodij, & Athenagoram coronauerunt aurea corona, & argenti quinq; talentis donauerunt, cupientes reliquorum quoque mercenariorum & peregrinorum beneuolentiam erga populum prouocare. Demetrius perductis ad finem machinis, totoq; qui ante murum erat loco expurgato, uineam mediam conſtituit, & teſtudines quæ arietem non habebant diſtribuit numero octo. Conſtituit autem ad utranq; machinæ partem quatuor, earumq; ſingulis coniunxit unam porticum, ut tuto poſſent imperata facere qui intrarent, & rurſus exirent. Quæ uerò arietes haberent duas, collocauit magnitudine longè ſuperiores: habebant enim utramque cubitorum centum uiginti, ferratam, & quæ proceſſum haberet roſtro nauis ſimilem, eademq; facili opera propelleretur, ſubiectos rotis, & in prælio ageretur opera non minus quàm mille uirorum. Iam muris admoturus machinas, tormẽta ad ſaxa miſſilia q; iacienda intulit in uineæ ſingulas cõglutinationes, prout quęq; quadraret. Ad portum & propinquiora loca miſit nauales copias. Ad reliquũ murum qui oppugnationem ferre poterat, peditatum diſtribuit. Deinde ad unum imperatũ atq; ſignum cùm omnes iubilaſſent, undiq; urbem oppugnat. Iam eo arietib. & tormentis quatiente mœnia, aduenerunt Cnidiorum legati, petentes ut inhiberet, & ſe perſuaſuros pollicentes Rhodijs ut imperata admitterent, quæ maximè admitti poſſent. Cumq; remiſiſſet rex, & legati ultrò citroq; multa colloquuti, ad extremum concordes eſſe non poſſent, inſtauratur oppugnatio, & Demetrius quidem turrim firmiſsimam demolitur, ædificatam ex quadratis lapidibus, totumq; interturrium concutit, ita ut oppida-

Rhodij Demetrij quamuis hoſtis, honores tuentur.

Demetrius cuniculos ſub murum agit.

Athenagoras ſimulata proditione Demetrium decipit.

Demetrius machinas urbi admouet.

Rhodijs commeatus supportatur.

nis per hunc locum aditus ad pinnas non pateret. Per eosdem dies rex Ptolemæus misit Rhodijs multa nauigia cõmeatum portantia, in quibus erant frumenti 300000. artabarũ cum leguminib. Hęc dum ad urbẽ apportant̃, conatus est Demetrius naues mittere, quæ illa in sua castra deducerent. Vetũ illa secundum uentũ nacta plenisq; uelis data appulerũt in portus suos. Qui uerò à Demetrio missi fuerãt, re infecta reuersi sunt. Misit & Cassander Rhodijs hordei medimnorũ 10000. & Lysimachus frumenti medimnorũ 40000. & hordei totidem. Tanto cõmeatu oppidanis supportato, qui obsidebant̃, cũ iam animis laborarẽt, rursus animos sumpserunt, & expedire iudicantes, ut hostiũ machinas inuaderent, faciũ magnã copiã præparant, & omnia tormẽta tum ad saxa, tũ ad missilia in muro collocãt: atq; ubi nox fuit, circiter secundã uigiliã repentè saxis continenter custodiã petunt, reliquisq; telis igniferis, ijsq; omnis generis utentes, eos qui illic cõcurrebant uulnerãt. Demetriani præter spem inuasi, de ædificatis operibus anxij, cõcurrunt ad auxiliũ. Cumq; nox illunis esset, splendebant faces cum impetu actæ. missilia uerò & saxa cùm prospici non possent, multos pugnantes lædebant, qui telorum impetum perspicere nequirent. Iam uerò exciderant etiam ex machina quædã laminæ, quo loco nudato, cedebant faces in eam machinæ partem, qua lignum apparebat. Hanc ob causam anxius Demetrius, ne fortè igne depascẽte periret tota machina, celeriter succurrit, & præparata aqua in contignationibus illatam flammam extinguere conatur. Ad extremum congregatis tubæ signo ijs qui mouendis operibus destinati erant, horum opera machinas extra teli iactum ducit. Deinde orto die imperat famulis ut tela congregent, quæ à Rhodijs missa ceciderant, ex his conijcere uolens oppidanorum apparatum. Qui cùm celeriter imparata fecissent, numeratæ sunt facis magnitudine uariæ supra 800. missilia uerò non pauciores 1500. Tot telis breui noctis tempore coniectis, miratur urbis copiam & in his rebus largitatem. Igitur nunc Demetrius laborantes operum partes refecit, & mortuorum sepulturæ & sauciorum curationi operam dedit, quo quidem tempore oppidani relaxationem à machinarum uiolentia adepti, tertium numerum ædificarunt lunatum, comprehendentes curuatura totum muri locum periclitãtem. Nec secius alta fossa cinxere collapsam muri partem, ne facilè rex posset impetu facto in urbem irrumpere. Dimiserunt etiam naues ex ijs quæ optimè nauigant, præfecto Amynta: qui cũ ad ulterius Asiæ littus nauigasset, oppressit aduentu suo nec opinantes piratas quosdam, missos à Demetrio. Habebãt hi inermes naues tres, & præstantissimi esse uidebantur omnium qui cum rege militabant. Hic commisso paulisper nauali prælio, connixi Rhodij nauibus cum uiris potiti sunt, in quibus erat & Timocles piratarum magister. Occurrerunt & quibusdã mercatoribus, & ademptis celocib. non paucis frumenti plenis, eos & piratarum inermes naues noctu ad Rhodum clàm hostibus deduxerunt. Demetrius uerò resartis operum laborantibus partibus: admouet muro machinas, & uniuersis telis summa ui utens, eos qui in pinnis erant arcet, & arietibus uerberans continuam loci partem, duo interturria deijcit, ac circa turrim quæ inter hæc erat contendentibus oppidanis, acria & continua, dum integri fessis succedũt, certamina cõmittuntur: adeò ut illorum dux Annanias immodicè pugnando occubuerit, & reliquorũ militum multi mortui sunt. Hæc dum geruntur, misit Ptolemæus rex Rhodijs frumentum reliquumq; commeatum non minorem eò quem ante miserat, & milites 1500. duce Antigono Macedone. Eodem tempore uenerunt ad Demetrium legati tum ab Athenientibus, tum à cæteris Græcis ciuitatibus, qui erant numero plus quinquaginta, & omnes à rege petebant, ut cum Rhodijs pacem faceret. Igitur factis inducijs, & multis uarijsq; sermonibus tum ad populum, tum ad Demetrium habitis, consentire minimè potuerunt. Itaq; infecta re discesserunt legati. Demetrius cogitans noctu urbem inuadere, qua parte dirutus erat murus, deligit bellico

Rhodij Demetrij machinis faces injiciũt.

Amyntas à Rhodijs missus piratas opprimit.

Græciæ urbiũ legati, frustra pro pace obtinẽda laborãt.

gitbellicoſorum præſtãtiſsimos & reliquorum idoneos ad mille quingentos. Hos iubet ſenſim ad murum accedere circa ſecundã uigiliã: ipſe reb. præparatis, mandat ſingularum partium præfectis, ut cùm ipſe ſignum dediſſet, iubilent, & terra mariq; oppugnationem aggrediantur. Omnib. mãdata facientib. qui ad murorum ruinam, contenderant, necatis primis foſſæ cuſtodibus irruunt in urbem, & circumiecta theatro loca occupant. Qui uerò Rhodiorum negocium audiuerunt, cũ totam urbem tumultuari uiderent, iis qui erant in portu & muris, mandant ut in ſuo ordine maneant, & externos ſi aggreſsi fuerint propulſent. Ipſi habentes, lectorum agmen, & eos milites qui recens ab Alexandria aduenerãt, contendunt aduerſus eos, qui intra mœnia irruperant. Iam orta die, cum Demetrius ſignum dediſſet, qui portum adorti fuerant, & murum undique copiis cinxerant, clamorem tollunt ad animandos eos qui circuniectum theatro locum occupauerant. Iam urbis turba puerorum & fœminarum in metu erat & lachrymis, tanquam expugnaretur patria. Enimuerò cõmiſſo ab iis qui intra muros irruperãt prælio, cum Rhodiis, & multis utrinque occiſis, principio neutri loco cedebant. Poſtea cùm aſsiduè plures fierent Rhodij, & periculum promptis animis ſuſtinerent, quippe pro patria & rebus maximis certantes, & regij præmerentur, Alcimus & Mantias duces multis cõfecti uulneribus occumbunt: reliquorum plurimi partim manibus ceciderunt, partim capti ſunt, pauci ad regem fuga euaſerunt, multi etiam Rhodiorum interfecti ſunt, in quibus erat & quæſtor Damoteles, qui uirtute conſpicuus fuit. Demetrius exiſtimans urbis euerſionem ſibi de manibus à fortuna fuiſſe ablatam, ad oppugnationem iterum ſeſe parat. Deinde cùm pater ei ſcripſiſſet ut cum Rhodiis quacunque poſſet conditione pacem faceret, tempus obſeruabat, quod compoſitio ſpecioſam faceret. Cùm autem Ptolemæus ſcripſiſſet Rhodiis primum ſeſe miſſurum eis frumenti copiam, & militum tria millia: deinde conſuleret ut, ſi fieri poſſet, commodè cum Antigono componerent, omnes ad pacem inclinabant, quo quidem tempore cum Aetolorum Reſpub. legatos de pace miſiſſet, Rhodij pacem cùm Demetrio his legibus ſe cerunt. Vt ſine iuris & ſine præſidiis eſſet urbs, haberetq; ſuos prouentus, & Antigono Rhodij ſuppetias ferrent, niſi ſi Ptolemæum oppugnaret, darentq; ciuium obſides centum, quoſcunq; Demetrius præſcripſiſſet, exceptis his qui magiſtratu fungerentur. Igitur Rhodij toto anno obſeſsi, hoc pacto compoſuere bellum: eos uerò qui in prælijs egregios ſe præſtiterant, dignis donis honorarunt, & eos ſeruos qui egregiè pugnauerant, libertate & ciuitate donarunt. Erexerunt & regum ſtatuas Ptolemæi, Caſſandri & Lyſimachi, necnon eorum qui gloria ſecundi, magnum ad urbis ſalutem adiumentum attulerant. Ptolemæum uerò in referenda gratia ſuperare uolentes, percontatores miſerunt in Africam, qui Ammonium oraculum ſuſcitarentur, num cõſuleret Rhodiis ut Ptolemæum tanquam Deum honorarent: Cumq; annuiſſet oraculũ, delubrum in urbe, quadrangulum, extruxerunt, ædificato ad unamquamq; porticum latere in longitudinem unius ſtadij, quod Ptolemæum appellarũt. Refecerunt & Theatrum, & murorum ruinas, & reliquorum locorum ea quæ fuerant diruta, longè pulchrius quam erant antea. Demetrius uerò ſecundùm præcepta patris facta pace cum Rhodiis, ſoluit cum uniuerſis copiis, et portatus per inſulas, appulit ad Aulim Bœotiæ, ac properans in libertatem uindicare Græcos (Caſſander enim et Polyſperchon ſuperiore tempore, cùm abeſſet hoſtis, depopulabantur plurimas partes Græciæ) primò Chalcidenſium urbem in libertatem uindicauit, quæ Bœotorum præſidio tenebatur, & perterritos eos qui erant in Bœotia, coëgit à Caſſandri amicitia deficere. Poſtea cum Aetolis ſocietatem facit, et ad bellum cum Polyſperchonte et Caſſandro gerendum ſe componit. Hæc dum geruntur, Eumelus Boſphori rex ſextũ annum

Demetriani quidam in urbem irrũpũt.

Rhodij eos qui in urbem irruperunt cõcidunt.

Rhodij pacem cum Demetrio faciunt.

Delubrum in honorem Ptolemæi ædificatum.

Demetrius Græcos in libertatẽ uendicare ſtudet.

annum regnans obijt: eius regni succeſſor Spartacus filius regnauit annos uiginti. Nos uerò Græciæ & Aſiæ rebus explicatis, orationem in alias orbis partes transferemus.

Agathoclis ſacrilegium diuinitus punitum.

In Sicilia Agathocles ad Liparenſes, qui pacem agebant, claſſe inuectus, exegit ab eis (nulla prorſus prouocatus iniuria) argenti talenta quinquaginta: cũ quidem multis uiſum eſt diuinũ eſſe & iam dicã, ſceleris pœna diuinitus repræſentata. Poſtulantib. enim Liparenſib. ut ſibi ad reliquã pecuniã ſoluendã tempus daret, ſecq; ſacris donarijs nunq; abuſos fuiſſe dicentibus, Agathocles coẽgit eos curiæ dare pecuniã, cuius pecuniæ pars Aeoli, altera Vulcani inſcriptionem habebãt, eaq; ſumpta, ptinus ſoluit. Sed coorto uento nauiũ decẽ colliſæ ſunt, q̃ pecuniã portabant. Quamobrẽ uiſus eſt multis Aeolus (p circa illa loca uentorũ dñs eſſe dicebat) ptinus in prima nauigatione ab illo ſumpſiſſe pœnas: Vulcanus uerò in eius obitu, dum tyrãno cõueniẽs eius impietati ſupplicium irrogat in patria, uiuũ cadentib. carbonib. cõburendo. Nã eiuſdẽ inſtituti iuſtitiæq; fuit, & apud Aetnã ab ijs q̃ ſuos parẽtes ſeruabãt, abſtinuit, & quòd in impios aduerſus numẽ uim ſuã exercuit. Cæterũ de Agathoclis exitu, ubi ad eius propria tẽpora uẽtum erit, euentus confirmabit id quod modò diximus. Deinceps uobis dicenda ſunt ea quæ in continentibus Italiæ locis geſta ſunt.

Romani Aeclos domunt.

Romani & Sãnites, miſsis inuicẽ legatis, pacẽ fecerũt, bello geſto annos 22. & menſes ſex. Cõſul aũt P. Sempronius cũ exercitu ingreſſus in Aeclorũ agrum, ſubegit 50. omninò dieb. urbes 40. & uniuerſa gente Romanis ſubijci coacta reuerſus eſt, & laudatum triumphum egit. Populus uerò Romanus cum Marſis & Pallenenſibus, itemq; cum Marucinis, ſocietatem contraxit.

An. Mundi 3663.

Annuo tempore elapſo Athenis regebat Leoſtratus. Romæ Cõſules erant S. Cornelius, & L. Genucius. Horum tẽpore Demetrio propoſitũ erat Caſſandrum oppugnare, Græcos in libertatem aſſerere, primũ Græciæ res cõponere: tum quia magnæ ſibi gloriæ fore Græcorum libertatem exiſtimabat, tum quia Caſſandri ducem Prepelaum antea profligauerat, & nunc ipſum ſe imperium inuadere, iudicabat, ſi aduerſus ipſum Caſſandrum proficiſceretur. Cùm autẽ Syciſionorum urbs militum Ptolemæi regis præſidio teneretur (quorũ erat clariſsimus dux Philippus) nocte de improuiſo adortus irrupit intra mœnia. Deinde præſidiarij in arcem ſe receperunt. Demetrius urbe potitus, eum locum qui erat inter domos, & arcem occupat. Cumq; iam tormẽta admoturus eſſet, illi territi arcem per cõpoſitionem dedunt: ipſi in Aegyptum nauigant. Demetrius Sicyonijs in arcem translatis, partem urbis portui cõiunctam euertit, qui locus egregiè munitus erat, & ædificationẽ cũ plebe aggreſſus, ac libertate reſtituta diuinos honores ab ijs conſecutus eſt quibus bene fecit. Demetriadem enim urbem nominarũt, ſacrificiaq; & conuentus, itemq; ludos ei in ſingulos annos ſanxerunt, & reliquos honores tanq; conditori ſuo. Verũ hæc tempus rerum mutationibus interpellatũ, irrita reddidit. Sicyonij uerò occupato lõgè meliore loco in eo ad noſtra uſq; tempora continenter habitarunt. Arcis enim ambitus, campeſtris & magnus, cliuis aditu difficilibus undiq; cõtinetur, ita ũt nunq; poſſunt admoueri machinæ. Habet & aquæ copiam, ex qua hortos huberes fecerunt: ita ut regis commentum & ad pacis fruitionem, & aduerſus belli pericula pulchrè proſpexiſſe uideatur, Demetrius compoſitis Sicyoniorum rebus profectus eſt cum uniuerſis copijs ad Corinthum, quam præſidio tenebat Caſſandri dux Prepelaus. Primum igitur noctu à quibuſdam ciuibus introductus per quoddã oſtiolum, urbe & portib. potitur: ac præſidio partim in Siſyphium (ut uocaẽ) partim in Acrocorinthũ fuga dilapſo, ille admotis ad munitiones machinis, magno cum labore per uim cœpit Siſyphium. Deinde cũ ij qui ibi erant cõfugiſſent ad eos qui Acrocorinthũ occupauerant, ille hos quoq; perterritos arcem dedere coẽgit. Erat enim hic ex oppugnationibus admodum uiolentus, propter peritiam conficiendi machinas ad obſidiones.

Demetrius cur bellũ Caſſandro, Græcorum cauſſa intulerit.

Demetrius Sycione potitus.

Demetriadem urbem uocari obtinuit.

Demetrius Corinthum liberat.

Cæterum

Cæterùm uindicatis in libertatẽ Corinthijs, custodiã introduxit in Acrocorinthũ, uolẽtib. Corinthijs à rege urbẽ custodiri, donec bellũ aduersus Cassandrũ ad finẽ pductũ esset. Et Prepelaus quidẽ Corintho turpiter expulsus, ad Cassãdrum se recepit. Demetrius uerò in Achaiã ,pfectus, Butã ui expugnauit, & cí uibus libertatẽ reddidit. Scyro itẽ paucis dieb. recepta pſidiũ eiecit. Postea Achaiã obiẽs, urbes liberabat, & ducto ad Aegiũ exercitu mœnia circũsidet, & cũ pręsidij duce Strombicho sermonẽ habet, petens ut urbẽ dedat. Verùm illo eius uerbis non obsequẽte, quinimo multa in eũ de mœnib. probra & cõuicia cõijciente, rex admotis machinis, deiectisq; muris, urbẽ ui capit. Igitur Strombichum à Polysperchõte cõstitutum præsidij præfectũ, & reliquorũ sibi infensorum ad 80. ante urbem in crucẽ tollit. Reliquorũ mercenariorum ad 2000. suis militib. admiscet. Post huius urbis expugnationẽ, qui in uicinis locis præsidia tenebant, existimantes fieri nõ posse, ut uim regis effugerent, ei loca dederunt. Itidem qui urbes pſidijs tenebant, cùm Cassander, & Præpelaus, & Polysperchon nõ succurrerẽt, & Demetrius cum magno exercitu & exuperantibus machinis aduẽtaret, ultrò cesserunt. Et Demetrij quidem rerum hic status erat. *Demetrius Aegium expugnat.*

In Italia Tarentini bellum cum Lucanis & Rom. habentes, miserunt legatos Spartam, petentes auxilium & ducẽ Cleonymũ. Cumq; Lacedæmonij alacriter ducẽ dedissent qui petebatur, & Tarẽtini pecuniã nauesq; misissent, Cleonymus collectis apud Tenarũ Laconicæ peregrinorũ militũ 5000. magnis ictineribus ad Tarentum nauigauit. Hic cõgregatis mercenarijs alijs, non pauciõribus, quàm erant superiores, cõscribit etiam peditum supra 20000. equitum 2000. Assumit & Italicorum Græcorum plurimos, & gentem Messapiorũ. Igitur cum numerosas copias haberet, territi Lucani amicitiã inierunt cum Tarentis. Sed cum Metapontini ei non obsequerentur, Lucanis persuasit, ut in illorum fines excursionem facerent, & temporis occasione ipse quoq; Metapõtinos adortus perterruit: atq; in urbem tanq; amicus ingressus, exegit argenti talenta supra 600. & 200. uirgines nobilissimas accepit obsides, non tam euitandę perfidiæ gratia, quàm libidinis causa. Deposita enim Laconica ueste, delicijs indulgebat, & eos qui ipsi crediderant in seruitutem redigebat. Tãtas enim habens uires & facultates, nihil dignum Sparta gessit. Instituit enim in Sicilia expeditionem facere tanquam Agathoclis tyrannidem aboliturus, Siculisq; libertatem restituturus. Sed intermissa in præsentia hac expeditione nauigauit in Cercyram, & urbe potitus, grãdem pecuniam exegit, & præsidium ibi collocauit, eo consilio ut huius loci præsidio uteretur, & Græciæ rebus immineret. Iam cùm statim ad eum uenissent legati tum à Demetrio obsessore, tum à Cassandro, de societate: horum neutri se adiunxit: sed Tarentinos & aliorum quosdam rebellasse audiens, Cercyræ idoneam custodiam reliquit, & cum reliquis copijs in Italiam nauigare maturat, tanquam animaduersurus in contumaces. Cumq; in eum regionis locum appulisset in quo custodias agebant barbari urbem cœpit, & homines sub corona uendidit, agrumq; depopulatus est. Similiter Triopio (ut uocatur) expugnato, ad 3000. hominum captiuos cepit. Quo quidem tempore eius regionis barbari, facto concursu, noctu castra inuasẽrũt, cõmissoq; prælio occiderunt Cleonymianorum supra 290. & uiuos ceperũt circiter 1000. Ac simul cùm hoc periculo coorta tempestas corrupit nauium 20. quæ propè castra in statione erant. Cleonymus acceptis duobus tantis detrimentis, nauigauit cum exercitu in Cercyram. *Tarẽtini Cleonymum ducẽ à Sparta accersunt.*

An. Mundi 3664. Vrbis 452.

Elapso annuo tempore, Athenis rector erat Nicocles: Romanum consulatum inierunt M. Liuius, & M. Aemilius. Horum tempore Cassander Macedoniæ rex uidens Græcorum uires augeri, totamq; belli molem in Macedoniam incumbere, de futuro trepidus erat. Hanc ob rem misit in Asiam legatos ad Antigonum petitum ut secum pacem faceret. Sed cùm ille respõdisset se uanam nouisse cõpositionem, si Cassander illi rerum suarum arbitriũ permitteret, territus *Cassander & Lysimachus et Ptolemæus & Seleucus cõspirant aduersus Antig.*

territus ille Lysimachũ ex Thracia accersiuit, ut cum eo summam rei communi ter administraret. Semper enim solitus erat hunc in maximis terroribus ad auxilium adhibere, tum propter uirtutẽ uiri, tum quia eius regnũ cõterminũ erat Macedoniæ. Igit̃ habito hi reges de utilitate cõmuni cõcilio, mittũt legatos ad Aegypti regẽ Ptolemæum, & ad Seleucum superiorũ satrapiarũ dominum, superbiã respõsionis Antigoni demõstrantes, & belli periculũ omnium cõmune esse docentes. Macedonia enim potitum Antigonũ statim ablaturum esse etiã aliorum regna: dedisse enim eum sui specimẽ sæpè, φ & auarus sit, & totius imperij socium admittat nullũ. Expedire igitur & oẽs cõspirent, & cõmuniter ad uersus Antigonum bellũ suscipiant. Igitur Ptolemæus & Seleucus uera dici iudicantes, libenter obsequuti sunt, & numerosis copijs auxiliãdũ esse decreuerunt. Cassandro uerò uisum est nõ esse hostium aduẽtu expectandũ, sed eos expeditione anteuertendos, & utilitatẽ anticipandã. Itaq; Lysimacho partẽ tradit exercitus, & ducẽ unà mittit. Ipse cum reliquos copijs in Thessaliã proficiscitur ad oppugnandum Demetriũ atq; Græcos. Lysimachus cum suis militibus ex Europa traiectus in Asiam, Lampsacenos & Pariamos, cum ultrò se dedissent, dimittit liberos. Sigeum cũ expugnasset, præsidiũ immisit. Postea Prepelao duci tradit peditũ 6000. equites 1000. eumq; mittit ad acquirendas urbes Aeolidis & Ioniæ. Ipse Abydũ primò obsidere aggreditur, telaq; & tormenta ac cætera præparat. Sed cùm obsessis peruenisset per mare multitudo militum à Demetrio, quæ urbẽ tutò tueri posset, hoc instituto supersedit, & Phrygia quæ est ad Hellespontum acquisita, Synada (in qua urbe magnæ erant opes regiæ) obsedit, cùm quidẽ Docimo Antigoni duce ad res cõmuniter gerendas pellecto, Synada eius opera recepit, & munimentorũ quædam, in quibus erat regia pecunia. Qui uerò in Aeolidem & Ioniam missus fuerat à Lysimacho dux Prepelaus, Adramyttio in transitu potitus est: & Epheso obsessa, ac perterritis oppidanis, urbem recepit: & deprehensos ibi Rhodiorum obsides 100. dimisit in patriam, & Ephesios missos fecit. Naues quæ erant in portu omnes cremauit, propterea quòd hostes mari pollebant, & totius belli euentus incertus erat. Postea Teios & Colophonios sibi conciliauit. Erythræis & Clazomenijs cum uenisset per mare auxilium, urbes capere nequiuit, sed eorum depopulatus agrũ, Sardes profectus est. Hic Antigoni duce Phœnice, & Docimo ad deficiẽdum à rege pellectis, urbem recipit, excepta arce. Hanc enim custodiens Philippus, unus amicorum Antigoni, firmam retinebat beneuolẽtiam erga eum qui ipsũ crediderat. Et Lysimachi quidem rerum hic status erat.

Lysimachi gesta quædam.

ἡ κρίσις τοῦ πολέμου ἐδόκει.

Antigonus uerò ludos magnos & cõuentũ Antigoniæ celebrare aggressus, undiq; gladiatores & artifices illustrissimos magnis præmijs & mercede cõgregauit. Vt uerò Lysimachi transitũ, & militũ rebellionẽ audiuit, ludos rescidit, & gladiatoribus atq; artificibus mercedem soluit non minorem 200. talẽtis. Ipse assumpto exercitu proficiscit̃ ex Syria, magnis itineribus ad hostes contendẽs. Postq; Tarsum Ciliciæ peruenit, ex ea pecunia quã ex Quindis deportauerat, exercitui in tres menses stipendia persoluit. Præter hæc 3000. talentorum cum exercitu portabat, ut huiuscemodi facultatem haberet, si quando opus esset pecunia. Deinde superato Tauro cõtendit in Cappadociã, & eos qui in superiore Phrygia & Lycaonia rebellauerãt obiens, rursus in priorẽ societatem restituit. Quo quidẽ tempore Lysimachus audito hostium aduentu, conciliũ habebat, cõsultans quid nã agendũ esset imminentib. periculis. Igitur uisum est ei in certamen nõ descẽdere, donec Seleucus ex superioribus satrapijs aduenisset: sed firmiora loca occupare, & munitis uallo fossaq; castris, hostium impetum sustinere. Et is quidẽ quod uisum erat studiosè perficiebat. Antigonus uerò postquã propè hostes uentũ est, instructa acie prouocat eos ad pugnam. Cumq; nemo cõtra prodire auderet, ipse quædã loca occupat, per quæ necesse erat cibaria aduersarijs importari. Lysimachus ueritus ne intercluso commeatu in hostium

Antigonus aduersus Lysimachum proficiscitur.

ſtium poteſtatem ueniret, noctu caſtra mouet, & emẽſus ſtadia 400. caſtra facit apud Dorylæũ. Habebat.n. locus ille frumenti reliquiq; cõmeatus magnã copiam, & fluuiũ ꝑterfluentẽ, qui apud eũ caſtra habentibus præſidio eſſe poſſet. Hic poſita caſtra alta foſſa triploq; uallo munit. Antigonus cognito hoſtiũ diſceſſu, cõfeſtim eos perſequit: & ubi ꝑpe caſtra uenit, poſtq; illi ad certamẽ nõ deſcendunt, illorũ caſtra foſſa cingere aggredit, & catapultas actela apportanda curat, caſtra obſidere uolẽs. Cũq; fierẽt circa foſſam paruula prælia, & Lyſimachiani eos qui erãt in opere telis arcere conarent, in omnib. ſuperiores erãt Antigoniani. Deinde elapſo aliquãto tẽpore, operib. iam perfectionẽ adipiſcẽtibus, & cibarijs obſeſſos deficientib. Lyſimachus obſeruata nocte pluuia, ꝑfectus ex caſtris, ꝑ æquiora loca diſceſſit in hyberna. Antigonus orto die, ubi uidit hoſtiũ diſceſſum, ducit ipſe è regione exercitũ per cãpos. Sed coactis magnis imbrib. cũ eſſet ager, ꝑfunda terra cœnoſus, factũ eſt ut & iumentorũ non pauca, & hominũ nõnulli perierent, & omnino uniuerſus exercitus magna difficultate laborauerit. Quapropter rex, tũ milites ex labore interficeret, tũ qa hybernum tẽpus ingruere uidebat, à perſequendo deſtitit, & delectis ad hyberna locis accõmodatiſsimis, deſtribuit ꝑ partes exercitũ. Et audiẽs Seleucũ deſcẽdere ex ſuperiorib. ſatrapijs cũ magno exercitu, miſit quẽdã amicũ in Græciã ad Demetriũ, iubens ut ad ſe cũ ꝑmũ cũ exercitu ueniret. Vehemẽter.n. ꝑtimeſcebat, ne ſi reges oẽs aduerſus ipſum cõcurriſſent, cogeret de belli totius euẽtu ꝑlio decertare, priuſq; eodẽ cõueniſſent uires Europæ: Similiter & Lyſimachus copias in hyberna diuiſit, in eo qui Salmoniæ cãpus appellat, magnumq; cõmeatũ ex Heraclea curauit apportãdum, cõtracta cũ Heracleotis affinitate. Duxit.n. in matrimoniũ Ameſtrim Oyxartę filiã, Darij regis neptẽ, Crateri quõdã uxorẽ ab Alexãdro datã, tunc urbi imperantẽ. Et Aſię quidẽ hic ſtatus erat. In Græcia Demetrius Athenis cõmorans, initiari cupiebat, & Eleuſinijs ſacris imbui. Cumq; abeſſet ſatis diu legitima dies, in quo ſoliti erãt Atheniẽſes ſacra illa celebrare, perſuaſit populo, ut propter beneficia patriũ morẽ mutarent. Igit ſeipſum inermẽ ſacerdotib. tradidit, & ante ſtatã diem initiatus, Athenis ꝑfectus eſt. Ac primũ ad Chalcidẽ Eubœæ claſſem pedeſtresq; copias coẽgit. Poſtea audiens à Caſſandro aditus occupatos ꝑ terrã in Theſſaliam proficiſcẽdum nõ cenſuit: ſed ꝑteruectus cùm copijs in portum Lariſſæ, & expoſitis copijs, urbem primò aduentu recipit, & arce expugnata, præſidiarios uinctos tradit in cuſtodiam, & Lariſſæis libertatem reſtituit. Poſtea Pronas & Ptelеum in poteſtatem ſuam redigit, ac Dium & Orchomenum transferente Thebas Caſſandro, urbes transferri prohibet. Caſſander uidẽs Demetrio ex animi ſententia res ſuccedere, Pheras & Thebas ualidioribus præſidijs cuſtodit, & uniuerſis copijs unum in locum coactis, caſtra contra Demetrium ponit. Habebat autem in uniuerſum peditum ad undetriginta, equitum 2000. Demetrium ſubſequebantur equites 1500. pedites Macedones non minus 8000. mercenarij. ad 15000. tum ex Græciæ ciuitatibus 25000. Accedebant læuis armaturæ milites, & uarij piratæ, ad hoſtes & rapinas concurrentes non pauciores 8000. ita ut eſſent in uniuerſum peditũ circiter 56000. Iam cùm caſtra caſtris oppoſita per multos dies ſtarent, inſtruebant equidẽ ab utriſq; acies, ſed in pugnam neuter deſcendebat, ſuſpenſus expectãs quis futurus eſſet in Aſia euentus totius rei. Demetrius inuocatus à Pheræis, ingreſſus in urbem cum parte exercitus, arcem expugnat, & Caſſandri milites data fide dimittit, Pheræisq; libertatem reſtituit. Eo in ſtatu dum ſunt res Theſſalicæ, uenerũt ab Antigono miſſi, qui patris mandata exponerẽt, & copias quàm maturrimè in Aſiam trajici iuberent: Hanc ob cauſam neceſſariũ exiſtimans rex obedire patri, cũ Caſſandro pacem facit, ea conditione, ut pacta ita demum rata forent, ſi patrij: placerent: certò ille quidem ſciens nõ approbaturum patrẽ, quippe qui decreuiſſet armis omninò finem imponere orto bello: ſed uolebat ſuum ex Græcia diſ-

Antigonus Demetrium filiũ è Græcia reuocat.

Demetrius Eleuſinijs ſacris initiatur.

Exercitus Demetrij & Caſſandri.

Demetrius cũ Caſſandro pacem facit.

ſceſſum ſpecioſum, ac non fugæ ſimilem uideri. Erat enim in pactis præter cætera, hoc quoq; ſcriptum, ut Græcæ urbes liberæ forẽt, non ſolũ quæ in Græcia uerùm etiam quæ in Aſia eſſent, poſtea Demetrius comparato ad deportãdos milites & impedimenta commeatu, ſoluit cum diuerſa claſſe, & per inſulas potatus, appulit Epheſum, expoſitisq; copijs, & propè muros caſtra metatus, coẽgit urbem in ſuperioris temporis ordinem reſtitui: & collocatũ ibi à Præpelao Lyſimachi dnce præſidium fide data dimiſit, & ſua cuſtodia in arce collocata, uenit in Helleſpontum: & Lampſacenos ac Parianos, præterea reliquarum quæ defecerant urbium quaſdam recuperauit. Et ad Ponti oſtium profectus, apud Chalcedonẽſium fanum caſtra munit, & ad loci cuſtodiam reliquit peditum 3000. & naues longas 30. reliquas urbes partitur ad hybernandum.

Mithridates occiditur. Circa ea tempora Mithridates ſubditus Antigono, cum ad Caſſandrum deſiſtere uiſus fuiſſet, interfectus eſt apud Cium Myſiæ, cum ei & Arrinę imperaſſet annos 35. Eius potentatum excepit Mithridates eius filius, & multos acquiſiuit, ac Cappadociæ & Paphlagoniæ imperauit annos 36.

Pliſtarchus in Aſiam proficiſcitur ad auxiliãdũ Lyſimacho. Iiſdem diebus Caſſander poſt diſceſſum Demetrij urbes Theſſaliæ recuperauit, & Pliſtarchum cum copijs miſit in Aſiam ſuppetias Lyſimacho: miſit una cum eo peditum 1200. & equites 500. Pliſtarchus poſtquam ad oſtiũ Ponti profectus, loca offendit ab hoſtibus occupata, de traiectu diffidens, uenit Odeſſum, quæ ſita eſt inter Apolloniam & Galatiam, è regione Heracleæ, in altero littore poſitæ, quæ Heraclea partem aliquam habebat exercitus Lyſimachi. Cumq; non ſatis magnum haberet ad traijciendos milites cõmeatum, tripartitò copias diuiſit. Ac primam quidem claſſem ad Heracleam euadere cõtigit. Secunda à cuſtodibus nauibus, quæ erant ad oſtium Ponti, capta eſt. In tertia cum ipſe unà traijceret Pliſtarchus, extitit tempeſtas tãta, ut pleræq; naues, & corpora perierint. Etenim quæ ducem portabat nauis feremis, ſummerſa eſt: & eorum qui in ea nauigabant, qui erant ut minimum 500. duntaxat 33. elapſi ſunt, in quibus erat ipſe Pliſtarchus, naufragio correptus, & ad terrã ſemineẽs proiectus. Is Heracleam deportatus, & recreato ex illo infortunio corpore, ad Lyſimachum in hyberna ſe contulit, maiore parte copiarum miſſa.

Ptolemæus in Aegyptum reuertitur. Per eoſdem dies rex Ptolemæus ex Aegypto cũ egregio exercitu profectus, Cœleſyrię urbes omnes in poteſtatem redegit. Sidonem autem obſidente eo, adfuêre quidam de falſo nunciarunt, commiſſo inter reges prælio, Lyſimachum & Seleucum uictos Heracleam ſe recepiſſe: Antigonum uerò uictorem contendere cum copijs in Syriam. Igitur ab ijs deceptus ille, & uerum eſſe nuncium credens, cùm Sidonijs in quatuor menſes fecit inducias, & firmatis quas ſubegerat urbibus præſidijs, reuerſus eſt cum exercitu in Aegyptum.

Fides quorundam caſtra ſequentium. Hæc dum geruntur, Lyſimachiani milites ex hybernis ad Antigonum tranſfugerunt, Autariatarum 2000. Lycij & Pamphilij circiter 800. His humanum ſe præbens Antigonus, mercedem dedit quam ſibi à Lyſimacho deberi dixerunt, & donis honorauit. Quo quidem tempore uenit etiam Seleucus ex ſuperioribus Satrapijs, cùm traieciſſet in Cappadociam cum magno exercitu, & milites anguſtè in hybernis collocaſſet. Habebat autem peditum 20000. equitũ cum equitibus ſagittarijs circiter 12000. elephantos octoginta ſupra quadringentos, & currus falcatos ſupra 100. Igitur regum copiæ hunc in modum cõgregabantur cum omnes decreuiſſent ſequenti æſtate armis bellum decernere. Nos uerò, ſicut initiò propoſuimus, id bellum quod ab his regibus inter ſeſe de ſumma rerum geſtum eſt, initium faciemus ſequentis libri.

Vigeſimi libri finis.

FRAGMEN-

FRAGMENTA QVÆDAM EX TRIgesimoprimo libro historicæ bibliothecæ Diodori Siculi, interprete Sebastiano Castellione.

HAec dum gerũtur, Romam uenêre legati Rhodiorũ, ad diluenda quibus impetiti fuerant crimina. Videbantur enim in bello, quod aduersus Perseum gestum est, animis ad regẽ inclinasse, & quã cum Romanis habebãt amicitiã prodidisse. Cumq; nihil legatione sua proficiscerent, despondebant animos, & cũ lachrymis colloquia habebant. Cum aũt eos in senatum introduxisset unus tribunorum plebis, nomine Antonius, primus orationem de legatione habuit Philophron: & secundũ eum Astynedes. Hi cũ multa suppliciter & deprecatoriè dixissent, & ad extremũ (ut est in prouerbio) cygneam cantionẽ cecinissent, ægrè responsa acceperunt, per quæ ab extremo quidem metu liberati sunt, sed de criminibus acerbè obiurgati. *Rhodij apud Romanos purgare se conantur.*

Ex eodem libro.

Perseum ultimum regẽ Macedoniæ, postquã is sæpè cum Romanis amicitiã iniit, sæpe item non cõtemnendo exercitu bellum gessit, tandem Aemilius de bellatum cœpit, & pclarum ob eam uictoriã triumphum egit. Perseus uerò tantis agitatus calamitatib. ut similes esse uideantur eius casus fabulis rerum nunquã gestarũ ne discedere quidem è uita uolebat. Priusquã enim senatus de eo pronunciasset quid faciendum esset urbano prætori, coniecit eum in eũ carcerem qui est Albis, cum eius natis. Est aũt carcer ille, antrum subterraneum, profundum, magnitudine maximè, quãtum est cœnaculum octo lectorũ: estq; tenebrarum plenum & fœtoris, propter multitudinẽ hominum, rei capitalis dãnatorum, qui in eum locum traduntur, quorũ maxima pars illis temporib. hîc claudebatur. Conclusis enim in tam angusto loco tot hominibus efferabãtur miserorum corpora: & confusis inter sese omnibus quæ uel ad uictum, uel ad alios usus omnes pertinent, tantus fœtor existebat, ut nullus accedentium facilè durare posset. Igitur ille per dies septem hoc loco miseriam pertulit, ut etiam ab extremæ conditionis hominum, & statutum cibum accipientium ope indigeret. Hi enim eius uicẽ propter infortuniorum magnitudinẽ dolentes, quæ ipsi accipiebant, hæc ei benignè lachrymantes impertiebant. Igitur ei gladius ad occasionẽ, & restis ad strangulationẽ proiectus est, data utriusuis optione. Verùm nihil tam dulce miseris uidetur quã uiuere, etiamsi morte dignam miseriam patiantur. Ac tandem in his necessitatibus uitam finiuisset, nisi M. Aemilius, curiæ præsidens, & suam dignitatem & patriæ æquitatem retinens, senatũ cum graui reprehensione cõmonefeciisset, ut si humano metu non terrerentur, ad ultricẽ certè fortunam uererentur, quæ in eos animaduertere soleat, qui potestatibus superioribus utuntur. Itaq; ille in mitiorẽ datus custodiam, & uanas spes fouẽs, similem superioribus casibus exitum uitæ sortitus est. Postq; enim biennium uitæ cupidus durauit, cùm custodes barbaros offendisset, prohibitus est ab illis somno frui, atq; ita uitam finiuit. *De Perſei Macedonum regis morte.* *Exemplũ ſummi regis in ſummas angustias adducti, ſed ſuo merito.*

Ex eodem libro.

Dicunt sese Cappadociæ reges ad Cyrum Persam referre genus suum, contenduntq; prognatos esse se uno septẽ Persarũ qui Magũ occiderunt. Et ductã quidem à Cypro cognationẽ sic enumerant. Cãbysæ Cyri patris sororem fuisse germanã Atossam. Ex hac & Pharnace Cappadociæ rege natũ fuisse Pędagamum: & huius filium fuisse Smerdim: cuius porrò Atamnã: & huius Anaphã qui fortitudine & audacia excelluerit, & unus septem Persarum fuerit. Igitur suam ad Cyrum cognationẽ sic enumerant, & ad Anapham, cui prohibẽt propter uirtutem sic concessum fuisse Cappadociæ principatum, ut Persis tributa non penderet. Eo uita defuncto impetrauit eiusdem nominis filius. Post cuius obitum superstitibus duobus filijs, Datama & Arimnæo, succesisse imperio *De Cappadociæ regibus.*

Datomam, uirum & bello, & alijs regni partibus laudatum, qui cum Perſis prælio congreſſus, & ſtrenuè præliatus, in eo occubuerit. Regnum excepit filius Ariamnes, cuiut fuêre filij Ariarathes & Olofernes. Is Ariamnes cum annos quinquaginta imperaſſet, nec ullum opus dignũ memoria feciſſet, obijt. Eius in imperium ſucceſsit natu grãdior filius Ariarathes, qui ſupra modum amaſſe fratrem dicitur, & ad clariſsimos ordines euexiſſe, atq; idem cum Perſis aduerſus Aegyptios miſſus, belli ſocius fuiſſe, & cum magnis honoribus reueniſſe, quos Perſarum rex Ochus propter uirtutem in eum conferebat, uitamq; in patria reliquiſſe, ſuperſtitibus filijs Ariaratha & Aryſa. Frater autem, & Cappadociæ imperium habens (nec enim Germanam prolem habebat) grandiorem fratris filium Ariarathem adoptauit. Per ea tempora Alexander Macedo Perſas debellauit, deinde obijt. Et Perdiccas omnium tum rerum gubernator, Eumenem miſit ducem Cappadociæ, ac debellato Ariaratha, & in pugna interfecto, tam ipſa Cappadocia, quàm finitimæ regiones, in Macedonum poteſtatem uenerunt. Ariarates uerò poſtremi regis filius in præſentia deſperãs, conceſsit cum paucis in Armeniam. Haud multò poſt tempore Eumene & Perdicca mortuis, & Antigono ac Seleuco occupatis, ille acceptis ab Armeniorum rege Ardoata copijs, Macedonum ducem Amyntam interfecit, & Macedones celeriter ex finibus eiecit, domeſticumq; imperium recuperauit. Habuit hic tres filios, quorum natu maximus Ariamnes regnum accepit, qui affinitatem contraxit cum Antiocho cognomine Deo, eiusq; filiam Stratonicam Ariarathæ filiorum ſuorum natu maximo collocauit. Cumq; eſſet filiorum ſupra modum amans, puero diadema impoſuit, eum totius in regno imperij atque iuris ex equo ſecũ ſocium fecit. Mortuo patre Ariarathes ſolus regnauit: & è uita diſcedens, regnum filio ſuo puero admodum reliquit. Hic duxit in matrimonium filiam Antiochi Magni, nomine Antiochidem, uerſutã admodum. Hanc, cum liberos non gigneret, ſuppoſuiſſe ferunt ſibi filios duos, ignorante uiro, uidelicet Ariaratham & Olophernem. Aliquanto poſt tempore cum eius natura ſemen ſuſcepiſſet, ipſam præter ſpem peperiſſe filias duas, & unum filium nomine Mithridatem. At tũc uirum de ſubiectitijs docuiſſe, & effeciſſe ut grandior cum mediocribus facultatibus Romam mitteretur. & iunior in Ioniam, ne de regno cum Germano filio contenderent. Hunc adultum Ariarathem aiunt cognominatum, & literis Græcis imbutum, atq; ob cæteras uirtutes laudatum fuiſſe. Et pater quidem filio patris amanti ſtudebat ſe uicißim amantem filij exhibere: atq; eouſq; proceſsit eorum mutua beneuolẽtia, ut pater toto imperio cedere filio certaret: ille contra demonſtraret, fieri non poſſe, ut à parentibus adhuc uiuẽtibus eiuſmodi beneficium admitteret. Hic poſtquam fata uocarunt, regnum excepit, tum in reliquis uitæ moribus eximium ſe præbens, tum philoſophiæ operam nauans. Quo factum eſt ut Cappadocia olim Græcis ignota, tunc eruditis fuerit receptaculũ. Idem cum Romanis amicitiam ſocietatemq; renouauit.

Mithridates, ſub quo Cappadocia fuit τοῖς τότε δεομένοις ἐμβιώτηριον.

Ex *libro* XXXII.

Maßiniſſa Africæ rex. Maſsiniſſa rex Africanorum, qui amicitiam cum Romanis retinuit, annos nonaginta in uigore uixit: filios decem moriens reliquit, quos Romanis in tutelam commiſit. Erat & corporis firmitate præſtans, & duriciei ac laboribus à pueritia aſſuetus. Etenim ſtans in ueſtigijs totum diem manebat immotus, & ſedens non ſurgebat uſque ad noctem, toto die labores meditans, et in equo continenter toto die & nocte ſedens, & equitationibus utens, non defatigabatur. Eſt eius ualetudinis uigoriſq; ſignum hoc maximum, quòd fere iam nonagenarius filium habebat quadrimulum, corporis robore præſtãtem. In agrorum cultura uſqueadeò excelluit, ut ſingulis filijs reliquerit agrum decem millium iugerum, omni inſtrumento ornatum. Regnauit præclarè annos ſexaginta.

Ex

Ex eodem libro.

Lusitani primò parem ducem non habentes, facilè superabãtur, bellum cum Rom. gerentes. Postea Viriattum adepti, multum Rom. incõmodarunt. Erat is ex ea gente Lusitanorũ qui Oceanum accolunt. Pastor fuit à teneris, mõtanæ uitæ assuetus, adiuuante etiam corporis natura. Nam & Robore & celeritate, reliquarũq; partiũ mobilitate lõge Hispanos antecellebat, cum seipsum cibo exiguo & multis exercitationib. uti cõsuefeciſſet, & somno duntaxat quãtum esset necesse. In summa continenter ferrum gestans, & cũ beluis & latronib. manus conserens, uulgò celebris euasit, & ab illis dux electus, breui latronũ cateruam circum se cõgregauit Atq; in bellis proficiens, nõ solum admirationi fuit propter robur corporis, uerũ etiam dux excellens uisus est. Erat aũt in dispertienda p̃da iustus, & eos qui egregiè expugnauerãt, pro dignitate donis extollebat. Tandem cum iam non latronẽ, sed principem sese exhibuisset, bellũ gesit cum Rom. multisq; prælijs superior euasit, adeò ut etiam ducẽ Rom. Vitellij cum ipso exercitu, pfligauerit, captiuumq; ceperit, & gladio necauerit, & alia multa in bello feliciter gesserit: donec Fabius belli aduersus illum dux creatus est. Inde nõ paulò inferior esse cœpit. Deinde creatus, & Fabio superior factus, eum in pacta descẽdere indigna Rom. coẽgit. Verùm Scipio aduersus Viriattum dux electus, pacta fecit irrita, & superatũ sæpè Viriattũ, deinde ad extremã cladẽ cõpulsum, adeò ut pacẽ spectaret, per domesticos dolo interfecit, & eius imperij successorem Tautamũ eiusq; socios perculit, & ut pax arbitrio suo fieret effecit, atq; illis agrum & urbem dedit ad habitandum.

Viriatus Lusitanorum dux.

EX DIODORI SICVLI LIBRO XXXIIII.

excerptæ historiæ, ab Henrico Stephano Latinæ factæ.

QVum post deletos Carthaginenses Siculorum res annis 60. in florentissima fortuna permansissent, tandem seruile bellum apud eos hac de causa exortum est. Vitæ commoditatibus magnopere aucti, ac diuitias ingentes adepti, magnam seruorum multitudinem emere soliti erant: quorum ueluti greges quosdam simulatque è locis in quibus nutriebantur eduxerant, certis illos notis compungebant: & eos quidem qui iuniores erant pastores constituebant: aliorum autem opera ad alia ministeria, prout cuiusque usus postulabat, utebantur. Verùm præterquam quod erga se asperos ac rigidos in imperandis ministerijs exhibebant, etiam eorum uictus ac ueſtitus uix ullam gerere curam dignabantur. Vnde fiebat ut eorum bona pars uitam rapto sustentaret, omniaq; sanguine redundarent: utpote prædonibus, tanquam militum exercitibus, longè lateq; grassantibus. Prouinciarum autem præfecti prohibere quidem conabantur, sed quum supplicium de ijs sumere non auderent propter magnam dominorum potentiam atque authoritatem, suam quisq; prouinciam sinere impunè diripi cogebatur. Nam quum plerique ex dominis equites Romani essent, & iudices constituerentur accusationum quæ aduersus præfectos è prouincijs afferebantur, formidolosi ipsis præfectis erant. Iam uerò quum ærumnis præmerentur serui, & cum alijs modis pessimè acciperentur, tum uerò plagis subinde præter rationem & iniuriosè contenderentur, patientiam abrumpere cœperant. Itaq; opportunum tempus nacti, in unum conuenientes de defectione sermones inter se conferre solebant: donec tandem uerba ad rem contulerunt. Erat enim seruus quidam Syrus in urbe Apamea natus (cuius dominus Antigenes uocabatur, eratq; Enna ortus) uir magicis incantationibus & circulatorijs captionibus ac præstigijs deditus. Hic se futura prædicere instinctu afflatuq; deorum ipsi in somnis apparentium simulabat: multisq; per eam qua utebatur hac in parte solertiam ad dexteritatem imponebat. Ab his autem primordijs longius progressus, non solùm ex somniorum uisis futura prænunciabat, sed & uigil

Seruile bellum.

Læsa patientia fit furor.

Syrus Magus.

cernere se deos & ex ijs res futuras audire fingebat. Quum autem in multis uaticinationibus mendax comperiretur, interim tamen casu euentus quarundã rerum uerè prædictionibus eius respondérent: & falsa quidem eius uaticinia nemo coargueret, uera autem cum applausu diligenter notarentur: hominum opinio de eo indies augebat. Postremò artificium excogitauit, quo flammam ex ore cum quodã fanatico furore emittebat, & cùm flãma simul uaticinia uerba Phœbadum in morẽ fundebat. Ignem enim in nucẽ aut aliquid huiusmodi utrinq; perforatum, simulq; materiã quæ illum alere posset, imponebat: deinde ori indens & afflans, modò scintillas, modò flammam accẽdebat. Hic ante defectionem iactare consueuerat, apparentem sibi in somnis Syriam deam dignitatem regiam polliceri. Et hoc non alijs solùm, sed & suo ipsius domino assiduè dictitabat. Quum autem risu res hæc exciperetur, Antigenes ex hisce prodigiosis mendacijs uoluptatem capiẽs, in conuiuijs ad quæ inuitatus erat Eunum (ita enim hic præstigiator uocabatur) assectam habebat, eumq; sibi super regno interrogabat, & quomodo erga unumquemq; eorũ qui in cœtu illo erant gerere se decreuisset. Cùm autem ille ita ijs responderet, ut in suis sermonibus minimè uaticillaret, pollicereturq; fore, ut dominos suos leniter clementerq; acciperet, mera denicq; monstra illis super alijs uarijs rebus narrare pergeret: omnib. cõuiuis risum mouebat. Ex quibus nõnulli ferculorum portiones non pœnitẽdas ablatas è mensa ei porrigebãt, atq; inter porrigendũ hortabantur, ut regnum adeptus accepti ab ipsis beneficij memor esset. Sed enim quæ prodigiosa esse uidebant uaniloquẽtia minimè uanũ nacta est tandẽ exitum, regni adeptionẽ. Principium aũt totius defectionis fuit huiusmodi. Ennẽsis quidam nomine Damophilus, uir elato ingenio præditus, indignis modis suprà quàm credi possit seruos suos acceperat: eiusq; uxore Megallide certatim eos supplicijs uarijs afficiente, & omnẽ erga eos humanitatis sensum exeunte. Exasperatis ergo atq; adeò efferatis eorum animis in quos ita sæuiebatur, in defectionem & dominorum cædem inter se coniurant: Eunũq; adeũtes interrogãt an suum ipsorum inceptum à dijs cõcederetur. Hic aũt illis assentiens à dijs cõcedi respondet, uerba cùm solitis præstigijs fundẽs: simulq; illis ut primo quoque tempore illud aggrediantur persuadet. Statim igitur coacta 400. conseruorum manu, & in eum quẽ pro tẽpore poterant armati modum, in urbẽ Ennam irrumpunt, ducem habentes Eunum, suis in emittenda ex ore flamma præstigijs utentem. Domos autem ingressi stragem magnam edunt, ne lactentibus quidem infantibus parcentes: sed eos ab ubere matris raptos solo affligentes. In mulieres aũt quæ contumeliæ & petulantiæ genera exercent (idq; in ipsorũ maritorum conspectu) uerbis exprimi nullis pro dignitate potest. Illis enim se magna seruorum urbis multitudo adiunxerat. Cæterùm cum in dominos omnia exempla cruciatusq; edidissent, ad cædem aliorum se conuerterũt. Eunus autem cum Damophilum in suburbanibus hortis unà cum uxore rusticari audisset, illuc quosdam ex suis misit, qui ambos inde in urbem uinctos protraxerunt, uarijs in uia contumelijs affectos. Soli autem eius filię serui manifestè pepercerunt, & ne minima quidem eam iniuria uel contumelia affecerunt, ob humanos eius mores, & animum ad commiserationem erga seruos propensum, atq; adeò ijs auxiliandi cupidum. Quod quidem argumentò erat seruos non crudelitate naturæ talia perpetrare in alios, sed illatas sibi iniurias ulciscentes. Cæterùm Damophilum cum sua Megallide cum in urbẽ pertraxissent, ij quib. datum erat negocium, ut diximus, in theatrum eos produxerunt, ubi defectorum cõgregata erat uniuersa multitudo. Cumq; Damophilus arte aliqua saluti suæ consulere conans, multorum ex illis uoluntates ad se oratione sua inclinaret, Hermeas & Zeuxia acerbo eum odio prosequentes, planũ uocitabant: minimeq; expectantes dum populus certum de eo iudicium pronunciasset, alter ensem per latera eius adigit, alter securi ceruicem eius abscindit. Hic uerò Eunus rex creatur: non quod uir fortis esset ille quidem, uel bonus imperator

Principum bella seruilia.

Eunus rex Seruorum.

perator: sed ob suam præstigiatoriam artẽ, quodq; defectionis author fuisset. Quinetiam nominis eius habita fuit aliqua ratio, utpote quod uelut auguriũ esset futuræ illius erga subditos beneuolẽtiæ. Itaq; defectores, quũ rerum summam ad eum detulissent, aduocata cõcione, ex Ennẽsibns qui uiui capti erant oẽs eos interfecit qui fabricationis armorũ imperiti erant: peritos aũt, uinctos operi faciundo adduxit. Megallidẽ præterea in seruarum potestatẽ tradidit, ut pro suo arbitrio in eam animaduerterẽt. Illæ aũt eam primũ cruciatib. affecẽrunt, deinde præcipitẽ dederunt. Ipse quoq; proprios occidit dominos, Antigenẽ & Pythonẽ. Tandẽ uerò imposito capiti diademate, rebusq; suis omnib. regali splendore ordinatis, sua item uxore (quæ & ipsa Syra erat, eiusq; ciuis) declarata regina: ex eorũ numero qui prudentia cæteris antecellere uidebantẽ aliquot sibi consiliarios delegit. Ex quib. erat Achæus, non tantũ nomine, sed & natione Achæus: uir & cõsilio præstans, & manu mirũ in modũ promptus. Hic triũ dierũ spatio quũ sex hominũ armasset millia, ut tẽpus dabat, cũ his uerò et alios haberet ascijs et securib. aut fundis, aut falcib. aut sudib. p̃ustis, aut coquorũ uerubus instructos, totã regionẽ prædas agens peragrabat. Simul uerò multitudinẽ infinitã seruorũ asciscens, Romanorũ etiã imperatores bello ausus est lacessere, cõsertisq; manib. cum eis, militũ numero potẽtior, uictoria sæpe potitus est, utpote plusq; decẽ hominum millia ducẽs. Dum hæc geruntur, Cilix quidã, cui Cleon nomen erat, defectionis aliorũ seruorum fuit, & quũ ad eam spẽ erecti omnium animi essent, fore ut orta seditione hi aduersus illos arma caperent, atq; ita sibi mutuũ exitiũ afferentes, Siciliã tumultu liberarẽt, præter omniũ expectationẽ coitionẽ inter se fecerũt, q̃ppe quũ Cleon nudo Eunus mãdato se submitteret, & sub illo, ut rege, imperatoris munia obiret, militũ propriorũ quinq; millia habens. Hoc aũt factũ fuit triginta ferè à defectione dieb. Non multò post cõmissa pugna cũ imperatore Lucio Hipsæo Roma ueniente cum octo millib. Siculorũ militum, uictoria potiti sunt, utpote qui uiginti millia essent. Aliquãto pòst aũt eorum numerus usq; ad centũ millia creuit: quũq; aduersus Romanos prælia subinde gererent, sæpè ex ijs gloriã reportabant, rarò autem clade accepta redibant. Cuius rei quum dissipatus esset rumor, iã serui quinquaginta Romæ conspiratione inter se facta ad defectionẽ incẽsi erãt, in Attica autem plusq; mille: itidem uerò apud Delum, multisq; alijs in locis. Sed unoquoq; in loco ij quorum curæ negotia publica demãdata erant, subitò rebus in discrimen adductis opitulati cum grauia de illis supplicia sumpsissent, cæteros quibus iam & ipsis spes accensa defectionis erat, metu repressernnt, & ad saniorem mentẽ reuocarũt. At uerò in Sicilia malum in dies ingrauescebat, cùm & urbs unà cum ipsis ciuibus caperentur, & multi exercitus à defectorib. delerẽtur. Sed tandem Rutilius Romanorum imperator Tauromenium ipsis recuperauit, postq; uehementissimè illud oppugnasset, & defectores qui in eo erant ad summas angustias redegisset, atq; ad tam acrẽ famem compulisset, ut quum primo liberorũ uorum corporibus uesci cœpissent, mox ad uxorũ corpora se conuertissent, postremò ne sibi quidem inuicem parcerent, sed alij alios forarent. Eodem tempore Comanum Cleonis fratrem ex urbe dum obsideret fugientẽ cœpit, & ad extremũ arce à Sarapione Syro prodita, quotquot in urbe fugitiui erant, in potestatem imperatoris uenerunt: quos etiã cruciatib. affectos p̃cipitauit. Inde Ennã, pfectus, similẽ eius obsidionẽ aggredit, defectores ad summam desperationem adigens. Quumq; Cleonem imperatorem urbe egressum, ac heroica quadã fortitudine prælíatum uulneribus mox confodisset, hanc quoq; urbẽ cœpit, idq; proditione. Ita enim eam situs ipse munitam reddebat, ut ui expugnari nullo modo posset. Eunus autem, assumptis stipatoribus sexcẽtis, ad loca quædam prærupta, ut erat ignauus, fuga se recepit. Sed qui cum eo erant, exitiũ ineuitabile sibi impendere scientes, (iã enim Rutilius imperator ad eos cursu contendebat) ut hostes manus præuenirent, sibi

Serui desciuerunt in Dominos.

Achæus Dux Seruorum.

Res gestæ à Seruis aduersus Rom.

Seruorum cõspiratio Romæ & in Attica.

Fames obsessorum in Tauromenio.

mutuo ceruices abscindebãt. At Eunus præstigiator pariter & rex, quũ præ timiditate in quasdã speluncas confugisset, unà cum quatuor ex suis inde exactus est, coquo, pistore, & eo cuius manu in balneo fricabat, quarto aũt, eo qui inter epulas oblectamẽta ei afferebat. Is exactus inde, & in carcerẽ cõiectus, in magnũ pediculorũ uim resoluto corpore, apud Morgãtinã dignũ suis temerarijs ausis nactus est uitæ exitũ. Postea uerò Rutilius, tota Sicilia cũ parua eaq; selecta manu celerius omniũ spe peragrata, à pdonibus eã omnino liberauit.

EX EIVSDEM DIODORI LIBRO XXXVI.

excerptæ historiæ, ab eodem Henrico Stephano Latina uersæ.

EOdem tempore quo Marius Africæ reges Bocchum & Iugurtham magno prælio debellauerat, & Afrorum infinita propè millia cæciderat ipsum deinde Iugurtham (à Boccho comprehensum, sibi susceptum ad uersus bellum cõdonari cupiente) captiuum abduxerat: quo item Romani graues apud Galliam in Cimbrico bello clades non sine magno dolore acceperant: eodem, inquam, tempore Romam aduenerunt quidam è Sicilia, plurima seruorum millia defecisse nunciantes. Quo accepto nuntio, summis in angustijs tota gens Romana uersari cœpit: utpote cui militum delectorum sexaginta millia in bello aduersus Cimbros apud Galliam occubuissent, nec deintegro parem exercitum in expeditionem educere posset. Cæterùm ante hunc in Sicilia rebellantium seruorum tumultum tales & in Italia excitati fuerant, sed parui ac minimè diuturni: uelut numine quàm atrox futura esset in Sicilia rebellio præsignificante. Primus autem apud Nuceriam extiterat, quum triginta serui coniurationem fecissent, & quam primum pœnas dedissent. Secundus Capuæ, quum ducenti serui rebellassent, ac sine mora deleti fuissent. Tertius autem miro quodã exortus est modo. Erat quidam Titus Minutius, eques Romanus, & prædiuite natus patre, qui alienæ famulæ formosissimæ amore captus, ut in eius amplexum ueniret effecit. Tandem uerò ita eam deperire cœpit, ut à domino illius septem talentis Atticis emeret, quum ad hanc emptionem eum amoris insania compelleret, quàm ægrè alioqui à Domino illius impetrabat. Diem etiam persoluendo pretio constituit. Siquidem fide propter patrimoniũ suum ualebat. Sed illa ubi aduenit, is, q; soluendo non esset, ut sibi dies triginta prorogarentur obtinuit. Rursum & hoc spatio exacto, quum ille pactum pretium exigeret, hic nullam soluendi nominis rationem iniri posset, interea uerò amor inualesceret, nouum & inauditum aggressus est facinus. Iis enim qui debitum exigebant insidias struere, & monarchicã quandam potentiam sibi assumere instituit. Nam coemptis quingẽtis armaturis, tempus pretij persolutioni præfixit, fideq; impetrata, eas clanculũ in agrũ quendã deferẽdas curauit. Deinde quũ suos ipsius seruos sollicitasset ad defectionẽ, numero quadringentos, sibiq; diadema imposuisset, purpurã quoq; cũ alijs insignib. regijs assumpsisset, tandemq; seruorũ auxilio regẽ se constituisset, primũ quidẽ eos qui pactum pretium exigebãt uirgis cæsos securi percussit: postea uerò quum sua illa seruitia armasset, uicinas ullas peragrare placuit: in quibus eos qui se prompto & alacri animo socios defectionis adiungebant, armabat: quotquot aũt repugnabant, eos interficiebat. Quũ igit milites plures septingentis coẽgisset, eosq; in centurias distribuisset, ac locum in quo erat uallo circumiecto clausisset, ad se eos qui deficiebant recipiebat. Qua defectione Romam nuntiata, Senatus de ea consilium prudẽs init, felicemq; eius exitum habuit. Siquidem ex ijs qui in urbe erant imperatorib. uni Lucio Lucullo subigendorum fugitiuorum negotium dedit. Hic aũt eo ipso die quũ Romæ sexcentos milites lectos conscripsisset, Capuam contendit, peditum millia quatuor, equites quingentos collecturus. Minutius ubi Lucullum cõcitato cursu aduentare intellexit, collem

Seruorum conspirationes.

T. Minutius turbas dat, Monarchiam affectans.

Lucullus contra Minutium missus.

collem natura loci munitum occupauit cum uniuersis suis copijs, quæ tria hominum millia & quingentos efficiebant, atq; amplius. Et primò quidem conflictu stetit à fugitiuis uictoria, quippe qui è superiori loco prælium inirẽt: postea uerò, quũ Apollonium imperatorem exercitus Vellij Lucullus largitionibus corrupisset fidemq; publicam dedisset pœnã illi remissum iri, eum ad prodẽdos socios impulit. Quare illo Romanis opam suã nauãte, atq; adeò ipsi Vellio manus inferente, hic supplicium sibi capto impendens ueritus, mortẽ sibi cõsciuit Simul uerò defectionis participes cæsi fuerunt, præter eum q illos prodiderat, Apollonium. Et hęc quidẽ anteuerterunt maximã q in Sicilia cõtigit defectionem, quasi q eius quoddam pludium essent. Ea autem hinc oria est. In Marij aduersus Cimbros expeditione Senatus auxilia ex transmarinis nationib. acœrsendi potestatem Mario dederat. Marius igit ad Nicomedẽ Bithyniæ regem demittendis ad se auxiliarib. copijs scribit. Is respõsum dat, bonã Bithyniorũ partem à uectigalium publicorum redemptorib. direptam seruire seruitutem per puincias. Quum autem senatusconsultum esset neq; ex populi Romani socijs q quidẽ liber esset in prouincia ulla seruiret, & ut imperatores curã eorũ manumittendorũ gererẽt: accidit ut imperator Licinius Nerua, q tum fortè in Sicilia erat, decretum Senatus obseruans, multos ex seruis iudicijs constitutis manumitteret: adeò ut intra paucos dies plures octingentis in libertatem assererẽtur. Iamq; erant animi omnium illius insulæ seruorum in spem libertatis erecti, cum graues authoritate uiri ad ipsum imperatorem conueniunt, eumq; uno omnes ore, ut ab incœpto desistat rogant. At hic siue pecunijs expugnatus, siue gratiã aucupatus, iudicium hac de re accuratius exercere desijt: & ad se uenientib. ut libertate donarent, ut ad suum quisq; dñm reuerteret imperare cœpit. Tum uerò serui coitione facta Syracusas relinquere, & ad Palicorum delubrum confugere, ibiq; inter se de defectione sermones cõferre. Fama autem huiusce tam audacis seruorum facinoris p diuersa loca iam uulgata, primi se in libertatem uendicarunt triginta duorum ditissimorum fratrum serui: quorũ dux erat quidam nomine Oarius. Hi primùm suos heros noctu dormientes iugularunt: deinde ad uicinas etiã progressi uillas, seruorum animos ad libertatis studium accenderunt, adeò ut illa ipsa nocte concursus ad eos factus sit aliorum cẽtum & uiginti, atq; amplius. Hi occupato loco natura munito, artè haud paulò munitiorem reddiderunt: assumptis & alijs octoginta seruis, q armati erant. Prouinciæ autem imperator Licinius Nerua cum repentè superueniens eos obsidere cœpisset, nihil ullis conatib. promouere poterat. Quamobrem nullis uirib. expugnabile præsidium illud esse cernens, ad proditionem animũ cõuertit. Eius autem ministrum habuit quendam Caium Titinium cognomento Gadæum, spe salutis adductum. Fuerat enim hic Titinius ante duos annos Romæ capitis cõdemnatus, sed pœnã effugerat: multosq; ex hominib. liberis eius regionis prędabundus interficere solebat, seruis contrà ne minimum quidem negotij facessens. Vnde quum multos ibi seruos sibi fidos haberet, ad castellum, tãquam & ipse pro uirili parte aduersus Romanos præliaturus, accedit. Beneuolè autem comiterq; receptus etiã imperator fortitudinis ergò creatus fuit. Quam dignitatem adeptus, castellum prodidit. Tum uerò ex defectoribus alij quidem in prælio conciſi fuerunt, alij uerò pœnæ metu quam se captos manere sciebant, se præcipites dederunt. Prima igitur fugitiuorum seditio repressa hoc modo fuit. Verumenimuero militibus ad sedes suas dimissis, affertur, à quibusdam nuntius seruos octoginta conspiratione facta Publium Clouium qui equestris ordinis fuerat, interfecisse, magnamq; sibi manum adiungere. Quinetiam ipse imperator consilijs aliorum deceptus, iam bona suorum militum parte dimissa, defectoribus ad se melius muniendos tempus dabat. Tandem tamen cum qualicunque potuit manu ad eos con-

Defectio seruorum in Sicilia.

tendit, traiectoq; fluuio Alba, defectores in monte Capriano ſtationem agentes prætergreſſus eſt, & ad urbẽ Heracleã perrexit. Quũ igit̃ de ignauia imperatoris rumorẽ ſparſiſſent, utpote illos prælio laceſſere non auſi, multos ex ſeruis ad defectionẽ animabant. Adeò ut, multis undiq; confluentibus, ſecq; ijs quorũ facultatem tempus locusq; dabãt armis inſtruentibus, intra primos septẽ dies octingentis plures armati fuerint, poſtea uerò uſq; ad duorũ milliũ numerum creuerint. Poſtquã autẽ imperator apud Heracleã de auctis eorũ uirib. certior factus fuit, ducẽ aduerſus eos Titũ Meniniũ creauit, eumq; cũ ſexcentis ex Enna præſidiarijs militib. miſit. Hic uerò defectores adortus prælio (quum illi & numero ſuperiores eſſent, & in eo quoq; meliori conditione forent q̃ locis difficilẽ aditũ præbentib. defenderent̃) unà ijs q̃ illi adſtabãt terga dedit, multisq; interfectis, reliqui abiectis armis uix ſibi fuga ſalutem quæſiuerũt. Defectores igitur tot armaturis, ſimul etiam uictoria ſubitò potiti, in ſuo incœpto audacius pgebant, & omniũ ſeruorũ animi ad ſpem libertatis erigebant̃. Quũq; multi in dies deficerẽt, breui tẽpore ſupra q̃ credi poſsit auctus eorũ numerus fuit. Siqdẽ intra paucos dies plures ſex millib. numerati fuerunt. Tum uerò coacto concilio, et deliberatione de ſumma rerũ ꝓpoſita, ante omnia crearũt regẽ Saluium quendã, q̃ aruſpicinæ peritus habebat, & in mulierũ corona cantu tibiarum ad inſaniã uſq; pſtrepere ſolitus erat. Hic regnũ adeptus, quũ urbes deſidiã molliciem fouere exiſtimaret, eas ſibi uitandas iudicauit. Quare defectoribus tres in partes diuiſis, totidemq; ducib. unicuiq; parti attributis, effuſis populationib. pagrare regionẽ totã, omnesq; certum ad locũ certoq; tẽpore remeare imperauit. Illi cũ aliorũ animaliũ, tum uerò equorũ copiã ſuis excurſionib. adepti, breui peditũ uiginti millia, eq̃tum duo effecerunt: idq; hominũ q̃ iam tyrocinium non ſine ſumma laude poſuerant. Repentè igit̃ ad urbẽ munitã Morgantinam magno impetu cõtendunt: eamq; tum ualidis, tum aſsiduis impreſsionib. oppugnare accipiũt. Imp. aũt cum eodẽ nocturnis itinerib. peruenisſet, tanq; ad ferendas urbi ſuppetias, ducens militũ circiter 1000. partim Italiotarũ, partim ex Sicilia defectores circa obſidionẽ occupatos inuenit. Quũ ergo in eorũ caſtra irruptionem feciſſet, & exiguũ illic præſidiũ repiſſet, magnã aũt captiuarũ mulierũ multitudinem, magnã item alius ꝓdæ omnis generis, nullo negotio caſtra eorũ ſummouit: ijsq; direptis ad urbẽ Morgantinã iter cõuertit. At defectores repentè in illum irruentes uiciſsim, cum è loco ſuperiore pugnarent, uiolenta irruptione facta, ſecundã fortunam experiri, Romani imperatoris copiæ terga uertere cœperunt. Cæterùm quia rex defectorum imperauerat edicto ut omnibus arma abijcientib. parceret̃, bona pars ijs abiectis in fugam ſe dabat. Quo quidem ſtrategemate Saluius aduerſus hoſtes uſus, caſtra ſua recuperauit, uictoriaq; ſimul & magna multitudine armorum potitus eſt. Cæſi autem hoc in prælio fuerunt ex Italiotis & Siculis non plures ſexcentis, propter edicti illius clementiã: ſed capta fuerunt circiter quatuor millia. Porrò quum ad Saluium, rebus ab illo benè geſtis, multi confluerent, duplicato exercitu atq; aperto potius campo, Morgãtinæ obſidionem redintegrauit: iuſsitq; proclamari libertatem ſe ijs qui ineſſent ſeruis donaturum. Sed enim eorum dominis uiciſsim eam illis proponentibus, dummodo ſecum aduerſus hoſtes dimicarent: eam ab ipſis accipere maluerunt: tantaq; animi pugnarunt alacritate, ut obſidionẽ ſummouerent. Verùm enimuero imperator poſtea denegans promiſſam illis libertatem, in cauſa fuit cur ad defectores plurimi transfugerent. Iam uerò & apud Aegeſtæos, pariterq; Lilybæenſes, ac finitimos illis populos, eadem defectionis cupiditas, ceu morbus quidã, per ſeruorũ greges ſerpebat. Eorum autẽ dux conſtituitur Athenio q̃dam, uir fortitudine præſtans, ortus autem è Cilicia. Hic quum res domeſticas duorum opulentiſsimorum fratrum diſpenſaret, & eius quæ ſit ex aſtris diuinationis peritiſsimus eſſet, ſeruos in ſuam ſententiam pertraxit, primùm quidem eos quos ſub poteſtate habebat, numero circiter

Saluius Seruorum Rex, eius exercitus & geſta.

Athenio Rex aliorum fugitiuorum.

citer ducentos: postea uerò & uicinos, adeò ut quinq; dierum spacio mille & amplius congregarẽtur. Ab his autem rex creatus, impositoq; capite diademate, secus quã cæteri defectores suas rationes instituebat. Neq; em̃ omnes quotquot deficiebãt recipiebat, sed ex ijs strenuissimos quosque in suorum militũ numerum allegens, reliquos cogebat, repetitis pristinis opificijs, unumquenq; eundem quem antea locum tenere, & quarum rerum dispensatio esset eius officij, eam studiosè suscipere. Qua ex re largũ etiã cõparabat suis cõmeatum. Porrò fingebat deos per astra futurum se uniuersæ Siciliæ regẽ pſignificare: ideoq; oportere tã ipsi regioni quàm animalib. & fructib. qui in ea essent, tanq; ꝓprijs parcere. Tandẽ uerò cũ 10000. hominum coëgisset, Lilybeum inexpugnabilẽ urbẽ obsidere est ausus. Sed se operã Perdere animaduertens, obsidione tanq; deorũ imperio soluit, utpote aliqua nõ mediocri impendẽte calamitate obsidione nõ absistentib. Cũ igit̃ ab urbe recedere pararet, appulerunt naues quædã delectã Marusiorũ aduehentes manũ, auxilio Lilybæensib. missam: cui præerat quidã nomine Gomõ. Hic cum suis noctu & improuiso Athenionẽ suas copias ducentẽ adortus, cũ multos iter facientes prostrasset, nõ paucos aut uulnerasset, ad urbẽ pedẽ retulit. quare illa Athenionis ex astris uaticinatio in precio & admiratione erat. Inter ea aũt ualde cõfusus ꝑturbatusq; erat rerum Siciliæ status, uereq; malorum ilias eam occupauerat. Neq; em̃ terui dũtaxat, sed etiã ex liberis hominib. ij qui egestate premebant̃, omne latrocinij flagitijq; genus exercebãt. Ac nequis hanc perditã eorum nequitiã nunciare posset, obuium quẽlibet, seruum pariter & ingenuum trucidabãt. Vnde fiebat ut qui in ipsis oppidis erant, ea q̃ intra muros essent, uix ꝓpria existimarẽt: q̃ autem extra, aliena, & dominio ex legis uiolentęq; potentiæ subdita. Multa denq; alia contra fas & æquũ perpetrare audebant in Sicilia. Saluius autẽ qui Morgantinã obsederat, factis in totã illã regionem incursionib. ad Leontinũ usq; cãpum, totum exercitum ibi recollegit, in q̃ numerabãt militum 3000. & quidẽ selectorum. Tum uerò Italis heroib. sacra fecit, unamq; ex purpureis uestib. dicauit, gratã ac memor beneficij quo illum, uictoriã dantes, affecerant. Tandẽ uerò cum regis nomen sibi asciuisset, pro Saluio Tryphon à defectoribus appellari cœpit. Habẽs aũtẽ in animo Triocala occupare, ibiq; regiam suam statuere, euocat etiam Athenionem, & quidẽ cum ut rex imperatorẽ accersens. Hic uerò cum omnes arbitrarentur fore ut Athenio primũ & altissimum dignitatis gradum obtinere uellet, atq; hinc orto inter defectorũ principes dissidio, facilè huic bello finem impositum iri. Fortuna tanq; de industria copias fugitiuorũ augens duces eorum in concordiã adduxit. Tripho em̃ magnis itinerib. ad urbẽ Triocala cum uniuerso exercitu suo peruenit. Eodem & Athenio magna celeritate cõtendit, ex suis tria duntaxat adducens millia: & Triphoni, ut imperatori regi, dicto audiens. Reliquũ autẽ exercitũ ad depopulãdos lõgè lateq; agros seruitiaq; ad defectionẽ sollicitada miserat. Verũ postea Tripho suspicatus fore ut Athenio prima quaq; occasione aduersus ipsum arma caperet, eum in carcerem coniecit Cæterùm præsidium illud alioqui munitissimum in dies magis ac magis muniebat, simulq; magnificis structuris ornabat. Aiunt autem Tricala fuisse nominatum ex eo quod τρία καλὰ (id est tria pulchra) ei inessent. Primùm, quod scaturigines plurimæ aquarum in ea extarent, quæ dulcedine magnopere commendarent̃. Deinde ꝙ adiacentes agri uineta simul & oliueta haberent, essent uerò & sulturæ mirũ in modũ idonei. Postremò, quod natura locus ita munitus foret ut nihil supra posset: quippe qui magnam quandam & inexpugnabilẽ haberet rupẽ: quã urbis ambitu, qui mille passus amplectitur, cũ cinxisset fossaq; in summam altitudinem ꝓducta circũdedisset, ꝓ regia sua habuit, omnium quę humanæ uitæ usus postulat, abundantia refertam. Construxit insup̃ basilicã: forum item numerosæ hominũ turbæ capax. Pręterea ex præditis insigni prudentia uiris delegit q̃t satis erant, eosq; sibi cõsiliarios statuit, atq; assessores in iuris

Diuinationis astrologicæ exemplum.

Ilias malorũ in Sicilia.

Tryphon pro Saluio dictus.

Syncretismus Athenionis & Triphonit, nõ diuturnus.

τρίκαλα.

discepta

disceptationibus habere instituit. Iam uerò & toga prætexta tunicaq; lati claui amictus ius reddebat, lictoresq; illi cum securibus præibant: quæ denique regiã dignitatem efficiunt & quæ ornant, ea omnia consectabatur. Cæterùm imperatorem aduersus defectores Senatus Rom. delegit L. Licinium Lucullum habentem Rom. quidem & Italorum militum 14000. Bithynos autem, Thessalos & Acarnanes 800. ex Lucania uerò 600. quibus præerat Cleptius, imperator rẽ militaris scientia & fortitudine celeberrimus. Alios præterea 600. adeò ut uniuersi numerum 16000 efficerent. Cùm his copijs Siciliam occupat. Trypho igitur culpam Athenioni condonans, ad deliberationem de bello in Rom. gerendo eum adhibuit, & Tryphonis quidem consilium erat ut in castello ipso Triocolis manẽtes, inde pugnam committerent: Athenio aũt author erat ne se ipsos obsidione circumcludi paterent, sed potius in aperto campo dimicarent. Cùm igit̃ potior uisa esset hæc sententia propter Scythæam castrametati sunt, 40000, non pauciores. Aberant uerò ab ijs Rom. castra 1250. passibus. Primò igitur uelitares pugnæ subinde cõmittebantur: sed cum tandem utrinq; aciem instruxissent, diuq; ancipiti Marte pugnatum esset, ac multi ab utraq; parte cecidissent, Athenio ictipatus à 200. selectis equitib. strage omnia circũquaq; impleuit, uerùm genu utroq; uulneratus, postea & tertio uulnere in alia corporis parte accepto, pugnæ utilis esse desijt. Quamobrẽ fugitiui animum despondẽtes, fugæ se dederunt. Athenio autẽ cum mortuus crederetur latitauit: & simulata aliquãtisper morte, cum primum nox aduenit, fuga sibi salutẽ peperit. Præclaram uerò adepti sunt Rom. uictoriam, Tryphonis comitibus & illo ipso pariter in fugam conuersis. multisq; in fuga cæsis, tandem 20000. cæsorum compererunt esse. At reliqui cõmoditate noctis usi ad Triocala cõfugerunt, quanq; & hos interficere facilẽ futurũ erat imperatori, si persequutus eos fuisset. Adeò autẽ abiecerant animos serui, ut etiam de redeundo ad dominos, seq; eorũ potestati cõmittendo deliberatio ab ijs proposita fuerit. Eorũ tamen uicit sententia qui authores erãt ut ad extremum usq; spiritum dimicarent, nec ipsi seipsos prodentes in manus hostium traderent. Sexto pòst die imperator ad obsidenda Triocala uenit: qui cum hostes cederet, uicissimq; ab illis cæderet̃, tandem inferior discessit. Qua ex re multum fiduciæ ac spiritus defectorib. redijt. Nec uerò ipse imperator ulla in parte (siue præ desidia, siue q̃ muneribus corruptus esset) officio suo satisfaciebat. Vnde etiam postea in iudicium à Rom. uocatus, multatusq; fuit. At C. Seruilius missus imperatori Lucullo successor ipse quoq; nihil quicq; memorabile gessit: quare eodẽ q̃ Lucullus modo multatus exilio fuit. Dum hæc geruntur, morit̃ rex Trypho. regno succedit Athenio hic urbes obsidendo, totamq; regionẽ incursionib. pro libidine infestando, præda ingenti, non obsistente Seruilio, potitus est. Porrò exacto annuo spacio, Rom. quintùm consul cum C. Acilio creatus fuit. C. Marius. Missus autẽ Acilius aduersus defectores imperator ita se fortiter gessit, ut defectores illustri prælio debellauerit. Quinetiam cum ipsorũ rege Athenione conserta manu heroicam quandam fortitudinem exhibuit: tãdemq; eum interfecit, accepto solùm uulnere in capite, ex quo sanatus aliquanto pòst fuit. Moxq; defectorũ reliquias bello persequutus 10000. hominum. Verùm hi cum impetũ eius nõ sustinuissent, sed ad loca munita confugissent, nõ tñ Acilius omnia tẽtare prius desijt, q̃ eos expugnatos in potestatẽ redegit. Cũ aũt supersessẽt adhuc 1000. quorũ dux erat Satyrus, primùm quidẽ eos armis conatus est subigere: postea uerò cũ legatis missis se dedissent, in præsens quidẽ pœnã remisit, sed Romã abductos cũ bestijs cõmisit, ubi pditũ est à qbusdã eos maxima cũ laude uitã finiuisse. Nã certamẽ cũ bestijs detrectare, & ad publicas aras mutuis uulnerib. occubuisse, cũq; ultimũ ex ijs ipse Satyrus interfecisset. eum post reliqs omnes cũ magno ac planẽ heroico animi robore sibi manus attulisse. Bellum igit̃ seruile in Sicilia cum annos durasset propemodum quatuor, hunc uerè tragicum exitum habuit.

Lucullus contra seruos cũ exercitu missus, eos uincit.

Seruilius Lucullo succedit.

Acilio bellu demãdatum.

Ex libro

EX LIBRO XXXVII. INTERprete Sebastiano Castellione.

MArsicum bellum ab authoribus rebellionis denominatum est, si quidē Itali oēs Romanis bellum hoc intulerunt. Belli causa prima fuit, q̄ Romani compositis sobrijs q̄ & continentib. moribus, per quos tantopere creuerant, ad pernicioſum deliciarum & intemperantiæ ſtudium deſciuerunt. Nam ob hanc coruptelam orta plebis aduerſus ſenatum ſeditione, cum deinde ſenatus Italorū opem imploraſſet, & eis optatū illud Romanæ ciuitatis ius pollicitus fuiſſet, idq̄ ſe lege ſanciturū promiſiſſet, cum promiſſorū nihil Italis præſtaretur, exarſit ex illis bellum aduerſus Romanos, Romæ conſulatū gerentib. Lucio M. Philippo, & Sexto Iulio Olympiade + ſupra centum ſeptuaginta. In hoc bello diuerſi uarijq̄ caſus, & urbiū expugnationes utriq̄ bellantiū parti contigerunt, nutante quaſi data opera in utranq̄ partem uictoria, & neutris ſtabili permanente. Tamen poſtquā utrinq̄ cecidit immenſa multitudo, ſerò & ægrè Romani uictoriam adepti, firmas uires obtinuerūt. Oppugnabant aūt Romanos Samnites, Aſcalani, Lucani, Picentini, Nolani, & aliæ urbes atq̄ gentes in quibus erat illuſtriſsima, & maxima, & communis urbs nuper ab Italis perfecta Corfinium, in qua cum cætera quæ magnā urbem & imperiū confirmant, conſtituerunt, tum forum permagnū & curiam, & cætera omnia ad bellum neceſſaria copioſè, & pecuniæ multitudinē, & cibariorum largum commeatum. Conſtituerunt & ſenatū nouū quingentorū uirorū ex quibus qui patriæ imperio digni eſſent producerentur, & qui de communi ſalute cōſultare poſſent, ijſq̄ belli curā mandarunt, ſumma poteſtate conſulibus permiſſa. Hi legē tulerunt ut duo conſules quotannis crearent̄, & duodecim duces. Cōſules creati ſunt Q. Pompædius Silo, natione Marſus, & ſuæ gētis primarius. Alter ex Samnitum genere C. Aponius Motulus, ipſe quoq̄ gloria rebusq̄ geſtis ſuæ gentis clariſsimus. Et tota Italia in partes duas diuiſa, eas conſulares præfecturas atq̄ partes conſtituerunt. Et Pompeio quidē regionē aſsignarunt ab eo loco qui Cercola appellat̄, uſq̄ ad Adrieticum mare, eos tractus, qui ad occaſum & ſeptentriones uergunt, & duces ei ſex attribuerunt. Reliquū Italiæ, uidelicet eam partē quæ ſpectat ad orientē & meridiē, aſsignarunt C. Motulo, adiunctis ei itidem ſex ducibus. Ita poſtq̄ ſuū imperiū & omnia ſcitè, & (ut ſummatim dicā) ad imitationē Romani & antiqui ordinis compoſuerunt, deinceps uehementius futuro bello incūbebant, cū quidē Italiā cōmune urbē nuncupaſſent, & ita bellū geſſere cū Romanis, ut maxima ex parte fuerint ſuperiores, donec Cn. Pompeius conſul, & belli dux electus, & Sylla dux ſub altero conſule Catone, nobiliſsimis prælijs Italos nō ſemel, ſed ſæpius uincendo, illorum res eò redegerunt, ut profligatæ fuerint. Igit̄ nō amplius bellarunt, ſed C. Coſconio in Iapygiam duce miſſo, ſæpe uicti ſunt, atq̄ ita ſuperati, & ex multis pauci relicti, cōmuni ſententia cōmunē deſerunt urbem Corfiniū, quoniā Marſi & oēs finitimæ gentes deſciuerant ad Romanos. Conſederūt autem in Arſenia Samnitū, creatis ſibi quinq̄ ducibus, quorum uni maximè, Q. Pompædio Siloni omniū imperiū crediderunt, propter eius imperandi uirtutē atq̄ gloriā. Is de communi ducum ſententia magnum exercitum comparauit, adeò ut in uniuerſum cum ijs qui iam erant, fuerint circiter triginta millia. Præterhos congregauit etiam ſeruos, à ſe libertate donatos, & ut tempus ferebat armatos non multò pauciores decem millibus, & equites mille. Ac prælio cum Romanis congreſſus, quorum dux erat Mamercus, Romanos paucos interficit, & ſuorum ſupra ſex millia amittit. Per idem tempus Metellus in Apulia Veneſiam, urbem ſatis magnam, & milites multos habentem, expugnauit, & pluſquam tria millia captiuorum cœpit. Iamq̄ ſuperantibus in dies magis magisq̄ Romanis, mittunt Itali ad Mithridatem regem Ponti, pollentem

Marſicum bellum.

Corfinium urbs.

pollentem tũc bellica manu atq; apparatu, petentes ut in Italiam aduersus Romanos adduceret copias, ita enim facilè coniunctis copijs posse Romanorum uires deturbari. Mithridates respõsum dat, ducturum se copias in Italiam postquam sibi Asiam subegerit, id enim agebat. Hanc ob rem prorsum dejecti rebellatores, despondebant animos. Erant enim reliqui Samnitum pauci, & Sabelli Nolæ degentes, & præter hos Lamponius & Cleptius, habentes Lucanorum reliquias. Itaq; Marsico bello iam ferè exolescente, superioris temporis ciuiles seditiones Romæ nouos motus faciebant, multis illustribus uiris belli imperium aduersus Mithridatem ambientibus, propter præmiorum magnitudinem. Nam & C. Iulius, & C. Marius, is qui sexies consulatum gesserat, inter se contendebant, & plebis pars altera alteri suffragabatur. Extiterunt & aliæ turbæ. Iam Sylla consul Roma profectus ad congregatas apud Nolam copias uenit, & multos finitimorum perterritos coëgit seipsos & urbes dedere. Cùm autem Sylla in Asiam aduersus Mithridatem profectus fuisset, & Roma magnis tumultibus & ciuilibus cædibus distineretur, M. Aponius & Tiberius Cleptius, præterea Pompeius, reliquorum Italorum duces in Brutia degentes, Isias urbem ualidam cum diu obsedissent, nõ potuerũt capere, sed relicta in obsidione parte exercitus, reliqua parte Regium acriter obsidentes, sperantes, si hac potiti fuerint, facilè in Siciliam transportaturos copias, & insula potituros omnium quæ sub sole essent beatissima. Verùm eius dux C. Orbanus magno exercitu & apparatu atq; alacritate usus, percutit Italos, apparatus magnitudine, atq; ita Reginos ex periculo eripuit. Deinde cũ exarsisset apud Romanos Syllæ & Marij ciuilis seditio, alij Syllæ, alij Marij partes secuti sunt: & eorum maior pars bellis cecidit: reliqua ad uictorem Syllam desciuit, atque ita tandem unà cum seditione ciuili extinctum est bellum illud Marsicum appellatum cũ fuisset maximum.

Romanorum bella ciuilia.

Siciliæ elogion.

Ex eodem libro.

Extitit autẽ, exolescente iam bello Marsico, ingens seditio ciuilis, cuius duces erant Sylla & C. Marius, iuuenis adhuc C. Marij filius, eius qui toties (septies enim) consulatum gesit. In ea seditione interfecta sunt hominum multa millia, ac superiore facta Sylla, & dictator creatus, Epaphroditum seipsum nominauit, quæ eum arrogantia nõ fefellit. Armis emẽ superior, ppria morte occubuit. Marius uerò prælio cũ Sylla congressus, quãuis generosè prœliatus, tamẽ uictus Prœneste cõfugit, unà cum mille quingentis militibus, & in ea urbe cõclusus, nec parũ diu obsessus, coactus est (ab omnibus derelictus, nec ullã salutis uiam uidens) unius fidelis famuli manũ ad terminationẽ malorũ inuocare. Et ille obsecutus, uno ictu herum uita priuauit, & seipsum insuper iugulauit. Et sedata est equidem seditio: uerùm reliquæ belli reliquiæ factionis Marianę Syllæ aliquandiu repugnarunt, donec ipse quoq; cũ alijs profligatæ sunt. Verùntamen post horum finem inter Pompeiũ (cui propter rerum gestarum magnitudinem, quas Romanis partim Syllã adiuuãdo, partim ipse suo Marte gessit, Magno cognomẽ fuit) inter hunc, inquam, & Iulium Cęsarem accensa discordia ad ciuiles cędes Romanos iterum sese conuertere coëgit. Pompeio deinde egregiè omni ex parte superato, & ad Alexandriam interfecto, imminuta est consulum potestas, & sub unius Iulij Cæsaris dominatum redacta, tandemq; seditio sedata. Illo deinde interfecto, aduersus Brutum & Cassium eius interfectores ciuile bellum motum est, authoribus Lepido, & Antonio, & Octauiano Augusto, consulatum gerentibus. Quod bellum cum finem armis non tardè accepisset, & Cassius atq; Brutus uicti occisiq; fuissent, non multò pòst erupit in apertum occulta Antonij & Augusti de primatu cõtentio, ac postfusum utrinq; multum cognatum sanguinem, stabilitæ sunt uires Augusti, & ei summa potestas per omnem uitam permansit, postquam consulare imperium ordinem potentiamq; suam in posterum amisit.

Syllæ & Marij seditio.

Marij mors.

Pompeij & Cæsaris bellũ ciuile.

Extat

Extat præterea locus ex Diodori libro sexto, citatus ab Eusebio in libro secundo præparatione Euang.

IGitur de dijs geminas prisci homines posteris tradidêre sententias. Quosdam enim æternos & immortales esse perhibent, ut Solem, & Lunam, & cætera cœli sydera. Præterea uentos & cęteros similem his naturam sortitos. horum enim quenq; æternum habere ortum atq; permansionem. Alios dicunt terrestres fuisse deos: sed propter collata in homines beneficia, consequutos fuisse immortales honores atque gloriam, ut Herculem, Bacchum, Aristæum itemq; huius generis alios. De terrestrib. autẽm dijs multa uariaq; memoriæ prodita sunt ab historiarum & fabularum scriptoribus. Et ex historicis quidem Euemenis, is qui sacram narrationem conscripsit, nominatim scripsit. At ex fabularum authoribus Homerus & Hesiodus, & Orpheus, & huius generis alij, monstrosiores fabulas de ijs finxêre. Nos uerò quæ ab utrisque conscripta fuêre, paucis percurrere conabimur, conuenientiæ rationem habentes. Igitur Euemenis, qui fuit Cassandri regis amicus, & ab eo coactus est regia quædam munia & longinquas peregrinationes obire, ait se per mediterranea loca ad Oceanum usque profectum fuisse, cumq; ab Arabia felice soluisset, nauigationem per Oceanum complures dies continuasse, & ad insulas in alto mari positas delatum fuisse, quarum una præcellat, nomine Panchæa: in qua uiderit habitatores Panchæos pietate præstantes, & qui deos magnificentissimis sacrificijs, præcipuisq; donarijs argenteis & aureis honorarent. Esse autẽ insulã dijs sacram, & alia plura tum propter antiquitatem, tum propter operis copiosum artificium admiranda: de quibus sigillatim in libris qui hunc antecesserunt. conscripsimus. Esse aũt in ea in quodam colle, singulari altitudine fanum Iouis Triphylæi, extructũ ab ipso, quo tẽpore in toto orbe regnabat, adhuc inter homines degẽs. In hoc fano columnam esse auream, in qua Panchæis literis summatim scripta habeãtur gesta Urani, & Saturni, & Iouis. Postea tradit Uranum primum regem fuisse, hominem quendã æquũ & beneficum, & motionis siderum scientẽ, qui etiã primus sacrificijs honorauerit cœlestes deos: ideoq; Uranus (id est, Cœlũ) fuerit appellatus. Eum filios habuisse & uxore Uesta Panem & Saturnũ, filias uerò Rheam & Cererẽ. Saturnũ regnasse cũ Urano, & ducta in matrimonium Rhea, genuisse Iouẽ & Iunonẽ & Neptunũ. Iouem autẽ cũ in Saturni regnum succesisset, duxisse in matrimonium Iunonẽ & Cererẽ & Themim: ex quib. liberos ꝓcreauerit, Curetes ex prima, Proserpinã ex secunda, Mineruã ex tertia. Cumq; Babylonẽ ueniisset, usum fuisse hospitio Beli, & postea ꝓfectũ ad insulã Panchæam, apud Oceanũ sitã, Urani aui sui arã extruxisse: & inde per Syriam uenisse ad eum qui tũc princeps erat Cassium: à q̃ etiã Cassius mons, & in Ciliciam ꝓfectum, bello deuicisse prætorẽ Cilicẽ ac peragratis alijs quoq; plurimis gentib. apud omnes honoratũ, & Deum fuisse nuncupatum.

Mataeologia de dijs æternis & terrestribus.

Euemeri narratio de Panchæis.

Hæc & his similia de dijs, tanquam de mortalibus hominibus, persequutus, sic infert.

Et de Euemero quidem, qui sacram narrationem composuit, hæc à nobis dicta sufficient. Quæ uerò Græci de dijs fabulantur, nos secundùm Hesiodum & Homerum, & Orpheum breuiter percurrere conabimur.

Diodori Siculi Bibliothecæ historicæ Finis.

BASILEÆ,

EX OFFICINA HENRICPETRINA, ANNO POST RECVPERATAM SALVTEM NOSTRAM CIↃ. IↃ LXXIIX. MENSE MARTIO.

6724

Rōnē redditurus de mō facto ꝓpio vt q' bo
egerūt vadāt m vitā etnā. q' veō mala i ig
nē eternū. Et ḡre ꝑcumbāt ista q'a hȳe fides
catho. quā nisi q'sq; fideliter firmiterq; tenuerit
saluus eē nō poterit athana. i symbolo. vt
ig' tḣema nrm cōcludam' ꝑōnās ꝓpōes resu
mentes sic dicam'. Q' lupoz rapacit. q' st
pastores. Q' aliq'lit' visū est qualit' ista pro
sius oīb; ētnuerēt virilit' et ḡre nō īmito pnt
dm pasto. o. su' q' fuerit v'. vīe reuēt. ꝓposita
In quibus verbis talit' q'lit' mtroduit' trip
nobis ostēdit'. p° vtil' pfidē'. qua ꝑlati sb
limant'. 2° simpler obia p quā sbdi domāt'
3° finalis ꝓmanēna q' beati ꝑmant'.
Dico p° q' m vbis ꝓpositus oīs vtil' pfidēna
qua ꝑlati sblimātur qd' tāgit' cū d' pastores
Nā cū dns petr' pncipē aplor' milit'uit suas
oues pascendas cōmisit d. pasce oues meas
joh. xxi. Et p'. pe. v. c. d' pascite q' in vob est
gregē ut cū apparuerit princeps pastor' ꝓpia
tis īmortale glie cōnā. Sic igit' ps q' i hoc qd' d'
pastores tangit' vtil' pfidenna qua p. tr

iungat' qa nr' regn'. papie seu iustitie exerci
iuge' sō tz scabie cui carnis petulā' sme ces
sanone dnat'. Impetigīe tz in corpe quisq;
nuai' vastat' in mente. Impetigo ei est sicn
scabies ꝓmnēs cū alpitate et rotūditate foe'
ut d' catho. Hec morbus uo nul' pōderosus est
q' turpitudīe ei'et in ope. sed cū ab hac cogi
none cōt. nua grauat' in mēte. Sic ig' appz q'
non st' ad dignitatē pastoralē ꝓmouēn. Q'
ig' ad tāta dignitatē ꝓmouei debeāt oīo'. bts
ḡgo. i suo pasto. li. i. c. 9. vbi sic mgt. Ille omīb;
modis d; ad erēplū viuēdi ꝓtinh q' nuntiis
carnis passionīb; moriens ita spūalit' viuit
q' ꝑspa mūdi postpo'. et nulla. aduīsa ptimesc'
Huiꝰmodi fuerūt ista gloīsi apli ꝑhn. et. ja. Nā
ut ex eoz legenda elia pt ista erāt morientes
carnis passionīb; q'tū ad p'm. et spūalit' viuentes
totis suis mtibz q'tū ad 2'm. et ꝑspa mūdi spnē
tes cū oblectamīb; q'tū ad 3'm. Scientes q' omne
qd' in mūdo e' cōrupistē' carnis e' concupia oculoz
et superbia vite. i joh. ij. c. Erāt ei ista apli q'tū
ad e'. penas nō ptimescentes illatas ab hoste
bz edocti a saluatore mō q' d' nolite timē eos q'

6724.